37
38 D
7

COLLECTIO

CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM,

Hoc eſt,

DD. NN. IMPERATORUM, CÆSARUM, AC REGUM AUGUSTORUM, SACRI IMPERII GERMANO-ROMANI,

RECESSUS, ORDINATIONES,

DECRETA, RESCRIPTA, MANDATA, ET EDICTA, IN PUBLICIS COMITIIS PROMULGATA, AUT ALIAS EDITA; INDE AB INSTAURATIONE PRIMA Monarchiæ Germanæ uſq. ad D.N. IMP. CÆS. MATTHIAM P.F. AUG. P.P. incluſivè, ſub Sacratiſſima Majeſtatis ejus auſpiciis collecta, & partim ex publicis monumentis, partim ex Ordinum Imperii Archivis, in lucem reducta.

IN QUIBUS QUIDQUID DE JURISDICTIONE IMPERII ET ECCLESIAE, POTESTATE IMPERATORIS ET PAPÆ, AUCTORITATE ET LIBERTATE REGUM, ET cæterorum Imperii Occidentalis Ordinum, per Magnam Germaniam, id eſt, Theutoniam, Franciam, Italiam, Hiſpaniam, Angliam, Hungariam, Poloniam, Bohemiam, Daniam, &c. de juribus civilibus & feudalibus, Pace religioſa ac profana, aliisq. rebus omnibus ad Eccleſiam & Politiam ſpectantibus, ab Anno orbis conditi MDCCCXII. usq. ad præſentem MDCXIII. Chriſti nati, conſtitutum & ſancitum iſt, ferè comprehenditur: adjunctis etiam iis, quæ antea à CAROLO MAGNO usq. ad CAROLUM V. & Reformationem religionis, & inde usq. ad RUDOLPHUM II. Imp. Aug. prodierunt, nunc recenſita, & ex variis Archivis in integrum reſtituta, completa, & auctiora reddita, ab infinitisq. mendis repurgata.

TOMUS PRIMUS.

Hiſce turbulentis rebus & præſentibus controverſiis decidendis apprimè commodus.

Induſtria atque ſtudio

VIRI NOBILISSIMI

MELCHIORIS GOLDASTI HAIMINSFELDII,

CONSILIARII SAXON. VINARIENS. ET HOLSATO-SCHAUMBURGICI.

Cum Repertorio juris conſtituti locupletiſſimo juxta ordinem materiarum digeſto.

Editio hæc poſtrema omni ſtudio & labore ab omnibus vitiis typographicis repurgata.



Hic Liber est Conventus S. Nicolai Tolent: de Urbe Ord. Erem: Discalc: S. P. Augustini

FRANCOFURTI AD MOENUM.

Sumptibus JOHANNIS DAVIDIS ZUNNERI,

Typis Balth. Chriſtoph. VVuſtii, Anno 1673.

DIVO IMPERATORI CÆSARI MATTHIÆ, A DEO CORONATO, FIDELI CHRISTI VICARIO, MANSUETO, MAXIMO, BENEFICO ET PACIFICO;

Sacratiſſimo Romanorum Principi; Invictiſſimo ac Glorioſiſſimo Moderatori Germanorum, Gallorum & Italorum; Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ Advocato Univerſali; Pio, Felici, Inclyto, Victori ac Triumphatori Semper-Auguſto; Præſereniſſimo Regi Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Ramiæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæ, &c; Superilluſtriſſimo Archiprincipi Electori & Archipincernæ S. Rom. Imperii; Archiduci Auſtriæ; Magno Duci Burgundiæ, & Sileſiæ; Duci Lutharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limpurgi, Lucemburgi, Geldriæ, Wirtembergæ, &c; Landgravio Alſatiæ, Briſgoviæ, Suntgoviæ, Nellenburgi, &c; Marchioni Moraviæ, Luſatiæ, Hiſtriæ, Burgoviæ, & Sacri Romani Imperii; Comiti Principi Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Gorittæ, Ciliæ, Atheſiæ, &c; Comiti Palatino Burgundiæ, Hannoniæ, Holandiæ, Sclandiæ, Phireti, Kiburgi, Namurci, & Zutphaniæ, &c; Principi Sueviæ; Domino Friſiæ, Marchiæ Venetorum, Portus-naonis, Molini, Salinarum, Ultrajecti & Mechliniæ, &c; Patri Patriæ perpetuùm colendo,

VITAM & VICTORIAM.

Domine Præclementiſſime,

QUIBUS TE nominibus ſaluto & adoro, ea Numini Majeſtatique Tuæ priva ſunt ac propria. Etenim *Dominus es, hoc eſt nomen tuum: gloriam tuam alteri non dabis, nec laudem tuam ſculptilibus*, ait in Oraculo a Eſaiæ Vatis, Deus Deorum & Dominus Dominantium, Cœleſtis ille Imperator, qui tibi vices ſuas in mari & terra conceſſit: *Sculptilibus*, inquam, id eſt, tyrannis & uſurpatoribus, cujuſmodi ſunt ficti, ſimulati & imaginarii Præſtites, qui ſeſe ſuper omnia, quæ Dei, id eſt, tua Imperatoris ſunt, arroganter & ſuperbè extollunt. Nihil impiè, nihil profane dico: rectè & verè, id eſt, pro homine Catholico & Orthodoxo facio, qui ſic de Majeſtate Tua ſentiam. Enimverò *Divus* es, & hoc pacto TE cum priſcis illis Chriſtianis Imperatoribus appellare nefas eſſe nec beati illi veteris Eccleſiæ Patres arbitrantur: ſive mavis cum Sacroſancta Scriptura *Deus* indigetari, *Exod.* 22. & *Pſalm.* 82. Siquidem talem TE Romanis Jova Optimus maximus conſtituit, *Exod.* 7. Cujus Spiritus dixit; *Deus es & filius Altiſſimi*, Pſal. 6. Et iterum; *Quis ſimilis Deo in filiis Dei?* Pſalm 89. ubi Divos Imperatores vocat *filios Dei*, innuens indubiò eos Imperium à ſolo Deo immediatim tenere, ceu beneficium aliquod & feudum fideicommiſſarium, *Daniel.* 9. *Proverb.* 21. *Deuteron.* 2. in quo vices ejus viſibiles (ut cum vulgo loquar) adminiſtrent, *Deuteron.* 17. & 1. *Samuel.* 17. Per quem regnare ſeu imperare dicuntur, *Proverb.* 8. & à quo cuncta illis poteſtas & virtus, *Sapient.* 6. Unde etiam Imperator dicitur *Dei & Chriſti Vicarius* in terra, Sapient. 6. ubi Lyra in gloſſ. & Conradus II. cognomento Salicus Imp. infra fol. 230. hujus noſtræ Collectionis. quin, quod magis eſt, Imperator ab ipſo Cœleſti Oraculo nuncupatur *Chriſtus Dei*, ac *Domini*, ut de Saule Rege 1. *Reg.* 24. & 26. & 2. *Reg.* 1. & 23. de Davide Rege, 2. *Reg.* 19. & 23. *Pſalm.* 20. & 132. Denique de Cyro Imperatore Perſarum, *Eſaia* 45. ſcriptum eſſe legimus.

a Cap. 42.

Hinc ergo eſt, quòd *Sacratiſſimum* TE homines appellent, quaſi unctũ & conſecratum

ſecratum à Domino. Imo ipſum etiam *Sanctitatis* nomen in jus ac poteſtatem tuam tranſivit, ut *Sanctus*, interim etiam *Sanctiſſimus*, in tractaribus ſanctorum Patrum & veterum Scriptorum paſſim vocitareris. Quid? Annon Tibi *Imperium Sacrum, Sacra & Divalis Majeſtas, Cæleſte Oraculum, Leges ſacræ & divinæ, ſacræ & divinæ juſſiones*, &c. in Jure utroque tribuuntur? Ut mihi nec ſacrilegè, nec ſuperbè feciſſe priſci illi Catholici & Orthodoxi Imperatores videantur, qui titulis ſuis honorem *Pontificis Maximi* præſcripſerunt, quo indicarent, datam ſibi poteſtatem à Deo Supremo Imperarore & Cœlico Monarcha, in omne hominum genus, ſacrum profanum, ſub Imperio ſuo degentium.

Quæ cùm ita ſint, Imperator Auguste, monitu ſapientiſſimi Iſraëlitarum Regis Salomonis, per cujus labia Spiritus S. eſt profatus; a *Ne des alienis honorem tuum*: ſed vindica S. Majeſt. Tuæ jura ac privilegia in eos, qui uſurpare & incubare conatu ſacrilego auſi ſunt, quemadmodum ad id impetrandum & efficiendum ſacramento nexus & vadatus es. Non eſt mens animi noſtri, nec cujuſquam (quomodo mihi perſuadeo) ſaniter in Imperio ſapientis, ut in Pontificem Romanum graſſeris cui, ut Imperialis Tuæ Sedis & Capitalis Urbis Romanæ Archimetropolitano, & ea re ſummo Imperii Tui Occidentalis Antiſtiti atque Archipatriarchæ, eam reverentiam ac obſervantiam debes, quam jura legeſque *ἀμφοτέρων* ab utroque veſtrûm exigunt: nec ut in Ordinis Eccleſiaſtici libertatem, quam illibatam & intemeratam præſtare verbis conceptis promiſiſti, violenter inveharis; multò minùs ut confinium Regum, aliorumque in Sacro Imperio Principum & Statuum, juſtas poſſeſſiones miſcendo & turbando invadas: verùm ut Magnum illum Romanorum Imperatorem Pompejum imiteris, de quo Plutarchus b in hunc modum ſcribit; *Phraati Parthorum Regi per Legatos poſtulanti, ut Euphratem Romanæ ditionis terminum eſſe vellet: immò, inquit, illud magis poſtulandum ut Romanorum fines à Parthorum Regno juſtitia dirimat ſignificans, Romanis non eſſe præſcribendum, quouſque debeant proferre Imperium, à quo pro agendo non montes aut flumina debeant arcere: ſed ibi demum fore fines Romanæ ditionis, ubi jus non eſſet ulteriùs procedere.* Quæ igitur nullo jure aut titulo S. Majeſtati Tuæ, ò Imperator, ſive Regio ſeu Imperatorio, debentur, ea non meo (quis enim ego ſum, ut Chriſto Domini, & Domino meo conſilium perhibeam?) ſed Magni Pompeji judicio, nec tangere aggredieris, nec infeſtare, ſi longum Imperium & fortunam felicem à Jove Opt. Max. ſucceſſibus Tuis optas. Ea verò, quæ ab ſanctiſſimis majoribus & anteceſſoribus Tuis optimè conſtituta, & ab omnibus Imperii Ordinibus, aut majori eorum parte, conſentienter comprobata ſunt, & ab aliis injuſtè turbata, ut jure quodam Tuo Imperatorio iterum aſſeras, atque in priſtinũ vigorem reſtituas, Auguſtum S. Majeſt. Tuæ officiũ requirere, quod ab augendo & in majorem ſtatũ evehendo nomen poſſidet, videtur.

Quod officium quibus in rebus præcipuè conſiſtat, nemo Conſiliarius S. Majeſtati Tuæ melius exponet, quàm muti illi Magiſtri, quas Leges & Constitutiones Imperii vocamus. Quum enim ab iis profectæ ſint, qui S. Majeſtatem Tuam in pari eodemque jure & gradu Auguſtali præceſſerunt, nec corruptæ præmiis eſſe, nec gratiam aucupari in aſſentando, nec veritatem ſupprimere ex timore, quem æqualis libertas & parrhiſia ignorat, æſtimandæ ſunt. Vel eò etiam magis, quoniam Tuæ S. Majeſtati enitendum eſt profectò, ut omnes illæ Leges & Conſtitutiones Imperii quàm rectiſſimè ſeſe habeant: in primis autem hæ, *per quas* (ut ait c Demoſthenes) *parvum aut magnum licet eſſe Imperium tuum*. Magnum licebit eſſe, ſi Principibus fortiter facientibus, aut benè præclareque de communi ſalute merentibus, præmia decernas, eorumque conſilio & conſuetudine in Republica reformanda & gubernanda, præſertim avito Hungariæ Regno & Imperio Conſtantinopolitano ab infidelibus Turcis vindicando, in poſterum uteris. Parvum erit, ſi æqualitatem inter Ordines Imperii ac Regnorum ſuſtuleris, & ſive in exteri alicujus ſeu Principis inteſtini favorem, hos nõ modò gratia & quotidiana converſatione, ſed etiam officiorum ac munium publicorum diribitione fovebis; illos cõtra nõ tantùm invidia atque odio proſequeris, quæ Imperator procul habere debet, verùm etiam averſaberis & longè ab Aula Tua ſemovebis atque ſpernes. Hæc ſunt fundamenta Conſtitutionum Imperialium, Imperator Auguste, & per eas ipſiuſmet Imperii, cu

a Proverb. 5.

b In Apophth.

c In Orat. ad Lept.

rii, cujus gubernationem feliciſſimo Tuo regimini ſupremus ille in cœlis Imperator commiſit. Unde etiam non ineleganter & vere a peritis ac prudentibus ſolent Leges fundamentales Imperii Tui appellari, quibus illud ajunt ab initio inſtitutum, auctum & ſtabilitum fuiſſe.

Earum Conſtitutionum præcipua capita S. Majeſtati Tuæ, quàm pauciſſimis potero, non Juriſconſultorum aut explicantium more, ſed relativè, breviter, ſtrictim & quaſi per ſatyram enarrabo; ut quid S. Majeſt. Tuæ ego nunc adoleturus venerim, ceu in ſpeculo quodam contemplari queat. Et primum quidem caput eſt de Tua ac Imperii majeſtate, honore, dignitate, præcellentia, & auctoritate. Quæ omnia ac ſingula per univerſum hoc Conſtitutionum corpus ſparſa & diſſeminata ſunt: quibusve ſervatis ac ſtantibus, felix fauſtumque ſemper fuit Imperium Tuum: & iterum neglectis ac labentibus, ſimul ipſum Imperium ruere, in contemptumque abire cœptum eſt. Vide Majores & anteceſſores Tuos Imperatores Auguſtos, Theodoricum, Clodovæum, Carolum Magnum, Arnulphum, Ottonem Magnum, Henricum III. Fridericum I. Henricum VI. Fridericum II. & (ut cæteros ſilentio prætereant) propatruum tuum Carolum V. Imp. qui rebelles in Italia Ordines cum ipſa Roma in jus ac ditionem Imperii redegerunt: Turcas & Saracenos Hiſpaniâ, Italiâ, Siciliâ, & ipſâ adeò Syria expulerunt: ſubacta Regna Imperio Germanico conjungentes, eorum provincias & agros inter Principes ac Milites diſtribuerunt. Hinc illi verè Auguſti, ab augendo dicti, qui Imperium, quod lateritium acceperant, aureum poſteris ſuis reliquerunt. Quin eò pietas quorundam proceſſit, ut Regna hæreditariò ad ſe devoluta cum Imperio univerint, & Reipub. Germanæ (ut plebeio verbo utar) incorporaverint, eorumque Ordines in numero Liberorum Imperii Statuum repoſuerint. Quod de Ottone Primo, qui Longobardiam; de Henrico III. qui Burgundiam, & Regnum Arelatenſe; de Henrico VI. qui Siciliam & Apuliam; de Friderico II. qui Syriam; de Carolo IV. qui Sileſiam & Poloniam; de Sigismundo, qui Hungariam; de Carolo V. qui Belgium, jure uxorio conquiſita, Germanico, id eſt, Fraterno corpori, propter antiquas Imperii prætenſiones, iterum inſeruerunt. Quorum comitate & beneficio tam latum & amplum Imperium factum eſt, ut ejus vires ſubinde auctæ, univerſo terrarum orbi tremorem incuterent. Nunc autem pudet dicere, & dicendum eſt tamen, ut olim Samnium in Samnio, ita & Imperiũ eſt in Imperio quærendum. In promptu cauſa eſt, quia leges, quæ de excellentia ejus latæ fuerant, ſunt everſæ: quibus ſublatis & amiſſis, ipſa quoque Respubl. profligetur & pereat neceſſe eſt, ut tradit a Ariſtoteles optimus prudentiæ civilis magiſter, & Alexandri M. in Macedonica ſive Græca Monarchia inſtituenda auctor & conformator. a Lib. 5. de Republ. cap. 6.

Alterum Conſtitutionum caput eſt, ne Jus in avulſas ab Imperio provincias negligatur, aut temerè in uſurpatores earum & incubatores privativè (ut loquuntur) & abſolutè, pacto quocumque, transferatur in præjudicium Imperii. Hoc enim formulæ Legum iſtarum publicarum præcisè interdicunt. Ecce enim S. Majeſt. Tuæ ternus eſt in Imperio Archicancellarius; unus per Germanias; alter per Gallias; tertius denique per Italias. Quamobrem rectè atque ordine à nobis factum eſt, ut more priſco dicaris *Moderator Germanorum, Gallorum & Italorum*. Talis namque reverà habitus es jam inde a prima Imperii Germanici origine; & eos titulos Tibi Tuisque ſucceſſoribus proprios atque perpetuos eſſe Leges noſtræ ſanciverunt. Addere debebam, Pannonum quoque & Sarmatarum, niſi eos populos majoribus Tuis & anteceſſoribus placuiſſet in Germanicum jus & civitatem, officiumque Archicancellarii Moguntini adſcribere; quemadmodum Siciliam & cæteras inſulas marinas in Colonienſis, & partes Hiſpanicas in Treverenſis. Quod ſi per fatum necdum potes eſſe, quod diceris; patiens æquo animo, ut expectes occaſionem temporis, quæ perturbatiſſimas ſæpe, & afflictiſſimas atque deſperatiſſimas res minimè opinantibus reconcinnavit. Et quod hodie non es, cras eris; ſic Imperium truditur. b *Morus noviſſima omnium germinat, & tamen parit inter primas; ita qui tempus idoneum opperiuntur rei conficiendæ, etiamſi ſerius cœperint, tamen maturius conficiunt.* Et ſi ulla in re verum eſt dictum Græculi illius c Comici: b Plinius Nat. hiſt. lib. 15. cap. 24

Σύμβουλος οὐδεὶς ἐστι βελτίων χρόνου c Menandri.

Nullus tempore melior conſiliarius.

in re certe publica veriſſimum eſſe comperitur.

Καιροὶ δὲ καταλύουσι τὰς τυραννίδας.
Occaſiones enim diſſolvunt tyrannides,

ut habet ſententia ejuſdem longè optimi Sophi, qua Imperatorem monere volui, ut ſibi notaret ſtatum præſentis Reipubl. ejuſdemque difficultatem, donec occaſio rei benè gerendæ & redintegrandæ opportunam aliquam & præſtabilem commoditatem objecerit. At dicet fortaſſe aliquis, a *pulchrum eſſe inimicos ulciſci. id neque majus, neque pulchrius cuiquam, atque mihi, eſſe videtur: ſed ſi liceat Republicâ ſalva eos perſequi; ſed quatenus id fieri non poteſt, multo tempore, multisque partibus inimici noſtri non peribunt, atque uti nunc ſunt, erunt potius, quàm Reſpublica profligetur atque pereat.*

a Verba ſunt ſapientiſſimæ fœminæ, Corneliæ Gracchorum matris ad filium.

Tertium eſt, libertas Imperii & omnium atque ſingulorum ejuſdem Ordinum. b Agathonis Apophthegma eſſe memorant, *Principem oportere trium meminiſſe; primum, quòd imperet hominibus; deinde, quod ſecundum leges; tertio, quòd non ſemper imperet.* Prorſus ad conditionem Imperii Germanici; cujus libertas primum conſiſtit in patriæ legibus: quibus qui utitur, eum demum optimum eſſe Principem, ſapientiſſimus Græcorum c Bias autumabat. Et Germani hoc ingenio comparati ſunt, ut de d Heracliti ſententia putent, ſe non minus oportere pugnare pro legibus, quàm pro mœnibus. Et profectò ſic fieri ſuetum in Imperio tuo plurimis exemplis obſervavi, ut illis Imperatoribus & Regibus Ordines ſemper promtiſſimam obœdientiam præſtiterint, qui & ipſi legibus, ad quas obſtricti ſunt, parere voluerunt. Et ſenſerunt prudentiſſimi majores noſtri, e *ſuam Rempublicam conſervari nequaquam poſſe, ubi ex utraque parte legum fiat neglectus.* Quare deliberatis conſiliis ſtatuerunt, ut partiri Imperator operas cum Ordinibus, & ex eorum uſu, conſulto & conſuetudine res gerendas inſtituere haberet.

b Stob. Serm. de Magiſtrat.
c Idem Serm. 64
d Laert. lib. 9 cap. 1.
e Stob. Serm 41. Antonius in Meliſ. par. 1. ſerm. 67 Maximus, ſer. 5.

Per mihi ſemper jucundum & volupe fuit legere illud acre & manſuetum Theopompi judicium ſuper libertate regnicolarum, quod Plutarchus, qui civilis diſciplinæ palmam inter Græcos obtinet, hiſce verbis refert pariter & exornat; *Theopompus interroganti, quo pacto quis Regnum tuto poſſit tueri? Si, inquit, amicis concedat juſtam libertatem, pro virib. nihil interim advigilans, ne ſubditi afficiantur injuria. Multis Principibus exitio fuit, quod amicis non permitterent, cives injuria affectos negligerent. Hic temperantia adhibenda eſt, ut Princeps nec amicos alienet tyrannica ſævitia, nec patiatur illos Regia familiaritate abuti ad quidvis audendum præter jus adverſus plebeios, qui nimiùm irritati ſæpè Reges ſuos excuſſerunt.* hæc ille cordatiſſimus ſcriptor: nec ineptè ad honorem ac dignitatem Cæſaris: quæ longè præſtantior cenſeri ſolet in libertate, quàm in ſervitute eorum qui parent. Hinc B. Gregorius Magnus Pontifex Romanus, in Epiſt. ad Phocam Imperatorem noviter electum; *Reformetur jam ſingulis ſub jugo Imperii pii libertas ſua. Hoc namque inter Reges gentium & Reipublicæ Imperatores diſtat, quod Reges gentium, domini ſervorum ſunt; Imperatores verò Reipublicæ, domini liberorum.* Pro cujus ſanctiſſimi Papæ verbis, veriſſimè omni D. Maximilianus I. Aug. Sacræ Majeſt. Tuæ abavus, Princeps optimus & fortiſſimus, dicere ſolitus erat, ſe tanto digniorem eſſe Rege Franciæ, quanto dignioribus imperaret, ſe enim liberis imperare, hunc ſervis. Quin poteſtas etiam non modò amplior & auguſtior, verùm etiam conſtantior & durabilior eſt in libertate. *Quo enim minor poteſtas eſt eorum, qui imperant, eo diuturnius ſtabiliusve omne ſtat Imperium*, f ait Politicorum princeps Plato. Nec deſunt S. Majeſt. Tuæ exempla Divorum anteceſſorum, quæ Cæſareæ Celſitudini longè potius erit æmulari, quàm odioſa neſcio quorum novorum hominũ præcepta. Namque g Trajanus Imper. qui OPTIMI cognomen à Senatu Populoque Romano ex manſuetudine commeruit, quum gladio Præfectum Prætorio, cui nunc Electores æquiperantur, pro ritu & more ſolenni accingeret, ad eum dixit; *Accipe hunc enſem; quo, ſi rectè & ſecundum leges imperavero, pro me uteris: ſin minus, contra me vertes.* Et Hadrianum Imperatorem h ferunt in Senatu Romano frequenter dicere ſolitum; *ſe ſic geſturum Principatum, ut ſciret rem populi eſſe, non ſuam privatam.* Et i Theodoſius Imper. ac Valentinianus Cæſar, *reverà majus Imperio eſſe, ſubmittere legibus Principatũ* reſcripſerunt. Accedat his k Pericles Athenienſiũ Princeps, qui quotieſcunque belli dux creatus eſſet, chlamydem induens, apud ſe dicere conſuevit; *Attende, Pericles, quòd geſturus es Imperiũ in liberos, in Græcos, & in Athenienſes. His dictis ſe vir cordatiſſimus hortabatur, ut moderatè gereret Principatum. Magni ingenii eſt*, addit Plutarch. *imperare liberis. at Græci* (ut nũc Germani) *plusquã liberi tũ erant; poſtremò inter Græcos liberrimi Athenienſes.* Et poſt eos Spartani, de quibus Agidis Regis dictum refert idem l Plutarch. non incongruum, quod hoc loco re

f Lib. 5. de Republ. cap. 11.
g Spartianus.
h Dio.
i L. 4 C. de legib.
k Plutarch. in Apophtheg.
l in Lacon.

co repetatur. Is enim à quodam interrogatus, *quod diſciplina genus potiſſimum exercitarent Reges Lacedæmoniorum? ſcire, inquit, imperare, & ferre imperium.* O divinos Principes, & veros patriæ patres! Quos ille demum Imperator lubens meritò imitabitur, qui cum animo ſuo reputaverit, ſe non modò liberis hominibus, ut Periclem, ſed liberrimis Regibus, ut S. Majeſtatis Tuæ abavus dictitare ſolebat, id eſt, Principibus atque Ordinibus imperare; quorum familiaritate uti in magnis negotiis tractandis & conficiendis, ad ſummum Imperii decus, & excellens generoſæ magnanimitatis Cæſareæ culmen, convenire inprimis videtur.

Affine huic caput eſt, pax publica. a *In hoc enim gratia Regis extollitur & ſervatur,* a Caſſiod. libro 1. epiſt. 9.
(non hæc mea ſunt, ſed Theodorici Imperatoris verba) *ſi in æquitate pacis populum dirigat, & in juſtitiæ vigore conſervet. Hæc enim eſt bonarum artium mater decora; hæc mortalium genus reparabili ſucceſſione multiplicans, facultates protendit, mores extollit, & tantarum rerũ ignarus cognoſcitur, qui eam minimè quæſiſſe ſentitur.* Et iterum pro cauſſa litigantium Imperii Principum componenda ſic ſcribit ad pares & æquales eorum Principes, quibus cauſam illam judicandam committit, b *Decet Regalis apicis Curiam, generalitatis cuſtodire* b Idem epiſt. 14.
concordiam, quæ ad laudem Regnantis trahitur, ſi ab omnibus pax ametur. Quid eſt, quod Principem melius prædicet, quam quietus populus, concors Senatus, & tota Reſpublica morum honeſtate veſtita? Et in fine Sacri mandati ad eoſdem Principes; *Debet enim de talibus viris* (ſc. Imperii Principibus, Comitibus, &c.) *eſſe cura præcipua, qui dare poſſunt minoribus evidenter exempla. Nam qui inter pares ſummos viros litem negligit abolendam, hoc imitari reliquos ſine dubitatione permittit.* O aureum dictum & Germano Imperatore digniſſimum! Ille, qui abſolutiſſimam in Imperio Romano Germano habebat poteſtatem, & omnia poterat, quæcumque volebat, non tamen licere ſibi ſoli putabat judicium in Principes diſcordantes ſumere, ſed eorum cognitionem Viris Illuſtribus commendat, quos conſuevimus noſtris moribus Pares Curiæ appellare. Rationem facto ſuo ipſemet Imperator aſſignat, nimirum hanc, quò & illis ſua libertas, & pax atque concordia in Imperio conſervetur. Multò plurima in eam rem à Divis Imperatoribus & Regibus, tuis in Imperio & Regno prædeceſſoribus, feliciter decreta atque ſancita fuerunt, quæ ordine atque per exempla commemorare nimis longum foret. Exinde enim tot præclaræ & æternùm deprædicandæ Conſtitutiones *de Pace publica, de Pace ſervanda, de Manutentione Pacis, de pœna fractæ Pacis, de Pace Religioſa,* & id genus aliæ conſimiles non paucæ emanarunt. Et ſanè, ſi verum dicere velimus, tota legum vis in hoc uno verſatur & conſiſtit, ut pax in Imperio conſervetur ac cuſtodiatur. *Nam nec privatos focos,* (verbis utor c Ciceronis eloquentiſſimi & potentiſſimi Romanorum Conſulis) *nec publicas* c in Philipp.
leges, nec libertatis jura chara habere poteſt, quem diſcordia, quem cædes civium, quem bellum civile delectat; eumq́; ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandũ puto. Itaq; ſive Sylla, ſive Marius, & ſive quis alius civile bellum optavit, eum deteſtabilem civem Reipubl. natum judico. Nihil igitur hoc cive, nihil hoc homine tetrius, ſi aut civis aut homo habendus eſt, qui bellum civile concupiſcit. Hoc quum maximè præſenti tam afflicto & exacerbato Reipubl. ſtatu, in quo diſtracti civium animi ob diverſitatem religionis facilè ad ſuſpiciones, ad indignationes, denique ad arma commoveri poſſent. Cui malo cavere, aut mederi, nemo meliùs, nemo commodiùs, nemo juſtiùs, quàm Imperator, debet ac poteſt. d Diotogenes Pythagoricæ ſectæ Philoſophus, lyræ ſuis nervis decen- d Steph. Pighius in Hercul. Prodic.
ter ac omnifariam inſtructæ comparat legibus bene conſtitutam Rempubl. eandemq́; mundi pulchram illam harmoniam imitari dicit, ſi Dei officium inter homines adminiſtrans Rex, aut Princeps bonus, rationis & æquitatis arte moduletur in eadem, ritè ſcilicet, ut in concentum dulcem varias hominum diſſentientium voluntates, ac diſcrepantes opinionum tonos congruenter aptet, inque conſenſum ſuaviſſimum ſalutis publicæ & communis utilitatis redigat. Atqui, oggeret fortean aliquis, hoc fi[illegible] nequit, ſtante religionum diſcrepantia, quarum altera prius erit eliminanda & è [illegible]edio tollenda, quàm concentus ille nervorum Reip. congruenter aptari & concord[illegible]t. Errat toto cœlo (pace ipſius dixerim) quiſquis hac opinione præceptus ita ſe[illegible] Priſcum illud Rom. Imperium, quo nec majus umquam nec ſanctius Sol illuxit alterum, æquis oculis intueatur. Videbit Chriſtianos cum Gentilibus, & hos cum illis otioſ[illegible] degere, pacificè vivere, convenienter conſueſcere, concorditer militare ſub uniu[illegible] P[illegible]cipis imp. nũc Pagano, nũc Chriſt. nunc Cath. nũc Hæretico, ſine ulla injuria publica. Eſt etenim Imperator nõ Dominus animorũ & cordiũ, in quibus fides reſidet, ſed membrorum & corporum, quorum ope auxilio eget. Horũ convenientiá

& concordiam mutuam inſtituere habet & debet, ſi amat eſſe, quod dicitur, [illegible],
& concordiam mutuam inſtituere habet & debet, ſi amat eſſe, quod dicitur, [illegible],
Imperator. Poteſtas autem illuſtrandi & conciliandi animos in fide & religione, eſt
ſummum Imperii Cœleſtis regale, quod ſibi ſupremus ille Imperator JOVA ſoli re-
ſervavit, nec ejus vices Imperatori, quamquam Chriſto & Vicario ſuo immediato,
in terra delegavit. Vocare, allicere, ſuadere, verbis, edi[illegible]is, concionibus, præmiis po-
teſt per miniſtros ſuos Epiſcopos & Sacerdotes, ſine cæde & ſanguine, & ſalva i[illegible]te-
rim Republica: cogere fas non eſt, neque tenetur, quia res nec motu & turba publica
caret, & ſine periculo ac diſpendio communis ſalutis non tentari, nedum peragi um-
quam potuit. Eſt ſiquidem Imperium Politia mundana & ſæcularis Monarchica, ad
finem naturalem inſtituta, regimine ariſtocratico, quod omnium optimum & naturæ
convenientiſſimum eſt, temperata, & Imperatori cum Electoribus cæterisque Ordi-
nibus Maximis, Medioximis, Minimis commendata à ſummo eius auctore & rectore
Domino noſtro Jeſu Chriſto. Cujus hoc eſt divinum mandatum, Spiritus ſancti ope
Apoſtolo dictatum; *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum: ſive Regi* (i. e. Im-
peratori Ethnico, cui tunc orbis parebat) *quaſi præcellenti, ſive Ducibus* (olim Præfectis
prætorio & Præſidibus Ethnicis, nunc Electoribus ac cæteris Principibus, cujuſcum-
que ſint Religionis) *tamquam ab eo miſſis: quia ſic eſt voluntas Dei, ut benè* (i. e. rectè) *facien-*
tes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quaſi liberi, & non quaſi velamẽ
habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſervi Dei, &c. 1. Reg. 2. *Ut quietam & tranquillam vitam*
agamus in omni pietate & caſtitate, h. e. innocentia, puritate vitæ & integritate, 1. Timoth.
2. Quo verbo omnia compræhendit Spiritus Sanctus, ob quæ cœleſtis ille Imperator
S. Majeſt. Tuæ vices terreni Imperii deſuper conceſſit. Quare, qui hoc facit, quod
Spiritus S. hoc loco præcipit, is me Deus, & verus civis haberi debet, & nervus concin-
nus in lyra Reipublicæ. a *Quemadmodum* igitur *moderatus non occidit beſtias, ſi abſit mor-*
a Philo Iudæus in lib. de Reſipiſcent. Noe, fol. 102. *ſus periculum? ſic nullus Legiſlator* (ne quidem Imperator) *pœnam decernet contra injuſtos* (
faciamus ita eſſe Proteſtantes) *quieſcentes, ſed quoties moventur & exercent injuſta opera.*

Poſtremum caput eſt, gravaminum Imperii blanda acceptatio, matura cognitio,
& quoad ejus poteſt feſtina medicatio, id eſt, aut moderata manifeſtorum relaxatio,
aut æqua intolerabilium abrogatio, aut ſaltem quorumdam nimis durorum relevamen.
Nam & hæc ad libertatem Imperii Germani cum primis ſpectare contenduntur. Inde
ſcil. fontem eſſe & ſcaturiginem omnium publicorum malorum, quæ hactenus Sacrum
Imperium quaſſarunt & collabefecerunt. Quibus in poſterum perſanandis repertum
eſt à S. Majeſt. Tua promptum remedium & parabile pharmacum, nempe facilitas in
audientia cauſſarum reorumque incunctanter largienda, parilitas in perſonis acce-
ptandis, æquabilitas in juſtitia, ratio qualitatis & idoneitatis in muneribus & officiis pu-
blicis diſtribuendis, ut S. Majeſtas Tua poſſit ſummos cum infimis, Catholicos &
b Plin. in Panegyr. ad Trajan. Imp. Proteſtantes pari jure retinere, & ſimul cavere, ne b legibus antiquis fundatum Impe-
rium, novis legibus evertatur.

Hæc eſt ſumma, IMPERATOR AUGUSTE, ſ[illegible]jus publicum ſpectes,
harum Conſtitutionum Imperialium, quas non Græculi leves, non alienigenæ Reges,
non Proteſtantes Principes, multò minus inferiorum ſubſellium & [illegible]norum gentium
Ordines, tulerunt; ſed Germani illi Monarchæ Indigetes & Autochthones, gentium-
que noſtrarum latores & auctores, illi (inquam) majoru[illegible] noſtrorum Dii majores,
Reges item & Imperatores, quibus partim avito jure, (nam duodecim Romanorum
Imperatores ac Reges ex Majoribus Tuis Habſpurgiæ Comitibus electos fuiſſe
commemorant; quorum tametſi Rudolphum Rheinfeldium, Berchtholdum
Zæringium, & Fridericum Auſtriacum, Ludovici Bavari æmulum, nonnulli non re-
ponant in Catalogo Romanorum Principum, tamen abſque hiſtoriarum monumen-
tis foret, ſatis diplomata & inſtrumenta eorum typari[illegible] ſignata fidem abundè præſta-
rent, quibus nunc S. Majeſtas Tua decimus tertius accedit) partim ſuccedanea ele-
ctionis auctoritate in Imperio & Regno ſubſtitutus es, condiderunt. Quanto ſtudio
hæc inquiſita, quàm diligenti induſtria a me inveſtigata, quàm incredibili ſum-
ptu comparata, quàm denique ærumnabili labore deſcripta & in ordinem redacta
ſint, ut Imperio Tuo prodeſſem, norunt ii, qui me non perfunctoriè noverunt.
Et tamen exſtiterunt quidam maleferiati & acerrimi in hoc ipſo tuo Imperio
cui me, meaque ſtudia jam pridem olim devovi, vitilitigatores, qui q[illegible]æ
optime

optimè & ſanctiſſimè à majoribus Tuis conſtituta & ſancita ſunt, in contumeliam atque injuriam S. Majeſtatis Tuæ perducere conantur. O Sacrilegos! ſed præſtat contemnere. Scit Tua Sacra Majeſtas, ſcimus nos omnes, quotquot ſunt Tui & Sacri Imperii fideles atq; obœdientes, majorum Tuorum leges minimè eſſe contemnendas, quarum latores uſq; adeò ſancti & pii inrer mortales habiti fuerunt, ut commercium cum Diis immortalibus habuiſſe crediti ſint, eorumq; nonnulli Deorum nomen ac cultum vivendo quoq; ſibi comparaverint. Nam Tuiſto, unde adhuc *Theutones*, Teutſchen; Hermino, unde *Chermani* ſeu *Germani*; Francus, unde *Franci* (refero inveteratas vulgi noſtratis opiniones) nuncupamur, Dei à majoribus noſtris etiam tũ Gentili errore infectis appellati ſunt: & Clodovæus Primus, Carolomannus II. Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Lotharius Primus, Carolus III. cognomento Craſſus, Otto Magnus, Henricus II. ab iiſdẽ majoribus noſtris jam tũ Chriſtianis in Sanctorum Cœlitũ numero repoſiti. Quod ſi tantũ & legibus & earũ latoribus à veteribus illis tributum eſt, nonne & nos majorũ noſtrorum veſtigia ſequentes, eas & obſervare & venerari debemus, illiſq; ſemper parere? Namque ad Sacri Imperii & Ordinum ejus arque Civium commune emolumentum conditæ ac perlatæ ſunt.

Verum enimverò, inquier fortè unus aliquis eorum vitilirigatorum, quos modò tetigi, vetera hæc eſſe, & à moribus noſtris remota. Ego verò Sacræ Majeſtati Tuæ audacter confirmo, longe vetuſtiora & à moribus noſtris multò eſſe remotiora, quæ in Corpore Juris Juſtinianei, quàm quæ in hac Collectione, compræhenduntur. Nam mutato Reipubl. Romanæ ſtatu per Populum Germanum, Leges illæ Romanæ, quæ de jure publico loquuntur, pariter mutatæ fuerunt: At hæ Conſtitutiones fundamentales ſunt Imperii Tui, quibus totus Reipubl. Germanæ ſtarus tamquam ſolidis quibuſdam baſibus firmiter innitirur ac fulcitur.

Erunt itidem alii, qui S. Majeſtati Tuæ perſuaſuri ſint, obſoleta hæc jam & antiquata eſſe, pridemq; olim in deſuetudinem abiviſſe, nec ullum ampliùs uſum in Imperio Tuo obtinere. Parcat mihi genius S. Majeſt. Tuæ, ô IMPERATOR, non patieris tibi ab infrunitis & inſenſatis hominibus id imaginari, quod illi fruſtrà ſunt, dum niruntur oſtentare. Dicant enim, ſi volunt, quibus temporibus, à quibus Imperaroribus, in quibus Comitiis vel Curiis, queis contrariis Decretis, aut receptis conſuetudinibus. de communibus & generalibus loquor, non de iis, quæ à Pſeudoregibus aut ſeductis quibuſdam Ordinibus in particularibus conventiculis & conciliabulis ſtatuta fuerunt, & à nobis quoque, ne quid eorum prætermitteremus, quæ ad ſtatum Reip. illuſtrandum pertinent, in his Tomis repoſita) hæ Conſtitutiones, quæ generales ſunt, & de quarum veritate, promulgatione ac univerſitate certò conſtat, aut ſublatæ, aut abrogatæ, aut ſaltem derogatæ fuerint. Quod dum nullis rerum argumentis poſſunt evincere, ſinant quæſo ſuam Divorum majorum Tuorum & anteceſſorum legibus ſanctitatem eſſe intemeratam, quarum vigorem apparet eſſe ex uſu, commodo, honore, dignitate, atque adeò conſervatione Imperii tui, ſineque quibus nec ſtare illud ſartum tectum umquàm, nec diu poterit in ſuæ magnitudinis robore atque ſplendore perdurare.

Confugient rurſus alii ad Novellas Imperii, atque ex Receſſibus & Ordinationibus noviſſimis tentabunt priſcas iſtas Conſtitutiones eludere, in quibus ajunt diverſas prorſus Sanctiones, & cum illis veteribus è diametro pugnantes reperiri. Verùm ne horum quidem ratio ſatis locuples & idonea fidis tuis beneficiariis cenſetur, quæ debeat ullo modo à S. Tua Majeſtate attendi; quum vanè & inaniter in ventum verba fundant, & quid dicant ignorent, in tantum ut cum aëre pugnare Juris Imperialis peritis videantur. Et ſanè erubeſcere debent, quicunque id ſine legum auctoritatibus audent affirmare, juxta regulam ipſius Juſtiniani Imperatoris traditam in *Novella* 18 *cap.* 5. Quòd enim expreſsè non mutatur, cur ſtare prohibeatur, cauſſam non eſſe Divi anteceſſores Tui ſtatuerunt. Itaque cum iſtæ Conſtitutiones tam veteres quàm recentes, quæ verbi graria de poteſtate Imperii & Eccleſiæ, de libertare Ordinum, de Pace publica, de Comitiorum auctorirate, denique de Proceſſu judicii Cæſarei, per Novellas in Corpus Receſſuum Imperii relatas, exſertim

abroga-

abrogatæ aut mutatæ non legantur, ſed è contrario non obſcurè haud uno loco confirmari videantur, inter utraſque interpoſitam interpretationem Auguſtæ Tuæ Majeſtati ſoli & oportet & licet inſpicere, ex recepto & approbato decreto Conſtantini Imp. in *l. 1 C. de legib.* non autem judicio Cameræ, non Curiæ Rotvillanæ, non Pallantiæ Magdenburgenſi, non Judicio Vehmico, non Judiciis Provincialibus, nec Curiis Principum atque Ordinum, multò minùs uni alicui ex plebe Legulejorum, quamvis de jure reſpondendi poteſtatem acceperint. Nihil ergò dubito, quin Illuſtriſſimi, Illuſtres ac Prudentiſſimi S. Majeſtatis Tuæ Domeſtici, atque Ordines Imperii, tanquam Ejuſdem Majeſtatis perpetui Conſiliarii, Novellas noſtras, ut leges poſteriores, ad priores iſtas & antiquiores Conſtitutiones, juxta a Pauli & b Tertulliani veterum Conſultorum præcepta, per interpretationem tracturi ſint. Etenim ſic præceperunt etiam Divi prædeceſſores tui, Imppp. Leo, Alexander & Conſtantinus, Auggg. quorum hæc ſunt verba; c *Antiquiores leges etiam ad poſteriores trahi ſolent:* ſcilicet ubi de interpretatione earum, non correctione agitur, ut eleganter notant Interpretes ad *l. 28 D. de legibus.* Et Matthæus de Afflictis, præſtantiſſimus Italiæ ſuæ Conſultus, & Ferdinandi Regis Catholici, abavi tui materni, Conſiliarius, in facto verè & peritè reſpondit ad hunc modum; d *Super iſto dubio emanavit e. Imperator Lotharius, quod decidit hoc dubium in favorem patrui. ergo ſtandum eſt huic deciſioni. Et ſi dicatur, quòd iſta Conſtitutio* (ſcil. Friderici II. Imper.) *eſt poſterior dicto c. Imperator Lotharius; reſpondeo, quod lex generaliter & ſimpliciter loquens recipit diſtinctionem & limitationem per leges veteres, ut eſt Gloſſ communiter approbata in l. ſciendum ff qui ſatiſd. cogant. ubi dicunt Angel. & Paul. de Caſtro, quod ſtatuta nova indiſtinctè loquentia, non corrigunt jura antiqua cum diſtinctione loquentia, etiamſi in talibus novis legibus dicatur;* Non obſtantibus quibuſcunque aliis, *quia debet intelligi de illis, quæ non poſſunt cum iſtis ſe compati. Gloſſa eſt ſingularis in Auth. de hæred. quæ ab inteſt. in pr. voluit Bart. in Extravag. ad reprimendam, in verſ. non obſtantibus.* Cui conſentaneè ſcripſit Jacobus à Saa JC. Luſitanus, & Regis Portugalliæ Conſiliarius, in hæc verba: e *Hæc dat Regula poſita per Paulum Conſultum, quòd leges poſteriores per priores recipiant declarationem & interpretationem; & priores per poſteriores, quando ſunt ambiguæ aut dubiæ.*

a *l. 26. & l. 28. D. de legib.* b *l. 7. D. de ...* c *Leonum Comprend.*

d *in Commen. ad Conſt. tt. Neapol. lib. 3. rub. 2. n. 42.*

e *in tract. de Prim. genit. num. 41.*

Hæc habui, IMPERATOR CÆSAR, quibus S. T. Majeſtati, cui poſt Deum ſoli pecco, ſi quid pecco, aliquam inſtituti mei rationem explicarem. Tanti enim tes eſt, ut hæc ſcire S. Majeſtatem Tuam, cui omnium actionum mearum cauſſas reddere, ut Domino meo, teneor, magno interiit opere. Quid namque majus aut pulchrius cuiquam, atque S. Tuæ Majeſtati, eſſe debet amplitudine, auctoritate, eminentia, ſplendore, dignitate & integritate Imperii tui? quorum omnium aut vehementer falſi ſunt omnes Sapientes, aut fundamenta ſunt hæ majorum tuorum & in Imperio anteceſſorum divinæ ſanctiones, quibus Imperium Germanum firmiſſimè fundatum, robuſtè ſtabilitum, longiſſimè prolatatum, & feliciter conſervatum fuit. Nec ulli umquam Imperatores (fidem omnium Hiſtoricorum appello) aut infauſtiores & miſeriores, aut contemtiores cùm apud ſubditos, tum vicinos ſuos Principes fuerunt, quàm qui jura Imperii ſui neglexerunt. Quæ jura cujuſmodi ſint, ubertim hæc Collectio docet, cui pleraque omnia, quæ de jure publico à Divis anteceſſoribus tuis laudabiliter inſtituta ſunt, à me fideliter inſeruntur. Quæ ubi ſanctiſſimæ memoriæ patri tuo D. Maximiliano II. ſi D. Ferdinando avo, ſi D. Carolo V. propatruo, ſi denique (ut alios compendi faciam) D. Maximiliano Primo abavo, Imperatoribus Auguſtiſſimis, videre contigiſſet, numquid non auro contrà chariora habituri fuerant? quum certum ſit, conſtetque ex domeſticis eorum Hiſtoriographis, abavum D. Maximilianum tanti æſtimaſſe antiquitates Imperii Romani, earumque peritos interpretes, ut undiquaque perquirere, & præmiis honeſtiſſimis alere atque remunerari ſolitus ſit. Nec minori ſtudio D. Carolus V. propatruus bellum in Italia geſturus incubuit in jura Imperii & regalia, & eorum gnaros ac ſtudioſos paſſim invitavit ingentibus promiſſis, quorum conſilio in rebus maximè arduis & perplexiſſimis uteretur. Et ſuper D. Ferdinando avo relatum à fide dignis commemini, Conſtitutionem Ludovici Bavari Imp. de Juribus & Excellentia Imperii editam, & S. Majeſtati ejus à Seldio Cancellario prælectam, tanta eum reve-

rentia

rentia ſuſcepiſſe, ut oſculo admotam adoraverit. De S. Majeſtatis Tuæ patre, D. Maximiliano Aug. ſanctiſſimæ & deſideratiſſimæ memoriæ Principe, unico Imperatoriæ manſuetudinis exemplo, cujus nunc anima placidiſſima feliciter regnat in æterno Imperio, notior res eſt, quàm ut à me prolixiùs explicari debeat.

Quorum divorum Majorum tuorum exemplo, SACRATISSIME IMPERATOR AUGUSTE, ubi S. Majeſt. Tuæ Sublimitas imitata, hancce meam Collectionem Imperialem placidè acceperit, & collaudandam annuerit, jam obtinuero, quod affectabam, nimirum ut S. Majeſtati Tuæ, Sacrove Imperio, ſtudia mea qualiacumque comprobarem. Sin autem quid (quod ne Deus ſineret, id cum ardentiſſimis precibus rogavi) ſive S. Tua Majeſtas, cujus omnimodæ voluntati ac juſſioni cuncta mea ſtudia venerabundus ſubjicio, aut ejus Illuſtres & Excellentiſſimi Conſiliarii, in quorum cenſura & arbitrio lubens meritoque acquieſcam, in hac Collectione offenderint, quod aut injurium, aut poſitum eſſe minus conſideratè pro conditione horum temporum videatur, illud ego nunciam pro non dicto, nec ſcripto, neque poſito haberi volo. Nam ſi quiſquam eſt, qui ſeſe ſtudeat prodeſſe Reipub. & quàm minimè multos lædere, in eorum numero ego nomen meum primo loco profiteor. Ideoque cum ſalus Reipublicæ, & cunctorum ejus Ordinum, cum incolumitate S. Majeſtatis Tuæ conjuncta ſit, â ſacro oris tui oraculo totus pendere cupio, ut quidquid Divalis tua juſſio mihi ſuper hoc negotio mandaverit, illud ego factum putari velim. Tuus ſiquidem ſum, ô IMPERATOR, non meus: & qui es Dominus Reipublicæ, idem etiam es corporis mei, tamquam membri cujuſmodicumque, ſi qua fides anteceſſorum tuorum placitis eſt habenda: quibus ego quum ſpontè voluntaris meæ & naturali quadam in Dominum ac Imperatorem meum inclinarione, tum Spiritus ſancti doctu & ductu, æquo animo aſſentior. Etenim *data eſt à Domino potentia tibi, & Poteſtas ab Altiſſimo*, Sapient. 6. *Et ubicunque verbum* (id eſt, mandatum, præceptum,) *Regis eſt, ibi dominatio: ecquis dicat ei, quid facis?* Eccleſiaſt. 8. Et alibi monet B. Paulus, tuis mandatis parére, *non ſolùm propter iram*, ſeu formidine pœnæ, *ſed etiam propter conſcientiam*, ſive amore virtutis, Rom. 13.

TE igitur huic cœpto, penes quem Dei hominumque conſenſus, maris ac terræ regimen eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ noſtræ, IMPERATOR AUGUSTE, invoco; cujus ſollicita providentia Conſtitutiones, quas offero, benigniſſimè foventur, tranſgreſſiones earum ſeveriſſimè vindicantur. Nam ſi priſci illi Scriptores ab Iove Cretenſium Monarcha, ſi alii à numine ſuorum Principum principia traxerunt: mea par vitas eò juſtiùs ad favorem S. Majeſtatis Tuæ decurrerit, quòd illorum divinitas opinione tantùm collecta fuit; Tua verò Divalis Majeſtas præſenti fide paterno avitoque ſyderi par videtur: quorum eximio fulgore multum Imperio noſtro inclytæ claritatis acceſſit. Deum enim verum inviſibilem credimus & confidimus: Tibi ejus Vicario conſpicuo adhæremus, Tibi miniſteria noſtra devovemus, Tibi fortunas noſtras ſacrificamus, qui pro S. Majeſtatis Tuæ Patriæque Reipubl. ſoſpitate vitam & ſanguinem fundere, ſi opus ſiet, parati ſumus. Cujus mei animi teſtem eſſe volo hanc Divalium Conſtitutionum Collectionem; quam uti ea manſuetudine, comitate, benignitate, clementia, placiditate & moderatione accipias, qua me nomine Illuſtriſſimorum meorum Principum ſolus ſolum differentem, in arcano tuo conclavi, ſupra integram horam, non modò audire, verùm etiam ſacris affatibus colloqui dignatus es, id S. Majeſtatem tuam adorabundus veneror.

Valer. Maximus in Præfat. ad Tiberium Auguſt.

N. M. Q. T.

Devotus

MELCHIOR GOLDASTUS
Haiminsfeldius, C. S.

II. PARALIPOM. IX.

Sit benedictus Dominus Deus tuus, qui delectatus eſt te, ut collocaret te in ſolio ſuo Regem, ut exerceres judicium & juſtitiam.

PSALM. CXVIII.

A Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris.

ORDINES

ORDINES

SACRI IMPERII ROMANO-GERMANI,

SIVE STATUS LIBERI, QUI INTRA ANNOS CIRCITER quadringentos civitati Germanæ adſcripti, jus ſuffragiorum ferendorum in Comitiis, legum condendarum generalium, tàm civilium, quàm canonicarum, & Magiſtratuum adipiſcendorum in Imperio, obtinuerunt. Deſumpti ex Tabulis publicis, quas FRIDERICUS III. IMP. AUG. in Comitiis Ratiſponenſibus A.C. 1471. conſcribi, & in Acta Imperialia referri mandavit; nec non ex Receſſibus & Matriculis (quas vocant) Imperii variis, tàm veteribus quam novis.

Videantur Mameran in tractat. de Inveſtitura regalium Mauritii Electoris Saxoniæ, Paurmeiſt. lib. 2. de Juriſdict. c. 1. numer 17. Schœnbor. lib. 5. Politicor. c. 6. Hedio in Chro. Eccl. Rauvven in Coſmogra. fol. 697. Munſterus in Coſmograph.

IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS.

REX ROMANORVM AVGVSTVS.

Archiprincipes Electores.

Archiepiſcopus Moguntinus, S. Romani Imperii Archicancellarius per Germaniam.
Archiepiſcopus Trevirenſis, S. Romani Imperii Archicancellarius per Galliam & Regnum Arelatenſe.
Archiepiſcopus Colonienſis, S. Romani Imperii Archicancellarius per Italiam.
Rex Bohemiæ, S. Romani Imperii Archipincerna.
Comes Palatinus Rheni, S. Romani Imperii Archidapifer.
Dux Saxoniæ, S. Romani Imperii Archimareſcalcus.
Marchio Brandenburgiæ, S. Romani Imperii Archicamerarius.

Reges.

Rex Franciæ ſub Angliæ.
Rex Hungariæ.
Rex Poloniæ.
Rex Angliæ.
Rex Scotiæ.
Rex Hiberniæ.
Rex Daniæ.
Rex Sueciæ.
Rex Norvvegiæ.
Rex Dalmatiæ.
Rex Croatiæ.

Archiduces.

Archidux Auſtriæ, qui ſolus hoc titulo præcellit.

Magni Duces.

Magnus Dux Burgundiæ.
Magnus Dux Lithuaniæ.
Magnus Dux Sileſiæ.

Patriarcha.

Archiepiſcopus Aquilegienſis Patriarcha, ſolus.

Primates.

Archiepiſcopus Magdeburgenſis Primas Germaniæ.
Archiepiſcopus Lugdunenſis Primas Galliæ.

Archiepiſcopi.

Archiepiſcopus Salisburgenſis, Legatus Sedis Apoſtolicæ.
Archiepiſcopus Bremenſis in Saxonia.
Archiepiſcopus Biſantinus in Burgundia
Archiepiſcopus Gneznenſis in Polonia.
Archiepiſcopus Lundenſis in Dania.
Archiepiſcopus Rigenſis in Livonia.
Archiepiſcopus Pragenſis in Bohemia.

Magnus Magiſter.

Magnus Magiſter Ordinis Theutonici in Boruſſia.

Epiſco-

Epiſcopi

Epiſcopus Babenbergenſis, qui eſt immediatè ſub Romano pontifice.
Epiſcopus Miſnenſis, qui etiam eſt immediatè ſub Romano pontifice.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Moguntinenſes:

Epiſcopus Herbipolenſis, qui & VVirceburgenſis
Epiſcopus Vangionum, qui VVormatienſis.
Epiſcopus Nemetum, qui Spirenſis.
Epiſcopus Argentinenſis, qui Straſburgenſis.
Epiſcopus Aureatenſis, qui Eychſtetenſis.
Epiſcopus Pragenſis } Sunt à Corolo IV. Imperatore in Archiepiſcopa-
Epiſcopus Olomucenſis } tum Bohemicum tranſlati.
Epiſcopus Conſtantienſis, qui & Mersburgenſis ad Lacum Podamicum.
Epiſcopus Curienſis in Rhætia.
Epiſcopus Verdenſis in Saxonia,
Epiſcopus Auguſtanus in Vindelicia.
Epiſcopus Hildesheimenſis in Saxonia.
Epiſcopus Paderbornenſis in VVeſtphalia.
Epiſcopus Halberſtatenſis in Saxonia.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Trevirenſes:

Epiſcopus Mediomatricum, qui Metenſis.
Epiſcopus Viridunenſis.
Epiſcopus Leucorum, qui Tullenſis.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Agrippinenſes ſeu Colonienſes:

Epiſcopus Tungrorum, qui Leodienſis.
Epiſcopus Mimingerodenſis vel Mimingardeſurdenſis, qui Monaſterienſis in VVeſtphalia.
Epiſcopus Trajectenſis in Holandia, qui Vltrajectinus.
Epiſcopus Mimindonenſis, qui Mindenſis in VVeſtphalia.
Epiſcopus Oſenabrugenſis in VVeſtphalia.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Aquilegienſes ſeu Foroiulienſes:

Epiſcopus Tarviſinus in Marchia Veneta, quæ imperitè vulgo dicitur *Vandalica.*
Epiſcopus Polenſis vel Polanenſis in Hiſtria.
Epiſcopus Tergeſtinus, qui Trieſtenſis, in Hiſtria.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Parthenopolitani ſeu Magdenburgenſes:

Epiſcopus Martisburgenſis, qui Merſeburgenſis.
Epiſcopus Mæſianus, qui Michſnenſis.
Epiſcopus Neapolitanus, qui Naumburgenſis, olim Citicenſis.
Epiſcopus Brennopolitanus, qui Brandenburgenſis.
Epiſcopus Havelburgenſis.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Juvavenſes ſeu Salisburgenſes:

Epiſcopus Reginoburgenſis, qui Ratisbonenſis.
Epiſcopus Laureacenſis, qui Patavienſis ſeu Paſſovienſis.
Epiſcopus Tridentinus.
Epiſcopus Brixinenſis.
Epiſcopus Fruxinenſis, qui Friſingenſis.
Epiſcopus Chiemenſis, qui & Chiemſeenſis.
Epiſcopus Goricenſis, qui & Gurcenſis in Carinthia.
Epiſcopus Seccovienſis, qui & Segovienſis.
Epiſcopus Lubianus, qui Laventinus in Carnia.
Epiſcopus Fabianenſis, qui Viennenſis in Auſtria: Relatus legitur à quibuſdam Matricularius, in Auſtriaco Imperii Circulo.
Epiſcopus Neoſtadianus, qui Nevvſtatenſis: nondum tamen ſeſſionem in Comitiis, quod ſciam, tenuit.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Hammaburgenſes ſive Bremenſes:

Epiſcopus Vagrianus, qui Lubecenſis, olim Aldenburgenſis.

(**) *Epiſcopus*

Epiſcopus Svverinenſis in Megalopolia.
Epiſcopus Libuſſinus in Brandenburgia.
Epiſcopus Schleſvvicenſis in Dania.
Epiſcopus Caminenſis in Pomerania.
Epiſcopus Racemburgenſis in Megalopolia Obotritorum.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Biſantinenſes vel Burgundici:
Epiſcopus Rauracorum, qui Baſilienſis.
Epiſcopus Aventicorum vel Antuatum, qui Lauſannenſis.
Epiſcopus Bellicenſis.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Gneznenſes ſeu Polonici:
Epiſcopus Vratislavienſis, qui Breslenſis in Sileſia.
Epiſcopus Ploccenſis in Maſovia.
Epiſcopus Vladislavienſis, nunc Leslavvenſis, in Cuiavia.
Epiſcopus VVarmienſis in Boruſsia.
Epiſcopus Cracovienſis | *in Polonia*, ſub Alberto I. Imp. & Wenceslao Rege
Epiſcopus Poznanienſis | Bohemiæ & Poloniæ inter Ordines Imperii relati
Epiſcopus Lublinenſis | memorantur.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Lundenſes vel Danici:
Epiſcopus Ripenſis.
Epiſcopus Arvſienſis.
Epiſcopus Othonienſis, qui & Ottonis Svvigenſis.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Rigenſes ſeu Livonici:
Epiſcopus Curienſis, qui & Curlandinus.
Epiſcopus Revalienſis.
Epiſcopus Oeſelienſis.
Epiſcopus Tarpatenſis, qui Derptenſis.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Pragenſes vel Bohemici:
Epiſcopus Olomucenſis in Moravia.
Epiſcopus Luthomiſchlenſis.
Epiſcopus Blyzymenskianus, de quo tamen nihil lego in Receſſibus & Actis Imperialibus.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Rhemenſes ſive Belgici:
Epiſcopus Cameracenſis; qui nunc eſt Archiepiſcopus Belgii, ſed ab imperatore & Ordinibus nondum confirmatus, nec pro tali habetur in Comitiis, ubi inter Epiſcopos adhuc locum ſuum tenere cogitur.
Epiſcopus Atrebatenſis, qui Arraſenſis.
Epiſcopus Morinenſis, qui Tervanenſis, in Britannia.
Epiſcopus Tornacenſis.
Epiſcopus Sancti Andomari in Flandria.

Qui ſequitur, eſt Suffraganeus Viennenſis in Provincia:
Epiſcopus Gebennenſis, qui Genevenſis.

Qui ſequitur, eſt Suffraganeus Tarentaſienſis in Gallia:
Epiſcopus Sedunenſis, qui & Valleſianus, & Sutenſis.

Qui ſequuntur, ſunt Suffraganei Lugdunenſes in Gallia:
Epiſcopus Cabillonenſis, qui Chalonenſis vel Schalonenſis.
Epiſcopus Matiſconenſis in Burgundia.

Qui ſequuntur, ſunt ſub magno Magiſtro Ordinis Theutonici D. Mariæ, qui in Boruſſia obtinet dignitatem Archiepiſcopi:
Epiſcopus Ermlandiæ.
Epiſcopus Heilspergenſis.
Epiſcopus Culmenſis, qui & Cubnſeenſis.
Epiſcopus Premulavienſis.
Epiſcopus Pomezanienſis.
Epiſcopus Sambienſis, qui & Samlandia.
Epiſcopus Riſenburgenſis.

Sub

Sub Carolo IV. Imp. legitur Decretis Imperialibus ſubſcripſiſſe, *Henricus Epiſcopus Lurſudenſis*, qui cujas fuerit non queo divinare, niſi quod putem, nomen eſſe corruptum.

In Matriculis Maximiliano Primo imperante conſcriptis, taxati & cenſiti leguntur ſequentes Epiſcopi, de quorum mihi diœceſibus & ſuffraganeatibus nihil conſtat:

Epiſcopus Amarsforaenſis: Sed hæc civitas ſpectat ad Epiſcopatum Trajectenſem.

Epiſcopus Camorinenſis.

Epiſcopus Sanctianus, Biſchoff von Sanctia.

Epiſcopus Daventrianus. ſed & hæc civitas ſpectat ad Epiſcopatum Trajectenſem.

Conſitrone Abts: quem Epiſcopum in tribus notavi Matriculis hoc modo ſcribi.

Sigiſmundus Imperator allaborabat, ut Ordines Hungariæ cum Germanis reuniret, Itaque in Receſſibus ſub eo factis ſubſcripſiſſe inter Ordines Imperii leguntur:

Archiepiſcopus Strigonienſis, qui Granenſis.

Archiepiſcopus Colocenſis.

Epiſcopus Traguriensis.

Epiſcopus Agrienſis.

Et hi quidem tanquam origine Germani, & in provincia Germanica reſidentes, ad decernendas graviſſimas Imperii controverſias adhibiti fuerunt, in quarum deciſionibus atque decretis variis expreſsè aſſeritur, eas nullibi quàm apud Germanos Principes, jure & ſtylo Germanico eſſe judicandas & determinãdas. Hinc etiam Archiepiſcopus Strigonienſis, tanquam Germanici Imperii Princeps, receptus eſt in Archiepiſcopum ſimul Saliſburgenſem. Et Præpoſitus Strigonienſis fuit Aulæ Cæſareæ Vicecancellarius in Imperio ſimul & Regno. Sed & Agrienſis Epiſcopus Receſſui Nurembergenſi, Anno 1431. inter Germaniæ Epiſcopos ſubſcripſit.

Epiſcopi Angliæ numquam proprio ſuo nomine in Comitiis Imperii comparuerunt, ſed Regis ſui locum & perſonam ſemper repræſentarunt, tanquam Legati & Mandatarii.

MAGISTRI ORDINUM EQUESTRIUM,
qui ſunt Principes Imperij.

Magiſter Ordinis Dominorum Theutonicorum per Germaniam & Italiam.

Magiſter ordinis Theutonicus in Livonia.

Magiſter Ordinis Iohannitarum per Germaniam.

Abbates Principes.

Abbas Fuldenſis, Primas Germaniæ & Galliæ, & Archicancellarius Imperatricis.

Abbas Campodunenſis, qui Kemptenſis in Suevia.

Abbas Murbacenſis in Alſatia.

Abbas Herſfeldenſis in Haſſia.

Abbas Augienſis, qui Reichenavvenſis.

Abbas Sancti Galli in Helvetia.

Abbas Agaunenſis, ſive Sancti Mauritii in Valleſia.

Abbas Altorphenſis, qui & VVeingartenſis.

Abbas Stabulenſis, qui & Stabelaſianus.

Abbas Tudenſis.

Abbas Prumienſis, qui Pſrimenſis.

Abbas Monaſterii Sancti Cornelii apud Indenos.

Abbas Sancti Vedaſti in Flandria.

Abbas Corbeienſis in Saxonia.

Abbas Cluniacenſis in Burgundia.

Abbas Salfeldenſis in Saxonia.

Abbas Verdenſis in VVeſtphalia.

Abbas Gorſeenſis in Gallia.

Præpoſiti Principes.

Præpoſitus VVeiſſenburgenſis in Alſatia inferiore ad Rhenum.
Præpoſitus Elevvangenſis in Suevia Norica.
Præpoſitus Berchtholsgadenſis in Bavaria.

Abbatiſſæ Principes.

Abbatiſſa Tigurina, ſeu Thuricenſis.
Abbatiſſa Quintiuburgenſis vel Quedelburgenſis in Saxonia.
Abbatiſſa Eſſenſis, quæ & Eſſendienſis.
Abbatiſſa Gandersheimenſis in Saxonia.
Abbatiſſa Gerenrodenſis in Saxonia.
Abbatiſſa Herfordenſis, vel Herevordenſis in Saxonia.
Abbatiſſa Andelavienſis in Lotharingia.
Abbatiſſa Buchovienſis ad Federſeam.
Abbatiſſa Sacconiana, quæ Seckingenſis, in Rauracis ad Rhenum.

Duces.

Angrivariæ Dux, qui nunc Engeriæ.
Araſchott Dnx, non eſt receptus inter Liberos Ordines Imperii, ſed eximitur ab Archiprincipe Belgii.
Barrenſis Dux in Gallia.
Barthiæ Dux in Pomerania.
Bavariæ Superioris Dux.
Bavariæ Inferioris Dux.
Bergenſis Dux, qui & Montenſis.
Brabantiæ Dnx.
Brigenſis Dux in Sileſia.
Britanniæ Dux in Gallia.
Brunnenſis Dux in Moravia, von Brynn.
Brunſvigiæ Dux.
de Brys Dux. †
Bullionenſis Dux in Belgio.
Buthuntenſis Dux in Sileſia.
Caballonum vel Chablaſii Dux apud Allobroges.
Carinthiæ Dux.
Carniæ vel Carniolæ Dux.
Carnoviæ Dnx in Sileſia, id eſt, Iegerndorphii.
Caſſubiorum Dux.
Cliviæ Dux.
Croſnæ Dnx in Sileſia.
Cujaviæ Dux in Polonia.
Dalmatiæ Dnx.
Dithmarſiæ vel Dithmaringiæ Dux.
Divionenſis Dux in Burgundia.
Falckenbergenſis Dux in Sileſia.
Franconiæ Dnx.
Geldriæ Dnx.
Glogoviæ Dux in Sileſia.
Holſatiæ Dnx.
Iavvrenſis Dux in Sileſia.
Iuliacenſis Dnx.
Lignicenſis Dnx in Sileſia.
Limburgiæ Dux.
Lotharingiæ Dux.
Lotharingiæ Inferioris vel Lotharichiæ Dux.
Lovanii Dnx in Brabantia.
Lovvenburgiæ Dux in Saxonia.

Lucen-

Lucenburgiæ Dux.
Lunenburgiæ Dux,
Maſoviæ Dux in Polonia.
Maſſæ Dux, qui Matriculis eſt, von Maſſa / *Politicographis* von der Moß.
Megalopolenſis vel Meckelburgiæ Dux.
Meraniæ Dux.
Munſterbergenſis Dux in Sileſia.
Olſenſis vel Olsnenſis Dux in Sileſia.
Oppeliæ vel Opuliæ Dux in Sileſia.
Oſvvicenſis Dux in Sileſia.
Plocenſis Dux in Polonia ſeu Maſovia.
Pomeraniæ Dux.
Ratiboriæ Dux in Sileſia.
Ratzeviliæ Dux in Lituania: qui tamen ad Comitia non vocatur, quia præter nudum titulum, nihil ab Imperio in feudum poſſidet.
Sabaudiæ Dux.
Saganenſis Dux in Sileſia.
Sandomiriæ Dux in Polonia.
Schleſvvicenſis Dux in Dania.
Schvveidnicenſis Dux in Sileſia.
Sedinorum vel Stetinenſis Dux.
Stenaviæ Dux in Sileſia.
Stiriæ Dux.
Stormariæ Dux.
Strelicenſis Dux in Sileſia.
Sueviæ Dux.
Teckenſis Dux in Suevia.
Teſchinenſis Dux in Sileſia.
Troppaviæ Dux in Sileſia.
Valdimontii Dux in Lotharingia.
Vendiæ vel Vinidarum Dux.
Vratiſlaviæ Dux in Sileſia.
VVeſtphaliæ Dux.
VVirtembergiæ Dux.
VVolgaſti Dux in Pomerania.
Zbaraviæ Dux in Ruſſia; de quo tamen nihil notavi in Actis Imperialibus, niſi quod Imperator illi ſcribat; *Illuſtri Principi, noſtro & Sacri Imperii ſideli dilecto.*
Zeringiæ Dux.
Znoymenſis Dux in Moravia, von Znaym.

Landgravii, qui ſunt Principes.

Landgravius Alſatiæ.
Landgravius Thuringiæ.
Landgravius Haſſiæ.
Landgravius Leuchtenbergiæ.
Landgravius Franconiæ.

Marchiones, qui ſunt Principes.

{ *Marchio Miſniæ.*
Marchio Oſtlandiæ, id eſt, Orientalis Miſniæ.
Marchio Landſpergenſis. }
Marchio Moraviæ.
{ *Marchio Luſatiæ.*
Marchia Budiſſinenſis.
Marchio Gorlicenſis. }
{ *Marchio Badenſis.*
Marchio Hachbergenſis.
Marchio Roetelenſis. }

Marchio Cambenſis, qui & Vochburgenſis, in Bavaria.
Marchio Hiſtria.
Marchio Burgovia.
Marchio Seguſianus, qui nunc Suzenſis, ad pedes montium Italiæ.
Marchio Stadenſis in Saxonia.
Marchio Antverpianus, qui vulgò, Sacri Romani Imperii.
Marchio Nummenia in Lotharingio.
Marchio Franchimontii in Belgio.
Marchio Pontamuſſoni in Lotharingia.
Marchio Salutiorum, inter Germaniæ Senatores receptus fuit, ſub Ludovico Bavaro Imperatore.

Principes, ſimpliciter ſic dicti.

Princeps Delphinatus, vel Delphinus Viennenſis, qui eſt Primogenitus Francia
Princeps Anhaltinus.
Princeps Hennenbergia.
Princeps Rugiæ.
Princeps Cabillonenſis in Burgundia, vulgò, de Chalon vel Schalon.
Princeps Aureatenſis, qui nunc Vrania vel Orangia, in Aquitania, inter Germaniæ Senatores cooptatus fuit, ſub Ludovico Bavaro Imperatore.
Princeps Sedani vel Eſſedani in Gallia.
Princeps Pedemontii, ad pedes montium Italiæ.
Princeps Verona & Vincentia.
Princeps Suevia.
Princeps de Chinay in Belgio, qui tamen nunquam ſuo nomine Comitiis interfuit.
Princeps Arenbergia in Belgio.
Princeps Roſenbergia in Bohemio.
Princeps Tranſſylvania in Hungario; quem appono, quia Sereniſſimus Sigiſmundus Princeps nuper mihi confirmavit, ſe ab Imperatore omnia jura ſedendi & ſuffragandi in Comitiis nactum eſſe, quæ cæteri Imperii Principes habent.
VVaivvoda VValachia } ſunt inter Principes Imperii allecti, ſed ſub patro-
VVaivvoda Moldavia } cinio Principis Tranſſylvaniæ, à quo eximuntur.
Quanquam id in præſentia ipſius ſupradicti Principis, me rogante, Illuſtriſſ. Dominus Caſpar Waivvoda Valachiæ negaverit, aſſerens Principatui Valachico eſſe eadem jura ab Imperatore cōceſſa, quoad ſuffragia & dignitates conſequendas, quæ ipſi Sereniſſimo Tranſſylvano.
Princeps Mansfeldia: qui tamen morte præventus nihil principaliter in civilibus Imperii negotiis geſſit, dignitate cum perſona exſtincta.
Princeps Liechtenſteins, qui putatur ab Ordinibus recipiendus.

Burggravii: qui ſunt Principes.

Burggravius Normbergenſis.
Burggravius Magdenburgenſis.
Burggravius Zorbeckenſis.
Burggravius Miſnenſis.

Comites, qui ſunt Principes.

Altiſſiodorenſis Comes & Princeps in Gallia, ſub Ottone IV. Imp.
Altorphenſis Comes & Princeps in Suevia.
Artheſia vel Atrebatum Comes & Princeps.
Aſcania Comes & Princeps.
Bolonia ſeu Bononia Belgica Comes & Princeps.
Burgundia Comes & Princeps, vulgò, Hoch-Burgund; *Gallis. Franche Contè.*
Campania ſive Trecenſis Comes & Princeps in Gallia.
Celia Comes & Princeps.

Croatia

Croatiæ vel Crabatiæ Comes & Princeps. qui videtur eſſe idem cum Ciliano.
Flandriæ Comes & Princeps.
Goritiæ Comes & Princeps.
Habspurgiæ Comes & Princeps.
Hannoniæ Comes & Princeps.
Hennenbergenſis Comes & Princeps.
Holandiæ Comes & Princeps.
Kiburgiæ Comes & Princeps.
Mersburgenſis Comes & Princeps in Saxonia.
Nivernenſis Comes & Princeps in Gallia: qui nunc eſt Dux.
Pictavienſis Comes & Princeps in Aquitania.
Provinciæ Comes & Princeps.
Scepuſienſis Comes & Princeps in Hungaria.
Schirenſis Comes Palatinus & Princeps in Bavaria.
Selandiæ Comes & Princeps.
Siculorum Comes & Princeps in Hungaria, Zackler Graff / in perſona Sigiſmundi Bathorii.
Sultzbacenſis Comes & Princeps in Bavaria.
Tyrolis Comes & Princeps.
VVetinenſis Comes & Princeps in Saxonia.
VVirtembergenſis & Montbeltarat Comes & Princeps.
VVittelsbacenſis Comes Palatinus & Princeps in Bavaria.

Domini, qui ſunt Principes, aut æquiperantur.

Dominus Roſtochienſis.
Dominus Stargardienſis in Megalopolia.
Dominus Friſiæ.
Dominus Marchiæ Venetorum, vulgò perperam *Vandalorum.*
Dominus Portus-Naonis in Forojulij.
Dominus Mechliniæ in Belgio.
Dominus Molini in Burgundia,
Dominus Salinarum in Burgundia.
Dominus Preſſæ in Gal[illegible] Lugdunenſi.
Dominus Zerbeſtæ in [illegible]xonia.
Dominus in Badenvveiler.
Dominus Neoburgiani Principatus in Bavaria.
Dominus Neoſtadiani principatus in Palatinatu.
Dominus Simmerent principatus in Hunnorum tergo.
Dominus Grubenhagiani principatus in Brunſuigia.

Abbates, qui non ſunt Principes :

Alensbacenſis Abbas.
Alpenſis Abbas, qui nunc Herrenalbenſis.
Balentzabergenſis Abbas. †
Bayenhofenſis Abbas. †
Bebenhanſanus Abbas.
Beckenburgenſis Abbas.
Blanckenburgenſis Abbas.
Blaubeurenſis Abbas.
Brinnenſis Abbas. †
Calartenſis Abbas, qui & Kaiſſerheimenſis, & Keiſhemenſis.
Capellenſis Abbas in Helvetia.
Caſtellenſis Abbas.
Cruceiungenſis Abbas.
Diſſentiſſenſis Abbas in Rhetia Curienſi.
Ebersheimmonaſterienſis Abbas in Alſatia.
Echternacenſis Abbas.
Elchingenſis Abbas.

Quæ nomina aſteriſco notata ſunt, videntur eſſe depravata.

Erbacenſis Abbas infra Moguntiam.
Eremitanus Abbas, qui Einſidelenſis.
Fabarienſis Abbas, qui Pfefferſenſis.
Gengenbacenſis Abbas.
Grentzlingenſis Abbas.
Hailbrunnenſis Abbas, qui & de Fonte Salutis.
Helmſtettenſis Abbas in Brunſuigia.
Herdeſhuſenſis vel Hedeshauſenſis Abbas.
Himelhauſenſis Abbas: alii habent Hundelshauſenſis.
Hirſaugienſis Abbas.
Holtzhauſenſis Abbas.
Ileiſhelmenſis Abbas. †
Ilertelingenſis Abbas. †
Ilurferanus Abbas. †
Ilomkomenſis Abbas. †
Iſnenſis Abbas.
Kunigsbrunnenſis Abbas.
Kuntzlingenſis Abbas.
Lůderenſis Abbas.
Luneburgenſis vel Sancti Michaelis Abbas.
Masdbrunnenſis Abbas.
Marchthalenſis Abbas.
Maulbrunnenſis Abbas.
Maurimonaſterienſis Abbas in Alſatia.
Menbacenſis Abbas.
Minderavvenſis Abbas, qui & VVeiſſenavvenſis.
Monaſterienſis in Valle Sancti Georgii Abbas.
Munchenrodenſis Abbas.
Murenſis Abbas in Helvetia.
Ochſenhuſenſis Abbas.
Paternacenſis Abbas, nunc Peterlingenſis in Helvetia Gallica.
Pegavienſis Abbas in Saxonia.
Petershuſanus Abbas Conſtantienſis.
Reckenriedenſis Abbas.
Rickenhauſenſis Abbas.
Richlinghauſenſis Abbas.
Ritterhuſenſis Abbas.
Rockenburgenſis Abbas.
Rodenſis Abbas.
Rotenhauſenſis vel Rockenhauſenſis Abbas.
de Salbelly Abbas. †
Salmanſvvilerenſis Abbas, qui & Salomonisvillanus.
de Sant Biagio Abbas. †
Sancti Blaſii Abbas ad Sylvam Hercimiam.
Sancti Egidii Abbas Normbergenſis.
Sancti Hemmerani Abbas Ratiſponenſis.
Sancti Iohannis Abbas.
Sancti Iohannis Abbas in Thurtalo, id eſt, Valle Thuri fluminis in Helvetia.
Sancti Lucij Abbas Curienſis in Rhaetia.
Sancti Matthiæ Abbas Treverenſis.
Sancti Maximini Abbas Treverenſis.
Sancti Petri Abbas in Hercinia.
Sanctorum Vlrici & Afræ Abbas Auguſtanus.
Sancti Vrbani Abbas in Helvetia.
Scaphuſianus Abbas.
Schuſſenriedenſis Abbas.
Schuternenſis Abbas.

Schvartz-

Schvvartzachenſis Abbas.
Seeſteinenſis Abbas.
Steinenſis Abbas ad Rhenum.
Tegernſeenſis Abbas.
de Vadſaer Abbas. †
Vrſbergenſis Abbas.
VValckenriedenſis Abbas.
VValtſachſſenſis Abbas.
VVettingenſis Abbas ad Limagum.
Yrſinenſis vel Yrſeenſis Abbas.
Zinnenſis Abbas.
Zvvifaltenſis Abbas.

Præpoſiti, qui non ſunt Principes.

Præpoſitus Salecenſis ad Rhenum.
Præpoſitus VVormatienſis.
Præpoſitus Aquiſgranenſis, qui & Aquenſis.
Præpoſitus Odenheimenſis.
Præpoſitus VValtkirchenſis.
Præpoſitus VVettenhuſanus.
Præpoſitus Chamburgenſis.
Præpoſitus Veteris Oetingæ.
Præpoſitus Xantenſis.
Præpoſitus Tigurinus.
Præpoſitus Salodurenſis.
Præpoſitus Lucernanus.
Præpoſitus Beronenſis ſeu Monaſterienſis in Ergovia Helvetiorum.
Præpoſitus Interlacenſis, nunc Interlappenſis in Helvetia Gallica.
Præpoſitus Burſchedenſis apud Aquiſgranum.
Præpoſitus Arnvelenſis prope Sarbruccam.
Præpoſitus de Embedis. †

Abbatiſſæ, quæ non ſunt Principes.

Abbatiſſa Lindavienſis ad Lacum Potamicum.
Abbatiſſa Superioris Monaſterii Ratisponenſis.
Abbatiſſa Inferioris Monaſterii Ratiſponenſis.
Abbatiſſa Rotomonaſterienſis.
Abbatiſſa Schenniſenſis.
Abbatiſſa Hegbacenſis.
Abbatiſſa Baindtenſis.
Abbatiſſa Guttemellenſis.
Abbatiſſa Kauffingenſis.
Abbatiſſa VVunſchdorffenſis.
Abbatiſſa Torenſis.

Balivi, ſeu Commendatores Provinciales Ordinum Equeſtrium.

Commendator Provincialis Balivatus Confluentiæ.
Commendator Provincialis Balivatus Alſatiæ & Burgundiæ.
Commendator Provincialis Balivatus Auſtriæ.
Commendator Provincialis Balivatus ad Athesim.
Magiſter Ordinis Iohannitarum per Marchiam, Saxoniam, Vendiam & Pomeraniã.
Commendator Provincialis Balivatus Haſſiæ.
Commendator Provincialis Balivatus Antritziæ. †
Commendator Provincialis Balivatus Ladeſſæ. †
Commendator Provincialis Balivatus Franconiæ.
Commendator Provincialis Balivatus Thuringiæ.
Commendator Theutonicæ Domus *Altshauſenſis.*
Commendator Iohannitarum Domus VVeſelenſis in VVederavia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Comites

Comites.

Agennenſis Comes. †
Alboni Comes in Burgundia.
Alendorphii Comes.
Altenburgi Comes, qui nunc Oldenburgenſis.
Altorphii Comes in Bavaria.
Andechſia Comes.
Aquilæ pennatæ Comes, von Arlen/Gallicè, *de Penne aigle.*
Arberga Comes in Helvetia.
Arenberga Comes in Belgio.
Arnſperga Comes in VVeſtphalia.
Arnſtadianus Comes in Thuringia.
Badenſis Comes in Helvetia.
Ballenſtadianus Comes.
Barbiæ Comes.
Battenburgi Comes.
Beichſteinenſis Comes. †
Beylſteini Comes.
Benthemi Comes.
Bergæ vel Bergenſis Comes.
de Bene vel Bers Comes.
Bernburgi Comes.
Beuchlingi Comes.
Bibenbachi Comes.
Bibersdorphii Comes.
Bilitionum ſeu Bellitzenſis Comes.
Bitſchii Comes.
Blanckenburgi Comes.
Blanckenheimi Comes.
Bobenhauſanus Comes.
Bodvvideli Comes.
Bogenſis Comes.
Brandiſii Comes.
Breda Comes.
Brennenſis Comes.
Breuberga Comes.
Brigantii vel Bregentianus Comes.
Bruchenſis Comes.
Bruchhauſanus Comes in Saxonia.
Brunckhorſti Comes.
Budingeni Comes.
Burckhauſanus Comes in Bavaria.
Burenſis Comes.
Calbenſis vel Calvvenſis Comes in Suevia.
Caſtellanus Comes in Franconia.
Cattimælibeccorum vel Catzenelnbogenſis Comes.
De Chavv Comes in Bavaria. †
De Chiny Comes in Belgio.
Claramontanus Comes. Fortè, *Helbergenſis.*
Dagsburgi Comes.
Daſſellanus Comes.
Delmenhorſti Comes.
Dietzenſis Comes.
Diepholtzii nobilis Comes.
Dillingenſis Comes.
Duisburgi Comes in VVeſtphalia.
Diuna Comes; Fort. Dhun *vel* Daun.

Derenberga Comes.
Eberſteini Comes.
Eckhartsberga Comes.
Egeſsheimi Comes.
Egmondanus Comes.
Eilenburgi Comes.
Embſanus Comes, nunc *de Hohenembs*, olim *Amyſi Dominus*
Erbacenſis Comes.
Falckenſteini Comes ad Rhenum.
Falckenſteini Comes in VVedderavia
Finnenſis Comes in Dania, de Fünen.
Fiſlingia Comes in Lotharingia.
Frauvenfeldia Comes in Helvetia.
Friburgi Comes in Brisgovia.
Froburgi Comes.
Furſtenberga Comes.
de Geex Comes in Helvetia Gallica
de Geiln & Ruch Comes. †
de Genevois ſeu Gebenneſianus Comes, qui & Genevenſis.
Gengenſis Comes.
de Gera vel Gerauv Comes in Saxonia.
Gleichenſis Comes.
Gleiſsberga Comes.
Granſeenſis Comes in Helvetia Gallica.
de Groyz vel Groitzſch Comes.
Gronsfeldianus Comes. † an *Kranichsfeld* in Saxonia?
Gruemberga Comes in Bavaria.
Gruningenſis Comes.
de Gryers Comes in Helvetia.
de Gutzgovv Comes.
Hadmarsperga Comes.
Haga Comes in Bavaria.
Haigenlochi Comes in Suevia.
Halſenſis Comes in Bavaria.
Hamburgi vel Homburgi Comes in Saxonia.
Honovia Comes in VVedderavia.
Hardecki Comes in Auſtria.
Hartenſteini Comes.
Hartzefeldenſis Comes.
Haſtburgi Comes. †
Heilgenberga vel Sancti Montis Comes.
Helffenſteini Comes.
Herenberga Comes in Suevia.
Hirsperga vel Hirtzberga Comes.
Hochſtadianus Comes.
Hoenlohenſis Comes.
Hohenberga Comes ad Nicrum.
Hoia Comes.
Holenſteini Comes in Bavaria.
Holſteini Comes in Saxonia.
Homberga Comes in Rauracis.
Homburgi vel Honburgi Comes.
de Honde Comes. †
Honſteini vel Hohenſteini Comes.
Horburgi vel Horrenburgi Comes.

Horna-

Hornanus Comes.
de Huſpeh Comes. †
Iſenbergi Comes in Saxonia.
Iſenburgi Comes ad Rhenum.
Kefernburgi Comes.
Kirchbergæ Comes in Suevia,
Kirchbergæ Comes in Bavaria.
Kirchbergæ Comes in Thuringia: qui numeratur rectiùs infrà inter Burggravios.
Klettenburgi Comes.
de Kuke vel Kule Comes.
Kulenburgi Comes.
Künigiteini Comes.
Lauffenbergæ Comes ad Rhenum.
de Laxin Comes. †. Forte, *Repin.*
Leiningenſis Comes.
Leiſnecki Comes.
Lentzburgi Comes.
Leonſteini vel Levvenſteini Comes.
de Liebera vve Comes in Bavaria.
Liechtſtalli Comes.
Liechtenbergæ Comes in Alſatia.
Liechtenbergæ Comes in Thuringia.
Limpurgi vel Lünburgi Comes.
de Lindavv & Tappin Comes.
Linthelbergæ Comes.
Lippiæ Nobilis Comes.
Lobdeburgi Comes in Miſnia.
Loheni Comes in Belgio.
Lohræ Comes in Saxonia.
de Lorſtingen Comes. †. Forte, *Iuſtingen.*
Loſenſteini Comes.
Luckenſis Comes: †
Lupſenſis Comes.
Lutzelſteini Comes in Lotharingia.
Manderſchiedi Comes.
Mansfeldiæ Comes.
Marcæ vel Marchæ Comes.
Maſaxiæ Comes.
Matiſconenſis Comes in Burgundia.
Melingenſis Comes.
Meſſershuſenſis Comes in Bavaria.
Metſchenſis Comes in Rhætia Curienſi.
Mettburgi Comes.
Mœrſiæ Comes.
Montalti vel Montisalti Comes in Rhætia Curienſi.
Montisfortis Comes in Rhætia Curienſi.
Morenſis Comes.
Mosburgi Comes in Bavaria.
Müllingenſis Comes in Saxonia.
Namurci Comes.
Naſſoviæ Comes.
Neoburgi Comes in Helvetiæ Gallica, vulgò *VVelſchennevvenburg*, Gallicè *Neufchaſtel.*
Neoburgi vel Nevvenburgi Comes in Rhætia Curienſi.

Neoburgi

Neoburgi vel Nevvenburgi Comes ad Danubium.
Neonari vel Nevvenari, id eſt *Novæ Aquilæ Comes.*
Neoſtadii ſeu Villæ novæ Comes.
Niddæ Comes in VVedderavia.
Nydoviæ Comes in Helvetia.
Oberſteini Comes in Alſatia. Fortè, *Eberſteini.*
Oberſteini Comes in Saxonia.
Ochſenſteini Comes.
Oetingæ Comes.
Orbæ Comes in Helvetia Gallica.
Orlemundi Comes.
Ortenburgi Comes in Bavaria, qui nunc dicuntur *Antiquiores Comites de Ortenburg*, reſpe-
ctu eorum qui à Carolo V. Imp. creati ſub Auſtriacis degunt, ſed inter Ordines libe-
ros & Comitiales non computantur.
Oſtfriſiæ Comes.
Pfullendorphij Comes.
Phalagiæ Comes in Bavaria.
Phirretis Comes, qui & Ferrariæ, in Alſatia.
Plaini Comes.
Pleiſſenſis Comes.
Putinæ Comes.
Querfurdiæ Comes & Nobilis Dominus.
Radenbachi Comes. Fortè infrà inter Barones, *Radenach.*
Rapini Comes.
Raprechtsvvileri Comes.
Ravenſpurgi Comes in VVeſtphalia.
Remontii vel Romuntii, id eſt *Rotundimontis Comes in Sabaudia.*
* *Retzenſis Comes.*
Rheingravii, ſeu Comites Rheni.
Rheinſteini, qui & Regenſteini, Comes.
Rhineckiæ Comes in Helvetia.
Rhieckiæ Comes in Franconia.
Rifferſcheidi Comes.
Ruperga Comes.
Rochlitzii Comes.
Rordorphii Comes.
Rorenſis Comes.
Rorſheimi Comes in Friſia.
Rotenburgi Comes ad Ruſam in Helvetia.
Rotenburgi Comes ad Nicrum in Suevia.
Roteneckiæ Comes.
Rotenfelſæ Comes.
Rugravii, ſeu Comites Aſperi.
Runckelii Comes.
Rutſchenfordiæ Comes.
Rüxingenſis Comes.
Salbini Comes. †
Salmenſis Comes.
de Sano Comes. †
Sarbruckæ vel Sarabrugarum Comes.
Sarunetum vel Sarganſi Comes.
Sarvverdæ Comes.
Schardfeldii Comes.
Schavvenburgi Comes in Saxonia.
Schinenſis Comes. †

Schlick à Paſſaun Comes.
Schmalenegkiæ Comes.
Schrapeloviæ Comes.
Schvvanenbergæ Comes.
Schvvartzenburgi Comes in Thuringia.
Schvvartzenbergæ Comes in Franconiæ.
Schvveinsheuti Comes. †
Schvverini Comes.
Seynenſis Comes.
Senogallienſis Comes.
Solmſenſis Comes.
Sondershuſanus Comes.
Sonnenbergæ Comes in Suevia:
Spanheimi Comes.
Spiegelbergæ Nobilis Comes.
Steinfordiæ Comes.
Sternenbergæ Comes.
Stolbergæ Comes.
Straſsbergæ Comes in Helvetia.
Sultzenſis Comes.
Sumersburgi Comes in Saxonia.
Teckelnburgi Comes.
Tetnangiæ Comes.
Thierſteins Comes.
Thuni Comes ad Ararim in Helvetia.
Tieſſenſis Comes.
Tillenburgi Comes.
Toggenburgi Comes.
Torgaviæ Comes in Saxonia.
Thruhendingenſis vel VVaſſertruhendingiæ Comes.
Valdutiæ aut Vadutziæ Comes in Rhætia Curienſi.
Valendyſi aut Valangins Comes in Helvetia Gallica:
Velbergæ & Chlamineæ Comes.
Veldentiæ aut Veldentiæ Comes.
Veldkirchiæ Comes in Rhætiæ Curienſi.
Veringiæ Comes.
Viandens Comes.
Viennenſis Comes in Provincia.
Vinariæ ſeu VVeimariæ Comes.
de Vinplingen & Varad Comes, †
Vrachi Comes.
VVarleæ vel VVarleæ Comes.
VVagriæ Comes.
VValdeckiæ Comes.
VValdinbergæ Comes. †
VValſeæ Comes in Saxonia.
VVangæ Comes in VVaggenthalo.
VVaſſerburgi Comes in Bavaria.
VVeiſſenfelſiæ Comes in Saxonia.
VVerdenbergæ Comes in Helvetia.
VVeringerodæ Comes.
VVertheims Comes.
VVeſterburgi Comes.
VVeſtfriſiæ Comes.
VViedæ Comes.

VVildgra-

VVildgravii, id eſt, *Comites Sylveſtres.*
VVillſtoviæ Comes.
VVincenburgi Comes.
VVindeckiæ & Gaſterni Comes.
VVinterthuri vel Vitoduri Comes.
VViſbadæ Comes.
VVitgenſteini Comes.
VVerdæ Comes.
VVolfratzhuſiæ Comes.
VVunsdorphii Comes.
Zigenhani Comes.
Zinbriæ vel Sigmaringiæ Comes.
Zolleranus vel Hohenzolleranus Comes.
Zutphaniæ Comes.
Zvveybrukiæ Comes.

Landgravii, qui non ſunt Principes, ſed in Comitum dignitate.

Barenſis Landgravius, in der Baar.
Briſgoviæ Landgravius.
Burgendiæ Landgravius, ſeu Burgundiæ Helveticæ, in Burgenden.
Kletgoviæ, ſeu Kleckoviæ Landgravius.
Nebelgoviæ ſeu Ranckvvilæ Landgravius.
Nellenburgi Landgravius.
Sugoviæ Landgravius.
Stefrungenſis Landgravius.
Suntgoviæ Landgravius.
Suſenbergæ Landgravius.
Tullingiæ vel Stuelingiæ Landgravius.
Turgoviæ Landgravius.
VValgoviæ Landgravius.

Burggravii, qui non ſunt Principes, ſed in Comitum dignitate.

Altenburgi Burggravius in Miſnia.
Alzeæ Burggravius.
Beckelnheimi Burggravius.
Biſantii Burggravius in Burgundia.
Dhonæ Burggravius.
Fridbergæ Burggravius in VVedderavia.
Geilnhuſæ Burggravius.
Kirckbergæ Burggravius in Thuringia: qui nunc vivit, eſt ultimus ſuæ ſtirpis, & improlis.
Ratiſponæ Burggravius in Bavaria.
Rheineckiæ Burggravius.
Rietenburgi Burggravius.
Roſenbergæ Burggravius.
Starckenbergæ Burggravius.
Stromburgi Burggravius.
VVethini Burggravius in Saxonia.

Aarvvangenſis Baro.
Abenſperga Baro.
Abuſenſis & Landovianus Baro.
Alendorphii Baro.
Alpenſis Baro.
Altenburgi Baro prope Mersburgum in Saxonia.
Apoldæ Baro.
Appermontii Baro in Lotharingia.
Arbonæ Baro in Helvetia ad Lacum Potamicum.
Arburgi Baro.
de Archo Comes in Carnia.
Armontii Baro.
Arnshaga & Lobdenburgi Baro.
Aſpermontii Baro in Rucantiis Rhetiæ, von Ruchenberg Germanicè dictus.
Aurſpachi Baro in Miſnia.
Babenhauſenſis Baro eſt Fuggerus.
Balomphenbergæ Baro in Auſtria. †
Bappenheimi Mareſcalcus Baro.
Barri Baro in Alſatia.
Battenbergæ Baro: qui & Comes Battenburgi.
Baumgarten in Schvvangavv & Erbach Baro.
Bechburgi Baro.
Bellmontii ſeu Bellimontis Baro in Rhætia.
de Belp Baro. †
Berga & Valla Baro: ideſt, de Bergen & VValen; ſed ſupra numeratur inter Comites.
Biberſteini Baro.
Bickēbachi Baro. an eſt, qui ſupra inter Comites vocatur, *Bebenbach?*
Billichdorphii Baro.
Blanckenberga Baro, ſuprà inter Comites vocatur, *Blanckenburg.*
Blanckenſteini Baro, an eſt, qui ſuprà *Comes Blanckenheimi?*
de Blangeio Baro in Burgundia.
Blavvenſteini Baro ad Blavam in Rauracis.
Bleſingi Baro. †
Blumeneckia Baro.
de Bonnl Baro.
Bonſtettenſis Baro.
de Boves Baro in Belgio.
de Brance Baro in Burgundia.
Brandenſteins in Ranis Baro.
Bredenrodii Baro in Hollandia.
Brevvberga Baro.
Bruckberga Baro.
Bruneckia Baro.
Bubenberga Baro.
Buchegkia Baro.
Buchheimi Baro.
Bulachi Baro.
Burgeh ſeu Bergavia Baro.
Burglenſis Baro in Turgovia.
Buſſnangi Baro.
Chemnatenſis ſeu Kemnatenſis Baro.
Colditii Baro in Saxonia.
Dachſtuli Baro.
Degenberga Baro.
Dieſſenhofenſis Dapifer Baro *in Helvetia.*
Droyſſiga Baro.
Eberſtalli Baro.
Eckia vel de Ecker Baro.
Eckertſavva Baro.
Ehrenfelſia Baro.
Einskirchi Baro.
Elbrecht Schirichenſis Baro.
Elgkovia Baro.
Ellerbachi Baro.
Eltzius in Pirmontii Baro.
Endæ Baro.
Eppſteini vel Eppenſteini Baro.
Eſchenbachi Baro.
Ettendorphii Baro.
Ezigelhemi Baro.
Falckenberga Baro in Rauracis.
Falckenſteini Baro.
Falckenſteini Baro in Helvetia.
Falckenſteini Baro ſupra Hercaniam.
Farvvangenſis Baro.
Feuchtvvangenſis Baro.
Finſtingenſis Baro in Helvetia.
Fleckenſteini Baro.
Fluminis ſive de Flums Baro.
Fraunberga vel Frauvvenberga Baro.
Freyenſteini Baro.
Freybergius: vide *Iuſtingen.*
Fridovia Baro.
Fronhofenſis Baro.
Fronſpergius: vide *Mindelheim.*
Fruotingenſis Baro.
Fryberga Baro. Fortè *Friburgi*, qui nunc Comes.
Gehmenſis Baro, zu Gemen.
Geravva Baro: qui ſuprà inter Comites.
Geroltzeckia Baro, *qui nunc Hohengeroltzeckius.*
Gevera Baro, zu Jeuern.
Giersberga Baro.

Girbadenſis

Girbadenſis Baro.
de Gmant vel Gmont Baro Camerarius. †
de Gæskon vel Gæsken Baro.
Gradetzsi Baro.
Graſsburgi Baro: an eſt, qui ſupra inter Comites Straſsberg?
Gravenecktæ Baro.
de Greytz Baro: qui ſupra inter Comites Groyſz.
Grimmenſteini Baro.
Grünenbergæ Baro: an qui ſupra inter Comites eſt, Gruemberg?
Gundelſingiæ Baro.
Gutenburgi Baro.
Guttingenſis Baro.
Habachi Baro.
Hagenoviæ Baro in Bavaria.
Hagenbergæ Baro.
Haruſſianus Baro.
Haſenburgi Baro in Rauracis ad Blaviam.
Haslen: vide infrà Reſti.
Hauſenſis Baro in Kintzinger thal.
Hedvvigii Baro.
Heideckiæ Baro.
Heldrungiæ Nobilis Dominus.
Helingsbergæ Baro.
Henchoviæ Baro †
Herchenfeldiæ vel Herchenfelſiæ Baro
de Herſis Baro. †
Hevvenſis vel Hohenhevvenſis Baro.
Hilgeslebens Baro.
Hinsbergæ Baro.
Hoheneckiæ Baro.
Hohenfelſius in Reupoltzkirch Baro.
Hornbergæ Baro.
Hunenbergæ Baro.
Iſungius in VVolckenburg Baro.
Itzſteini Baro.
Iuſtingenſis Baro eſt Freybergius.
Keyſerſtuli Baro.
de Kien Baro. † an eſt Kain in Auſtria?
Kienburgæ vel Kienbergæ Baro.
Kirchbergæ Baro eſt Fuggerus, qui numeratur ſuprà inter Comites.
Klingenſis Baro, qui & de Altenklingen & Hohenklingen.
Klingenbergæ Baro.
Kniphauſanus Baro.
Kranichfeldiæ Baro.
Kriechingiæ Baro in VVeſtria.
Künigsbergæ Baro, qui nunc de Hohenkünigsberg.
Künigseckerbergæ Baro.
Künigseckiæ Baro.
de Laittern ſive Scalæ Baro in Bavaria.

de Landefeld Pincerna Baro. †
Landſpergæ Baro in Bavaria ad Lycum.
Langenbergæ Baro.
Langenſteini Baro.
Leckiæ Baro.
de Lengentriers Baro. †
Leuchtenburgi & Elſterburgi Baro.
Limburgi Baro in Suevia.
Limburgi Pincerna Baro in Franconia.
Lindenus in Rechum Baro. †
de Litt Baro. Fortè de Lich in VVedderavia.
Lobræ Baro.
Lothhofenus Baro.
Marckdorphii Mareſcalcus Baro.
Mechſelreinus in VValaeck Baro.
Mersbergæ & Beffortii Baro.
Meſskirchi Baro.
Melichlingius in Burgmilichling Baro.
Mindelheimi Baro, olim Fronſpergius, nunc Fuggerus.
Mintzenbergæ Baro.
Montenachi Baro.
de Montz Baro. †
de Mulens Baro in Burgundia.
Mynſingenſis Baro in Helvetia.
Neiffenſis Baro.
de Nerneſen Baro. †
Oberhofens & Riedæ Baro.
Orangiæ Baro in VVeſtria.
Palmæ Baro in Helvetia.
Pemelbergæ Baro.
Pirffingenſis Baro.
Plaviæ ſeu Plavveni Baro eſt Reuſſenus.
Pirmont: vide Eltzius.
Plantaira ſeu Planaterra & Ynburgi Baro.
Pleſſæ Baro in Haſſia.
Pflugius in Schvveinberg Baro.
Polegii Baro in Burgundia.
Polheimi Baro in Auſtria.
Polvveili Baro in Alſatia.
Priſingenſis Baro. †
de Prunes Baro.
Pudlitzsi Baro in Marchia.
Puſcha in Ravenſperg Dapifer Baro.
Quadius in Reckhumb Baro.
Radebergæ Baro.
Radeckiæ Pincerna Baro.
Radenachi vel de Radenacker Baro. Fortè qui ſuprà inter Comites, Radenbach.
Rappolſteini Baro.
de Raren vel Raron Baro.
Ratzuntzsi vel Retzüntzii, i.e. Rhætienſis Baro.
Ravenſteini Baro.
Rechbergæ Baro, qui nunc de Hohenrechberg.
Regendorff: vide Rogendorph.

Regenſperga Baro.
Reichenſteini Baro.
Reiffenberga Baro in VVedderovia.
Reigelsperga Baro.
Reſsberga Baro. †
Reſti in Hasle Baro.
Rauchtelberga Baro.
Reupoltzkirch: vide ſuprà, *Hohenfels.*
Reuſſen: vide ſuprà, *Plavia.*
Rieneckia Baro, an qui ſuprà inter Comites? & iterum inter Burggravios?
Ringkenberga Boro.
Rinnenberga Baro. Fortè *Rosnenburgi.*
Rimburgi Baro. †
Rocca vel Rupium Baro in Burgundia.
Rogendorphii Baro.
Rorbachi Baro.
Roſeneckia Baro.
Roſslavia Baro.
Ruſſegeberga Baro. †
Ruſseckia Baro.
Sainsheimi & Kottenheimi Baro.
Songerhauſanus Baro.
Soltza Baro.
Samerhofenſis Baro. †
Saxi Baro, *qui nunc Hohenſoxenſis vel de Alto ſaxo.*
Schaffenburgi Baro.
Schaltzvvilenſis Baro.
Scharpfeneckia Baro.
Schaumburgi vel Schomburgi Baro in B*avaria ad Analim.*
Schelkingenſis Baro *in Suevia.*
Schellenberga Baro *in Rhatio.*
Schleidenſis Baro.
Schlevvitzii Baro.
Schnabelberga Baro.
Schramberga Baro.
Schtrolenberga Baro. †
Schvvabachi Baro *in Nortgovia.*
Schvvondenſis Baro.
Schvvanfeldia Baro.
Schvvartzenberga Baro *in Helvetia.*
Schvvartzenberga & Hohenlandsperga Baro *in Franconia.* ſed ſuprà refertur inter Comites.
Schvvendius in Schofhauſen Boro.
de Semeruff Baro. †
de Senſerchen Pincerna Baro. †
de Sepf Baro. †
Sibenberga Baro in Belgio.
Sidavvia Baro.
Signovvia Baro.
Schœnburgi Baro in *Miſnia.*
Sosburgi Baro. †
Spiegelberga Boro in Helvetia.
Stoheleckia Baro.
Stahenvverchi Boro. †
Starekenberga Baro in Saxonia.
Stauffenſis Baro.
Stauffenberga Baro. an eſt *Stubenbergenſis* in Auſtria?
Sternenberga Baro in Bohemia.
Stiffelmoſtingia Baro.
Stoeffelia Baro.
Strattlingenſis Boro in Helvetia.
Stralavvia Baro.
Taranti Baro.
Tautenberga Pincerna Baro.
Tegerfeldia Baro.
de Thurn & Fruetingen Baro.
de Thurn & VVallis Baro.
Torberga Baro.
Torringia Baro.
Toſvvachi Baro. †
de Travvsnicht Baro.
de Trimſs ſeu Hohentrimſs Baro in Rhatio.
Trinberga Baro.
Trogenſis Baro in Helvetia.
Truchburgi vel Trutburgi Baro.
Tuffenſis Baro.
Tuffenberga Baro.
Vatzii Baro in Rhatio.
Vergii Boro in Burgundia.
de Villars Boro.
Vilſpiburgi Baro. †
Vitendorphii Baro.
Vlamontis Baro in VVeſtria.
Vtzingenſis Baro.
VValtburgi Dapifer Baro.
VValſea Baro in Suevia.
VVannenberga Baro.
VVarberga Nobilis Baro.
de VVart Baro.
VVartenberga Boro in Rauracis ad Rhenum.
VVartenberga Baro in Bohemia.
VVartenfelſia Baro.
VVaſſerburgi Baro eſt Fuggerus.
VVaſſerſtelizii Baro.
VVediſchvvili Baro.
VVeinſperga Baro.
VVeſſenhorni Baro.
VVeiſskirchi Baro.
VVerda Baro apud Helgenſtot in Bavaria:
de VVermunt Baro. †
VVevelinghofenſis Baro.
VVietlichſpachi Baro.
VVildenſteini Baro.
VVilaenſelſia Baro.
VVinnenberga Baro.

VVipe-

VVipera Baro.
de VViſſen Baro.
VViſſenburgi Baro.
de VVitte Baro.
de VVittermulen Baro. †
VVolckenſteini Baro.
VVeldenburgi Baro.
VVolffſteinius in Oberſultzburg Baro.
VVolhuſenſis Baro.
de VVoltemrotſa Baro. †
VVülſtirgenſis Baro.
VVurmenſtettenſis Baro.
Zanovia Baro.
Zelkingia Baro in Carinthia.
Zoluſelberga Baro. †
Ynburg: vide *Plenaterra.*

Advocati, Vögt / qui Baronibus æquiperantur.

Advocatus Auguſtanus in Vindelicia.
Advocatus Aquenſis vel Aquiſgranenſis.
Advocatus Turegienſis in Helvetia.
Advocatus in Hunolſtein.
Advocatus de Monte.
Advocatus Bethunæ in Flandria.
Advocatus in VVendelſtein.

Equites, Ritter / qui Baronibus æquiperantur.

Societas Sancti Georgii in Suevia.
Ordo Equeſtris in Hegovia.
Equites de Gerlaſſee.
Equites de Fridberg.
Equites de Baden.
Equites de Geilnhauſen.
Equites Aurei Velleris in Imperio.
Equites de Andlovv.
Equites de Meldingen.
Equites de Strondeck.
Equites de Froſenberg. †
Pincerna de VVinterſtetten.
Nobiles de Planitz in Miſnia.
Nobiles de Platho in Saxonia.
Nobiles de Erenberg.
Nobiles de Stainach.

CIVITATES LIBERÆ IMPERIALES ET PROVINCIALES,

quæ immediatè Imperatorem, ſalvis cæteris Juribus, recognoſcebant, & partim adhuc recognoſcunt: exſcriptæ ex Matriculis & Actis Imperialibus.

Abbatiſcella.
Agilsfeldia vel Aglisfeldia. †
Altenburgum in Miſnia.
Alena.
Amarsfordia.
Amſterdamum.
Andelavis.
Andernacum.
Antverpia.
Aquilegium.
Aquiſgranum.
Arelatum.
Argentina.
Asburg, quæ & Haſenburg. † Fortè eſt *Aſchenburg*, quæ ſequitur.
Aſchaffenburgum.
Auguſta Vindelicum.
Bacheracum.
Bamberga, quæ Bapaberga, & Babeberga.
Baſilea.
Berma, † Fortè *Brema*, vel *Berna*, quæ ſequitur.
Berna
Bernheimum.
Bibracum.
Biela, quæ & Bienna, & Bipennis.
Bingia.
Biſantium in Burgundia.
Bonna.
Bopardia.
Bopfinga.
Brackela.
Brema.
Bremgartum.
Briſacum.
Brixina.
Brunſuigia.
Buchorna.
Buchovia.
Budiſſinum in Luſatia.
Cameracum in Flandria.
Campena in Hollandia.
Campodunum.
Cella in Hamerſpacho.
Chemnitium in Miſnia.
Colonia Agrippina.
Columbaria.

Confluentia ad Rhenum.
Conſtantia ad Lacum Podamicum.
Corbeia in Saxonia.
Cracovia in Polonia.
Curia Rhatorum.
Dantiſcum in Boruſsia, qua & Gedanum.
Daventria.
Diepachum.
Dinckelsbuhela.
Donavverda.
Duchatum.
Duisburgum.
Egra ad Sylvam Bohemicam.
Ebenheimum ſuperius.
Eimbeca.
Eiſenacum in Thuringia,
Elbinga in Boruſſia.
Erfordia.
Eſſelinga.
Eſſenum vel Eſſendia.
Forchheimum.
Franckenſteinum.
Franckofordia ad Mœnum.
Franckofordia ad Oderam.
Freiſtadium Suevorum.
Friburgum in Briſgovia.
Friburgum in Vchtlandia.
Fridberga in VVedderavia.
Frideslaria.
Fruximum, qua Friſinga
Fulda.
Geilnhuſa.
Gemunda in Suevia.
Geneva.
Gengenbacum.
Gerenrodia.
Gienga.
Glarona.
Goslaria.
Gottinga.
Gotzavva.
Griphisvvaldia.
Groninga.
Grunberga, alii habent *Gumberga, in Haſſia.*
Hala Suevia.
Hala Saxonia.
Halberſtadium.
Hamburga.
Hannovera.
Heidelberga.
Heidesfeldia.
Heilbrunna.
Hemgo, alii habent, *Hunigovv.* Fortè *Lemgovv*, de qua infra,
Herbipolis, qua & VVirciburgum.
Hersfeldia.
Hervordia.
Hildeshemum.
Horna.
Ingelhemum ſuperius.
Ingelhemum inferius.
Iſenum in Suevia.
Kauffbeura.
Kaufmansſarbrucka.
Keiſſersberga.
Landsvia.
Lauginga.
Lauſanna.
Lautera ſeu Keiſſerslautera.
Lauternburgum vel Lauterbuch.
Lemgovia.
Leodium.
Leuthkirchum.
Limpurgum ad Rhenum.
Lindavia.
Loupa.
Lubecca.
Lucerna.
Lugdunum Gallia.
Luneburgum.
Magdeburgum.
Marcodurum.
Marpurgum.
Martispurgum vel Merspurgum in Thuringia,
Mechlinia.
Memminga.
Metis ſeu Mediomatrices.
Mindenum,
Moguntia.
Monaſterium in VVeſtphalia.
Monaſterium in Valle S. Georgii.
Mulhuſium in Suntgovia.
Mulhuſium in Haſsia.
Mulhuſium in Thuringia.
Narva in Livonia vel Ruſſia.
Naumburgum.
Neoſtadium, neſcio an in Franconia, an ad Hardam.
Neoburgum in Rauracis ad Rhenum.
Neomagum in Geldria.
Norimberga.
Northeimum.
Northuſium.
Nortlinga.
Nogardia in Ruſſia, vel Novogradum.
Nuſſia vel Noveſium.
Odernheimum.
Offenburgum.
Oppenheimum.
Oſelia in Livonia.

Padel-

Padelbronna.
Patavium vel Paſſavva.
Pfullendorphium.
Praga in Bohemia.
Quedelnburgum.
Ratiſpona, vel Regenſpurgum.
Ratſladium.
Ravenſpurgum in Suevia.
Revalia in Livonia.
Reutlinga.
Rhinfeldia.
Riga in Livonia.
Rosheimum.
Roſtochium.
Rotenburga ad Tuberim.
Rotvvila.
Rubescum, vel Ruffachum.
Salisburgum.
Salodurum.
Sanctigallum, quæ & Gallopolis.
S:ap' uſia.
Schlesvvicum in Dania.
Schvveinfordia.
Sedunum in Valleſia.
Seleſtadium.
Selingenſtadium ad Mœnum.
Spira Nemetum.
Stadenum in Saxonia.
Suitium in Helvetia.
Sunda, quæ & Straleſunda.
Suolla in Holandia.
Suſatum.
Tarbatum in Livonia.
Thorunum in Boruſſia.
Tigurum.
Tremonia.
Treveris.
Tridentum.
Tugium.
Tullum.
Turckheimum in Alſatia.
Valentiana in Hannonia.
Vberlinga.
Velskirchum.
Verda Saxoniæ.
Verda Sueviæ, quæ vulgò *Donavverda.*
Verdunum Lotharingiæ.
Veſalia ſuperior ad Rhenum.
Veſalia inferior apud Iuliacos.
Vienna Auſtriæ.
Vienna Provinciæ.
Vlma.
Vltrajectum Holandiæ.
Vndervvaldia, quæ & Sylvania.
Vrania.
Vratislavia in Sileſia.
VValckenrieda.
VVangena in Algovia.
VVarburga vel VVartburga.
VVetzflaria.
VVila vel Villa Turgoviæ.
VVila vel Villa Sueviæ, quæ & VVeilerſtadium.
VVeiſſenburgum in Nortgovia.
VVeiſſenburgum ad Rhenum.
VVimpina.
VVindesbemum.
VViſmaria.
VVormatia.
Zofinga.
Zvvickav'a.

CORPVS

SACRI IMPERII ROMANO-GERMANI, IN SUA MEMBRA ET OFFICIA QUADRIpertitum, quorum Status ex cunctis totius Imperii Occidentalis Gradibus & Ordinibus, cum in eum modum aucti eſſent, ut difficile & nimis impendioſum foret in unum omnes convocari, rerum publicarum deliberandarum, & legum generalium ſanciendarum cauſſa, delecti fuerunt, ut vice cæterorum omnium conſultarent.

Videatur Auctor Chronic. Colonien. folio 103. Georgium Alten in Chron. Nonbergenſ. Behé in Chron. Auguſtan. Munſterus libro 3. Coſmograph. Hertzog. in Chron. Alſat. fol. 143. Stumpfius in Chron. Helvet lib. 2. in pr. Albinus in Chronic. Miſniæ, fol. 321. Rauvvenus in Coſmograph. fol. 696. Abraham Saurius in Penu Notarior. in pr.

IV. Electores Eccleſiaſtici,
- *Papa Romanus, S. Rom. Imperii Archipatriarcha Occumenicus ſeu Vniverſalis.*
- *Archiepiſcopus Moguntinus, S. Rom. Imperii Archicancellarius per Germaniam & Sclavonias.*
- *Archiepiſcopus Trevirenſis, S. Rom. Imperii Archicancellarius per Gallias & Regnum Arelatenſe.*
- *Archiepiſcopus Colonienſis, S. Rom. Imperii Archicancellarius per Italias & Inſulas Marinas.*

a Hic primo loco ita ponitur in typo Colonienſis figuræ de anno 1587.

IV. Electores Laici, *qui ex Decreto Sigiſmundi Imperatoris ſunt* **Archiprincipes,**
- *Rex Bohemiæ, S. Rom. Imperii Archipincerna.*
- *Comes Palatinus Rheni, S. Rom. Imperii Archidapifer.*
- *Dux Saxoniæ, S. Rom. Imperii Archimareſcalcus.*
- *Marchio Brandenburgiæ, S. Rom. Imperii Archicamerarius.*

b Hos habet Saurius dicto loco.

IV. [b] **Reges: Die vier Hohen Königreich/**
- *Romanorum.*
- *Franciæ.*
- *Poloniæ.*
- *Hungariæ.*

IV. Patriarchæ,
- *Romanus.*
- *Conſtantinopolitanus.*
- *Aquilegienſis.*
- *Ravennas.*

(*Aquilegienſis.* & *Ravennas.*) hi duo ſucceſſerunt in vicem Orientalium: *Alexandrini.* *Antiocheni.*

IV. Primates.
- *Magdeburgenſis.*
- *Lugdunenſis.*
- *Strigonienſis.*
- *Gnetznenſis.*

IV. Cancellarii,
- *Toletanus per Hiſpaniam.*
- *Cantuarienſis per Britanniam.*
- *Strigonienſis per Pannoniam.*
- *Gnetznenſis per Sarmatiam.*

IV. Archiepiſcopi,
- *Salisburgenſis.*
- *Rhemenſis.*
- *Mediolanenſis.*
- . . . . . .

IV. Epi-

IV. Epiſcopi,
- *Babenbergenſis.*
- *Miſenenſis.*
- *Ratiſponenſis.*
- *Herbipolenſis.*

IV. Duces, Die vier Hohen Hertzogthumb/
- *Saxoniæ*, vel *Brunſchvvigiæ.*
- *Bavariæ*; aliis, *Auſtriæ.*
- *Sueviæ*; aliis *Pfallantiæ*, *vel Palatinatus.*
- *Lotharingiæ*; aliis, *Burgundiæ.*

IV. Archipalatini, Die vier Ertz-Pfaltzgraven/
- *Rheni.*
- *Saxoniæ.*
- *Franciæ.*
- *Hungariæ.*

IV. Vicarii, *ex Reformat. Sigiſmundi Imp. lib. 2. c. 20. §. 2*
- *Auſtriæ.*
- *Medìolani.*
- *Sabaudiæ.*
- *Burgundiæ.*

IV. Vicarii, *ex vulgari Typo Colonienſi*,
- *Brabantiæ.*
- *Inferioris Saxoniæ.*
- *VVeſtriæ.*
- *Sileſiæ.*

IV. Landgravii, id eſt, Comites Provinciales,
- *Thuringiæ.*
- *Alſatiæ.*
- *Haſſiæ.*
- *Leuchtenbergæ.*

IV. Marchiones, id eſt, Comites Limitanei.
- *Moraviæ.*
- *Brandenburgiæ.*
- *Miſniæ.*
- *Badenſis.*

IV. Burggravii, id eſt, Comites Caſtellani,
- *Norimbergæ.*
- *Magdenburgi.*
- *Rheineckiæ.*
- *Strombergæ.*

IV. a Hærgravii ſeu Heregravii, id eſt, Comites militares, *ſeu verius*, Belli Duces.
- *Brabantiæ.*
- *Normanniæ.*
- *Ungariæ.*
- *Ferrariæ.*

IV. Comites, Die vier Schlecht-Graven/ ſive Einfachgraven/
- *Cliviæ.*
- *Sabaudiæ.*
- *Schvvartzenburgi.*
- *Ciliæ*; aliis, *Græciæ*, vel *Goritiæ.*

IV. b Pannerheri, id eſt, Bānerarii, ſeu Bandophori, qui ſunt Vexilliferi,
- *Bavariæ.*
- *Medìolani.*
- *Auſtriæ.*
- *Poloniæ.*

IV. c Pfallantzgravii ſeu Comites Palatini,
- *Sueviæ.*
- *Bavariæ.*
- *Franconiæ.*
- *Saxoniæ.*

IV. Liberi Domini ſeu Barones, Die vier Freyherrn/ vel Semperfreyen/
- *Limburgi in Franconia.*
- *VVeſterburgi.*
- *Thuſis & Rhara.*
- *Aldenvvaldiæ.*

a Hos quatuor ita ponit Hertzog in Chron. Alſat. fol. 143.

b Idem Hertzog. d. lo. & Ravven in Coſmograph. folio 696.

c Hi 4. confirmantur auctoritate Speculi Saxonici, & VVichbildi Magdeburgenſis.

IV. Stre-

IV. Strenui Comites, Die vier Ritterliche Graven/ qui à quibusdam etiam vocantur Heergraven/
- *Flandriæ.*
- *Tyrolis.*
- *Altenburgi.*
- *Ferraria*: Fortè, *Ferrets*, id eſt, Pfirdt.

IV. Domini Provinciales, Die vier Landherren/
- *Mirandula.*
- *Scala, id eſt, Verona.*
- *Padua ſeu Patavii,*
- *Mediolani.*

IV. Abbates.
- *Fuldenſis.*
- *Campodunenſis.*
- *VVeiſſenburgenſis.*
- *Marbacenſis.*

IV. Domus, Die vier Häuſer/
- *Auſtria.*
- *Saxonia.*
- *Braunſchvvigia.*
- *Bavaria.*

IV. Inſulæ.
- *Sicilia.*
- *Anglia.*
- *Suecia.*
- *Cyprus.*

IV. Milites vel Equites, Die vier Ritter/ aliis Erb-Ritter/
- *Andela via.*
- *Meldinga.*
- *Strundeckia.*
- *Fravvenberga.*

(*Meldinga*, *Strundeckia*) in quorum deceſſorum loco ſurrogati ſunt: *VVeiſsbach in Miſnia.* *Carlvvitz in Miſnia.*

IV. Mareſcalci, Die vier Haupt Marſchälck/
- *Bappenheimii,*
- *[illegible]uliaci.*
- *Miſnia.*
- *Finſtingiæ*; aliis *Frieſingia.*

IV. Ambacti ſeu Miniſteriales, Die vier Diener/ ſive Amptleuthe/
- *Miſnia*, Apud Albinum in Chron, Miſn, fol. 321.
- *Rhinfeldia*, apud Stumpfium in Chron. Helvet. lib. 12. cap. 12. in princ.
- . . . .
- . . . .

IV. Advocati, Die vier Landvoigte/ ſive Landvögt/
- *Miſnia*, apud Albinum, dict. loc.
- . . . . .
- . . . . .
- . . . . .

IV. Venatores, Die vier Ober Jäger/
- *Carinthia*, apud Munſterum in Coſmograph. fol. 690. in princ.
- . . . . . .
- . . . . . .
- . . . . . .

IV. Venatores inferiores.
- *Horni, ſive Hurni*
- *Vrachi.*
- *Schomburgi.*
- *Metſchi in Rhætia Curienſi.*

IV. Officiales hæreditarii, Die vier Erb-Aempter/
- *VValdburg Dapifer.*
- *Radach Pincerna.*
- *Marckdorff Mareſcallus.*
- *Kemnat Camerarius.*

IV Servi vel Miniſteriales, Die vier Knecht/
- *VValdeck.*
- *Hirten à Fulch*; aliis, *Herren à Filchen.*
- *Arnſperg*, vel *Arenſperg.*
- *Rabnavv*, vel *Rabenavv.*

IV. Dapi-

IV. Dapifer hereditarii, Die vier Erbtruckſeſſen/
- *VVellersvvalde*, apud Albinum fol. 321.
- . . . . .
- . . . . .
- . . . . .

IV. Coquinarii, id eſt, Magiſtri Coquinæ, Die vier Erbküchenmeiſter/
- *Seldeneck.*
- . . . . . .
- . . . . . .
- . . . . . .

IV. [a] Civitates Inaugurales, Die vier Cronſtädt.
- *Aquisgranum.*
- *Arelatum.*
- *Mediolanum.*
- *Roma.*

IV. Civitates Imperiales, [b] *κατ' ἐξοχὴν* ſic dictæ, Die vier Hauptſtädte/
- *Auguſta.*
- *Aquiſgranum.*
- *Metum.*
- *Lubeca.*

IV. Civitates Regales, Die vier Königliche Städte/
- *Neapolis.*
- *Lutetia.*
- *Cracovia.*
- *Buda*; aliis, *Haſnia.*

IV. Civitates Electorales, Die vier Churſtädte/
- *Praga.*
- *Heidelberga*; aliis, *Amberga.*
- *VVittenberga.*
- *Cuſtrinum.*

IV. Emporia, Die vier Handelſtädt/
- *Maſſilia.*
- *Moguntia*; nunc, *Francofordia.*
- *Venetia.*
- . . . . . nunc *Antverpia*, vel *Ambſterodamum.*

IV. Burgi, id eſt, Caſtra,
- *Altenburgum.*
- *Magdenburgum.*
- *Rotenburgum ad Tuberim.*
- *Meckelburgum*; aliis, *Lucelburgum.*

IV. Pagi, Die vier Dörffer/
- *Bamberga.*
- *Vlma.*
- *Hagenovia.*
- *Seleſtadium.*

IV. Vici, Die vier Flecklein/
- *Ingelheim.*
- *Altdorff*; aliis, *Altrip.*
- *Liechtenavv.*
- *Denckendorff*; aliis, *Deckendorf.*

IV. Villæ, Die vier Weiler/
- *Orlamunda*, apud Albinum fol. 321.
- . . . .
- . . . .
- . . . .

IV. Bergæ, id eſt, Montes, Die vier Bergen/
- *Munſterberga.*
- *Fridberga.*
- *Heidelberga.*
- *Norinberga.*

IV. Ruſtici, Die vier Bauren/ſive Baumänner/
- *Colonia.*
- *Ratiſpona.*
- *Conſtantia.*
- *Salisburgum.*

a Niem in Nemor. unionis, lib. 6. c. 33. fol. 484.

b Baumeiſt lib. 2. cap. ult. num. 16.

ELENCHUS

CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM HOC PRIMO TOMO COMPREHENSARUM, INDE A PRIMORDIO IMPERII GERMANI USQUE AD PRÆSENTEM ÆTATEM.

TUISTONIS Monarchæ, *Leges & inſtituta, Anno Mundi* 1812. *Folio* 1
2. Herminonis Monarchæ, *Leges & inſtituta, A.M.* 2070. *ibid.*
3. Marcomiri I. Regis, *Inſtitutum de Monarchia Imperii Francici, A.M.* 3547. 2
4. Anthenoris I. Regis, *Confirmatio inſtituti Marcomiriani, A.M.* 3562. *ibid.*
5. Baſani I. Regis, *Leges & inſtituta, A.M.* 3698. *ibid.*
6. Clodomeri I. Regis, *Reſcriptum ad Gallos terram occupatam repetentes, A.M.* 3720. 3
7. Antenoris II. Regis, *Lex de non immolandis hominibus. A.M.* 3807. *ibid.*
8. Franci Regis, *Edictum de nomine Francorum, A.M.* 3949. *ibid.*
9. Glogionis I. Regis, *Repetitio inſtituti de Monarchia Francica, Anno Chriſti* 11. *ibid.*
10. Herimeri Regis, *Lex de negligentia Ducum, A.C.* 23. 4
11. Clogionis II. Regis, *Lex de ætate Regis, A.C.* 309. *ibid.*
12. Clodomeri II. Regis, *Reſcriptum ad petita Turingorum auxilia contra Suevos, A.C.* 323. *ibid.*
13. Dagoberti I. Regis, *Reſcriptum pro libertate Francorum, ad Valentinianum Imp. tributa exigentem, A.C.* 395. *ibid.*
14. Genſerici Imperatoris, *Conſtitutio de primogenitura Regni. A.C.* 471. 5
15. Theodorici Imperatoris, *Leges, A.C.* 492. *ibid.*
16. *Ejuſdem Sacra ad Burgundionum, Herulorum, Varinorum & Turogorum Reges, pro pace & mutua auxilii unitate adverſus Francorum Regem Imperii æmulum, A.C.* 509. *ibid.*
17. *Ejuſdem &* Anaſtaſii Imperatoris, *Legatio ad Theodonem Ducem & cæteros Bavariæ Proceres, ut ſe Imperio Romano ſubjiciant, A.C.* 515. *ibid.*
18. Gilimeris Imperatoris, *Reſcriptum de depoſitione Regis, & primogenitura Regni, ad Juſtinianum Imperatorem, A.C.* 526. 6
19. *Ejuſdem Reſcriptum, quod Imperatore Germano indignum ſit, ut ſe Græcorum Regis poteſtati & Imperio ſubjiciat, A.C.* 527. *ibid.*
20. Athalarici Imperatoris, *Reſcriptum ſuper provinciis legitimo jure belli quæſitis, ad Beliſarium, A.C.* 528. 7
21. Theodahati Imperatoris, *Pactum cum Juſtiniano Imperatore de tradendis et Imperii Occidentalis habenis, A.C.* 536. *ibid.*
22. Vittigis Imperatoris, *Oratio ad Proceres Imperii de provinciis Imperii remotioribus in inſtanti periculo dedendis, A.C.* 536. *ibid.*
23. *Ejusdem Reſcriptum ad Gothos Auximi obſeſſos, ne fidem deſerant, A.C.* 536. 8
24. *Ejuſdem ordinatio d. obedientia Papæ Senatus Populique Romani, Imperatori Germano debita, A.C.* 536. *ibid.*
25. Hildovaldi Imperatoris, *Oratio ad Proceres Imperii, de bello non temere ſuſcipiendo, A.C.* 540. *ibid.*
26. Totilæ Imperatoris, *Oratio de parcendis & recipiendis in gratiam civibus per vim ab Imperio abalienatis, A.C.* 543. 9
27. *Ejuſdem Reſcriptum de injuriis hoſtiliter illatis emendandis, A.C.* 554. *ibid.*
28. *Ejuſdem Reſcriptum ad Juſtinianum Imperatorem, de ſocietate Imperii poſt captam Romam, A.C.* 546. *ibid.*
29. *Ejuſdem Edictum de non lædendis civibus dedititiis & imbellibus, de juſtitiæ correctione, & pœna perfidiæ, A.C.* 547. *ibid.*

30. Clo-

30. Clotharii I. Regis Aug. *Edictum de tributo à bonis Eccleſiaſticis exigendo, A.C. 555.* 10
31. *Ejusdem Decretum de electione & depoſitione Epiſcopi, A.C. 560.* 11
32. Chariberti Regis Aug. *Decretum de electione & depoſitione Epiſcopi, A.C. 566.* 11
33. Chilpecici Regis Aug. *Mandatum de aſylis, A.C. 579.* ibid.
34. *Ejusdem Lex Canonica de pœna criminoſi Epiſcopi, A.C. 580.* ibid.
35. *Ejusdem Decretum in Eccleſiaſticos heribannitos, A. C. 581.* ibid.
36. *Ejuſdem Statutum de deſcriptionibus cenſuum fiſcalium, A.C. 583.* ibid.
37. *Ejuſdem Indiculus de Summa Trinitate, A.C. 583.* ibid.
38. *Ejuſdem Edictum de literis alphabeto addendis, A.C. 584.* 12
39. *Ejuſdem Sanctio contra Regiorum mandatorum contemptores, A.C. 586.* ibid.
40. *Ejuſdem Revocationes inoſſicioſarum donationum Epiſcopis & Eccleſiis factarũ, A.C. 587.* ib.
41. Guntheramni Regis Aug. *Sanctio in parricidas Regum, A.C. 587.* ibid.
42. *Ejuſdem mandatum in Eccleſiaſticos heribannitos, A.C. 588.* ibid.
43. *Ejuſdem Decretum de graſſationibus militum, A.C. 888.* ibid.
44. *Ejuſdem &* Childeberti II. Regum Augg. *Receſſus Comitiorum Andelavenſium de Pace publica, A.C. 591.* 13
45. Childeberti II. Reg. Aug. *Decretum de diviſione hereditatis inter matrem & filiam, A.C. 594.* 14
46. *Ejuſdem Sanctio de aſylis, A.C. 596.* ibid.
47. Caroli Martelli Pcincipis Francorum & Patritii Romanocum, *Edictum de fide publica vel ſalvo conductu dato, Bonifacio Epiſcopo Moguntino Legato Sedis Romanæ in Franciam venienti, ea ratione, ut juſtitiam redderet, & ut ſimiliter juſtitiam acciperet, A.C. 724.* ibid.
48. Cacolomanni I. Pcincipis Francor. & Patritii Rom. *Edictum de reformatione collapſæ Religionis Chriſtianæ, & diſciplinæ eccleſiaſticæ, & morũ Cleri ac populi, A.C. 742.* 15
49. *Ejuſdem &* Pipini *Edictum de Metropoli Moguntina, A.C. 745.* ibid.
50. Pipini Pegis Aug. *Decreta Gentiliaca contra errores Græcorum, de proceſſione Spiritus ſancti, & adoratione imaginum, A.C. 767.* 16
51. Caroli I. Imp. Aug. *Formula juramentorum, fidelitatis & homagii, A.C. 774.* 16
52. Senatuſconſultum Romanum *de Lege Regia, quâ à Papa S.P.Q.R. jus omne & poteſtas Carolo Magno & in eum confertur: item de electione Romani Pontificis, & inveſtituris Epiſcoporum, &c. A.C. 774.* ibid.
53. Cacoli I. imp. Aug. *Conſtitutio de Metallifodinarum privilegio Comitib. Glichenſibus conceſſo, A.C. 786.* 17
54. *Ejuſdem Decretum in rebelles Imperii & læſæ Majeſtatis reos latum in Comitiis Ingelheimenſibus, A.C. 788.* ibid.
55. *Ejuſdem & Ordinum Imperii Decreta Eccleſiaſtica in Synodo Francofurtenſi publicata contra Elipandum & Felicem hæreticos; item contra Acta Nicæni Concilii II. in cauſa imaginum, A.C. 794.* 18
56. *Ejuſdem Conſtitutio contra eoſdem Hæreticos, aſſerentes, Chriſtum juxta carnem eſſe Dei Patris filium adoptivum, A.C. 794.* 19
57. *Ejuſdem Capitulare de non adorandis imaginibus, contra Synodum Nicænam II. Pſeudoſeptimam dictam &c. A.C. 794.* 23
58 *Ejuſdem Reſcriptum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum de Pace inter utrumque Imperium, A.C. 803.* 144
59. *Ejuſdem Conſtitutio de Pace conſtituenda & conſervanda, & diviſione Regni facienda inter filios, A.C. 806.* 145
60. *Ejuſdem Leges variæ.* 147
61. Ludovici I. Imp. Aug. *Decreta Comitiorum Aquiſgranenſium, A.C. 814.* 149
62. *Ejuſdem Decreta Comitiorum Aquiſgranenſium, A.C. 817.* 150
63. *Ejuſdem Mandatum de Reformatione ad uſuum Cleri ad Archiepiſcopum Saltzburg. 817.* 150
64. *Ejuſdem Decretum in Regem Romanorum & complices ejus, rebelles Imperio & læſæ Majeſtatis reos, A.C. 818.* 151
65. Michaelis & Theophili Impp. Conſtantinopolit. *Epiſtola ad Ludovicum Imp. de non adorandis imaginibus, A.C. 866.* 151

66 Ludovici I. & Lotharii I. Impp. Augg. *Collatio Pariſienſis de cultu imaginum, A.C. 825* 154.

67. Lotharii I. Imp. Aug. *Conſtitutio de electione Romani Pontificis & legibus Romanorum, A.C. 825.* 187

68. *Decreto Comitiorum Imperialium pro confirmanda libertate Eccleſiæ Germanicæ & Gallicanæ, contra Lotharii Cæſaris & Gregorii Papæ machinationes in Ludovicum Imp. A.C. 833.* 188

69 Ludovici I. Imp. Aug. *Sacro de colligendis & transferendis S. Dionyſii monumentis, A.C. 834.* 188

70. *Ejusdem &* Lotharii I. Imp. *Edictum de electione Epiſcopi, A.C. 834.* 189

71. Lotharii I. Imp Aug. *Edictum de reſtitutione Archiepiſcopi, in Sedem & Diœceſim ſuam ex crimine infidelitatis amiſſam, A.C. 840.* 189

72. Ludovici II. & Caroli II. Regg. Augg. *Compoſitio pro tuenda Regnorum Germaniæ & Galliæ libertate contra uſurpationem & oppreſſionem Imperatoris Rom. A.C. 842.* 190

73. Caroli II. Reg. Aug. *Conſtitutio de rebus Eccleſiæ ablatis reſtituendis, & in poſterum ad ſeculares uſus non transferendis, A.C. 847.* 191

74. Ludovici II. Regis Aug. *Decreto Comitiorum Moguntinenſium, A.C. 850.* *ibid.*

75. *Ejusdem Decreta Comitiorum Viſurgenſium, A.C. 851.* *ibid.*

76 *Ejusdem Decreta Comitiorum Erdfurtenſium, A.C. 852.* *ibid.*

77. Lotharii I. Imp. Aug. *Reſcriptum de Cardinali Presbytero, quem Papa quòd eccleſiam ſuam reliquiſſet, in quas ad ſynodum vocaverat, A.C. 853.* 192

78. *Receſſus Comitiorum Confluentanorum, de Pace publica, & concordia inter Reges Francorum, i.e. Germanorum & Gallorum ſtabilito, A.C. 860.* 192

79. Ludovici II. & Carolomanni Regg. Augg. *Decreta Eccleſiaſtica VVormatienſia, contra cultum imaginum, aſſertum à Græcis & Papa Romano, A.C. 863.* 195

80. *Ejuſdem Diffidatio facta in Comitiis Francofurtenſibus contra Gallum Regni Lotharingici invaſorem & uſurpatorem, A.C. 870.* *ibid.*

81. *Ejuſdem Decreta Eccleſiaſtica Colonienſia, A.C. 870.* *ibid*

82. Ludovici II. Imp. Aug. *Reſcriptum de excellentia & ſuperioritate Imperii Romani, ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, A.C. 871.* *ibid.*

83. Caroli II. Regis Aug. *Reſcriptum de Poteſtate Regia ſeu Imperatoria, auctoritate Papæ, & juriſdictione utriuſque regiminis, A.C. 871.* 196

84. Ludovici Balbi Imp. Aug. *Decreto Trecaſſina contra Sacrilegos, A.C. 878.* 207

85. Caroli III. Imp. Aug. *Conſtitutio de expeditione Romana. A.C. 881.* *ibid.*

86. Arnulphi Imp. Aug. *Decretum Francofurtenſe in rebelles Imperio Reges ac Tyrannos Galliæ & Italiæ invaſores, A.C. 890.* 208

87. *Ejusdem Edictum ad principes Imperii in expeditione Romana, A.C. 895.* *ibid*

88 *Ejusdem Confirmatio contractus concambialis cum Eccleſia facti, &c.* 209

89. Zuendepoldi Regis Aug. *Decretum de reſtituenda poſſeſſione per injuſtitiam ablata, A.C. 898.* *ibid.*

90. Ludovici IV. Imp. Aug. *Leges Portoriæ*, A. C. 904. 210

91. Conradi I. Imp. Aug. *Decreto Comitiorum Althaimenſium*, A. C. 916. *ibid.*

92. *Ejuſdem Confirmatio concambii prædiorum cum Eccleſia facti, &c.* A. C. 917. *ibid.*

93. Henrici I. Imp. Aug. *Reſcriptum de ſua electione & promotione ad Imperium, &c.* A.C. 918. 211

94. *Ejuſdem Leges & inſtituta*, A. C. 924. *ibid.*

95. *Ejuſdem Statuta & privilegia Ludorum equeſtrium, ſive haſtiludiorum*, A.C. 938. *ibid.*

96. Ottonis I. Imp. Aug. *Proceſſus in inauguratione Aquiſgranenſi, &c.* A.C. 947. 215.

97. *Ejuſdem Conſtitutio de locatione & privilegio Cameræ Imper. Magdenburgenſis*, A. C. 947. *ibid.*

98. Ludolphi Regis Aug. *Supplicatio ad Ottonem Imp. pro venia rebellionis & læſæ majeſtatis, &c.* A. C. 954. 216

99. Ottonis Imp. Aug. *Reſponſum de Iohannis Papæ iniquitate, &c.* A. C. 963. 217

100. *Ejuſdem Receſſus Synodi Romanæ ſuper depoſitione Iohannis Papæ & electione Leonis VIII.* A.C. 963. 217

101. *Senatuſconſultum Romanum de Lege Regia, qua à Papâ S. P. Q. R. jus omne & poteſtas Ottoni Magno & in eum confertur: item de electione Romani Pontificis, & inveſtituris Epiſcoporum, &c. A.C. 964.* 221

102. *Se-*

102. *Senatusconſultum Romanum de reſtituendis Romano Imperio omnibus temporalibus, quæ per Reges ac Imperatores Eccleſiæ Romanæ in damnum Imperii ſimul & ipſius Eccleſiæ collata fuerunt, Anno Chriſti 964.* fol. 122
103. Ottonis I. Imp. Aug. *Decreta Comitiorum VVormatienſium, A.C. 966.* 225
104. *Ejuſdem Edicta Romæ propoſita, A.C. 966.* 225
105. *Ejuſdem Edictum ad Duces & Præfectos Germaniæ, A.C. 968.* 225
106. Ottonis II. Imp. Aug. *Conſtitutio ſuper confirmatione Iuris municipalis Magdenburgenſis, ac prærogativa Scabinorum, A.C. 978.* 225
107. *Ejuſdem Decreta Comitiorum Veronenſium, A.C. 982.* 226
108. Ottonis III. Imp. Aug. *Conſtitutio de otioſis civibus, A.C. 997.* 226
109. *Ejuſdem Conſtitutio de jure ac poteſtate Imperii, de donatione Conſtantini & Caroli; de aſſignatione bonorum, quibus Pontifices Romani ad ſui ſuæque Eccleſiæ ſuſtentationem uti frui debeant, A.C. 998.* 226
110. Henrici II. Imp. Aug. *Reſponſum, quòd Imperator non debet in vindictam alicujus Principis bona ſubjectorum devaſtare, A.C. 1002.* 227
111. *Ejuſdem Conſtitutio de Regalibus Romanæ Eccleſiæ conceſſis, 1014.* 227
112. *Ejuſdem Decreta Comitiorum Altſtetenſium, A.C. 1022.* 230
113. Conradi II. Imp. Aug. *Reſponſum, quòd Imperator juſtitiam petentes audire, & judicare, rebus relictis omnibus, debeat, A.C. 1024.* 230
114. *Ejuſdem Decretum in Papienſes rebellionis reos, quod Palatium Imperiale deſtruxerunt, A.C. 1025.* 230
115. *Ejuſdem Reſcriptum, quod virtute hoſtes, & non fraude ſint ſuperandi, A.C. 1028.* 230
116. Senatusconſultum Romanum *de Lege Regia, quâ à Papa S.P.Q.R. jus omne & poteſtas Henrico III. & in eum confertur; item de electione Romani Pontificis, & inveſtituris Epiſcoporum, &c. A.C. 1040.* 231
117. Henrici III. Imp. Aug. *Conſtitutiones de juſtitia & privilegiis Bambergenſium Miniſterialium.* 231
118. Henrici IV. Imp. Aug. *Reſcripta varia.* 231
119. *Ejuſdem Reſcriptum ad Abbatem, quem propter contumaciam depoſuit, A.C. 1069.* 235
120. *Ejuſdem mandatum ad Monachos, ne abdicato per ſententiam Imperialem Abbati ulterius obediant, A.C. 1069.* 235
121. *Ejuſdem decreta Comitiorum VVormatienſium contra Gregorium VII. Papam, &c. A.C. 1076.* 235
122. Rudolphi Regis Aug. *Decreta Comitiorum Forchemenſium de Lege Regia, & ne Imperium procedat ſucceſſione, ſed electione. A.C. 1077.* 238
123. Henrici IV. Imp. Aug. *Iuramentum Gregorio Papæ corporaliter præſtitum Canuſii, A.C. 1077.* 239
124. *Ejuſdem &* Rudolphi Regis *Iuramenta in Concilio Romano præſtita, A.C. 1079.* 240
125. Rudolphi Regis Aug. *Propoſitio in Synodo Romana contra Henricum Imperatorem, A.C. 1080.* 240
126. Henrici IV. Imp. Aug. *& Ordinum Imperii Decreta Brixinenſia, contra Gregorium Papam, A.C. 1080.* 241
127. *Ejuſdem Sententia depoſitionis in eundem Papam lata, A.C. 1080.* 241
128. *Ejuſdem Edictum ad Clerum Populumque Rom. ut a Papa obedientia recedãt, A.C. 1080.* 242
129. *Ejuſdem Mandatum abdicationis & depoſitionis a Papatu ad ipſum Gregorium Papam directum, A.C. 1080.* 242
130. Hermanni Regis Aug. *Iuramentum Legato Romani Pontificis in præſentia Principum Imperii præſtitum Goslariæ poſt electionem ſuam, A.C. 1082.* 242
131. Henrici IV. Imp. Aug. *Reſcriptum de recipiendo Clemente Papa per Proceres Imperii electo, & rejiciendo Gregorio per ſententiam Imperialem depoſito, A.C. 1083.* 243
132. Hermanni Regis Aug. *Decreta Comitiorum Goslarienſium, de abdicatione Henrici IV. Imperatoris, A.C. 1085.* 243
133. *Ejuſdem Decreta Comitiorum Quedelnburgenſium, A.C. 1085.* 244
134. Henrici IV. Imp. Aug. *Decreta Comitiorum Moguntinenſium, adverſus Gregorium Pſeudopapam, & Hermannum Pſeudoregem, A.C. 1085.* 245
135. Receſſus *Comitiorum Vlmenſium, A.C. 1093.* 246

136. *Receſſus Comitiorum Conſtantienſium, A.C.1094.* 24[illegible]
137. Conradi Regis Aug. *Pactum cum Romano Pontifice, A.*[illegible] [illegible]6
138. Henrici IV. Imp. Aug. *Decretum Aquiſgranenſe ſuper* [illegible]*ione Conradi Regis Papæ Romano contra Imperium adhærentis, & electione at* [illegible]*ſpirulatione Henrici V. Re*[illegible]*is Romanorum & Francorum, A.C. 1096.* [illegible]4[illegible]
139. Henrici V. Regis Aug. *Decreta Comitiorum Northu*[illegible]*nſium, A.C.1105.* [illegible]47
140. Henrici IV. Imp. Aug. *Reſcriptum ad Filium Regem Henricum V. ne Papæ & ejus a*[illegible] *elis obtemperet impia & innaturalia ſuadentibus, A.C.11*[illegible]*6.* [illegible]48
141 Henrici V. Regis Aug. *Edictum de vindicandis injuriis in Imperii contumeliam il*[illegible] *A.C.1106.* 248
142. Henrici IV. Imp. Aug. *Reſcriptum ad Filium Regem de perfidia & impietate ejus in Imperatorem patrem, A.C.1106.* 249
143. *Ejuſdem Proteſtatio ad Principes Imperii ſuper injuſta ſua depoſitione, A.C.1106.*
144. Henrici V. Regis Aug. *& procerum Imperii Reſcriptum ad Henricum Imperatorem e*[illegible] *authoratum, A.C.1106.* 250
145. Henrici IV. Imp. Aug. *Reſcriptũ ad Principes Imp. de ſua exauthoratione, A.C.1*[illegible]*6.* 251
146. Henrici V. Imp. Aug. *Edictum contra impia & turbulenta decreta Paſchalis Papæ & Conciliabuli Tricaſſini, A.C. 1109.* 2[illegible]1
147. *Ejuſdem Reſcriptum ad Paſchalem Papam, ut Eccleſiaſtici regalia & feuda ſua Imperio ac Cæſari reſignent, & decimis contenti in Eccleſia vivant, A.C.1110.* 252
148. *Ejuſdem Pactum cum Paſchali Papa, de pace & juribus Imperii & Eccleſiæ, A.C.111*[illegible]*.* 2[illegible]
149. *Ejuſdem Tranſactio cum Paſchali Papa, de inveſtituris Eccleſiaſticorum, A.C.1110.* 253
150. *Ejuſdem Conventio cum Papa, de pace publica & inveſtituris Eccleſiaſticorũ, A.C.1111.* 2[illegible]4
151. *Ejuſdem Privilegium, quod ei fecit Papa de inveſtituris Epiſcopatuũ & Abbatiarum,* [illegible] *1111.* 2[illegible]5
152. *Ejuſdem Edictum de inveſtituris Eccleſiaſticorum, A.C.1111.* 2[illegible]5
153. *Ejuſdem Edictum, ut Archiepiſcopo propter rebellionem & perfidiam per Imperialem ſententiam damnato, nulla obedientia præſtetur, A.C.1116.* 25[illegible]
154. *Ejuſdem Conventio cum Calixto Papa, de inveſtituris Epiſcoporum & Abbatum, A.C. 1122.* 2[illegible]8
155. *Ejuſdem Formula juramentorum fidelitatis & homagii, A.C.1122.* 2[illegible]9
256. Principum Imperii *Edictum de nova electione Imperatoris facienda, A.C.1126.* 259
157. Lotharii III. Imp. Aug. *Mandatum, ut Epiſcopus in Eccleſia ſua reſideat, ſub pœna depoſitionis, &c.* 260
158. *Ejuſdem Proceſſus in cauſa Abbatis Caſſinenſis cognoſcendi & dijudicanda, quem Monachi ſui apud Imperatorem accuſabant, A.C.1139.* 260
159. Senatusconſultum Romanum *de recuperãdis Imperii Romani juribus per Electum Imperatorem, ab injuſta Papæ uſurpatione & tyrannide, A.C.1140.* 261
160. Conradi III. Imp. Aug. *Reſcriptum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, de præ*[illegible]*lentia & auctoritate Imperii Romani, A.C.1142.* 202
161. Friderici. I. Imp. Aug. *Reſcriptum ad Papam, de juribus Imperii, & poteſtate in Papam, Cardinales, & cæteros Status Eccleſiaſticos A.C.1156.* 263
162. *Ejuſdem Edictum de juribus & dignitate Imperii atq; Eccleſiæ tuendis, & vindicandis à tyrannide Papæ & Cardinalium ejus, A.C.1157.* 263
163. *Ejuſdem Edictum de Papæ Romani tyrannide & uſurpatione in Imperio, & Pſeudovicariatu in Eccleſia reprimendis, & de primatu Sedis Treverenſis, A.C.1157.* 264
164. *Ejuſdem & Ordinum Eccleſiaſticorum Reſcripta ad Papam, de diſtinctione Imperii & E*[illegible]*cleſiæ; & quòd Imperium non habeatur a Papa, A.C.1158.* 265
165. *Ejuſdem Formulæ juramentorum fidelitatis & homagii, A.C.1158.* 2[illegible]
166. *Ejuſdem Leges Caſtrenſes ſeu Militares, A.C.1159.* 268
167. *Ejuſdem Edictum de rebellibus Imperii per Italiam in ordinem redigendis; & de honore Germanici Imperii tutando & conſervando contra Papicolas, A.C.1158.* 2[illegible]9
168. *Ejuſdem Conſtitutio de pactis conventionis, & conditionibus pacis cum Mediolanen*[illegible] *facta, A.C.1159.* 269
169. *Ejuſdem Edictum de electione novi Pontificis Romani; & de concordia Germanorum,*

Gallorum & Britannorum ſeu Anglorum, A.C.1159. 270
170. *Ejuſdem Edictum de deſtruenda rebelli civitate, A.C.1159.* 271
171. *Ejuſdem Edictum de indictione Concilij Papienſis ad ſchiſma Papale tollendum, A.C.1159* 271
172. *Ejuſdem Mandatum ad Pſeudopapam & ejus Cardinales, ut ſe ſiſtant in Concilio Papienſi, ubi de juſtitia eorum cognoſcatur, A.C.1159.* 272
173. *Ejuſdem Edicta ſuper depoſitione Pſeudopapæ, & electione novi Papæ, A.C.1160.* 272
174. *Ejuſdem Mandata & Reſcripta varia, ſtatum Imperij & Eccleſiæ concernentia.* 275
175. *Ejuſdem Decretum ſuper controverſo Ducatu Bavariæ & Marchionatu ſuperioris Auſtriæ, A.C.1166.* 282
176 *Ejuſdem Pactum cum Romanis, de eorum ſubjectione & privilegiis in Imperio, A.C.1167.* 283.
177. *Ejuſdem Decretum de duobus ſchiſmaticis Archiepiſcopis Salisburgenſibus removendis, & novo ab ſe confirmato & inveſtito recipiendo, A.C.1177.* 283
178. *Ejuſdem Reſcriptum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, de præcellentia & ſuperioritate Romani Imperii, A.C.1177.* 284
179. *Ejuſdem Decretum de translatione fori remittenda; & quod bona cum conſenſu Imperatoris ſint ad Eccleſiam tradenda, A.C.1180.* 284
180. *Ejuſdem Reſponſum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, pro ſuperioritate Romani Imperii, tam in Græcos quam Latinos, & cunctos orbis populos, A.C.1189.* 286
181. *Ejuſdem Sententia in Imperatorem Conſtantinopolitanum, ſuper eadem re, A.C.1189.* 286
182. *Ejuſdem Reſponſum Legatis Soldani, & filii ejus, nec non Admiralis datum, &c. A.C.1190.* 186
183. Henrici VI. Imp. Aug. *Edictum de indicendis Militiæ ſacræ privilegiis, A.C.1195.* 287
184. *Ejuſdem Decreta Francofurtenſia, de Imperii ſucceſſione, & aliis capitulis. A.C.1197.* 287
185. Principum Imperii *Diploma De electione Ottonis IV. Imperatoris. A.C.1200.* 287
186. Ottonis IV. Imp. Aug. *Decretum Valentianenſe de bonis Eccleſiaſticis in neceſſitatem publicam erogandis; de perſonarum Eccleſiaſticarum reformatione; & de bello Papæ & Regi Francorum, qui Papæ contra Imperium adhærebat, inferendo, A.C.1212.* 288
187. Friderici II. Imp. Aug. *Aurea Bulla de libertate Eccleſiaſtica, A.C.1213.* 289
188. *Ejuſdem Decreta Francofurtenſia, A.C.1219.* 291
189. *Ejuſdem Conſtitutio de juribus ac privilegiis Civitatis Norimbergenſis, Anno Chr.1219.* 291
190. *Ejuſdem Edictum de caſſandis ſtatutis adverſus libertatem Eccleſiæ editis, An.Ch.1220.* 192
191. *Ejuſdem Conſtitutio de libertate Eccleſiaſtica, A.C.1220.* 292
193. *Ejuſdem Conſtitutiones contra Hereticos, A.C.1221.* 293
194. *Ejuſdem Decretum proſcriptionis in Comites Habſpurgenſes lata propter vim Eccleſiæ Beronenſi illatam, A.C.1223.* 295
195. *Ejuſdem Præceptum de capiendo & plectendo Decano Patavienſi, Papæ adverſus Imperium adhærente, A.C.1226.* 296
196. *Ejuſdem Edictum de Papæ Romani tyrannide & Antichriſtianiſmo, contra conjurationem Principum Imperij in Comitiis Budiſſinis congregatorum, A.C.1127.* 296
197. *Ejuſdem Mandatum ad Regem Bohemiæ, ut Imperio fidem adverſus Papæ tyrannidem & iniquas machinationes conſervet, A.C.1227.* 297
198. *Ejuſdem Præceptum de metallifodinis in Comitatu Palatino Rheni, A.C.1229.* 298
199. *Ejuſdem Præceptum de metallifodinis in diſtrictu Blavenſi,* A.C.1232. 298
200. Henrici VII. Regis Aug. *Reſcripta, ne homines Monaſteriorum & Collegiorum à Dominis ſecularibus exactentur aut onerentur,* A.C.1133. 299
201. *Ejuſdem Decretum de argentifodinis, & de foreſto ferarum ſeu VVildbanno,* A.C.1234. 300
202. Friderici II. Imp. Aug. *Decretum in Regem Romanorum, qui ab Imperatore ad Papam defecerat,* A.C.1237. 300

203. *Ejuſdem Lex de Sarracenis, A.C.1238.* fo[illegible]
204. Ludovici IX. Regis Franciæ *Reſponſum ſuper injuſta depoſitione Friderici Imperatori per Papam facta, & irrita electione Roberti Comitis Atrebatenſis, A.C.1239.* 301
205. Friderici II. Imp. Aug. *Confirmatio ſententiæ ſuper controverſa Ducatu Bavariæ, &c A.C.1245.*
206. *Ejuſdem Formula de jure ac privilegio Regis in Imperio.* 305
207. *Ejuſdem Edictum de uſurpatione Papæ Romani in juriſdictione & auctoritate ſecular[i] & quod Papa non poſſit inſtituere aut deſtituere Imperatorem, Reges ac Principes, A.C. 1245.* 306
208. Wilhelmi Regis Aug. *Proceſſus in inauguratione Aquiſgranenſi obſervatus, A.C.1249.* 307
209. Friderici II. Imp. Aug. *Ordinatio teſtamentaria. A.C.1251.* 3[illegible]7
210. Alphonſi Imp. Aug. *Reſcriptum de officio boni Regis, A.C.1253.* 3[illegible]8
211. *Richardi Imp. Aug. Conſtitutio, ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur, &c. A.C.1257.* [illegible]8
212. *Ejuſdem Edictum de viarum cuſtodia & ſecuritate, A.C.1260.* [illegible]8
213. *Ejuſdem Edictum, quo Civitas Tigurina ab iniqua praſcriptione eximitur, & Imperio [a]ſcritur, A.C.1262.* [illegible]8
214. *Ejuſdem Reſcriptum ad diffidatares Regis Angliæ, A.C.1264.* 308
215. Conradini Regis Aug. *Edictum de injuriis ſibi per Pontifices Romanos illatis, A.C 1268.* 309
216. Rudolphi I. Imp. Auguſt. *Edictum de diplomatibus & inſtrumentis lingua Germanica concipiendis, A.C.1274.* 311
217. *Ejuſdem Reſponſum de Coronatione Romana, quod ſine ea electus à Principibus ſit [v]erus Imperator, &c. A.C.1274.* 311
218. *Ejuſdem Decretum de jure eligendi Imperatorem inter Regem Bohemiæ & Ducem Bavariæ controverſo, A.C.1275.* 311
219. Principum Electorum *Diploma pro ratificandis donationibus Pontifici Romano factis, A.C.1279.* 3[illegible]2
219. Rudolphi I. Imp. Aug. *Decretum in actione empti & venditi caſtri Beckelheimenſ[is], vertente inter Archiepiſcopum Moguntinum & Comites Sponheimenſes, A.C.1281.* 31[illegible]
220. *Ejuſdem Decretum de diſtinctis Burggravii & Senatus populique Civitatis juribus, eorumque concordia & integritate, A.C.1285.* 314
221. *Ejuſdem Reſcriptum, ut de civibus Imperii, tanquam hominibus liberis, nemo ſervilis conditionis judicare poſſit, A.C.1291.* 314
222. *Ejuſdem Conſtitutio, ne cives Imperiales extra civitatem ad duellum & extranea judicia vocentur, A.C.1291.* 314
223. Adolphi Imp. Aug. *Conſtitutio de inſulis Rheni, & aliis capitulis, A.C.1293.* 315
224. *Ejuſdem Conſtitutio, ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur, A.C de1293.* 3[illegible]5
225. Principum Electorum *Sententia exauthorationis & depoſitionis Adolphi Cæſaris [&] de jure Electoris Palatini, A.C.1297.* 315
226. Alberti I. Imp. Aug. *Conſtitutio, ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur, A.C.1299.* 316
227. Principum Electorum *Sententia in Albertum Cæſarem, propter ejus exceſſus in injuſtitia & tyrannide; & de jure Electoris Palatini, A.C.1300.* 316
228. Alberti I. Imp. Aug. *Conſtitutio de privilegiis Eccleſiæ Romanæ conceſſis, A.C.1303.* 316
229. *Ejuſdem Decretum de abſolutione Regis Bohemiæ à banno Imperiali, A.C.1305.* 317
230. *Ejuſdem Mandatum de vindicandis Imperii provinciis, A.C.1307.* 318
231. Henrici VII. Imp. Aug. *Reſponſum, quòd Civium Imperialium Dominus eſt ſolus Imperator, & non Magiſtratus Municipalis, A.C.1308.* 318
232. *Ejuſdem Reſcriptum, ne civium Imperialium incolæ ad extranea judicia pertrahantur, A.C.1308.* 318
233. *Ejuſdem Formula de officio Foreſtarii, A.C.1309.* 318
234. *Ejuſdem Reſcriptum de redintegranda ſylva Imperiali in agros excisa, A.C.1309.* 31[illegible]
235. *Ejuſdem Edictum, quo Communitas, quæ ſe à Domini ſui poteſtate liberavit, in immediatam*

Imperii

*Impery protectionem ſuſcipiatur, A.C.*1310. 319
236. *Ejuſdem Mandatum de ſurreturs vaſtatis aut abalienatis reſtaurandis, A.C.*1310. 319
237. *Ejuſdem Mandatum de reſtauranda ſylva Imperiali in agros deſtructa, A.C.*1310. 319
238. *Ejuſdem Mandatum ſuper Coronatione Regia Regni Longobardorum, A.C.*1310. 320
239. *Ejuſdem Edictum de Coronatione Romana, A.C.*1311. 320
240. *Ejuſdem Sententia proſcriptionis & banni in Regem Siciliæ Imperio rebellem, A.C.*1311. 321
241. *Ejuſdem Conſtitutio de officio Sculteti in civitate Imperiali, & de privilegiis Civium, A.C.* 1313 323
242. Ludovici V. Imp. Aug. *Reſcriptum, quo Civitates à proſcriptione Iudicij Rotuslenſis & excommunicatione Epiſcopi Conſtantienſis abſolvuntur, & Imperij ſocietati piorumq; cœtibus reſtituuntur, A.C.*1315. 324
243. *Ejuſdem Edictum de fidelibus Imperij contra tyrannidem Papæ & Regis Franciæ tutandis ac defendendis, A.C.*1321. 324
244. *Ejuſdem Edictum contra injuſtam excommunicationem Papæ Romani, A.C.*1323. 325
245. *Ejuſdem Decreta Ratiſponenſia de juribus Regni & Imperij conſervandis adverſum iniquas uſurpationes Papæ Romani, A.C.*1324. 325
246. *Ejuſdem Edictum publicè contra Papam Romanum propoſitum, & oppidatim affixum, concernens jura Regni & Imperij, A.C.*1324. 325
247. *Ejuſdem & Ordinum Imperij tam Germanicorum quàm Italicorum Edictum de exauthoratione & abdicatione Ioannis Papæ, propter tyrannidem, injurias, faſtum & ambitionem Reipubl. perniciosam, veritatique Chriſtianæ & religioni noſtræ exitioſam, publicatum Romæ, A.C.*1328. 328
248. *Ejuſdem Conſtitutio de officio Comitis Palatij Lateranenſis in urbe Roma, An.Ch.*1328. 319
249. *Ejuſdem Formula de facultate civitatis condendæ & privilegiandæ, A.C.*1328. 330
250. *Ejuſdem Decreta Comitiorum Francofurtenſium, A.C.*1338. 331
251. *Ejuſdem Reſcriptum Apologeticum contra Papæ Bullam excommunicatoriam, concernens jura Regni & Imperij, A.C.*1338. 331
252. Principum Electorum *Reſcriptum ad Papam, de diſcordia Imperij & Eccleſiæ, An.Ch.* 1338. 335
253. Ludovici V. Imp. Aug. *Conſtitutio de Imperij juribus & excellentia, & poteſtate Electi Romanorum Regis, A.C.*1339. 336
254. *Ejuſdem Declaratio ſuper divortio matrimonij inter Ioannem filium Regis Bohemiæ, & Margaritam Duciſſam Carinthiæ, A.C.*1343. 337
255. Caroli IV. Imp. Aug. *Confirmatio de electione Regis Bohemiæ, A.C.*1348. 342
256. *Ejuſdem Reſcriptum de primariis precibus, A.C.*1353. 343
257. *Ejuſdem Formula conceſſæ Sedis liberæ & Freigraviatus, A.C.*1354. 343
258. Recognitio *quod Imperatrici imponitur diadema in Aquiſgrano, A.C.*1354. 344
259. Caroli IV. Imp. Aug. *Conſtitutio de officio Archicancellary Imperatricis Romanæ in coronatione ejus & alias obſervando.* 344
260. *Ejuſdem Confirmatio de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum, A.C.*1354. 345
261. *Ejuſdem Mandatum de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum, A.C.*1354. 345
262. *Ejuſdem Conſtitutio de incorporatione Ducatuum Poloniæ & Sileſiæ, & Marchionatus Luſatiæ, quod in perpetuum Regno Bohemiæ ſint indiviſibiliter counita, A.C.*1355. 345
263. Principum Electorum *Confirmatio incorporationis Ducatuum Poloniæ & Sileſiæ, & Marchionatus Luſatiæ tum Regno Bohemiæ, A.C.*1355. 348
264. *Eorundem Confirmatio ſtatuti Cæſarei de privilegiis Regni Bohemiæ, A.C.*1356. 350
265. Caroli IV. Imp. Aug. *Decretum de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum, An.Ch.* 1356. 351
266. *Ejuſdem Aurea Bulla, A.C.*1356. 352
267. *Ejuſdem Conſtitutio de Foreſtariis & Zeidlariis, A.C.*1358. 368
268. *Ejuſdem Formula de juribus ac privilegiis Principum Imperij, A.C.*1363. 371
269. *Ejuſdem Bulla de jure & ſucceſſione Electorum Saxoniæ, A.C.*1376. 372
270. Wenceslai Imp. Aug. *Conſtitutio de primariis precibus, A.C.*1376. 375

271. Con-

271. Confirmatio *Friderici & Carolinæ Conſtitutionis de libertate Eccleſiaſtica per Bonifacium IX. Papam, A. C.1393.* 3‑6

272. Wenceslai Imp. Aug. *Reſcriptum de impedimentis, cur de ſchiſmate Papali cognoſcendo & tollendo nondum inſtituta ſit tractatio, A. C.1398.* 378

273. *Ejuſdem &* Caroli VI. Regis Franciæ, *Decretum de extirpatione ſchiſmatis Papalis, A. C. 1398.* 378

274. Principum Electorum *Sententia ſuper exauthoratione & privatione VVenceslai Cæſaris.* A.C. 1400. 379

275. Ruperti Imp. Aug. *Conſtitutio de Vicariatu Imperii Germani in abſentia Imperatoru, A. C.1401.* 381

276. Ladislai *Tyranni* Romanorum *Reſcriptum de facto unionis inter ſchiſmaticos Papas, A.C. 1407.* 383

277 *Ejuſdem Mandatum de unione ſchiſmaticorum Paparum tractanda, A. C. 1408.* 385

278. Ruperti Imp. Aug. *Edictum pro confirmatione Gregorij Papæ, & rejectione Alexādri Antipapæ, A. C. 1408.* 3‑5

279. *Ejuſdem Formula conceſſæ Sedis liberæ & Freigraviatus, A. C. 1410.* 386

280. Sigiſmundi Imp. Aug. *Mandatum ad Regem Franciæ, ut veniat ad Concilium Conſtantienſe, pro tollendo ſchiſmate Paparū, & reformatione Eccleſiæ inſtituenda, A.C.1413* 386.

281. Confirmatio *Friderici & Carolinæ de libertate Eccleſiaſtica, per Ioannem XXIII. Papam, A.C.1413.* 388

282. Sigiſmundi Imp. Aug. *Edictum de ſalvo conductu Ioannis Huſſi ad Concilium, A.C. 1414.* 389

283. *Ejuſdem Sacra directa ad Concilium Conſtantienſe, ne abſente ſe quidquam definire aut decernere aggrediantur, A.C.1416.* 390 *& ſeq.*

284. *Ejuſdem Aviſamenta ſuper materia Apoſtolicarum reſervationum, & collatione beneficiorum hactenus per Summos Pontifices & Ordinarios Collatores practicata, &c. A. C.1416.* 391

285. *Ejuſdem Decretum in cauſa vertente inter Archiepiſcopum Civitatemq́; Colonienſem ex una, & Ducem Montenſem ex altera partibus; ſuper erectione novi theloni, & extructione novi caſtelli ad Rhenum, A.C.1417.* 393

286. *Ejuſdem Conſtitutio de officio Vicarii generalis; & de jure primogenituræ, A.C.1434.*395

287. *Ejuſdem Bulla de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum, A.C.1434.* 398

288. Alberti II. Imp. Aug. & Caroli VII. Regis Franciæ *Capitula Pragmaticæ Sanctionis, A. C.1438.* 401

289. Friderici III. Imp. Aug. *Aviſamenta, quæ tempore Concilii Baſilienſis à Statibus Imperii Moguntiæ fuere deliberata, A.C.1440.* 403

290. *Ejuſdem Mandatum ad Regem Franciæ, ut veniat ad Comitia Moguntina pro tollendo ſchiſmate Papali, & confirmatione Decretorū Concilii Baſilienſis tractāda, A.C. 1440.* 407

291. *Ejuſdem Concordata Nationis Germanicæ cum Sede Rom. pro Eccleſiæ unione, ac pace & tranquillitate inter eandē & Nationem prædictam perpetuò confovendis, A.C.1447.* 408

292. *Ejuſdem &* Maximiliani I. Cæſ. *Reſcriptum ad Regem Angliæ Imperii Socium, pro vindicandis injuriis à Rege Franciæ in Cæſaream Majeſtatem & ipſum Imperium illatis, in perpetrato raptu ſponſæ Cæſareæ, A.C.1492.* 412

293. Proceſſus & Ordinatio *in unctione Imperatoru & Imperatricis, in eorum coronatione & conſecratione Romana.* 412

294. Maximiliani I. Imp. Aug. *Gravamina adverſus Sedē ac Curiam Romanam A.C.1510.* 420

295. *Ejuſdem &* Ludovici XII. Regis Franciæ *Edicta de convocatione & celebratione Concilii Piſani. pro neceſſitate & utilitate Reipublicæ Chriſtianæ, contra tyrannidem Iulii II. Papæ Romani, A.C.1511.* 421

296. *Ejuſdem Edictum de vitio ingluviei & ebrietatis. A.C.1512.* 430

297. *Ejuſdem Conſtitutio de Notariis & tabellionibus eorumq́; officio, A.C.1512.* 430

298. *Ejuſdem Propoſitio de bello Turcis inferēdo, ad Principes & Ordines Imperii, &c. A.C. 1518.*436

299. Principum Electorum *Reſcriptum factum ad Legationem Papæ, qui volebat leges præſcri-*

bere Electoribus ſuper electione futuri Imperatoris, A.C. 1519. 439

300. Caroli V. Imp. Aug. *Mandatum procuratorium ad Principes Electores ſuper ſua electione acceptanda & praſtanda, A.C. 1519.* 439

301. *Ejuſdem Iuramentũ poſt impoſitam ſibi Coronã Regiam Aquiſgranenſem, A.C. 1520* 441

302. *Ejuſdem Edictum contra Lutherum, & ejus ſectatores, A.C. 1521,* 441

303. *Ejusdem & Ordinum Imperii Gravamina adverſus Papa Romani, & univerſæ Curiæ Romanæ, ejuſq; Aſſeclarum, injuſtas uſurpationes & tyrannides, A.C. 1522.* 447

304. *Ejuſdem Reſcriptum ad Clementis Papæ criminationes, cum appellatione, & generalis Concilii indictionis poſtulatione,* A.C. 1526. 479

305. *Ejuſdem Reſcriptum ad* Clementem *Papam pro ſua juſtitia contra ejus injuſtitiã,* A.C. 1526. 499

306. *Ejuſdem Mandatum ad Senatum ſive* Collegium Cardinalium, *ut negante ſeu differente Papa Generalis* Concilii *indictionem, ipſi indicant, A.C. 1526.* 500

307. *Ejuſdem Edictum ſuper cauſa Gallica & conventione Madritiana, A.C. 1526.* 502

308. *Ejuſdem juramentum ante impoſitam ſibi* Coronam *Romanam, A.C. 2530.*

309. *Ejuſdem Propoſitio in Comitiis Auguſtanis, & c A.C. 1530.* 504

310. *Ejuſdem Reſolutio ad Orationem Legati Papalis, A.C. 1530.* 508

311. *Ejuſdem Deliberatio de mediis concordiæ & pacis, inter utriuſq; Religionis Status uſq; ad futurum Concilium ſervandis, A.C. 1530.* 509

312. *Ejuſdem Sententia binæ pro Decreto Religionis recipiendo, A.C. 1530.* 510

313. *Ejuſdem Sententiæ bina de Confeſſione Suevica, A.C. 1530.* 510. *& ſeq.*

314. *Ejuſdem Reſcriptum ad Articulos Proteſtantium Principum atq; Ordinum de pace publica, A.C. 1530.* 511

315. *Ejuſdem Edictum de compoſitione pacis cum Proteſtantibus, A.C. 1532.* 511

316. *Ejuſdem Formula de inſignibus ſive armis gentilitiis portandis, A.C. 1541.* 513

317. *Ejuſdem Confirmatio Articulorũ Lovanienſium de fide & religione Chriſtiana, A.C. 1545.* 514

318. *Ejuſdem Mandatum ad Ducem VVirtembergium rebellionis reum, ut ſe ſuaq; omnia ultrò dedat, aut læſæ Majeſtatis indignationem pœnamq; perſerat, A.C. 1546.* 517

319. *Ejuſdem Interim ſeu Declaratio Religionis, quam alii Interreligionem vocãt, &c. A.C. 1548.* 518

320. *Ejuſdem Conſtitutiones de Pace publica tenenda, A.C. 1548.* 536

321. *Ejuſdem Reformatio Politiæ Imperialis, A.C. 1548.* 547

322. *Ejuſdem Mandatum de revocando & inhibendo Conciliabulo Bononienſi per Paulum Papam III. inſtituto, A.C. 1548.* 561

323. *Ejuſdem Proteſtatio contra Conciliabulum Bononienſe à Paulo Papa III. congregatum, A.C. 1549* 562.

324. Ferdinandi Regis Aug. *Tranſactio Patavienſis de Pace publica, A.C. 1552.* 566

325. *Ejuſdem Declaratio de libertate Religionis conceſſa Nobilibus & Communitatibus ſub Epiſcoporum & Abbatum ditione conſiſtentibus, &c. A.C. 1555.* 574

326. Caroli V. Imp. Aug. *Conſtitutio de ceſſione atq; translatione Provinciarum Belgicarum & Burgundicarum Philippo filio facta, A.C. 1555.* 575

327. *Ejuſdẽ Conſtitutio de abdicatione Imperii & ſubſtitutione Ferdinãdi Regis, A.C. 1556.* 576

328. *Ejuſdem Edictum de ſua adminiſtrationis Imperii Romani ceſſione, reſignatione, & translatione Ferdinando Regi facta, A.C. 1556.* 576

329. Ferdinandi Imp. Aug. *Decretum in cauſa Archiepiſcopi Rigenſis & Regis Poloniæ ex una, & Magiſtri Livoniæ ex altera partibus, A.C. 1557.* 577

330. *Ejuſdem Sacrum Mandatum de Methodo articulorum fidei juxta Auguſtanam Confeſſionem conſcribenda & explicanda, A.C. 1564.* 580

331. *Ejuſdem Sacrum Mandatum ſuper eadem re, A.C. 1564.* 581

332. Maximiliani II. Imp. Aug. *Reſcriptum de Via Regia reformandi abuſus in Eccleſia & fide Catholica obortos, A.C. 1564.* 581

333. *Ejusdem Sacra ſuper eadem re, A.C. 1564.* 582

334. Rudolphi II. Imp. Aug. *Edictum de Pace religionis conceſſa Bohemis & conjunctarum provinciarum incolis, ut S. Romani Imperij membris, A.C. 1609.* 583

335. Matthiæ. Imp. Aug. *Mandatum de tollendo novo vectigali, atq; demoliendo nova munitione ad Rhenum, A.C. 1612.* 584

LECTORI CANDIDO
ET BENEVOLO.

NON dubito fore pleroſq;, Lector Candide & Benevole, qui hoc genus Collectionis leve, & non ſatis dignum Conſtitutionum Imperialium nominibus judicent, quum relata legent Tuiſtonis inſtituta, & Herminonis, & Franci, & ejuſmodi conſimilia, de quorum fide & auctoritate parum conſtans & incerta fides eſt. Sed hi erunt ferè, qui expertes rerum publicarum, ne dicam bonæ mentis, nihil rectum, niſi quod ipſorum diſtorto judicio conveniat, putabunt. Hi, ſi didicerint, Leges non demonſtrationibus conſtare, ſed *a* opinionibus, atq; ad uſum & commodum hominum ſingulorum eſſe inventas, easq; ſolis majorum inſtitutis judicari, non admirabuntur, nos in Monarcharum noſtrorum conſtitutionibus colligendis opiniones vulgarias eſſe ſecutos. Nam ad Tuiſtonem (ſic enim apud Tacitum eſt legendum) & Herminonem, &c. auctores, conſtantiſſimo omnium Hiſtoricorum conſenſu referuntur, quæ nos ex Aventino & Trithemio Abbate verbatim exſcripſimus: non quod ita eſſe arbitraremur, ſed quia ſummis illis viris ſic viſum fuiſſe videbam, ut primam legum noſtrarum originem ad Deos referrent, more cæterarum nationum. Etenim *b* apud Ægyptios quoque Minos ſuarum legum Mercurium auctorem finxit, Minos apud Cretenſes Jovem, Licurgus apud Lacedæmonios Apollinem, Zamolxis apud Getas Veſtam, Numa Pompilius Romanorum Rex à Dea Ægeria, vel (ut alii volunt) ab una ex Muſis leges accepiſſe dicitur. Et ſemper perſuaſio ſeu Divinitatis vel Sanctitatis viſa fuit habere ſingularem & propè vnicã energiam in obedientia hominum, qui nulla re magis quàm religioſitate moveri poſſunt. Si quid autem in veris Imperatorum & Regum noſtrorum Conſtitutionibus dubietatis occurrerit, de qua certior fieri cupias, fac ſodes (mi Lector) ut ex te reſciſcam; & dabo operam, ut tibi omnem objectum ſcrupulum ex animo expectorem tuo, tibiq; fidem & integritatem meam ita comprobem, quò ex incerto fias certiſſimus. Interim vale, & opera mea (ſi placet) utere.

a Giphanius apud Piccartum in Iſagog. in lection. Ariſtot. &c. fol. 217.

b Steph. Niger. in Expoſit. Carm. Pythag.

MARQUARDUS FREHERUS CONSILIARIUS ARCHIPALATINUS ELECTORALIS, IN COMMENT. AD CONSTITUTIONEM ADOLPHI IMPERATORIS.

IN Curiis Cæſarum, quæ rogante Cæſare, & pro tribunali ſedente, liberrimis ordine ſuffragiis in commune ferebantur Leges, aut ſuper quæſtionibus ex facto ortis ſententiæ dicebantur, legis vim & ipſa habitura, & ſimilium deinceps cauſſarum fata compoſitura (ut Imp. Theodoſius loquitur l. 3. C. de legib.) eas non inepte Curiatas indigitare poſſimus; non eo quidem ſenſu, quo olim Curiata apud Romanos Comitia dicebantur, ſed tamen a Curiis nihilominus nomen trahentia. Atque utinam hoc genus Curiata, quarum in tot Curiis per aliquot ſæcula magnum numerum natum eſſe credibile eſt, plures emergerent. non dubitaremus eas eodem loco habere, quo Novellas illas Cæſarum Orientalium, de quibus recuperatis habet res litteraria, quod gratuletur; & quo Extravagantes pauculas Friderici & Henrici, quas Corpori juris adjicere, & gloſſis commentariisq; ampliſſimis illuſtrare dignata eſt ſuperior ætas. Mallemus certè etiam dubioſis & controverſis quæſtionibus in foro obortis, deciſionem è talibus petere, quàm è neſcio quibus Conſultoribus & rhapſodis.

TUI-

TUISCONIS MONARCHÆ GERMANORUM ET SARMATARUM

ANNO Mundi 1910.

LEGES ET INSTITUTA.

SACERDOTIBUS duntaxat animadvertere, vincire, verberare permiſit: non quaſi in pœnam, aut Ducis juſſu, ſed velut Deo imperante.

2. Virorum fortium facta, quæ exemplum poſteris eſſent, carminibus celebrare inſtituit.

3. Lucos & nemora, in quibus res divina perpetraretur, conſecravit. Arbitrabatur, cœleſte numen pro magnitudine ſua, nec parietibus cohiberi, nec in ullam humani oris vultusq; fluxæque rei ſpeciem adſimulari debere: cùm ſecretum illud ab omni contagione fecis terrenæ ſola reverentia videatur, cujus effigiem formamq; quærere, imbecillitatis ſit humanæ.

4. Auſpiciorum ſortiumq; diſciplinam edocuit, ex quorum obſervatione Sacerdos publicè priùs Deum precatus, cœlum ſuſpiciens, futuros eventus interpretetur.

5. Juſſit & ædificia magis neceſſaria pro cœli injuria vitanda, quam ambitioſa, ſtruere; oppida condere parva, attamen munitis natura locis.

6. Qui inter ſuos jus dicerent, Principes regionum atque pagorum conſtituit, controverſiasq; minuere præcepit.

7. Nulli certum modum agri, aut fines proprios habere permiſit: ſed Magiſtratus ac Principes in annos ſingulos gentibus cognationibusq. hominum, qui unà coierunt, quantum eis, & quo loco viſum erat, attribuebant agri: atq; anno pòſt, aliò tranſire cogebant, ne latos fines parare ſtuderent, potentioresq; humiliores poſſeſſionibus expellerent: néve accuratiùs ad frigora atque æſtus vitandos ædificarent, ne qua oriretur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones, diſſenſiones naſcerentur, ut animi æquitate plebem continerent, cum ſuas quisque opes cum potentiſſimis æquari videret.

8. Victum & amictum parabilem comparari juſſit, ut quæ in lacte, caſeo, carne, pellibus, & parvis rhenorum tegumentis conſiſterent.

9. Adulteria præſenti pœna cohibuit: nulla publicatæ pudicitiæ venia.

10. Ab parvulis duritiæ ac labori ſtudere ſobolem præcepit, ut qui diutiſſimè impuberes permanerent, maximam inter ſuos ferrent laudem. hoc ali ſtaturam, ali hoc vires, nervosq; confirmari putabat.

11. Intra annum viceſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis haberi juſſit rebus, quò ſera juvenum ætas, eoq; inexhauſta pubertas foret: nec virgines feſtinarentur, ſed eadem juventus, ſimilis proceritas, pares validiq; miſcerentur, ut robora parentum liberi referrent.

HERMINONIS MONARCHÆ GERMANORUM

Anno Mundi 2070.

LEGES ET INSTITUTA.

DISCIPLINAM militarem inſtituit, remq; militarem ita colere docuit. Quotannis aliquot millia armatorum bellandi cauſa ſuis ex finibus educebantur. reliqui, qui domi remanſerant, ſe atque illos alebant. Hi rurſus invicem anno pòſt in armis erant: illi domi remanebant. Sic neque agricultura, neque uſus belli intermittebatur.

2. Mercatoribus dabat ad ſubditos aditum magis eò, ut quæ bello ceperant, quibus venderent, haberent. quam quo ullam rem ad ſe importari deſiderarent.

3. Vinum adeò omnino importari non ſinebat, quòd eare ad laborem ferendum remolleſcere homines atque effœminari arbitrabatur.

Anno Mundi 3547.

MARCOMIRI I. REGIS FRANCORUM.

INSTITUTUM DE MONARCHIA IMPERII FRANCICI.

Ex Trithemio.

ANNO Regni ſui xx. MARCOMIRUS Rhenum transgreſſus, cum Gallis Ciſrhenanis bellum habuit, plures occidit, terram occupavit, quam fratri Sunnoni tuendam, ut Duci vel Subregulo, commendavit.

Anno Mundi 3562.

ANTHENORIS I. REGIS FRANCORUM

CONFIRMATIO INSTITUTI MARCOMIRIANI.

Ex Trithemio

ANNO ANTHENORIS XII. Sunno patruus ejus obiit, qui reliquit duos filios, Marcomirum & Hectorem; quorum primus in Rheno obiit, ſecundus loco patris ſub Rege Anthenore Comitatum *a* adminiſtravit trans flumen Rheni. Priamus à fratre Anthenore Rege conſtitutus eſt Princeps terræ Septeotrionalis, quam noviter acquiſierant, id eſt, circa mare Germanicum. Ex his multi Principes ſunt nati, per ſucceſſum temporis, quorum Humbald plures commemorat, alii Duces, alii Comites, ſed omnes ſub nutu permanebant unius Regis.

a ſc. Holandiæ

2. Reliquit Sunno & alios quatuor filios, ex quatuor aliis concubinis procreatos, qui non computantur inter Duces, lege Sicambrorum vetante, quæ interdixit liberis de prima uxore ſuperſtitibus, filios ſequentium Principes vel eſſe vel nominari. quam legem *b* CAMBRA ludit Regina, ne Regnum confunderetur.

b Hæc fuit Anthenoris conjunx.

Anno Mundi 3698.

BASANI REGIS FRANCORUM

LEGES ET INSTITUTA.

Ex Trithemio.

REGIS imperio nemini contradicere etiam in minimo licebat ſub pœna mortis indubitata.

2. Reſtem ſeu funem, ubicunq; pergebat, ſibi anteferri juſſit, & gladium, in ſignum juſtitiæ, quam adeò tenaciter ſervabat, ut nec filio, nec fratri, nec Principibus, nec Ducibus, imò nulli parceret, qui vel modicum contra legem æquitatis, quam poſuerat, commiſiſſet.

3. Rapinam, furtum, adulterium, dolum, fraudem, & omnem injuriam ſive contumeliam inter Sicambros fieri ſub pœna mortis lege notavit, omnesq; vel parum in his contra legales ſanctiones peccantes, ſine aliqua miſericordia punivit.

4. Filium habuit juvenem nomine Sedanum. Hic cum juvenili concupiſcentia abſtractus, cum uxore cujusdam viri humilis conditionis perpetraſſet, quod lege patris novit prohibitum, accuſatus à marito fœminæ judicatur ad mortem. Et cum Procéres rogarent pro filio, pater reſpondit; Nolite viri contra juſtitiam militare. facilius eſt ventum retinere in aere ſtantem, quàm Baſani mentem à lege, quam tulit, revocare ſive deflectere. Hæc audientes Sicambri Principes tacuerunt. Rex ad filium inquit; Non ego te fili occido, ſed lex, quam ſciens prævaricatus es. apprehenſumq; filium propria manu truncavit.

5. Accurrens mater truncati adoleſcentis lachrymans & furens contra Regem Intemperantia muliebri exagitata clamavit: O crudelis tyranne, non Rex, qui crudelitatem ſub legis titulo exerces, quomodo parces aliis, qui proprium filium interemiſti? Cui Rex coram omni populo dixit: Mulier tuum eſt obedire marito, Regi non exprobrare. Juro tibi per Deum meum Saturnium Jovem, quoniam niſi eſſem ira commotus, & te hac ipſa interficerem hora, quæ mihi ſemper fuiſti chariſſima. Poſt dies octo Rex judicio Principum & Procerum Regni mulierem repudiavit, & ad patrem Regem Orchadarum remiſit.

6. Sacra renovavit, Sacerdotes in templo Jovis conſtituit, viros Græcè & Germanicè doctiſſimos in vaticinio, in ſomniis, in judicio ſtellarum, in ethicis, in phyſicis, & in metaphyſicis, qui conſilium ſanum & rectum Diis inferentibus, dare poſſent cunctis interrogantibus eos in quacunque neceſſitate.

7. Rege, qui ſummus erat Pontifex, abſente, penes Sacerdotes ſumma decretorum erat poteſtas, perſona Regis excepta, in quam non judicabant.

8. Ad templum Palladis Venerisq; Trituniæ Deæ ſolas virgines conſtituit Sacerdotes, ad quas certis temporibus ingredi viris paſſim cunctis licebat, uxoribus non copulatis, & agere in templo

Veneris

[illegible] ervien[illegible] [illegible] sum ſanctus & D[illegible] [illegible] batur, quia jam Veneti [illegible]

CLODOMERI I. REGIS FRANCORUM

[illegible]SCRIPTUM AD GALLOS TERRAM occupatam repetentes.

CLODOMER Rex Magnus, Satrapis & populis Gallicanis. Miramur de veſtra temeritate, [illegible] à nobis quæritis recipere, quam progenitores noſtri olim à veſtris jure bel[illegible] [illegible], à quibus multas acceperunt injurias, juſta viciſſitudine obtinuerunt. Cogit[illegible] te vir[illegible] impares, & ceſſate ab hac temeritate veſtra. Quòd [illegible] contra nos venire vult[illegible], ſtatuimus vobis non fracti animis occurrere, & defenſare gladio, quod gladio majores noſtri acqu[illegible]ſiverunt. Ex Trithemio

ANTHENORIS II. REGIS FRANCORUM

Anno Mundi 3807.

LEX DE NON IMMOLANDIS HOMINIBUS.

PROHIBUIT homines & filios hoſtium, Diis immolari. Quæ conſtitutio, quia Sacerdotum conſilio & aſſenſu decreta fuit, inviolabilis permanſit.

FRANCI REGIS FRANCORUM

Anno Mundi 3949.

EDICTUM DE NOMINE FRANCORUM.

POPULUS Regem poſtulavit & Principes, quatenus perpetuo ſancirent edicto, ſe non ampliùs Sicambros vocari, ſed Francos. Placuit hæc poſtulatio Regi, utpote qui ominis ſui cuperet immortalitatem conſequi, & ſuo gentem vocabulo inſigniri.

CLOGIONIS I. REGIS FRANCORUM

Anno Chriſti 11.

REPETITIO INSTITUTI DE MOnarchia Francica.

ANNO Regni ſui X. CLOGIO Rex filium ſuum ſecundogenitum, nomine Phriſum, ad inſtan[illegible]m matris & Principum, Ducem conſtituit illius regionis, quæ poſteà ex nomine ejus di[illegible]ta [illegible]hriſia uſque in præſentem diem contra Cimbrorum & Orchadum incurſiones.

2. P[illegible] annos X. permittente CLOGIONE Rege cunctisq; Francorum Proceribus, Phriſus in Regem [illegible] ſub[illegible]imatus, ea tamen conditione, ut Reges Phriſiæ omnes, ſicut & reliqui Duces, Regi Francorum [illegible] etuò manerent ſubjecti, & ut tributum Francis penderent annis ſingulis boves CCLX. buty[illegible] tale[illegible]ta XX. & caſeorum Regalium tria milia; & cum Francis more cæterorum amicorum, contra hoſtes quoſcunq; dimicarent.

Anno Chriſti 2.

HERIMERI REGIS
FRANCORUM

LEX DE NE[illegible]LIGENTIA DUcum, & eorum pœna.

IN p[illegible] Ducali conſti[illegible] ſub R[illegible]e Francorum Princeps, dili[illegible]nter provin[illegible] [illegible]. Quod ſi cujus n[illegible]ntia hoſt[illegible] terra[illegible] noſ[illegible]am v[illegible]ando inv[illegible] [illegible] [illegible]nt, [illegible] ſi rebus ſpo[illegible]av[illegible] [illegible] ter[illegible], in ſuper Re[illegible] [illegible] & amplius ne ſit Dux Princeps, ſed [illegible] atq; [illegible] honor[illegible]. Si vol[illegible] [illegible], [illegible]batur vivus, aut capite plectatur, & uxores cum liberis & bonis rebuſque omnib[illegible] [illegible]gis miniſterio cedant.

Anno Chriſti 309.

CLOGIONIS II. REGIS
FRANCORUM

FILIIS HELENO ET RICHIMERO MInorennibus, in Regno fuit prælatus patruus eorum CLODOMER, quia

LE[illegible]E Francorum erat interdictum, ne quis promoveretur in Regem, priuſquam quartum [illegible] viceſimum compleviſſet annum ætatis.

Anno Chriſti 323.

CLODOMERI II. REGIS
FRANCORUM
& Procerum Regni

RESCRIPTUM AD PETITA TURINgorum auxilia contra Suevos.

a qui primus Dux Francorum.

DUCE *a* Genebaldo fratre noſtro chariſſimo referente, dudum intelleximus, quæ fuerit inter vos, amici Doringi, & Suevos cauſſa diſſidii, & earum, quæ hodie foribus inſtant, occaſio turbationem. Vobis nos ex multo fatemur tempore confœderatos, & jus contract[illegible] [illegible]re fœd[illegible] nec volumus quidem ullatenus, n[illegible]e debemus. Se[illegible] vos ipſi luce [illegible] larius, optimi Doringi, c[illegible]is, in quantis R[illegible]gnum Francorum verſetur periculis, quoniam nobis Romani cum Gallis quot[illegible] [illegible]æ foribus imminent, diligentiſſimè obſervantes introitum noſtrum, ſimul exitum, ſi qualibet [illegible]ccaſione Regnum queant ſubvertere noſtrum, quod progenitores noſtri, multi ſanguinis effuſione v[illegible] tandem acquiſitum ſtabilire potuerunt. Propterea cautum Francorum nequaquam eſt viſum c[illegible]ſilio, his præſertim periculoſis temporibus, populum dividere, neglectiſq; propriis aliena defenſare, c[illegible] ad alterum Diis propitiantibus forſan poſſimus ſufficere; utrumq; autem, hoc eſt, noſtrum Regnum & veſtrum his diebus ab hoſtium incurſione tueri noſtra non ſit in poteſtate. Nimia deniq; locorum diſtantia nos plurimum impedit, ne vobis contra Suevos tam crebrò poſſimus conferre ſuffragium, cum illi principium Rheni fluminis teneant & ortum, nos verò ultima oſtia & occaſum. V[illegible] tamen ne vobis omninò videamur d[illegible] fuiſſe amicis, noſtro conſilio placuit, ut Nuncios ad Suevos dirigamus noſ[illegible]ros atque Legatos, per quos triennales rurſum vobis inducias obtineamus & treugis. [illegible]terea conſ[illegible]ium habeant Doringi, ut cum Suevis vel pacem conſequi valeant æternam, vel alio qu[illegible]unque medio neceſſarium defenſionis murum interponant, hoc eſt, vel ex ſuis vel ex alienis gentibu[illegible] amicis.

Anno Chriſti 395.

DAGOBERTI I. REGIS FRANCORUM, DUCUM POPULIQUE REGNI

RESCRIPTUM AD VALENTINIANUM IMPER. ROmanorum, tributa exigentem, pro libertate Francorum.

FRANCORUM ſempiterna libertas tributum imponere nationibus cæteris [illegible]onſuevit, no[illegible] [illegible]vere. Tu autem, qui robore Francorũ abſente, cum paucitate inermi pugnâſti, & dol[illegible]

ſtu[illegible]

[illegible] ex[illegible] butum jus habere confidis, [illegible] o uetis, & [illegible] o nos liberti[illegible] & e[illegible] fuiſſe, & te ſervum oſtendemus. His te fa[illegible] certiorem, ne ſuper hac re quenquam ad [illegible] em, quippe qui vitam potius dare contendimus, quam perdere libertatem.

GENSERICI REGIS ET IMPERATORIS CARTHAGINENSIS

Anno Chriſti 471.

CONSTITVTIO DE PRIMOGENITVRA REGNI.

GIZERICUS jam ſenex decedens teſtamentum condidit, in quo quum alia multa Vandilis Procopius lib 3. [illegible]ndaret, tum ut per manus ejus Regni ſucceſſores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex his qui ætate præcederent.

THEODORICI REGIS AUGUSTI ROM. LEGES.

Anno Chriſti 492.

JUBEMUS milites cum Romanis civiliter vivere: Provincias ab incurſatione hoſtili defendere.

2. Ducibus imperamus, ut armis creditos populos tuentur: abſtinentiam juſtitiamque ſectentur, æmulenturque veterum Romanorum prudentiam, uti Provinciales planè intelligant atque ſentiant, eos à Principe Romano datos eſſe Rectores.

THEODORICI REGIS AUGUSTI ROM. SACRA

Anno Chriſti 509.

AD BVRGVNDINORVM, HERCVLORVM, VARINORVM, & Turogorum Reges; pro pace & mutua auxilii unitate adverſus æmulum Imperii Francorum Regem.

PRINCEPS abſq; juſticia nil aliud profectò eſt, quàm gentium latro publicus. Quippe ubi leges regi, non regere ſolent, pro jure libido & licentia invadit, malicioſus, fallax, verſutus, ſapiens nominatur: calliditas & aſtutia, prudentia appellantur; pro æquitate ſuperbia, pro abſtinentiâ avaritia, peſſima vitia ſub ſpecie virtutum dominantur. Ambæ peſtes invident, rapiunt, opprimunt, aliorum opibus inhiant. omnes pro hoſte ducunt, cuncta ſibi ſervire adpetunt.

2. Hac via nuper ATTILA graſſatus, etſi Veſſogetarum robore fractus, furoris tamen ſui heredem & ſucceſſorem reliquit *a* LUDOVICUM Regem Francorum, qui jam pridem (ut eſt natura *a* Clodoveum. mortalium avida imperii, & præceps ad explendam animi cupidinem) animo Imperium orbis invaſit, & tantos ſibi ſpiritus, tantam ſibi arrogantiam ſumpſit, ut neminem ſecum dignitate exæquari velit. ALARICO Veſſogetarum Regi, citra affinitatis affectum. vinculo ſocietatis, fidei ſacramento violato, nefandum & impium indixit bellum. Nemini dubium eſſe poteſt, quin ſuperatis Gothis, ſigna victricia in vos convertat.

3. ENRICUS genitor Alarici non ſolùm opibus, pecunia, ſtipendiis vos adjuvit, verùm etiam ab hoſtium impetu & oppugnatione defendit: vires Romanas à cervicibus veſtris avertit. Obſecro itaq; atque obteſtor per ea beneficia, uti cum amicis meis, veſtri quoque ad Francos, LUDOVICUMQ. l[illegible]entur, qui verbis omnium noſtrûm, ut pote maximorum, & opulentiſſimorum Regum, nuncient, velle & cenſere, eos ab armis diſcedere, ita ſeq; illiſq; dignum eſſe.

ANASTASII IMP. AUG. ET THEODORICI REGIS AUG. ROM. LEGATIO

Anno Chriſti 515.

AD THEODONEM, DVCEM ET CAETEROS Bavariæ Proceres; ut ſe Imperio Romano ſubjiciant.

ETSI Imperatores Romani, rerum præſides, rectoreſq; mundi, injuriæ contumeliæq; haud temerè obliviſcantur, & his duntaxat, qui promeruerint, amicitiam dare conſueverunt, ſanctiſſimus tamen atq; fæliciſſimus Imperator ANASTASIUS Cæſar Auguſtus, memor rerum humanarum, nec ignarus ludi fortunæ, & quòd illi, qui aliena injuſtè invaſerunt, Deo optimo maximo pœnas

 reddide-

reddiderunt [illegible] facit, pacem & ſocietatem ultrò vobis, ô Boni Proceres, offert [illegible] quam occup[illegible], licet armis & ferro recuperare facile eſſet, ut humano parcatur ſangui[illegible]. Vos in clientulos accipit, Reipublicæ Romanæ ſocius aſ[illegible]cit, quos omnibus viribus d[illegible]tabitur, atq; ab injuriis Barbarorum adſeret. Pro his beneficiis, ſi [illegible]ut certæ pignus amicitiæ, [illegible]guum eſt, quod poſtulat, annuum nimirum munuſculum. Quid ſtolidius eſt quam quæ [illegible] li[illegible] comparare poſſis, malle ſanguine tuorum tentare, & incerta pro certis amplecti [illegible] Con[illegible] D[illegible]us ſummus & immortalis, quò gravius ex commutatione rerum homines doleant, his ſec[illegible]res interdum res concedere. Nemo igitur compos mentis victor a[illegible] ſolenter gloriari ſul[illegible]t. Qu[illegible]n fragiles, quam incertæ ſint res humanæ, quotidie videmus: ipſæ ſæpius in adverſa commutantur. & tum maximè, ubi quæ ultrò offertur ſecunda fortuna ſordeſcit.

2. Proinde ne quid temerè committatur, Dux veſter Theodo cum paucis ad THEODERICUM in Italiam proficiſcatur, ibi de communibus negociis conſultabitur. Nihil eſſe æquius ac utilius, nemo veſtrû[illegible]n eſt, qui inficias ibit aut ambiget. Haud credo vos tam ſuperbos eſſe, qui hanc benignitatem atq; clementiam ultrò oblatam flocci faciatis: quæ omnibus modis, ſi negaretur, ambienda foret. Diuturniorem impunitatem haud unquam ſuprema & æterna illa cœli majeſtas hoſtibus Imperii Romani conceſſit. Sacroſancta eſt Roma, & curia ſuperûm; Princeps Romanus Deus & Dominus eſt orbis terrarum. ALARICUS & ATTILA, qui lædere Romanam majeſtatem auſi fuerunt, ſubitò interierunt, raptati ad inferos æternis ſuppliciis mactantur.

Anno Chriſti 526.

GILIMERIS REGIS ET IMPERATORIS CARTHAGINENSIS

RESCRIPTUM AD IUSTINIANUM IMP. de depoſitione Regis, & primogenitura Regni.

IMP. CÆS. FL. JUSTINIANUS AUG. Gilimeri Regi ſalutem. Impiè facis minimeq; dignum Gizerichi teſtamento, quod Ildericum legitimû Regem in cuſtodia teneas, quum brevi poſt tempore tibi liceret ex lege omnino ſuccedere: nunc verò ut modicum prævenias tempus, jura prodis, & regni nomen in tyrannidem convertis. Hunc igitur hominem ſine donec vivat regni ſaltem imaginem habere, ageq; tantum quod regem deceat, & avi tui Gizerichi mandatum circa regni ſucceſſionem expoſtulat, ut quod nunc injuſtè poſſides, ex æquo retineas. Hoc ſi in animum induxeris, & res tibi felicius & noſtra ſimul amicitia provenerit.

IMP. CÆS. FL. JUSTINIANUS AUG. Gilimeri Regi ſalutem. Nos cùm te minime noſtris monitis adverſaturum putaremus, priorem tibi Epiſtolam ſcripſimus: quando verò tibi placet regnum hoc pacto habere, tibi habe quod fortuna ex ipſo tribuerit. Tu autem Ildericum & Amerem luminibus caſſum ejuſq; fratrem ad nos mitte, ſolatium habituros quale poterunt, qu[illegible] regno aut oculis ſunt privati: quod ſi minimè feceris, nos profectò coges amicitiâ relictâ, fœdereque, quod cum Gizericho ejusque ſucceſſoribus geſſimus, ſoluto, te non ſolum armis petere, ſed pœna quali poſſumus perſequi.

GILIMER REX JUSTINIANO IMPERATORI ſalutem. Neque Ego per vim regnum accepi, neq; contra meos propinquos quicquam injuſtum perpetravi. Ildericum enim nova quærentem in familiam noſtram, Vandilorum Gens magiſtratu dejecit, meq; tempus & ex lege ætatis honor in regnum vocavit. Talem enim quendam virum bonum regnum expoſtulat, qui nec alienas ab re curas perſequatur. Tu verò item rex curioſè facis ac injuſtè, aliena curare: quod autem fœdera ſolves nobis bellum inferendo, reſpondere ſum paratus, quibus potero viribus obſiſtans atque fidem expoſtulans, ſimul & jusjurandum Zenonis cujus tu ſucceſſor exiſtis.

Anno 527.

EIUSDEM RESCRIPTUM, QUOD IMPERAtore Germano indignum ſit, ut ſe Græcorum Regis poteſtati & Imperio ſubjiciat.

GILIMER REX Pharæ Duci ſalutem. Quod mihi das conſilium multas habeo tibi gratias: Servire tamen a inimico, qui magnopere me læſit, nequaquam exiſtimo tolerandum, a quo pœnas potius optaverim ſumere, ſi Deus propitius fuiſſet, qui nunquam neque ingratum aliquid à me nec mali quicquam paſſus, belli adverſus me occaſionem omni culpa vacantem ſumpſit, Meq; ad hoc fortunæ compulit. Beliſarium non video cur etiam feram, quamquam & ipſi, pariterq; & Imperatori quum ſint homines, non abſurdum aliquid accidere poſſe, quod fortaſſe nolint. Ego verò tibi plura ſcribere non habeo, præſens enim fortuna omnem mihi eripuit cogitationem. Sed vale mi care Phara. Datum in Pappua apud Mauruſios.

a ſc. Juſtiniano Imperatore.

ATHA-

ATHALARICI REGIS AUG. ROMAN. RESCRIPTUM.

Anno Chriſti 528.

PRO GOTHIS AD BELISARIVM, SVPER provinciis legitimo jure belli quæſitis.

LITERAS quas nuper optime Beliſarie ſcripſiſti, monitionem quidem veram ad alios ſottá le quosdam homines, non autem ad nos Gothos præ ſe ferre videntur. Nos enim nihil ex Imperatore Juſtiniano poſſidemus, neque ita inſani ſumus. Siciliam namque omnem noſtram exiſtentem belli jure acquiſivimus, cujus promontorium unum Lilybei eſt arx. Si autem Theoderichi permiſſu ſoror ejus Vandalorum regi locata hanc cuidam in Siciliæ mercatu tribuit utendam, nihil ad rem, neque hoc quodcunque hujuſcemodi vobis conquerendi occaſionem præbere debet. Tu igitur Dux ex æquo nobiſcum age, ſi non ut hoſtis, ſed amicus eſſe cupis his qui nobis fœderis ſolutionem diſſuadent. Refert enim quum amici quidem in pace aut inimici in pugna decernere ſunt apti. Nos Juſtiniano Imperatori de his cognoſcendis curam permiſimus, ut quæ ſiot legitima & juſta judicet. Cupimus ut tua conſilia ſalutaria atque optima ſint, ac Imperatoris tui celeriter expectare ſententiam.

THEODAHATI REGIS AUG. ROMANOR.

Anno Chriſti 536.

PACTVM CVM IVSTINIANO IMPERATORE, de tradendis et Imperii Occidentalis habenis.

NON equidem ipſe ad id regium culmen, ut adventitius & peregrinus perveni, quippe qui ex avunculo rege ſim genus ſortitus, & pro ejus nutritus hic dignitate, bellorum verò ac bellicæ turbulentiæ ſum equidem non omnino peritus. Cum enim in audiendis literarum optimis diſciplinis exercitus ſim, & in eas ſtudium meum omne contulerim, contigit ſane, ut a bellicis hiſce perturbationibus quam longe ſemotus, ad id demum venerim, ut haud quaquam decere me ducam, pro terreſtris Imperii & bonorum præſentium cupiditate, vitam ut in diſcrimine agam, ſed ab his potius ut procul abſint: nimirum cui neutrum ſit voluptati, tum quia alterum ſatietate metimur, nā & ſuavitudinum omnium ſatietas eſt: tum quia inſolentia ipſa deſuetudoque in anxietates plerunque & turbas inducunt. Ipſe igitur, ſi modo mihi prædia ſint, quæ aureos ducentos & mille quotannis ferant, parvi equidem ſum regnum facturus, tibique ſtatim Gothorum & Italorum permiſſurus Imperium, ut qui longe malim terræ cultor ſine negotio eſſe, quam in imperatoriis curis vitam hanc ducere, viciſſim in pericula transmittentibus. Remittes ergo quamcelerrime hunc ad nos virum, cui cum Italiam ipſam, tum & res cæteras tuo ſim nomine traditurus.

Propter has literas ignaviæ & perfidiæ notatus Rex poſtea à ſuis deſertus & occiſus eſt. Non enim Juſtiniano Græco Cæſari, ſed Ordinib Regni Imperium reſignare debebat.

JUSTINIANUS IMPERATOR THEODAHATO Regi. Sapientem te eſſe antè hac auditu & fama perceperam, nunc verò experientia doctus intelligo, quandoquidem animo deſtinaveris tuo, belli eventum non opperiri: quod utique plerique perpeſſi, eluſi demum in rebus maximis ſunt, & te quidem haud quaquam de cætero pœnitebit, ex hoſtibus nos tibi amicos feciſſe: a nobis vero quæ poſtulas, impetrabis, & ad hæc quidem accedet, quod honoris cauſa, Romanorum omnium primus deſcribi impoſterum poteris. Nunc itaque Athanaſium Petrumque miſimus, ut confeſſione inter utroſque noſtrum res confirmentur. Venturus & ſtatim eſt ad te Beliſarius, omnibus inter nos rebus conventis finem interpoſiturus.

VITTIGIS REGIS AUG. ROMANOR.

Anno Chriſti 536.

ORATIO AD PROCERES DE PROVINCIIS Imperii remotioribus in inſtanti periculo dedendis.

NON equidem, o viri ſanguine mihi propinquiores, quæ grata potius ſint quàm utilia commonefacturus, vos huc convocavi: Sed ut benigne auſcultandô præſentibus de rebus pro veſtra tunc dignitate in medium conſulatis: His namq; quibus facta iccirco non ex voto procedunt, quia neceſſitati haud quaquam, cum opus eſt, parent, profecto ut maderari eundem in modum præſentia velle, nil prorſus conduxerit. Cætera quidem ad bellum parata nobis egregiè ſunt. Sed Franci obſtant, quibus jampridem nobis hoſtiliter adverſantibus, etſi cum magna noſtra ut corporum, ita & rerum jactura ad reſiſtendum tunc vires fuere, cum aliunde nobis nil occurſaret hoſtile; nunc tamen cum in alios ire omnino cogimur hoſtes, cum Francis inceptum neceſſariò ſolvendum eſt bellum, & ea primum de cauſa, quia ſi hoſtes nobis ſint hi permanſuri, cum Beliſario contra nos arma ſine mora conſociabunt: Nam qui unum eundemque habent hoſtem, ut invicem & benevolentiam concilient & fœdera inter ſe jungant, rerum natura ipſa induxerit. Proinde ſi in hoſtiles utroſq; exercitus ſeorſum & ipſi parvis copiis bellum his intulerimus, id procul dubio relinquetur, ut ab u-

[illegible] amur. Satius itaque erit ut paulo imminuti, majorem noſtri Imper[illegible] mur, quam omnia poſſidere dum cupimus, cum totius Imperii viribus, hoſtium [illegible] Cenſeo igitur Francis ut Gallias ſibi finitimas ultro [illegible] damus, & pecunias inſuper omnes, quas T[illegible] datus his ſe daturum promiſerat, non ſolum ut conc[e]pta in nos odia [illegible] anei deponant, ſed nob[illegible] una id bellum [illegible] ſcipiant. Quemadmodum vero ſuccedentibus rebus [illegible] uperaturi Gallias [illegible] mo veſtrûm nunc animo agitet: vetus nimirum me ſubit dictum, quod utique præſentibus r[illegible] conſulatur, injungit.

EIVSDEM RESCRIPTVM AD GOTHOS

Auximi obſeſſos, ne fidem deſerant.

NEmo veſtrum, ô omnium amantiſſimi viri, exiſtimet ita me animo concidiſſe, neque eò ven[illegible] ſe malignitatis, ut præ ignavia atque ſocordia res ipſas Gothorum neglexerim. Mihi ſiquidem nuper ad exercitum apparatu quam maximo educendum ſummum ſtudium fuit, Uraias deinde quem Mediolanum antea miſeram, per me revocatus jam venit. Francorum tamen inſultus ex inſperato incidens omnem nobis conatum interturbavit, cujus rei haud quaquam ipſe ſum incuſandus. nam quæcunque ſupra humanas ſunt vires, vel his, qui ſpe nonnunquam ſua fallantur, veniam præbent, & ut crimine vaccent, efficiunt, fortuna ſemper ad ſeipſam trahente rerum geſtarum deli[illegible]a. nunc vero ubi & Theodibertum a nobis procul abſceſſiſſe compertum habemus, ſi Deo id placitum ſit, cum univerſo Gothorum exercitu paulo poſt affuturi vobis auxilio ſumus. Oportet igitur ut præſentem ſtrenuè fortunam feratis: & vos ipſos neceſſitati accommodetis, veſtræ imprimis habita ratione virtutis, cujus ob gratiam Auximi vobis, ut planè delectis cuſtodiam demandavi: & Gothorum de vobis expectationem ut verçamini, qui veſtram ſalutem ſuæ Ravennæque anteponunt.

Anno Chriſti 536.

VITIGIS REGIS AUG. ROMAN.

ORDINATIO DE OBEDIENTIA PAPAE

Senatus Populiq; Romani Imperatori Germanico debita.

Ex Leon. Aretini lib. 1. de bello Italico adverſus Gothos.

POst electionem Vitigis Romam venit, Senatumque & Populum alloquutus, beneficia Theoderici memoravit, eosque hortatus eſt, ne quid novi moliantur, magnas Gothorum vires per Italiam eſſe docuit, nec ea quæ accidiſſent incommoda propter imbecillitatem gentis accidiſſe, ſed propter diſcordes erga Theodatum animos. Nunc autem conſpirantibus in unam eandemque voluntatem Gothis, contrarios effectus eſſe ſequuturos. Itaque neminem ſine ſua pernicie per Italiam res novas moliturum eſſe. Hæc autem cum Liberio Romanæ urbis præſule egit. Et quoniam novum erat ejus regnum, jurejurando ſibi populum & Pontificem obligavit. Ex ſenatu vero & ex populo Romano permultos delegit, quos obſidum loco conſtituit: Urbi autem Romæ quendam ex proceribus ſuis Luderim præfecit, eique delectorum militum quatuor millia reliquit, quibus Romam cuſtodiret.

Anno Chriſti 540.

HILDOVALDI REGIS AUG. ROMANOR.

ORATIO AD PROCERES DE BELLO NON TEMERE

ſuſcipiendo: habita Ravennæ poſt electionem ſuam.

CUM ſatis intelligam ô viri commilitones ex diuturna jam belli experientia multorum certaminum vos eſſe peritos, haud quaquam opportunum nunc duxerim derepente ac temere ut in bella ruamus, cum ſatis conſtet hæſitabundam & formidoloſam peritiam egregium aliquid audere nequaquam conſueviſſe. Æquum itaque fuerit priſtinos caſus omnes vos meminiſſe, & de præſentibus ut poſtmodum conſulatis: nam plerique veſtrûm præteritorum obliti, non ſuo & decenti in tempore præ inſolentia forſan extulerint animos, ita ut maximis in rebus falli ſat queant. Vitiges itaque nec vobis quidem invitis nec repugnantibus in hoſtium manus pervenit. Sed tunc ſanè deſperatis adverſis fortunæ caſibus, utilius fore exiſtimaſtis Beliſario ad vos domum accito parêre, quàm de ſumma rerum periclitari. Nunc igitur cum ex Italia deceſſurum hunc acceperitis, & navigaturum Byzantium, profecto & alia quædam de integro eſſe hunc aggreſſurum non ignoratis. Sed illud eſt veſtrum ſingulis advertendum, non omnia mortalibus ad vota ſuccedere, ſed aliter ſæpius evenire ac viſum his [illegible]t: nam ex inſperato nonnunquam & temerè fiunt nonnulla: id ferme ſi Beliſario ſit occurſurum quandoque haud quaquam videri abſurdum debet. Conſultius itaque fore exiſtimaverim, ſi prius quid ſibi is velit rogemus, tentemusque utrum ad priores huic placeat redire conventiones: hoc deinde pacto ad ea progrediemur, quæ ſecundo ſunt loco gerenda.

TOTILÆ REGIS AUG. ROMAN.

ORA[illegible] AD NEAPOLITANOS, DE PARCENDIS

[illegible] ſtipendiis in gratiam civibus per [illegible] ab Imperio abalienatis.

NIHIL [illegible] vel [illegible]iminationis vel cauſæ in vobis nacti [illegible] Neapolitani, ad urbem hanc obſiden[illegible] [illegible] ſumus, ſed ut ab infenſiſſimis omnium dominis, vos de[illegible] libertati [illegible] vindi[illegible], & cuique veſtrum gratias quandoque poſſemus & pro arbitrio [illegible] erga [illegible] beneficiis, pro quibus quæ à Romano antehac hoſte perp[illegible]. Sed non que [illegible] omnium maxime erga Gothorum hanc gentem benevolentiam p[illegible], & [illegible]pertu[illegible] hoſtium vos [illegible] vel invitos quidem veniſſe unde quia cum illis una & vos obſ[illegible] veſtræ erg[illegible] pudet, tametſi non Neapolitanorum in iſta urbe in nunc obſid[illegible] quia obſi[illegible] mala ægrè nunc fertis, odio Gothos habend[illegible] pr[illegible]tia [illegible] qui amico[illegible] beneficiis connituntur, nullo pacto ſunt per [illegible] di, [illegible]nquam m[illegible]cunda forſitan ſunt, his gratiam fac[illegible] videntur. [illegible] tem for[illegible] jubeat, nec præter [illegible]ta recenſendo, relaturos ex nobis [illegible]os [illegible] te: nam quæ [illegible] abſ[illegible]ter & fortuito nonnunquam vel inſperato contin[illegible]unt, temp[illegible] proceſſu deſ[illegible] labi. Nos igitur ea erga vos benevolentia ſumus, ut veſtri ob gratiam vel [illegible]nonem præſ[illegible]tes cæteros malorum prorſus immunes abire quo velint, & ſuis cum rebus per[illegible] vobis tradita urbe hinc ſtatim abſceſſerint: Pro his vero proque Neapolitanor[illegible] ſalute, nihil impediet, quo minus jusjurandum fidemque demus.

EIVSDEM RESCRIPTVM AD ROMANOS, DE

injuriis hoſtiliter illatis emendandis.

QUI [illegible]sque finitimis injuriam inferunt, ſive id ignorantiâ egerint, ſive oblivione, merit[illegible] de[illegible]bent in eos ſe clementiores præſtare, qui ab ſe ſint mala perpeſſi: nam peccandi quæ inciderit fortuito cauſa, maximam del[illegible]ti his adimit partem & deprecatur. Si quis vero præmeditatus inj[illegible] inter[illegible], huic certè nil reliquum fiet, quo ejus facta excuſet: quippe quem non ſolum [illegible] patrati crimen, ſed voluntatis etiam culpam ut ferat, par erit. Quum igitur hæc ita ſe habeant, vobi[illegible]cum a[illegible] agitate, quo pacto ſint per vos excuſanda quæ in Gothos geſſeritis. Num ne Theoderici & A[illegible]thæ in vos beneficia ignoratis? an temporis diuturnitate, & veſtra oblivione, nullius momenti [illegible] ea ſunt viſa? tamet[illegible] iſtorum neutrum ſit: non enim levibus & vanis quibusdam in rebus, in [illegible] veſtros in vosque nuper gratos quosdam noſtri ſe Principes oſtender[illegible]nt, ſed in gravibus qui[illegible] & neceſſariis. Atqui In ſuæ ditionis homines quidnam virtutis exerceant, [illegible] vel [illegible]o-ne perc[illegible]reor, vel experientia didiciſſe. Proinde Gothorum & Italicenſium bona [illegible]orum [illegible]ore decernitis, quibus & vos inhæſiſſe exiſtimo. Sed quæ nam ab bis [illegible]tis hoſpitibus & amicis adepti, vos forte non præterit, ſi qua ipſi in parte eorum nunc meminiſtis, quæ Alexander Romanorum præfectus facturum ſe animo deſtinarat, ut milites ipſos omittam, & militum duces, quorum benevolentia & animi magnitudine fruebamini, & eorundem de cauſa ad id fortunæ res pervenere. Me verò veſtrum exiſtimet nemo, barbarorum ut Principem per jactantiam his verbis nunc uti: Nam illud pro indubitato aſſeveraverim, quempiam ab his eſſe facinoroſis pœnas deoique exacturum. Quin potius quo pacto non fore id abſurdiſſimum videatur, quum Deus ipſe pro illata tam multis injuria, militibus iſtis præfectisque ſit ſupplicia denique illaturus, vos verò in iſtorum tam fœde facta libentius concedatis, nec eximi malis vos patiamini quæ à ſceleratis hominibus inferuntur. Occaſionem itaque aliquam præbetote, qua apud Gothos ipſos rem veſtram excuſatius tueamini, & ipſi [illegible]obis errati ut veniam demus. Sed ad hanc conſequendam occaſionis eſtis tunc aliquid præbituri, ſi bel[illegible] fine non expectato, quum adhuc quippiam eſt reliquum ſpei, quæ potiora ſunt, delegeritis, & emendatione denique facta, ea inſuper farciatis, quæ per vos ſunt indecentius geſta.

EIVSDEM RESCRIPTVM AD IVSTINIANVM

Imp. de Societate Imperii poſt captam Romam. *Anno 546.*

QUÆ in urbe Roma ad hunc diem contigerint, cum te fuiſſe edoctum jam putem, ſilen[illegible] [illegible]t[illegible] reunda videotur. Ea verò quorum de cauſa ad te Oratores hos miſerim, ſtatim intelliges [illegible]ona pacis tute ut deligas, vobisque tradas inprimis depoſcimus. Quorum ipſi admonumenta q[illegible]pti[illegible]na, & ſimul exempla Anaſtaſium & Theodericum habemus, qui paulo ante regnarunt, pac[illegible] & c[illegible]teris bonis ſua tempora complevere. Si igitur hæc tibi placita erunt, merito meus pater vocab[illegible]elli nos ſocios in quoscunque libitum fuerit, habebis.

EI[illegible]M EDICTVM DE NON LAEDENDIS CIVIBVS DEDI

dit[illegible]s & imbellibus: de juſtitia correctione ad Gothos: & de pœna in Romanos ob perfidiam in capta iterum urbe. *Anno 547.*

TOTILA [illegible]be, a Laterano ubi per noctem conſtiterat, movens ad beati Petri e[illegible]cleſiam profe[illegible]tu[illegible], [illegible] otũ exoluturus. Iter faciebat per urbẽ ſtipatus catervis feroci[illegible] orũ hominũ, qui nn[illegible] ac ſanguine diſtillantibus quoscunq; obvios ſine ulla diſtinct[illegible]ne occidebant. Ex Aretini L. 1. de bello Gothico.

a No[illegible] gis Pa[illegible]

[illegible] in V[illegible] ejus [illegible] ac [illegible], Non [illegible] Pela[illegible] do [illegible] dominum esse v[illegible] quasi[illegible] cep[illegible]t, ut nemo [illegible] epit [illegible] nulla ingenua f[illegible], seu [illegible] ni diligentia [illegible] duntaxat [illegible] concessit, corpora libera esse juſſit.

[illegible] autem [illegible] men[illegible]es victoria elatas deprimere, [illegible]ione postridie vocatos [illegible] mal[illegible]oquutus eſt, an quisquam veſtrûm, com[illegible]tones, tantas mutationes intuens, quan[illegible] per hos annos contigerunt, non formidet rerum humanarum fragi[illegible]tatem? & unde mutatio[illegible]æ perven[illegible]ant, non [f]acile deprehendat? Omitto Romam dominatricem quond[a]m o[illegible]rrar[illegible] [illegible] manus nunc deveniſſe, hæc enim antiquiora ſunt, ruinaque hujus urbis non [illegible] incœp[i]t. Ego noſtra commemorare malo. Quid potentius ante hoc bellum fuit, quam Go[t]horu[m] [illegible]us per Italiam? ducenta milia bellatorum ponebat in campo, armis, equis, opibus, auro & [illegible]nto aſtat[illegible] inſtru[c]ta, Italiam univerſam cum Sicilia, Corſica, Sardinia, & Dalmatia poſſ[i]debat. H[a]nc tan[tam] potentiam qui[s] unquam putâſſet ab ſeptem militibus Græcorum, nec enim plures ab initio in [I]taliam v[e]nerunt, fuiſſe ſubverſam? Quid autem poſtea tenentibus omnia Græcis ac planè dominan[tib]us, qui[s] quam ne put[a]ſſet vos admodum paucos & inopes adverſus viginti milia Græcorum It[al]iam [re]cuper[illegible] qui[illegible] b i[n]itio quatuor equitum milia conficeretis, ac præter Papiam, Ve[r]onam & T[ar]v[isi]um n[ihi]l per Italiam teneretis, Romam nunc tandem caput rerum cepiſſe, quam Vi[tigi]s duce[illegible]rum mi[ll]ium [ex]ercitu & annua obſidione ſubigere nequivit? Maxima ſunt hæc commu[tat]iones, ac [ma]gna admiratione non parva. Atqui mutationum iſtarum cauſæ, ſi attendere velimus, manifeſtiſſimæ ſunt. Quamdiu enim Gothi æquitatem ac juſticia inter ſe colere voluerunt, res eorum ac potentia fl[o]ruit: quum ver[ò] plus habendi cupiditas transverſos egit, tunc ſeditiones domeſticæ, cædesq; inteſtinæ & prodi[t]iones clandeſtinæ inter ſe ipſos coortæ, ruinam pepererunt. Rurſus verò quum in juſt[it]iam ducis hæ ipſæ labes tranſiverunt, vos jam emendati facilè eos ſuperâſtis. Hæc igitur conſidera[n]tes in hac vi[c]toria veſtra minime ſuperbire debetis, ſed Deum vereri, ac mutabilitatem fortunæ expaveſcere: illud intelligere, Imperia ac potentias omnes perfacile amitti, [n]iſi per juſticiam, & pro[vi]de[ntia]m, & induſtriam conſerventur. Maximam igitur adhuc vobis commutationes laboris part[illegible] [illegible]are ſe tot[illegible]. Nam tueri quæſita difficilius eſt quam acquirere. Quoniam in acquirendo ignavia poſſi[de]ntis ſæpe plus confert quam propria virtus. Tueri autem quæſita ſine propria virtute nemo poteſt. Hæc tum à Totila dicta ſunt, Gothi autem ſapientiam regis ſui laudaverunt.

Poſt hæc Romanis ad ſe vocatis, illorum ingratitudinem erroresque redarguit. Quod cum prius fuiſſent in manibus Odoacri, opera Theoderici & Gothorum liberati ab illius tyrannide, tanta ſuſ[ce]piſſent beneficia, quanta vix ſciviſſent optare, pro[p]ter quæ divites atq; beati multos annos vixiſſent. De[in]um ver[ò] nulla [in]juria, nullaq; contumelia accepta, contra fidem ac jusjurandum ad Græcos de[fe]ciſſent, h[o]mines [l]eviſſimos & ſine ulla virtute. Qui ſtatim obſeſſi a [V]itige nunquam prodire in aciem auſ[i f]uerint ſe[d] intra mœnia incluſi ac fame macerati omne dedecus toleraverint. Qui poſt[q]u[a]m [n]on armis, ſed proditionibus & fallaciis facti ſunt domini civitatum, publicanis exactoribusq; delatoribus omnia referſerunt. Qui civitates populosque Italiæ mirabili acerbitate ad ſolutionem eorum tributorum compulerint, quæ jam multis annis a Theoderico cæterisque regibus fuerant eis condonata atq; remi[ſſ]a. Qui rationes adminiſtratorum ſub eisdem regibus à populis privatisq; hominibus repopo[ſ]cerunt, ut Imperatoris ſui inexplebilis avaritia impleretur. Dicite inquit, Romani, ſi quid unquam mali a Gothorum Regibus paſſi fueritis. dicite rurſus, ſi quid boni à Græculis iſtis acce[p]tis unquam? Q[u]i vobis an[illegible] plura mala, quam hoſtibus intulerunt, genus vicioſum ac male[illegible] cum [illegible]re magis quam mentiendo efficax. Atqui Gothi in Italia nati, & unà vobiſcum educati ſunt. [V]ob[is] aute[m] peregrini & ignoti magis placuerunt quàm veſtrates & noti, usque adeo quos amare debeb[a]tis odiſtis nova optantes, & quietem faſtidientes, quemadmodum equi ocio & affluentia cale[illegible]t. Vos igitur his contra rectam fidem contraque utilitatem veſtram patratis, pœnas m[illegible]is hactenus & luetis.

Anno Chri-ſti 555.

CLOTHARII I. REG. AVG.

EDICTUM

De tributo a bonis Eccleſiaſticis exigendo.

I[n]dicimus, ut omnes Eccleſiæ Regni noſtri tertiam partem fructuum fiſco diſſolvant. Q[uo]d [illegible] omnes Epiſcopi conſenſerunt & ſubſcripſerunt.

CLOTHARII I. REGIS AVG. *Anno Chriſti 560.*

DECRETVM.

De electione & depoſitione Epiſcopi.

TUronici facto conſenſu in Eufronium Presbyterum, ad Regem pergunt, dataque ſuggeſtione reſpondit Rex: Præceperam, ut Cato Presbyter illic ordinaretur, & cur eſt ſpreta juſſio noſtra? Reſponderunt ei, Petivimus eum, ſed noluit venire. Hæc illis dicentibus, advenit ſubitò Cato Presbyter, deprecaos Regem, ut ejecto Cautino Epiſcopo, ipſum * Arverno juberet inſtitui. Quod Rege inridente, petiit iterum ut Turonis ordinaretur, quod ante deſpexerat. Cui Rex ait: Ego primum præcepi, ut Toroois te ad Epiſcopatum conſecrarent: ſed quantum audio, deſpectui habuiſti Eccleſiam illam; ideoq; elongaberis à dominatiooe ejus.

* Claremontano

CHARIBERTI REGIS AVG. *Anno Chriſti 566.*

DECRETVM

De electione & depoſitione Epiſcopi.

APud urbem Sanctonicam *a* Leontius congregatis Provinciæ ſuæ Epiſcopis, Emerium ab Epiſcopatu depulit, adſerens non Canonicè eum fuiſſe hoc honore donatum. Decretum enim Regis CLOTHARII habuerat, ut abſque Metropolitani conſilio benediceretur, qui non erat præſens. Quo ejecto cooſenſum fecere io Heraclium tunc Burdegalenſis urbis Presbyterum, quod Regi CHARIBERTO ſubſcriptum propriis manibus per nuncupatum Presbyterum transmiſerunt. Qui Regis præſentiam adiens hæc effatus eſt: Salve Rex glorioſe: ſedes Apoſtolica eminentiæ tuæ ſalutem mittit uberrimam. Cui ille: Numquid, ait, Turonicam adiſti urbem, ut *b* Papæ illius nobis ſalutem deferas? Pater, inquit Presbyter, tuus Leontius cum Provincialibus ſuis ſalutem tibi mittit, indicans Emerium ejectum ab Epiſcopatu, pro eo quòd prætermiſſa Canonum ſanctione urbis Sanctonicæ Epiſcopatum ambivit: ideoque conſenſum ad te direxerunt, ut alius in loco ejus ſubſtituatur: quo fiat, ut dum transgreſſores Canonum regulariter arguuntur, Regni veſtri potentia ævis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente Rex eum à ſuis conſpectibus extrahi juſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: Putasne quod non eſt ſuper quiſquam de filiis Chlotharii Regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi Epiſcopum, quem ejus voluotas elegit, abſque noſtro judicio projecerunt? Et ſtatim directis viris religioſis, Epiſcopum in loco reſtituit, dirigens etiam quoſdam de Camerariis ſuis, qui exactis à Leontio Epiſcopo mille aureis, reliquos juxta poſſibilitatem condemnarent Epiſcopos.

a Archiepiſcopus Burdegalenſis.

b i. Archiepiſcopi.

CHILPERICI REGIS AVG. *Anno Chriſti 579.*

MANDATUM DE ASYLIS.

CHILPERICUS Rex Francorum Gregorio Turonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo ſalutem. Meroveum filium meum, qui contra fas legemq; Canonicam, uxorem patrui ſui accepit, & relicto ſacro Presbyterali ordine apoſtatans io beati Martini templum confugit, ejice de ſancta Baſilica: ſin autem alind, totam regionem illam igni luccendam.

EIVSDEM LEX CANONICA. *Anno Chriſti 580.*

Epiſcopus in homicidio, adulterio, & perjurio deprehenſus, à ſacerdotio divellatur.

EIVSDEM DECRETVM IN ECCLESIASTICOS heribannitos.

CHILPERICUS REX de pauperibus & junioribus Eccleſiæ vel Baſilicæ bannos juſſit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulaſſent, nec exſolviſſent publicam functionem.

EIVSDEM STATVTVM DE DESCRIPTIONIBVS cenſuum fiſcalium. *Anno Chriſti 583.*

STatuimus ut poſſeſſor de propria terra unam amphoram vini per aripenoem reddat.

Similiter tam de reliquis terris, quàm de mancipiis, functiones publicæ exigantur.

EIVSDEM INDICVLVS DE SVMMA TRINITATE. *Anno Chriſti 583.*

SANCTA Trinitas noo io perſonarum diſtinctione, ſed tantum Deus nominetur. Indignum enim eſt, ut Deus perſona, ſicut homo carneus, nominetur. Ipſe enim eſt Pater, qui eſt Filius: idemque ipſe eſt Spiritus Sanctus, qui Pater & Filius. Sic Prophetis & Patriarchis apparuit: ſic cum ipſa Lex nunciavit. Et ſic volumus ut Archiepiſcopi, Epiſcopi & reliqui Doctores Eccleſiarum credant ac doceant.

EIVS-

a No[illegible] gilii Papæ

[illegible] m in V[illegible] m ejus fo[illegible] binitteo[illegible] ns, Nun[illegible] mihi dom[illegible] præce[illegible] bus [illegible] ut nulla [illegible] fœmina, [illegible] ur, [illegible] omnid[illegible] gentia cuſtodivit. Bona duntaxat [illegible] tibus [illegible] ra libera eſſe juſſit.

[illegible] autem Gothorum [illegible] oria elatas deprimere, in concione poſtridie [illegible] hunc [illegible] m alloquutus eſt, an quiſquam veſtrûm, comm[illegible]tones, tantas mutationes intu[illegible] æ per hos annos contigerunt, non formidet rerum humanarum fragilitatem? & unde m[illegible] tæ perveniant, non facile deprehendat? Omitto Romam dominatricem quondam orbis [illegible] ra manus nunc deveniſſe, hæc enim antiquiora ſunt, ruinaque hujus urbis non nunc [illegible] incœpit. Ego noſtra commemorar[illegible] malo. Quid potentius ante hoc bellum fuit, quam Go[illegible] gens per Italiam? ducenta milia bellatorum ponebat in campo, armis, equis, opibus, auro & a[illegible] af at in [illegible], Italiam univerſam cum Sicilia, Corſica, Sardinia, & Dalm[illegible]a poſſidebat. H[illegible]nc [illegible] in qui unquam putaſſet ab ſeptem militibus Græcorum, nec enim plures ab initio [illegible] fuiſſe ſubverſam? Quid autem poſtea teoentibus omnia Græcis ac planè dom[illegible] is, qui[illegible] q[illegible] nc putaſſet vos admodum paucos & inopes adverſus viginti milia Græcorum It[illegible] up[illegible] quum ab initio quatuor equitum milia conficeretis, ac præter Papiam, Veronam & T[illegible] per Italiam teneretis, Romam nunc tandem caput rerum cepiſſe, quam Vitigis duce [illegible] tum exercitu, & annua obſidione ſubigere nequivit? Maxima ſunt hæc commilitones, ac [illegible] admiratione non parva. Atqui mutationum iſtarum cauſæ, ſi attendere velimus, manifeſtiſſi[illegible] ſunt. Quamdiu [illegible]nim Gothi æquitatem ac juſticiã inter ſe colere voluerunt, res eorum ac potentia fl[illegible]ruit quum ver[illegible] plus habendi cupiditas transverſos egit, tunc ſeditiones domeſticæ, cædesq; [illegible]næ & pro[illegible]tiones clandeſtinæ inter ſe ipſos cooriæ, ruinam pepererunt. Rurſus verò quum in j[illegible] etiam di[illegible]cis hæ ipſæ labes tranſiverunt, vos jam emendati facilè eos ſuperaſtis. Hæc igitur conſiderante[illegible] hac v[illegible]ria veſtr[illegible] minime ſuperbire debetis, ſed Deum vereri [illegible] ac mutabilitatem fortunæ expaveſcere: Il[illegible]telligere, Imperia ac potentias omnes perfacile amitti, niſi per juſticiam, & provid[illegible]n, & induſtriam conſerventur. Maximam igitur adhuc vobis commilitones laboris partem [illegible] ſtare ſcitot[illegible]. Nam tueri quæſita difficilius eſt quàm acquirere. Quoniam in acquirendo ignavia poſſidenti ſæpe plus confert quam propria virtus. Tueri autem quæſita ſine propria virtute nemo poteſt. Hæc tum a Totila dicta ſunt, Gothi autem ſapientiam regis ſui laudaverunt.

Poſt hæc Romanis ad ſe vocatis, illorum ingratitudinem erroresque redarguit. Quod cum prius fuiſſent in manibus Odoacri, opera Theoderici & Gothorum liberati ab illius tyrannide, tanta ſuſcepiſſe[illegible] beneficia, quanta vix ſciviſſent optare, propter quæ divites atq; beati multos annos vixiſſent. Demum [illegible]a in[illegible]a, nullaq; contumelia accepta, contra fidem ac jusjurandum ad [illegible]ræcos defeciſſent, homin[illegible] leviſſimos & ſine ull[illegible] virtute. Qui ſtatim obſeſſi a Vitige nunquam prodire in aciem auſi fuerint, ſed intra mœnia incluſi ac fame macerati omne dedecus toleraverint. Qui poſt[illegible]m non armis, ſed proditionibus & fallaciis facti ſunt domini civitatum, publicanis exactoribusq; delatoribus omnia referſerunt. Qui civitates populosque Italiæ mirabili acerbitate ad ſolutionem eorum tributorum compulerint, quæ jam multis annis à Theoderico cæterisque regibus fuerant eis condonata atq; remiſſa. Qui rationes adminiſtratorum ſub eisdem regibus à populis privatisq; hominibus repopoſcerunt, ut Imperatoris ſui inexplebilis avariti[illegible] impleretur. Dicite inquit, Romani, ſi quid unquam mali a Gothorum Regibus paſſi fueritis. dicite rurſus, ſi quid boni a Græculis iſtis accepi[illegible] unquam? Qui vobis amicis plura mala, quàm hoſtibus intulerunt, genus vicioſum ac maleficum, & nulla re magis quàm mentiendo efficax. Atqui Gothi in Italia nati, & una vobiſcum educati ſunt. Vobis autem peregrini & ignoti magis placuerunt quàm veſtrates & noti, usque adeo quos amare debebatis, odiſtis nova optantes, & quietem faſtidientes, quemadmodum equi ocio & affluentia calcit[illegible]unt. Vos igitur his contra rectam fidem contraque utilitatem veſtram patratis, pœnas merito luiſtis hactenus & luetis.

Anno Chriſti 555.

CLOTHARII I. REG. AVG.

EDICTVM

De tributo à bonis Eccleſiaſticis exigendo.

Indicimus, ut omnes Eccleſiæ Regni noſtri tertiam partem fructuum fiſco diſſolvant. Q[illegible] d[illegible] ctum o[illegible] ne[illegible] Epiſcopi conſenſerunt & ſubſcripſerunt.

CLOTHARII I. REGIS AVG. DECRETVM.

Anno Chriſti 560.

De electione & depoſitione Epiſcopi.

TUronici ſacto conſenſu in Eufronium Presbyterum, ad Regem pergunt, dataque ſuggeſtione reſpondit Rex: Præceperam, ut Cato Presbyter illic ordinaretur, & cur eſt ſpreta juſſio noſtra? Reſponderunt ei, Petivimus eum, ſed noluit venire. Hæc illis dicentibus, advenit ſubitò Cato Presbyter, deprecans Regem, ut ejecto Cautino Epiſcopo, ipſum * Arverno juberet inſtitui. Quod Rege inridente, petiit iterum ut Turonis ordinaretur, quod ante deſpexerat. Cui Rex ait: Ego primum præcepi. ut Tnronis te ad Epiſcopatum conſecrarent: ſed quantum audio, deſpectui habuiſti Eccleſiam illam; ideoq; elongaberis à dominatione ejus.

* Claremontano.

CHARIBERTI REGIS AVG. DECRETVM

Anno Chriſti 566.

De electione & depoſitione Epiſcopi.

APud urbem Sanctonicam *a* Leontius congregatis Provinciæ ſuæ Epiſcopis, Emerium ab Epiſcopatu depulit, adſerens non Canonicè eum fuiſſe hoc honore donatum. Decretum enim Regis CLOTHARII habuerat, ut abſque Metropolitani conſilio benediceretur, qui non erat præſens. Quo ejecto conſenſum fecere in Heraclium tunc Burdegalenſis urbis Presbyterum, quod Regi CHARIBERTO ſubſcriptum propriis manibus per nuncupatum Presbyterum transmiſerunt. Qui Regis præſentiam adiens hæc effatus eſt: Salve Rex glorioſe: ſedes Apoſtolica eminentiæ tuæ ſalutem mittit uberrimam. Cui ille: Numquid, ait, Turonicam adiſti urbem, ut *b* Papæ illius nobis ſalutem deferas? Pater, inquit Presbyter, tuus Leontius cum Provincialibus ſuis ſalutem tibi mittit, indicans Emerium ejectum ab Epiſcopatu, pro eo quòd prætermiſſa Canonum ſanctione urbis Sanctonicæ Epiſcopatum ambivit: ideoque conſenſum ad te direxerunt, ut alius in loco ejus ſubſtituatur: quo fiat, ut dum transgreſſores Canonum regulariter arguuntur, Regni veſtri potentia ævis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente Rex eum à ſuis conſpectibus extrahi juſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: Putasne quod non eſt ſuper quiſquam de filiis Chlotharii Regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi Epiſcopum, quem ejus voluntas elegit, abſque noſtro judicio projecerunt? Et ſtatim directis viris religioſis, Epiſcopum in loco reſtituit, dirigens etiam quoſdam de Camerariis ſuis, qui exactis à Leontio Epiſcopo mille aureis, reliquos juxta poſſibilitatem condemnarent Epiſcopos.

a Archiepiſcopus Burdegalenſis.

b i. Archiepiſcopi.

CHILPERICI REGIS AVG. MANDATUM DE ASYLIS.

Anno Chriſti 579.

CHILPERICUS Rex Francorum Gregorio Turonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo ſalutem. Meroveum filium meum, qui contra fas legemq; Canonicam, uxorem patrui ſui accepit, & relicto ſacro Presbyterali ordine apoſtatans in beati Martini templum confugit, ejice de ſancta Baſilica: ſin autem aliud, totam regionem illam igni ſuccendam.

EIVSDEM LEX CANONICA.

Anno Chriſti 580.

Epiſcopus in homicidio, adulterio, & perjurio deprehenſus, à ſacerdotio divellatur.

EIVSDEM DECRETVM IN ECCLESIASTICOS *heribannitos.*

CHILPERICUS REX de pauperibus & junioribus Eccleſiæ vel Baſilicæ bannos juſſit exigi, pro eo quòd in exercitu non ambulaſſent, nec exſolviſſent publicam functionem.

EIVSDEM STATVTVM DE DESCRIPTIONIBVS *cenſuum fiſcalium.*

Anno Chriſti 583.

STatuimus, ut poſſeſſor de propria terra unam amphoram vini per aripennem reddat. Similiter tam de reliquis terris, quàm de mancipiis, functiones publicæ exigantur.

EIVSDEM INDICVLVS DE SVMMA TRINITATE.

Anno Chriſti 583.

SANCTA Trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantum Deus nominetur. Indignum enim eſt, ut Deus perſona, ſicut homo carneus, nominetur. Ipſe enim eſt Pater, qui eſt Filius: idemque ipſe eſt Spiritus Sanctus, qui Pater & Filius. Sic Prophetis & Patriarchis apparuit: ſic eum ipſa Lex nunciavit. Et ſic volumus ut Archiepiſcopi, Epiſcopi & reliqui Doctores Eccleſiarum credant ac doceant.

EIVS-

Anno Chriſti 584. *EIUSDEM EDICTUM DE LITERIS ALPHABETO ADDENDIS.*

ADDIDIT literas literis noſtris, id eſt Ω, ſicut Græci habent, [illegible] c, the. uui. quorum characteres ſubſcripſimus. hi ſunt; O. Ψ. Z. Π. Et miſit Epiſtolas in univerſas Civitates Regni ſui, ut ſic pueri docerentur, ac libri antiquitus ſcripti, planati pumice reſcriberentur.

Anno Chriſti 586. *EIUSDEM SANCTIO CONTRA REgiorum mandatorum contemptores.*

SI quis Judicum præcepta noſtra, quæ ad eos pro noſtris utilitatibus dirigimus, contempſerit, oculorum avulſione mulctetur.

EIUSDEM REVOCATIONES IN OFFICIOſarum donationum Epiſcopis & Eccleſiis factarum.

ECCE pauper remanſit fiſcus noſter, ecce divitiæ noſtræ ad Eccleſias ſunt tranſlatæ. Nulli penitus, niſi ſoli Epiſcopi, regnant. Periit honor noſter, & tranſlatus eſt ad Epiſcopos Civitatum. Hæc agens aſſiduè, teſtamenta, quæ in Eccleſiis conſcripta erant, plerunq; diſrupit, ipſaſque patris ſui præceptiones ſæpe calcavit.

Anno Chriſti 587.

GUNTHCRAMNI REGIS AUGUSTI. SANCTIO IN PARRICIDAS REGUM.

GUNTHCRAMNUS Rex juravit omnibus Optimatibus, quòd non modò ipſum Eberulfum Cubicularium, Chilperici Regis fratris ſui interfectorem, verùm etiam progeniem ejus in* novam generationem deleret, ut per horum necem conſuetudo auferretur iniqua, ne Reges ampliùs interficerentur. Factum Pariſiis in Conventu Principum tam Eccleſiaſticorum quàm Secularium.

* f. nonam.

Anno Chriſti 588. *EIUSDEM MANDATUM IN ECcleſiaſticos heribannitos.*

EDICTUM à Rege datum eſt, ut qui in expeditione contra hoſtem tardi fuerint, à Judicibus damnarentur. Sed & Epiſcopi, & ipſi homines Eccleſiaſtici pretia diſſolverent pro eo, quòd Regis imperium neglexerint.

Anno 588. *EIUSDEM DECRETUM DE CRASSATIONIBUS MILITUM.*

GUNTHCRAMNUS Rex convocatis Epiſcopis & Majoribus laicorum ad Baſilicam S. Symphoriani Martyris. Duces atque Comites diſcutere cœpit ſuper ſceleribus per viam, homicidiis, prædis, direptionibus per regionem geſtis, & ſegetibus provinciæ igni ſuccenſis, dicens: Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere poſſumus, qui ea, quæ patres noſtri conſecuti ſunt, non cuſtodimus? Illi vero eccleſias ædificantes, in Deum ſpem omnem ponentes, Martyres honorantes, Sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentesq; adverſas divino opitulante adjutorio, in enſe & parma ſæpius ſubdiderunt. Nos verò non ſolùm Deum non metuimus, verum etiam ſacra ejus vaſtamus, Miniſtros interficimus, ipſa quoq; Sanctorum pignora in ridiculo diſcerpimus ac vaſtamus. Non enim poteſt obtineri victoria, ubi talia perpetrantur. Ideò manus noſtræ ſunt invalidæ, enſis tepeſcit, nec clypeus nos, ut erat ſolitus, defendit ac protegit. Ergò ſi hoc meæ culpæ adſcribitur, jam id Deus capiti meo reſtituat. Certè ſi vos Regalia juſſa contemnitis, & ea, quæ præcipio, implere [illegible], jam debet ſecuris capiti veſtro ſubmergi. Erit enim documentum omni exercitui, cùm unus de Prioribus fuerit interfectus: veruntamen jam experiri debemus, quid agi oporteat. Si quis juſtitiam [illegible] qui deſtinat, jam ſequatur. Si quis contemnit, jam ultio publica cervici ejus immineat. Satius eſt enim, ut pauci contumaces pereant, quàm ira Dei ſuper omnem regionem dependat in[illegible].

Hæc Rege dicente, reſponderunt Duces: Bonitatis tuæ magnanimitas, Rex optime, narrari facile non poteſt: qui timor tibi in Deum ſit, qui amor in eccleſias, quæ reverentia in Sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæve diſpenſatio in egenos: ſed quia omnia, quæ gloria veſtra profert, recta veraq; eſſe cenſentur. Quid faciemus, quòd populus omnis in vitia eſt dilapſus? Omnemq; hominem agere, quæ ſunt iniqua, delectat, nullus regem metuit; nullus Ducem, nullus comitem reveretur. Et ſi [illegible] cui iſta diſplicent, & ea pro longævitate vitæ veſtræ emendare conatur, ſtatim ſed[illegible] in populo, ſtatim tumultus exoritur, & in tantum unuſquiſq; contra Seniorem ſæva intentione graſſatur, ut [illegible] ſe credat evadere, ſi tandem ſilere nequiverit.

3. Ad hæc Rex ait: Si quis ſequitur juſtitiam, vivat: ſi quis legem mandatumq; noſtrum reſpuit, jam pereat, ne nos diutius hoc blaſphemium proſequatur.

GUNTH-

GUNTHERAMNI, ET CHILDEBERTI II. REGUM, ET Brunichildis Reginæ Francorum CONSTITUTUM PACTIONIS DE PACE PUBLICA, IN *Comitiis Andelavenſibus ſancitum.*

Anno Chriſti 591.

Receſſus Comitiorum Andelavenſium.

* Andlaw in Alſatia, olim Civitas Imperialis, nunc ſub ditione Ducis Bipontini.

CUM in Chriſti nomine præcellentiſſimi Domini GUNTHERAMNUS, & CHILDEBERTUS Reges, & glorioſiſſima Domna BRUNICHILDIS Regina, * Andelaum charitatis ſtudio conveniſſent, ut omnia, quæ undecunque inter ipſos ſcandalum poterant generare, pleniori conſilio definirent: id inter eos mediantibus Sacerdotibus atque Proceribus, Deo medio, charitatis ſtudio ſedit, complacuit, atque convenit, ut quamdiu eos Deus omnipotens in præſenti ſeculo ſupereſſe voluerit, fidem & charitatem puram, & ſimplicem, ſibi debeant conſervare.

2. Similiter quia Dominus GUNTHERAMNUS juxta pactionem, quam cum bonæ memoriæ Domno Sygiberto inierat, integram portionem, quæ eſt de regno Chariberti, illis fuerat conſecutus, ſibi diceret in integrum redhiberi, & pars Domni Childeberti, ea quæ pater ſuus poſſederat, ad ſe vellet ex omnibus revocare, id inter ipſos conſtat fixa deliberatione finitum, ut in illam tertiam portionem de Pariſienſi civitate cum terminis & populo ſuo, quæ ad Domnum Sygibertum de regno Chariberti conſcripta Pactione pervenerat, cum caſtellis Duno & Vindocino, & quicquid de pago Stampenſi, vel Carnoteno in pervio illo ante fatus Rex cum terminis & populo ſuo perceperat, in jure & dominatione Domni GUNTHERAMNI, cum eo quod ſuperſtite Domno Sygiberto de regno Chariberti antea tenuit, debeant perpetualiter permanere: pari conditione civitates Meldonenſes, & duas portiones de Silvanectis, Turonos. Pictavos, Abrincatas, vicum Julienſem cum Sorannis, Lapurdo & Albige, Domnus Childebertus Rex cum terminis à præſenti die ſuæ vindicet poteſtati. Ea igitur conditione ſervata, ut quem Deus de ipſis Regibus ſuperſtitem eſſe præceperit, regnum illius, qui abſque filiis de præſentis ſeculi luce migraverit, ad ſe integritatem jure perpetuo debeat revocare, & poſteris ſuis, Domino auxiliante, relinquere.

3. Illud ſpecialiter placuit per omnia inviolabiliter conſervari, ut quicquid Domnus Guntheramnus Rex filiæ ſuæ Chlothieldi contulit, aut adhuc Deo propitiante contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in civitatibus, quàm agris vel reditibus, in jure & dominatione ipſius debeant permanere: & ſi quid de agris fiſcalibus, vel Speciebus atque præſidio pro arbitrii ſui voluntate facere, aut quicquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante Domino conſervetur, neque a quocumque ullo unquam tempore convellatur, & ſub tuitione ac defenſione Domni Childeberti, cum his omnibus, quæ ipſam tranſitus genitoris ſui invenerit poſſidentem, ſub omni honore & dignitate ſecura debeat poſſidere.

4. Pari conditione repromittit Domnus Guntheramnus Rex, ut ſi, ut habet humana fragilitas, quod divina pietas non permittat, nec ille videre deſiderat, ſi contigerit Domnum Childebertum, eo ſuperſtite, de hac luce migrare, filios ſuos THEODOBERTUM & THEODORICUM Reges, vel ſi adhuc alios ipſi Deus dare voluerit, ut pius pater ſub ſua tuitione & defenſione recipiat, ita ut regnum patris eorum ſub omni ſoliditate poſſideant: & genitricem Domni Childeberti, Domnam BRUNECHILDEM Reginam, vel filiam ejus Chlodoſuindam, germanam Domni Childeberti Regis, quandiu intra regionem Francorum fuerit, vel ejus Reginam Faileubam, tanquam ſororem bonam, & filias, in ſua tuitione & defenſione, ſpiritali dilectione recipiat, & ſub omni honore & dignitate cum omnibus rebus earum, cum civitatibus, agris, reditibus, vel cunctis titulis, & omni corpore facultatis, tam quod præſenti videntur tempore poſſidere, quam quod adhuc Chriſto præſule juſtè potuerint augmentare, ſub omni ſecuritate & quiete poſſideant: ut ſi quid de agris fiſcalibus vel ſpeciebus atque præſidio pro arbitrii ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerint, fixa ſtabilitate in perpetuo conſervetur, nec à quibuscunque voluntas illarum ullo tempore convellatur.

5. De Civitatibus verò, hoc eſt, Burdegala, Lemonica, Cadurco, Benarno, & Begorra, quas Gaileſuindam germanam Domnæ Brunichildis, tam in dote, quàm in morganegiba, hoc eſt, matutinali dono, in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe: quas etiam per judicium glorioſiſſimi Domni Guntheramni Regis, vel Francorum ſuperſtitibus Chilperico & Sygiberto Regibus, Domna Brunichildis noſcitur adquiſiſſe: ita convenit, ut Cadurcum civitatem cum terminis & cuncto populo ſuo, Domna Brunichildis de præſenti in ſua proprietate percipiat: reliquas verò civitates ex hac conditione ſuperius nominatas Domnus Guntheramnus, dum advivit, poſſideat, ita ut quandoque poſt ejus tranſitum, in dominationem Domnæ Brunichildis hæredumque ſuorum cum omni ſoliditate Deo propitio revertantur. Nec ſuperſtite Domno Gunthramno, neque à Domna Brunichilde, neque à filio ſuo Childeberto Rege, filiis que ſuis, quolibet ingenio, vel tempore repetantur.

6. Simili modo convenit, ut Silvanectum Domnus Childebertus in integritate teneat, & quantum tertia Domni Guntheramni exinde debita competit, de tertia Domni Childeberti, quæ eſt in Roſſoutenſi, Domni Guntheramni partibus compenſetur.

7. Sim[illegible] modo convenit, ut ſecundum pactiones inter Domnum [illegible] & b[illegible] memoriæ Domnum Sygibertum initas, leudes [illegible], qui Domno Gunthramn[illegible] Domni Chlotharii ſacramenta primitus præbuerunt, & ſi poſteà convincentur [illegible] tra[illegible] ſe, de locis, ubi commanere videntur, convenit ut debeant removeri. Similiter & qui po[illegible] tranſ[illegible] Domni Chlotharii convincuntur Domno Sygiberto ſacramenta primitus præbuiſſe, & ſe inde [illegible] partem tranſtulerint, modo ſimili removeantur.

8. Similiter quicquid antefati Reges eccleſiis aut fidelibus ſuis contulerint, aut adhuc conferre cum juſtitia, Deo propitiante, voluerint, ſtabiliter conſervetur, & quicquid unicuique fidelium utriuſque regno per legem & juſtitiam redhibetur, nullum ei præjudicium patiatur, ſed liceat res debitas poſſidere atque recipere. Et ſi aliquid cuicunque per interregna ſine culpa ſublatum eſt, audientia habita reſtauretur. Et de eo, quod per munificentias præcedentium Regum unuſquiſque uſque ad tranſitum glorioſæ memoriæ Domni Chlotharii Regis poſſedit, cum ſecuritate poſſideat. Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum eſt, de præſenti recipiat.

9. Et quia inter præfatos Reges pura & ſimplex eſt in Dei nomine concordia inligata, convenit ut in utroque regno utriuſque fidelibus, tam pro cauſis publicis quàm privatis, quicunque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus denegetur.

10. Similiter convenit, ut nullus alterius leudes nec ſollicitet, nec venientes excipiat. Quod ſi forſitan pro aliqua amiſſione partem alteram crediderit expetendam, juxta qualitatem culpæ excuſati reddantur.

11. Hoc etiam huic addi placuit Pactioni, ut ſi qua pars præſentia ſtatuta ſub quacunque calliditate, tempore quocunque tranſcenderit, omnia beneficia, tam repromiſſa, quàm in præſenti conlata, amittat, & illi proficiat, qui inviolabiliter omnia ſupraſcripta ſervaverit: & ſit de ſacramentorum obligatione in omnibus abſoluta.

12. His itaque omnibus definitis, jurant partes per Dei omnipotentis nomen, & inſeparabilem Trinitatem, vel Divina omnia, ac tremendum diem judicii, ſe omnia, quæ ſuperius ſcripta ſunt, abſ[illegible] ullo dolo malo, vel fraudis ingenio inviolabiliter ſervaturos.

13. Facta Pactio ſub die quarto Kalendis Decembris, anno viceſimo ſexto regni Domni GUNTHERAMNI Regis, Domni CHILDEBERTI verò duodecimo anno.

Anno Chriſti 594.

CHILDEBERTI II. REGIS AVGVSTI DECRETVM.

De diviſione hæreditatis inter matrem & filiam.

* Burdegalenſis Archiepiſcopi defuncti.

INIMICITIA orta inter Ingeltrudem, & filiam ejus Berthegundem, dum ſæpius Regis præſentiam adeunt, & hæc res patris defenſare cupiens, hæc verò Berthegundis donationem * Berthramni germani ſui oſtendit, dicens: Quia hæc & hæc mihi germanus meus contulit. Sed mater ejus non admittens donationem, omnia ſibi vendicare cupiens, miſit qui effracta domo ejus, omnes res illius cum hac donatione diriperet. Unde ſeipſam genitrix reddidit comprobatam, cum de rebus ipſis inſequenti filiæ quædam repetenti diſtricta reſtituit. Sed cum ſæpius Gregorius Turonenſis Archiepiſcopus & Maroveus Pictavenſis Epiſcopus, acceptis Regalibus epiſtolis, ut eas pacificare deberent, Berthegundis advenit Turonos. In judicium quoque accedentem coegerunt eam, in quantum potuerunt, rationem ſequi: mater verò ejus fl[illegible]ti non potuit. Tunc accenſa felle ad Regem abiit, quaſi filiam exheredem datura de facultate pat[illegible]rna. At in præſentia Regis exponens cauſas, filia abſente, judicatum eſt ei, ut quarta parte filiæ reſtituta, tres cum nepotibus ſuis, quos de filio uno habebat, reciperet. Factum Decretum in urbe, quam Strataburgum vocant.

EJUSDEM SANCTIO DE ASYLIS.

SEPTIMINA & Droctulfus, qui nutritores erant infantum Regis, delati ad Regem de parricidio in eu[illegible] & Reginam matrem, atq; Reginam conjugem machinato, conſcientia terrente, latebram intra eccleſiarum ſepta petiere. Quibus Rex mandatum miſit in hæc verba: Egredimini in judicium, ut cognoſcamus de his, quæ vobis objiciuntur, ſi vera ſint, an falſa. Nam (ego ut opinor) in hanc eccle[illegible]iam fuga dilapſi non fuiſſetis, niſi vos conſcientia terruiſſet. Verumtamen promiſſionem habete de vita, etiamſi culpabiles inveniamini. Chriſtiani enim ſumus, nefas eſt enim vel criminoſos ab eccleſia eductos punire.

Anno Chriſti 724.

CAROLI MARTELLI PRINCIPIS FRANCORUM ET PATRITII ROMANORUM EDICTVM

De fide publica vel ſalvo conducto dato, Bonifacio Epiſcopo Moguntino Legato Sedis Romanæ in Franciam venienti, ea ratione, ut juſtitiam redderet, & ut ſimiliter juſtitiam acciperet.

DOMINIS ſanctis & Apoſtolicis in Chriſto Patribus, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Domeſticis, ſeu omnibus Agentibus, Junioribus noſtris, ſeu Miſſis decurrentibus, & amicis noſtris, Illuſtris Vir CAROLUS Majordomus, bene cupiens veſter. Cognoſcatis qualiter Apoſtolicus vir in Chriſto pater Bonifacius Epiſcopus, Miſſus Sancti Petri, ad nos venit, &

nobi

nobis [illegible]it, quod [illegible]o mundiburdio vel defenſione eum [illegible]pere deberemus. Quod ita nos [illegible] animo [illegible]oſcite. Proinde nos taliter viſi, fecimus [illegible] manum noſtram roboratam dare, ut ubicumque, ubi & ubi ambulare videtur, cum noſtro amore vel ſub noſtro mundiburdio & defenſione quietus vel conſervatus eſſe debeat, in ea ratione, ut juſtitiam reddat, & ut ſimiliter accipiat. Et ſi aliqua cauſatio vel neceſſitas ei advenerit, quæ per legem definiri non potuerit, usque ad nos quietus vel conſervatus eſſe debeat, tam ipſe, quàm qui per ipſum ſperare videntur, ut ei nullus ullam contrarietatem vel damnationem adverſus eum facere non debeat, niſi omni tempore ſub noſtro mundiburdio vel defenſione quietus vel conſervatus reſidere debeat. Et ut certiùs credatur, manu propria ſubterfirmavimus, & de annulo noſtro ſubterſigillavimus.

CAROLOMANNI I. FRANCORUM PRINCIPIS ET Patricii Romanorum EDICTUM

Anno Domini 742.

DE REFORMATIONE COLLAPSAE RELIGIONIS *Chriſtianæ, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & morum Cleri ac populi.*

IN nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti. * Carolomannus Dux & Princeps Francorum, anno a nato Chriſto Servatore & authore noſtro, ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, undecimo Calendas Maii: ſuaſu & conſilio Sacerdotum Dei Optimi Maximi & amicorum meorum, Pontifices Regni mei, maximos, minores, cum Presbyteris, nimirùm Bonifacium Archimyſten, Burebardum, Reginofridum, Vitanum, Wilevaldam, Dadanum, & Addanum, cum collegis eorum, & ſacrificulis, ritu Chriſtiano convocavi, ut mihi conſulant, quo pacto juſtitia & Chriſtiana devotio inſtauretur. quæ negligentia & ignavia ſuperiorum Principum labefactata, collapſa, terris depulſa corruit. Qua denique induſtria populus Chriſti, à falſis & pravis ſacerdotibus hactenus deceptus, & per anfractus confragoſos & devios ſeductus, ad veritatis ſemitam reducatur. Juxta igitur religioſorum Sacerdotum, & Procerum meorum conſilium rogavimus, juſſimus, decrevimus, volumus, hæcque placita præſcripſimus.

* Hic ab Italis inter Imperatores numeratur, ut docuimus in Replicat. pro S. Cæſ. Majeſtate, adverſus Greſer. cap. 31. fol. 321

1. Epiſcopi omnes, quos per civitates deſignavimus, Bonifacio Archiflamini, Nuncio Chriſti, & Legato Divi Petri, dicto audientes ſunto.

vide Tom. III. infrà fol. 717.

2. Quotannis Concilia celebrentur. in hiſce pietatem Chriſtianam, candoremque germanum, a malis Sacerdotibus pollutum expiato.

3. Decimas, bona Eccleſiaſtica, occupata à prophanis, reſtituimus.

4. Falſi Diaconi, Presbyteri, ſacrificuli adulteri, ſcortatores, ſacris opibus nequaquam alantur. quos omnes in ordinem redegimus, atque exauguravimus; ad pœnasque pro criminibus luendas compulimus.

5. Nemo ſacris initiatus, divinoque miniſterio mancipatus, arma omninò ferat, aut in bellum, aut in hoſtem pergat. Unus, aut ad ſummum duo Epiſcopi, delecti ſuffragio cum ſuis Sacerdotulis Principem comitentur ad bella, ſacrificandi comprecandique cauſa. Cuique tribuno unus duntaxat à ſacris, pœnitentia & confeſſionibus eſto.

6. Initiati, canes, accipitres, & hujusmodi aves ad venandum nequaquam alunto. Aris & templis deſtinatus, venatus ſi fuerit, diris devotus eſto.

7. Quisquis Sacerdos Epiſcopo ſuo pareat, in quadrageſima rationem ſuſcepti muneris reddat.

8. Ignoti Presbyteri, Epiſcopi (niſi in conventibus ſolennibus eruditio eorum, & mores comprobati fuerint) repulſam ferant.

9. Quisquis Pontifex det operam, Præfectus (quem Franci *Graphionem* vocant) ſummo ſtudio adnitatur, uti incantationes, auguria, ſortilegia, & hujusmodi præſtigiæ impunè non abeant: quæ etiam auſpicio Dei Optimi Maximi Divorumque ejus fiunt: quos hujuſcemodi contaminationibus magis ad iracundiam provocari certum eſt.

10. Sacerdos ſcortator, libidiniſque mancipium in carcere, pane & aqua paſtus, pœnas luat.

11. Hoc quoque conſenſu Myſtarum & populi Chriſtiani ſcivimus, ut propter crebra bella, & feraciſſimarum gentium, quibus undique cingimur, aſſiduas in nos incurſationes, pars Eccleſiaſticæ pecuniæ, nempe duodeni denarii, quem *ſolidum* vocamus, contribuantur mihi, quò militibus noſtris præmia condigna laboribus ſolvantur.

Imperator quo pacto tributum ex bonis Eccleſiaſticis exigere poſſit ad bellum Turcicum.

12. Adulteria, inceſta matrimonia ſeveriùs cohibeto.

CAROLOMANNI I. ET PIPINI EDICTUM

Anno Chriſti 745.

DE METROPOLI MOGUNTINA.

GERVILIONEM Moguntinum Pontificem, qui quod hominis cæde pollutus ſit, ſacerdotio fungi non poteſt, & quòd cum avibus & canibus luſerit, quod Epiſcopo fas non eſt, cum omnium Epiſcoporum calculis exauctoravimus ac depoſuimus.

2. Eo [illegible] depoſito, Bonifacium Moguntinæ Sedi præfecimus. Et ut [illegible] nentior, ſtatuimus hoc perpetuo edicto, ut Eccleſia Moguntina amplius alteri ſubjecta non [illegible] in totius Germaniæ caput ac metropolim levata exiſtat. Actum in Synodo.

Anno Chriſti 767.

PIPINI REGIS AVGVSTI
DECRETA ECCLESIASTICA

COMITIORVM IN GENTILIACO HABITORVM SVB Anno Domini DCCLXVII. contra errores Græcorum de proceſſione Spiritus ſancti, & adoratione imaginum.

ORTA quæſtione de ſancta Trinitate, & de Sanctorum imaginibus, inter Orientalem & Occidentalem Eccleſiam, id eſt, Romanos & Græcos, Rex PIPINUS Conventu in Gentiliaco villa congregato, Synodum de ipſa quæſtione habuit.

2. De Trinitate, utrum Spiritus Sanctus, ſicut procedit à Patre, ita procedat à Filio? Et Patres in præſentia Regis definierunt, proceſſionem Spiritus Sancti ex Patre & Filio æquè fieri; ideoque rectè in Symbolo adjectum eſſe FILIOQUE.

3. De Sanctorum imaginibus, utrumnè fingendæ an pingendæ eſſent in eccleſiis? Et Patres decreverunt, Sanctorum imagines fictas aut pictas ita ad ornatum & decus eccleſiarum ferri poſſe, ut ad cultum, venerationem & adorationem, quod idololatræ faciunt, non habeantur.

Anno Chriſti 774.

CAROLI MAGNI IMPER. AUG.
FORMVLÆ JVRAMENTORVM.

IVRAMENTVM DVCVM IN ITALIA.

PROMITTO, me Domino meo CAROLO, & filiis ejus fidelem futurum in tota vita, ſine fraude, doloque malo.

IVRAMENTVM COMITVM, CAPITANEORVM VALVASORVM.

JURO per hæc ſancta Dei Evangelia, me in poſterum fidelem ei futurum, ut vaſallum Domino, nec id quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit, enunciaturum in ejus detrimentum ſcienter.

IVRAMENTVM CIVITATVM.

PROMITTO, me Domino meo CAROLO, & filiis ejus fidelem futurum in tota vita ſine fraude, doloque malo: & vitam, membrum, mentem, & rectum ejus honorem ſervaturum.

Anno Chriſti 774.

SENATVSCONSVLTVM
ROMANUM

DE LEGE REGIA, QUA A PAPA SENATU POPULOQUE ROMANO JUS OMNE ET POTESTAS CAROLO MAGNO & in eum confertur: item de electione Romani Pontificis, & inveſtituris Epiſcoporum, &c.

CVM SCHOLIIS

THEODORICI A NIEM EPISCOPI VERDENſis & Cameracenſis, Protonotarii Apoſtolici, &c.

a. Hadrianus, 22 diſt. 3 a al. P[illegible]tio.

ROMÆ conſtituta eſt Sancta Synodus à beato Adriano Papa in a Patriarchio Lateranenſi, videlicet in Eccleſia ſancti Salvatoris, quæ reverendiſſimè celebrata eſt à centum & quinquaginta trib. viris religioſis, Epiſcopis, & Abbatibus, Judicibus etiam & Legis Doctoribus, ab univerſis regionibus & ordinibus hujus almæ Urbis, à cuncto etiam Clero hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: exquirentibus uſus, leges, & mores ejusdem Eccleſiæ & Imperii: quemadmodum etiam hæreſes & ſeditiones aboleri poſſent de Apoſtolica Sede & dignitate Patriciatus & Romano Imperio, ex quibus omnibus nimius error creſcebat in univerſo orbe. Populus itaque Romanus legem cond[illegible]bat more ſolito. Sed difficile erat pro unoquoque negocio totiens in unum congregari: unde ſua [illegible] jus & poteſtatem Imperatori conceſſerunt, quemadmodum legitur. Populus itaque Romanus conceſſit ei, & in eum tranſtulit omne jus ſuum, & poteſtatem.

SCHOLIVM.

Nota qualiter Adrianus Papa cum Clero & Populo & univerſa ſancta Synodo, conceſſit eidem Carolo Regi

[illegible] tur 63. diſt. [illegible] [illegible] tur & [illegible] ulum Romanum, ac generale Concilium, in perſonam O[illegible] [illegible] es in Romano Imperio in perpetuum, ut ſequitur inferius.

[illegible] fatus Adrianus Papa cum omni Clero & Populo, ac uni[illegible] Auguſto omne ſuum jus & poteſtatem eligendi Summum [illegible] lem, dignitatemque Patriciatus: inſuper Archiepiſcopos [illegible] las pro[illegible] accipere inveſtituras diffinivit. Poſt hoc verò conſecra[illegible] ac [illegible] pertinet. *a* [illegible] tamen abolita ſit veterum ſcientia, moresque in poſterum, [illegible] us n[illegible] nem, vel [illegible] teitiam, aut per pecuniarum acceptionem, ſibi eligat Epi[illegible] manorum hujusmodi reverentiæ tribuatur facultas. Verumtamen ſi ab u[illegible] Clero & cum [illegible] o Populo aliqua præſumptione & religionis cauſa eligatur Epiſcopus, niſi à Rege laudetur & inveſtiatur, a nemine conſecrator.

a al. Etiā abolita ſit veterum ſententia, mor.

3\. Ex h[illegible] pr[illegible] latis ſententiis ab univerſis, qui in hac Sancta Synodo congregati fuerunt, In nomine Sanctæ Trinitatis, Adrianus Papa pro omnibus hoc conceſſit, laudavit, & affirmando conſtituit. Ad hoc etiam totum [illegible] oborandum decrevit, ut ſi quis poſthæc contra hanc Sanctam Synodum [illegible] emerator repertus fuerit ſive contra hoc totum, quod prædiximus, repugnaverit, cujuscumque ſit gradus, ordinis, vel [illegible] icii, aut dignitatis. vel generis, ſciat ſe in iram beati Petri Principis Apoſtolorum, & omnium Sanctorum, & prædeceſſorum noſtrorum, caſurum, & anathematis vinculo damnatum perp[illegible] liter [illegible] urum, excommunicationem quoque univerſalis Eccleſiæ & cuncti Populi Chriſtiani inc[illegible], inſuper, niſi a malo reſipuerit, irrevocabili exilio prematur, vel ultimis ſuppliciis feriatur, & bona ejus publicentur. Qui verò pio intuitu cuſtos horum & obſervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam a Deo cum omnibus Sanctis ſuis ſine fine habere mereatur in ſecula ſeculorum. Amen.

CAROLI MAGNI IMP. AUG. CONSTITVTIO

Anno Chriſti 786.

DE METALLIFODINARVM PRIVILEGIO Comitibus Glichenſibus conceſſo.

Carolus divina favente gratia Romanorum ac Francorum Rex &c. Terræque Saxonum & Turingorum Dominator, Dilectis ac Nobilibus filiis, Ludoico ſeniori, Equiti & Militi noſtro Chriſtiano, exercitusq; enim Capitaneo generali in Hiſpania contra incredulos: necnon ejusdem hæredibus Carolo & Ludoico ſalutem.

Conſiderata devotione veſtra, quam geritis circa Deum, propter quam non tantum laborum & rerum, verum etiam proprii ſanguinis effuſione ad propulſandos & extirpandos Saracenos & evacuandum gentilitatis errorem. Tu ſidi, dilecte Ludoice, indifferenter te expoſuiſti, ideoque ob hanc T. ſtrenuitatem non minora commoda Imperio, nobis & Eccleſia præparaſti. Comprobatâ igitur & experta fidelitate tuâ, quam indeſeſſam invenimus, operæ pretium nobis facturum judicamus, tuis ex[illegible] ſis & laboribus Imperiali noſtrâ authoritate & munificentiâ ſubvenire. Propterea tibi tuisque hæredibus concedimus. Tractum Regionis in ſaltu noſtro Thuringiaco ad 20. Milliana in longitudine & 10. in latitudine Jure hæreditario poſſidendum & facultatem damus in territorio diſtricti illius dominationis quærere & fodere aurum argentumque, atque omnia alia Metalla uti debeatis & poſſitis. Donamus etiam oppida Glichou & Aſchk cum omnibus requiſitis & Regaliis, quæ ad nos obitu viri Nobilis Sichardi, Domini in Gleicho pervenêre. Et ad evidentiam & perpetuitatem omnium promiſſorum præſentem hanc paginam noſtri Sigilli magni appenſione munitam vobis decernimus indulgendam. Datæ ad portum Naonis in Francia. Anno incarnatæ ſalutis 746.

CAROLI MAGNI IMP. AUG. ET ORDINUM IMPERII

Anno Chriſti 788.

DECRETVM IN REBELLES IMPERII ET LAESAE Majeſtatis reos, Theſſalonem Bojorum Regem, & ſocios ejus, latum in Comitiis Ingelheimenſibus, Anno DCCLXXXVIII.

Carolus Concilium Angilenios cogit: Pontifices majores, minores, Sacerdotes, prophanos, Regulos, Duces, Tetrarchas, Præfectos, Cives, Oppidanos, ad ſe venire jubet: in re maxima corum [illegible] opus eſſe. Nemo non paret: omnes certatim juſſa capeſſunt. Nobiles, ignobiles; ſacri, prop[illegible] quicumque in aliquo numero aut honore erant, die dicto frequentes eneunt atque conveniunt [illegible] quoque Theſſalonus proficiſcitur: quem etiam paucis poſt diebus Litopyr[illegible] or ejus ſub[illegible] Præſtò fuit & Bojorum, ut juſſa erat, legatio. Poſteaquam conſedere Duces, Oratores Bojorum introducti, in conſeſſu Procerum paucis ita locuti ſunt:

N[illegible]tes nec tam obſtinati ſumus, Patres Conſultiſſimi, ut ea, q[illegible] manibus [illegible], more perditorum negemus: illud oramus, ne perp[illegible] fundatur. Maxima pars adhuc ſyncera eſt, quæ dum juſtitiæ & æquitati omnes [illegible] dem Regi optimo ſervare connititur, apitis periculum adivit. Ant[illegible] ne[illegible] res patria ſine pignore, ſine lare, ſine [illegible] errabimus, niſi quid veſtra pr[illegible]identia [illegible] quenda tellus, domus, uxor, liberi. Eſſe [illegible]idum, nefas eſſe ducitur. R[illegible] Deo optimo [illegible] tus demiſſo parere crimen eſt. Pax exulat, arma parantur cum hoſtibus crudel[illegible]ſſimis [illegible] eſt amicis bellum indicitur. Bonorum omnium vita in extremo verſatur diſcrimine. Dux & a[illegible] horum malorum, quò magis pudeat, fœmina eſt: ille, quem prohibere oporteret, uxorius eſt, & n[illegible]ſtra conſilia aſpernatur. Suaſu conjugis ſuæ Hunnos & Avares noſtræ religionis acerrimo[illegible] h[illegible]ſtes [illegible] ſanguinis noſtri avidiſſimos, adverſus pientiſſimum Principem concitat. Hujus amicis [illegible] ſtruuntur, mors denique intentatur. ſæpiùs data fides Regibus optimis, ſæpius [illegible]llo noſtro merito, nulla culpa, omnibus bonis diſſuadentibus) fracta, nunquam ſervata eſt. Meliora forſitan ſperand[illegible] ſunt. Illud ultimo, quod in concione omnes audivimus, præterire non poſſumus, ſatius eſſe decem ſ[illegible] amittere, quam obſequium Regi præſtare, in ſervitutemque [illegible]ita adpellat[illegible] redigi. F[illegible]litur, egregio quisquis ſub Principe credit ſervitium: nunquam libertas gratior extat, quam ſ[illegible]b Rege pio.

Hæc ubi dicta ſunt, & Theſſalonus ire inficias non potuit, quippe quæ teſtibus præſ[illegible]ibus comprobata erant, ex Codice lex recitata eſt, qua fidem Regi non ſervare, cum hoſtibus fœdus adv[illegible]ſus Re[illegible]em inire, capitale erat. Secundum legem itaque Salicam ex veteri inſtituto Theſſalonus crimine læſæ majeſtatis reus peractus, capitali ſupplicio condemnatur, Bojaria Regi adjudicatur. Ubi hæc ſententia ritu ſolenni renunc[illegible]ata eſt, Theſſalonus ad genua Caroli accidit. Carolus eund[illegible] [illegible] jubet, rogatque quidnam facturus ſit, ſi vita donetur? Ille ſe in contubernio Monachorum omnem ætatem acturum, ſcelera ſua atque crimina deprecaturum. Carolus igitur ipſum tonderi more Religioſorum jubet, in monaſterium Divi Nazarii in Bergoſtratia, Wormatienſium agro ſitum, Laureacum literatores vocant, relegat. Theodo filius Theſſaloni ſacris initiatur, Sacerdot[illegible] in tribui cooptatur. Uxor Lytopyrga in ſacratarum fœminarum cœtu degere juſſa eſt. Pauci Bojorum, qui cum Theſſalono ſenſerant, in exilium acti ſunt.

Anno Chriſti 794.

CAROLI MAGNI IMPER. AUG.
DECRETA ECCLESIASTICA

COMITIORUM FRANCONOFORTENSIUM, IN QUIBUS CCC circiter Epiſcopi Elipandum & Felicem, eorumq́; hæreſim de Filio Dei condemnarunt; actaque Nicæni Concilii II. Pſeudoſeptimi in cauſa imaginum infirmarunt. A. D. 794.

CAPITULUM I.

CONVENIENTIBUS, Deo favente, Apoſtolica auctoritate, atque piiſſimi Domini noſtri CAROLI Regis juſſione, anno vigeſimo ſexto Principatus ſui, cunctis Francorum ſeu Italiæ & Aquitaniæ Epiſcopis ac Sacerdotibus, Synodali Conſilio, inter quos ipſe mitiſſimus ſancto interfuit Conventui. Ubi in primordio capitulum exortum de impia ac nefanda hæreſi Eliphandi Toletanæ Sedis Epiſcopi, & Felicis Orgelitanæ, eorumque ſequacibus, qui malè ſentientes in Filio Dei adſerebant adoptionem. Quam omnes, qui ſuprà, ſanctiſſimi Patres reſpuentes, una voce contradixerunt, atque hanc hæreſim funditus à ſancta Eccleſia eradicandam ſtatuerunt.

CAPITULUM II.

ALLATA eſt in medium quæſtio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Conſtantinopoli fecerunt, in quâ ſcriptum habetur, ut qui imagines Sanctorum ita ut Deificam Trinitatem ſervitio aut adoratione non impenderent, anathema judicarentur. Quam omnes, qui ſuprà, ſanctiſſimi Patres noſtri omnimodis, & adorationem & ſervitium reſpuentes, contempſerunt, atque conſentientes condemnaverunt.

CAPITULUM III.

HIS peractis.

CA-

CAROLI MAGNI, REGIS FRANCORUM, &c.
Anno Chriſti 794.

CONSTITVTIO

DATA FRANCOFURTI IN CONCILIO CCC. EPISCOPORUM EX ITALIA, LIGURIA, ÆMILIA, HESPERIA, GALLIA, Aquitania, Britannia, Germania, & Auſtria Provinciis a Rege Convocatorum, Anno Domini DCC. LXXXXIV.

CONTRA HAERESIN ELIPANDINAM ET FELICIANAM, ASSERENTEM, Chriſtum ſecundum carnem eſſe Dei Patris filium adoptivum.

CAROLUS GRATIA DEI REX FRANCORUM ET LONGOBARDORUM, ac Patritius Romanorum, Filius & defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ, Elipando Toletanæ Civitatis Metropolitano, & cæteris in partibus Hiſpaniæ Conſacerdotibus, Orthodoxæ fidei & fraternæ caritatis in Chriſto Dei Filio proprio & vero optamus ſalutem.

GAudet pietas Chriſtiana divinæ ſcilicet atq; fraternæ per lata terrarum ſpacia duplices caritatis alas extendere, ut materno foveat affectu, quos ſacro genuerat baptiſmate. Et maxima eſt ſanctæ matris Eccleſiæ exultatio filiorum adunatio filiorum, ut ſint conſummati in unum, qui redempti ſunt ab uno, dicente eodem Redemptore noſtro Jeſu Chriſto: *Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut omnes unum ſint, ſicut & nos unum ſumus.* Unde & in Cantico Canticorum de ſancta dicitur Eccleſia: *Terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* Conſtipata exercitus ordinatio & unanimis bellatorum fortitudo magno ſolet hoſtibus eſſe terrori: ſic filiorum ſanctæ matris Eccleſiæ intra murū Catholicæ fidei pacifica adunatio aereis poteſtatibus nimium conſtat terribilis, & ignitis malignæ perfidiæ ſpiculis omninò impenetrabilis extat, ſicut & veriſſimus Gentium prædicator & fortiſſimus Eccleſiæ prœliator præcipit, dicens: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela Nequiſſimi ignita extinguere,* & hoc ſæculum nequam libero ad cæleſtia volatu evadere. *Sine fide* enim *impoſſibile eſt placere Deo.* impoſſibile eſt, quod omninò ab homine fieri non poteſt. Principium eſt ſalutis noſtræ Fides, qua intemeratâ & integrâ ſanitate confirmatâ, totius vitæ curſus per bonorum veſtigia operum feliciter finetenus currit. *Per fidem* enim (ſicut idem præfatus doctor in epiſtola ad Hebræos teſtatur) *omnes ſancti placuerunt Deo.*

Ioan. 17
Cant. 8
Epheſ. 6.
Hebræ. 11
Hebræ. 11

2. Hanc igitur Fidem Orthodoxam & ab Apoſtolicis traditam Doctoribus, & ab univerſali ſervatam Eccleſia, nos pro virium noſtrarum portione ubiq; in omnibus ſervare & prædicare confitemur: quia non eſt in alia aliqua ſalus, niſi in illa, quam pacifica ab initio ſalutis noſtræ unanimitate ſemper ſervabat Eccleſia. Pro qua etiam, viri fratres, & veſtra bona devotio, quam vos habere decet in Domino, his partibus fidei veſtræ litteras dirigere* curaſtis, nempe & generales ad Sacerdotales ſanctiſſimas aures, ad nos quoq; ſpeciales: in quarum utiq; ſerie litterarum non ſatis nobis elucebat, an quaſi ex auctoritate magiſterii vos veſtra docere diſpoſuiſtis, an ex humilitatis diſcipulatu noſtra diſcere deſideratis: tamen ſive hoc ſive illud veſtris ineſſet animis, petitionem veſtram, caritate Chriſtianæ religionis cogente, non ſpernendam eſſe cenſuimus, valde deſiderantes, Deumq; ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in veræ fidei ſoliditate firmiter utrimq; permaneamus, contra fluctivagos hujus ſæculi æſtus, Spiritu Sancto navigium veſtri curſus regente, ad portum perpetuæ tranquillitatis pervenire mereamur.

* fort. curavit.

3. Ad hanc tranquillitatem capiendam oculus cordis fide purificandus eſt, & aſſiduis ſanctarum orationum precibus mentis acies illuſtranda, ut puræ veritatis lumen, omni errorum nube expulſa, contemplari valeat, ne in opiniones noxiæ falſitatis temeritas inordinata incautius gradientes præcipitet. Non pudeat Chriſtianum, ubi hæſitat, quærere; ubi neſciat, diſcere: quoniam pia humilitas diſcendi ſapientiæ intrat ſecreta: & melius eſt, diſcipulum eſſe veritatis, quàm doctorem exiſtere falſitatis. Ille ad altiora ſemper provehitur; iſte ad inferiora ſemper dilabitur, & inde magiſter effici tur [illegible]oris, unde auditor contempſit eſſe veritatis. Hanc igitur, Fratres, pernicioſam devitantes elationem, ſanctorum Patrum & ſanctorum Doctorum ſacris inhæreamus ſenſibus: diſcamus, quæ ſcripſerunt; credamus, quæ docuerunt, & non declinemus ad dexteram neque ad ſiniſtram, ſed per viam regiam ad Regem & Redemptorem & Deum & Dominum noſtrum JeſumChriſtum concordi fidei & veritatis curramus profeſſione. *Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem,* eodem atteſtante Apoſtolo. *Juſtus autem ex fide vivit:* ſi juſtus ex fide vivit, quomodo, qui fidem non habet [illegible]ctam, ſe vivere æſtimat? *Nos nempe non ſumus infidelitatis filii in perditionem, ſed fidelis ad acquiſitionem animæ.* Sequamur ſanctorum Patrum venerabilia in caritate præcepta.

Rom. 10.
Rom. 1.
Hebr. 10.
Habac. 2
Hebr. 10.

4. Decet enim ut omnium Chriſtianorum una ſit fides & unus animus, ſicut eſt *unum ovile & unus paſtor.* Qui enim extra Eccleſiaſtici ovilis ſepta inveniuntur, lupina rabie devorabuntur, qui vocem boni paſtoris non audiunt, qui ante ſuas oves ingreditur & egreditur, ut eos ad paſcua vitæ perducat æternæ. Nobis itaq; dictum intelligamus, quod egregius prædicator ſuis cariſſimis filiis præcipie-

Joan. 10.

1 Cor. 1. [illegible] *[illegible] nomen [illegible] ut unum [illegible] omne[illegible] [illegible] tem per[illegible] eadem ſententia.* [illegible] habent [illegible] Ap[illegible] [illegible] obſecrum. [illegible] vos: hoc vobis volumus in D[illegible],quod & [illegible]: qui [illegible] habemus in Chriſto [illegible] congregare gaudet non ſparg[illegible]
Joan. 19. [illegible] noſtri [illegible] integram [illegible] re non dividere [illegible] pravi[illegible] [illegible] Chriſti [illegible] ejus [illegible].

5. [illegible] Domino [illegible] congaudimus profe[illegible], ita ut in co[illegible] bis [illegible] condoleamus [illegible]
Rom. 9. 11. [illegible] legimus [illegible] Diabolica [illegible] oppreſſionis [illegible] vel cujuſlibet [illegible] ſchismatici erroris [illegible] cordibus. Ipſ[illegible] eſt continuus dolor p[illegible]oribus
a Pſal. 146. noſtris, [illegible] pene irremediabile vulnus, niſi per ejus miſericordiam, *a qui ſanat contritos corde, & b vult*
b1 Tim. 2. *omnes [illegible] ad agnitionem veritatis [illegible]* [illegible] nos lætificent, qui triſtaverunt [illegible] [illegible] correctio, noſtra eſt lætificatio. Deſiderantes vos ſocios habere in fide Catholica, & c[illegible]
Joan. 14. 16. peratores in prædicatione veritatis, ut gaudium, quod Chriſtus ſuis promiſit diſcipulis, habitet in n[illegible]bis, & gaudium noſtrum impleatur in vobis.

6. Ad impl[illegible]tionem verò hujus gaudii, fraterna cogente caritate, juſſimus ſanctorum Patrum Synod[illegible] ex omnibus undiq; noſtræ d[illegible]tionis Eccleſiis congregari Concilium, quatenus ſan[illegible]a o[illegible] [illegible] unanimitas firmit[illegible] decerneret, quid credendum ſit de adoptione carnis Chriſti, quam nuper no[illegible] [illegible]tionibus, & ſanctæ Dei univerſali Eccleſiæ antiquis temporibus inauditis vos ex veſt[illegible] [illegible]atuliſſe cognovimus: immo & ad beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis Pontificem de hac nova [illegible] [illegible]one noſtræ devotionis ter quaterq; direximus Miſſos, ſcire cupientes, quid ſancta Romana [illegible]cleſia, Apoſtolicis docta traditionibus, in hac reſpondere voluiſſet inquiſitione. Necnon & de Br[illegible]tanniæ partibus aliquos Eccleſiaſticæ diſciplinæ viros convocavimus, ut ex multorum diligenti [illegible]n[illegible] ſideratione veritas Catholicæ Fidei inveſtigaretur, & probatiſſimis ſanctorum Patrum hinc & inde r[illegible]borata t[illegible]monius abſq; ulla dubitatione teneatur.

7. [illegible] vobis per ſingulos libellos dirigere curavimus, quid prædictorum Patrum pia [illegible] [illegible] & pacifica perſcrutatio auctoritate Eccleſiaſtica invenire, ſtatuiſſ[illegible], confirmaret. P[illegible] quid Dominus Apoſtolicus cum ſancta Romana Eccleſia, & Epiſcopis in illis partibus quaqua ve[illegible] [illegible] commorantibus, & Catholicis Doctoribus, ſentiret, ſub unius libelli tenore ſtatuimus. Deinde ſecundo loco, quid Eccleſiaſtici Doctores & Sacerdotes Eccleſiarum Chriſti de propinquiori[illegible]us Italiæ partibus cum Petro Mediolanenſi Archiepiſcopo, & Paulino Forojulianenſi vel Aquil[illegible]jenſi Patriarcha, viris à Domino valde venerabilibus, intelligi vel firmiter credi voluiſſent, ſuis propriis reſponſionibus exaratum poſuimus libellum; quia ipſi quoq; præſentes noſtro Synodali Conventu adfuerant. Poſt hæc t[illegible]net & tertius libellus Orthodoxorum ſanctorum Patrum Epiſcoporum & virorum venerabilium fidem, qui in Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ, & Britanniæ partibus, dignis Deo deſ[illegible]vi[illegible]nt officiis, veſtriſq; objectionibus ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis roborat[illegible]s obt[illegible]n[illegible]t reſponſiones. Deinde quarto loco meæ propriæ unanimitati cum his ſanctiſſimis prædictorum Patrum decretis & Catholicis ſtatutis conſenſum ſubnexui, ſicut vosmetipſi in veſtra epiſtola, quam meo ſpeci[illegible]iter deſignaſtis nomini, rogare curaſtis, id eſt, ne ſubdolis paucorum aſſertionibus conſentirem, ſed plurim[illegible]rum teſtimoniis roboratam fidem tenerem.

8. Facio certiſſimè, Deo Domino meo J[illegible]ſu Chriſto donante, horum me ſanctiſſimæ multitudini & [illegible]obatiſſimæ auctoritati veræ fi[illegible] pro[illegible]ſſione aſſocians, nec veſtræ me paucitati in conſenſion[illegible] hujus novæ aſſertionis ſocium admitto, ſed Apoſtolicæ Sedi, & antiquis ab initio naſcentis [illegible]cleſiæ & Catholicis traditionibus, tota mentis intentione, tota cordis alacritate conjungo. Qu[illegible]quid in illorum legitur libris, qui divino [illegible]iritu [illegible]flati, toti orbi à Deo Chriſto dati ſunt Doctores, indubitanter teneo, hoc ad[illegible] m[illegible] ſufficere credens, quod ſacratiſſimæ Evangelicæ veritatis pandit hiſtoria, quod A[illegible] epiſtolis confirmat auctoritas, quod eximii ſanctæ Sc[illegible]pturæ tractatores & p[illegible]næ Fidei Doctores, ad perpetuam poſteris ſcriptam reliqu[illegible]runt memoriam. C[illegible] quoq; Doctoribus, & ſanctæ Eccleſiæ Paſtoribus veram prædico fidem,
Matth. 28. quos in præſ[illegible] ore [illegible] vobis dedit luminaria, qui dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus [illegible] ſæculi.* Hi ſunt propugnatores fidei noſtræ, hi ſunt rectores per diverſas l[illegible] de[illegible] cujus antemurale eſt Fides Catholica, & caritas firmiſſimus murus, & propugna-
Eſa. 26. cu[illegible] nomia ſcripturarum, & divitiæ ſalutis in ea ſunt *ſapientia & ſcientia*, & ſpes por[illegible], quæ quatuor clavibus, id eſt prudentia, juſtitia, fortitudine, & temperantia piis ape[illegible]. Hujus verò civitatis ipſe Dei verus & proprius filius, Deus verus homo verus J[illegible] Dominus noſter Regali præſidet potentia, cujus gratia totam illius civitatis ſtructuram re[illegible], & exaltat. Qui[illegible]quis ad hanc civitatem, recta ſibi præviante fide, manus bonorum o[illegible] [illegible]ns pleniſſimas pervenire feſtinat, apertas inveniet portas, & Regem Regum cum mil[illegible]us ſa[illegible]orum agminum ob[illegible]re ſibi gaudebit.

9. Sed & gratias vobis agimus de inſtantia orationum veſtrarum, quibus memoriam noſtri du[illegible] vos hab[illegible] dixi[illegible]s, optantes ut preces veſtræ acceptabiles ſint Domino Deo Salvatori no[illegible], &
[illegible] 13. ut ipſe per ſuam miſ[illegible]cordiam dignos [illegible]ós efficiat exaudiri, & ad unitatē ſanctæ ſuæ Eccleſiæ [illegible] [illegible] dign[illegible]tur, & [illegible] pietatis h[illegible] [illegible]ris in ſanctæ matris Eccleſiæ reportet ovile, qui de[illegible] [illegible]vem requirere perdit[illegible], inventamq; cum triumpho gloriæ ad ſedem paternæ Majeſtatis revext[illegible]

10. Illud [illegible] vestram pietatem flagitare placuit, quia [illegible] in præſenti noſtra libelli [illegible] perſcrutante plurimorum conſilio, quid in eo rectè fidei ſanctionibus conſentiens [illegible] cimus ſicut petiſtis, collectisq; undiq; , veluti præfati ſumus, Eccleſiaſticis Doctoribus & [illegible] iani Rectoribus, nobisq; omnibus pacifico unanimitatis choro conſidentibus, [illegible] à capite calcetenus per diſtinctiones uniuscujusq; ſententiæ, & per interrogatione [illegible], prout cuiq; [illegible]buit, perlegere juſſimus. Quid vero de illo libello Præſules Eccleſiarum [illegible] ideiq; Catholicæ Doctores intellexiſſent, non eſt opus mihi in hac mea iterare epiſtola, dum illorum libellus proprius hoc vobis evidenter oſtendet.

11. Scriptam itaq; in epiſtola veſtra hujuſmodi obſecrationem invenimus: *Poſcentes vos per eum, qui pro te in cruce manus innoxias extendit, & pro te ſanguinem pretioſum effudit, & pro te mortem pertulit & ſepulturam, ad liberandum electos ad infernum deſcendit, & pro te reſurgens tibi viam ad cœlos revertendi, ſcilicet ad cœleſtem patriam, demonſtravit, ut per teipſum arbiter ſedeas, &c.* Ecce ego veſtris petitionibus ſatisfaciens, congregationi Sacerdotum auditor & arbiter adſedi. Diſcernimus, & Deo donante decrevimus, quid eſſet de hac inquiſitione firmiter tenendum: ſed modò per eamdem obſecrationem vos iterum atque iterum obteſtor, ut in pacifica unanimitate & Catholicæ Fidei profeſſione, nobiſcum firmiter maneatis, nec vos doctiores exiſtimetis univerſali ſancta Dei Eccleſia. Eam fidem tenete, quam Orthodoxi Patres in ſuis nobis * Symbolis ſcriptam reliquerunt; & nolite plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem; nec ratiocinando humano ingenio divina vos myſteria inveſtigare arbitremini, ſed magis credendo honorare, quæ humana fragilitas temerè perſcrutando invenire non valet. * l. 7. §. 4. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol.

12. Exemplum mihi Conſtantini Imperatoris propoſuiſtis, cujus initium beatum Iſidorum laudaſſe dicitis, & finem doluiſſe: quod ne mihi accidat, per quendam Beatum (quem per antiphraſin cognominaſtis) benignè ſuadetis. Hoc etiam, divina miſerante gratia, præcavere ſatago, non ab illo tantummodo, ſed etiam ab omnibus, qui aliquid rectæ fidei contrarium docere videntur: aſſiduaque devotione Dominum depoſco, & *quoscunq*, ex filiis ſanctæ matris Eccleſiæ valeo, mihi in hac petitione adjutores convoco, ne me alicujus verboſa adulatio, vel fraudulenta laudatio decipiens à via veritatis averiat, ſæpiùs cum Propheta decantans: *Corripiet me juſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Pſalm. 140

13. Vos vero vobismetipſis cavete, quos vos fraterno monuiſtis amore, procurantes diligentiſſimè, omnipotentisq; Dei vobis aſſiduis precibus clementiſſimam convocate gratiam, ne callida antiqui hoſtis verſutia ſenſus veſtros in aliqua parte corrumpat, & pejus fiat interius Diaboli ſervitium quam exterius gentis inimicæ: cumq; expectate Redemptorem, quem ſalutis veſtræ habuiſtis auctorem. Illum glorificate in corde & portate in corpore, & dignam in vobis illi præparate habitationem in fide, quæ per dilectionem operatur, quatenus vos illius glorioſa potentia & ineffabili miſericordia ab utrisq; ſervitutis moleſtia, exteriore ſcilicet & interiore, liberet & cuſtodiat, & in magno Judicio ante conſpectum gloriæ ſuæ cum multiplicibus laboris veſtri divitiis ſtare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apoſtolicæ Fidei audire faciat: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Paratum igitur vobis regnum ab origine mundi indubitata veritatis profeſſione ſperatis, ſi Catholicæ Fidei unanimitati vosmetipſos adjungere curetis: exterioris ſervitutis moleſtias interna fidelitatis ſpe conſolamini: oculos mentis veſtræ ad eum dirigite, qui vos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. Matth. 25.

14. Hactenus antequam hujus adoptionis in Chriſto nomen a vobis exortum noſtros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus; & ſi nos veſtrum corporale ſervitium contriſtaret, rectitudo tamen Fidei Catholicæ lætificavit in nobis. Nunc verò duplici pro vobis afficimur mœrore, Diabolica fraude deceptis in corde, & inimica ſervitute oppreſſis in corpore. Sed redite, obſecro, ad unitatem ſanctæ matris Eccleſiæ, ut vos eruat de anguſtia ſervitutis terrenæ, qui vos per baptiſmi gratiam à vinculo liberavit originalis peccati. Expoliaſtis veterem hominem: quomodo iterum fraude decepti malignâ induimini illum? Adoptionis filii Deo Patri facti eſtis per eum, qui non eſt adoptivus ſed proprius. State per fidei inviolabilem confeſſionem in libertate filiorum Dei, & nolite infidelitatis jugum ſubire: expellite vincula Diabolicæ deceptionis de cordibus, quatenus Deus Chriſtus, qui ſolvit compeditos, excutiat catenam gentis inimicæ de manibus veſtris. Habetis nos, divina auxiliante gratia, cooperatores gaudii veſtri, ſi vos nobiſcum Catholicæ Fidei vultis eſſe prædicatores. Certiſſimum namque erit divinæ miſerationis auxilium, ubi una eſt totius Eccleſiæ caritas, & una veræ fidei confeſſio.

15. Ad multitudinem populi Chriſtiani & ad Sacerdotalis Concilii unanimitatem revertimini. Si enim duorum vel trium ſanctopioq; conſeſſui, ſecundum ſuam promiſſionem, Dominum eſſe præſentem non dubitamus, quanto magis ubi tot ſanctiſſimi fratres, tot filii matris Eccleſiæ in nomine illius pacifice conveniunt unanimitate, eum adeſſe medium non eſt dubitandum, & illorum regere conſilia, qui ſui nominis laudem quærere dignoſcuntur? Ad confirmandum igitur corda veſtra in fide & veritate, hanc noſtri nominis, fraterna inſtigante caritate, epiſtolam ſcribere curavimus, optantes ut noſtra, quam habemus pro fide Catholica, proficiat devotio, & vos divina clementia ad Fidem reducat Catholicam.

16. Antè igitur, quam hujus ſæpè dicti ſcandali à vobis oriretur offenſio, duplici caritate (ſicut prædiximus) dileximus vos, id eſt in orationibus noſtris per omnes regni noſtri Eccleſias habuimus ſocios,

ſocios,& veſtri memoriam quotidie facientes: itidem quoq;, & Deo auxilia [illegible] mus vos liberare à ſervitio ſæcularis neceſſitatis ſecundum temporis opportunitatem, [illegible] lii adhortationem: nunc verò hac duplice caritate (quod ſine dolore non dicimus) fr[illegible] met pſos, non intelligentes, fraude Diabolica eſſe deceptos, ut utroq; juvàmine vos de[illegible] participatione fidei & orationum noſtrarum, vel ſolatio auxilii noſtri: Videte, videte, quàm [illegible] malum adverſus vosmetipſos habetis factum, quod nequaquam auſi ſumus orare pro vobis, ſi[illegible] fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, nec vos adjuvare, quomodo fratres in veſtris maximis nec[illegible] bus. Quapropter revertimini ad hanc duplicem conſolationem, & abjicite a vobis hanc mali[illegible] Diabolicæ fraudis verſutiam, ut poſſitis nobiſcum conſortium habere in omni caritate & gaudio opportuno.

17. Poſt hanc verò correctionem ſive admonitionem Apoſtolicæ auctoritatis & Synodalis unanimitatis, ſi non reſipiſcitis ab errore veſtro: ſcitote omninò vos pro Hæreticis haberi, nec ullam vobiſcum communionem pro Deo audeamus habere. Currite dum lucem habetis, ne tenebræ vos anathematis compræhendant, unde non poteſtis pedes veſtros explicare, ſed interna damnatione irretitos eſſe lugebitis. Adhuc enim pia mater revocat vos in gremium ſuæ miſericordiæ, volens vos

* Galat. 1. Deo nutrire in filios. Tantum nolite vos abſtrahere ab ejus pietate, * qui vos vocavit in regnum filii dilectionis ſuæ.

18. Credimus in Deum unum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium.

19. Credimus & in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei unigenitum, natum ex Patre ante omnia ſecula, & ante omnia tempora; lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; natum non factum; naturalem, non adoptivum; per quem omnia condita ſunt cœleſtia & terreſtria; unius ſubſtantiæ & unius ſubſtantiæ cum Patre.

20. Credimus & in Spiritum S. Deum verum, vivificatorem omnium, à patre & filio procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum.

21. Credimus eandem ſanctam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unius eſſe ſubſtantiæ, unius potentiæ & unius eſſentiæ tres perſonas, & ſingulam quamque in Trinitate perſonam, plenum Deum: & totas tres perſonas unum Deum omnipotentem; Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum ſanctum procedentem ex Patre & Filio: nec Patrem aliquando cœpiſſe, ſed ſicut ſemper eſt Deus, ita ſemper & pater eſt, quia ſemper habuit filium. Æternus Pater, æternus Filius, æternus & Spiritus ſanctus, ex patre filioque procedens. Unus Deus omnipotens, Pater & Filius & Spiritus ſanctus: ubique præſens, ubique totus. Deus æternus, ineffabilis, incompræhenſibilis. In qua ſancta Trinitate, nulla eſt perſona vel tempore poſterior, vel gradu inferior, vel poteſtate minor: ſed per omnia æqualis Patri Filius, æqualis Patri & Filio Spiritus ſanctus divinitate, voluntate, operatione & gloria. Alius tantummodò in perſona Pater, alius in perſona Filius, alius in perſona Spiritus ſanctus. Non aliud, ſed unum, natura, potentia, & eſſentia Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

22 Credimus ex hac ſancta Trinitate Filii tantummodò perſonam, pro ſalute generis humanã de Spiritu ſancto & Maria Virgine incarnatam: ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, eſſet & in humanitate hominis matris filius: perfectus in divinitate Deus, perfectus in humanitate homo: Deus ante omnia ſecula, homo in fine ſeculi: verus in utraq; ſubſtantia Dei filius; non putativus, ſed verus; non adoptione, ſed proprietate. Una perſona Deus & homo, unus mediator Dei & hominum: in forma Dei æqualis Patri, in forma ſervi minor Patre: in forma Dei creator, in forma ſervi redemptor. Unus in utroq; Dei filius proprius & perfectus, ad implendam humanæ ſalutis diſpenſationem, paſſus eſt vera carnis paſſione, mortuus vera corporis ſui morte. Surrexit vera carnis ſuæ reſurrectione, & vera animæ reſumptione: & eodem corpore, quo paſſus eſt, & reſurrexit. Aſcendit in cœlos, ſedens in dextera Dei Patris: & in eadem forma, qua aſcendit, venturus judicare vivos ac mortuos. Cujus regni non erit finis.

23. Prædicamus unam ſanctam Dei Eccleſiam toto orbe diffuſam, locis ſeparatam, fide & charitate conjunctam: & veram remiſſionem peccatorum in eadem Eccleſia, ſive per baptiſmum, ſive per pœnitentiam, divina donante gratia, & bona voluntate hominis cooperante.

24. Credimus & omnes homines reſurrecturos eſſe, & ſingulos ſecundum ſua opera judicari. impios æternis ſuppliciis damnandos cum Diabolo & Angelis ejus; ſanctos verò æterna gloria coronandos cum Chriſto & ſanctis Angelis ejus in ſecula ſempiterna.

Epheſ 4. 25. Hæc eſt Fides Catholica, & ideò noſtra: optamus etiam & veſtra: quia una eſt fides, & unum baptiſma, & unus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt Deus verus & verus homo, verus Deus

1. Tim. 2. & verus Dei filius, in utraq; natura *unus idemq́, mediator Dei & hominum, homo Jeſus Chriſtus, qui eſt*

Rom. 9. *Deus benedictus in ſecula.*

26. Hanc fidem vos, Fratres cariſſimi, firmiter tenere in commune prædicamus: & ſi aliter antè in quolibet verbo ſenſiſtis, corrigite vosmetipſos, & ad unitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ pura fide feſtinate, & contentiones nominum novitatesque vocum devitate, quis juxta Apoſtolum, non eſt Hæ-

1. Tim. 1. & 6. reticus niſi ex contentione. Vos igitur, quia pauci eſtis, unde putatis vos aliquid verius invenire potuiſſe, quàm quòd ſancta & univerſalis toto orbe diffuſa tenet Eccleſia? Sub tegmine alarum illius requieſcite, ne vos avida Diaboli rapacitas (ſi foris invenerit) nefando gutture devoret. Redite ad

pium

p[illegible]; illa vos foveat & nutriat, donec acc[illegible], & in pl[illegible] Habete nos cooperatores ſalutis veſtræ, [illegible]æ pacis auxiſiatores, [illegible] Chriſto Jeſu Domino noſtro, qui vos nobiſcum incorruptos & immaculatos [illegible]er & [illegible]odiat, & conſtituat ante conſpectum gloriæ ſuæ incontaminatos & irreprehenſibiles & [illegible]æ hæreditatis hæredes pariter perficiat in æternum, AMEN. 1. Joan. 1.

CAROLI MAGNI IMP. AUG. CAPITULARE

Anno Chriſti 794.

De non adorandis imaginibus,

Contra Conſtantini VII. Imp. Conſtantinopolitani & Hirenæ matris Decretum & Synodum Nicænam II. Pſeudoſeptimam Oecumenicam ſive univerſalem. compoſitum & publicatum in Concilio Francofordienſi, & Hadriano Papæ miſſum, Anno Domini DCCXCIV.

IN NOMINE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI.

INCIPIT OPUS

INLUSTRISSIMI ET EXCELLENTISSIMI SEU SPECTABILIS VIRI KAROLI NUTU DEI REGIS FRANCORUM, GALLIAS, GERMANIAM, ITALIAMQUE, SIVE HARUM FINITIMAS PROVINCIAS DOMINO OPITULANTE REGENTIS, CONTRA SYNODUM QUÆ IN PARTIBUS GRÆCIÆ PRO ADORANDIS IMAGINIBUS STOLIDE SIVE ARROGANTER GESTA EST.

PRÆFATIO.

ECCLESIA mater noſtra, precioſiſſimo ſponſi Chriſti ſanguine redempta, & regeneratione ſalutaris gurgitis lota, & ſalutifero edulio corporis, & hauſtu ſanguinis ſatiata, & nectarei liquoris unguine delibuta, & per univerſum orbem terrarum in pace diffuſa: aliquando externa, aliquando inteſtina perpetitur bella, aliquando exterorum concutitur incurſibus, aliquando civium pulſatur tumultibus. Nonnunquam videlicet incredulorum vel hæreſeorum impellitur infeſtationibus, nonnunquam vero ſchiſmaticorum vel arrogantium turbatur ſimultatibus. Eſt enim arca ſalvandas intra ſe continens animas, cujus typum antiqui illius patris arca gerebat, quæ in hujus ſæculi ſæviſſimas diluvii absq; naufragii periculo tranſigit procellas, & neſcit mortiferis pręſentis ſeculi alluvionibus cedere, nec infeſtantium diverſarum poteſtatum obſidione fatiſcere, ſed illo pro ea & maxime in ea pugnante, qui poſitus eſt in ea murus, dicente propheta, *Urbs fortitudinis noſtra Salvator, ponetur in ea murus, & antemurale, & qui ſuper ejus muros conſtituit cuſtodes, qui tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* adverſariis reſiſtens, & tumultiferas inquietudines tolerat, & ad veræ fidei confeſſionē convolantibus in gremio ſuſceptis, & eidem confeſſioni obſtinata mente reluctantibus abdicatis, inconvulſa & intemerata perſeverat, & cum David canere non ceſſat, *Sæpè expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Iſrael, ſæpè expugnaverũt me à juventute mea, etenim nõ potuerunt mihi:* quæ inceſſanter per partes trinæ orationis myſteriũ ſanctæ Trinitatis exponit, dum & verba ſua auribus divinæ majeſtatis percipienda, id eſt, pſallendi melodiã, quã ſine intermiſſione exhibet, deprecatur; & clamorē intelligendũ, id eſt, cordis affectũ, qui non auribus carnalibus, ſed ineffabilibus divinæ majeſtatis auditibus mirabiliter excipitur, devota mente exorat, & orationis ſuæ vocem intendendã expoſcit, ut ſcilicet declaret, hanc eſſe orationē perfectã, quam mentis affectus ardentis inflãmat. Et quamquã metaphoricos mutatis verbis ſenſus noſtros inuniſceat, divinam tamen naturam credit non partibus membrorum diſcernenda diſcernere, ſed una virtute cuncta peragere, qui ea quæ à nobis videntur audit, & quæ cogitavimus ſive cogitaturi ſumus, intrò inſpicit: nec quicquam ejus ineffabili lumini poteſt abſcondi. Auribus etenim verba percipere, clamorem intelligere, voci orationis intendere, q[illegible]mquam iteratè ſub varietate verborum, per id locutionis genus, quod à rhetoribus metabole dicitur, proferantur: trina tamen repetitio unum idemq; ſignificat, quæ etiam in invocatione regis & Dei ſi[illegible] Domini, dum dicit, *Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine.* Tres perſonas & unam ſubſtantiam in divinitate ſe credere & fateri demonſtrat, cùm trium nominũ invocationi, non pluralia, ſed ſingularia verba interſerit. Eſt enim ſancta mater, eſt immaculata, eſt præclara, eſt incorrupta, eſt & fœcunda, quæ & virginitatē amittere neſcit, & filios generare non deſinit: quæ quantò ampliùs mundi adverſitatibus feritur, tantò auctioribus ſive excellentioribus virtutibus dilatatur: & quantò plus premitur, tantò altius exaltatur, quam propheta per ethopœiam Deo ſic introducit loquentem, *Cùm invocarem te, exaudiſti me Deus juſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti me.* Cujus quoniam in ſinu regni gub[illegible]la domino tribuente ſuſcepimus, neceſſe eſt, ut in ejus defenſione, & ob ejus exaltationem, CHRI[illegible]o auxiliante, toto anniſu certemus, ut ab eo boni ſervi & fidelis nomi-

Eſai. 26.
Pſalm. 129.
Pſal. 5 & 48.
Pſalm. 4

nom[illegible]mus. Quod quidem non ſolùm nobis, quibus in hu[illegible]bus [illegible] co[illegible]eſt, ſed etiam [illegible] ab eju[illegible] ubus [illegible] eſt: i[illegible] ab ejus unione, qui ejus membra eſſe dinoſcitur. nulla[illegible] quicun[illegible]ſt, [illegible]neſt: & qui [illegible] ea non coll[illegible]ſpa[illegible]. H[illegible] qui co[illegible], quod no[illegible]nc [illegible]uodam animi mœrore proſequimur, quippe q[illegible] infirma[illegible], & cum ſcandal[illegible]ntibus uri Apoſtolico per[illegible]mur exemplo. Infla[illegible] toſæ arrogantiæ inflata [illegible], & vanæ laudis inſolentiſſimus appetitus, quoſdam o[illegible]tium non ſolùm [illegible], ſed etiam ſacerdotes, adeò ut poſtpoſita ſ[illegible] ſobriæque doctrina, &

Galat. 1. dentes illud Apoſtolicum, *[illegible] Evangelizaverit vobis præter id quod Evangelizatum eſt, [illegible] Angelus ſit, anath[illegible]*, [illegible] dicentes contra propheticam inſtitutionem terminos majorum, [illegible] infaines & ineptiſſimas [illegible]nodos Eccleſiæ inferre conentur, quod nec Salvator, nec Apoſtoli intul[illegible]noſcuntur. & dum [illegible] conantur ſuæ laudis faſtigium, magnum adcumulent [illegible] animabus [illegible]liquium: dum [illegible] ſuorum [illegible]torum ordinem volunt mandare memoriæ poſteritatis, diſcindunt vinculum Eccleſiaſticæ unitatis. Geſta ſane eſt ante hos annos in Bithiniæ partibus quædam ſynodus tam incautæ tamq; indiſcretæ procacitatis, ut imagines in ornamentis Eccleſiæ & memoria rerum geſtarum ab antiquis poſitas incauta abolerent abdicatione: quodq; Dominus de idolis præcepit, hoc illi de cunctis imaginibus perpetrarent: neſcientes, imaginem eſſe genus, idolum verò ſpeciem: & ſpeciem ad genus, genus ad ſpeciem referri non poſſe. Nam cum penè omne idolum imago ſit, non omnis imago idolum. Alterius & longe alterius definitionis eſt idolum, alterius imago: cum videlicet iſtæ ad ornamentum vel ad res geſtas monſtrandas fiant: illud autem nunquam niſi ad miſerorum animas ſacrilego ritu, & vana ſuperſtitione injiciendas: & imago ad aliquid, idolum ad ſe ipſum dicatur. Qui nimirum tantæ cæcitatis caligine obtenebrati fuerunt, ut cunctis, qui eas habere in Eccleſiis noſcebantur, vel habituri erant, anathematizatis, inter cæteros errores hoc etiam ſuo errori inſererent, quod Rex eorum Conſtantinus eos ab idolis liberaſſet: & ei qui exultavit, ut gigas ad currendam viam de quo dictum eſt, *Ecce vicit leo de tribu Juda, radix David*, & triumphanti mundi ſpolia ſecum reportavit, Victoriæ titulum derogare cupientes, Regi ſuo adnecterent: cùm non de eorum rege, ſed de vero triumphatore Chriſto propheta prædixerit, *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur ſimulacra Ægypti à facie ejus*: Nubem levem, corpus videlicet humanum, quod ex virgine adſumpſerat, nulla humanæ commixtionis ſorde prægravatum: Ægyptum mundum volens intelligi: quod & per Hieremiam penè iiſdem verbis ſe ducturum eſſe promiſerat, dicens, *Diſperdam ſimulacra, & ceſſare faciam idola de Memphis*. Geſta præterea eſt fermè ante triennium & altera ſynodus illis in partibus, ab eorum qui priorem geſſerant ſucceſſoribus, vel à plærisque, qui in priore fuiſſe narrantur: quæ tamen quamquam à priore diſtet voto, non tamen diſtat errore: & ſi diſpar eſt negotio, eſt tamen compar flagitio: & cùm ſit poſterior tempore, non tamen eſt poſterior crimine. Nec immeritò in unius baratri cœnoſum lacum, quamquam per diverſa fluitantes, confluere videntur, quæ ab unius jactantiæ & vanæ laudis fonte ſcaturiiſſe creduntur. Hæc enim, anathematizata & abominata cum ſuis auctoribus priore, imagines, quas prior nec etiam cernere permiſerat, adorare compellit: & ubicumq; ſive in divinæ Scripturæ locis, ſive in ſanctorum patrum commentariis, quamcunq; repererunt imaginum mentionem, erga ſuæ voluntatis arbitrium vertunt in adorationem. Nec minoris abſurditatis ſpiris hi connectuntur in habere & adorare, quàm illi connexi ſunt in imagine & idolo, cùm illi imaginem & idolum, iſti habere & adorare, unum eſſe putârunt, quæ tamen à ſe invicem diſtant, & diverſitate rei, & ſocietate prædicamenti: quippe cùm unum illorum ſit habitus, alterum agere. Nam illa etſi magna diſtent differentia, ſaltem in eo junguntur, quòd unum ſpecies, alterum genus eſt: hæc verò nec genere, nec ſpecie, nec ulla hujuſcemodi ſocietate ſibi cohærent, cum & adorari poſſint, quæ non habentur, & haberi, quæ non adorantur. Sicq; rejectis moderaminis retinaculis, & neglecto quod ab antiquis non incongruè dictum eſt proverbio, *Ne quid nimis*, mediocritatis calle tranſmiſſo, per devia gradiuntur: veluti ſi quis cuidam multiloquio vacanti, temperamentum in loquendo indicere curans, ille è contrario adeò ſilentio ſtudeat, ut [illegible]utus efficiatur, & cui dedecus ingerebat inordinata loquacitas, dedecus nihilominus ingerat deſi[illegible] taciturnitas. Aut ſi quis medicus ægrotantem temulentiæ arguat, ille putans, ſe medici parere d[illegible]is, non ſolùm vini, ſed etiam laticum ſibi interdicat humorem: adeò ut qui dudum languebat nimio vini hauſtu inadefactus, omni ſibi liquore interdicto, langueat ſiti arefactus: cum tamen, etſi diverſa ſit cauſa languoris, unus tamen ſit effectus deſidioſi erroris. Interea cùm in neutra parte neque iſti, neque illi temperantiæ teneantur habenis, ſed utrique præcipites per abrupta diſcurrant, & diſpari curſu ferantur: uno tamen occurſu ſponſæ Chriſti Eccleſiæ, cui ipſe

Cantic. 4. dicit in Canticis Canticorum, *Tota ſpecioſa es amica mea, & macula non eſt in te*, maculam inferre conantur: dum & illi ei benè habita abjicere, & iſti benè habitis malè uti ſuadent: dum ſcilicet & illi ei ornamenta auferre ſtudent: & iſti eam ornamenta adorare permovent: quæ duo mala, ut præfati ſumus, de jactantiæ fonte pullularunt. Dumque volunt humanos favores, & vocari ab hominibus Rabbi, & ſuas laudes ſuis apicibus præfigunt, nec attendunt, quòd per quendam

Proverb. 27 ſapientem dicitur: *Laudent te alii, & non os tuum, extraneus, & non lingua tua*: relictis priſcorum Patrum traditionibus, qui imagines non colere ſanxerunt, ſed in ornamento Eccleſiarum habere ſiverunt, novas & inſolitas Eccleſiæ nituntur inferre conſtitutiones, quibus ei maculam potius quam decorem adſcribant. Nam ſi novas conſtitutiones Eccleſiæ ingerere jactantia eſt,

ſchiſma

ſchiſma eſt: quod tamen in Eccleſia fieri non debet, quod ſi ſchiſma eſt, macula eſt quæ in ſponſa eſſe negatur. Si igitur novas conſtitutiones Eccleſiæ ingerere jactantia eſt, macula proculdubio eſt, quæ in ſponſa eſſe negatur. Unde datur intelligi non cum eſſe amicum ſponſi, qui adeò ſuæ laudis vult cumulare cacumen, ut per errorum notas non vereatur Eccleſiaſticum obtundere acumen: ac per hoc ſi ſponſam macula non decet, eam ei nullus conari debet imprimere: quam ſi nullus conari debet imprimere, qui conatur, ſponſo injuriam facit. Si igitur ſponſam macula non decet, & revera non decet, qui conatur imprimere, ſponſo injuriam facit. Nos denique propheticis, Evangelicis & Apoſtolicis Scripturis contenti, & ſanctorum orthodoxorum patrum, qui nullatenus in ſuis dogmatibus ab eo, qui eſt via, veritas & vita deviârunt, inſtitutis inbuti, & ſanctas & univerſales ſex ſynodos, quæ pro variis hæreſeorum infeſtationibus à ſanctis & venerabilibus patribus geſtæ ſunt, ſuſcipientes, omnes novitates vocum, & ſtultiloquas adinventiones abjicimus: & non ſolum non ſuſcipimus, verum etiam tanquam purgamenta deſpicimus, ſicut & eam, quæ propter adorandarum imaginum impudentiſſimam traditionem in Bithiniæ partibus geſta eſt, ſynodum. Cujus Scripturæ textus eloquentia ſenſuque carens ad nos uſque pervenit. Contra cujus errores ideo ſcribere compulſi ſumus, ut ſicubi forte aut manus tenentium, aut aures audientium inquinare tentaverit, noſtri ſtyli divinarum Scripturarum authoritate armati invectione pellatur: & inertem, vel potius inermem orientali de parte venientem hoſtem occidua in parte per nos favente Deo allata ſanctorum patrum ſententia feriat. Quod opus adgreſſi ſumus cum conhibentia ſacerdotum in regno à Deo nobis conceſſo Catholicis gregibus prælatorum, non arrogantiæ ſupercilio, ſed zelo Dei & veritatis ſtudio: quoniam ſicut juſtis & honeſtis rebus inhærere ſanctum, ita nimirum peſſimis & inordinatis rebus animum adcommodare peccare eſt. Unde & David, quod ſocietates malorum fugerit, Deo quaſi purum ſacrificium offert, cum dicit, *Odio habui congregationes malignantium, & cum impiis non ſedebo*. Et Joſaphat Rex Juda, eo quod Iſraeliticæ gentis peſſimo regi amicitiis junctus ſit, à Domino arguitur per prophetam. Cum igitur præfatarum duarum ſynodorum conditores, nec illius imperitiæ ſermonem habeant, qua ſe Apoſtolus imperitum dicit ſermone, ſed non ſcientia: nec illius eloquentiæ cum ſpiritali ſenſu nitorem, de quo ex perſona ſanctorum prædicatorum, in Canticis Canticorum Eccleſiæ dicitur, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: mirum ducimus quur tantæ vanitatis vento inflati ſint, ut eas non ſolùm agitare præſumpſerint, ſed etiam ſex venerabilibus ſynodis adnumerare conati ſint: quarum neutra quomodo non ſeptima poſt Nicenam, ſed aut tertia, priore ſervata poſt Ariminenſem, aut ſecunda priore deſtructa conputari debeat, in ſequentibus, cum res exegerit, diligentius adnuente Domino diſputabimus, quæ ſcilicet haud ſecus ſex ſynodis æquiparanda ſunt, quàm Rubenitarum & Gaditarum, & dimidiæ tribus Manaſſe altari; quod per legiſlatorem Domino jubente conditum eſt, æquiparari potuit: cujus autores Iſraelitici gladii furor vaſtaret, niſi fraternas iras ſupplex confeſſio mixta precibus præveniret. Nos denique Eſaiæ vaticinio docti, qui dicit, *Hæc via, ambulate in ea, non declinabitis ab ea, neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram*: & doctoris gentium prædicatione admoniti, qui nos viam regiam tenere inſtituit, imagines in ornamentis Eccleſiarum & memoria rerum geſtarum habentes, & ſolum Deum adorantes & ejus ſanctis opportunam venerationem exhibentes, nec cum illis frangimus, nec cum iſtis adoramus, ſed illius ineptiſſimæ ſynodi Scripturam, quæ non ſolum illa locutione caret, qua parva ſubmiſſe, mediocria temperate, magna granditer proferuntur; ſed etiam pedeſtris ſermonis modum negligit, abnuentes, inſtitutoris noſtri, ſermonis videlicet Dominici nitimur fieri uſquequaque ſequaces. Quoniam igitur & patrum anathematizantium filios, & filiorum anathematizantium patres, mixtim in præfata ſynodo hebetudinis continentur diſcurſus, mixtam utriſq; reprehenſionem noſter, favente Domino, digeret ſtylus, nihil indiſcuſſum, nihil intactum, nihil ſilentii cavernis obſtruſum præteriens: niſi forte quod aut difficultas inordinati ſermonis noſtro intellectui impertire negaverit, aut pueriles dicti ineptiam reverentia cohibente noſter ſermo perſequi deſpexerit.

Pſalm. 26.
2. Paral. 19.
Cantic. 1.
Eſai. 30.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De eo quod Conſtantinus & Herena in ſuis ſcriptis dicunt, Per eum qui conregnat nobis Deus.

PLÆRUNQUE humana fragilitas ſuæ inpoſſibilitatis metas excedit, & quantò ſe ultrà quàm debet extollit, tantò ab eo, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra, recedit: quantoque ad eum, qui excelſus ſuper omnes gentes eſt, per ſublimitatem adpropinquare conatur, tantò ab eo propenſius elongatur. Quæ ſi modum ſuæ conditionis non negligat, & ſuperiora petere nitens, ad humiliora ſe devota mente ſubmittat, poterit ſe inclinando eò conſcendere, à quo ſe exaltando noſcebatur deſcendere: & quantò ſe proſtraverit humo, tantò fiat proxima cœlo. Cùm ergo noſtrum eſſe tantum diſtet à Dei eſſe, & noſtrum vivere ab ejus vivere, & noſtrum regnare ab ejus regnare, dolenda potiùs quàm admiranda eſt illorum vecordia, qui inter cætera quæ ſibi indiſcretè uſurpant, Deum ſibi conregnare etiam dicunt. Illius enim eſſe, eſſe tantùm novit:

fuiſſe vel futurum eſſe, non novit. Non habet n. partem æternitatis, quam nos tempus dicimus, & in
præſens, præteritū & futurum dividimus, ſed totius æternitatis in ſuæ eſſentiæ inconmutabilitate in-
Exod. 3. tegritatem habens, eſſe tantū ei eſt. Unde & ſancto Moyſi dixit: *Ego ſum, qui ſum.* &, *Qui eſt, miſit me
ad vos.* Noſtrū autē eſſe, quibus præterita in recordatione, præſentia in intuitu, futura in expectatio-
ne, illius eſſentiæ conparatū non eſſe eſt. Vivere namq; ejus, nec initium, nec finē, nec mutabilitatem
Eſai. 49. ullo modo ſentit. Unde & in prophetis ſcribitur; *Vivo ego, dicit Dominus,* & quidam ſanctorum; *Vivit
Dominus dicere auſi ſunt, id eſt, qui in ea vita vivit, quam nec initium cœpit, nec mutabilitas movet, nec
finis intercipit.* Noſtrū autem vivere, ortum & occaſum & mutabilitatem patitur: quamquā anima in-
mortalis ſit, tamen mutabilis eſſe dinoſcitur: quæ mutabilitas ei plerumq; pro morte adſcribitur. Un-
Gen. 1. 2. de & primo homini dictū eſt, *In quacunq; die comederis ex eo, morte morieris.* Non quod ſtatim ut præ-
ceptum Domini eſt transgreſſus, carnis ſit morte multatus, ſed quia ab ea ſanctitate, in qua Deo pro-
ximus ſtabat, per animi mutabilitatē ſit longè digreſſus. Porrò ejus regnare à noſtro regnare, non mi-
nus quàm ejus eſſe à noſtro eſſe, & ejus vivere à noſtro vivere diſtat: quippe cujus eſſentia ſicut ſemper
habuit eſſe & vivere, ita etiam & regnare. Noſtrum n. regnare à noſtro eſſe & vivere præceditur, à no-
ſtro interire ſucceditur: quæ dum ita ſe habeant, magnæ præſumptionis eſt, Deum ſibi quempiam
Pſalm. 89. dicere conregnare: cum hoc nec David dicere auſus eſt, de quo Dominus dixit, *Inveni virum ſecun-
2. Paral. 1. dum cor meum:* & illud, *Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo linivi eum:* nec Salomō, cui à Do-
Prov. 30. mino dictum eſt, *Sapientia & ſcientia data ſunt tibi, divitias autem, & ſubſtantiam & gloriam dabo ti-
bi, ita ut nullus in regibus nec ante te nec poſt te fuerit ſimilis tui:* qui de ſe quoq; ipſe loquitur confiden-
ter, *Deus docuit me ſapientiam, & intellectum ſanctorum cognovi.* Nec quiſquā de regibus, nec de his,
quos meritorum prærogativa ſuffultos, nec de his, quos ſuperbia uſos fuiſſe Scriptura conmemorat,
tale quid legitur dixiſſe. Interea conſyllaba in conponendis verbis ſecundum eos, qui literariæ ſoller-
Levit. 8 tiam diſciplinæ non neſciunt, penè nihil aliud quàm ſimul ſignificat ut eſt, *Congregetur omnis Eccleſia
Dan. 3. Iſrahel:* &, *conveniat ad diem feſtum,* id eſt, ſimul in gregem glomeretur, ſimul veniat: & Apoſtolus, *Si
Rom. 8. tamen conpatiamur, ut & ſimul glorificemur,* id eſt, conglorificemur; & illud, *Super vitrei marginē fon-
tis uterq; conſedit,* id eſt, ſimul ſedit: & *conſeſſor* dicitur ſimul ſedens. *Simul* namq; quædā juxta eos, qui
ſagaciſſimæ logicæ arcana ſcrutantur, tribus modis dicuntur: tempore, naturâ, & genere. tempore, ut
ait beatus Auguſtinus, cum quælibet ſimul exiſtunt uno tempore vel apparent, ita ut neutrum de duo-
bus vel prius ſit, vel alterum conſequatur, ſed utriq; ortus videatur eſſe communis. Secundum quem
modum, nobis ſimul minimè regnare dicendus eſt: quippe cum ille ſit ſempiternus, nos temporales.
Ille ſine initio, nos cum initio. Naturâ, cum quædā naturaliter ſimul ſunt, nullum tamen eorum præeſt
alteri: ut vèrbi gratia ſimplum & duplū ponamus, neceſſe ſimul eſſe naturaliter: ſed neq; duplum facit
ut ſimplum ſit, neq; ſimplum efficit duplum. Sed nec ſecundum hunc modum nobis ſimul regnare di-
ci poteſt: cum tot diſtantiis natura ejus noſtræ naturæ prior ſit, totq; modis creatrix creatā præcedat.
Genere, quotiens ex eodē genere manantia ſimul videntur eſſe natura, ſed ſpecie diſcernuntur, ut eſt
animal. Nam & pedeſtre & aquatile animal dicitur, ſed ſpecie diſcernitur: nullumq; alteri aliud prius
eſt, ſed ſimul omnia ab animali, id eſt, ab uno genere orta noſcuntur. Qui tertius modus non minus
quam præcedentes duo, cum nobis ſimul regnare reluctatur: cū nullatenus natura noſtra & ejus qua-
dam ſubſtantiæ unitate conjuncta dinoſcatur, & quadam ſpecie diſcernatur: qui dum per potentiam
divinitatis ubiq; ſit, tamen non alicui conregnare dici recte poteſt. Aliud eſt enim ubiq; eſſe, aliud cū
quoquam ſimul eſſe: aliud ineffabiliter regnare, aliud cuiquā conregnare. Conregnare igitur & con-
ſedere & plurima hujuſcemodi ſi abſolute proferantur, nec quiſquam cuiquam conſedere vel conre-
gnare dicatur, ſimul duos vel plures conregnare vel conſedere deſignat: Si vero quis cuiquam conre-
gnare vel conſedere dicatur, ſignificat eum præcedere cui conregnatur vel conſedetur: illum verò
Rom. 6. ejus participem fieri, qui conregnat & conſedet, dicente vaſe electionis Paulo, *Conſepulti eſtis Chriſto:*
Coloſſ. 3. & iterum, *ſi conſurrexiſtis Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite.* Unde datur intellegi eum præcedere, qui ſe-
pelitur & ſurgit: eos verò participare ei cui conſepeliuntur & cōſurgunt. Niſi enim redemptor huma-
ni generis pro nobis ſepultus fuiſſet & reſurrexiſſet, nos ei conſepeliri & conreſurgere minime pote-
ramus. Quo documento colligitur, à cautela remotū eſſe, Deum nobis dicere conregnare: qui nō no-
bis in regnando participat, ſed ſicut omnium auctor eſt, ita omnes in eſſe, vivere & regnare præcedit.
Quod ſi forte contentioſus quis hujus verbi aſtruere tentans errorem, ea quæ ſecundū formam ſervi
de unigenito Dei filio dicta ſunt in teſtimonium trahat, dicens, Quur non conregnet nobis cui, ſecū-
dum Apoſtolum, conpatimur, conſepelimur, convivificamur, conſurgimus? cujus promiſſionis co-
hæredes & concorporales & conparticipes ſumus in eodem Jeſu Chriſto per Evangeliū, in quo Deus
Act. 1. coexcitavit nos ſimulq; fecit ſedere in cœleſtibus: de quo & Evangeliſta dicit, *Conveſcens elevatus eſt:*
Marc. 16. & iterū, *Illi autem profecti prædicaverunt ubiq; Domino cooperante* Perpendat abſterſa nebuloſæ men-
tis caligine, nō hoc ex ſua divinitate, ſed ex noſtra humanitate eſſe in quo nos ei conpatimur, cōſepe-
limur, convivificamur. Sicut n. pati, ſepeliri, veſci, in quo nos ei conſepelimur, cōpatimur, & ille nobis
conveſcens dictus eſt, propriè humanū eſt: ita & regnare propriè divinū eſt, pſalmiſta adteſtante, qui
Pſalm. 148. ait, *Exaltatū eſt nomen ejus ſolius,* & iterū, *Domini eſt regnum & ipſe dominabitur gentium:* & idē, *Regnum
Pſalm. 22. tuū Domine regnū omniū ſeculorū, & dominatio tua in omni generatione & progenie.* Dicimur n. & nos
Pſalm. 145. regnare ſed abuſivè nō propriè. Nā regnare, inmortalē & veracē eſſe illi eſt naturale: cæteris verò qui
hæc conſequūtur, illius largitione eſt adtributū, qui verè regnat, ſolus inmortalis & verax eſt, doctore
Rom. 3. gentiū prædicante, qui ait, *Eſt n. Deus verax, omnis autē homo mēdax:* & rurſus, *Qui ſolus habet inmor-
1. Tim. 3. talitatē.* nō quo, ut ait beatus Hieronymus, & angeli & cæteræ rationales creaturæ inmortalitatē non

habeant,

habeant, & veritatis ſint amatores: ſed quo ille ſolus naturaliter ſit & inmortalis & verax, cæteri ve-
rò inmortalitatem & veritatem ex largitione illius conſequantur: & aliud ſit habere per ſemet, aliud
in poteſtate donantis eſſe quod habeas. Si ergo rectè dici poſſumus Deo commori & conpati,
qui immortalis & inpaſſibilis eſt: ita & rectè dici poteſt Deus nobis conregnare. Et ſi illud mani-
feſta ratione dici contemnitur, & iſtud prudenti indagatione repudiatur. Conpatimur enim Chri-
ſto quando in ejus amore, qui pro nobis crucis paſſionem perpeſſus eſt, carnem noſtram crucifigi-
mus, id eſt, mundum cum vitiis & concupiſcentiis, & morimur mundo, & conmorimur Chriſto, &
ſic carnem, id eſt, corpus crucifigimus, ut deſideria ejus calcemus. Conſepulti enim ſumus cum illo
per baptiſmum in mortem, ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis per virtutem patris: ita
& nos in novitate vitæ ambulemus: & ſic baptizati conſepulti ſumus ei, ut decetero hanc vitam ſe-
quamur, in qua Chriſtus reſurrexit. baptiſmus reſurrectionis pignus eſt & imago, ut jam in præce-
ptis Chriſti manentes, ad præterita denuo non revolvamur. Convivificamur autem & conſurgimus
ei, ſi ſimilitudini mortis ejus ſumus conplantati, id eſt, ſi in baptiſmo omnia vitia deponentes in no-
vam vitam tranſlati decetero non peccemus. Similitudo enim mortis ſimilem præſtavit reſurre-
ctionem. Cohæredes autem & conpeticipes ejus ſumus, non quo aliqua inter nos poſſeſſio divi-
datur, ſed quo ipſe ſit Dominus, hæreditas noſtra atque poſſeſſio. *Dominus quippe, ait, hæreditas ve-* Deut. 18.
ſtra eſt: & alibi, *Dominus pars mea & hæreditas mea*. Concorporales enim, quia quamquam diverſas Pſalm. 16.
habeant gratias hi qui in Chriſto crediderunt, in uno tamen ſunt Eccleſiæ corpore conglobati. Si- Eccle. 45.
mul ergo ſanctos fecit ſedere cum Chriſto in cæleſtibus, non quo ei ſancti conſedeant, quamdiu in
hoc mundo ſunt & peregrinantur ab eo, ſed quo juxta præfati doctoris ſententiam, mos iſte ſit Scri-
pturarum, ut interdum futura tempore præterito declinentur per ſchema, quod dicitur prolepſis t
verbi cauſa de cruce Domini, *Foderunt manus meas & pedes*: & alibi de paſſione ejus, *Quaſi ovis ad* Pſalm. 22.
victimam ductus eſt: vel certe ſecundum ſpiritalem ſenſum, quo modo nequaquam in carne ſancti Eſai. 53.
ſint, cum vivant in carne, & habeant converſationem in cæleſtibus, cum gradiantur in terra, caro eſſe
deſiſtentes, toti vertantur in ſpiritū: ita eos in cæleſtibus ſedere cum Chriſto. regnum quippe Dei in-
tra nos eſt, & ubi fuerit theſaurus noſter, ibi erit & cor noſtrum: firmique & ſtabiles ſedemus cum
Chriſto, ſapientia, verbo, juſtitia, veritate. *Prædicabant autem Apoſtoli Domino cooperante*, id eſt, ad Marc. 16.
bona opera exercenda eis adminiculum præbente: & idcirco tantam vim illorum operatio habuit, ut
ad eorum prædicationem tot milia hominum crederent, & naturæ viribus fractis & mortui vitam,
& cæci oculos, & ſurdi aures acciperent. Cooperatur enim Dominus omnibus ſanctis, ſecundum
Apoſtolum, qui dicit, *Factus ſum miniſter ſecundum donum gratiæ, quæ data eſt mihi juxta operationem* Coloſſ. 1.
virtutis ejus. Peccatoribus autem inquantum peccant, neque cooperari, neque conregnare ullo mo-
do credendus eſt. Si ergo & illud quod Apoſtolus dicit, *Si ſuſtinuerimus & conregnabimus*, putat ſibi 2. Tim. 2.
aliquod adminiculum in hac parte præſtare, ſentiat hoc ab eo quod ille dicit, tripertita ratione diſta-
re, id eſt, perſona, tempore, merito: perſona, quia non ille ſanctis, ſed illi ſancti conregnaturi dicun-
tur. Tempore, quia non conregnaſſe, nec conregnare, ſed conregnaturi dicuntur. Merito, quia
non quilibet, ſed ſolummodo ſancti ei conregnabunt. Ait enim, *Si ſuſtinuerimus & conregnabimus*, 2. Tim. 2.
id eſt, ſi in hoc ſæculo ſuſtinuerimus, in futuro conregnabimus: vel certe poſt judicium, cum jam
eum non per ſpeculum & in ænigmate, ſed facie ad faciem contuebimur. Nam ſi adhuc in hoc
mundo ſumus, adhuc ſuſtinemus: Si adhuc ſuſtinemus, necdum conregnamus. Si igitur adhuc
in hoc mundo ſumus, necdum conregnamus. Deinde ſi conregnamus ei, jam venit quod perfe-
ctum eſt: ſi jam venit quod perfectum eſt, jam evacuatum eſt, quod ex parte eſt. Non autem eva-
cuatum eſt, quod ex parte eſt, non igitur conregnamus ei. Si ergo ſancti quam diu in hoc mundo
ſunt non conregnant ei: multo minus ille conregnat eis, cujus eſt regnum & imperium, & cujus re-
gni non erit finis: & ſi ſanctis non conregnat, nullo modo peccatoribus conregnare dicendus eſt.
Quando autem ſancti ei conregnabunt, Apoſtolo Joanne docente didicimus. Ait enim, *Chariſſimi*, 1. Joan. 3.
nondum adparuit quod erimus: ſcimus quoniam cum adparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus
eum ſicuti eſt; ut dum adparuerit quod erimus, id eſt, inmortales & glorioſi, in quo ſimiles ei erimus.
Similes dixit, non æquales. Similes videlicet non in corporis ſimilitudine, ſed in interiore homi-
ne, dicente beato Auguſtino in epiſtola ad Italicam virginem; *Quis autem dementiſſimus dixerit cor-*
pore nos vel eſſe vel futuros eſſe ſimiles Deo? in interiore igitur homine iſta ſimilitudo eſt. Videbimus ergo
eum ſicuti eſt, cum ſecundum ſuam pollicitationem diligentibus ſe manifeſtaverit ſe ipſum ſine fine
exiſtente: in quo Deum videbimus infinite, celebrantes perpetui Sabbati ſolennitatem, dicente no- Pſalm. 46.
bis Domino; *Vacate & videte, quoniam ego ſum Dominus*, quæ omnia non antea conplebuntur in ſan-
ctis, niſi juxta Apoſtolum cum mortale hoc induerit inmortalitatem, & corruptibile hoc veſtierit in-
corruptionem. Nam ſi conregnamus ei, jam adparuit quod erimus: ſi jam adparuit quod erimus,
jam ſimiles ei ſumus: ſi jam ſimiles ei ſumus, jam videmus eum ſicuti eſt: Non autem videmus eum
ſicuti eſt, nondum igitur conregnamus ei. Regnat ergo ille in nobis, non conregnat nobis: regnat
videlicet, ſecundum beati Auguſtini ſententiam, in credentibus, quia uſque ad crucem & mortem in-
firmatus eſt: hoc autem modo filius propriè regnat in fide credentium. Non enim pater dici aut cre-
di poteſt vel incarnatus, vel judicatus, vel crucifixus. per ſpeciem autem qua æqualis eſt patri, re-
gnat in contemplantibus veritatem, non conregnat nobis: quia ſcilicet non participat nobis in re-
gno. Ipſius enim propriè regnum eſt, ſicut ſuperius diſputavimus. Nondum enim conregnamus ei,
quamdiu hujus mortalitatis tunica induti ſumus: quod tunc nos facturos eſſe, per ejus miſericordiam

 ſpera-

ſperamus, cum ſecundum contemplationem ſupernæ veritatis ad obtinendam beat[illegible]
motu animi, nulla parte corporis reſiſtente, nemine amante propriam poteſtatem, erit Deus [illegible]
in omnibus.

CAPUT II.

De eo quod Conſtantinus & Herena in epiſtola ad venerabilem Papam Apoſtolicæ ſedis Adrianum directa ſcripſerunt, Elegit nos Deus, qui in veritate quærimus gloriam ejus.

SECUNDUM veritatis ſententiam, qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quęrit. Quam prorſus hi, qui in adorandis imaginibus exarſerunt, adeo videtur quærere & amplecti, ut prodeceſſores ſuos vel parentes cum actibus eorum non vereantur aſpernari. Deſpectis enim illis atq; ſpretis, jactant ſe in veritate gloriam Dei quærere, quos utiq; recte ſperuunt ſi ab ea veritate quæ dixit, *E-
Joan. 14. go ſum via, veritas & vita*, nullatenus deviaverunt. qui ideo *via* dicitur, quia per incarnationem bonis
præbet vivendi exemplum. Dicitur etenim *veritas* Chriſtus propter judicium quod in veritate exercet, ſive quod in eo falſitas ulla penitus inveniri non poſſit. *Vita* propter deitatem, per quam eſt vitæ origo atq; ei omnia vivunt. Eſt enim recte ambulantium via ad vitam ducens æternam: à qua via nos deviare Propheta diſſuadet cum dicit, *Adprehendite diſciplinam ne quando iraſcatur Dominus & per-
Pſalm. 2. eatis à via juſta*. Cui viæ de qua idem ſanctus dicit, *Quoniam novit Dominus viam juſtorum*, auctor
Pſalm. 1. mortis contrarius eſt, de quo ſubjungitur, *Et iter impiorum peribit*. Nam ſi a veritate receſſerunt,
Ibid. mendacio adhæſerunt: mendaces effecti ſunt. Si igitur à veritate receſſerunt, mendaces effecti ſunt
Ergo ſecundum denominativorum regulam ut a veritate verax, a juſtitia juſtus, à pietate pius, à bonitate bonus: ita è contrario à mendacio mendax dicitur. Nam cum mendaces veritatem docere aut vix aut numquam poſſint, mirandum eſt unde hi tam veraces tamq; veritatis ſectatores effecti ſint: qui videlicet ſecundum ſuam opinionem a mendacibus docti & geniti ſunt. Non ergo gratiam Dei in ea veritate quærunt, de qua pia veritas & vera pietas dixit, *Si permanſeritis in verbo meo, cognoſcetis veri-
Joan. 8. tatem, & veritas liberabit vos.* Sed in imaginibus artificum induſtria formatis, quæ ſpectatores ſuos
plerumq; ob rerum geſtarum memoriam inducunt in admirationem, adoratores vero ſemper in errorem. Non enim mediocris eſt error cum aliud adoratur religionis cultu, quam is qui dixit, *Domi-
Deuter. 6. num Deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies*. Veritas ſemper intemerata & inviolata perſeverans u-
nius modi eſt. Iſtæ vero pro voluntate artificis plura ſe demonſtrant agere cum nihil agant. Nam cum videntur homines eſſe cum non ſint, pugnare cum non pugnent, loqui cum non loquantur, audire cum non audiant, cernere cum non cernant, innuere cum non innuant, palpare cum non palpent, & hujuſcemodi, conſtat figmenta artificum eſſe, non eam veritatem de qua dictum eſt, *Et veritas libera-
Joan. 8. bit vos*. Imagines namq; eas ſine ſenſu & ratione eſſe, verum eſt: homines autem eas eſſe falſum eſt.
quas & ſiquis ſecundum æquivocorum rationem homines dici poſſe adfirmet, ut Auguſtinus fuit ſummus Philoſophus, & Auguſtinus legendus eſt, & Auguſtinus pictus in Eccleſia ſtat. & Auguſtinus illo loco ſepultus eſt, animadvertat hæc omnia quamquàm ab uno fonte, id eſt Auguſtino proceſſerint, hunc ſolum fuiſſe verum Auguſtinum, de quo dictum eſt *ſummus philoſophus*, cetera vero aliud eſſe codicem: aliud imaginem, aliud corpus ſepultum. Inter hominem autem pictum & verum, hoc principaliter intereſt, quod unus illorum eſt verus, alter falſus: nec uſpiam niſi in nominis ſocietate junguntur. nam cum hic verus ſit, qui hac definitione definiri poteſt ut dicatur, animalis, rationalis, mortalis, riſus ſenſusq; capax, neceſſario ille falſus habendus eſt, qui horum nihil habet: & ſi ille, qui iis omnibus caret falſus non eſt, nec ille verus eſt, qui iis omnibus regulis ſubjacet. Ecce cernuntur plures ſtare imagines; quarum quædam ſunt colorum fucis conpaginatæ, quædam auro argentove conflatæ quædam in ligno cælatoris ſcalpello figuratæ, quædam in marmore inciſæ, quædam in gypſo vel teſta formatæ. in quibus quidem quantum in illis eſt, & imaginis ſimilitudo, & ſuperſcriptio nominis una eſt: verbi gratia & imago Pauli eſt, & ſuperſcriptio, *ſanctus Paulus*. Sciſcitandum ab eis eſt, qui tanto errore laborant, ut eas pro arbitrio ſuo & veritatem & ſanctas & veras, & non potius ſecundum venerabilium patrum traditionem ſanctorum imagines dicunt, quæ cunctis conparata ſanctior vel verior, quæ omnium ſanctiſſima aut veriſſima eſſe credenda eſt, quas dum eos æquales dicere pro materiarum & magnitudinum vel operum diſcretione ratio non permiſerit, & quaſdam quibuſdam ſanctiores, & quarundam ſanctiſſimas fateri conpeſcuerit, profiteri conpelluntur ſecundum veritatis indagatricem rationem, nec veritatis capaces nec ſanctas dici debere: quoniam quidem & precio ſunt inæquales. quo ſibimet per conparationis gradus præferuntur, & ſanctitatis & veritatis merito æquales, qua omnes omnino carent. Sicut enim pretioſa imago pretioſiorem & pretioſiſſimam admittit, ita ſancta & vera ſanctiorem & veraciorem, ſanctiſſimam & veraciſſimam poſſet admittere, ſi tamen eſſet poſitivus gradus a quo conparativus & ſuperlativus valerent emergere. Eſto, ineſt depictæ imagini ſanctitas: ubi antequam fieret fuit? an in ligno quod ex ſilva ad uſus ſumitur, cujus reſiduum ignibus mancipatur? an in coloribus, qui pleruinque rebus inpuris conficiuntur? an in cera quæ & colorum & ſordium capax eſt? Si in ligno, cur id quod ſecure retundente, aſcia remordente, rumcina radente abſtrahitur, rogo conſumptum, in favillas redactum, aut de coloribus manu artificis in diverſa dilapſum, aut de cera nimio calore ignis liquefactum guttatim deſtitutum perit, cum ſanctitas perire neſciat? Aut ſi in his quæ exſecuti ſumus ſanctitas non eſt, & re vera non eſt, quærendum unde ei poſtquam ex pluribus materiis conpaginata eſt, ac

cedat : quæ dum neq; per manus inpoſitionem, neq; per aliquam canonicam conſecrationem ei acce-
dere inveniatur, nec ineſſe credenda eſt. Quæ ſi ineſſet, quæri poterat, utrum ea vetuſtate fatiſcente
cum ea fatiſceret: an ad aliam quæ ex rudimentis conficeretur tranſiret? Nam ſi ei ineſſet, aliunde ve-
niret: ſi aliunde veniret, ad aliam tranſiret. Non autem ad aliam tranſit. Non igitur ei ineſſe credenda
eſt. Quæ dum ita ſe habeant, quisquis eas veritatem dicit, & in eis ſe gloriam Dei quærere aſſerit, lon-
ge à veritate diſceſſit. Non autem in imaginibus manufactis gloriam Dei David ſenſerat cum dicebat,
Super cœlos gloria ejus, neq; cæleſtis ille exercitus cum pſallebat, *Gloria in excelſis Deo*; ſed neq; in va- Pſalm. 113. Luc. 2.
ſtiſſima eremo populo Dei in quadam imagine gloria Domini apparebat cum dicitur, *Apparuit glo-* Exod. 15.
ria Domini: & illud, * *Operuit tabernaculum gloria Domini*. Multa enim contra hujus capituli non Levit. 9.
mediocre deliramentum ſecundum ſanctarum Scripturarum auctoritatem & ſecundum veritatis in- Num. 14. 16 20
dagationem dici poterant: ſed hæc breviter pro tempore dicta ſufficiant, nec ad alia properantibus * Exod. 40.
hæc obſtaculo ſint.

CAPUT III.

De eo quod Conſtantinus & Harena geſta vel ſcripta ſua Divalia *nuncupant.*

PRiscæ gentilitatis obſoletus error Chriſti adventu repulſus quoddam cernitur in his reliquiſ-
ſe veſtigium, qui ſe fidei & religionis Chriſtianæ jactant retinere faſtigium, qui & intra Eccle-
ſiam novas & ineptas conſtitutiones audacter ſtatuere affectant: & ſe *Divos* ſuaq; geſta *Divalia*
gentiliter nuncupare non formidant. Unde fit ut quod protoplaſti perpetravere florigera in ſede vi-
roſa ſerpentis promiſſione illecti, hoc iſti perpetrent in Eccleſia antiqui hoſtis fraude decepti: cum
videlicet & iſti per inanis gloriæ celſitudinem ſe *divos* nominare non renuant, & per avaritiæ rapaci-
tatem per quam vanæ laudis culmen adire tentant, Eccleſiæ novum aliquod inferre contendant. Qui-
cunque ergo alta plusquam ordo expoſcit appetit, & extraordinarie plus eſſe cupit quàm eſt, ab eo
qui humilia reſpicit & alta à longè cognoſcit dejectus, minus incipit eſſe, quàm eſt. Quod illorum ex-
emplo adprobari poteſt, quorum dum alter ſedem ſuam ab aquilone ponere diſponens, angelico ho-
nore & conſortio privatus tenebris caliginis hujus eſt deputatus: alter inobediens divinis præceptis
& eſſe cupiens ſicut Deus, delicioſiſſima ſede ejectus immortalitate amiſſa ad hujus mortalitatis
labores & ærumnas eſt deſtinatus. Quorum ſi vitandi ſunt caſus, fugiendi ſunt actus: ſi fu-
giendi ſunt actus, humilitatis amplectendus eſt uſus. Si igitur vitandi ſunt caſus, humilitatis ample-
ctendus eſt uſus, per quem cum cæteris bonorum operum inſtrumentis & di poſſumus fieri, ſicut ille
cui dictum eſt, *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*; & filii Dei, juxta illud quod ſcriptum eſt, *Quotquot* Exod. 7.
autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine ejus. Nam cum eſſen- Joan. 1. Pſalm. 95.
tialiter Deus dicatur creator omnium, juxta illud, *Quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus
ſuper omnẽ terram*: eſt alius modus quo abuſivè di & ſuperæ poteſtates & homines di vocantur, dicente
Apoſtolo, *Et ſi ſint qui dicantur di, ſive in cœlo, ſive in terra, nobis tamẽ unus eſt Deus pater*: & Pſalmiſta, 1 Cor. 8.
Ego dixi di eſtis: tertio namq; modo ſecundum ſacrilegam ſuperſtitionem aeriæ poteſtates di nuncu- Pſalm 82.
pantur, juxta illud, *Quoniã omnes di gentium dæmonia*. Nam primo modo nullus eſſentialiter Deus di- Pſalm. 96.
ci poteſt, niſi ille qui eſt ineffabilis, incommutabilis, ſempiternus, omnipotens, qui eſt ſummũ bonum
ſingularis apex, trinus in perſonis, unus in natura, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Se-
cundo modo & angeli & homines di dici poſſunt: ad quod dignitatis nomen non niſi Deo obœdien-
do, & humilitatẽ amplectendo, & arrogantiam ſpernendo, & ei per bonum opus inhærendo perveni-
tur. Tertius modus plures habet ſpecies: nam & dæmonia di à gentibus, & ſidera ſive plura de creatu-
ris mundi di putabantur & dicebantur; & mundanarum quarundam artium inventores, & urbium
conditores, vel ſceptra imperalia retinentes, poſt mortẽ in Deos credebantur transferri, & divi voca-
bantur, & ſimulacra illorũ di nuncupabantur. Quæ nomina aſpernato vero Deo, contempta humili-
tate, dæmonica vel humana ſibi arrogantia uſurpavit: quæ ita Chriſtianus odiſſe debet, ſicut odit au-
ctorem. quisquis n. auctorem mendacii ſprevit, mendacium ſpernere debet: & qui mendacium ſper-
nit, mendax quoq; nomen ſpernere debet. Qui igitur auctorem mendacii ſprevit, mendax quoq; no-
men ſpernere debet: auctor autẽ mendacii ille eſt de quo dictũ eſt, *Ab initio mendax fuit & in veritate* Joan. 7.
non ſtetit. Mendax nomẽ *Divale* non inmerito eſt, quod peccatores pro ſuis meritis æternis ſuppliciis
mancipatos divinitatẽ aſtruere nititur eſſe adeptos. Si ergo hujus nominis amatores hoc ad divinitatẽ
minime pertinere fatentur, audiant ipſos gentiles, qui hoc nomine familiarius in ſuis literis utebau-
tur, & *divos* pro dis, & *Deos* pro divis pene indifferenter ponere conſueviſſe: *divos* pro dis, ut eſt illud.

——*Tu das epulis accumbere divûm*: & iterum, Virgilius.
——*Quæ ſint ea numina divûm Flagitat.*—— id eſt, Deorum.
Deos autem pro Divis, ut eſt illud,
*An Deus immenſi venias maris, ac tua nautæ
Numina ſola colant.*——

Octaviano enim dictum eſt, quem poſt mortem in Divum transferri putabant. Ceſſet igi-
tur, ceſſet falſi nominis ambitio, deſtituatur antiqui erroris veſtigium, faceſcat cæcæ ſuperſtitionis
vocabulum, abdicetur procacis nominis ſupercilium, pellatur à fidelibus in divos transferendo-
rum hominum gentile mendacium. Jam veritas de terra orta eſt, jam ortus eſt fidelibus ſol juſti-
tiæ, jam qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam, jam habitantibus in regione umbræ mortis
lux orta eſt. Omnia falſa, veritate veniente, caſſata ſunt. Nam ſi falſorum Deorum gentilis opinio
falſa eſt, poſt mortem in divos transferendorum hominum fabula falſa eſt. At ſi poſt mortem in divos
transferendorum hominum fabula falſa eſt, divalis nominis nuncupatio vana eſt. Si igitur falſorum

deorum gentilis opinio falſa eſt, divalis quoque nominis appellatio vana eſt. Liquido ergo patet, rem
falſam falſum nomen habere, & falſo nomine eos, qui veritatis diſcipuli ſunt nuncupari non debere.
Nam etſi qui forte Catholici defunctos quoſque *divæ memoriæ* nuncupaſſe uſpiam reperiantur, ma-
nifeſtum eſt eos uſum fuiſſe ſecutos gentilitatis, ſicut nomina dierum & menſium gentilium vanita-
tibus plerunque nominantur. Sed hæc & his ſimilia Romana potius ambitio quam Apoſtolica admi-
ſit traditio. Nos denique qui & veritatis ſectatores, & ab ipſa veritate redempti ſumus, ſicut ſprevi-
mus gentilium deorum mendacium, ſpernere debemus gentilia vocabula, Apoſtolo docente, qui
2. Cor. 6. ait, *Quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conventio Chriſti ad Belial?* A qua conventione ipſo an-
nuente liberemur. qui nos ereptos de tenebris & umbra mortis, tranſtulit in regnum filii dilectionis
ſuæ, in quo habemus redemptionem in remiſſionem peccatorum.

CAPUT IV.

*De eo quod Conſtantinus & Harena in epiſtola ſua venerabili Papæ Adriano urbis Romæ ſcri-
pſerunt,* Rogamus tuam paternitatem & maximè Deus rogat, qui
nullum hominem vult perire.

QUi Deum ſibi *conregnare* procaciter, & ſua geſta *Divalia* ſuperbe & gentiliter dicere audet,
indubitanter & Deum, cujus eſt regnum & imperium, quempiam *rogare* dicere audebit: ut
dum ſibi temerariam celſitudinem prorogat, divinæ majeſtatis imperio quiddam derogare
contendat. Nec mirandum eſt cur ſua præſumat attollere, cum divina verbis indoctis nitatur ſubmit-
tere. Deus enim imperando lucem condidiſſe legitur, & aquas ab aquis diſcreviſſe, & limitem his, ne
denuo confunderentur, firmamentum poſuiſſe. & terram multigenis ſeminibus fœcundaſſe, & cæ-
lum ſplendiſſimis ſiderum fulgoribus perornaſſe, & aquas natatilibus, aera volatilibus compleviſſe, &
hominem ſive omnium rerum creationem patraſſe: & iſti dicunt, *Rogamus tuam paternitatem, & ma-*
Exod. 40. Num. 9. *ximè Deus rogat, qui nullum hominem vult perire.* De Moyſe legitur eo quòd *fecerit quod Dominus*
imperarat: & idem ſcribit, *Ad imperium Domini movebant caſtra filii Iſrahel, & ad imperium Domini*
ponebant ea & iſte dicit, *maximè quidē Deus rogat*: utpote qui incōmutabilis, ineffabilis, ſempiternus
eſt, & omnium viſibilium & inviſibilium naturam imperio creavit, imperioque gubernat, *rogare* inci-
piat. Quod quidem verbum non poteſtatis, ſed deprecationis eſt, non auctoritatis, ſed neceſſitatis,
non imperantis, ſed obſecrantis. Nam cum in Deo indigentia nulla ſit, & *rogare* obſecrantis ſit, & *ob-*
ſecrare indigentis, quiſquis igitur Deum rogare quid dicit, ei proculdubio indigentiā adſcribit. Cui ſi
indigentia ineſt, & neceſſitas. Si neceſſitas ineſt, omnipotentia deeſt. Omnipotentia autē illi eſt, igitur
indigentia deeſt. De eo enim ſcriptum eſt, *Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſupra cælos gloria e-*
Pſalm. 113. *jus.* Quòd ſi fortè ei convenire poſſe dicunt rogare, propter perſonam filii, qui ſecundum Apoſto-
lum *ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inven-*
Philip. 2. *tus ut homo*: audiant eum dicentem, *Lazare veni foras*: & iterum, *Tolle grabatum tuum & vade*: & i-
Joan. 11. terum, *Talita cumi*: & rurſus, *Adoleſcens tibi dico ſurge*, & cætera hujuſmodi, quæ non rogantis, ſed
Joan. 5. & 11. imperantis; non poſtulantis, ſed jubentis verba ſunt: cujus imperii poteſtatem in ejus nomine etiam
Marc. 5. Luc. 7. Apoſtolos legimus habuiſſe. Atenim Paſtor Eccleſiæ cum Æneam curaſſet, *In nomine Jeſu Nazare-*
Act. 3. *ni ſurge & ambula.* Ecce in nomine Jeſu Petrus imperat, & illi Jeſum rogare debere dicunt: ſervus
imperio in Domini nomine dat languido ſanitatem, & illi dicunt eum rogare debere ſacerdotem.
non hoc prudentiæ, ſed ſummæ amentiæ deputandum eſt. Qui ſi ad ſui erroris munimen illud fortè
Joan. 14. uſurpare velint, quod ipſa veritas dicit, *Ego rogabo patrem & alium paraclitum dabit vobis*: & illud,
Joan. 12. *Pater clarifica tuum nomen*: perpendant non eum hoc dixiſſe ſecundum divinitatem, in qua unius
Joan. 10. cum patre ſubſtantiæ æqualis patri permanet: de qua dicit, *Ego & pater unum ſumus*: ſed ſecundum
Joan. 1. Joan. 14. humanitatem, qua *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, & de qua dicit, *Pater major me eſt.*
Philip. 2. Qui dum in forma ſervi minor ſit patre, in forma Dei æqualis ei proculdubio creditur: unde & Apo-
ſtolus ait, *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*, id eſt, non ei fuit tanquam rapina, quaſi alie-
num appeteret: qui ſicut coæternus, ita coæqualis eſt patri: quem idem Apoſtolus verum hominem
Rom. 9. & verum Deum confitetur cum dicit, *Quorum patres, & ex quibus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus*
benedictus in ſecula. Cui ſi ſecundum illorum ſocordiam quempiam rogare neceſſe eſt, alicui ſubeſt:
& ſi alicui ſubeſt, non eſt ſuper omnia. Super omnia autem eſt: non igitur ei quempiam rogare neceſ-
ſe eſt. Audiant ergo, audiant hujuſce dicti auctores, quid beatus Ambroſius contra quoſdā fidei ho-
ſtes de hoc verbo dixerit: *Sed lectum eſt, quia rogavit. diſce diſtantiam, rogat quaſi filius hominis, impe-*
rat quaſi Dei filius. An non defertis hoc Dei filio, quod etiam Diabolus detulit, & vos majore ſacrilegio
derogatis? Ille dicit, Si filius Dei es, dic lapidi huic ut fiat panis. Ille dicit, impera: vos dicitis, obſecra. Ille
credit quod jubente Dei filio elementorum rerumque in adverſum natura vertatur: vos creditis quod niſi
roget Dei filius, nec voluntas ipſius impleatur. Hoc quidem pugione lorica fidei munitus eccleſiæ præ-
liator contra hoſtes fidei dimicavit. Inter quos quiſquis numerari formidat, talis dicti inſaniam fu-
giat. Dicat interea ſanctus Evangeliſta quid Dominus diſcipulis formidantibus, cum jam navicula
operiretur fluctibus, fecerit. *Tunc ſurgens*, inquit, *imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas*
Matth. 8. Marc. 4. *magna.* Dicat etiam quid Centurio Domino ad domum ſuam pergere & puerum curare diſponenti
Luc. 8. dixerit. *Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum: ſed tantū dic verbo, & ſanabitur puer meus.*
Matth. 8. O infauſta locutio! O exſecrabilis error! O ſuperbia tumorem potius quam fortitudinem ingerens,
inflationem potius quam vires augmentans! Centurio inludendum, flagellandum, paſſurum, mortem
guſtaturum, ad inferna deſcenſurum verbo tantum imperii puerum ſanare credit, & tu eum ſedentem
ad dexteram patris in cæleſtibus ſuper omnem principatū, & poteſtatē, & virtutē & dominationē &
omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro quempiam rogare dicis.
non igitur ei neceſſe eſt rogare qui cæleſtium, terreſtrium & infernorum creditur poteſtatem habere.

CAP.

CAP. V.

Quod non parvi ſit piaculi ſcripturas ſanctas aliter intellegere quam intellegenda ſunt, & ad hos ſenſus uſurpatas adcommodare quos illa non continent: ſicut in erronea ſynodo quæ in Bithinia, regnante Conſtantino, mediante Hærena matre ejus, reſidente Tharaſio Conſtantinopolitano epiſcopo geſta eſt.

SAcræ legis docente didicimus oraculo, quòd percuſſa petra, latices ſitienti profluxerint populo,
& eandem petram Chriſtum ſentire debere documento inſtituimur Apoſtolo. Qui dum ſit pe-
tra, cujus fluentis arentia corda inrigantur; & flumen, cujus impetus lætificat civitatem dei; &
fons vitæ, à quo credentibus perpetua vita manat; & panis cœleſtis, qui æternæ ſamis inediam à fide-
lium cordibus eradicat: quisquis ejus ſpiritales potus, & ſpiritales eſcas aliter quàm ille dat, perci-
pit, divinas videlicet ſcripturas alio ſenſu, & non eo quo à ſancto ſpiritu traditæ ſunt interpretari niti-
tur, ab ejus paſcuis alienus eſſe convincitur. *Eloquia namque domini* ait Propheta, *eloquia caſta, ar-* Pſalm. 12.
gentum igne examinatum: quorum caſtitatem ille procul dubio adulterina labe vitiare appetit, qui ea
ad extranei ſenſus conmixtionem ſociare contendit. Qui enim propter arrogantiæ & vanæ laudis
appetitum ad ſui erroris munimen aſtruendum, divinarum ſcripturarum adtrahit teſtimonium, quid
aliud facit niſi caſtitatem divini eloquii probroſe captivat in adulterium? & argentum igne divini
ſpiritus examinatum ad aliorum metallorum, id eſt, extraneorum ſenſuum, protrahit inquinamen-
tum. De talibus dominus ita queritur per prophetam, *Dedi eis argentum & aurum, & illi fecerunt* Oſe. 2.
Baal: id eſt, ſpiritalis intelligentiæ dignitatem & eloquii venuſtatem ad pravorum ſenſuum & inanis
gloriæ verterunt inmanitatem. Nam cum legiſlator dicat, *In dextera domini ignea lex*, mirandum eſt Deuter. 33.
quantæ ſint hebetudinis, qui nec ejus mulceotur candore, nec ejus terrentur ardore. Sicut enim eos
qui ad eam intellegendam puro ſenſu & devota mente accedunt, perluſtrat ſui ſplendore candoris, ita
è contrario qui ad eam ſibi temere uſorpandam adpropinquaot, perurit ſui magnitudine ardoris. Sic-
que qui ei inhærent humili mente & ſacratis ſenſibus, greſſus habent munitos in præſentis vitæ ſtadio
illius lampadis inluminatione: illi verò qui eam petunt cum extraneis & temerariis ſenſibus, æterni
ignis cremantur aduſtione: quod figuratum eſt in quatuor filiis Aaron. Nam cum Eleazar & Itamar
juxta inſtitutionem Moyſi ignem ſanctuarii domino offerentes ſacerdotalis infulæ dignitatem inde-
pti ſunt: Nadab verò & Abiu ignẽ alienũ domino offerre nitentes, ſormidoloſiſſime atrociſſimo mor-
tis genere multati ſunt. quorũ quisquis vult vitare periculum, debet fugere exemplum. Quem ergo,
quem in hoc facto qui bene dicta male interpretari arripiunt, imitantur? niſi eum qui quod de ſim-
plici viro juſto dictum eſt, in mediatore dei & hominum ioterpretari conatur, cum dicit. *Scriptum* Math. 5.
eſt enim, Quoniam angelis ſuis mandavit de te ut in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ut enim validius eſſet ſui tentamenti argumentum, divinorum apicum traxit exemplum, quo
libentius abhauriretur ſuæ tentationis poculum, ſi ſanctarum ſcripturarum haberet condimentum.
Nam niſi interpretandis ſcripturis imitandus eſt, & in facilibus tentamentis ſequendus: Et ſi in falla-
cibus tentamentis ſequendus eſt, & io cæteris moribus amplectendus: non autem in ceteris mori-
bus amplectendus eſt: non igitur in interpretandis ſcripturis imitandus. Ait enim beatus Hierony-
mus. *Male diabolus ſcripturas interpretatur:* Siquidem & hæretici & ſcismatici, qui ejus utiq; ſequa-
ces ſuot, male divinas ſcripturas intellegunt, pejus interpretantur, peſſime vero obſervant. Catholici
autem veritatis eruditi exemplis & antiqui hoſtis reſiſtunt tentamentis, & hæreſeorum obſiſtunt ma-
chinamentis, & divini verbi manna puro & ſano ſenſu ſuſcipientes, ejus dulcibus aluntur alimentis:
quibus non inportune collectum manna vermes ebullit, id eſt, non ejus conſcientiæ archana, & ſen-
ſuum intima, ſuperbiæ ſtimulis conſodit. Diſcuſſis itaq; quæ vel arroganter vel indoctè à Conſtan-
tino & Hærena ad venerabilem Papam urbis Romæ Adrianum ſcripta ſunt, ſive quam breviſſime di-
geſtis qualiter ſcripturæ ſanctæ non aliter intellegeodæ, vel interpretandæ, vel pro ſuo cuiq; arbitrio
proprio ſenſui adcommodandæ ſint, ſed ſecundum ſanam ſobriamq; doctrinam intelligi debeant:
nunc teſtimoniorum ordinem qui à ſanctis ſcripturis ſive à ſanctorum patrum tractatibus digeſtus
eſt, & inordinate ſive non propriè ab his qui in præfata ſynodo ſediſſe noſcuntur, uſurpatus, ordine
competenti domino favente exſequamur: ponentes duntaxat ſummatim quid ſanctorum patrum de
his definierit ſententia, vel quomodo à venerabilibus viris prolata ſint, quæ ad ſuum errorem aſtruen-
dum illorum adglomeravit amentia: quibus pro tempore in præſeotib. duobus primis voluminib.
enumeratis, quid proprio ſenſu minus doctè & contra ſanctorum patrum inſtitutionem ob adoran-
darum imaginum ſuperfluam protulerint conſtitutionem, ſequentium duorum librorum ſeries do-
mino annuente diſcutiet, præmittentes in ſequenti capitulo, qualiter ſancta Romana eccleſia inter
cæteras eccleſias maxime venerationi habita, pro cauſis fidei ſit conſulenda.

CAP. VI.

Quod ſancta Romana, Catholica & Apoſtolica Eccleſia cæteris eccleſiis prælata, pro cauſis fidei, cum quæſtio ſurgit, omnino ſit conſulenda.

ANtequã diſcutiendorũ teſtimoniorum, quæ abſurde orientales in ſua ſynodo taxaverunt, ſylvam
ingrediamur, dignũ duximus, ut qualiter ſancta Romana eccleſia ceteris eccleſiis à Domino præ-
lata, & à fidelibus conſulenda ſit, proſequamur: præſertim cum non ab aliis ſcripturis, niſi ab his, quas
illa inter canonicas recipit, teſtimonia ſint ſumenda: nec aliorũ doctorũ, niſi eorũ qui à Gelaſio, vel
cæteris illius ſanctæ ſedis pontificibus ſuſcepti ſunt, dogmata ſint amplectenda: nec aliter atq; aliter
pro cujuslibet arbitrio, ſed ſanè ſobrieq;, quæ ab illis dicta ſunt, ſint intellẽgenda. Ait n. B. Auguſtin.

cum inſtitueret, quæ ſcripturæ eſſent recipiendæ vel qualiter intelligendæ: *Erit igitur divinarũ ſcripturarum ſolertiſſimus indagator, qui primò totas legerit notasq́; habuerit ſcripturas, etſi nondum intellectu, jam tamẽ lectione, duntaxat eas, quæ appellantur canonica. Nam cæteras ſecurius leget, fide veritatis inſtructus, ne præoccupent imbecillum animum, & periculoſis mendaciis atq; phantaſmatis eludentes præjudicent aliquid contra ſanam intellegentiam. In canonicis autem ſcripturis eccleſiarum catholicarum quamplurimum auctoritatẽ ſequatur: inter quas ſane illa ſunt quæ apoſtolicas ſedes habere & epiſtolas accipere meruerunt.* Nam cum hic cunctis per orbem conſtitutis ſedib. apoſtolicas generaliter præferat ſedes, multo magis illa omnib. præferenda eſt, quæ etiam cæteris apoſtolicis ſedib. prælata eſt. Sicut igitur cæteris diſcipulis apoſtoli, & apoſtolis omnib. Petrus eminet: ita nimirum cæteris ſedib. apoſtolicæ, & apoſtolicis Romana eminere dinoſcitur. Hæc n. nullis ſynodicis conſtitutis cæteris eccle-

Matth. 16. ſiis prælata eſt, ſed ipſius domini auctoritate primatum tenet, dicentis, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferni non prævalebunt adverſus eam: & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunq́; ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq́; ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Cui non incongrue B. Pauli doctoris gentium eſt adtributa ſocietas, ut illius ſanctæ eccleſiæ omnino firmaretur auctoritas: quatinus altero ad piſcandas animas electo ex piſcatore, altero ad muniendam eccleſiam ex perſecutore: ut in altero Dei filii vera confeſſio, in altero appareret divini verbi ſacra prædicatio: cum alteri conceſſerit idem dei filius claves regni cælorum, alteri clavem aperiendorum legalium verborum: utriq; tamen virtutem ſignorum, quo alter ad eum cruce, alter gladio pergens, fidelibus arrabonem corporalis ſarcinæ relinquentes, & exempli fulgore, & verbi decore, & ſancto cruore ſupradictam eccleſiam Romanam ei dicarent, quam ſupra ſoliſſimam petram fundatam nec deſcendens pluvia, nec venientia flumina, nec flantes venti ruere compellerent. Hæc ergo ſanctæ fidei ſpiritalib. munita armis, & à fonte lucis & origine bonitatis, ſalutarib. ſatiata fluentis, & horrendis atrocibusq; hæreſum obſiſtit monſtris, & melliflua prædicationis pocula catholicis per orbem miniſtrat eccleſiis. Nam beatiſſimus Hieronymus vir divinis legib. & multarum linguarum peritia eruditus, dum Bethleemiticis moraretur in arvis, & à B. Papa Damaſo Romæ poſito de difficilib. conſuleretur quæſtionibus, cum pro cauſis fidei verſa vice conſuluiſſe dinoſcitur, & ſive tacendarum ſive dicendarum hypoſtaſeon, vel quibus in orientalibus partibus communicare debeat humillimis apicibus ut apices accipiat deprecatur. Mira res & magnis prædicanda præconiis. Interrogat à quo interrogatur: conſulit à quo conſulitur: qui magiſtrum ſe in interpretandis divinis ſcripturis ſentit, in cauſis fidei venerandi pontificis ſe diſcipulum minime erubeſcit: & cui ſacræ legis quæſtionum nexus enodat, utrum hypoſtaſis dicere debeat, quibusve in oriente communicare, efflagitat. Unde datur intellegi, ſanctos & eruditos viros per diverſas mundi partes prædicationis & ſcientiæ lampade coruſcantes, non ſolum à S. Romana eccleſia non receſſiſſe, ſed etiam tempore neceſſitatis ob fidei corroborationem ab ea adjutorium inploraſſe. Quod regulariter, ut præfati ſumus & exemplis docuimus, omnes catholicæ debent obſervare eccleſiæ, ut ab ea poſt Chriſtum ad muniendam fidem adjutorium petant, quæ non habens maculam nec rugam & portentuoſa hæreſum capita calcat, & fidelium mentes in fide corroborat. A cujus ſancta & veneranda communione multis recedentib. noſtræ tamen partis nunquam receſſit eccleſia, ſed ea apoſtolica eruditione inſtru-

Jacob. 1. ente, & eo *à quo eſt omne donum optimum & omne datum perfectum*, tribuente, ſemper ſuſcepit reverenda chariſmata. Quæ dum à primis fidei temporib. cum ea perſtaret in ſacræ religionis unione, & ab ea paulo diſtaret, quod tamẽ contra fidẽ non eſt, in officiorum celebratione, venerandæ memoriæ genitoris noſtri inluſtriſſimi atq; excellentiſſimi viri, Pipini regis cura, & induſtria ſive adventu in Gallias reverentiſſimi & ſanctiſſimi viri Stephani Romanæ urbis antiſtitis, eſt ei etiã in pſallendi ordine copulata: ut non eſſet diſpar ordo pſallendi, quibus erat compar ardor credendi: & quæ unitæ

* al. modulaminis. erant unius ſanctæ legis ſacra lectione, eſſent etiã unitæ unius * modulationis veneranda traditione: nec ſejungeret officiorum varia celebratio, quas conjunxerat unicæ fidei pia devotio. Quod quidẽ & nos, conlato nobis à deo Italiæ regno fecimus, S. Romanæ eccleſiæ faſtigium ſublimare cupientes, & reverentiſſimi papæ Adriani ſalutaribus exhortationibus parere nitentes: ſcilicet ut plures illius partis eccleſiæ, quæ quondam apoſtolicæ ſedis traditionem in pſallendo ſuſcipere recuſabant, nunc eam cum omni diligentia amplectantur: & cui adhæſerant fidei munere, adhæreant quoq; pſallendi ordine: quod non ſolum omnium Galliarũ provinciæ, & Germania, ſive Italia, ſed etiam Saxones & quædam Aquilonaris plagæ gentes per nos, Deo annuente ad veræ fidei rudimenta converſæ, facere noſcuntur, & ita B. Petri Sedem in omnibus ſequi curant, ſicut illò pervenire, quò ille clavicularius exſtat, deſiderant. Ad quam beatitudinem nos pervenire, & in ſanctæ eccleſiæ conſortio & unione ille nos faciat perſeverare, qui eccleſiam ſuam in Petro dignatus eſt fundare: & ipſo interveniente, cujus cathedræ ſumus ſequaces, regni cœlorum, cujus ille claviger factus eſt, mereamur effici compotes.

CAP. VII.

Quod non ad adorandas imagines pertineat quod ſcriptum eſt, *Creavit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.*

Gen. 1.

IN hoc teſtimonio inconſequenter, & ultra quã inconſequenter, ab illis in ſua ſynodo ob adorandarum imaginum aſtruendum errorem poſito, non noſtro ingenio plurimum eſt ſudandum, cùm tot indiciis ab eorum ſit adſertione alienum: quoniam ubi nulla eſt veriſimilitudo, non magna in diſcernendo oritur diſputatio. Quia ergo à nullo, in quo ſanæ mentis viget acumen, illi rei creditur pertinere, cui illi hoc nituntur adcommodare, ſed ſpiritale dictum ſpiritali diſſerendum eſt indagatione: reſtat ut quid de eo ſanctorum patrum protulerit ſtylus, ſententiali brevitate notemus: quatenus

nus quod ab illis eſt negligenter uſurpatum, & a viris venerabilibus & ſpiritu ſancto repletis ſpiritua-
liter prolatum, lectoris induſtria ſit diligenter acceptum. ait n. B. Ambroſius, *In principio ipſius mun-*
di patrem & filium eſſe audio, & unum opus cerno: audio loquentem, agnoſco facientem, ſed & patris &
filii unam imaginem, unam ſimilitudinem lego: ſimilitudo hæc non diverſitatis, ſed unitatis eſt. Non enim
homo ad imaginem Dei niſi per imaginem Dei eſſe poteſt. Imago ergo Dei ex interioris hominis nobilitate
eſt conſideranda: primo quidem, ut ſicuti Deus unus, ſemper, ubiq; totus eſt, omnia vivificans, movens &
gubernans, ſicut Apoſtolus confirmat, quod in eo vivimus, movemur & ſumus: ſic anima in ſuo corpore
ubiq; tota viget vivificans illud, movens & gubernans. Nec n. in majoribus corporis ſui membris major,
& in minoribus minor, ſed in minimis tota, & in maximis tota: & hæc eſt imago unitatis omnipotentis Dei
quam anima habet in ſe: quæ quandam ſanctæ trinitatis habet imaginem: primo in eo, quia ſicut Deus eſt,
vivit & ſapit, ita & anima ſecundũ ſuum modum eſt, vivit & ſapit. Eſt quoq; & alia trinitas in ea, quæ ad
imaginem ſui conditoris perfectæ quidẽ & ſummæ trinitatis quæ eſt in patre, filio & ſpiritu ſancto condita:
& licet unius ſit illa naturæ, tres tamen in ſe dignitates habet, id eſt, intellectum, voluntatem & memoriam,
quod idem licet aliis verbis in Evangelio deſignatur dum dicitur; Diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, id eſt, ex toto intellectu, & ex tota voluntate, & ex tota Deut. 6.
memoria. Jam ſicut ex patre generatur filius, ex patre filioq; procedit Spiritus ſanctus, ita ex intellectu ge-
neratur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria, ſicut facile à ſapiente quolibet intelligi poteſt.
Nec enim anima perfecta eſſe poteſt ſine his tribus, nec horum trium unum aliquod, quantum ad ſuam per-
tinet beatitudinem, ſine aliis duobus integrum conſtat: & ſicut Deus Pater, Deus Filius, Deus & S. S. eſt,
non tamen tres Dii ſunt, ſed unus Deus tres habens perſonas, ita & anima intellectus, anima voluntas, ani-
ma memoria, non tamen animæ tres in uno corpore, ſed una anima tres habens dignitates. Atq; in his tribus
ejus imaginem mirabiliter gerit in ſua natura noſter interior homo. Similitudo vero in moribus cernenda
eſt: ut ſicut deus creator, qui hominem ad ſimilitudinem ſuam creavit, eſt charitas, eſt bonitas, & juſtus, pa-
tiens atq; mitis, mundus & miſericors, & cætera virtutum ſanctorum inſignia quæ de eo leguntur, ita homo
creatus eſt, ut charitatẽ haberet, ut bonus eſſet, & juſtus, & patiens atq; mitis, mundus & miſericors foret:
quas virtutes quanto plus quiſq; in ſeipſo habet, tanto propius eſt deo, & majorem ſui conditoris gerit ſimi-
litudinem. Beatus quoq; Auguſtinus ita hominem ad imaginem & ſimilitudinem dei factum eſſe diſ-
ſeruit: *Cum exteriorem & interiorem hominem divina ſcriptura commemoret, & tantum eos diſcernat,*
& ab Apoſtolo dictum eſt; Et ſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renovatur de die in diem:
quæri poteſt, utrum unus horum factus ad imaginem & ſimilitudinem dei? nam illud quærere ſtultum eſt,
ſi unus, quis eorum dubitat, eum potius qui renovatur quam eum qui corrumpitur dicere: utrum autem
ambo, magna quæſtio eſt. nam ſi exterior homo eſt Adam, & interior Chriſtus, bene ambo intelliguntur, ſed
cum Adã ſicut a deo factus eſt bonus nõ manſerit, & diligendo carnalia carnalis effectus ſit, non abſurde vi-
deri poteſt hoc ipſum ei fuiſſe cadere, imaginẽ dei & ſimilitudinẽ amittere: ac per hoc ipſe renovatur, & ipſe
etiam interior. quomodo ergo eſt ipſe & exterior ac ſecundum corpus, ut interior ſit ſecundum animam: &
interior ſit reſurrectio & renovatio, quæ nunc ſit ſecundum mortem prioris vitæ, i. e. peccati, & ſecundum
regenerationem novæ vitæ, i. e. juſtitiæ, quos idem duos homines ſic appellat, ut unum veterem quem debe-
mus exuere, alterum novum & eum induendum commemoret: quorum rurſus illum appellat imaginem
terreni hominis, quia ſecundum peccatum primi hominis geritur qui eſt Adam: alterum imaginem cœleſtis
hominis, quia ſecundum juſtitiam ſecundi hominis geritur, qui eſt Chriſtus: exterior autem homo qui nunc
corrumpitur futura reſurrectione renovatur, cum iſtam mortem perſolverit quam naturæ debet, lege illa
quæ in paradiſo per præceptum data eſt. Quomodo autem non ſit incongruum, quod dicitur etiã corpus fa-
ctum ad ſimilitudinẽ dei, facile intelligit qui diligenter adtendit, quod dictum eſt, Et fecit deus omnia valde
bona. Nemo enim dubitat quod ſit ipſe primitus bonus. multis enim modis dici res poſſunt ſimiles deo, aliæ ſe- Gen. 1.
cundum virtutem & ſapientiã factæ, quia in ipſo eſt virtus & ſapientia non facta: aliæ inquantum ſolum
vivunt, quia ille ſumme & prime vivit: aliæ inquantum ſunt, quia ille ſumme ac primitus eſt. Et ideo quæ
tantummodo ſunt, nec tamen vivunt aut ſapiunt, non perfecte, ſed exiguæ ſunt, ad ſimilitudinem ejus, quia
& ipſa bona ſunt in ordine ſuo: cum ſit ille ſupra omnia bonus à quo bona ſunt. Omnia vero quæ vivunt &
non ſapiunt, paulo amplius participant ſimilitudini. quod n. vivit etiam eſt, non autem quicquid eſt etiam
vivit. Jam porro quæ ſapiunt ita illi ſimilitudini ſunt proxima, ut in creaturis nihil ſit propinquius. Quod
n. participat ſapientiæ, & vivit, & eſt: quod autem vivit neceſſe eſt ut ſit, non neceſſe eſt ut ſapiat. Quare
cum homo poſſit particeps eſſe ſapientiæ ſecundum interiorem hominem, ſecundum ipſum ita eſt ad imagi-
nem, ut nulla natura interpoſita formetur, & ideo nihil ſit deo conjunctius. & ſapien. & vivit & eſt: qua
creatura nihil eſt melius. quod ſi exterior homo, vita illa accipitur quæ per corpus ſentimus quinq; notiſſi-
mis ſenſibus, quos cum pecoribus habemus communes (nam & iſta moleſtiis ſenſibilibus quæ perſecutioni-
bus ingeruntur corrumpi poteſt) non immerito & ipſe homo particeps dicitur ſimilitudinis dei: non ſo-
lum quia vivit, quod etiam in beſtiis apparet, ſed amplius, quod ad mentem convertitur ſe regentem, quam
illuſtrat ſapientia, quod in beſtiis non poteſt ratione carentib. corpus quoq; hominis quia ſolum inter ani-
malium terrenorum corpora non pronum in alvum proſtratum eſt, cum ſit viſibile & intuendum cælum
erectum, quod eſt principium viſibilium, quanquam non ſua, ſed animæ præſentia vivere cognoſcatur, ta-
men non modo quia eſt & inquantum eſt, utiq; bonum eſt, ſed etiã quia tale eſt ut ad contemplandum cœlum
ſit aptius, magis in hoc ad imaginem & ſimilitudinem dei quam cætera corpora animalium facta jure vi-
deri poteſt: tamen quia homo ſine vita non recte adpellatur, non corpus ſolus homo exterior, neq; ſola vita
quæ in ſenſu eſt corporis, ſed utrumq; ſimul rectius fortaſſe intelligatur. Neq; inſcite diſtinguitur, quod aliud
ſit imago & ſimilitudo dei, qui etiam filius dicitur, aliud ad imaginem & ſimilitudinem dei ſicut hominem
factum accipimus. Sunt etiã qui non fruſtra intelligant duo dicta eſſe, ad imaginem & ſimilitudinem: cum

ſi una

ſi una res eſſet, & unum nomen ſufficere potuiſſe aſſerunt, ſed ad imaginem mentem factam volunt, quæ nulla interpoſita ſubſtantia ab ipſa veritate formatur, quæ etiam ſpiritus dicitur: non ille ſpiritus ſanctus qui eſt ejuſdem ſubſtantiæ cujus pater & filius, ſed ſpiritus hominis. nam ita hos diſcernit Apoſtolus; 1. Cor. 2. *Nemo ſcit quid agatur in homine niſi ſpiritus hominis: & nemo ſcit quid agatur in deo niſi ſpiritus dei. Item de ſpiritu hominis dicit; Salvum faciat ſpiritum veſtrum, animam & corpus. & iſte enim factus eſt à deo ſicut & cætera creatura. Scriptum eſt enim in Proverbiis hoc modo; Scito quoniam dominus corda hominum novit, & qui finxit ſpiritum omnibus ipſe ſcit omnia. Ergo iſte ſpiritus ad imaginem dei nullo dubitante factus accipitur, in quo eſt intelligentia veritatis. hæret enim veritati nulla interpoſita creatura, cætera hominis ad ſimilitudinem facta videri volunt, quia omnis quidem imago ſimilis eſt: non autem omne quod ſimile eſt etiam imago propriè, ſed forte abuſive dici poteſt. Sed cavendum in talibus, ne quid nimis adſeverandum putetur illa re ſane ſalubriter cuſtodita, ne quoniam corpus quodlibet per localia ſpatia porrectum eſt, aliquid tale credatur eſſe ſubſtantia Dei. Nam res quæ in parte minor eſt quam in toto, nec dignitati animæ convenit, quanto minus majeſtati Dei?* Ecce quam ſubtiliter quamq; ſalubriter ſancti viri hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum eſſe, imaginem videlicet in anima, in qua eſt intellectus, voluntas & memoria: ſimilitudinem in moribus, id eſt, in charitate, juſtitia, bonitate & ſanctitate, quæ omnia incorporea ſunt, intellegentes diſſeruere: à quorum ſenſu & doctrina quantum diſtent qui hoc teſtimonium imaginibus artificum manu formatis adcommodant, non noſtro eſt diſſerendum eloquio, ſed lectoris reſervandum judicio: ut quantæ in hac parte ſint vecordiæ non noſter eum ſtylus, ſed ſuus præmoneat ſenſus. Quisquis igitur ita hominem ad imaginem & ſimilitudinem dei factum, ſicut ad imaginem hominis imaginem ab artifice formatam eſſe credit, aliquid in deo corporeum, quod credere nefas eſt, credere ſe oſtendit. Nam ſi id quod homo ad imaginem & ſimilitudinem dei factus eſt, manufactis imaginibus convenit, ſecundum corpoream ſpeciem homo ad imaginem dei factus eſt: & ſi homo ſecundum corpoream ſpeciem ad imaginem dei factus eſt, corporeus eſt deus: incorporeus autem deus eſt: non igitur id, quod homo ad imaginem & ſimilitudinem dei factus eſt, manu factis imaginibus convenit.

CAP. VIII.

Quæ ſit differentia imaginis & ſimilitudinis ſive æqualitatis.

Gen. 1. QUONIAM opitulante deo ſecundum ſanã ſobriamq; doctrinã ſanctorum patrũ ſententiis inbuti, qualiter intellegendum ſit, quod *deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creaverit*, exequuti ſumus: nunc operæ pretium eſt, ut quæ ſit differentia imaginis & ſimilitudinis ſeu etiam æqualitatis breviter exſequamur: quatenus & illi qui ob adorandas imagines per patentes inanium adſertionũ campos effrenes feruntur, horũ trium, quæ illi omnia pene unum putant, differentiam cognoſcentes, in quanto ſint errore perpendant: & ſtudioſi quique hoc legentes ad quaſdam intelligentiæ utilitates accedant. Hæc ergo tria diſtinguenda ſunt, quia omne quod imago eſt ſimilitudo eſt, non tamen omne quod ſimilitudo, imago eſt: & cum imago nunquã ſimilitudine careat, ſimilitudo verò multoties imagine careat, plerumq; & ſimilitudo & imago æqualitate carere noſcuntur, quæ etiam æqualitas nonnunquam & imagini & ſimilitudini copulari poteſt, quæ tria quanquam unius ſint categoriæ quæ relatio dicitur, habent tamen inter ſe quaſdam proprietates, quibus aliæ carent. Nam imagini proprium eſt, ut ſemper ab altero expreſſa ſit: ſimilitudini vero & æqualitati proprium eſt, ut in ſua ſubſtantia permanentes, non ab altero expreſſæ, ſed aliis rebus, adſimilatæ vel coæquatæ hoc nomine cenſeantur: & imago magis vel minus non ſibi admittat, ſimilitudo verò & æqualitas admittant. ſicut enim dicitur magis ſimilis vel minus ſimilis, magis æqualis vel minus æqualis, non ſic dici poteſt, magis imago vel minus imago. Nam & in converſione earum quæ Græcè antiſtrophe dicitur, ſubtilis quædam repugnantia eſt: quæ omnia perſequi longum eſt, verumtamen ut horum trium nominũ differentia lucidius pateat, beati Auguſtini verba ad medium deducenda ſunt. Ait enim; *Ubi imago, non continuo ſimilitudo, non continuo æqualitas: ubi æqualitas, continuo ſimilitudo, non continuo imago: ubi ſimilitudo, non continuo imago, non continuo æqualitas, ut in ſpeculo eſt imago, quia de illo expreſſa eſt, eſt etiam neceſſario ſimilitudo, non tamen æqualitas: quia multa deſunt imagini, quæ inſunt illi rei de qua expreſſa eſt. Ubi æqualitas, continuo & ſimilitudo, non continuo imago: velut in duobus ovis paribus quia ineſt æqualitas, ineſt ſimilitudo. Quæcumq; enim adſunt uni, adſunt & alteri imago tamen non eſt, quia neutrum de altero expreſſum eſt: ubi ſimilitudo, non continuo imago, non continuo æqualitas. Omne quippe ovum omni ovo inquantum ovum eſt, ſimile eſt: ſed ovum perdicis quamvis, inquantum eſt ovum, ſimile ſit ovo gallinæ, nec imago tamen ejus eſt: quia non de illo expreſſum eſt: nec æquale, quia brevius eſt: eſt & alterius generis animantium. ſed ubi dicitur, non continuo, utiq; intelligitur, quia eſſe aliquando poteſt: poteſt ergo eſſe aliqua imago in qua ſit etiam æqualitas: ut in parentibus & filiis inveniretur imago, & æqualitas, & ſimilitudo, ſi intervallum temporis defuiſſet. Nam & de parente expreſſa eſt ſimilitudo filii, ut rectè imago dicatur, & poteſt eſſe tanta, ut rectè etiam dicatur æqualitas, niſi quod parens tempore præcedit, ex quo intellegitur & æqualitatem aliquando non ſolum ſimilitudinem habere, ſed etiam imaginem: quod in ſuperiore exemplo manifeſtum eſt. Poteſt etiam aliquando eſſe ſimilitudo & æqualitas, quamvis non ſit imago, ut de ovis paribus diximus: poteſt ſimilitudo & imago, quamvis non ſit æqualitas: ut in ſpeculo oſtendimus: poteſt & ſimilitudo eſſe, ubi & æqualitas & imago ſit, ſicut de filiis commemoravimus, excepto tempore quo præcedunt parentes.* His igitur hujus differentiæ regulis breviter prolatis ad ea quæ incœpta ſunt ordine competenti tranſeamus, & divinæ legis teſtimonia ab illis non rectè uſurpata, à nobis venerabilium patrum documentis rectè ſint promulgata: quatenus & illorum volatus, his alis fra-

quaſ

quas ſibi arroganter adcommodaverunt, fateſcat, & ſtudioſorum lectorum, qui his bene uti deſiderant, ſenſus ad alta conſcendat.

CAP. IX.

Quomodo intelligendum ſit quod ſcriptum eſt, *Abraham adoravit populum terræ, filios Heth*, ſive quod Moyſes Jetro legitur adoraſſe: quibus exemplis hi qui propter adorandas imagines ſynodos faciunt, ſuum errorem fulcire affectant: & quia nec Jacob Pharaonem, nec Danihel Nabuchodonoſor regem, ut illi dicunt, uſpiam legantur adoraſſe. Gen. 23.

ILLI qui in adorandis imaginibus æſtuant, hoc peculiariter atq; familiariter exemplo utuntur, quod Abraham filios Heth, & Moyſes Jetro ſacerdotem Madian adoraſſe leguntur. Quorum quidem adoratio tantum diſtat à pictæ imaginis adoratione, quantum pictus ipſe homo à veri hominia ratione. quantum enim verus homo à picto, rationalis ab inrationali, ſenſibilis ab inſenſibili, animatus ab inanimato in ſui definitione ſecernitur, tantum procul dubio & hujus adoratio ab illius adoratione diſcernitur. Aliud namq; eſt hominem ſalutationis officio & humanitatis obſequio adorando ſalutare, aliud picturam diverſorum colorum fucis conpaginatam, ſine greſſu, ſine voce vel cæteris ſenſibus neſcio quo cultu adorare. Fraternitatem autem diligendam, & dilectionem erga proximoa exhibendam, & humilitatis gradum amplectendum, per quæ nos mutuo ſalutantes adoramus, pene omnium ſanctarum ſcripturarum perdocemur exemplis: imagines verò adorare, vel ſalutare, vel quaſdam inſenſatas nænias colere inhibemur potius, quàm inſtituimur, pene in cunctis divinæ ſcripturæ locis. Nam, ut cæteros taceam, ſacratiſſimus paſtor, ſuper quem ſolidiſſimam petram eccleſia
ſancta fundata eſt, non ait imagines, ſed *fraternitatem diligite*: nec *ſubditi eſtote* picturis, ſed *omni hu-* 1. Petr. 2.
manæ creaturæ, & Dominum Chriſtum ſanctificare non imaginibus, ſed in cordibus noſtris inſtituit. Rom. 13. &
Dementiſſimum ſane & ab omni ratione ſeçluſum eſt, hoc ad aſtruendam imaginum adorationem in 1. Pet. 2.
exemplum trahere, quod Abraham populum terræ, & Moyſes Jetro ſacerdotem Madian leguntur adoraſſe: cum videlicet plerumq; ſancti viri per humilitatem qua Deo placuerunt homines ſalutationis gratia adoraverint, plerumq; ne ab aliis adorarentur humiliter refugerint, plerumq; rigore ſuæ ſanctitatis erecti ſuperbos quoſq; adorare contempſerint. Imagines verò nuſquam nec tenuiter quidem adorare conati ſunt. Nam in eo, quod Abraham ſive Moyſes homines humiles ſuis utilitatibus neceſſarios, adoraſſe leguntur, & Mardocheus Aman hominem arrogantem, & in populi Dei interitum inhiantem adorare contempſiſſe reperitur, hoc evidenter oſtenditur, quòd ſancti viri erga humiles ſive ut eos ad meliora hortentur, ſive ut ejuſdem ſummæ virtutis munera non amittant, per eandē humilitatem ſunt ſocii: contra pravorum verò nequitias ſive ut malorum ſocietates declinent, ſive ut eos reſipiſcere conpellant, fortiter ſint erecti. In eo igitur, quòd Johannes in Apocalypſi ab angelo
cohibetur ne ſe adoret, dicente eodem angelo, *Vide ne feceris: conſervus tuus ſum*: & Paſtor eccleſiæ Apocal. 19.
Petrus blande Centurionis adorationem vitaverit, dicens, *Surge frater, & ego homo ſum ſicut & tu*: & & 22.
vas electionis Paulus cum Barnaba Lycaonum adorationem valida reluctatione ſpreverit, procul du- Act. 10.
bio omni creaturæ adoratio quæ ſolum deum decet, qui ſolus adorandus, ſolus colendus eſt, inpendenda eſſe vetatur, ſalva tantummodo ſalutationis cauſa per quam humilitas demonſtratur. Dicat igitur nobis, dicat ſanctiſſimus Auguſtinus quid de hac adoratione Abrahæ vel Moyſi ſenſerit. ait enim; *Inſinuatur hic etiam humilitatis exemplum, quod Moyſes cum quo deus loquebatur, non faſtidivit neque contempſit alienigenæ ſoceri ſui conſilium, quanquam & ipſe Jetro, cum Iſraelita non fuiſſet, utrum inter viros deum verum colentes religioſeque ſapientes habendus ſit, quemadmodum & Job cum ex ipſo populo non fuiſſet, merito quæritur, imo credibilius habetur (ambigue quippe poſita ſunt verba) vel utrum ſacrificaverit deo vero in populo ejus quando vidit generum ſuum, vel utrum eum adoraverit ipſe Moyſes. Quanquam de adoratione etiamſi expreſſe poſitum eſſet, honor videretur ſocero redditus eo modo quo ſolet hominibus honorificentiæ cauſa exhiberi à patribus: ſicut de Abraham ſcriptum eſt, quòd adoraverit filios Heth.* Sed nec illud ſilentio prætereundum eſt, quod dicunt Jacob Pharaonem adoraſſe, ſive Danihel Nabucbodonoſor regem, quod quidem nec in Hebræo habetur, nec in noſtris Latinis codicibus, qui à beato Hieronymo ex Hebraica veritate tranſlati ſunt, uſpiam reperitur. Non enim amplius quàm ſemel Jacob in conſpectu Pharaonis fuiſſe legitur: quod qui-
dem hoc modo ſcriptura narrat; *Poſt hæc introduxit Joſeph patrem ſuum ad regem, & ſtatuit* Gen. 47.
eum coram eo, qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? reſpondit Jacob, Dies peregrinationis & vitæ meæ, centum triginta annorum ſunt parvi & mali, & non pervenerunt uſq; ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt: & benedicto rege egreſſus eſt foras. In quibus verbis non eum adoraſſe, ſed benedixiſſe monſtratur. Quod quidem & ſi feciſſet, non ideo faceret ut inde adorandarum imaginum exemplum ſumeretur: ſed ut humilitas ſancti patriarchæ deum timentis, regem honorificantis monſtraretur. Quæ dum ita ſe habeant, reor quòd illi arbitrentur divinam ſcripturam illo familiariſſimo illorum loquendi genere, quod quidam acyrologiam nuncupant, uti, ut *benedicere* poſuerit pro adorare, qui loquendi modus tanto eis peculiaris eſt, ut & *habere* & *ſalutare* & *oſculari* & *venerari* pro adorare & ipſi ponant, & ab aliis poſitum accipiant, & ut ita dixerim pene omnia eis hujuſcemodi verba in adorare converſa ſint. Sancta vero ſcriptura ſicut cæteros errores, ita etiam hunc loquendi modum abnuit, ſed puris, propriis, fixis ſive prudentib. ſemper

verbis,

verbis,ſive ſententiis utitur,Propheta adteſtante,qui ait ; *Lex domini inreprehenſibilis* : quæ ſi *benedicere* poſuit pro adorare,inpropriis dictionibus utitur. Si inpropriis dictionibus utitur,reprehenſibilis eſt : eſt autem inreprehenſibilis : non igitur *benedicere* poſuit pro adorare. Dic ergo tu, dic ſancte Danihel,dic vir deſideriorum,dic ſcrutator archanorum,dic indagator ſcripturarum, dic propheta qui redemptorem mundi in eo apertius cæteris dixiſſe probaris, quia non ſolum ſcribis eum eſſe venturum, quod eſt tibi commune cum cæteris: ſed quo tempore venturus ſit doces,& reges per ordinem digeris,& annos enumeras ac maniſeſtiſſima ſigna prænuntias : dic utrum Nabuchodonoſor,ut illi garriunt,adoraveris. Non in meo volumine hoc, inquam, feciſſe me legis : quod quidem & ſi feciſſem, nulla ex parte inde illorum adſertio fulciretur : ego propoſui in corde meo ne pollue-rer de menſa ejus,neque de vino potus ejus,& illi me dicunt eum adoraſſe. Cadentem ergo in faciem ſuam, & me adorantem, & hoſtias & incenſum ſacrificare mihi præcipientem, & Deum Deorum & Dominum regum & revelatorem myſteriorum,qui poteſt aperire ſacramenta conſitentem,& eum in me potius ob ſignorum magnitudinem, cujus ego habitaculum ſum, quam me adorantem blandis alloquiis affatus ſum, & ab eo ut miſericordiam ſemper exerceret in genere Iſrabel, ſive ut concaptivos meos, Ananiam, Azariam, & Miſaelem conſtitueret ſuper opera provinciæ Babylonis poſtulavi, non adulatoriè adoravi. Quem quidem & ſi adoraſſem,non reor quandam inſenſatam adorarem,ſed per humilitatis officium ſublimiori poteſtati ſubditus manens,ſciens non eſſe poteſtatem niſi à Deo, rationalem hominem ſalutando adorarem. Nam cum tam felicem quondam habuerim converſationem, ut quæſitis occaſionibus ex latere regis quibus accuſari poſſem ab invidis, & non in alio niſi in legitimis Dei mei accuſatus fuerim , & in lacum leonum projectus , & nunc accuſer adoraſſe quem non adoraverim,& à falſis teſtibus dicar egiſſe quod non egi,reſtat ut cum David clamem, *Inſurrexerunt in me teſtes falſi, & mentita eſt iniquitas ſibi.* Cum ergo ob imaginum amorem & Jacob patriarcham & Danihelem prophetam criminentur, & ſcripturarum divinarum ſenſus ad peregrinas intelligentias convertere nitantur, & ſuos prodeceſſores ſive parentes contra legis imperium aſpernentur,ſupereſt ut his tantum contenti ſint ,& earum patrocinio, ſi errorem ſuum corrigere nolunt, ſicut & ipſi credunt, muniantur. Atque illi glorientur in imaginibus : nos autem gloriemur in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem nobis mundus crucifixus eſt,noſq; mundo.

Pſalm. 27.

CAP. X.

De eo quod Johannes presbyter & legatus Orientalium incautè imaginum adorationem ſtabilire nitens, dixiſſe legitur. *Erexit Iacob titulum Deo, quatinus & benedixit eum.*

Gen. 35.

NON mediocris ſocordiæ eſt hoc etiam ad imaginum adorationem adſtruendam exemplum proferre,quod Jacob lapidem erexit in titulum,ſicut Johannes presbyter & legatus Orientalium protuliſſe in eadem ſynodo,quæ pro adorandis imaginibus agitata eſt,legitur : quoniam ille lapis non alicujus præteritæ rei imago vel ſimilitudo fuiſſe creditur. Qui ſi ob alicujus præteritæ rei memoriam ab ejusdem rei ſimilitudine expreſſus,& à ſancto patriarcha ad adorandum fuiſſet erectus,quoddã fortaſſis poſſet illis ferre adminiculũ, qui tanti erroris ſubire non formidavere periculũ. Sed dum aliud ſit quædam per patriarcham fieri ad præfigurationem futurorum, aliud à pictore pingi quædam ob memoriam præteritorum geſtorum : aliud ſit ſpiritu ſancto eſſe repletum , aliud pictoria arte inbutum : aliud iſte gerat cœleſti munere fretus, aliud ille operandi uſu expertus : aliud ſit Jacob in titulum erigere lapidem , aliud quendam pictorem in pariete ſtatuere imaginem : aliud ſecundum typicam figurã deſuper oleum fundere, aliud ſecundum vaniloquã adſertionem adorare jubere : inutile & ultra quàm inutile eſt hoc ad adſtruendam aliquam rem in exemplum proponere, quod ab illa re omnium argumentationum diverticulis videtur diſtare. Numquid nam Jacob illum lapidem ut adoretur erexit, aut alicujus rei in eo imaginem depinxit ? Nam dum imagines pene nullum officium aliud, niſi mentibus per ſui intuitum memoriam inſerendi habeant , lapis qui à patriarcha erectus eſt tria inſignia & ſummo honore digna creditur officia habuiſſe. Primum,quod cervicem Iſrahaeliticam fulcierit,& pulvillis carenti patriarchæ pulvilli vicẽ præſtiterit, & ejus capite fuerit oneratus, qui non ſolum ſcalam à terra uſq; ad cœlum pertingentem, & angelos per eam aſcendentes & deſcendentes, ſed etiam ipſum dominum bona ſibi pollicentem cernebat. Secundum, quod in inſigne & titulum, quo ſanctus patriarcha illius ſancti loci reminiſceretur , erectus eſt, quo rediens prolis & conjugum affectu exhilaratus,& magna rerum opulentia ditatus, ſua domino vota qui hæc ſibi cuncta conceſſerat redderet. Tertium , quod typum gerebat noſtri mediatoris, qui factus eſt in caput anguli , & eſt mirabilis in oculis noſtris : qui unctus eſt à patre oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis : quem & Danihel lapidem abſciſum dicit de monte ſine manibus præcidentium , abſq; coitu & humano videlicet ſemine ex utero virginali genitum. Quem & David petram nuncupat dicens , *Dominus petra mea & robur meum & ſalvator meus.* De quo etiam in Eſaia propheta ſcribitur ; *Ecce pono in fundamentis Sion lapidem ſummum, angularem, probatum, electum, pretioſum, & qui crediderit in eum non confundetur.* Qui idcirco angularis dicitur, eo quod duos parietes ex adverſo venientes, ex circumciſione videlicet & præputio, vel etiam duo teſtamenta in ſe ſummo, probato , electo & pretioſo lapide conjungit, & in uno ſanctæ eccleſiæ cœtu , cujus ille caput eſt, connectit. De quo & per prophetam Zachariam

Pſal. 37.
Eſa. 24.

paterna

paterna voce di[illegible] *igo adducam filium meum orientem. quia lapi[illegible] quem dedi coram Jeſu ſeptem in eo ocul[illegible] ſunt.* In [illegible] ſeptem oculis ſeptiformis gratiæ ſpiritus, qui à patre filioque procedit, evidenter oſtendi[illegible] Eſaiam prophetam, *Spiritus Domini ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortit[illegible]ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Domini nominatur.* De quo etiam angulari lapide petra [illegible]ſiæ ait; *Sicut modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem: [illegible]tamen guſtaſtis quam dulcis eſt Dominus, ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum.* & poſt pauca, *Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis & petra ſcandali his qui offendunt verbo nec credunt in quo & poſiti ſunt.* Quo documento monſtratur illum & honorem fortitudinis credentibus, & ſcandalum duritiæ incredulis eſſe. Quod etiam per juſtum Simeonem hoc ſenſu prædictum eſt. Ait enim, *Poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrabel:* in ruinam ſcilicet incredulorum, in reſurrectionem verò credentium: qui etiam ignis nuncupatur, ſive quod in ſe credentes æterni luminis fulgo[illegible]erluſtrat, ſive quod incredulos æterni ignis ardore torrebit. De unctione verò hujus lapidis & [illegible]lo ſuperius David oraculis prolatum eſt, & nunc præfati paſtoris eccleſiæ teſtimonio proferendum eſt, qui ait, *Jeſum Nazarenum quem unxit Deus ſpiritu ſancto & virtute.* Quia ergo ſpiritus ſanctus plerumque in divinis ſcripturis olei nomine innuitur, Johannes Apoſtolus teſtis eſt qui dicit, *Sicut unctio ejus docet nos de omnibus.* Cujus ſi inenarrabilis nectaris unctione delibuti ſunt ob imaginum adorationem ſtabiliendam, ſynodos agitare & ſcripturas ſanctas ad extraneos ſenſus uſurpare nequaquam debent.

Zach. 3. Eſai. 11. 1. Pet. 2. Ibid. Luc. 2. Act. 10. 1. Joan. 2.

CAPUT XI.

De eo quod præfatus Iohannes dixit, In hominis forma luctatus eſt cum ipſo, & vocavit eum Iſrahel, quod eſt interpretatum, mens videns Deum.

SED nec illud quidem à reprehenſione vacat quod idem Johannes presbyter & legatus Orientalium inter cætera deliramenta de Jacob dixiſſe fertur, *In hominis forma luctatus eſt cum ipſo, & vocavit eum Iſrahel, quod eſt interpretatum, mens videns Deum:* cum hoc dictum & à re propoſita longe diſtet, & in nominis interpretatione uſitatiorem quandam omittens, pene inuſitatum quid perſonet. Nam dum quidam id nomen interpretentur, *vir videns Deum*, quidam verò, *fortis cum Deo*, nonnulli etiam veracius, *princeps cum Deo*: neſcio tamen an ullus eorum qui in canone recipiuntur, reperiatur hoc, *mens videns Deum*, interpretatus fuiſſe: unde non ſolum ille reprehendendus eſt qui uſitatioribus interpretationibus prætermiſſis pene inuſitatum quid protulit, ſed & omnis illa ſynodus, quæ ei in pluribus ſomnianti adſenſum præbuit, quæ non ſolum dicenti non reſtitit, ſed etiam dicta in volumine taxavit. Cum ergo ſancta eccleſia ſecundum ſanctorum patrum inſtitutionem omne quod inreprehenſibile eſt recipiat: omne verò quod reprehenſibile abiciat, hanc quoq; eorum ſynodum, quæ utique reprehenſibilis eſt, abicit: & ſi hanc quæ reprehenſibilis eſt non abicit, neq; eas quæ inreprehenſibiles ſunt ſuſcipit: ſuſcipit autem eas quæ inreprehenſibiles ſunt: hanc igitur quia reprehenſioni patet, penitus ſuſcipere non debet. Illas enim ſynodos ſancta & univerſalis recipit eccleſia, quæ pro diverſis fidei, ſive religionis cauſis diverſis locis, ſeu temporibus, à doctis & catholicis viris celebratæ, à ſana ſobriaque doctrina nullatenus deviare perhibentur. Præterea tanti patriarchæ cum angelo luctatio non quandam imaginum adorationem, ſed dominicam præfiguraſſe dicitur in eodem populo paſſionem: qui populus & ei luctando prævaluit, quia crucifixit: & ab eo benedictionem in his qui in eum crediderunt accepit: & in his claudus qui in eum credere contempſerunt, remanſit, dicente beato Auguſtino, *Quod ab illo angelo deſiderat benedici Jacob cui luctando prævaluit, magna eſt de CHRISTO prophetia. Nam eo ipſo ammonet myſticum aliquid ſapere, quia omnis homo à majore vult benedici. Quomodo ergo ab eo iſte voluit quem luctando ſuperavit? prævaluit enim Jacob Chriſto, vel potius prævalere viſus eſt per eos Iſrahelitas à quibus crucifixus eſt Chriſtus: & ab eo tamen benedicitur in eis Iſrahelitis qui crediderunt in Chriſtum, ex quibus erat qui dicebat, Nam & ego Iſrahelita ſum ex genere Abrahæ & tribu Benjamin. Unus ergo atq; idem Jacob & claudus & benedictus. Claudus in latitudine fœmoris tanquam in multitudine generis, de quibus dictum eſt, Et claudicaverunt à ſemitis ſuis: benedictus autem in eis de quibus dictum eſt, Reliquiæ per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt.*

Rom. 11. Pſalm. 18. Rom. 11.

CAPUT XII.

Quod non ad adorationem imaginum pertineat, nec in noſtris codicibus qui ex Hebràica veritate tranſlati ſunt, inveniatur, quod illi in ſua ſynodo dicunt, Jacob ſuſcipiens à filiis ſuis veſtem talarem tabefactam Joſeph oſculatus eſt cum lachrymis, & propriis oculis inpoſuit. Gen. 37.

NON mirandum eſt ſi Jacob accuſetur ab illis tunicam Joſeph oſculatus fuiſſe, & oculis inpoſuiſſe, à quibus etiam Pharaonem accuſatur adoraſſe. Accidere etenim plerumque ſolet, ut qui ſemel falli cœperit, crebro fallatur: & qui ſemel à via receſſerit, & tramitem ſui itineris ducem ſequi neglexerit, per abrupta & invia affatim errore duce feratur. Tunica enim Joſeph nec in

Hebræis codicibus, nec in Latinis qui ex Hebraica veritate tranſlati ſunt, à patre oſculata [illegible] impoſita fuiſſe narratur. Quod quidem & ſi factum fuiſſe narraretur, nullo modo in hoc act[illegible]nuiter imaginum adoratio innueretur: cum tamen aliud ſit adorare, aliud oſculari, quod [illegible] tyrologice unum putant: atque aliud pictam imaginem adorare, aliud a paterno affectu veſtis ſi[illegible] extinctus credebatur dolore conpellente madeſcentibus fletu oculis inponi: aliud cuidam ſimilitudini colla ſubmittere, aliud præ cæteris dilecti filii veſti interna pietate oſculum dare. Adeo itaque ſanctus patriarcha angebatur animi procella turbati, ut non ſolum veſtem filii quem inclementia mortis raptum credebat, oſcularetur, vel oculis inponeret: ſed etiam conſolatione poſtpoſita funereis vocibus lugubriter mala ſua exaggerans, ſe etiam fore poſt hunc ad infernum deſcenſurum ediceret. Qualiter ergo beatus Jacob tunicam filii non oſculatus fuiſſe, aut oculis inpoſuiſſe, ſed vidiſſe tantum & cognoviſſe credatur, hoc ordine ſancta ſcriptura commemorat. Ait enim; *Tulerunt autem tunicam ejus, & in ſanguine hœdi quem occiderant tinxerunt, mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent, H[illegible]c invenimus, vide utrum tunica filii tui, an non. Quam cum agnoviſſet pater, ait. Tunica filii mei eſt: fera peſſima comedit eum, beſtia devoravit Joſeph.* Denique quid hæc illius ſancti viri tunica, per quam illi imaginum adorationem adſtruere niſi ſunt, typicis præfiguraverit ſacramentis & tacitis innuerit myſteriis, oportet ut breviter exſequamur: quo & illorum vana adſertio deſtituatur, & lectoris animus inulceatur. *Joſeph* namque, qui *augmentum* interpretatur, & ab Ægypriis *ſalvator mundi* eſt nuncupatus, illius typum geſſit, qui & genus humanum ſua morte ſalvavit, & mundum ſpiritali frumento refecit, & in tantum augmentum ſuæ fidei ſemen creſcere fecit, ut & totum mundum impleret, & per eandem fidem terrena cæleſtibus copularet. Ejus veſtis hœdi ſanguine tincta eſt, quia in ſimilitudine carnis peccati ſecundum Apoſtolum apparuit, & de peccato damnavit peccatum: vel etiam hoſtia pro peccatis effectus, peccata noſtra portavit in corpore ſuo ſuper lignum, ut à malis liberati cum juſtitia vivamus: cujus vulnere ſanati ſumus, qui velut oves errabamus. Eſt etiam & veſtis ejus ſancta eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, Paulo atteſtante qui ait; *Gaudeo in paſſionibus meis, quia expleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea propter corpus ejus, quod eſt eccleſia*: quæ veſtis polymita ſive varia eſt: quia videlicet ſancta eccleſia de diverſarum gentium ſive linguarum varietate colligitur, Pſalmographo docente qui ait: *Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumamicta varietate.* Solet etiam eadem veſtis quæ talaris fuiſſe deſcribitur, ſanctorum virorum qui utique membra Chriſti ſunt, perfectionem deſignare, qui perceptum boni operis indumentum ad talos, id eſt, ad finem uſque perducunt.

Gen. 37.

Coloſſ. 1.

Pſalm. 45.

CAPUT XIII.

De eo quod indoctè & inordinatè dicunt, Si calumniaris me, quoniam ut Deum adoro lignum crucis, quur non calumniaris Jacob adorantem ſummitatem virgæ Joſeph? ſed manifeſtum eſt, quoniam non lignum videns adoravit, ſed per lignum Ioſeph, ſicut & nos per crucem Chriſtum.

ILLUD ſane quod dicunt, Jacob etiam ſummitatem virgæ Joſeph adoraſſe, non eſt omittendum: quoniam quidem magnum ſe ob adorandas imagines in hac re gratulantur habere exemplum: cum videlicet in Latinis codicibus non legatur, *Adoravit ſummitatem virgæ Joſeph*: ſed in quibuſdam, *Adoravit ſuper caput virgæ*, & in Hebræa veritate, cui potiſſimum fides adhibenda eſt, nullam penitus vel tenuiter mentionem virgæ faciat, ſed dicat tantum, *Adoravit Iſrahel Deum converſus ad lectuli caput, in quo* utique, ut ait beatus Auguſtinus, *ſenex jacebat*, & ſic poſitum habebat ut in eo ſine labore quando vellet oraret. Quia ergo, ut præfati ſumus, quidam Latinorum codicum habent, *Adoravit ſuper ſummitatem virgæ*, neceſſe eſt ut memorati doctoris documentis qualiter intellegendum ſit expliceemus. ait enim; *Quod habent Latini codices, Et adoravit ſuper caput virgæ ejus, nonnulli emendantes habent. Adoravit ſuper caput virgæ ſuæ, vel in capite virgæ ſuæ, ſive in cacumen, vel ſuper cacumen. Fallit enim eos Græcum verbum, quod eiſdem litteris ſcribitur, ſive ejus, ſive ſuæ: ſed accentus diſpares ſunt, & ab eis qui iſta noverunt in codicibus nõ contemnuntur. Valent u. ad magnam diſcretionem, quamvis & unam plus litteram habere poſſet, ſi eſſet ſuæ aut non eſſet αὐτοῦ, ſed αὑτοῦ, ac per hoc merito quæritur, quid ſit quod dictum eſt. Nam facile intelligeretur, ſenem qui virgam ferebat eo more quo illa ætas baculum ſolet, ut ſe inclinavit ad Deum adorandum, id utique feceriт ſuper cacumen virgæ ſuæ, quam ſic ferebat ut ſuper eam caput inclinando adoraret Deum. Quid eſt ergo, Adoravit ſuper cacumen virgæ ejus, id eſt, filii ſui Joſeph? an forte tulerat ab eo virgam quando ei jurabat idem filius, & dum eam tenet poſt verba jurantis, nondum illa reddita, mox adoravit Deum? Non enim pudebat eum ferre tantiſper inſigne poteſtatis filii ſui, ubi figura magnæ rei futuræ præſignabâtur.* Dicant ergo, dicant, quid contra hęc dicturi ſunt, qui ob adorandas imagines tantum patriarcham criminari non formidant, & ſcripturas ſanctas veſana mente permutare affectant. Ecce Hebraica veritas eundẽ patriarchã Deum adoraſſe ad caput lectuli clamat: ecce Latinorum bibliotheca eum aut ſuper caput virgæ, aut in capite, aut in cacumine, vel ſuper cacumen adoraſſe denuntiat: ecce vir eruditiſſimus Auguſtinus, & divini muneris flamine afflatus, ſolerti indagatione eum aut in ſuæ, aut in filii virgæ ſummitate Deum, non eandem virgam, nec eundem filium adoraſſe perſonat. Dicant, quis ſanctæ legis tranſlator eum ſummitatem virgæ filii, & in

Gen. 47.

Hebr. 11.

& in eadem virga filium [illegible] adoraſſe tranſtulerit: quis ſanctæ legis ſtu[illegible]imus indagator cum virgam filii vel filium [illegible] Deum adoraſſe tractaverit: & cum hunc invenire nequiverint, depravatricem, ſive re[illegible]icem potius, quam indagatricem ſuam intelligentiam divinarum ſcripturarum eſſe perſentiant. Jam verò quia pene omnis divinæ legis ſeries ab illis ob imaginum adorationem aut mutilatur aut permutatur, nova neceſſe eſt poſt Moyſen legis tradatur ſcriptio: nova poſt Exram legis reperiatur reſtauratio. nova poſt ſeptuaginta interpretes, Theodotionem & Symmachum & Aquilam, ſive etiam beatum Hieronymum legis quæratur translatio: nova poſt Apoſtolos & Apoſtolicos viros Spiritu ſancto repletos ſcrutetur tractatio, quæ adeo divinis ſcripturis refragari queat, ut omnes imaginum adorationem ſpernentes anathematis vinculo nectat. Quæ ſit præterea differentia crucis Chriſti & imaginum pictorum arte pictarum, vel quanto myſterio crux imaginibus emineat, ſive quomodo humanum genus non per imagines, ſed per crucem Chriſti redemptum ſit, quæ duo illi vel paria vel æqualia putant, in ſequentibus loco ſuo Domino favente explicabimus.

CAPUT XIV.

Non pertinere ad imaginum adorationem, ut illi dicunt, quod ſcriptum eſt, Iacob Pharaonem benedixit. Gen. 47.

QUod ſæpe memoratus patriarcha Jacob Pharaonem non adoraſſe, ſed benedixiſſe legatur, ſuperius dictum eſt. Nunc vero quia in alia ejusdem vaniſſima ſynodi lectione *benedictio* quodammodo poſita eſt pro adoratione, breviter exſequendum eſt. Quoniam quidem tantus eſt illius vanitatis ſcriptura ignorantiæ obſita caliginibus, ut nec ſequentia præcedentibus, nec præcedentia convenire videantur ſequentibus, & ut ſe habet vanitas mendacium, ſemper fugitiva, ſemper caduca, ſemperque labentia ſequitur, dicente Salomone; *Qui incumbit mendaciis, hic* Prov. 10. *paſcit ventos, ipſe autem ſequitur aves volantes.* Ut ergo imaginum adorationem, in quarum amore eorum mens pendet, & totius ſanctitatis propoſitum eſt, ſtabiliant, plurima verba vel ſenſus quæ ad aliud pertinent, in adorationem mutare affectant. Nam & hæc, quod idem ſanctus vir Pharaonem benedixit, non ad eandem benedictionem pertinere putant, quam ſolent plerumque exſules civibus, ſubditi prælatis, pauperiores ditioribus, & quam maxime ſenes, qui ſibi quædam commoda inpendunt exhibere, ſed ad neſcio quam adorandarum imaginum picturam: quæ nimirum tanto murilis eſt, quando minus ſuæ utilitatis efficaciam poteſt loquendo edicere. Ajunt enim, *Benedixit Jacob Pharaonem*, ſed non ut Deum benedixit: adoramus nos imaginem, ſed non ut Deum adoramus. O inconveniens conparatio! O hebes conjectura! O ſtolidiſſima dictio! Similem dicis benedictionem, quam ſanctus patriarcha regi exhibuit, qui præ cæteris dilectiſſimo filio inſigne contulit poteſtatis: qui ſibi cum univerſa prole uberem ad inhabitandum glebam conceſſit: qui ſibi non cujuscunque provinciæ portionem, ſed totius ſui imperii terræ donavit optionem, adorationi quam imaginibus exhibes? quæ adorantibus nihil præter rei memoriam cujus ſunt, exhibere valent. Benedixit itaque Jacob Pharaonem, non ut Deum quem omnis creatura benedicit & laudat, neque ut picturam quam manus artificis aptat, ſed ut hominem cui propter ſublimitatem conceſſæ à Deo poteſtatis honor eſt exhibendus. Benedixit, inquam, eum, non ut imaginem inſenſatam, ſed ut rationalem hominem: non ut induſtria pictoris conpaginatum, ſed ut ad Dei imaginem & ſimilitudinem conditum: non ut in parietibus inmobiliter ſtantem, ſed ut ſibi vel proli proſpera commodantem: & ut ita dixerim, benedixit Iſrahel regem qui ejusdem ſpiritus nectare delibutus erat; qui poſtmodum per Apoſtolum dicturus eſſet, *Benedicite & nolite maledicere:* qui non ſolum pro eo qui ſe & Rom. 12. ſubolem opulentia rerum ditabat, ſed pro calumniantibus & perſequentibus orare deberet. Non itaque hujuſcemodi benedictio, quæ profecto bonæ retributionis cauſa extitit celebrata, imaginum adorationi congruit: quæ neque ſe adorantibus, neque adorare ſpernentibus quandam pro qualitate meritorum poſſunt inferre retributionem.

CAPUT XV.

Quam abſurde agant qui ad confirmandas imagines exemplum divinæ legis proferunt dicentes, propitiatorium & duos cherubim aureos & archam teſtamenti præcipiente Domino Moyſen feciſſe.

FEciſſe ſanctus Moyſes, præcipiente Domino, propitiatorium & archam teſtamenti, & duos cherubim aureos, necnon & excidiſſe tabulas lapideas legitur: non tamen adorare juſſiſſe, nec ea ob præteritarum quarundam rerum memoriam, ſed ob futurorum myſteriorum ſacratiſſimam præfigurationem creditur condidiſſe. Quæ dum ita ſe habeant, quantæ ſint abſurditatis quantæque dementiæ illi qui his ſacratiſſimis & ſummo honore dignis rebus, præcipiente Domino, à legislatore conditis, imagines æquiperare conantes, illarum adorationem his exemplis ſtabilire moliuntur, nec ferrea vox explicare, nec noſtri ſenſus exiſtimatio poterit indagare: præſertim cum illa ſacratiſſimorū ſenſuum exuberent archanis, hæc parum utilitatis habeant, excepta recordatione rei

[illegible] teſtamenti D[illegible]
[illegible] ſignificabat, & in tertius [illegible]
A[illegible] aurea [illegible]
qu[illegible] & [illegible] tamen [illegible]
archa [illegible]
altera [illegible] ſe reſpicientes [illegible] vultus [illegible]
propiti[illegible] & inde Deus [illegible]
ru[illegible] tamque eſt [illegible]
ginum [illegible] uſum, [illegible]
ne conetur adſtruere? Nam dum [illegible] muant, [illegible] ordin[illegible]
interdum non geſtarum, ſed fictarum mentiantur errorem: illa verò [illegible]
bus radiant myſteriis & rutilant ſacramentis. Archa namque fœderis ſecundum [illegible] Dominum & ſalvatorem noſtrum, in quo ſolo fœdus pacis apud patrem habemus, deſignat: qui poſt [illegible] ſurrectionem ſuam aſcodens in cœlum carnem quam aſſumpſerat ex virgine, in patris dextera collocavit. In quo ſunt duæ tabulæ legis, duo videlicet teſtamenta: in quo eſt virga Aaron, quæ [illegible]

Pſalm. 110. Pſalm. 110. & Heb. [illegible] dederat ei, quia ipſe eſt rex & ſacerdos: Rex, quia de eo ſcriptum eſt; *Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Sion, & dominabitur in medio inimicorum ſuorum.* Sacerdos vero, quia de eo ſcriptum eſt,

Pſalm. 7[illegible] & 4. Eſd. 1. Ioan. 6. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*: in quo eſt manna, cæleſtis videlicet pabuli edulium, de quo edulio David egregius propheta dicit, *Panem de cœlo dedit eis, panem angelorum manducavit homo*: ſicut & ipſe in Evangelio dicit, *Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi* [illegible] propitiatorium ſuperponitur, quia ſcilicet legalibus ſive evangelicis præceptis, quæ in eo [illegible] ſunt, ſupereminet miſericordia ejuſdem mediatoris, per quam non ex operibus legis quæ ſe[illegible] nos, neque volentes, neque currentes, ſed ejus miſeratione ſalvamur: de quo etiam [illegible]

Pſalm. [illegible] Oſee 6. Matth. [illegible] 1 Joan. [illegible] dicitur, *Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu ejus* [illegible] Prophetam dicit, *Miſericordiam volo & non ſacrificium*. [illegible] per Pſalmiſtam dictum [illegible] *[illegible] Domine*: qui ſecundum Apoſtolum *propitiatio eſt pro peccatis n*[illegible]. In quo ſunt [illegible] rubim, ſcientiæ videlicet plenitudo, quæ in duobus teſtamentis [illegible], ejus [illegible] [illegible] qui invicem ſe attendunt, quia lex & evangelium magna [illegible] conſonantiam habent [illegible]

Matth. 5. Domino, *Non veni legem ſolvere, ſed adimplere.* Qui cherubim ideo verſos vultus habent in propitiatorium, quia duo teſtamenta ſpem ſemper in Dei miſericordia ponendam omnino commendant. Deſuper quo propitiatorio, id eſt, de medio cherubim loquitur Deus, quia idem filius

Joan. 1. Joan. 10. [illegible] eſt verbum patris, *per quem facta ſunt omnia*. & cùm ſit unius cum patre ſubſtantiæ, ſicut ipſe in evangelio ait, *Ego & pater unum ſumus*, ſive ut Philippo ait, *Qui videt me, videt & patrem*, Dei patris in eo ſemper de medio duorum teſtamentorum vox auditur: ſecundum pleroſque verò divinæ legis doctores qui hæc moraliter tractant, *aurum* ſapientiam ſignificat, *archa* ſecretum Dei. In archa juſſa ſunt poni lex & manna & virga Aaron. Per *virgam* poteſtas ſignificatur, per *manna* gratia: quia niſi cum gratia non eſt poteſtas præcepta faciendi. Verumtamen quia lex à quovis proficiente non ex omni parte conpletur, propitiatorium eſt deſuper. ad hoc enim opus eſt, ut propitius ſit Deus: & ideo deſuper ponitur, quia ſuperexaltat miſericordia judicium. Duo verò cherubim pennis ſuis obumbrant propitiatorium, id eſt, honorant velando, quoniam miniſteria iſta ſunt, & invicem ſe attendunt, quia conſonant. Duo quippe ibi teſtamenta figurantur, & vultus eorum ſunt in propitiatorium: quia miſericordiam Dei, in qua una ſpes eſt, valde commendant. Denique [illegible] ſe promiſit locuturum Deus ad Moyſen, de medio cherubim, deſurſum propitiatorii. Porro ſi creatura rationalis in multitudine ſcientiæ, quoniam hanc interpretationem habent cherubim, duobus ipſis animalibus ſignificatur: ideo duo ſunt ut ſocietatem charitatis commendent: ideo pinnis [illegible] propitiatorium obumbrant, quia Deo, oon ſibi tribuunt pinnas ſuas, id eſt, Deum honorant [illegible] tutibus quibus præſtant. Et vultus eorum non ſunt niſi in propitiatorium: quia cuicumque proficienti ad multitudinem ſcientiæ ſpes non eſt, niſi in Dei miſericordia. Quia igitur tabulæ per quas duo teſtamenta ſignificari ſuperius diximus, nullo terrore dantur, nullo ſtrepitu ignium, nulla com-

Exod. 20. motione nubium, nullo mugitu tubarum, ſicut illæ quæ prius à Domino datæ & à Moyſe comminutæ fuiſſe leguntur: quæ dum darentur Moyſi, à populo dictum eſt; *Loquere tu nobiſcum, & non loquatur ad nos Deus, ne forte moriamur*: hoc evidenter innuitur, quòd priores vetus teſtamentum in quo terror erat, ſignificaverint: poſteriores verò novum, in quo dilectio. Quod verò priores opus Dei fuerint, ſecundæ opus hominis: & illæ conſcriptæ digito Dei, iſtæ ſcriptæ ab homine narrantur, hoc apertiſſimè declaratur, quòd in illis vetus teſtamentum, ut præfati ſumus, ſignificatum eſt,

Rom. 5. quia Deus ibi præcepit, ſed homo non fecit. Lex enim poſita eſt in veteri teſtamento, quæ convinceret transgreſſores: unde & egregius prædicator ait, *Lex autem ſubintravit, ut abundaret peccatum.* Non enim implebatur timore, quæ non impletur niſi charitate: & ideo dicitur opus Dei, quia Deus legem conſtituit, Deus conſcripſit: nullum opus hominis, quia homo Deo non obtemperavit, & cum potius reum lex fecit. In ſecundis autem tabulis homo per adjutorium Dei tabulas facit atque

Rom. 13. conſcribit, quia novi teſtamenti charitas legem facit. Unde mediator Dei & hominum [illegible] ſolvere [illegible] adimplere venit. Dicit autem & idem egregius prædicator, *Plenitudo legis char*[illegible] *des quæ per dilectionem operatur.* Factum eſt itaque homini facile in novo teſtamento quod [illegible]

2. Cor. [illegible] teri difficile fuit, habenti fidem quæ per dilectionem operatur: atque illo digito Dei, hoc [illegible] Dei, intus eam in corde ſcribente, non foris in lapide. Unde dicit Apoſtolus, *No*[illegible] *in tab*[illegible]

pi[illegible]

pideis, ſed in tabulis cordis carnalibus: quoniam charitas Dei qua veraciter impletur præceptum, diſ-
fuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Hoc eſt ergo quòd primo data
eſt lex, ubi ſignificatur vetus teſtamentum, quod eſt opus tantummodo Dei, & conſcriptio digiti
Dei, quod Apoſtolus dicit, *Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & juſtum & bonum.* Lex Rom. 7.
ergo ſancta & bona Dei opus eſt, ubi homo nihil agit: quia non obtemperat, ſed reatu potius premi-
tur lege minante atque damnante. *Peccatum enim,* inquit, *ut appareat peccatum per bonum mihi ope-* Ibid.
ratum eſt mortem: beatus autem homo eſt, cum hoc mandatum ſanctum & juſtum & bonum adim-
plet. Eſt etiam opus ejus, ſed per gratiam Dei. Hic enim ſenſus aptatur translationi veteri, in qua ſe-
cundæ tabulæ a legislatore ſcriptæ fuiſſe memorantur. Cæterum quia in Hebraica veritate utræque
primæ videlicet & ſecundæ à Deo ſcribuntur, hoc ſignificatur, quia & vetus & novum teſtamentum
Sancti Spiritus gratia, qui digitus Dei dicitur, conſcriptum eſt, & in illo accipitur ſpiritus ſervitutis in
timore, quia Deus jugum legis homini inponit, homo ferre non valet. In iſto verò ubi tabulæ ab ho-
mine fiunt, a Deo ſcribuntur, homo obœdiendo accipit ſpiritum adoptionis. Hæc igitur inſignia, ar-
cha videlicet & quæ in ea ſunt, propitiatorium ſive cherubim, ſemper à nobis ſpiritali intuitu cernan-
tur, & tota mentis intentione quærantur. Nec ea in depictis tabulis ſive parietibus quæramus, ſed in
penetralibus noſtri cordis mentis oculo aſpiciamus: & qui ſecundum Apoſtolum, revelata facie glo-
riam Dei ſpeculantes in ejusdem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Do-
mini ſpiritu non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione verita-
tis: non jam veritatem per imagines & picturas quæramus, qui ſpe, fide & charitate ad eandem veri-
tatem quæ Chriſtus eſt, ipſo auxiliante pervenimus.

CAPUT XVI.

*Quòd nec inde adorandarum imaginum uſus adſtrui poſſit, ut illi ſtultiſſimè & inrationabiliter
dicunt, eo quod in lege ſcriptum eſt*: Ecce vocavi ex nomine Beſeleel filii Ur filii Exod. 31.
Hor de tribu Juda, & replevi eum ſpiritu ſapientiæ & intellegentiæ,
ad perficiendum opus ex auro & argento, & dedi
ei Ooliab Achiſama.

LEX, ut ait Apoſtolus, *ſpiritalis eſt.* Eſt enim nobis in præſentis ſæculi caliginoſo itinere ad diri- Rom. 7.
gendos noſtrarum mentium greſſus à Deo conlata, cujus jubare mentis acies perluſtrata my-
ſticorum ſenſuum poſſit intueri ſecreta. *Præceptum namque Domini lucidum*, ait Propheta,
inluminans oculos: atque idem, *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen ſemitis meis.* Pſalm. 19.
De hac itaque per quendam ſapientem dicitur; *Lucerna eſt mandatum legis, & lux via, & increpa-* Pſalm. 119.
tio & diſciplina. Et Eſaias dicit, *De nocte ſpiritus meus vigilat ad te Deus: quia lux præcepta tua ſunt*
ſuper terram. cujus lucis cum omnes eam non rectè intellegentes expertes ſint, hi nimirum prorſus Eſai. 26.
expertes eſſe creduntur, qui ob neſcio quam imaginum adorationem eam violenter ad ſuos ſenſus
flectere nituntur, & in ſuo errore eam quodammodo ſibi adminiculari affectant: cùm ex ea, quam-
quam ad rem non pertinentia, tamen utcunque teſtimonia proferre tentant. Quia ergo Beſeleel
ad faciendum opus ex auro & argento à Domino ſit electus, & ſpiritu ſapientiæ & intellegentiæ &
ſcientiæ repletus, ita hoc illi ad ſuum errorem muniendum in teſtimonium trahunt, ac ſi ea quæ per
eum Domino jubente fiebant, & myſteriorum typicas figuras redolebant, adoranda forent. *Beſeleel*
igitur interpretatur, *in umbra Dei*: *Ur*, *ignis* dicitur: *Hor*, *lumen* intellegitur. Cujus ergo iſte *Be-
ſeleel*, qui, ut diximus, *in umbra Dei* interpretatur, typum geſſit? niſi illius cui ſemper eccleſia clamat,
Sub umbra alarum tuarum protege me: &, *Sub umbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas*: Pſalm. 17.
& de quo in Canticis Canticorum ſponſa dicit, *Sub umbra ejus quam deſiderabam ſedi.* Hic enim filius Pſalm. 57.
Ur filii Hor dicitur: quia eſt ſplendor inenarrabilis, Deus ex Deo, lumen ex lumine: de quo per A- Cantic. 2.
bacuc prophetam dicitur, *Splendor ejus ut lumen erit.* Deus namque, ut ait Moyſes, *ignis conſumens eſt*:
quod & Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Hebræos iisdem verbis adfirmat: & idem Dominus per Za- Hab. 3.
chariam Prophetam dicit, *Abſque muro habitabitur Hieruſalem præ multitudine hominum & jumen-* Deut. 4. & 9.
torum, & ego ero in circuitu ejus murus & ignis. Qui cùm ſit unius cum patre ſubſtantiæ: & ad Moyſen Hebr. 12.
in igne loquitur, & ad diſcipulos in Evangelio ait, *Ignem veni mittere ſuper terram: & quid volo niſi ut* Zach. 2.
ardeat? Numquid non illo igne illorum pectora inflammata erant qui dicebant, *Nonne cor noſtrum* Luc. 12.
ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Is ergo Beſeleel ex nomine vo- Luc. 24.
catur, quia ei paterna voce per Eſaiam Prophetam dicitur, *Et vocavi te nomine tuo, meus es tu*: & de Eſai. 43.
quo per Moyſen dicitur, *Ecce mittam angelum qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat ad lo-* Exod. 23.
*cum quem præparavi. Obſerva eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet cùm
peccaveris, & eſt nomen meum in illo.* Sed nec genus hujus Beſeleel, qui ex nomine vocatus eſt, tacetur.
Ait enim ſcriptura, *Filium Ur filii Hor de tribu Juda.* Hic eſt enim de quo Iſrahelitica voce antè prædi-
ctum eſt; *Catulus leonis Juda ad prædam fili mi aſcendiſti*: id eſt, in crucē prædaturus infernū, *requieſcens* Gen. 49.
accubuiſti ut leo, id eſt, in ſepulchro: *& quaſi leæna, quis ſuſcitabit eū?* quia per virtutē patris tertia die à
mortuis reſurrexit. Per virtutem autem patris illum reſurrexiſſe audi Apoſtolū dicentem; *Hunc Deus* Act. 10.
ſuſcitavit poſt diem tertium, & dedit illum manifeſtum fieri non omni populo. Dic, rogo, ſancte Johan-
nes, qui ſupra mediatoris Dei & hominum pectus recumbens, de æterni luminis fonte luciflua po-

cula hauriebas, unde quotidie ambroſei liquoris nectar Chriſticolis mentibus propinas, [illegible]
Apoc. 5. de gemis ducat iſte Beſeleel, cujus typum ille antiquus legalis quondam Beſeleel gerebat. *Vi[illegible]*
quam, in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem [illegible]
Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis dignus eſt aperire librum, & ſolvere ſignacula e[illegible]
& nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terra aperire librum, neque reſpicere [illegible]m
& ego flebam multum, quoniam nemo dignus inventus eſt aperire librum, nec videre eum. Et unus de ſe-
nioribus dixit mihi; Ne fleveris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & ſol[illegible]
ptem ſignacula ejus. Nam dum iſte Beſeleel, quem Chriſti figuram geſtaſſe diximus, tantis virtutu[m]
prærogativis ornetur, ut & à Deo electus, & ex nomine vocatus, & Spiritu ſancto repletus, & cujus
filius vel de qua ſtirpe ſit deſcribatur, incaſſum ob imaginum adorationem firmandam in exemplum
trahitur: cum videlicet cunctis pictoribus excellentior, cunctiſque artificibus imagines formanti-
bus credatur fuiſſe præſtantior: cujus ſi operibus pictura vel cujuslibet opificio imagines conditæ
adſimilandæ ſunt, illi quoque pictores vel cujuslibet artis opifices imagines condentes adſimi-
landi ſunt: & ſi illi pictores vel cujuslibet opificii homines imagines condentes adſimi-
landi ſunt, ipſi quoque opifices ſive ab his conditæ imagines futurorum inſignem præfigurationem
gerunt: non autem pictores vel cujuslibet opificii homines nec opera eorum futurorum quandam
præfigurationem gerunt: non igitur illius operibus pictura vel cujuslibet opificio imagines conditæ
adſimilandæ ſunt. Quia vero iſte novus Beſeleel, redemptor videlicet humani generis, ſpiritum ſa-
Eſai. 11. pientiæ, ſcientiæ & intellegentiæ habuerit, qui utiq; unius cum patre & filio ſubſtantiæ eſt, & à patre
filioque procedit: Eſaias Propheta teſtis eſt. Ait enim, *Exiet virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus*
aſcendet & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & for-
Eſai. 61. *titudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replevit eum ſpiritus timoris Domini.* Et idem Dominus per eun-
dem Prophetam dicit, *Spiritus Domini ſuper me propter quod unxit me.* Hic ergo quod facit ex auro
& argento, facit in ornamentis tabernaculi: cum videlicet ſanctos viros *auro coruſcantes*, id eſt, inte-
Rom. 10. riori intellegentia, *argento nitentes*, id eſt, divinis eloquiis ornatos, & ut ita dixerim, aurum in corde
habentes, juxta illud, *Corde creditur ad juſtitiam*: argentum in confeſſione oris, juxta illud, *Ore au-*
tem confeſſio fit ad ſalutem: in tabernaculo Dei, ſancta ſcilicet Eccleſia, ad æternam patriam tranſitu-
Rom. 10. ros conſtituit. Quæ duo *aurum* & *argentum*, id eſt, fidem & confeſſionem, Apoſtolus quærebat cum
Exod. 35. dicebat, *Quia prope eſt verbum in ore tuo & in corde tuo*: quia ſi confeſſus fueris Dominum Jeſum
Chriſtum, & credideris in corde tuo quod Deus illum ſuſcitavit à mortuis, ſalvus eris. Quæ etiam
exornandum tabernaculum Moyſes quærebat, cum dicebat, *Sumite a vobis ipſis emptionem Domino:*
omnis qui conceperit corde, offerat initia Domino, aurum, argentum, & cætera. Qui etiam cum ſit ſa-
Prov. 3. pientia Dei patris, in ſanctis hominibus ſpiritali ſenſu exuberantibus habitare dinoſcitur, dicente
Scriptura, *Sapientia Dei ſuper lapides pretioſos eſt, habitatio ejus in vaſis aureis.* De qua ſapientia alias
per Salomonem dicitur, *Beatus homo qui invenit ſapientiam, & affluit prudentia: melior eſt adquiſitio*
Pſalm. 11. *ejus negotiatione argenti & auro primo: fructus ejus pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur*
tur huic non valent comparari. Quia ergo in argento eloquiorum divinorum nitor intelligitur, Pſal-
miſtæ teſtimonio adprobandum eſt dicentis, *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igni examina-*
tum terra purgatum ſeptuplum. Huic namque Beſeleel ad peragendum opus in adjutorium datur A-
chilama. Quem namque Achiſama iſte qui adjutorium Chriſto præbet, niſi ſanctos Apoſtolos & A-
poſtolicos viros ſignificat? qui nimirū dum per prædicationem, ſtudia & bonorum operum exempla
1. Cor. 3. homines in eccleſiæ gremio & virtutibus coruſcare faciunt, & ad æternam patriā pertrahunt, Chriſto
adjutores exiſtunt. De quibus profectò erat ille qui dicebat, *Dei adjutores ſumus: Dei agricultura*
eſtis: Dei ædificatio eſtis. Quæ igitur omnia dum allegoricis plena ſint ſenſibus, & tropicis per legiſ-
latorem prolata figuris, non ſolum dementiſſimum, ſed etiam inſaniſſimum eſt ea imaginibus, quas
unusquisque opifex pro captu ingenii ſui quales voluerit, immo quales potuerit, effecit, adſimi-
lare conari.

CAPUT XVII.

Quòd non rectè ſentiant qui dicunt, Si ſecundum Moyſi legitimam traditionem præci-
pitur populo purpura hyacinthina in fimbriis, in extremis veſtimentis poni ad me-
moriam & cuſtodiam præceptorum, multò magis nobis eſt per adſimilatam
picturam ſanctorum virorum videre exitum converſationis eo-
rum, & eorum imitari fidem ſecundum Apoſtoli-
cam traditionem.

TOTUM hoc capitulum commaticè eſt conſiderandum, & per ſingula unicuique particulæ reſpondendum: quoniam quamquam ad unius erroris tendat propoſitum, ex multis tamen particulatim eſt erroribus conpaginatum. Primo namque diſcutiendum eſt, cur purpuram hyacinthinam in eodem capitulo dixerint: cum videlicet alius color ſit purpureus, & alius hyacinthinus: & ſicut non poteſt rectè dici rubeus candor & candens rubor, velut ſi quis dicat argenteum aurum vel aureum argentum, ita nec rectè dici poteſt purpura hyacinthina, ut converſo ordine dici queat

queat purpu[illegible] quoniam talis derivatio reciproca nullius ſenſus vigore manere poterit inconv[illegible] quidem, ut præfati ſumus, alius color eſt hyacinthinus & alius purpureus, teſtis eſt ipſ[illegible]mo per Moyſen data, quæ ſingillatim hæc quatuor, hyacinthum videlicet, purpuram & [illegible] ſeu etiam byſſum ad indumenta pontificis conficienda, vel cætera quæ ad ſacrarium præparan[illegible]lent offerenda, deſignat: quibus quatuor materiis majores noſtri quatuor elementorum fi[illegible], ex quibus mundus ſive humanum corpus conſtat, ſignificari dixerunt, & ſingulas trop[illegible]ogice virtutes innuere docuerunt. Hyacinthum ergo ad aerem referunt, quod & ipſe indicat co[illegible]lor, ſicut & coccum ad ignem: purpuram aquæ accommodant, eo quod de aquis accipiat fucum: byſſum terræ, quia oritur ex terra. Denique & illud diſcutiendum eſt quod imaginum uſum exe[illegible]plo fimbriarum hyacinthinarum munire nituntur: cum præſertim illas priſcæ legis in myſterium ſeries in extremis veſtibus poni jubeat: iſtas verò ut adorentur nec veteris nec novi teſtamenti pagina uſpiam in ſacrariis poni præcipiat. Neque enim tanti erroris hoc exemplo valet adſtrui inſania: quod per legislatorem idcirco conlatum eſt, ut quædam archani ſenſus innueret indicia: nec res bene juſſa beneq; geſta tanto deliramento poterit convenire conlata. Inlatis igitur Dominus per Moyſen mandatis legis ad extremum intulit, *Ligabis ea in manu tua & erunt inmota ante oculos tuos.* Deut. 6. Quæ nos ſpiritaliter dum opere conplemus in manibus inmota tenemus: & cum die ac nocte meditamur in eis, ante oculos conlocata geſtamus. Juſſit quoque fimbrias hyacinthinas fieri in quatuor angulis palliorum, ſive ad dinoſcendū populum Iſrahel, ut eſſent ſignū in veſte, ſicut circumciſio ſignum in corpore: ſive ut nos, qui ſpiritalis Iſrahel ſumus, habeamus pro indumento juſtitiam & ſanctam converſationem:. hujus indumenti extremitas fimbriis hyacinthinis ſit ornata, quatenus vita noſtra ſanctarum ſcripturarum ſit teſtimoniis crudita. Hic enim fimbriarum bonus uſus & bene per legislatorem ſive illi carnali Iſraheli, ſive nobis ſpiritali bene conceſſus, male ab illis abuſus potius quam habitus eſt. De quibus veritas in evangelio dicit, *Dilatant enim phylacteria & magnificant fimbrias.* Matth. 23. Cujus quæſo iſti, cujus exemplum tenent? niſi Phariſæorum qui dum volunt vocari ab hominibus Rabbi, & quærunt primas in foro ſalutationes, primas in conventibus cathedras, dumq; per appetitum vanæ laudis ſua dicta vel facta cupiunt mandare memoriæ poſteritatis, imagines quæ bene à quibusdam in baſilicarum ornamentis conſtitutæ fuerunt, per ineptas & inutiles ſynodos male & ipſi adorant & alios adorare conpellunt. Illi per inanem gloriam fimbrias magnificant, iſti nihilominus per jactantiam imagines adorant: illi bene inſtitutas male magnificando dilatant, iſti bene conditas male adorando exaltant: illi putant Moyſi præceptis parere fimbrias magnificando, iſti putant ſe ſanctis omnibus placere imagines adorando: ac per hoc quanquam per diverſa diſcurrant & diverſa diverſis modis ſequantur, ad unius erroris deſtinatam veſaniam tendere noſcuntur: nec inmerito, cùm horum effectuum cauſæ ſive efficientia nil aliud ſint niſi ventoſæ laudis gloria ſive arrogantia. Ut ergo iſtius vaniſſimi capituli quod diſcutere commaticè propoſuimus, error expreſſius diſcutiatur, neceſſe eſt ut illius textus ex ordine repetatur. Garriunt enim, *Si ſecundum Moyſi legitimam traditionem præcipitur populo purpura hyacinthina in fimbriis in extremis veſtimentis poni, ad memoriam & cuſtodiam præceptorum, multo magis nobis eſt per adſimilatam picturam ſanctorum virorum videre exitum converſationis eorum.* Hoc quod dicunt, *multo magis*, quod pertinet ad *præcipitur*, ut ſubaudiatur, ſi populo præcipitur, multo magis nobis, nullum nec levem ſenſum quidem habere poteſt: quippe cum non ſolum multo magis non præcipiatur, ſed nec æque quidem nec minus uſpiam hic error præcipi videatur. Quod vero dicunt, *Per adſimilatam picturam videre exitum converſationis ſanctorum virorum*, quantæ ſit abſurditatis quantæq; dementiæ, pene infinitum eſt perſequi: cum videlicet in imaginibus non poſſit ſanctæ converſationis virtus videri, ſed ſolummodo illæ materiæ quibus ipſæ imagines formatæ ſunt. Num quidnam virtutes & meritorum inſignia, quæ illis utique in ſubjecto fuerunt, hoc eſt in animo, in his velut in ſubjecto quodam videri poſſunt? cum tamen in his non ſit anima quæ ſubjacens eſſe poſſit virtutibus, in ſubjecto autem iſtis hoc eſt in materiali corpore quodammodo colores ſunt, virtutes autem his nec de ſubjecto, nec in ſubjecto eſſe poſſunt. Numquid igitur ſapientiam, & eloquentiam in iſtis cernere poſſumus, quam plerique illorum habuerunt? numquidnam prudentiam aſpicere in iſtis valemus, per quam agnitio veræ fidei & ſcientia divinorum apicum in illis fuit? per quam trimodum illud intelligentiæ genus in divinis libris à prudentibus intellegitur. Quorum primum eſt, per quod quædam ita accipiuntur hiſtorialiter, ſepoſitis ænigmaticis vel allegoricis figuris, ut eſt decalogus legis. Secundum, per quod quædam in ſcripturis myſticè accipiuntur, tam ſecundum fidem rerum geſtarum, quam etiam juxta figuram allegoricorum ſenſuum: ſicut petra ex qua legislator latices elicuit & hiſtorialiter cautis fuit, & aquas evomuit, & allegoricè Chriſti figuram geſſit, qui cum ſit lapis in fundamento Sion fundatus, mellifluo ſpiritalis vitæ poculo credentium mentes ſatiat. Tertium genus eſt, quod tantum ſpiritaliter accipitur, ſicut de canticis canticorum, in quibus nil hiſtorialiter, ſed tantum ſpiritaliter accipiendum eſt. An juſtitia in iſtis intueri poteſt? per quam ſancti Deum timebant, religionem venerabantur, cunctis prodeſſe, nulli nocere curabant, fraternæ charitatis vincula amplecti, ſive aliena pericula ſuſcipere, vel etiam opem ferre miſeris, necnon & boni accepti viciſſitudinem rependere, ſeu æquitatem in judiciis conſervare ſtudebant. An illorum fortitudinem in pictorum coloribus perſpicere poſſumus? per quam magnanimes adverſa æquanimiter toleravere, & his patienter ceſſere, & ſpretis inlecebris fortiter reſtitere: per quam

mordaces gazas & gloriæ appetitus effugerunt: per quam etiam nec adverſis frangebantur, nec elevabantur ſecundis: cujus lorica induti fortes ad labores exiſtentes, ad pericul. contra inp[illegible] leſtiis nullis cedentes, animos paravere. An illorum temperantia in his imaginibus cerni[illegible] quam affectionem carnis moderantes reſtringebant appetitum. Cum ergo nil horum quæ pr[illegible]ximus in iſtis videri poſſit, magnæ eſt temeritatis dicere, *In adſimilata pictura videre exitum con[illegible]ſationis ſanctorum.* Sequitur in eodem vaniſſimo capitulo, *Et eorum imitari fidem ſecundum Apoſtolicam traditionem.* Num quidnam eorum fides quæ ſecundum Apoſtolum per dilectionem operatur in imaginibus imitari poteſt? Sicut ergo non poteſt videri in his exitus converſationis ſanctorum, ſic nec fides imitari: quoniam quæ illis deſunt in his nec videri nec per has imitari poſſunt. Omne quod caret vita, caret ſenſu: omne quod caret ſenſu, caret fide: omne igitur quod caret vita, caret fide. Nam cum ſint ſpes, fides & charitas inviſibiles & incorporalis qualitatis ſecundum proprietatem ſuæ ſubſtantiæ, in vero homine qui has habet, videri non poſſunt, niſi fortè in operibus demonſtrentur: ſedes enim earum ſicut & ceterarum virtutum, in anima eſt, quam conſtat eſſe inviſibilem. Et ſi in vero, qui has utique habet, videri non poſſunt, multo minus in picto videri poterunt, qui non ſolum his, ut præfati ſumus ſed etiam vita caret: & ſi in his videri non poſſunt, multo igitur minus imitari poterunt. unde datur intellegi, vanam eſſe eorum fidem qui per imagines ſanctorum fidem imitaturos ſe dicunt. Jam vero quia dicunt, ſecundum Apoſtolicam traditionem, dicant ubi ab Apoſtolis aut exemplis aut verbis traditum ſit, Per imagines videre exitum converſationis ſanctorum & eorum imitari fidem. Exitum ergo converſationis ſanctorum hoc modo demonſtrat Apoſtolus, cum dicit
Hebr. 11. *Sancti omnes juxta fidem defuncti ſunt non acceptis repromiſſionibus, ſed à longe aſpicientes & ſalutantes & confitentes qui peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram:* ſive cum dicit, *Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, extinxerunt impetum ignis, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello,* vel cetera quæ ſequuntur. Quid ergo debeamus imitari evidentiſſime
Epheſ. 5. idem Apoſtolus demonſtrat, cum dicit, *Eſtote imitatores Dei ſicut filii chariſſimi:* & in alio loco dicit,
1. Cor. 11. *Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti.* Unde liquido patet hanc eſſe Apoſtolicam traditionem, ut non in picturis, ſed in virtutibus videri poſſit ſanctorum exitus converſationis, & eorum imitari fides, non imaginum fucis, ſed in operibus bonis.

CAP. XVIII.

Quod vana ſit ſpes eorum qui ſalutem ſuam in imaginibus ponunt, dicentes, Sicut Iſrahelîticus populus ſerpentis ænei inſpectione ſervatus eſt, ſic nos ſanctorum effigies aſpicientes ſalvabimur.

Rom 8. SPES eorum qui ſalutem ſuam in imaginibus ponunt ab Apoſtolo reprobatur qui ſpem non in his quæ videntur, ſed in his quæ non videntur eſſe diſſerit. ait enim, *Spes quæ videtur non eſt ſpes:* quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. Nam dum æneus ſerpens præcipiente Domino à Moyſe conditus, & in ſublimi fuerit, non ut adoraretur, poſitus, ſed ut ad tempus ignitorum ſerpentium viroſis obſiſteret morſibus, falſæ ſpei ludificatione deluduntur, qui ita ſe manu factarum imaginum inſpectione ſanandos arbitrantur, ſicut Iſraheliticus populus illius ænei ſerpentis inſpectione ab ignitarum peſtium mor[illegible]ris ictibus ſanabatur: præſertim cum ille ut fieret, Moyſi à Domino imperatum eſt: hæ vero [illegible] fiant nullius ſcripturæ textu ſit inſtitutum. Quid ergo ſerpens ille, cujus inſpectione à ſerpentibus vulnerati ſanabantur, ſignificaverit ipſo redemptore noſtro docente cognovimus, qui ait, *Sicut*
Joan. 3. *Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis:* quem videlicet dum ſedula mente internis oculis aſpicimus, malignorum ſpirituum mortiferis tentationum morſibus ſuperatis, æternæ mortis pericula evitamus. Præterea ſicut in divinæ legis verbis ea quæ à ſancto Spiritu bene in lege, Prophetis, evangelio ſive Apoſtolis dicta ſunt, plerumque perverſa intentione ab ſchiſmaticis male intelleguntur, ita etiam pleraque quæ idcirco à patribus ut prodeſſent inſtituta vel facta ſunt, decuſſis prolixorum temporum curriculis, à poſteris malè habita & in perverſum mutata fuiſſe creduntur, ſicut de phylacteriis & fimbriis, de quibus paulo ſuperius dictum eſt, vel etiam de æneo ſerpente, de quo nunc dicere inſtituimus, qui, ut præfati ſumus, ad tempus ut vulneratis à ſerpentibus prodeſſet, fuit neceſſarius, per quem poſtmodum inolevit excelſorum inſolentiſſimus uſus cui cum vidiſſet Ezechias rex juſtus incenſa adolere & quaſdam culturas exhibere, magnaq; ex parte populum periclitari, tanto perſuaſum errore, eum non diſtulit frangere, quem & per legiſlatorem ad profectum noverat conditum fuiſſe, & à populo cernebat celebrari vano cultu & ſuperſtitioſa religione. Laus ergo ejuſdem Ezechiæ ſanctiſſimi regis eo quòd vanas ſuperſtitiones abſtulerit, eundemque ſerpentem confregerit, hoc modo in divinis literis habetur: *Fecit,* inquit,
2. Reg. 18. *Ezechias quod bonum erat coram Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ſuus: ipſe diſſipavit excelſa & contrivit ſtatuas & ſuccidit lucos, confregitq; ſerpentem æneum quem fecerat Moyſes: ſiquidem uſque ad illud tempus filii Iſrahel adolebant ei incenſum, vocavitque eum Naaſtan. In Domino Deo Iſrahel ſperavit, itaque poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Juda, ſed neque in his qui ante eum fuerunt: & adhæſit Domino, & non receſſit à veſtigiis ejus, fecitque mandata ejus quæ præceperat Dominus Moyſi, & erat Dominus cum eo & in cunctis ad quæ procedebat ſapienter agebat.*

[illegible]æc

[illegible] quas se quidem [illegible] Dei [illegible] his [illegible] bus luminaria ac [illegible] Hic modo [illegible] Hie- [illegible] lact[illegible] ius Pharisæorum [illegible] nem expo[illegible] inquit, *si per istis [illegible] mulierculæ in par[illegible] gelus & [illegible] & [illegible] quidem zelum Dei, sed non juxta sc[illegible] e hodie fa[illegible] [illegible] tientes.* Jam vero quia se imaginum in[illegible] salvandos credunt, sicut [illegible] Israeliticus populus a serpentium morsibus [illegible] tur, si qua forte eis quædam [illegible] accesserit, recurrant ad imagin[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuerunt, revertantur ad Dominum, & per sanct[illegible] intercessione [illegible] [illegible] cepturos credant, qui totius sanitatis & vitæ est auctor.

CAP. XIX.

Quod magnæ sit temeritatis dicere, Sicut Judæis tabulæ & duo ch[illegible]: [illegible] Christianis donata est crux & sanctorum imagines, ad [illegible] & adorandum.

SÆPE in hoc opere dicere conpellimur, quòd neque tabulæ neq; duo cherubim, nec cætera hujuscemodi ad adorandum in veteri testamento facta fuisse credantur: [illegible] relicto mediocritatis & rectitudinis calle in eo ultra quam ordo exposcit, extollunt, quod ea ad adorandum fuisse conlata proclamant: in eo verò ultra quàm res exigit submittunt, quod illis imagines æquiperare affectant. Cum ergo dicunt, *Sicut Judæis tabulæ & duo cherubim, ita nobis Christianis datæ sunt crux & sanctorum imagines ad adorandum & adscribendum.* quid aliud faciunt, nisi ut imagines exaltent, Christianorum res extenuent? præsertim cum illos qui sub lege erant dicant habuisse duos cherubim a Moyse conditos, de quorum medio Deus loquebatur, nos autem qui sub gratia sumus dicant habere cruces, quæ à quibuslibet artificibus efficiuntur: illos qui umbram legis sequebantur habuisse [illegible] tabulas, continentes legis decalogum, nos qui veritatem quæ Christus est sequimur, habere opera quorumlibet artificum: illos qui spiritum servitutis acceperunt, in timore dicant habuisse ea quæ Moyses faciebat, Domino insinuante, nos qui spiritum adoptionis accepimus, in quo clamamus Abba pater, habere imagines quas quilibet pictor condit, mundanæ tantum artis experientia perdocente. Nos enim, qui non sequimur literam mortificantem, sed spiritum vivificantem, qui non carnalis, sed spiritalis Israhel sumus, qui spretis visibilibus invisibilia contemplamur, non solum imaginibus majora mysteria, quæ omni mysterio carent, sed ipsis tabulis seu duobus cherubim majora & eminentiora mysteriorum insignia a Domino accepisse nos gratulamur: cum videlicet tabulæ & duo cherubim exemplaria fuerint futurorum: & cum Judæi habuerint carnaliter, resque typicis opertæ figuris præfigurationes fuerint futurorum, nos habemus in veritate spiritaliter ea, quæ illis exemplaribus sive præfigurationibus carnalibus præfigurabantur. Quantum ergo eminet umbræ corpus, imagini veritas, figuræ res gesta, tantum eminet veteri testamento novum: quippe cum illud dedicatum sit à Moyse cum lecto omni mandato legis universo populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo: ipsum quoque librum & omnem populum aspersit dicens, *Hic sanguis testamenti quod mandavit ad vos Deus:* istud vero dedicatum sit à mondi redemptore Domino nostro Jesu Christo, qui *in qua nocte tradebatur, accepit panem & benedixit ac fregit dedit q; discipulis suis dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem. similiter & calicem postquam cœnavit, dicens, Hic calix novum testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* In illo sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus coinquinatos sanctificabat, ad emundationem carnis: in isto sanguis Christi qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit inmaculatum Deo, & mundat conscientias nostras ab operibus mortuis, ad serviendum Deo vivo & vero. In illo agnus per familias occidebatur, ejusq; carnibus pascha celebrabatur; in isto agnus Dei *qui tollit peccata mundi* qui est verus agnus inmaculatus, Deo etiam est in sacrificium oblatus, dicente Apostolo, *Pascha nostrum inmolatus est Christus.* In illo Cananitidis gentis regnum rerumque corporalium affluentia pollicetur: in isto vita æterna regnumq; cœlorum conceditur. In illo promittitur terra quæ lacte & melle fluit: in isto pollicetur patria cœlestis, in qua datur quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. In illo neomeniæ, id est, novæ lunæ principia celebrantur: in isto nova creatura in Christo accipitur, vale electionis Paulo adtestante, qui ait, *Si qua nova in Christo creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova.* In illo sabbati otium & requies celebrabatur: in isto sabbati requies, in Christo habetur qui dixit, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam, & invenietis requiem animabus vestris.* In illo pecoribus inmolatis carnis & sanguinis hostiæ offerebantur: in isto sacrificium carnis & sanguinis Christi offertur, quod per illa animalia figurabatur. In illo jugum grave legis cervicibus inpositum faciebat servos: in isto jugum Christi leve & onus suave per spiritum adoptionis facit filios. His ita se habentibus perversum & ultra quàm perversum est, ut alternatim converso ordine præstantioribus deteriora, deterioribusve præstantiora dentur, & adeo imaginum usus magnificetur ut Christianorum res quodam modo extenuentur.

Exod. 24. 1. Cor. 11. Joan. 1. 1. Cor. 5. 2. Cor. 5. Matth. 11.

CAP. XX.

CAPUT XX.

Quod non minus omnibus, ſed pene cunctis plus Taraſius deliraſſe dinoſcitur, dicens Sicut veteres habuerunt cherubim obumbrantem propitiatorium; & nos imagines Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ Dei genetricis & ſanctorum ejus habeamus obumbrantes altare.

NON eſt inconſequens ut Taraſius, qui, ut fertur, à populari converſatione ad ſacerdotale culmen, a militari habitu ad religioſum, à circo ad altarium, à forenſi tumultu ad prædicationem, ab armorum ſtrepitu ad ſancta myſteria peragenda extraordinarie provectus eſt, ſubditarum ſibi plebium mentes ab ſpiritalibus ad carnalia, ab inviſibilibus ad viſibilia, à veritate ad imaginem, à corpore ad umbram, ab ſpiritu viviſicante ad literam mortificantem, ab ſpiritu adoptionis ad ſpiritum timoris, denuo redire conpellat: ut quoniam ille ſpretis his quæ ei fortaſſe inlicita non erant in laicali converſatione, ad ſacerdotalis culminis gradum convolavit, quod ei inlicitum erat ob ſubitaneam converſationem, ei etiam ſubditæ plebes à licitis ſpiritalium obſervationum myſteriis ad inlicitas corporalium rerum obſervantias convolent per ejus prædicationem. Quia ergo melioribus contemptis, pejoribus uti hortatur, & quia veteres babueruut cherubim qui per Moyſen facti ſunt, de quorum medio loquebatur Deus, obumbrantes propitiatorium: ideo fideles hortatur habere imagines, quæ à quibuslibet opificibus conduntur obumbrantes altare. Faciat archam quæ non ſit de lignis Setthim, ſed ſalicum: nec ſit auro tectâ, ſed plumbo: quæ non habeat circulos aureos, ſed æneos: in quibus non ſint vectes de lignis Setthim, ſed fagorum: in qua non ſint tabulæ quæ habeant decem verba legis, ſed undecim quibus transgreſſio legis ſignificetur: in qua non ſit virga Aaron, ſed cujuslibet baculus illius prodeceſſorum qui ab illo anathematizantur, vel à quibus ille anathematizatus eſt: in qua ſit urna, non quæ babeat maona, ſed cujuslibet germinis grana. Faciat & candelabrum ex plumbo puriſſimo, & menſam propoſitionis panum, quæ non appelletur ſancta. ſcribat & librum legis, qui cuilibet manus cito inponere jubeat, & neophytos ad epiſcopatum promoveri percenſeat, qui etiam ſimilitudines horum quæ in cœlo & quæ in terra ſunt, fieri, colere & adorare perdoceat. Decurſis igitur breviter his, quibus Taraſius ideo non recte prædicet, quia nec recte, ut fertur, ſacerdotii culmen conſcenderit, & quia dixit, *Pro cherubim habeamus imagines*, quibusdam per eundem loquutionis modum, qui à quibusdam aſtiſmos nuncupatur, prolatis, nunc qualiter intra ſanctam eccleſiam propitiatorium duobus cherubim obumbretur, ſive ſecundum tabernaculi conſtitutionem quod in eremo à Moyſe conſtitutum eſt, ſive ſecundum templi ædificationem quod à Salomone Hieroſolymis ſtructum eſt, Domino auxiliante, ſpiritalibus ſpiritalia cooparantes expediamus, ne ab inſipientibus quiddam ſanctis ſcripturis derogare videamur, eo quod imagines non adoramus. Primo quærendum eſt cur Moyſes cum tabernaculum faceret duos cherubim aureos fecerit: & in propitiatorio quod erat ſuper archam poſuerit, Salomon vero alios duos multo majores addiderit? quibus in templo poſitis ſub eorum alis archam in medio conlocaverit cum propitiatorio & cherubim prioribus, & in tabernaculo duo cherubim, in templo verò quatuor fuerint? ad unam igitur eandemq; ſignificationem utriq; pertinent, niſi tantum quod Salomon qui *pacificus* interpretatur, & figuram Chriſti geſſit, auctius ſive latius duorum cherubim magnitudinem ſublimavit. Quo in facto innuitur eo quod poſt incarnationem Dominicam Eccleſia latius eſſet ex diverſarum gentium congregatione ſublimanda, & ſupernis civibus copulanda: qui ſic conditorem de conlato ſibi munere beatitudinis conlaudant, ut de noſtra quodam modo ereptione atque ad eandem beatitudinem introductione congaudeant. Cherubim namque, ſicut propheta Ezechihel evidentiſſimè demonſtrat, angelicæ dignitatis vocabulum eſt, numeroque ſingulari cherub, plurali verò cherubim dicitur. Unde & non incongrue in figuris cherubim quæ in oraculo erant facta, evangelica miniſteria intelleguntur, qui conditori ſuo in cœlis adſiſtentes de ſua perpetua beatitudine lætantur. Alas enim ad invicem ſuper archam extendunt, cum ad laudem Domini ſalvatoris referunt bonum omne quod acceperunt. Alteras alas ad oraculi parietes extendunt, cum ſanctos etiam homines in ſua ſocietate videntes lætantur, eosq; velut alarum ſuarum ſummitatibus tangunt, quos profecto conſortes atque ſequaces extitiſſe in hac vita ſuæ puritatis exultant. Duos autem æque parietes ſuis tangunt alis, quia fideles utriusque populi, Judæorum ſcilicet & gentium conpotes ſecum habent aulæ cœleſtis: non quod in illa patria inter utrumque populum ſit quædam diſtinctio localis, ſed quia major fiat feſtivitas internæ beatitudinis de conſortio adunatæ fraternitatis. Extendunt ergo cherubim ad utrumque parietem oraculi alas ſuas, quia lætaotes io cœleſti patria juſtos utriusque plebis viſione quoque ſuæ gloriæ ad laudem creatoris excitant. Nec ſolum de illorum quos ſecum intus habent hominum juſtorum felicitate lætantur agmina cœleſtia, verum etiam noſtri qui foris adhuc poſiti de profundis ad Dominum clamamus, continuam curam

2. Paral 3 gerunt. De quibus cherubim bene etiam in libro Paralipomenon ſcriptum eſt: *Ipſi autem*, inquit, *ſtabant erectis pedibus, & facies eorum verſæ erant ad exteriorem domum.* Stabant etenim erectis pedibus cherubim: quia numquam a via veritatis in qua mox ut conditi ſunt poſiti fuerunt, quodammodo

[illegible], facie eorum erant verſæ ad exteriorem domum: quia no[illegible] hujus [illegible] nationes [illegible] eos ad ſuum deſiderant pervenire conſortium. Stabant ergo erectis pedibus, alas [illegible] oraculi parietes extentas, & facies habebant verſas ad domum exteriorem: quia videlicet [illegible] ſuam perpetuò innocentiam conſervant: ſic de animarum ſanctarum in cœlis beatitudine [illegible]ent, ut eis quoque, quos in terris adhuc peregrinari conſpiciunt electis opem ferre non deſinant, donec & illos ad cœleſtem patriam introducant. Poſſunt etiam, ſicut jam in ſuperiori capitulo aſſequuti ſumus, per duos Cherubim duo teſtamenta ſignificari. Ideo igitur in oraculo ſunt [illegible], quia in conſilio divinæ proviſionis nobis utique inacceſſibili atque inconprehenſibili ante ſecula diſpoſitum eſt, quando & qualiter quibusve auctoribus ſacra ſcriptura conderetur. De lignis vero olivarum ſunt facti, ſive quia per viros miſericordiæ unctione Spiritus ſancti inluſtratos divini conſcripti ſunt libri: ſive quia lucem ſcientiæ tribuunt, juvante flamma charitatis Dei, quæ per Spiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris. Decem cubitis ſunt alti, quia per obſervantiam decalogi legis Deo ſerviendum prædicant: quia Deo fideliter ſervientes, denario ſe remunerandos eſſe regni cœleſtis oſtendunt. Geminas habent alas, quia teſtamenta per aſpera æque & proſpera indefeſſo propoſito ſemper ad cœleſtia tetendiſſe ac perveniſſe declarant: quia hoc idem ſuis auctoribus faciendum eſſe demonſtrant. Quinq; cubitorum ala cherub una, & quinq; cubitorum ala cherub altera: quia in omni labentium rerum varietate ſancti univerſos corporis ſui ſenſus in obſequium ſui conditoris extendunt, oculos habentes ſemper ad Dominum, audire deſiderantes vocem laudis ejus, & enarrare univerſa mirabilia ejus, dulcia faucibus ſuis habentes eloquia illius ſuper mel & favum ori ſuo: currentes in odore unguentorum ejus & donec ſupereſt halitus in eis, & Spiritus Dei in naribus ipſorum, non loquentes labiis iniquitatem, nec in lingua ſua ſtultitiam perſonantes: ſicq; per arma juſtitiæ à dextris & à ſiniſtris incedentes ad perceptionem cœleſtis denarii, quem ſummus paterfamilias cultoribus ſuæ vineæ repromiſit, perveniunt. Quia ergo opus unum erat in duobus cherubim, hoc innuebat, quia utriusq; inſtrumenti ſcriptores una eademq; caſtitate operis & charitatis devotione Deo ſerviebant, una & conſona Deum voce ac fide prædicant. Quæq; novum teſtamentum de dominica incarnatione, paſſione, reſurrectione, aſcenſione, gentium vocatione, Judæorum expulſione, multimoda eccleſiæ tribulatione facta narrat: hæc eadem vetus teſtamentum ſi recte intelligitur veraciter facienda prædicebat. Adventum verò Antichriſti, finem ſeculi extremi, diſcrimen judicii & æternam bonorum gloriam, pœnamq; reproborum, concordi utrumque teſtamentum veritate profatur. Alæ igitur cherubim interiores ſuper archam ſe invicem contingebant, quia teſtamenta pari de domino adteſtatione conſentiunt. Item alis exterioribus iſte unum parietum, ille alterum contingebat: quia vetus teſtamentum propriè antiquo Dei populo ſcriptum eſt: novum vero nobis qui poſt incarnationem dominicam ad fidem venimus, & ſecundo pariete, hoc eſt, ſeptentrionali, recte conparamur, quibus poſt figurā ac tenebras idololatriæ lucem veritatis cognoſcere datum eſt. Nam etſi primitiva eccleſia maxime de Judæis effloruit, & omnis Iſrahel circa finem ſæculi ſalvandus eſſe credatur, plurimi tamen fidelium hujus temporis de gentibus congregantur ad evangelii ſuſcipienda ſacramenta. Quibus hoc etiam divinitus donatum eſt, ut revelatis oculis ſui cordis manifeſte cognoſcant literam veteris teſtamenti evangelicæ gratiæ plenam eſſe myſteriis. Verſas habentes facies cherubim ad exteriorem domum: quia nos qui adhuc foris ſtamus noo re ipſa, ſed ſpe ſalvi facti ſumus. Divini ſunt libri conditi, quia ſcriptores eorum jam regnantes cum domino illumq; conlaudantes in cœlis curam noſtræ gerunt ſalutis proque noſtris erratibus apud ejus pietatem interpellant. Circumdati ſunt auro cherubim, quia præclaris ſcriptorum ſuorum operibus confirmatur auctoritas teſtamentorum, manifeſtata autem per orbem cognitione divinarum ſcripturarum, ſive interna gloria cœleſtium agminum. Uterque enim cherub, ut diximus, & angelos & teſtamenta deſignare.

CAP. XXI.

Quod non bene Iohannes presbyter ſenſerit qui ut imaginum adorationem adſtrueret, dixit, Et Jeſu Nave duodecim lapides ſtatuit in Dei memoria.

CUm in eadē ſynodo quæ pro adorandis imaginibus facta eſt, cujus nos errores ſummatim diſcutiendos arripuimus, nullum teſtimonium ex divinis apicibus prolatum ad eandem rem pertinere conſtet, nec hoc quoq; pertinere conſtat, quod Johannes presbyter & legatus orientalium protulit dicens, *Jeſu Nave duodecim lapides ſtatuit in Dei memoria.* Quorum ſi hiſtorialiter quur ab amnis alveo educti & in Galgalis fuerunt poſiti, cauſa quæratur, ab eodem Joſue aperitur: qui his non ad adorandas imagines inſtruendam fore Iſrahelitarum poſteritatem edocuit, ſed memorem ſtupendo miraculo areſacti fluminis eſſe debere permonuit, qui ad poſteros hanc ſine voce legationem proclamantes deferrent: *Nos quos cernitis liquentis quondam elementi fuimus habitatores, qui arida terra nunc ſumus exſules, quiq; tot ſeculis Jordanis fuimus indigenæ, ejus exempti gurgitibus telluris nunc ſumus advenæ. Quoniam cum ante faciem archæ domini, immo ante faciem Dei Jacob, ſacerdotum perſtrepentibus catervis, & populis cum magna exultatione admirantibus cuneis,*

*cuneis, novum ille pateretur diſſidium, interiorem partem fuga lapſam æquoreis undis im-
rioremq́, in aera ... ſtigiaret, obſtupeſcentibuſq́, populis lymphaticos ad alta montes ſuſtolleret & ...
ſolitum Iſrahelitici tranſitum arenti alveo præſtaret ab antiquis ſummis ſedibus educti, & iſtic ...
rum humeris adlati iſtic ... poſiti, iſticq́, ſummis diu permanſuri.* Si vero typice quid iſti lapides ...
raverint quæratur, novo Joſue, Domino videlicet & ſalvatore noſtro Jesu Christo ...
nobis patriæ habitationem diſtribuit docente, panditur, qui ut baptiſmi ſacramentum per ...
Matth. 26. æternam patriam pervenitur, ſtabiliret, duodecim Apoſtolos elegit, quibus & dixit, *Euntes ...
omnes, baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti:* qui uſque in perpetuum ſanctæ ...
ſiæ poſteritati perhibent teſtimonium, dum eam ad cœleſtia regna provocant per baptiſmi ſacra-
mum ſacramentum. Per alios ergo duodecim nihilominus lapides qui in Jordanis alveo poſiti ...
ſanctorum patriarcharum & prophetarum profecto figura prætenditur: qui nimirum dum bap...
ſacramentum ſub umbra legis poſiti non aperte prædicaverint, ſed per quaſdam myſticas & ...
bratas figuras innuerint, quaſi flumineis fluctibus obruti ſunt: quia videlicet quanquam aperte ...
videantur baptiſmum inſtituiſſe, non tamen creduntur ejus myſterio caruiſſe. pro quibus pa...
ſanctæ eccleſiæ nati ſunt filii, id eſt, Apoſtoli, quos conſtituit principes ſuper omnem terram qui ...
mores ſunt nominis Domini in omni progenie & generatione: ut tam per illos quam etiam per i...
ſacroſanctis chariſmatibus referta & dogmatibus edocta, non imaginum fucis vel quibuslibet ſu...
ſtitioſis rebus, ſed fide & operibus dominum quærere non deſiſtat.

CAP. XXII.

Quod non ſit æqualis adoratio ut illi dicunt, Nathan prophetæ erga David regem, adorationi imaginum.

2 Reg. 12. NON eſſe æqualem adorationem, quam Nathan propheta David æque prophetæ regique ſan-
ctiſſimo exhibuit, adorationi quam quidam imaginibus exhibent, non neceſſe eſt mul...s ad-
probare documentis: quoniam evidentiſſimis eſt adprobatum indiciis, nec noſtra in-
diſputatione res quæ tam aperta tamq́; clara elucet ratione. Sed ne hoc ſilentio præteriſſe videamur
oportet ut quiddam inde ſtrictim breviterq́; exſequamur. Adoravit, inquam, Nathan propheta Da-
vid regem, non ut colorum fucis compaginatam imaginem, ſed ut a Deo in regni apice ſubli...
poteſtatem. Quippe qui ejuſdem doni cœleſtis munere ſatiatus erat, quo ille ſatiandus foret q...
Rom. 13. cturus erat: *Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ au-
tem ſunt à Deo, ordinata ſunt. Itaq́, qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt,
ſibi damnationem adquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non time-
re poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum, ſi autem ma-
lum feceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui ma-
lum agit. Ideoq́, neceſſitati ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam. Ideo enim
tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tri-
butum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. nemini quic-
quam debeatis niſi ut invicem diligatis.* De hac etiam re idem vas electionis per ſpiritum ſanctum di-
Tit. 3. ſcipulum Titum ſic inſtruit, *Admone illos, principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, admone
ad opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, litigioſos non eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes man-
ſuetudinem ad omnes homines.* Adoravit itaque propheta regem: ſpiritu ſancto repletus, ſpiritu ſan-
cto repletum; vaticinii munere fretus, vaticinii munere fretum; meritorum inſignibus coruſcans,
meritorum inſignibus coruſcantem. Non enim in eo quandam inſenſatam rem ſuperſtitioſæ vanita-
tis cultu adoravit, ſed virum inventum ſecundum cor Domini, virum ſacri unguinis liquore delibu-
tum, virum in Dei laudibus ſupra omnes excitatum, virum qui de Chriſti incarnatione, paſſione,
mortuis reſurrectione, in cœlum aſcenſione, cunctis præcellentius prophetavit: virum qui non ſo-
lum Dei filium venturum prophetavit, ſed ejus etiam typum geſſit: virum qui non ſolum ejus typum
geſſit, ſed etiam ſecundum formam ſervi germinis proſapiam miniſtravit. Dilectionis affectu, humi-
litatis obſequio, prælationis debito, officioſa adoratione honorificavit, quem ſi non ei ſe ſubdendo
ejuſque monitis parendo honorificaret, illi ſpiritui contraire videretur, qui per paſtorem eccleſiæ di-
1. Pet. 2. cturus erat, *Subditi eſtote omni humanæ ordinationi propter Dominum*, ſive regi tamquam præcellenti,
ſive ducibus tamquam ab eo in hunc ipſum miſſis ad vindictam malorum, laudem verò bonorum: quia
ſic eſt voluntas Dei ut benefacientes obmuteſcere faciatis ſtultorum hominum ignorantiam: ut li-
beri, non ut velamen malitiæ habentes libertatem, ſed ſicut ſervi Dei. Omnes honorate, fraternita-
tem diligite, Deum timete, regem autem honorificate. Cùm ergo tot indiciis, tantiſq́; Apoſtolo-
rum prædicationibus reges honorificandi ſint, abſurdiſſimum eſt adorationem, quæ imaginibus ani-
hil ...rfit, adorationi quæ ſanctiſſimo regi per prophetam fiebat, æquiparare velle: cùm videlicet ille
Dei famulum, & ut ita dixerim, ſancti ſpiritus habitaculum & divinæ incarnationis miniſtrum ſal-
tando adoraverit: iſti verò in imaginibus nil aliud niſi eaſdem materias, de quibus illæ fiant adorent.
Nam ſi æqualis eſt adoratio quæ David à propheta exhibita eſt, adorationi quæ imaginibus exhibe-
tur, ipſe quoq́; David imaginibus æqualis eſt: & ſi imaginibus æqualis eſt, non ſolum tot merito...
inſignibus, ſed etiam ipſa humana ratione caruiſſe credendus eſt: non autem tot meritorum inſigni-
bus, nec ipſa humanâ ratione caruiſſe credendus eſt: non igitur æqualis eſt adoratio quæ illi a pro-
pheta exhibita eſt, adorationi quæ imaginibus exhibetur.

CAP. XXI...

CAP. XXIII.

Quòd in eo quod ſcriptum eſt, Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: *ſive*, Vultum tuum Domine requiram, *nihil manu factæ imaginis intellegendum eſt, ut illi dicunt.*

NIL ad manufactarum imaginum vultus pertinet, quod Pſalmographus dicit, *Signatum eſt ſu-* Pſalm. 4.
per nos lumen vultus tui Domine: nec illud, *Vultum tuum Domine requiram*, ut in ejusdem va-
niſſimæ ſynodi lectione habetur, quæ pro adorandis imaginibus facta eſt: cujus textus nil a-
liud quàm materia eſt, ubi ſtultitia magnitudinem ſuam exercuit. Nam ſi hic vultus cujus ſuper nos lu-
men ſignatum eſſe propheta decantat, & quem ſe requiſiturum eſſe denunciat, in manufactarum
imaginum vultibus intellegendus eſt, quærendum magnopere eſt, quale lumen habeant, aut quo
modo id lumen ſuper nos ſignatum ſit, aut ubi idem Propheta talem requiſierit vultum. In corde
etenim idem ſanctus vir Deum non in manufactis vultibus quærebat, cùm dicebat: *In toto corde meo* Pſalm. 119.
exquiſivi te, Deus, ne repellas me a mandatis tuis. Vultus ergo Dei cognitio Dei eſt, id eſt, filius, per
quem ad cognitionem divinitatis pervenimus. Eſt etiam imago Dei, dicente Apoſtolo, *Qui eſt ima-* Coloſſ. 1.
go Dei inviſibilis: ideo videlicet imago, quia de illo eſt. Eſt enim, ſecundum eundem Apoſtolum, *ſplen-* Hebr. 1.
dor gloriæ & figura ſubſtantiæ ejus. Ideo ſplendor, quia dum ſit pater lux, ita filius ab eo inſeparabiliter
quaſi ſplendor ex luce procedit: ideo figura, quia ſuſcipiens formam ſervi, operum virtutumque ſi-
militudine patris in ſe imaginem atque ſimilitudinem deſignavit. Eſt enim & facies Dei, quia per
eum ſe pater hominibus manifeſtavit, dicente eodem Domino Jeſu Chriſto, *Qui videt me, videt &* Ioan. 14.
patrem. Hunc ergo vultum ſe David quæſiturum, non manufactas imagines pollicebatur, cùm dice-
bat, *Vultum tuum Domine requiram.* hanc divinæ cognitionis claritatem exorabat, cum dicebat, Pſalm. 119.
Illumina faciem tuam ſuper ſervum tuum, & doce me juſtificationes tuas. Ad hujus cognitionem
per legem, non per imagines, pervenire anhelabat, cùm ajebat, *Revela oculos meos, & conſiderabo mi-* Pſalm. 115.
rabilia de lege tua. Hanc divinæ majeſtatis manifeſtationem non cujuslibet picturæ compaginatio-
nem nos quærere hortabatur, cùm dicebat, *Quærite Dominum & confortamini, quærite faciem ejus* Pſalm 105.
ſemper. Quod quidem emolumentum adepturi ſint quærentes Dominum, in alio Pſalmo evidenter Pſalm. 34.
oſtendit, cum dicit, *Inquirentes Dominum non deficient omni bono.* Qui quaſi quæreremus ab eo, qua-
liter Dominum inquirere deberemus, ſubjunxit, *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.*
Eum etenim inquirendum docuit per Domini timorem, non per imaginum adorationem: & eum
qui vult vitam, & cupit videre dies bonos, non imagines adorare, ſed labia à dolo & linguam à malo
inſtituit cohibere. Nec picturam colere docuit, ſed declinare à malo. & facere bonitatem, inquirere
pacem & ſequi eam usquequaque permonuit. Lumen ergo vultus Domini quod ſuper nos ſignatum
eſt, non in materialibus imaginibus eſt accipiendum, quæ utique ſicut & cæteris dignitatibus, ita
etiam lumine carent: ſed in vexillo crucis, quod accepto baptiſmatis ſacramento per ſacroſanctum
unguinis liquorem noſtris frontibus inprimitur, & per id ſancto Spiritui, qui eſt lumen inenarrabi-
le, qui etiam ſuper diſcipulos in igne apparuit, ad nos veniendi aditus aperitur. In crucis etenim in-
preſſione lumen eſt vultus Dei, id eſt, ſpiritus, qui à patre filioque procedit: quia ſemper in eis no-
ſcitur radiare, qui ſuam innocentiam vel ſanctitatem pravis operibus non patiuntur violare. Ut er-
go ejus in nobis habitaculum non violemus, admonet nos Apoſtolus, dicens, *Nolite contriſtare ſpi-* Epheſ. 4.
ritum Dei ſanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Quia igitur dicunt, *Signatum eſt ſuper nos* Pſalm. 4.
lumen vultus tui Domine, ad imaginarium vultum adtinere, dicant quò adtinet quod in eadem perio-
do ſcribitur, *Multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona?* cùm videlicet hæc duo commata ita ſibi invicem
& ſenſu & verbis cohæreant, ut unum ſine alio vix intellegi poſſit. Eſt enim figura locutionis quæ à
rhetoribus πύσις, id eſt, percontatio: cui confeſtim ſine introductione perſonarum reſponſio ſub-
jungitur, quæ etiam à quibusdam ſoliloquium nominatur: cùm ad interrogata ſibi à ſe cuique re-
ſpondetur: cum quaſi inputativè interrogantibus, *Quis oſtendit nobis bona?* à ſeipſis reſpondeatur,
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: ut ſit ſenſus, Multi enim adhuc carnaliter ſapientes
dicunt, quod nec pauci quidem dicere debuiſſent, *Quis oſtendit nobis bona?* illa ſcilicet quæ prædicat
ſemper eccleſia, reſurrectionem eſſe venturam, in qua juſti omnes æterna præmia conſequnturi ſunt.
Promittitur enim nobis quod penitus non videmus: deſideramus, quæ hic conſequi non valemus.
Quibus reſpondendo beneficium indicatur, quod etiam in præſenti ſæculo poſſidetur. *Signatum eſt*,
inquit, *ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Quia per vexillum crucis & lumen Spiritus ſancti ita ſumus
muniti, ut antiqui hoſtis fraudulenta machinatio & portentuoſa verſutia non valeat ſuperare tenta-
tos, quos habebat primi hominis ſuaſione captivos.

CAPUT XXIV.

Quòd non ad ullam manufactam imaginem pertineat quod ſcriptum eſt, Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis, *ſicut illi autumant.*

SED nec illud quod ſcriptum eſt, *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis*, de quodam ma- Pſalm. 45.
nufacto vultu intellegendũ eſt: præſertim cum manufacti vultus, ideo non deprecandi ſint, quia
nec exaudire queunt: Omne quod deprecatur ideo deprecatur ut exaudiat: & omne quod ex-

audit inrationale eſſe non debet: omne igitur quod deprecatur inrationale eſſe non debet ... deprecari non debet, multò minus adorari: cum videlicet adoratio deprecationi emineat. Nam manufacti vultus deprecandi & adorandi ſunt, ut illi garriunt, neceſſe eſt ut deprecantes exaudire, & adorantibus favere credantur: & ſi deprecantes exaudire, adorantibusque favere creduntur, neceſſe eſt ut vita eis ſenſuum capax ineſſe credatur. Non autem ineſt eis vita ſenſuum capax: non igitur, ut illi garriunt, adorandi vel deprecandi ſunt. Nam hæc duorum membrorum, quæ quidem commata
Ibid. nuncupant, ſententia, id eſt, *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis*, non Deo cujus imago & vultus filius eſt, ſed eccleſiæ quæ corpus Chriſti eſt, per Prophetam dicitur. Dixerat enim ſuperius
Ibid. per energiam, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui: quoniam concupivit rex ſpeciem tuam, quia ipſe eſt dominus meus: & adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus.* & in eadem energia perſeverans ſubjunxit eidem cujus ſpeciem concupiſſe regem dixerat, dicens, *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.* Vultus ergo eccleſiæ doctrinæ ſpiritalis eruditio eſt: quæ ideò à divitibus deprecari dicitur, quia multi propter eam omnibus pompis ſeculi & divitiis renunciaverunt, qualiter ad eam pervenire & per eam ad æternam patriam convolare valerent: hæ ſunt enim filiæ Tyri adorantes in muneribus: hi divites plebis, qui ejus vultum deprecantur. Una enim eſt eccleſia cujus vultus deprecatur, & à quibus deprecatur, mater videlicet cum filiis, una ſponſa, una regina, omnes ad Chriſtum unum caput pertinentes, qui eſt æternus & immortalis ſpon-
1. Tim 6. ſus: cujus amicus erat ille, qui eoſdem divites plebis ſic alloquebatur; *Præcipe divitibus hujus mundi, non ſuperbe ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum.* hi ſemper a ſanctis prædicationibus exhortantur, ut theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant veram vitam adorando in muneribus. Vultum ergo hujus reginæ deprecantur divites plebis, cum ad eam concurrunt, & in ejus ſinu eleemoſynas faciunt, ne extra ejus collegium fiant. Hujus itaque reginæ vultum, non imaginum fucos deprecabantur, qui ad eam in muneribus veniebant, & ea quæ portabant ad pedes Apoſtolorum ponebant. hujus reginæ vultus deſiderio, non alicujus picturæ, æſtuabant illi, eamque in muneribus non aliquam inſenſatam imaginem deprecabantur. De quibus ſcriptum eſt, *Multitudinis vero credentium erat cor & anima una, & nemo eorum quæ poſſidebat quicquam ſuum proprium eſſe dicebat, ſed erant eis communia
Act. 4. omnia.* Hujus reginæ vultum, non alicujus tabulæ colores divitum opibus decorare volebat ſponſus
Luc. 12. cum dicebat; *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam: facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur non adpropiat, neque tinea corrumpit: ubi enim fuerit theſaurus tuus
Luc. 11. illic erit & cor tuum*: ſive cùm dicebat, *Verumtamen date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Quia ergo ad eandem reginam divites in hypocriſi cum falſis muneribus quaſi vultum ejus depreca-
Math. 6. turi venire non debent, ipſa veritas inhibet, cùm dicit, *Cavete facere juſtitiam veſtram coram hominibus, ut videamini ab eis.* Quia verò ejus vultum ſemper clariorem & in propatulo ſplendidiorem fieri
Math. 5 delectet, evidenter oſtendit, cùm dicit, *Luceant opera veſtra coram hominibus, ut videant bona veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis.* In quibus omnibus non imaginum adoratio, nec deprecatio, nec earum gloria, ſed aut ſponſi qui caput eſt, aut ſponſæ quæ corpus eſt, indubitanter oſtenditur. A quibus ſenſibus & à quorum ornamentorum inſignibus quàm expertes ſint qui, *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis*, ad manufactarum imaginum vultus referunt,
Pſalm. 45. non nobis eſt judicandum, ſed lectoris arbitrio reſervandum.

CAPUT XXV.

Inopportuna & deliramento plena dictio Leonis Fociæ Epiſcopi, qui in eo quod ad imaginum adorationem converſus eſt, ſibi verſiculum Pſalmiſtæ accommodat dicentis, Convertiſti planctum meum in gaudium mihi, conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti lætitia.

CUM penè nullum divinorum apicum teſtimonium competenter in ſæpiſſime memorata ſynodo fuerit poſitum, nec hoc quoque competenter à Leone Fociæ epiſcopo conſtat eſſe prolatum: qui videlicet ſi quiddam ſale conditum aut ad rem pertinens proferret, cæteris appareret diſſimilis, cunctorumque ſententiis refragator exiſteret. ſed dum ſe maniter fleviſſe faſſus eſt, eò quòd imagines non adoraverit, & lætari, eo quòd inanius ſe ad earum adorationem diverterit, quàm ſit delirus, quamque cæterorum conſortio nexus evidentiſſimè adparuit. Habuit enim, ut idem præfatus eſt, ſine damno triſtitiam, ſine profectu lætitiam, ſine perditione lachrymarum decurſus, ſine adquiſitione cachinnabiles riſus, iras ſine calumniis, placationes ſine honorificentiis: utpote puer in quædam ludicra peragenda inhians, ſi à nutrice coercetur, ſingultibus verba intercipientibus ejulat, ad quæ perpetranda ſi ei fuerit a nutrice conceſſa facultas, ſemiplenis vociferando ſermonibus exultat: ſicque coërcitus habet vanos fletus, & ea peragere permiſſus vanos nihilominus riſus. cum videlicet nec in prohibitione fuerit cauſa deflendi, nec in data licentia cauſa ridendi. Verſiculus
Pſalm. 30. namque iſte, quem ille ſibi in hac parte incaſſum adcommodavit, id eſt, *Convertiſti planctum meum in gaudium mihi, & conſcidiſti ſaccum meum, & præcinxiſti me lætitia*, in perſona totius eccleſiæ a Propheta per ethopœian dictus eſt: quæ ſcilicet dum in hujus ſeculi mortalitate & ærumnis ver-

verſatur, plang[illegible] verò ad æt[illegible]am remunerationem perven[illegible], tunc lætitia præcinge[illegible]. Unde & [illegible]us Prophetarum in eodem Pſalmo paulo ſuperius dixit, *Ad veſperum dem[illegible]ubitur fletus, & ad matutinum lætitia*, veſperum ſcilicet hanc noſtri temporis ætatem, in quos fines ſeculorum devenerunt, ſive extremi judicii diem: matutinum verò reſurrectionis tempus & ſanctorum retributiones volens intellegi. Quod & per Eſaiam Prophetam ſanctis hoc modo promittitur, *ſan[illegible] in t[illegible]rra ſua duplicia poſſidebunt*, id eſt, poſt reſurrectionem in æterna patria animæ & carnis jucunditat[illegible] fruentur: unde & ſubditur, *Lætitia ſempiterna erit electis meis, dum dedero opera eorum in veritate.* Tunc ergo ſaccus noſter conſcindetur, & præcingemur lætitia, cum ſecundum Apoſtolum, corruptibile hoc indutum fuerit incorruptela, & mortale hoc indutum fuerit immortalitate, & fuerit ſermo qui ſcriptus eſt, *Abſorpta eſt mors in victoria*: ſive cum in his membris, quæ nunc mortificamus ſuper terram, Chriſto adparente vita noſtra, nos quoque adparuerimus cum illo in gloria.

Ibid. Eſai. 61. 1. Cor. 15.

CAPUT XXVI.

Quòd non pertineat ad imaginum adorationem contemnentes illud quod Pſalmographus cecinit, Vana locuti ſunt unusquisque ad proximum ſuum, labia doloſa in ore, &c.

OMNE quod ſine profectu eſt, inutile eſt: & omne quod inutile eſt, vanum eſt: omne igitur quod ſine profectu eſt, vanum eſt. & omne quod inofficioſum eſt, profectu caret: & omne quod profectu caret, vanitate non caret: omne igitur quod inofficioſum eſt, vanitate non caret. Quoniam ubi nulla utilitas, nullum emolumentum: ubi nullum emolumentum, ſumma vanitas: ubi igitur nulla utilitas, ſumma vanitas eſt. In imaginum ergo adoratione ubi nullus profectus, nullum emolumentum, nulla utilitas eſt, ſumma vanitas eſſe credenda eſt. Ob quam ſtatuendam & muniendam quicunque conventus faciunt, & concilia adgregant, & eas prorſus adorare inſtituunt, proculdubio vana loquuntur, unusquisque ad proximum ſuum. Nam neque in eo à vanitate ſejunguntur, quòd divinorum apicum teſtimonia ad ſuos ſenſus violenter inflectere nituntur. Sicut & hunc Pſalmiſtæ verſiculum, quem quidem ille alio ſenſu divino afflatus ſpiritu cecinit, alio iſti vanitatis ſupercilio inflati intellegunt. Si ergo quærimus de quibus Propheta dixerit, *Vana locuti ſunt unusquisque ad proximum ſuum, labia doloſa in ore, & corde locuti ſunt mala*; relegamus ſanctorum evangeliorum textum, & inveniemus Phariſæos & Sadduceos, vel cæteras Judæorum catervas ſemper Dominum tentaſſe, & adverſus eum conſilia vana iniſſe. Qui dum obſtinata mente in Chriſtum credere renuerunt, vana luqui non deſierunt. De quibus & in alio Pſalmo legitur, *Quia exacuerunt ut gladium linguas ſuas: intenderunt arcum, rem amaram, ut ſagittent in occultis immaculatum: ſubito ſagittabunt eum, & non timebunt.* Linguas enim acuere, & labia doloſa habere, unum eſt quia & uno dicendi genere dictum eſt, quo plerumque aut per id quod continet hoc quod continetur, aut per hoc quod continetur id quod continet demonſtratur. Item in alio Pſalmo de eisdem ſcriptum eſt; *Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt. Sepulchrum* ergo *patens eorum*, ora mendacia dixit, qui exitiabile malum contra Dominum loquentes, mortem ei infligere cupiebant. quod ideo patens dictum eſt, propter eorum apertam nequitiam, quæ fœtorem potius quàm odorem exaggerabat. Eſt enim rerum diſſimilium facta comparatio per tropum qui nuncupatur parabole à Grammaticis. *Vana*, inquit, *locuti ſunt unusquisque ad proximum ſuum.* Hæc eſt ergo vanitas omnes vanitates excellens, hic eſt dolus omnibus dolis tenacior: cùm & redemptor mundi non creditur, & isdem ab hominibus iniquis, quanquam ad aliorum ſalvationem, ad illorum tamen damnationem crucifigitur. Poteſt etiam hic verſiculus & de hæreticis ſive ſchiſmaticis intellegi: qui dum ſint mundanæ ſapientiæ verſutia inbuti, & ad vanas inveſtigationes & ſuperfluas contentiones potius quàm ad credendum prompti, vana loquuntur unusquisque ad proximum ſuum: quoniam dum malè de Chriſto aut de eccleſia ſentiunt, ad eundem errorem proximos ſuos, id eſt, cæteros hæreticos invitare non deſinunt, quatenus majori infeſtatione eccleſiam quæ Chriſti vinea eſt, demoliri poſſint. De quibus in Canticis Canticorum dicitur, *Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas.* nam vinea noſtra floruit: quia videlicet dum hæreſes ſive earum ſequaces, hæreſei hæreſeorumve diſcipuli à ſanctis & catholicis viris in ſuis erroribus capiuntur, vinea domini, id eſt, eccleſia, ſacroſanctis chariſmatibus ſemper magis magisque exuberat: quatenus ſuo agricolæ qui pro ea ſanguinem ſudit, nectarei odoris pocula perpetim miniſtret.

Pſalm. 12. Pſalm. 64. Pſalm. 14. Pſalm. 12. Cant. 2.

CAPUT XXVII.

Quòd non ad eorum parentes pertineat, ſicut illi dicunt, Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Pſalm. 12.

VERSICULUM etiam quem Pſalmographus de perfidorum Judæorum labiis doloſis & linguis magniloquis protulit, qui conſilium inierunt, ut ſalvatorem mundi dolo tenerent & occiderent, illi in ſua ſynodo propriis parentibus adſcribunt: qui quanquam fuerint cujusdam

 teme-

temeritatis in imaginibus ab ornamentis eccleſiæ abolendis, majoris tamen & incompa[illegible] joris non dicam temeritatis, ſed etiam crudelitatis illi fuerunt in Domino crucifigendo. Illi [illegible] habuerunt zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, cum imagines penitus abdicaverunt: illi [illegible] lantes ſe habere zelum legis, habuerunt zelum livoris & perfidioſiſſimæ iniquitatis, cùm Dominum [illegible] patibulo adfixerunt: iſti eccleſiarum indiſcretè ornamenta quaſſavere, illi malitioſe ſemetipſos Dominum contemnentes fregere. Labia ergo doloſa & linguam magniloquam perfidioſiſſima Judæorum cohors habebat, cum dicebat; Ioan. 9. *Scimus quia Moyſi locutus eſt DEUS, hunc autem unde ſit, ne-* Ioan. 19. *ſcimus.* Nonne magniloquam &, ut ita dixerim, magiloquam linguam habebant? cùm dicebant, *Nos legem habemus, & ſecundum legem mori debet, quia filium Dei ſe fecit.* Nonne magniloquam linguam Joh. 7. habebant, cùm dicebant? *Et hunc ſcimus, & unde ſit ſcimus: Chriſtus autem cum venerit, nemo ſcit un-* Ioan. 19. *de ſit.* Nonne magniloquam linguam habebant, cum dicebant? *Noli ſcribere regem: nos non habemus regem niſi Cæſarem.* Unde liquido patet, quod probroſo imaginum inſtigantur amore, qui ob earum abolitionem ea quæ de perfidis Judæis per Prophetam dicta ſunt, parentibus ſuis non erubeſcunt adnectere, & eiſdem jaculis cives perfodere, quibus Propheta eccleſiæ, immo Chriſti hoſtes noſcitur perfodiſſe.

CAPUT XXVIII.

Pſal. 9. *Quòd non in eorum parentibus, ut illi dicunt, impletum ſit, quod ſcriptum eſt,* Inimici defecerunt framea in finem, & civitates eorum deſtruxiſti.

SED nec hujus verſiculi, ut illi ajunt, prophetia in eorum prodeceſſoribus ſive parentibus, eo quòd imagines abdicaverint, eſt completa: qui etſi incautè loca divinis cultibus mancipata ornamentis expoliavere, longè tamen ab antiqui hoſtis nequitia, de quo hæc prophetia eſt, diſtavere: quippe cum nequitia quæ per ejus ſuaſionem accidit humano generi, minor ſit nequitia ejuſdem, qui & ſuæ humanæ auctor eſt artificis fraudulenti, qui ſicut eſt natura ſubtilior, ita & ſagacitate callidior: & quem non gravat corporis fragilitas, acuit vafræ perverſitatis iniquitas. Hujus ergo inimici framea defecerunt in finem, quia tentamenta nequiſſima mox ut ad Chriſtum qui eſt finis legis ad juſtitiam omni credenti, qui eſt finis ſine fine: ad quem cum venerimus, nihil ulterius quod Pſalm. 137. quæramus habemus, conlata fuerint, omnino deficiunt. Et ideo Propheta beatum dicit, *qui parvulos,* id eſt, cogitationes inrationabiles, *ad lapidem,* ad Chriſtum videlicet qui eſt lapis angularis, *alliſerit*: ſive etiam, ut quidam volunt, inimici defecerunt framea in finem: quando gladius quo antiquus hoſtis bacchatur in conſummatione ſeculi omnipotentia Dei gladio interimendus eſt: de quo in alio Pſal. 7. Pſalmo dicit, *Niſi convertamini, gladium ſuum vibrabit*: & de quo per Prophetam * Ezechielem dicit, * imo per Moyſen Deut. 32. v. 41. *Vivo ego, dicit Dominus, acuam ſicut fulgur gladium meum, & reddam ultionem inimicis meis.* *Framea* namque Hebraicus ſermo eſt, quo in hoc loco antiqui hoſtis gladius innuitur. *Inimici* igitur in hoc loco non nominativus pluralis, ut plerique arbitrantur, ſed genitivus ſingularis eſt, id eſt, inimici diaboli defecerunt framea, & eſt ſchema quod prolepſis nuncupatur, id eſt, præoccupatio ſive præſumptio, per quam ea quæ ſequi debent anteponuntur. Quæ & in exordio Ezechielis Prophetæ in- Ezech. 1. venitur, cùm dicit, *Et factum eſt in triceſimo anno.* Et in Pſalmo habetur, cùm dicitur, *Fundamenta e-* Pſalm. 87. *jus in montibus ſanctis.* Civitates igitur deſtructas non in hoc loco Pſalmographus, ut illi arbitrantur, eorum prodeceſſores ſive parentes pro imaginum abolitione everſos decantat, ſed infideles populos, ſive malorum operum acervos, quos diabolus tanquam ſuæ civitatis mœnia inhabitat, Chriſti manifeſtatione dicit eſſe dirutos. Inanis igitur & vanus imaginum amor illorum pectora invaſit, qui ut illarum adorationem ſtatuant, ea quæ de antiquo hoſte vel de incredulis Judæis prophetata ſunt, de ſuis parentibus ſive prodeceſſoribus dicta fuiſſe exiſtimant.

CAPUT XXIX.

Quomodo intellegendum ſit quod ſcriptum eſt, Domine dilexi decorem domus tuæ, *quem decorem iſti imagines intellegunt.*

DOMUS Dei aut ſecundum allegoriam eccleſia eſt, aut ſecundum anagogen cæleſtis patria, aut ſecundum tropologiam anima hominis: & idcirco in plerisque ſcripturæ ſanctæ locis cum domus Dei legitur, non parietes nec quædam materialis ædificatio, ſed ſpiritalis & inexiſtimabilis Dei intellegenda eſt habitatio: quorum ſenſuum archanis illorum mens penitus jejunat, qui decorem domus Domini non eccleſiæ exiſtimant virtutes, ſed materiales imagines. Numquid nam idem eximius vates quasdam imagines, vel certe parietum pulchritudines, aut miniſteriorum pre- Pſal. 26. tioſiſſimos apparatus viderat, cum dicebat, *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Numquidnam locus habitationis gloriæ Domini in manufactis quoquam credendus eſſe? habet ergo ſancta eccleſia *decorem* quem Propheta diligebat, id eſt, ſpiritales virtutes: habet *aurum,* id eſt, fidem ſive interiorem ſenſum: habet *argentum,* id eſt, confeſſionem ſive eloquii venuſtatem: habet *columnas argenteas,* id eſt, ſanctos viros patiētia rationabili & eloquiorū pulchritudine comptos:

quæ

quæ columnæ habent baſes argenteas, cùm ſupra ſtabilitatem verbi Dei quod per prophetas & apo-
ſtolos nobis traditur, conlocantur. Hæ etiam habent caput deauratum, quia caput aureum fides eſt
Chriſti, Apoſtolo adteſtante qui ait, *Omnis namque viri caput Chriſtus eſt.* Habet etiam pro lignis 1. Cor. 11.
imputribilibus ſcientiam quæ per lignum venit, ſive incorruptionem caſtitatis quæ vetuſtatem neſcit.
Habet & pro byſſo virginitatem, pro cocco confeſſionis gloriam: pro purpura charitatis fulgorem,
pro hyacintho ſpem regni cœlorum. His materiis ejus ſacerdotes induuntur, juxta David vocem, qui
ait, *Sacerdotes tui induantur juſtitiam*: quos & Paulus his verbis hortatur, cum dicit, *Induite vos viſce-* Pſalm. 132.
ra miſericordiæ. habent etiam ejus ſacerdotes alia nobiliora indumenta, quæ idem vas electionis deſi- Coloſſ. 3.
gnat, cum dicit; *Induite vos dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis* Rom. 13.
veſtris. habet & bibliothecam, id eſt, ſanctos viros divinæ legis documentis eruditos: de quibus per
Prophetam dicitur, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: beati qui ſcrutantur teſtimo-* Pſalm. 119.
nia ejus, in toto corde exquirunt ea: & iterum beatos dicit eos qui memoria tenent mandata ejus ut fa-
ciant ea. Habet decem atria diſtenſa, cum non in uno tantum verbo legis, neque in duobus aut in tri-
bus, ſed in toto decalogo legis ſpiritalis intellegentiæ amplitudine dilatatur: ſive cum fructum ſpiri-
tus, id eſt, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, modeſtiam, fidem, continentiam,
adjecta quæ eſt major omnium charitate profert. Habet etiam altare, id eſt firmitatem fidei, in qua o-
rationum hoſtias & miſericordiæ victimas offert Deo: in qua continentiæ cultro ſuperbiam quaſi
taurum immolat, iracundiam quaſi arietem jugulat, luxuriam omnemque libidinem tanquam hircos
& hœdos litat: ex quibus dextrum brachium & pectuſculum & maxillas ſacerdotibus ſeparat, id eſt,
opera bona, opera dextra, in quibus ſiniſtrum quiddam nullatenus reperitur. Habet & candelabrum
luminis, ſive quia Dominus lumen ejus eſt, ſive quia ſancti viri quorum lucernæ ſunt ardentes & lum-
bi adcincti, qui expectant dominum ſuum quando revertatur a nuptiis, lucivoma in ea prædicationis
dogmata fundunt. Quod candelabrum lucernarum in auſtrum habet conlocatum ut ad aquilonem
reſpiciat, id eſt, ut ſancti viri vigilanter & ſollicitius intueantur ſemper aſtutias diaboli, & pavida
mente aſpiciant unde ſit ventura tentatio: quia & Propheta vidiſſe ſe dicit ſuccenſum lebetem vel
ollam & faciem ejus à facie aquilonis: & in alio loco dicitur, *Ab aquilone enim pandetur malum ſuper* Jerem. 1.
univerſam terram. & Petrus Apoſtolus dicit, *Quia adverſarius veſter diabolus, ſicut leo rugiens cir-* 1. Pet. 5.
cuit quærens quem devoret. Habet & menſam propoſitionis habentem duodecim panes conlocata in
parte aquilonis quæ reſpicit ad auſtrum, id eſt, duodecim Apoſtolos quos quotidie indeſinenter ju-
betur adponere quæ ad auſtrum reſpicit, quia videlicet quotidie adventum Domini præſtolatur. *Do-*
minus enim, ait Propheta, *ab auſtro veniet.* Habet altare incenſi, quia de ejus fidei firmitate ſemper o- Hab 3.
rationum ſanctarum fumus in conſpectu Domini aſcendit, & quotidie cum David clamat, *Dirigatur*
oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: ſive quia ſecundum Apoſtolum, *Chriſti bonus odor ſumus* Pſalm. 141. 2. Cor. 2.
Deo. Habet propitiatorium & archam & duos cherubim, de quibus ſuperius in quodam capitulo diſ- Heb. 9.
putatum eſt. Habet & pontificem ſummum de quo Paulus Apoſtolus dicit, *Chriſtus autem adſiſtens*
pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non hujus
creationis, neque per ſanguinem hircorum & vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in
ſancta æterna redemptione inventa: ſive cui per Pſalmiſtam dicitur, *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum* Pſalm. 110.
ordinem Melchiſedech: qui eſt veſtitus podere byſſino, cum ſancti ejus qui utique ei adhæreant caſti-
tatis lampade veſtiuntur. Habet & humerale gemmatum, quia electi ejus operum fulgoribus coru-
ſcant, quorum opera videntes homines glorificant patrem eorum qui in cœlis eſt: qui habet in pe-
ctore logium, quod rationale dicitur, quaterno lapidum ordine diſtinctum, quo ſermo evangelicus
ſignificatur, qui quadruplicato ordine veritatem fidei nobis & manifeſtationem trinitatis exponit.
Habet & auri laminam in fronte reſplendentem, quod petalum appellatur, id eſt, divinitatem qua u-
nius cum patre ſubſtantiæ eſt: quoniam ſicut in metallis nil conparatur auro, ita & in creaturis nil
conparari poteſt creatori. Qui etiam pontifex habet in interioribus partibus operimenta ſua, quia
myſterium incarnationis ejus inveſtigari difficile eſt, Johanne adteſtante qui ait, *Cujus ego non ſum* Marc. 1.
dignus ſolvere corrigiam calciamenti. Habet etiam per indumenti circuitum tintinabula quæ in extre- Luc. 3.
mo ejuſdem veſtimenti poſita ſunt, ut ſemper ſonitum dent: quia videlicet ſancti prædicatores, qui
ejus utique indumentum ſunt, de extremis temporibus & fine mundi reticere neſciunt, ſed ſemper
nos de futuris admonent, adtendentes illud quod per quendam ſapientem dicitur, *In omnibus operi-* Eccle. 7.
bus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. Habet etiam hæc domus Dei, id eſt, eccle-
ſia cujus decorem breviſſime enumeramus, ſancta ſanctorũ: quia videlicet in præſenti ſeculo pro ſan-
ctis habet ſanctam converſationem: pro ſanctis verò ſanctorum, in quæ ſemel tantummodo intratur,
tranſitum ad cœlum, quando viſibilibus contemptis ad inviſibilia tranſit. De quibus Apoſtolus dicit,
Chariſſimi nondum apparuit quod erimus: ſcimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam 1 Joh. 3.
videbimus eum ſicuti eſt. Hunc excellentiſſimum ergo & cœleſtis patriæ decorem dilexerat vir ille ſan-
ctiſſimus, non imaginum & colorum fucos, non materialium picturarum ſimilitudines. ob hunc de-
corem, non ob materiales figuras quaſi quodam intolerabili deſiderio reſolutus erat, cum dicebat, Pſalm. 42.
Hæc memoratus ſum & effudi in me animam meam, quoniam ingredior locum tabernaculi admirabilis 2. Cor. 5.
uſq; ad domum Dei. De hac domo, non de his viſibilibus parietibus Apoſtolus dixit; *Scimus quoniam*
ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non
manufactam, æternam in cœlis. Hunc decorem Eſaias, non pictorum opera reſpicienda conſiderabat,
cum diceba t, *Reſpice Sion civitatem ſolennitatis tuæ: oculi tui videbunt Hieruſalem, habitationem opu-* Eſai. 33.

len-

lentam tabernaculum quod nequaquam transferri poteſt. De hac domo per David dicitur, *Beati qui*
Pſalm. 84 *habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Num quidnam ſancti Patres, ut cæteros taceam, Paulus, Antonius, Hilarion, vel omnis Anachoritarum ſive Eremitarum caterva, qui decorem baſilicarum ſive imaginum depictarum non habuerunt, ſed in quibusdam tuguriolis ſuas Deo animas dedicaverunt, idcirco ſancti non ſunt? & ideo aut non diligebant decorem domus Domini, aut locum habitationis gloriæ Dei flagranti pectore contemplari non deſiderabant, quia imagines non habebant nec adorabant? Intra ſe etenim ſicut & cæteræ ſanctæ animæ templum Dei & locum
1. Cor. 3. habitationis gloriæ ejus habebant, dicente vaſe electionis, *Templum enim Dei ſanctum eſt quod eſtis vos.* Plurimi præterea ex divinarum ſcripturarum aureis pratis colligi ambroſii flores poterant, quibus & ſecundum tropologiam, & ſecundum allegoriam, & ſecundum anagogen ſanctæ eccleſiæ decor monſtraretur, ſi brevitatis cui ſtudemus, non præpediremur habenis. Hi ergo pauci pro pluribus prolati ſufficiant, quibus diligens lector cetera quæ hic prolata non ſunt indagare curabit, & domus Dei decorem, non in imaginibus materialibus, ſed in virtutibus ſpiritalibus refulgentem eſſe videbit.

CAPUT XXX.

Quòd non pro manufactis imaginibus per Pſalmiſtam, ut illi ajunt, dictum eſt,
Sicut audivimus ita & vidimus.

Pſalm. 48. QUONIAM igitur manufactas imagines ſe vidiſſe gratulati ſunt, Pſalmiſtæ ſibi verſiculum accommodaverunt dicentes, *Sicut audivimus ita & vidimus*, dicant quæſo, dicant ubi hoc intè audierint quod modo in imaginibus vident: dicant quis Patriarcharum Prophetarumve aut Apoſtolorum hoc illorum auditui intulerit, quod modo illorum viſibus patet: dicant quis illis hoc privilegium prædixerit, quod imagines non ſolum viſuri, ſed adoraturi forent, cujus pollicitationis conpotes effecti merito dicant, *Sicut audivimus ita & vidimus.* Nos autem qui opitulante Deo Pſalmorum prophetiam ſpiritaliter pro viribus intellegimus, non hoc comma de manufactis imaginibus dictum, ſed de inſignioribus & eminentioribus myſteriis prophetatum fuiſſe ſentimus: qui videlicet ſicut in lege de Chriſti adventu audivimus, in evangelio videmus: ſicut in Prophetis de ejus incarnatione conperimus, in novi teſtamenti nunc ſerie cernimus: ſicut in hagiographis & in cunctis ſacris literis de ejus nativitate, paſſione, reſurrectione, ad cœlum aſcenſione typicis videbamus præfiguratum fuiſſe myſteriis, nunc peracta cuncta fuiſſe in ſanctis videmus evangeliis: qui etiam eo annuente ad æternam patriam venturi, & in ea viſuri ſumus quæ in hujus mortalitatis ærumna de ejus felicitate audivimus, dicturique ſumus, *Sicut audivimus ita & vidimus*, id eſt, Sicut audivimus mortales, videmus nunc inmortales; ſicut audivimus corruptibiles, videmus nunc incorruptibiles; ſicut audivimus in ærumnoſa peregrinatione, videmus nunc in vivorum feliciſſima regione; quod audivimus cum patiebamur proceelloſiſſimas tempeſtates ſeculi, videmus nunc cum potimur ſuaviſſima ſecuritate paradiſi: quodque audivimus cum timebamus periculoſiſſimum naufragium, videmus nunc cum pervenimus ad cautiſſimum & nobis longe ante deſideratiſſimum portum. In hoc ſane articulo hunc primum librum cludendum eſſe putavimus, ut quoniam de portu mentionem fecimus, illum quoque in hoc loco, ad portum deducamus, ut retroacta navigatione fatigati aliquamdiſper in portu ſpatiantes, reſumptisque viribus, ad ſecundi libri navigationem Domino auxiliante vela tendamus.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

PRÆFATIO LIBRI SECUNDI.

TRACTATIS in ſuperiore libro quam breviſſimè divinæ legis quibusdam commatibus, quæ, ut crebro memoravimus, illi contra quos huic noſtro ſtilo conflictus eſt, ob ſuæ vanitatis materiam fulciendam protuliſſe noſcuntur, vel etiam quibusdam in eodem libro prolatis capitulis, quæ de eorum reprehenſione non inconſequenter proferenda erant, neceſſe eſt ut in præſenti, ſecundo videlicet libro, & divinæ legis ſane ſobrieque reſidua commata tractaturi, & quorundam ſanctorum Patrum male nihilominus ſententias ab illis uſurpatas propriis ſenſibus reddituri, Domino favente, adgrediamur. In quo etiam libro quædam capitula inſerentur quæ eorum errori ad mentes fidelium tranſeundi aditum intercipiant, quo res ſanctitate ſive auctoritate carentes ſacratiſſimis rebus & ab ipſo Domino inſtitutis æquiperare nituntur: ut in his duobus voluminibus per duorum teſtamentorum ſalutaria arma eorum vaniſſimis næniis obnitentes, ad tertium in cujus principio noſtræ fidei fundamentum erit, liberius accedamus, ut quoniam ſanctæ in eo & unicæ trinitatis confeſſio continebitur, tertii quoque libri numerus habeatur exorneturque ſacratiſſimo numero qui exornandus eſt ſanctæ fidei myſterio: omnem ſiquidem noſtræ diſputationis ſive cæterorum actuum ſpem
Matt. 10. non in mundanarum artium argumentoſis allegationibus, ſed in eo conlocantes, qui & per præſen-
Pſal. 81. tiam corporalem ait, *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis:* & quondam per Prophetam dixerat, *Dilata os tuum & ego adimplebo illud.* Ideo igitur per quendam gradiendi

diendi ordinem hujus noſtræ diſputationis quibusdam librorum intercapedinibus diſtinximus greſſum, ne indiſtincti itineris tramitem inordinata prolixitas efficeret faſtidioſum. nec libuit nobis quiddam aſtrice inconpoſitum vel indigeſtum, ne operis inordinata congeries lectori perturbata vociferatione ruſticum quendam præberet tumultum: quia & iter carpentes congruis quibusdam temporibus ſpatiari non renuunt, & agrorum, vinearum vel etiam hortorum cultores per quasdam camporum intercapedines, vel etiam per agrorum dimenſiones limites ſtatuere conſueverunt.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Quòd non propter eos ſcriptum ſit qui imagines adorare contemnunt, ſicut illi dicunt qui eas adorant, quod in Pſalmo legitur, Quanta malignatus eſt inimicus in ſanctis tuis.

EST quoque & illud non mediocris inſaniæ quod ea, quæ de his longe ante prædicata ſunt qui urbem Hieruſalem everterunt, & templum Domini incenderunt, iſti de illis intellegunt qui imagines adorare contemnunt: præſertim cum aliud & longe aliud ſit, de templo mare æneum & duos cherubim & vaſa cæteraque ornamenta tollere, & aliud manufactas imagines non adorare: aliud urbicremis ignibus templi pulchritudinem mancipare, aliud imaginum adorationem vitare: aliud crudeliter ſancta ſanctorum diruere, aliud prudenter picturis colla deflectere inhibere. Denique quiſquis noſſe cupit de quo Pſalmiſta dixerit; *Quanta malignatus eſt inimicus in ſanctis tuis*, non Pſal. 47.
ſolum libri Regum hiſtoriis, & Romanorum geſtis perdocetur, quæ præteritum urbis Hieruſalem & templi excidium narrant, ſed etiam ipſius David egregii Prophetæ vaticinio inſtruitur, qui futuras clades præfatæ urbis & everſionem ſacratiſſimi illius templi per ſchema, quod prolepſis dicitur, futura quaſi præterita modulavit dicens, *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem velut pomorum cuſtodias*, & cætera. & in Pſalmo, cujus hic verſiculus Pſalm. 79.
eſt, de quo nunc agimus, dicit; *Quanta malignatus eſt inimicus in ſanctis tuis, & gloriati ſunt omnes* Pſalm. 47.
qui te oderunt; in medio atrio tuo poſuerunt ſigna ſua, & non cognoverunt tanquam in via ſuper ſummum, tanquam in ſilva lignorum ſecuribus exciderunt januas ejus, bipenne & aſcia dejecerunt ea: incenderunt igni ſanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. quod etiam in alio Pſalmo expreſſius dicto dicit; *Exterminavit eam aper de ſilva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Sed ne quem moveat quod non dixit, *Quanta malignati ſunt inimici*, ſed, *Quanta malignatus eſt*, advertat hoc per figuram locutionis dictum fuiſſe, quæ ſylleplis nuncupatur, per quam & pro uno multi ponuntur, ut in evangelio, *Et latrones qui cum eo crucifixi erant improperabant ei:* ſive, *Defuncti ſunt* Matth. 27.
enim qui quærebant animam pueri: & pro multis unus, ut in Exodo legitur, *Ora ad Dominum ut auferat à nobis ſerpentem:* & in Pſalmo, *Miſit in eis muſcam caninam & comedit eos, & rana exterminavit* Matth 2. Num 21.
eos. Quod & ſi quis ſecundum myſticam intellegentiam ſubtilius ſcrutetur, non incongrue ſanctam Pſal. 78.
eccleſiam advertet & malignantes in ea hæreticos intelleget, qui eam ſemper pravis dogmatibus infeſtare nituntur: veruntamen à nullo eorum qui ſanum ſobriumq; intellectum habent de imaginum adorationem contemnentibus intellegetur. Quanto ergo illi ſani ſenſus expertes ſunt, qui hunc verſiculum de eis dictum fuiſſe autumant, tanto nimirum hi in ſui ſenſus vigore permanent qui imagines non adorant.

CAP. II.

Quòd nec illud ad hanc rem pertineat, ut illi dicunt, quod ſcriptum eſt, Quoniam non eſt jam Propheta & nos non cognoſcet amplius.

NAM & hic quoque verſiculus in ejusdem ſynodi lectione inconpetenter poſitus eſt: quoniam quidem nec noſtra vox eſt qui Patrem in Spiritu & veritate adoramus: nec illorum qui Deum ejusque ſanctos in imaginibus adorare conantur: quia Prophetam magnum habemus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum de quo per Moyſen dicitur, *Suſcitabit Dominus Deus Prophetam* Deut. 18.
vobis, ipſum audietis: quem etiam ſecundum Apoſtolum, *advocatum habemus apud patrem.* quem co- Actor 3. & 7.
tidie ſpiritalibus oculis intuemur, & cujus vaticiniis ſedule perdocemur: ſed Judæorum excidium & 1. Johan. 2.
diſperſiones & clades & mortes gentis ſuæ, nec non etiam diruptionem templi, cæremoniarum abolitionem, à prophetia & à Dei cognitione receſſionem deflentium & dicentium, *Quoniam non eſt jam* Pſal. 74.
Propheta & nos non cognoſcet amplius: quod etiam per Oſee Prophetam prædictum eſt qui ait, *Quia* Oſee 3.
diebus multis ſedebunt filii Iſrahel ſine rege & ſine principe, & ſine ſacrificio & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Seraphim. qui etiam eorum ad fidem converſionem quam circa finem mundi fore credimus, ſubſequenter adjunxit, *Et poſthac revertentur filii Iſrahel & quærent Dominum Deum ſuum, & David regem ſuum, & pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in noviſſimo dierum.*

CAP. III.

Quomodo intellegendum eſt, Domine in civitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges: *quod quidem capitulum ſicut & cætera, illi aliter quam dictum eſt intellegunt.*

Pſalm. 5. Pſal. 136. CIVITAS Dei figuraliter in ſacris literis interdum anima hominis, quæ à Deo inhabitatur, dicente ſcriptura; *Habitabo in eis:* & iterum, *Anima juſti ſedes ſapientiæ*, accipitur: interdum præſentis temporis eccleſia, quam fluminis impetus lætificat, & cui per Prophetam dicitur, *Si oblitus fuero tui Hieruſalem, oblivifcatur me dextera mea:* plerumque cœleſtis Hieruſalem, quæ Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, martyrum, confeſſorum vel cæterorum fidelium agminibus conſtructa intellegitur: de qua per Apoſtolum dicitur, quæ autem furſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrûm: Eſai. 60. Apoc. 21. cui etiam per Eſaiam Prophetam à Domino pollicetur, *Non enim in occaſum tertium veniet ſol, & luna tibi non deficiet in æternum tempus:* quam etiam Johannes in Apocalypſi vidiſſe ſe dicit deſcendentem de cœlo, ornatam monilibus ſuis: de cujus beatitudine pene innumerabilia poterant dici, quæ hujus brevitatis ſtilo non valent digeri. In hac civitate imagines impiorum ad nihilum redigentur: quia illorum aſpectus divinis non poterit adparere conſpectibus: ſed ſicut polluerunt in ſe imaginem Domini in præſentis vitæ curriculo, ita in cœleſti Hieruſalem illorum non adparebit imago, qui æterno quidem mancipabuntur incendio: de quibus alias per Pſal. 49. Pſalmiſtam dicitur, *Et homo cum in honore eſſet non intellexit, conparatus eſt jumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis:* quia videlicet cum in tanto honore eſſet quòd ad imaginem & ſimilitudinem Dei conditus erat, non intellegendo, ad tantam labem vitiorum eſt devolutus, ut non immerito jumentis inrationalibus eſſet conparatus. Ad nihilum ergo impiorum imagines rediguntur, quando ſe eis ipſa veritas ſubtrahens ab ejus luce alienantur, nec ſimilitudinem valent retinere, cujus beatitudinis expertes noſcuntur uſquequaq; manere. Propter doloſitatis itaq; eorum adpoſuia eis in ſuperioribus dixerat mala: quia Deus judex juſtus reddit unicuiq; ſecundum opera ſua. Dixerat etiam eos dejeciſſe cum allevarentur, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Dixerat eos ſubito defeciſſe & periiſſe propter iniquitatem ſuam, velut ſomnium exſurgentis: quia ſicut quibusdam præſtigiis mortalium pectora in ſomnis eluduntur, & optata quæq; ſubito ſe nanctos fuiſſe gratulantur, cum aut deſiderato quis potitur regno, aut cupito ſublimatur aliquis miniſterio: aut paupertate fugata aliquis ſubito ditatur, aut optato aliquis fruitur conjugio, aut debilis aliquis amiſſos artus ſe recepiſſe gratulatur, aut criminoſus aliquis honorabilem ſe gaudet, aut aliquis ignobilis nobilem, aut inſipiens ſapientem ſe putat: & ſubito amittit evigilans quod adquiſierat dormiens, & paretactis ſe dolet non videre oculis quæ gaudebat videre clauſis: ſic felicitas impiorum quaſi per ſomnium quodammodo videtur, quia poſt modicum tempus non videbitur: & ſicut evigilantes ea quæ ſubito per ſomnum adquiſierant perdunt, ſic morientes ea quæ habere videbantur amittunt: quoniam & illi præſtigioſa lætitia quam ſternentes nancti ſunt, in momento carent, & iſti vana, & ut ita dixerim, fumea mundi gaudia diu tenere non valent. Ob quorum impietates quaſi quadam ſeveritate accenſus Propheta ſubjunxit, Pſalm. 73. *Domine, in civitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges:* ut videlicet qui in ſe tui characteris decus malis operibus inquinaverunt, illorum facies in tua civitate non videantur, in qua eſt æterna felicitas, ſumma beatitudo, perpetuum gaudium: in cujus palatiis regnat rex, cujus regni non erit finis, cujus ſubſellia Patriarcharum ſenatu reſplendent, cujus curia Prophetarum rutilat cuneis, cujus mœnia martyrum numeroſa militia exornantur, cujus portæ Apoſtolicis decorantur cœtibus, cujus plateæ redundant virgineis choris, cujus domicilia confeſſorum plena ſunt legionibus: quæ non indiget ſole, quia Dominus lux ejus eſt, per cujus omnes vicos Alleluja cantatur.

CAPUT IV.

Pſalm. 85. *Quomodo intellegendum eſt quod Pſalmographus cecinit*, Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi, juſtitia & pax ſe conplexæ ſunt: *quod temere & adolatorie à Johanne presbytero & legato orientalium in participatione venerabilis Papæ Adriani & Taraſii Patriarchæ dicitur eſſe completum.*

MISERICORDIAM & veritatem ſibi mutuo obviaſſe, juſtitiam & pacem invicem ſe conplexas fuiſſe David vatum luculentiſſimus eleganter decantat: quod tandē conſtat eſſe conpletum, cum poſt incarnationem Domini duo teſtamenta in unius conpagem copulationis ſunt adducta. Quoniam quanquā inter ſe diverſa quodāmodo cernantur, ad unū tamen biviū in Chriſto qui eſt pax noſtra, qui fecit utraq; unū, convenire noſcuntur. In novo n. miſericordia eſt, in qua per gratiam genus humanū liberatur: in veteri veritas, ubi legis & Prophetarū adnunciatio continetur. Hæc autem duo ſibi mutuo obviaſſe dicuntur, non ad contrarietatē exercendam, ſed ad gratiam promiſſæ perfectionis implendam: unum quippe conſtat factum quod temporibus probabatur eſſe diviſum:

& ut

& ut genus ipſum fœderis hymnidicus David evidenter exprimeret, hoc ipſum varia nominum iteratione geminavit, amplexu ſcilicet quodam dilectionis duas res, id eſt, juſtitiam & pacem, in unitam protinus veniſſe concordiam: quem quidem verſiculum, & ſecundum ſomatopœiam, id eſt, corporis adtributionem, per quem loquutionis modum rebus incorporeis corpora tribuuntur, dictum eſſe conſtat. & per metaphoran, id eſt, rerum verborumq; translationem, per quam plerunque à rebus animalibus ad animales, ab inanimalibus ad inanimales, ab inanimalibus ad animales translatio fit, quæ duæ locutionum figuræ ita inter ſe differunt, quòd una rebus incorporeis corpora, altera & rebus corporeis membra & motus, & incorporeis & membra & motus & formas tribuit. Hunc denique verſiculum temerariè & adolatoriè Johannes presbyter in participatione venerabilis Papæ Adriani, & Taraſii Conſtantinopolitani Epiſcopi protulit, qui tamen presbyter quamquam Epiſcopis in eadem ſynodo reſidentibus minor fuerit honore, non tamen legitur minor fuiſſe errore, qui & ſi præcedebant eum gradus ſublimitate, ſuperabantur tamen ab eo multiloqua procacitate: nec ſuperari potuit à prælatis ſubjectus intemerariis loquacitatibus, qui ſubjectus a prælatis ſuperabatur pontificalibus dignitatibus. Qui præſertim duplex in hac parte creditur patraſſe deliquium: ſive quia verba myſteriorum archanis plena ab Spiritu ſancto prolata ad res humanas inflectere niſus ſit ſuperſtitioſa intentione adorandarum imaginum: ſive quia eadem perverſa intentione excæcatus in adolationis miſerabile corruerit vitium: quod vitium adolationis expavit Prophetarum ille nobiliſſimus, qui dixit, *Corripiet me juſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Pſal. 141. Unde bene etiam & alia Scriptura dicit, *Melius eſt autem corripi a juſto quam à peccatore laudari:* & iterum. *Qui vos felices felices dicunt, in errorem vos mittunt:* quoniam adolatores ut iniiciant laudant, non ut ad æternam felicitatem provocent, quæ quidem felicitas nullo bono indiget.

CAPUT V.

Quòd non ad adorationem imaginum pertineat, ut illi dicunt, quod ſcriptum eſt, Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctus eſt. Pſal. 99.

HOc Pſalmiſtæ verſiculo error qui ob adorandas imagines adeo in quorundam pectoribus inolevit, ut ad eum ſtatuendum ſynodos faciant, & ad eum muniendum ſcripturarum ſanctarum ſibi teſtimonia uſurpare contendant, tueri ſe poſſe credit: cum ſcabellum pedum Domini adorandum audit: hac caſſide apicem corporis munitam habere arbitratur, ne coruſci enſis inliſiones perſentiat: hac lorica cæterum corpus munitum habere ſe putat, ne pilorum ictibus ſuæ ſtabilitatis jacturam incurrat: hoc clypeo tutelam ſe nanctum eſſe credit, per quam ſpiculorum miſſilium volatus vulnificos non pertimeſcat: ſed ita aut obcumbendo fateſcet, aut deliteſcendo aufugiet his muniminibus expoliatus, ſicut his eſt incaſſum & inutiliter abuſus, & tantum ſentiet ſpiritalis gladii per ſanctos viros inlati rigorem, ut nec tenuem quidem ſibi credat ineſſe vigorem. Numquid quia ſcabellum pedum Domini adorari præcipitur à Propheta, ideo erit imaginum adoratio ſtatuenda? quæ eſt ergo ſimilitudo ſcabelli pedum Domini & materialium imaginum? aut quæ communicatio inenarrabilibus Dei operibus & imaginibus à quibuslibet conditis artificibus? aut quæ ſocietas tam excellenti tamq; præclaro myſterio & figuris inſenſatis humano patratis ingenio? aut ubi inſtitutum eſt ut imagines adorentur, ſicut inſtitutum ut ſcabellum pedum Domini adoretur? Non enim ait David, *Adorate imagines quorundam ſanctorum* · ſicut ait, *Adorate ſcabellum pedum Domini*; ſed nec Dominus ait, Opera manuum hominum ſedes mea ſunt, imagines autem ſcabellum pedum meorum, ſed ait, *Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Eſa. 66. Audi igitur dementiſſime vel potius inſaniſſime error, audi inconparabilis dementia, audi ridiculoſa ſegnities, audi beatum Ambroſium docentem quid ſit ſcabellum pedum Domini, aut quomodo adorandum ſit. Ait enim, *Adoraverunt Apoſtoli Dominum, quia detulerunt fidei teſtimonium, acceperunt fidei magiſterium: adoraverunt & angeli de quibus ſcriptum eſt*; Actor. 7. *Et adorent eum omnes angeli ejus. Adorant autem non ſoli m divinitatem ejus, ſed etiam ſcabellum pedum ejus quoniam ſanctus eſt.* & poſt pauca; *Sed ne forte propoſitum aliquot præterfugere videatur exemplum, qua ratione ad incarnationis Dominicæ ſacramentum ſpectare videatur, quod ait propheta; Et adorate ſcabellum pedum ejus, conſideremus. Non enim ex uſu hominum æſtimare debemus ſcabellum: neque enim corporalis Deus, aut non immenſus, ut tamquam fulcrum pedibus ejus ſcabellum ſubjectum putemus · neque adorandum quicquam præter Deum legimus, quia ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis & ipſi ſoli ſervies: quomodo ergo adverſus legem Propheta præciperet, ſub lege nutritus, & eruditus in lege?* Deut. 6. *Non mediocris igitur quæſtio: & ideo diligentius conſideremus quod ſit ſcabellum. Legimus enim alibi, Cœlum mihi thronus, terra autem ſcabellum pedum meorum:* Eſa. 66. *ſed nec terra adoranda nobis, quia creatura eſt Dei. Videamus tamen an terram illam dicat adorandam Propheta, quam Dominus Jeſus in carnis adſumptione ſuſcepit. Itaque per ſcabellum terra intelligitur, per terram autem caro Chriſti, quam hodieque in myſteriis adoramus, & quam Apoſtoli in Domino Jeſu, ut ſupra diximus, adorarunt. Neque enim diviſus Chriſtus, ſed unus: neque cum adoretur tamquam Dei filius, natus ex virgine negabatur. Cum igitur incarnationis adorandum ſit ſacramentum, incarnatio autem opus Spiritus ſancti ſit, ſicut ſcriptum eſt, Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius* Luc. 1. *Dei.* Hoc etiam ſcabellum pedum Domini ſanctus Auguſtinus diligentiſſimus exquiſitor,

corpus

corpus Domini, quod de Maria virgine ſumpſit, ſcabellum divinitatis ejus a[illegible] propter naturam humanitatis quam eſt dignatus adſumere: quod utique [illegible] atque unitum, ut conſtet id omnibus creaturis eſſe excellius, ſicut dicit Apoſtolus, [illegible]
1. Cor. 1. *eſt Dei, fortius eſt hominibus.* & alibi de eodem mediatore Dei & hominum homine [illegible]
Philip. 2. Apoſtolus dicit; *Propter quod Deus exaltavit illum & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne no[men], ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum.* Per pedum igitur Do[mi]ni magnificentiam in hoc verſiculo ſtabilitas divinitatis, quæ ſemper in naturæ ſuæ omnipo[te]n[t]ia, tamquam pedum indefeſſa firmitas perſeverat, intellegitur. Poſſunt etiam tropologice p[edes] Domini extrema temporum, quando Dominus incarnari dignatus eſt, deſignari. unde & Johan[nes]
1. Joh. 2. evangeliſta dicit, *Filioli noviſſima hora eſt.* Paulus quoq; Apoſtolus dicit; *Cum veniſſet plenitu[do]*
Galat. 4. *temporum miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege.* Notandum ſane quia non [illegible]
Pſal. 99. Quoniam ſanctum eſt, ſed *quoniam ſanctus eſt:* ſcilicet ut corpus Domini à divinitate non diſce[rna]tur, ſalva utriusque naturæ proprietate, ſed ad unam perſonam referatur. Unde dicit Evangel[iſta]
Joh. 1. *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Hæc de ſcabello pedum Domini breviter prom[pta] ſufficiant: nunc ad cætera transeamus.

CAP. VI.

Quòd nec de eo imaginum adoratio adſtrui poſſit, ut illi putant, quod ſcriptum eſt, Adorate in monte ſancto ejus.

SED nec in eo quoque imaginum adoratio adſtrui poteſt, ut illi fatentur, quod per eundem ſan-
Pſal. 99. ctum Prophetam, *Adorate in monte ſancto ejus.* cantatur: cum ſcilicet non montem, ſed in monte ſancto adorandum Dominum, idem ſanctus vir harmonica modulatione decantet. Qui & montem adorandum præciperet, non idcirco imaginum adoratio, ſed Domini Jeſu Chriſti a ſanis mentibus intelligeretur, qui eſt mons cunctis montibus ſublimior: cujus videlicet altitudo & virtus omnium ſanctorum altitudinibus & virtutibus eminet: de quo per Eſaiam prophetam dicitur, [illegible]
Eſa. 2. *erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper c[olles]*
Pſal. 99. *& fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi.* Dicatur ergo, *Adorate in monte ſancto ejus,* [illegible] videlicet, non hic montem, ſed in monte ſancto Dominum, Propheta præcipit adorare, quod montem Sion qui eſt eccleſia, referri poſſe non dubium eſt, quæ eſt mons montium, & ſancta ſancto-rum: cujus ipſe habitator eſt Chriſtus. Unde bene ſanctum Dominum in ſancto monte præcipit adorandum, quoniam ſicut laus ejus non convenit ori pravo, ita nec ejus culturæ loci poteſt [co]ngruere turpitudo. Adoramus igitur in monte ſancto ejus, non imagines vel quasdam ſuperſtitioſas res, ſed eundem Dominum, qui illius montis caput eſt. & ut eundem montem adquireret, non ſolum
Pſal. 78. naſci, ſed mori dignatus eſt. de quo per Prophetam dicitur; *Adduxit eos in montem ſanctificatio[nis]*
Exod. 15. *ſuæ, montem hunc quem adquiſivit dextera ejus.* & de quo per Legislatorem dicitur; *Introduc [et] planta eos in monte hereditatis tuæ, in præparata habitatione tua quàm præparaſti tibi Domine: ſanctua-rium tuum Domine quod præparaverunt manus tuæ Domine, qui regnas in æternum & in ſeculum ſecu[li] & adhuc.*

CAPUT VII.

Pſal. 125. *Quòd non, ut illi gloriantur, propter illos dictum eſt qui imagines adorant,* Quoniam non derelinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum, ut non extendant juſti ad iniquitatem manus ſuas.

NON mirandum eſt, ſi fallentur in minimis, qui falluntur in magnis: nec in eo amplius illorum error admirandus eſt, quod ideo ſe juſtos, quia imagines adorant, eſſe gloriantur, nos autem qui eas adorare contemnimus, peccatores fateantur: cum ob illatum amorem & ſcripturarum divinarum puritatem violare conentur, & potiſſimum ſuæ fidei emolumentum in his eſſe arbi-trentur: & eos qui ſpretis his ſive cæteris hujuscemodi vanitatibus ſoli Deo ſerviunt, eumq; colentes adorant, anathematizare obſtinata mente nitantur. Quomodo ergo hujus verſiculi textus, no[n] ad eandem rem pertineat, ob quam ab illis prolatus eſt, qualiterve eorum ſenſui reluctari credatur quantisve ab eorum opinatione diſtet indiciis, non ſolum ſimplicibus lectoribus, ſed etiam idiotis patet: quippe qui poſtpoſitis ænigmaticis ſive allegoricis involucris apertè demonſtret, quòd non diu permittat Dominus flagellari juſtos àb impiis, ne in deſperationis labem corruant diutinis ad-dicti flagellis, ſed ſi ad tempus ad probationem quibusdam eos adverſis macerat, ſecundis eos denuo diuturnitate temporis interrupta ſublevat, qualiter eorum innocentia inconvulſa permaneat.

CAP. VIII.

Quòd non propter illos qui imaginum adorationem ſpernunt, ut illi delirant, per Prophetam dicatur, Declinantes ad obligationem adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Pſal. 125.

IDEO namque hunc verſiculum ſingillatim nobis in noſtro opere ponere libuit, qoia etſi eſt cum ſuperiore in unius Pſalmi textu, diſtat tamen ab eo in ſenſu: & quamquam ad unum errorem adſtruendum ab illis ſit prolatus, diverſo tamen loco in ſæpe memoratæ ſynodi lectione hunc conſtat eſſe poſitum. Declinantes igitur ad obligationem non illi credendi ſunt, qui imaginum ſuperſtitioſam contemnunt adorationem, ſed qui antiqui hoſtis retinaculis irretiti proni ſunt ad iniquitatem, quantoque amplius peccare noſcuntur, tanto nimirum ſtrictius diabolicis ſpiris nectuntur. Unde profecto per quendam ſapientem dicitur, *Funibus peccatorum ſuorum unusquisque conſtringitur*: de qua etiam obligatione ſanctus Propheta Eſaias dicit, *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.* Eos itaque qui ad hanc obligationem declinant, adducet dominus cum operantibus iniquitatem: quia videlicet cum quibus in hoc peccant ſeculo, cum his damnabuntur in futuro: & ad eum ignem qui auctori criminum & angelis ejus præparatus eſt, ibunt, cujus in hoc ſeculo retinaculorum obligationem rumpere neglexerunt. A cujus obligatione ille nos liberos efficiat, qui nos in libertatem redemit, & nobis ſedentibus in tenebris ſuæ claritatis lucem magnam oſtendit, ſive habitantibus in regione umbræ mortis ipſe lux vera exortus eſt: atque idem ejus ſeveriſſimæ damnationis nos reddat expertes, qui ſuæ clariſſimæ fidei ſpeique & charitatis fecit eſſe ſequaces. Prov. 5. Eſai. 5.

CAP. IX.

Quòd non ab eo quod Salomon dicitur in templo feciſſe boves & leones, imaginum adoratio firmari poſſit, ut illi ſomniant, qui in earum adorationem anhelant.

SALOMON in templo boves & leones legitur condidiſſe: quorum conditione nos qui ſecundum Apoſtolum legem ſpiritalem eſſe ſcimus, quibusdam myſteriorum archanis inſtruimur: illi verò qui imaginum adorationem diligunt ſuæ vecordiæ vanitatem firmare moliuntur: nos myſticis ſenſibus perdocemur, illi in ſui erroris magnitudine firmantur: nos admoniti per umbram indagamus veritatem, illi decepti per rem bene geſtam ad rem non gerendam ſumunt auctoritatem. Quur ergo eos Davidica proles, quur Iſraheliticæ rex, quur ſapientium ſapientiſſime feciſti? Feci, inquam, eos, non ut adorari deberent, ſed ut quædam myſtica ſignificarent: non ut errori faverent, ſed ut myſteriorum archana monſtrarent: non ut offendiculum cœcis mentibus eſſent, ſed ut magnum quiddam ſubtilia ſubtiliter ſcrutantibus innuerent. Cui ſi ideo ſuccenſeri debet, quia per ea quæ à me bene geſta ſunt, à pravis pravum exemplum ſumitur, legislatori nihilominus ſucceoſendum eſt, qui rem quidem multorum viſibus neceſſariam, in eremo exaltavit, qua prava hominum voluntas pravè poſtmodum utebatur. Non igitur nos effigies ob memoriam rerum geſtarum & venuſtatem conditas baſilicarum quodammodo abdicamus, cùm per Moyſen & Salomonem, quamquam in typicis figuris, eas factas fuiſſe ſciamus, ſed earum inſolentiſſimam vel potius ſuperſtitioſiſſimam adorationem cohibemus, quam neque per Patriarchas, neq; per Prophetas, neque per Apoſtolos, neq; per Apoſtolicos viros uſpiam inſtitutam eſſe repererimus. Sed ut ad propoſita redeamus, Salomon in templo boves & leones fecit, quia & Chriſtus in eccleſia Apoſtolos eorumq; ſucceſſores conſtituit, qui juxta beati Gregorii ſententiam, *bene agentibus per humilitatem ſunt ſocii contra delinquentium vitia, per zelum juſtitiæ erecti; quatenus & iſtos manſuetudo bovis ſuſtentet, & illos feritas leonis ſtimulet.* quod utrumque paſtoris eccleſiæ exemplo colligi poteſt, qui & Cornelium humilitate utentem blandis alloquiis delinivit, & contra Ananiam & Sapphiram fraudulenter agentes ſe vehementer erexit. Sancti igitur viri aliquando manſuetudinem boum, aliquando ferocitatem habent leonum: quia & virgam tenent qua fortes furtiter regant, & baculum quo infirmorum debilitates ſuſteotent.

CAP. X.

Quomodo intellegendum eſt, quod in Canticis Canticorum ſcribitur, Oſtende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi vocem tuam: quoniam vox tua ſuavis eſt mihi, & facies tua ſpecioſa: *quod quidem capitulum illi impudentiſſimè ad imaginum viſionem protulerunt.* Cant. 2.

FACIES eccleſiæ quam Chriſtus blandis nominum varietatibus alloquitur, modo eam columbam, modo formoſam, modo amicam vocans: quam ſurgere, id eſt, credere, properare, in operibus bonis excreſcere, venire, ad æternam remunerationé accedere jubet, non corporalis, ſed ſpiritalis

ſpiritalis eſt: quia & cætera quæ de ea in iiſdem Canticis Canticorum ſcribuntur, non carnaliter, ſed ſpiritaliter intelligenda ſunt. Nam ſi hic verſiculus cuidam corporali rei adcommodari poteſt, ut illi ſomniant, qui hunc ad imaginum viſionem protulerunt: ergo & omnia quæ de ſponſæ Chriſti eccleſiæ membris ſcribuntur, corporalia credenda ſunt: & ſi hæc omnia non membris viſibilibus, ſed virtutibus conveniunt inviſibilibus: ergo & facies ejus, virtus potius inviſibilis quàm cujuſdam debet intelligi viſus imaginis. Facies itaque eccleſiæ cognitio virtutum ejus eſt, cujus pulchritudinis venuſtate ab ſponſo diligitur: cui bene per Prophetam dicitur, *Quoniam concupivit rex ſpeciem tuam.* Hortatur ergo Chriſtus eccleſiam, ut faciem ſuam ei oſtendat, id eſt, ut ſemper eum contemplетur fide & operibus, ut cum Elia dicere poſſit,
3. Reg. 17. *Vivit Dominus, in cujus conſpectu ſto*: ne ſit de illis
Jerem. 2. quos per Prophetam denotat dicens, *Verterunt terga ad me & non faciem.* Hortatur etiam ut vox ejus
Pſal. 34. ſonet in auribus illius, quia paratus eſt ad exaudiendum ſanctos ſuos Pſalmiſta adteſtante qui ait, *Clamaverunt juſti & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.* Vocem ejus dulcem & faciem dicit eſſe decoram, quia orationes ſanctorum ſemper Deo acceptæ ſunt, eorumq; grata præſentia qui de Chriſti lumine acceperunt, ut in decore juſtitiæ permanerent. Et
Cant. 2. convenit ut ad imaginum viſionem aptari poſſit hic verſiculus, *Oſtende mihi faciem tuam*, ſive *facies tua ſpecioſa*, quid de voce dici poterit, quam & ſuavem Propheta decantat, & auditam ſibi fieri hortatur? Quæ utique ſi anima non vegetantur, multo minus voce fruuntur: & ſi voce non fruuntur, multo minus vocis ſuavitate potiuntur: ſi igitur anima non vegetantur, nec vocis dulcedine potiuntur. Unde liquido patet, ut ſicut in cæteris ex hoc negocio adſertionibus illorum ad rem non pertinentia dicta fruſtrantur, ita etiam & in hac parte fruſtrentur: præſertim cum nec de earum faciei viſione rectè dici poſſit, *Oſtende mihi faciem tuam*: neque de earum voce qua prorſus carent, *Et audiam fac mihi vocem tuam, quoniam vox tua ſuavis eſt, & facies tua ſpecioſa.*

CAPUT XI.

Eſa. 19. *Quomodo intellegendum eſt quod per Eſaiam Prophetam ſcribitur*, Erit altare Domini in medio terræ Ægypti: *quod capitulum illi ſtolidè & minus doctè ad imaginum adorationem referre nituntur.*

HANC prophetiam Joſephus in Onia ſacerdote qui profugus in Ægyptum plurimis Judæorum vallatus catervis deſcendit, altareq; ibi & templum conſtruxit, impletam fuiſſe narrat: nos verò qui ea quæ de Chriſti adventu & vocatione gentium prophetata ſunt, non ut futura autumamus, ſed ut præterita devota mente tenemus, & credimus, non hanc prophetiam conpletam fuiſſe ſentimus per Oniam ſacerdotem, ſed per Chriſtum Dominum, Dei & hominum mediatorem. Qui videlicet fidem in hoc mundo, qui plerumq; *Ægypti* nomine deſignatur, conſtituit, in cujus ſoliditate a fidelibus orationum ſacrificia & ſanctorum meritorum libamina Domino litantur: juxta cujus terminum titulum poſuit, id eſt, evangelium ſive Apoſtolicam doctrinam, quibus mentes fide-
Eſa. 19. lium ad peragenda bona opera informantur. Quod verò ſubjungit; *Et erit in ſignum & in teſtimonium Domino exercituum in terra Ægypti*, ſignum & teſtimonium Dominicæ voluit paſſionis myſterii intellegi. *Tunc* hi qui crediderint *concurrentibus Ægyptiis, contra Ægyptios, & pugnante viro contra fratrē ſuum, & civitate contra civitatē dimicante*, cùm perſecutionis ſcilicet tempus ingruerit, *implorabunt Domini miſericordiam, ſtatimq; ſalvator adveniet*, id eſt, Jeſus. (hoc enim in lingua noſtra ſonat) *& cognoſcetur Dominus ab Ægyptiis*, & cognoſcent eum ſive perſequutores qui fuerunt ſuperati, ſive credentes præſenti auxilio liberati. Cum igitur iſte ſit ſenſus prophetici ſermonis, & hic ſit intellectus tituli & altaris, quis hunc ad imaginum adorationem adſeverandam proferat, niſi quem ſuæ vecordiæ caligo excæcat? quisve per propheticum bene ab Spiritu ſancto prolatum ſermonem ſuum audeat adſtruere niti errorem, niſi quem erroris magnitudo ſuum uſquequaq; fecerit eſſe ſequacem? quomodo ergo quoddam vel leve quidem ex his ſancti Prophetæ verbis adminiculum poterit ſumere imaginum adoratio? cum conſtet ea non ut hiſtorialiter in quodam altari ſive titulo conplerentur, ſed ut ſpiritaliter in Chriſti fide & evangelio à fidelibus haberentur, dicta fuiſſe. Quæ tamen etſi de corporali altari ſive titulo hiſtorialiter dicta fuiſſent, non idcirco imaginum poterat adſtrui adoratio: cùm ſcilicet illa non adoranda fore, ſed fore tantummodo Propheta prædixerit. aliud enim eſt, *erit*, aliud adorabitur: aliud *altare Domini*, aliud cujuslibet imago: aliud *titulus juxta terminos*, aliud ſimilitudo in quibuslibet materiis. Non ergo ait, Erit tempus quando nullus niſi imaginum adorator Deo placebit: nec ait, Tantus imaginum cultus inoleſcet, ut quisquis eas non adoraverit, neq; thure & luminaribus ſive quibusdam primitiis honoraverit, anathemate dignus erit, ſed ait, *Erit altare Domini in medio terra Ægypti, & titulus juxta terminum ejus Domini, eritq; in ſignum & in teſtimonium Domino exercituum in terra Ægypti*, ac ſi patenter diceret, Erit fides in mundo, & evangelii prædicatio, per quam Dominicæ paſſionis & noſtræ redemptionis manifeſtatio declarabitur.

CAPUT XII.

Abſurdiſſime & incaute contra eos qui imagines adorare contemnunt, ab his qui eas adorant, prolatum teſtimonium ſancti Evangelii, Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio. Matt. 5. Marc. 4. Luc. 11.

ORES inconſequens & riſu digna, quòd quædam neſcio quo ſenſu in ejusdem vanitatis lectione de nobis qui imaginum adorationem ſpernimus, ſcribuntur, ex his quæ dominus diſcipulos ad prædicandum mittens, inſtituit ut magnam haberent fiduciam prædicandi, & ne perſequentium terrore exterriti deliteſcerent & ſimiles eſſent lucernæ ſub modio, ſed omni metu poſtpoſito totis libertatis inſignibus ſe proderent, & quod audierant in cubiculis in tectis prædicarent. Illi ergo lucernam ſuam, id eſt, imaginum culturam adorando in ſuæ fidei faſtigio ponant: nos vero ſi quis nobis ſcientiæ ſplendor eſt, in Chriſto, qui eſt lucis origo conlocemus: quatenus nobiſcum in ſanctæ eccleſiæ domo manentibus, & verbi & exempli ſplendorem exhibere valeamus.

CAP. XIII.

De eo quod ad ſuum errorem confirmandum dicunt beatum Silveſtrem Romanæ urbis anteſtitem Apoſtolorum imagines Conſtantino Imperatori detuliſſe, cum tamen eas non legatur adorare juſſiſſe.

SÆPE in hoc noſtro ſpeciali de imaginibus opere fateri cogimur, quod illæ non haberi ſed adorari a nobis inhibeantur: nec illarum in ornamentis baſilicarum & memoria rerum geſtarum conſtitutarum fugienda ſit viſio, ſed inſolentiſſima vel potius ſuperſtitioſiſſima execranda ſit adoratio. Unde ſicut in cæteris ita & in hoc exemplo adſertio fruſtrabitur, qui ſuum errorem in adoratione imaginum enitentem in eo fulcire conentur, quòd Silveſter Romanæ eccleſiæ præſul Conſtantino Imperatori, Apoſtolorum imagines detuliſſe legitur. Detulit ergo eas illi ad videndum, non ad adorandum: detulit non ut adorare, quem à ſimulactorum cultu abſtrahere & ad ſolius dei adorationem convolare hortabatur, conpelleret: ſed ut idem Imperator quos in ſomnis viderat, eorum vultus in picturæ fucis cognoſceret. Detulit, non ut ab idolorum cultura fugientem imaginum adorationi cedere inſormaret, & ab hoſtili gladio liberatum inteſtini enſis rigore perimeret, ſed ut per res notas ad res ignotas ejus mentem extolleret: ut quos non poterat mentis oculo cernere, nec dum gentilitatis maculis exutus, ſpiritalibus miraculis cerneret, nimirum eorum imagines corporalibus conditas inſtrumentis. Has igitur ei & ſi adorare juſſiſſet, cum tamen non juſſerit, ideo fortaſſis juberet, ut eum qui viſibilium cultor erat, per viſibilia ad inviſibilia provocaret, non ut nos de inviſibilibus ad viſibilia revocaret: nec ideo nobis qui ad percipiendum ſolidum cibum vires accepimus, ad lacteam eſcam lactentium more inſantium redeundum eſſet: ſi illi cui necdum per fidei teneritudinem ſolidus cibus inpertiri poterat, *ſine dolo lac concupiſcendum* daretur in quo creſceret. Unde & Apoſtolus novellæ eccleſiæ ex circumciſione & gentilitate venienti, ſpiritalis lactis & olerum cibum dabat, id eſt, faciliora ad intellegendum documenta, & leviora ad explendum præcepta, quibus carnales mentes quaſi in quadam inſantiæ teneritudine enutritæ ad percipiendum ſpiritalium archanorum cibum capaces efficerentur. Libro igitur actuum beati Silveſtri, ubi de imaginibus Conſtantino Imperatori delatis ſcribitur, ideo obniti poteſt, quia quanquam à pluribus catholicis legatur, non tamen ad ea quæ in quæſtionem veniunt adfirmanda plene idoneus perhibetur: quod in libro beati Gelaſii Romanæ urbis anteſtitis qui inſcribitur, *Decretalis de recipiendis ſive de non recipiendis codicibus*, apertius demonſtratur. 1. Pet. 2. diſt. 15. c. 3.

CAPUT XIV.

Quod non ita intellegenda ſit ſententia beati Athanaſii Alexandrinæ urbis epiſcopi, ut illi eam intellegendam putant, qui hanc ad adorationem imaginum adcommodare nituntur.

SENTENTIA nempe beati Athanaſii Alexandrinæ urbis Epiſcopi, quam illi inconſequenter, ſicut & cætera divinarum ſcripturarum teſtimonia, ad ſuum errorem adſtruendum protulerunt, prorſus huic rei extranea eſſe detegitur: cum non in ea quædam cujuslibet imaginum adorationis vel tenuiter mentio fiat, ſed ad comparationem rei de qua ſermo fiebat faſſus ſit imagines in eadem materia atque elemento recuperari poſſe, dicens; *Sicut ea quæ ſcribitur in lignis forma abolita exterioribus ſordibus, iterum neceſſe eſt in idipſum recuperari atque uniri his cujus eſt forma, ut innovari poſſit imago, in eadem materia atque elemento. per ejus enim formam & ipſa materia ubi & conſcribitur, non dejicitur, ſed in ea ipſa configuratur.* Dicant ergo quod eis adminiculum hæc ſententia præbeat: dicant ubi imagines adorare perceníeat: & cum hoc adſeverare nequiverint, reſtat ut ita à ſanis mentibus intellegatur ſicut à venerabili viro prolata eſt.

CAPUT XV.

Quòd male ad ſuum errorem adſtruendum ſententiam beati Ambroſii Mediolanenſis urbis epiſcopi quam ex libro tertio capitulo nono eſſe mentiuntur, uſurpent, qui per eam imaginum adorationem firmare cupiunt.

FACILLIME namque ſanctorum prædicatorum ſententias criminari audebunt, qui divinæ legis & prophetarum oracula criminari non metuunt, nec formidabunt, ob ſui erroris materiam ſtabiliendam, juniorum documentis quandam inferre violentiam, qui ſeniorum doctrinis immo ſenioribus non formidant inferre injuriam. Beati igitur Ambroſii Mediolanenſis eccleſiæ ſacerdotis ſententiam ut illorum errori faveret, ordine, ſenſu, verbisque turbaſſe perhibentur. Ordine ſcilicet, quia non in libro tertio capitulo nono, ut illi ſomniant, ſed in libro nono exarata reperitur: Senſu, quia cum ille dixerit, *Nunquid cum & divinitatem ejus adoramus & carnem, Chriſtum dividimus?* ... dixerunt, *Nunquid ne cum & deitatem & carnem ejus adoramus dividimus Chriſtum?* Quæ quidem particula ſubjunctivæ conjunctionis, *ne*, tantam huic ſententiæ permutati ſenſus ingerit jacturam, ... cam prorſus confiteri compellat quod illa negare contendit. Verbis, quod in ſequenti commate, ... ille poſuit, *veneramur*, illi, *adoramus*, poſuiſſe deteguntur: & ut apertius noſtræ diſputationis ... pateat, qualiter hæc ſententia ab inluſtri viro & eloquentiæ coturnis cum ſpiritali ſenſu compto pr... lata, qualiterve ab illis falſata ſit ſingillatim ponamus. Ille enim ut in duarum naturarum propr... bus unam domini verique hominis perſonam adſeveraret, ait, *Nunquid cum & divinitatem ejus a... ramus & carnem, Chriſtum dividimus? Nunquid cum in eo imaginem dei crucemque veneramur di... dimus eum?* Iſti vero ex hac ſententia imaginum adorationem adſtruere nitentes dixerunt, *Nu... ne quando deitatem & carnem ejus adoramus, dividimus Chriſtum? aut quando in ipſo & dei ima... em & crucem adoramus dividimus eum?* per imaginem ſcilicet dei quæ Chriſtus eſt, & per crucem ... quæ in hoc loco propter mortalitatem carnis ejus poſita eſt, imaginum introducere cupientes obſt... nata mente adorationem.

CAP. XVI.

Quòd non pro materialibus imaginibus, ut ille ajunt, beatus Auguſtinus dixerit, Quid eſt imago Dei niſi vultus Dei in quo ſignatus eſt populus Dei?

1. Johan. 4. Ioan. 1. Exod. 33. DEUM *nemo vidit unquam*, ait Johannes Apoſtolus, *niſi unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris.* & Moyſi eadem ſumma majeſtas, dixit; *Non enim videbit me homo & vivere poteſt*: qui ſi inviſibilis eſt, immo quia inviſibilis eſt, neceſſe eſt ut incorporeus ſit: & ſi incorporeus eſt, neceſſe eſt ut corporaliter pingi non poſſit: igitur ſi inviſibilis eſt, & incorporeus prorſus corporalibus materiis pingi non poteſt. Unde ſollicitius nobis quærendum eſt, quid ſit imago dei: quidve vultus ejus, in quo ſignatus eſt populus dei. Interrogemus ergo egregium prædicatorem, forſitan ab eo ... noſſe valebimus quid ſit imago dei. Coloſſ. 1. Dic vas electionis, dic doctor gentium quid ſit imago dei. *Gratias*, inquam, *agentes deo patri, qui dignos fecit nos in partem ſortis ſanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem in remiſſionem peccatorum, qui eſt imago dei inviſibilis*, Heb. 1. Dixi de imagine, dico etiam de figura. *Noviſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis deus in filio quem conſtituit heredem univerſorum, per quem fecit & ſecula, qui eſt ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ ejus, portauſque omnia verbo veritatis ſuæ.* Ecce, Paulo Apoſtolo docente, didicimus Chriſtum eſſe imaginem dei: & illi hortantur materiales imagines hanc intelligere debere. iſte dicit eundem filium qui eſt unius cum patre ſubſtantiæ imaginem eſſe dei & ſplendorem gloriæ & figuram ſubſtantiæ ejus: & illi dicunt opificum induſtria præparatas figuras imaginem eſſe dei. O execrabilis error, ô impudens dementia, ô improvida vecordia, tanto imaginum amore exæſtuans ut ea quæ de unigenito Dei filio dicta ſunt, materialibus figuris conferre non erubeſcas. Dicat etiam ſanctiſſimus Auguſtinus, quid ſit imago dei, qui ab illis hanc materialem exſiſtere dixiſſe criminatur. Ait enim, *In deo conditio temporis vacat. non enim poteſt recte videri deus in tempore genuiſſe filium per quem condidit tempora: conſequens autem eſt ut non ſolum imago ejus ſit, quia de ... eſt, & ſimilitudo, quia imago eſt, ſed etiam æqualitas tanta ut nec temporis intervallum impedimento ſit.* Dic itaque etiam tu ſanctiſſime Ambroſi, quid de hac imagine ſentire te conſtet. defende beatum Auguſtinum per te favente deo ad fidei rudimenta converſum, quem vides nunc ab imaginum adoratoribus infauſte criminatum. Præbe ei adminiculum, ut exuatur tanti criminis mole, qui quondam per te exutus eſt hæretici dogmatis errore. *Prophetæ*, inquam, *dicunt Chriſtum qui ... imago patris inviſibilis & figura ſubſtantiæ ejus, quod ipſe ſit ſplendor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula dei majeſtatis, & imago bonitatis illius.* Hoc ergo modo cum prophetis & apoſtolis Auguſtino m... immo vero dei cultori tutelam conferre curabo. Vide quanta dicantur: ſplendor, quod c... tas paternæ lucis in filio ſit: Speculum ſine macula, quod pater in filio: imago bonitatis, q... non corpus in corpore, ſed virtus in filio tota cernatur. Imago docet non eſſe diſſimilem, chara...

expreſſum eſſe ſignificat, ſplendor ſignat æternum. Imago itaque non vultus eſt corporalis, non fucis compoſita, non ceris, ſed ſimplex de deo, egreſſa de patre, expreſſa de fonte: per hanc imaginem Philippo patrem dominus monſtravit, dicens, *Philippe, qui me videt, videt & patrem: & quomodo tu dicis oſtende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt. Videt enim in imagine patrem qui videt in filio.* Vide quam imaginem dicat. imago veritas eſt, imago iſta juſtitia eſt, imago iſta dei virtus eſt: non muta, quia verbum eſt: non inſenſibilis, quia ſapientia eſt: non inanis, quia virtus eſt: non vacua, quia vita eſt. non mortua, quia reſurrectio eſt. Vides ergo quia dum imago dicitur, patrem ſignificat eſſe, cujus imago ſit filius, quia nemo poteſt ipſe ſibi imago ſua eſſe. Quoniam igitur imaginem dei non materiales imagines, ut illi garriunt, ſed dei filium ſanctorum patrum ſententiis adprobavimus, reſtat ut qualiter in eo ſignati ſimus breviter explicemus. Signati itaque ſumus in eo, quando ſecundum Apoſtolum in morte ejus baptizati ſacroſancti unguinis liquore delibuti ſumus, & accepimus Chriſtiani nominis prærogativam, juxta illud quod et in canticis canticorum dicitur, *Oleum effuſum eſt nomen tuum*: impleturque divinum per Eſaiam prophetam quondam promulgatum oraculum, quo ait, *Servientibus verò mihi vocabitur nomen novum.* Signamur ergo in eo qui ſecundum Apoſtolum ſignavit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris, in quo etiam ſpiritus pignore ſignati ſumus in die redemptionis: ſignati autem ſumus ſpiritu dei ſancto, ut & ſpiritus noſter & anima inprimantur ſignaculo dei, & illam recipiamus imaginem ad quam in exordio conditi ſumus, quam peccando nec in totum amiſimus, nec in totum in nobis intemerata remanſit: quia ſi hanc in totum amiſiſſemus, nequaquam diceretur, *Quanquam in imagine ambulet homo, tamen vanè conturbatur:* & ſi hanc in totum intemeratam conſervaſſemus, nequaquam Apoſtolus diceret, *Reformamini in novitate mentis veſtræ.* & illud, *In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.*

Ioan. 14.
Cant. 1.
Eſa. 62.
Pſal. 39.
Rom. 12.
2 Cor. 3.

CAPUT XVII.

Quod Gregorii Nyſſeni epiſcopi, ex quo illi ad ſuum errorem adſtruendum teſtimonia trahunt, & vita nobis & prædicatio ſit incognita.

Quid in hac parte nobis obſervandum ſit, Apoſtoli * Pauli monitis perdocemur, qui ait, *Probate ſpiritus an ex deo ſint.* & iterum, *Noli credere omni ſpiritui, ſed proba mentem*: nam dum, ut præfati ſumus, Gregorii Nyſſeni Epiſcopi & vita nobis & prædicatio ſit ignota, teſtimonia quæ de ejus opuſculis proferuntur ad res dubias confirmandas, minus cernuntur eſſe idonea: unde ejus doctrina nec à nobis eſt inſigni laude præferenda nec admodum reprehendenda, ſed illius dogmate cum cæterorum dogmatibus quos ignoramus poſtpoſito, reſtat ut poſt propheticas & evangelicas ſive Apoſtolicas ſcripturas inluſtrium etiam Latinorum doctorum, quorum nobis & vita & prædicatio innotuit, ſive Græcorum qui & catholici fuerunt, & à catholicis æque in noſtram linguam tranſlati ſunt, tantum dogmatibus contenti ſimus.

* Imo Iohannis, 1. Iohan. 4. in pr.

CAPUT XVIII.

Quod non ad adorationem imaginum pertineat teſtimonium, quod de ſexta ſynodo protulerunt.

Textus ſanè teſtimonii quod de ſexta ſynodo in eadem nugarum adglomeratione, quæ pro adorandis imaginibus ſcripta eſt, taxaſſe perhibentur, talis eſt: *In quibuſdam venerabilium imaginum picturæ agnus digito præcurſoris monſtratus deſignatur, quod in ſignum relictus eſt gratiæ, verum nobis per legem præmonſtrans agnum, Chriſtum dominum noſtrum.* Qui tamen quanquam non ita ab illis prolatus ſit, ſicut in eadem ſynodo habetur, nec ſic quidem, ut ab illis uſurpatus eſt, cujuſdam imaginum adorationis quandam feciſſe dinoſcitur mentionem: ſed cùm penè nullum habeat Latinæ integritatis vigorem, ſenſuque ſit tepidus, verbiſque inlepidus, & quadam ex parte ratione nudatus, nullum tamen eorum errori adminiculum præbere monſtratur.

CAPUT XIX.

Quod ſententia Iohannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, quam illi in teſtimonium adorandarum imaginum trahunt, non ad id quod illi putant, pertinere dinoſcitur.

Sed neque ſententia Johannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, quamquam ab illis mutilata ſit, ſicut & cæteræ ſanctorum patrum ſententiæ, quas in ejusdem ſynodi ſcriptura depravatas ab illis reperimus, quoddam illorum errori deferre creditur adjutorium: quippe cum in eadem non illarum imaginum quædam mentio ſit, quæ in baſilicis eſſe conſueverunt, ſed illarum quas gentili & ſuperſtitioſo ritu Romanorum Imperatores oſtentabiliter ob ſui favoris arrogantiam adorare conſueverunt. Quam quidem ſacrilegam impietatem ita nullos antiquorum regum reperimus habuiſſe, ſicut & penè nullam gentem tantæ crudelitatis tantorumque idolorum ſervitiis ſubditam, ut illam, uſpiam legimus extitiſſe. Magnæ ergo crudelitatis & revera magnę crudelitatis & fortitudinis quondam fuit, quæ à propheta Danihele in expoſitione quadrifidæ ſtatuæ, quæ quatuor fortiſſimorum mundi regnorum præſagium fuit, poſt caput aureum, quod Aſſyriorum ſive Chaldæorum regnum ſignavit: pectus verò argenteum, quod Medorum Perſarumque regnum figuravit: fœmora verò ærea, per quæ Macedonum regnum monſtratum eſt: in cruribus ferreis deſignata eſt: & quomodo ferrum conterit

& domat omnia, ita hæc pene omnia regna edomuit. quæ etiam a præfato propheta in quatuor beſtiarum viſione poſt leænam, per quam Babyloniorum regnum monſtratum eſt, & urſum per quam Medorum & Perſarum regni ſucceſſio deſignata eſt, ſive pardum per quem Macedonum regnum figuratum eſt, quarto nimirum loco ſicut in ſtatua in cruribus ferreis, ita etiam in beſtiis quædam terribilis ac formidoloſiſſima beſtia dentes ferreos habere deſcribitur, de qua nunc dicere longum eſt: in qua non ſint, ſicut in cæteris beſtiis, ſingula, ſed omnia quæ in ſuperioribus fuere crudelitatis indicia, quæ gentes quas delevit, devoraſſe, quas verò tributis addixit, pedibus conculcaſſe dicitur, & in tantum dæmonum culturis inſervivit, ut quarundam gentium quas ſubegerat idola ſuis nihilominus idolis socians infeliciter adoraret. Unde vaniſſimum & ab omni ratione ſecluſum eſt, ab ea re intra ſanctam eccleſiam ſumere exempla quæ propter gentilitatis maculam prorſus à catholicis creditur abdicata: niſi fortè illud in hac parte concedatur, ut ab errore error fulciatur, & res vana rem nihilominus vanam habeat in exemplum, resque obliqua à re non recta putetur accipere poſſe munimen. Textus igitur ſententiæ Iohannis (ſi tamen ejusdem Iohannis eſt) hoc modo in eadem dementiſſima ſynodi lectione taxatus habetur, *Nonne eum qui induetur injurias? neſcis quia ſi quis imaginem imperatoris injuriat, ad eum ipſum imperatorem principaliter dignitati ejus affert injuriam? Neſcis, quia ſi quis imaginem ex ligno aut ex colore detrahet, non ſicut ad elementum ſine anima auſus judicatur, ſed ſicut adverſus imperatorem diſſegregata imaginem totidem imperatoris geſtans ei, injuriam ad imperatorem deducit?* Et iterum idem de eodem patre, ſermone in quinta feria paſchæ, *Omnia facta ſunt propter gloriam dei: uſu verò noſtro nubes ad imbrium miniſterium, terram ad fructuum abundantiam, mare navigantium, abſque invidia omnia famulantur homini, magis autem imagini dei. neque enim quando imperialis vultus & imagines in civitates introducuntur, & obviant judices & plebes cum laudibus ma tabulam honorantes, neque effuſa cera ſcripturas, ſed figuram imperatoris, ſic & creaturam non terrenam ſpeciem honorat, ſed eadem ipſam cæleſtem figura reveretur.* Quæ ſententia quanquam loquutionum phaleris & verborum eruditione careat, & procul à negocio cui impoſita eſt, evagari credatur, nec illorum adſertioni eam præbere ſolatium, nec noſtræ conſtat quoddam conſerre diſpendium: nec aliquod Chriſtianæ religionis ſenſibus inculcare diſſidium: præſertim quæ ne divinæ imaginis characterem in nobis malis operibus inquinemus, neve ei ad cujus imaginem & ſimilitudinem conditi ſumus peccando ejusque imaginem & ſimilitudinem polluendo injuriam inrogemus, hoc dicere videatur ut quisquis imperatoris imagini injuriam inrogat, non imagini, ſed eidem imperatori injuriam inrogare credatur. Quod autem dixit, *Nubes*, terram ſive mare famulari imagini domini, non hoc pro manufacta & irrationabili imagine dixit, ſi tamen idem quem illi dicunt aut quislibet catholicus dixit, ſed aut pro Chriſto qui eſt imago dei, cui flectitur omne genu cœleſtium, terreſtrium & infernorum, aut pro homine, qui utique ad dei imaginem conditus pene omnibus viſibilibus creaturis prælatus eſt. Quod ſi quis contentioſus pro inſenſatis dictum fuiſſe arbitretur imaginibus, adſeveret, quo pacto quove modo, quave familiaritate nubes, terra, mare imaginibus famulentur, & mox adſertionem ſuam magna ex parte fultam habere dinoſcetur. Si ergo vulgus partim lætitiæ bacchatu effrenis, partim ſecularis pompæ novitate arceſſitus, partim ventoſi honoris inflatione cupidus, partim adulationis vitio famulatus, partim publicæ ſecuris metu perterritus, imperatorum imagines vanis & perniciosis laudibus honorat, quid ad nos qui gloriamur in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem nobis mundus crucifixus eſt, nosque mundo? quorum converſatio in cœlis eſt, qui cum Apoſtolo

1. Cor. 6.

dicimus, *Nobis quibus Chriſtus crucifixus eſt, quid nobis cum foro?* qui tanto errori obniti potius quam adſenſum præbere debemus, qui non ſolum ab eo exemplum ad adorandas imagines minimè ſumere, ſed etiam eum eum ſuis ſequacibus prorſus exſecrari debemus.

CAPUT XX.

Quòd non ad adorationem imaginum pertineat, ut illi adſerunt, ſententia B. Cyrilli in expoſitione evangelii ſecundum Matth.

IN eo etiam quod dicunt B. Cyrillum Alexandrinæ urbis anteſtitem dixiſſe, *Depingitur enim fides quod in forma dei exſiſtit verbum, ſicut & noſtra vita redemptione oblatus eſt deo, ſecundum nos ſimilitudine & factus homo*, quanquam aut interpretis inperitia, aut ſcriptoris vitio ſemiplenum ſenſum habere videatur, non tamen ibi quodammodo imaginum adoratio innuitur: ſed neque in eo quedam hujus erroris, non dicam adfirmatio, ſed nec etiam mentio fit, quòd dicunt eum poſt pauca dixiſſe, *Imaginum nobis explent opus parabolaſignificantium virtute, cui quomodo & oculorum adhiberi & palpatu manus afferri in veſtigiis mentibus inadparabiliter habens viſionem.* Quoniam ergo hic liber apud nos non habetur, qui utique Græco ſermone editus eſſe à præfato doctore perhibetur, hujus capituli ſenſus in incompoſitis & in impropriis dictionibus ita nobis per conjecturam ſenſus quærendus eſt, veluti quis in pulvereis vel in cujuslibet materiæ ſordidis involucris nummos quærat. Hoc enim ut conjicimus, hujus capituli textus ſignificare videtur, Quòd dum Chriſtus in forma dei exiſtens verbum, noſtræ carnis ſimilitudine indutus & factus eſt homo, & pro noſtræ vitæ redemptione

Ioan. 14.

oblatus deo in ſe vera patris imagine ejusdem patris viſionem nobis oſtendit: juxta illud, *Qui videt me, videt & patrem:* & in parabolarum imaginationibus, ita noſtris ſenſibus myſteriorum ſignificavit archana, ſicut in imaginibus earum rerum, cujus ſunt imaginatio quodammodo monſtratur: hoc quidem juxta conjecturæ ambiguitatem. cæterum excluſis dubietatis ambagibus nullam hic imaginum adorationem deſignari manifeſtum eſt.

CAP. XXI.

Quod non ſit contra religionem Chriſtianam, ut illi dicunt, non colere & non adorare imagines.

MAgna quidem ſunt Chriſtianæ religionis inſtrumenta, quæ quanquam ex fidei ſoliditate & ex dilectione dei & proximi pendeant, ſingillatim enumerare longiſſimum eſt: inter quæ nullum penitus locum imaginum cultus & adoratio tenent, quoniam quidem nullo antiquitatis inſtituuntur documento, vel fulciuntur exemplo, ſed penè cunctarum divinarum ſcripturarum abdicantur eloquio. ſolum namque Deum colere, ipſum adorare, ipſum glorificare debere, totius divinæ ſcripturæ tuba terribilis intonat. Unde cavendum illis eſt, & modis omnibus pertimeſcendum, ne dum imaginum cultum & adorationem Chriſtianæ religioni ingerere nituntur, ſingularem unius dei cultum & adorationem fruſtrari videantur. Quæ duo ita inter ſe mutuo reluctantur, ut ſi unum ſteterit, aliud ſtare nón poſſit. Si enim ſingularis cultus ſoli & uni deo debitus inconvulſus erit, & revera inconvulſus erit, imaginum cultus modis omnibus caſſabitur: & ſi imaginum cultus non convellatur, ſoli & uni deo cultus debitus non erit ſingularis. Ac per hoc ſi religionis Chriſtianæ arx ſive munimen, & glorioſum inſigne unius dei cultus & adoratio eſt, immo quia eſt hanc imaginibus vel quibuslibet rebus exhibere contra religionem Chriſtianam eſt: & ſi has non adorare ſeu colere contra religionem Chriſtianam eſt, ut illi delirant, ſolum deum adorare ſeu colere, ejusque cultus & adorationis arcem ſingularem eſſe fateri contra religionem Chriſtianam erit. Solus igitur deus Pſalm 148. colendus, ſolus adorandus, ſolus glorificandus eſt, de quo per Prophetam dicitur, *Exaltatum eſt nomen ejus ſolius*: cujus etiam ſancti qui triumphato diabolo cum eo regnant, ſive quia viriliter certaverunt, ut ad nos incolumis ſtatus eccleſiæ perveniret, ſive quia eandem eccleſiam aſſiduis ſuffragiis & interceſſionibus adjuvare noſcuntur, veneratio exhibenda eſt: imagines verò omni ſui cultura & adoratione ſecluſa, utrum in baſilicis propter memoriam rerum geſtarum & ornamentum ſint, an etiam non ſint nullum fidei catholicæ adſerre poterunt præjudicium: quippe cum ad peragenda noſtræ ſalutis myſteria nullum penitus officium habere noſcantur.

CAP. XXII.

Quod non bonam habeant memoriam, qui ut non obliviſcantur ſanctorum vel certe ipſius domini, idcirco imagines erigunt.

MIhi autem, ait Propheta, *adhærere deo bonum eſt*: qui cum ſit ſpiritus, juxta illud, *Dominus deus* Pſalm. 73.
ſpiritus eſt, & in ſpiritu & veritate adorari debeat, non ei carnaliter, ſed ſpiritaliter quis ad Joh. 4.
hærere poteſt, nec corporalibus ei ſenſibus ſed rationali animę intuitu jungi valet. Quamobrem, ut ait ſanctiſſimus Auguſtinus, *ſaluberrime admonemur averti ab hoc mundo qui profecto corporeus eſt & ſenſibilis, & ad deum, id eſt, veritatem qua intellectu & interiore mente capitur, quæ ſemper manet, & ejusdemmodi eſt quæ non habet imaginem falſi, à quo diſcerni non poſſit, tota alacritate converti.* Ad contemplandum itaque Chriſtum, qui eſt dei virtus & dei ſapientia ſive ad intuendas virtutes quæ ab eo in ſanctis ejus derivatæ ſunt, non corporeus nobis viſus, quem communem cum irrationalibus animantibus habemus, ſed ſpiritalis eſt neceſſarius, quem ſibi impertiendum Propheta à do- Pſalm. 119.
mino poſtulabat cum dicebat, *Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Hunc ergo ſpi- Matth. 11. 13.
ritalem audiuum non carnales aures Dominus quærebat cum dicebat, *Qui habet aures audiendi au-* Marc. 4. Luc.
diat. His ſenſibus privari pro culpa perfidiæ populum Iſrahel, non membris debilitari jubet, cum E- 14.
ſaiæ prophetæ dicit, *Excæca cor populi hujus, & aures ejus adgrava, & oculos ejus claude, ne forte vi-* Eſai. 6.
deant oculis ſuis, & auribus ſuis audiant, & corde ſuo intellegant. Quæ dum ita ſe habeant, magna ſe cæcitate obrutos eſſe fatentur, qui vim illam animæ, quæ memoria nuncupatur, ita ſe vitiatam habere demonſtrant, cui niſi imaginum adminiculum ſuffraget, ab intentione ſervitutis dei & veneratione ſanctorũ ejus recedere conpellatur: nec ſe idoneos arbitrantur mentis oculum ſupra creaturá corpoream levare ad hauriendum æternum lumen niſi creaturæ corporeæ adjutorio fulciantur. Sed ne forte ſui erroris murum his tenteut tueri munitionibus eò quod & nos ob memoriam rerum geſtarum imagines quibuslibet habendas eſſe concedimus, his à nobis eorum firmitas arietibus, tanus veritatis quatietur impulſibus quòd aliud eſt eas habere oblivionis timore, aliud ornamenti amore: aliud voluntate, aliud indigentia; aliud idcirco videre, ne dei & ſanctorum ejus valeat quis obliviſci, aliud ideo ſpectare, ut geſtarum rerum poſſit reminiſci: aliud eſt eas res videre, quæ niſi videantur, non obſunt: aliud eas quæ niſi videantur officiunt, eum videlicet ſine imaginum intuitu homo ſalvari poſſit, ſine dei verò notitia omninò non poſſit. Cum ergo mens hominis ita ei inhærere debeat, ad cujus imaginem condita eſt, ut nulla creatura interpoſita ab ipſa veritate quæ Chriſtus eſt, formetur, dementiſſimum eſt eam interpoſitis materialibus imaginibus ne ejus oblivionem patiatur admoneri debere, cum videlicet hoc infirmitatis ſit vitium, non libertatis indicium. Quia verò deſcenſio
Chriſti ad inferos, ſive aſcenſio ejus ad cœlos, ſive ſpei noſtræ fructus non in rebus viſibilibus ſed in Rom. 8.
corde tantum quærendus ſit, Paulus Apoſtolus teſtatur cum dicit, *Spes quæ videtur non eſt ſpes: quod* Rom. 10.
enim videt quis, quid ſperat? ſi autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus. & iterum, *Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendit in cœlum: id eſt Chriſtum deducere: vel quis deſcendit in abyſſum? hoc eſt Chriſtum ex mortuis revocare. Sed quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc eſt, verbum fidei quod prædicamus, quia ſi confitearis in ore tuo dominum Jeſum, & in corde tuo credideris, quod deus illum ſuſcitavit a mortuis, ſalvus eris: corde enim creditur ad juſtitiam, oris autem confeſſio fit ad ſalutem.* Multa quidem ad rem pertinentia & huic negocio neceſſaria in hoc capitulo dici poterant, ſi brevitas cui ſtudemus permitteret.

CAPUT XXIII.

Quod contra beati Gregorii Romanæ urbis anteſtitis ſententiam inſtitutum ſit imagines adorare ſeu frangere.

IMAGINES ſane quarum inſolentiſſimæ adorationis amor Conſtantino & matri ejus Hærenæ nec non & Taraſio Conſtantinopolitano Epiſcopo exercendæ ſynodi cauſa extitit, quorum diſcutiendus error præſentis nobis diſputationis materiam præbuit, à beato Gregorio Romanæ urbis anteſtite & adorari prohibentur & frangi, qui non longe, à cauſa vagantibus verbis nulliſque dubietatis ambagibus involutis ſermonibus, ſed proprie ac pure quid in hac parte obſervandum quidve retinendum ſit Sereno Maſſilienſi Epiſcopo ſuis mandavit apicibus. Nam dum iſti prodeceſſores ſive parentes ſuos qui eas fregere, exſecrabiliter damnare perhibeantur, & illi iſtos qui eas adoraturi erant abominabiliter damnaſſe credantur, inter has diverſi erroris acies ad unius ſocordiæ bivium tenentes medium, ſe præfatus interponit anteſtis, & utrique parti inter ſe mutuo confligenti arma præbet, cum & iſtos qui eas adorant cum illis qui eas fregere: & illos qui eas fregere cum iſtis qui eas adorant pontificalis teli cuſpide ferit. Et iſtis hinc adorantibus, illis inde frangentibus ſpretis, noſtræ partis ſibi eccleſiam adſiſcit, quæ mediocritatis callem recti itineris carpens, & in ornamentis ob memoriam habere concedit, & iſtos hinc adorantes, illos illinc frangentes deſpiciendo poſtponit: ſic enim præfatum Serenum & laudaſſe quia adorare prohibuerit, & reprehendiſſe quia fregerit idem ve-
,, nerabilis Papa perhibetur. *Perlatum*, inquit, *ad nos fuerat quod inconſiderato zelo ſuccenſus ſanctorum*
,, *imagines ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent, confringeres & quidem quia eas adorare ve-*
,, *tuiſſes omnino laudavimus, fregiſſe verò reprehendimus* & poſt pauca, *Frangi ergo non debuit quod non*
,, *ad adorandum in eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum. Et quia*
,, *in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit, ſi zelum diſcretione*
,, *condiſſes, & ea quæ intendebas ſalubriter obtinere & collectum gregem non diſpergere, ſed potius poteras*
,, *congregare.* Putabat enim idem venerabilis præſul in imaginum comminutione populares animos perturbatos, & ideo puſillorum ſcandalum pertimeſcens hæc inſecebat. Unde & in ſubſequentibus eum inſtruit qualiter eas & habere in eccleſiis quibuslibet permittat, & adorare modis omnibus devitet. Ait enim, *Convocandi ſunt diverſi eccleſiæ filii eiſque ſcripturæ ſacræ eſt teſtimoniis oſtendum, quia omne manufactum adorari non liceat: quoniam ſcriptum eſt, Dominum deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies: ac deinde ſubjungendum, Quia picturæ imaginum quæ ad ædificationem imperiti populi factæ fuerant, ut neſcientes literas ipſam hiſtoriam intendentes quod dictum ſit diſcerent, tranſiſſe in adorationem videas, idcirco commotus es ut eas imagines frangi præciperes: atque eis dicendum, Si ad hanc inſtructionem ad quam imagines antiquitus factæ ſunt habere vultis, in eccleſia eas modis omnibus & offerri & haberi permittas, atque indica quod non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte pandebatur diſplicuerit, ſed illa adoratio quæ picturis fuerat incompetenter exhibita. Atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam tuam revoca: & ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines omnibus modis devita.* Ecce quo magiſterio quove documento venerandi pontificis inbuti imagines in eccleſiis habere non renuimus, ſed earum adorationem prorſus abdicamus. cujus inſtitutis contraire ſe, quiſquis eas vel frangit vel adorat, modis omnibus recognoſcat.

CAP. XXIV.

Cum præter deum ſolum nihil aliud debeat adorari, aliud eſt hominem adorare charitatis & ſalutationis officio, aliud imagines manufactas.

ADEO genus humanum deus dilexiſſe credendus eſt, ut in ipſo conditionis ejus exordio non utcumque, ſed ad ſuam imaginem & ſimilitudinem id condiderit, & creaturis cæteris prætulerit, & à florigeræ ſedis felicitate per peccata ad hujus mortalitatis ærumnas transmiſſum ſtupendis miraculis & luculentis vatum oraculis erudire per momenta temporum non deſierit: & angelis qui utique ab eo peccando diſceſſerant, perpetua damnatione multatis, ut id denuo civibus æthereis pro quorum ſocietate condiderat, ſociaret, hominem adſumere non deſpexerit, dicente Apoſtolo
Heb. 2. *Nunquam enim angelos adprehendit, ſed ſemen Abrahæ adprehendit.* Unde datur intellegi aliud & longe aliud eſſe hominem adorare ſalutationis gratia, qui tot meritorum prærogativis pollet, aliud imagines quæ his omnibus carent. aliud eſt hoc homini humilitatis gratia exhibere qui opus dei eſt, quam imagini quæ opus artificis eſt. aliud eſt illam naturam humilitatis officio adorare quæ in cœli rege ab angelis & archangelis adoratur: aliud illam quæ uſibus non ſolum hominum, ſed & cæterorum animalium adhibita famulatur. Quantum ergo opera dei eminent humanis operibus, efficienti a effectis, rationabilia inrationabilibus, ſenſibilia inſenſibilibus, viventia non viventibus. tantum adoratio quæ, ut prædiximus, humilitatis & ſalutationis officio erga homines agitur, adoratione quæ imaginibus ſuperſtitioſe & ſuperflue exhibetur.

Quoniam quidem homines deus non imagines diligere juſſit: propter homines filium ſuum in mundum, non propter imagines miſit. ab hominibus pater vocari, non ab imaginibus voluit: & dominus in evangelio non ait, *Nolite ſcandalizare* unam de imaginibus iſtis, ſed, *unum de puſillis iſtis: quoniam*
Matth. 18. 1. Pet. 2. *angeli eorum ſemper vident faciem patris mei qui in cælis eſt*: & Apoſtolus invicem nos *honore prævenire*,

nire, non imagines honorare hortatur. Quia ergo melior ſit opifex opere & efficiens effectis, liber Sapientiæ teſtatur. ait enim, *Nemo e im ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere: cum ſit enim mortalis* Sap. 15. *mortuum fingit manibus iniquis.* Melior eſt enim ipſe his quos colit, quia ipſe quidem vixit, cum eſſet mortalis, illi autem nunquam. & beatus Auguſtinus ait; *Fateor tamen altius demerſos eſſe, qui opera hominum deos putant, quam qui opera Dei.* Hoc quidem de idolis eorumq́; cultoribus. Cæterum illi qui intra ſanctam Eccleſiam in ſacro eloquio ſolum Deum adorandum ſolumq́; colendum prædicant, & ut imagines adorentur ſynodos adgregant, videant ne forte domeſticam pacem inteſtino bello perturbent & proſperitatem rerum noſtrarum, iſto errore, quaſi quondam civili bello commaculent. Quod faciliimè vitare poterunt ſi intra metas Propheticæ & Evangelicæ, ſive Apoſtolicæ prædicationis contineantur, & excluſis vocum novitatibus ſanctorum patrum ſolummodo inſtitutis contenti ſint.

CAPUT XXV.

Quod nusquam ab Apoſtolis exemplis aut verbis, ut illi garriunt, imagines adorare inſtitutum ſit.

Ecclesiasticæ norma inſtitutionis Prophetarum & Apoſtolorum vel ipſius Domini aliquando nobis commendatur verbis, aliquando exemplis, aliquando obumbratis, aliquando patefactis monſtratur oraculis, nonnunquam etiam figuratis; nonnunquam ſimplicibus perdocetur eloquiis: inter quæ omnia omnium rerum adoratione inhibita, ſalva adoratione qua nos mutuo ſalutantes adoramus, ſolius Dei adoratio inſtituitur. Nam dum hanc imaginibus hi, qui illarum cremantur amore exhibendam ab Apoſtolis fateantur eſſe traditam, dicant neceſſe eſt quibus ab illis exemplis ſit inſtitutum, quibusve documentis conſtet eſſe promulgatum. An forte Petrus hanc imaginibus exhibendam inſtituit, qui Cornelium ne ſe adoraret blande conpeſcuit? An Johannes, qui angelum adorare cupiens, ne id faceret, ſed ut Deum adoraret audivit? An Paulus, qui hanc ſuperſtitioſe Lycaonibus ſibi inferre cupientibus expavit? An Barnabas, qui hanc pariter cum Paulo refugiit? Cum ergo angelus & Apoſtoli ſe adorari prohibeant, quis tam vecors tamq́; veſanus eſt, qui dicere audeat eos imagines adorari inſtituiſſe? præſertim qui etſi ſe adorari deberent: cum videlicet alterius meriti alteriusve definitionis ſint angeli ſive homines. & alterius imagines. Si igitur Angeli ſive homines, ut præſentis exempli ratio docet, minime adorandi ſunt ſalva adoratione quæ charitatis & ſalutationis officio exhibetur: multo minus imagines quæ rationis expertes ſunt, nec ſalutatione nec adoratione dignæ eo quod inſenſatæ ſint, adorandæ ſunt: quæ ſi adorandæ non ſunt, immo quia non ſunt, duplex illi in hac parte deliquium patrare perhibentur, ſive quia eas adorant, ſive quia ut hoc facerent ab Apoſtolis ſibi traditum eſſe mentiuntur. Apoſtolus deniq́; Paulus, Evangelicus ille ſtabularius, qui a viſione patriæ cœleſtis genus humanū digreſſum, & ad hujus defectionis ærumnas dilapſum, & a malignis ſpiritibus vulneratum, a cuſtode omnium ad ſanandum prædicationis verbis lenibus & auſteris accepit. cui redemptor duplicis ſcientiæ ſive duorum teſtamentorum pecuniam concedit, & ſi quid ad erudiendum redemptum populum conſilium dans ſupererogaverit, redditurū ſe ei eſſe promittit, nec in his de quibus libere præcepta dat, nec in his de quibus ſupererogans conſiliū dat, ſicut de virginibus feciſſe perhibetur, nihil tale de imaginū adoratione, ut illi ſomniant, uſpiā inſtituiſſe vel præcepiſſe reperitur. Nam & idem doctor gentium cum diſcipulis Timotheo & Tito ſcriberet, inſtruens eos & docens de ordinatione epiſcopatus, presbyterii & diaconii & omnis Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſive de ſpiritali converſatione & hæreticis vitandis, ideo imaginum adorationem minime inſtituit, quia hanc a religione Chriſtiana alienam eſſe cognovit: qui & in cæteris epiſtolis quas univerſo orbi ſcripſit, quæ vitanda eſſent quæve ſequenda edocens, hanc penitus rem parvipendit, quam nec abnuere quendam errorem, nec ſtatuere quandam credidit eſſe virtutem. Qui ergo has non adorare ſcelus, has autem adorare inter prima fidei ſacramenta ab Apoſtolis inſtitutum eſſe delirant, perpendant quoniam idem vas electionis nec eas ſpernere inter ſcelera enumerat, cum dicit; *Manifeſta ſunt autē opera carnis quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſervitus,* Gal. 5. *veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, hæreſes, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia quæ prædico vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnū Dei non conſequentur.* Nec eas adorare inter ſpiritales fructus enumerat, cum dicit, *Fructus autem ſpiritus* Ibid. *eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modeſtia, continentia: adverſus hujuſmodi non eſt lex: qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.* Sed neque in eadem eloquentiæ venuſtate, qua ſenſus ſuos quibuſdam rivulis per membra & cæſa & decentes circuitus rhetorico de flumine derivans ab anaphora incipit, & per χίσεις ὀνομάτων decurrit, & contraria contrariis per topicorum argumentationem quam philoſophi à contrariis nominant opponens, pulcherrimis antithetis orationem ſuam honeſtat: ubi hujus vitæ tempus acceptabile, pœnitentiæ videlicet aptum & dies ſalutis, id eſt, ad bene agendum aptos denuntiat, inter cæteras quas enumerat virtutes hujúſce adorationis quandam vel levem feciſſe noſcitur mentionem. Ait enim, *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: nemini dantes ullam offenſionem, ut non* 2 Cor. 6. *vituperetur miniſterium noſtrum. ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis in carceribus, in ſeditionibus in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuavitate. in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma juſtitiæ à dextris & a ſiniſtris, per gloriā &*

ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut ſeductores, & veraces: ſicut ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce vivimus: ut caſtigati, & non mortificati. quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. ſicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. In quo virtutum catalogo, ut præfati ſumus, idem egregius prædicator imaginum adorationem inſereret, ſi hanc harum ſociam Eccleſiæq; proficuam eſſe decerneret, quam dinumerare ideo diſtulit, quia hanc utilem minime eſſe perſenſit.

CAP. XXVI.

Quod non parvi ſit erroris manufactas imagines archa teſtamenti Domini coæquare conari, ut illi in ſua ſynodo facere conati ſunt.

MAGNÆ abſurditatis immo temeritatis eſt, archæ teſtamenti Domini imagines coæquare conari: cum tot myſteriorum indiciis ab illa noſcantur differre; & rei quæ condita eſt Dominicæ vocis imperio res adſimilare quæ cujuslibet artificis conduntur arbitrio. Siquidem illa condita eſt Domino imperante, iſtæ conduntur artis induſtria juvante: illa à ſancto viro Moyſe, iſtæ à quolibet opifice: illa à legislatore, iſtæ à pictore: illa redundet myſteriis, iſtæ colorum tantummodo fucis: illa & præſentibus fuerit in miraculorum ſtuporem, & de futuris myſtica quædam & archana ſignificarit: iſtæ & præſentibus miraculis, & futurorum ſignificationibus nudæ rei cujus ſunt, tantum memoriam ingerant. De cujus typicis præfigurationibus ſive horum quæ intra eam ſunt, in ſuperiore libro monſtratum eſt: nunc vero quantum à manufactis imaginibus differat, breviter exſequendum eſt. Qui igitur materiales imagines à quibuslibet opificibus conditas, archæ teſtamenti Domini, quæ Domino imperante, Moyſe obœdiente, condita eſt, æquiperare contendunt, inveniant, ſi queunt, opificem qui Moyſi meritis æquiperari queat, qui flumineis ſit fluctibus expoſitus, cujus ſalus inter lymphaticos curſus Deo ſoli relinquatur, à quibus exceptus & matri reſtituatur, & ab his quibus perimi juſſus fuerat, delicioſiſſime ali jubeatur: qui omni ſapientia Ægyptiorum eruditus ſit, qui videat arboreos ramos incendia pati & non uri, qui miretur fragilem materiam admirabili igne nec modicum nulla ei dando alimenta pati diſpendium, vel potius inde voce emiſſa ſe ex nomine vocari, & myſtica ſibi præcepta & ſpem liberandæ gentis, & adipiſcendæ paternæ promiſſionis dari: qui obſtupeſcat ſuæ virgæ rigorem in ſinuoſum converſum eſſe draconem, cujus adminiſtratione Nilicolæ decem prodigioſis feriantur plagis, qui Ægyptiis opibus ditatis cuneis, & æquoreos fluctus pede ſicco tranſmeantibus, dux fieri valeat: qui amaras aquas in dulcem convertat ſaporem, & jejunam ſilicem ictu virgæ undifluum cogat evomere liquorem: qui extenſione manuum hoſtiles tumultus vinci conpellat, & ſuos victoria potiri concedat: qui inter terrificos tubarum ſtrepitus, & fulminum coruſcationes, & nubis denſiſſimæ obumbrationem, & crepitantium ignium rogos exterritus & tremebundus montem conſcendat, legem accipiat, & inter DEUM & homines verus interpres à Domino promulgata præcepta populis obſervanda demonſtret: qui ſecundum exemplar quod ei in monte monſtratum fuerit, tabernaculum faciat, quod cum ingreſſus fuerit gloria Domini operiat: qui ſit mitiſſimus ſuper omnes, qui morantur in terra, ad quem loquatur Deus facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum: qui donec ſol quater decies ortum occaſumque perficiat, omni cibo penitus potuque careat, cujus facies nimio ſplendore vix intueri queat, qui de duobus regibus mirabiliter triumphet, qui quater tricenis annorum curſibus exemptis nec oculorum caliginem, nec dentium motionem patiatur: qui faciat ex qualibet materia imaginem, quæ tot redundet myſteriis & exuberet ſacramentis, ut in ejus ſuperficie tremenda audiantur oracula: ante cujus conſpectum hoſtica terrore quatiantur agmina, & per medium ſui arentem præſtent tranſeuntibus tramitem flumina, & antiquæ urbis in momento funditus everſa pugnacibus legionibus ingreſſum undique præbeant mœnia, quæ vocetur ſcabellum pedum Dei noſtri: ad cujus introitum pavendis hoſtium regio feriatur flagellis, quam indomitæ contra naturam vaccæ vitulis poſt terga relictis ad Iſraheliticam terram plauſtri novi geſtamine trahant, ad cujus regreſſum ſtupendis indigenæ terreantur miraculis, ante quam egregius propheta & rex inſulatus magna cum exultatione ludere non erubeſcat, & eam ad locum deſtinatum in muſicis concentibus hymnorumque ſuaviſonis modulaminibus introducat: quæ dum & ſuis & opificis tot ſignorum emicuerit prærogativis, non inmerito archæ teſtamenti Domini poterit coæquari. Cum ergo nec tanti meriti opifex, nec tantæ gloriæ opificium reperire valuerint, reſtat ut legislatorem noſtræ ætatis hominibus, & archam teſtamenti Domini manufactis imaginibus modis omnibus anteponant: nec res tam viles tamque myſteriis nudas rei tam ſublimi totque myſteriorum inſignibus exuberanti æquiperare conentur. Nam ſi, ut illi delirant, imagines archæ teſtamenti Domini adſimilari queunt, neceſſe eſt ut quiddam ſit circa eas quod propitiatorio adſimilari queat: neceſſe eſt ut metuenda inde oracula dentur. Non autem inde quædam oracula dantur: non igitur, ut illi deſipiunt, imagines archæ teſtamenti Domini adſimilari queunt.

CAPUT XXVII.

Quòd magnæ ſit temeritatis ingentiſq́; abſurditatis, ſæpe memoratas imagines corpori & ſanguini Dominico æquiperare velle, ſicut in eadem vanitate qua pro illis ſcripta eſt legitur.

QUUM Dominus in Evangelio dicat, *Veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & veritate,* Ioan. 4.
miramur eorum veſaniam, qui in adorandarum imaginum tantam exarſere ſocordiam, ut
cum eas nec Spiritum nec veritatem eſſe conſtet, non ſolum adorare, ſed etiam corpori &
ſanguini dominico æquiperare eas præſumant dicentes, *Sicut corpus dominicum & ſanguis à fructi-
bus terræ ad inſigne myſterium tranſit, ita & imagines artificum induſtria conpaginatæ ad earum perſona-
rum, in quarum ſimilitudinem compaginantur, tranſeant venerationem.* Cum ſcilicet corporis & ſan-
guinis dominici ſacramentum ad commemorationem ſuæ paſſionis & noſtræ ſalutis nobis conceſ-
ſum ab eodem mediatore Dei & hominum, per manum ſacerdotis & invocationem divini nominis
conficiatur: imagines verò nullius manus inpoſitionis vel conſecrationis myſterio indigentes, non
ab aliis niſi ab his, qui pictoriæ artis experientia inbuti ſunt, & conſiciendorum colorum peritiam ha-
bent, vel ab his, qui fabrilis vel cælaturæ vel certæ alicujus artis conperta inſtitutione, & cognita vi
materiæ vultus conponunt, formari & conpaginari noſcantur. Et nimirum ad horum conſecratio-
nem ſacerdos infulatus, circumſtantis populi deprecationes ſuis precibus miſcens, cum interno rugi-
tu memoriam faciat dominicæ paſſionis, & ab inferis reſurrectionis, necnon & in cœlosglorioſiſſi-
mæ aſcenſionis, & hæc perferri per manus angeli in ſublime altare Dei, & in conſpectum majeſtatis
depoſcat: pictor verò patrandi operis loca congrua appetens, in harum formatione colorum tan-
tùm venuſtatem, & operis ſupplementum quærat. Nimium igitur nimiumq́; à veritatis, rationis &
diſcretionis tramite diſtat, qui corpori & ſanguini dominico imagines æquiperare conatur. Nam
Melchiſedech rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, in typo dominici corporis & ſanguinis, non imaginem
quandam, ſed panem & vinum legitur obtuliſſe. Nam & Moſaico ore in præfiguratione noſtri re-
demptoris, cujus carnem in remiſſionem peccatorum ſumimus, & ſanguinis tinctione percutientis
angeli impetum evadimus, Agnus per familias comedi jubetur, & colendarum vel adorandarum
imaginum uſus omnino abdicatur. Pſalmographus quoque & panem angelorum, Chriſtum videli-
cet, ab hominibus manducandum, & imaginum conditores ſimiles his quæ conduntur imaginibus
fieri, ſuaviſona modulatione cantavit. Ipſe namque auctor humani generis, qui pro ſalute noſtra car-
nem noſtri cauſa non eſt dedignatus accipere, cum & veteris Teſtamenti terminum & novi, adpro-
pinquante ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis die ſalutiferum conſtitueret initium, & in ſe lapide angulari
duos ex adverſo parietes connectens, & ſecundum Apoſtolum faciens utraq; unum, accepto pane,
benedicto ac fracto, hoc ſalutare diſcipulis dedit præceptum: *Accipite,* inquit, *& manducate, hoc eſt* 1. Cor. 11.
*corpus meum: ſimiliter & calicem poſtquam cœnavit accipiens, dedit diſcipulis ſuis dicens, Accipite &
bibite: hic eſt enim calix ſanguinis mei novi & æterni teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur
in remiſſionem peccatorum. Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Cum ergo iſtius
evidentiſſimi & ſacroſancti myſterii & per veteris Teſtamenti myſticas figuras, & per novi inſtitutio-
nem ſalutiferum & luce clarius teneat eccleſia documentum, adorandarum imaginum huic non eſt
coæquandus inſolentiſſimus uſus, qui videlicet non ſolum fieri non jubetur, verum etiam & per pagi-
nam veteris inſtrumenti interdicitur: & in novi ſerie Teſtamenti non ſolum non conceditur, verum
etiam reprehenditur. Qui enim dixit, *Caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus:* &; *qui* Ioan. 6.
manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo, non dixit; Imago mea
vere eſt vita, & pictura nomini meo adſcripta vere eſt ſalus, & qui pingit meam ſimilitudinem, & ado-
rat meam imaginem manufactam, in me manet & ego in illo, & qui dixit, *Niſi manducaveritis carnem* Ibid.
filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: non dixit, Niſi depinxeritis
meam imaginem, & adoraveritis meam pictoria arte conſtructam ſimilitudinem, non habebitis vi-
tam in vobis. Qui igitur dixit, *Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi, ſi quis ex ipſo manducaverit* Ibid.
non morietur, ſed habebit vitam æternam, & ego ſuſcitabo eum in noviſſimo die: & iterum, *Sicut miſit me
vivens pater, & ego vivo propter patrem, & qui manducat me, ipſe vivit propter me:* & iterum, *Hic eſt
verus panis Dei, qui de cœlo deſcendit, & vitam tribuit mundo: qui manducaverit ex eo permanet in
æternum, & panis quem ego dabo ei caro mea eſt pro mundi vita. qui credit in me non eſuriet neq; ſitiet un-
quam,* nihil tale uſpiam de imagine legitur dixiſſe: cum videlicet, ut præfati ſumus, commemoratio-
nem ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis non in artificum, non in mundanarum artium opiſiciis, ſed in conſe-
cratione ſui corporis & ſanguinis conſtituerit, nec fidem & confeſſionem ſuam in picturis, ſed in ore
& corde fieri decreverit, dicente Scriptura, *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalu-* Rom. 10.
tem. Cum enim dicit, *Si manſeritis in me & verba mea in vobis manſerint,* evidentiſſime oſtendit, non Joan. 15.
imagines in nobis & nos in imaginibus permanere debere, ſed nos in ſe per fidem, & verba ſua in
nobis per lectionis ſtudium & operis conplementum neceſſario manſura deſignat, Paulus quip-
pe Apoſtolus, vas electionis, corporis & ſanguinis Dominici ſacramentum non omni ſacra-
mento æquiperandum, ſed pene omnibus præferendum eſſe conſpiciens dicit, *Probet enim ſe* 1. Cor. 11.
*homo, & ſic de pane illo manducet, & de calice bibat. Qui autem manducat & bibit indigne, judicium
ſibi manducat & bibit.* Cum ergo tantæ ſolicitudinis ſtudio probandos eos, qui ad hæc ſumenda

acce-

accedunt, oſtendat, & qui neglegenter & indigne ad hæc percipienda conveniunt, tantæ anim- verſionis telo feriat, nihil huic ſimile de his, qui imaginum adorationem refugiunt profert, ſed e con- Rom. 1. trario de his, qui male imaginibus utuntur dicit, *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis*, & cætera. Multum igitur & ultra quam mentis oculo perſtringi queat, diſtat ſacramentum dominici corporis & ſanguinis ab imaginibus pictorum arte depictis: cùm videlicet illud efficiatur operante inviſibiliter Spiritu Dei, hæ viſibiliter manu artificis: illud conſecretur a ſacerdote divini nominis invocatione, hæ pingantur à pictore humanæ artis eruditione: illud angelicis manibus in ſublime Dei deferatur altare, hæ humanis manibus per artem ſtructæ ad mirantium intuitus ponantur in pariete: per illud peccata remittuntur, per has ſi incaute abutantur adiciuntur: illud in virtute nec quo creſcat habet, nec ullo modo minuitur, hæ pro artificis ingenio in pulchritudine & creſcunt & quodammodo minuuntur: illud confirmat nova antiquitas & antiqua novitas, has plerumq; corrumpit carioſa vetuſtas: illud eſt vita & reſectio animarum, hæ cibus tantummodo oculorum: illud ducit per eſum ad cœleſtis regni introitum. hæ rerum geſtarum deferunt memoriam per intuitum: illud aboleri ab eccleſia nec in perſecutionibus potuit, harum interdum colorem guttarum inluvies ablùit: & cum ſine illius perceptione nemo ſalvetur, ſine iſtarum verò obſervatione omnes qui rectæ fidei ſunt ſalventur, conſtat eas a nullo eorum, qui ſanæ mentis intellegentiam habent, tanto myſterio æquiperandas. Qui ergo abſolute omnes imaginum adoratione carentes anathematis vinculo nituntur obligare, quærendum ab eis eſt, quid de Apoſtolis ſentiant, quos nulla docet Catholicæ Scripturæ ſeries imagines uſpiam adoraſſe? & tamen nullus fidelium ambigit, non ſolum eos, ſed etiam eorum ſequipedas cœleſtia regna penetraſſe: quidve de martyribus, qui à fonte baptiſmatis confeſtim per lictorum manus ſine adoratione imaginum ad cœleſtia regna migrabant? quidve de infantibus, qui originali noxa per lavacrum regenerationis abluti, & necdum per corporales ſenſus aliquid hujuſcemodi agere valentes pene ante cœleſtia regna quàm terrenorum greſſuum efficaciam appetere meruerunt? Si omnes imaginum adoratione carentes ſecundum illorum falſiſſimam opinionem pereunt, infantes baptiſmatis unda loti, & corporis dominici edulio & ſanguinis hauſtu ſatiati, qui necdum imagines adorare valuerunt, & ſic e ſeculo migrave-
Marth. 18. runt, pereunt: & ſi pereunt, veritatis verbum caſſatur dicentis, *Sinite parvulos venire ad me: talium*
Marc 10. *eſt enim regnum cœlorum*. non autem veritatis verbum infantibus regnum cœlorum promittentis caſſatur: non igitur pereunt omnes imaginum adoratione carentes.

C A P. XXVIII.

Quanta ratione myſterium dominicæ crucis ab imaginibus diſtet, quas quidem illi eidem æquiperare contendunt.

QUot excellentiæ prærogativis, quotve virtutum inſignibus myſterium dominicæ crucis manufactis imaginibus, quas illi temere ei æquiperare affectant, emineat, operæ pretium eſt breviter pandere: quamquam noſtra proſecutione prorſus explicari nequeat. Hoc enim vexillo antiquus hoſtis, non imaginibus, victus eſt: his armis, non colorum fucis, Diabolus expugnatus eſt: per hanc, non per picturas, inferni clauſtra deſtituta ſunt: per hanc, non per illas, humanum genus redemptũ eſt. In cruce namq;, non in imaginibus, pretiũ mundi pependit. Illa itaq; ad ſervile ſupplicium, non quædam imago, miniſtra extitit: hoc eſt noſtri regis inſigne, non quædam pictura quod noſtri exercitus indeſinenter aſpiciunt legiones: hoc eſt ſignũ noſtri imperatoris, non conpaginatio colorum, quod ad prœliũ noſtræ ſequuntur cohortes. Non igitur quædã materialis imago, ſed dominicæ crucis myſteriũ eſt vexillũ, quod in campo duelli, ut fortius confligamus, ſequi debemus: arma, quibus libertatem tueri valeamus: munitio, qua infeſtantium hoſtium incurſus evitemus. Eſt enim caſſis, qua diabolici enſis impulſio quatitur: eſt clypeus, qui ad reſiſtendũ illius miſſilibus telis opponitur: eſt thorax, quo illius ſpiculorum ſive pilorum inliſio ignita fruſtratur. Hoc eſt munimen, quo illius flexuoſæ fraudis mæandros, & callida machinamenta devincimus, ne vincere valeat tentatos, quos primi hominis tenuit ſuaſione captivos. Per crucis lignum, non per imagines, antiqui illius ſceleris facinus diluitur, quod in protoplaſto per ligni eſum contractum eſt. In crucis hamo, non in quadam pictura, criminũ auctor captus eſt, cùm ratione potius quàm dominatione, & juſtitia potiùs quã potentia conſtrictus prædam conpulſus eſt evomere, quam abſorptã jam dudum noſcebatur tenere. Non ergo per materiales ab opificibus conditas imagines, ſed per crucis myſterium, quæ a Judæis putatur ſcandalum, à gentibus ſtultitia, ſuperba ſeculi & inflata ſapientia corruit. Nec per picturã quandam, ſed per crucem patuit, quod ſtultum Dei eſt quanto ſit hominibus ſapientius, & quod infirmum Dei eſt, quanto ſit fortius hominibus. Interrogemus igitur doctorem gentium, interrogemus egregium prædicatorem: dicat nobis utrum in imaginibus, an in cruce Chriſti glorietur. *Mihi*, inquit,
Galat. 6. *abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo.*
Gal. 2. Dicat etiã utrũ ut Deo viveret, imaginibus, an cruci confixus ſit. *Ego*, inquit, *per legẽ legi mortuus ſum, ut Deo vivã, Chriſto confixus ſum cruci: vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.* Dicat etiã utrũ in intellegendis colorũ fucis, & imaginum formis, aut materiarũ qualitatibus, an ad intellegendũ quæ ſit latitudo crucis & longitudo, ſublimitas & profundum inluminatos cordis oculos habere de-
Epheſ. 3. beamus. *Ut poſſitis*, inquit, *comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo & longitudo & ſublimitas & profundum.* In exponendis igitur his tanti prędicatoris verbis nec noſtros ſenſus temere oſtentare

tare, nec alienos furari debemus, ſed hos quos à beato Auguſtino in libris de doctrina Chriſtiana poſitos reperimus, nos quoq; ponamus. Latitudo ergo eſt, transverſum lignum quo extenduntur manus: altitudo, quæ à transverſo ligno incipiens ſuperius eminet, ubi fuit caput: longitudo verò eſt, quæ à transverſo ligno incipiens usq; ad terram deſinit: profundum verò, quod terræ infixum abſconditur, ex quo ligno crucis omnis vita ſanctorum deſcribitur, qui tollentes crucem ſuam & mortificantes membra ſua quæ ſunt ſuper terram, Chriſtum ſequuntur: quorum quanto exterior homo corrumpitur, tanto interior renovatur de die in diem, & ſpe æternæ requiei gaudentes cum hilaritate bonis operibus inſiſtunt. Hanc hilaritatem ſignificat crucis latitudo in transverſo ligno, ubi figuntur manus. per manus enim opus intellegitur: per latitudinem, hilaritas operantis, quia triſtitia facit anguſtias: porro per altitudinem crucis, cui caput adjungitur, expectatio ſempiternæ retributionis de ſublimi juſtitia Dei ſignificatur, ut & ipſa opera bona, non propter beneficia Dei terrena ac temporalia facienda credantur, ſed potius propter illud quod deſuper ſperat fides quæ per dilectionem operatur. Jam vero per longitudinem, qua totum corpus extenditur, ipſa tolerantia ſignificatur, ut longanimes permaneamus: unde longanimes dicuntur, qui tolerant. profundo autem, hoc eſt, parte illa ligni quæ in terræ abdito adfixa latet, ſed inde conſurgit omne quod eminet, inſcrutabilia indicantur judicia Dei, de quibus occulta ejus voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ, alius ſic, alius autem ſic. Sed quid tantum in Apoſtolicis ſermonibus immoramur? quid tantum per ejus ſenſus latiſſimos campos evagamur? Veniamus ad Dominum, ſedeamus cum Maria ad pedes ejus, audiamus verbum ex ore ejus, audiamus eum in ſeipſo, quem hactenus in Apoſtolo loquentem audivimus. Audivimus ergo quid de cruce dixerit doctor gentium, audiamus quid dicat creator gentium: audivimus egregium prædicatorem, audiamus rerum omnium conditorem. *Siquis*, inquit, *vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Matth. 16.
O mirum præceptum, Luc. 9.
ô ſalutifera exhortatio, ô vitale tonitruum, dixiſti ô fons lucis, dixiſti ô origo bonitatis, eo quod deponentes veterem hominem cum operibus ejus, denegemus noſmetipſos, tollamusq; unusquisq; crucem ſuam, & mundo crucifigamur, mundusq; nobis crucifigatur, ut per carnales cruciatus & per mortificationem membrorum noſtrorum quæ ſunt ſuper terram, vivamus tibi vel potius tu vivas in nobis: & tanto myſterium crucis extuliſti, ut & tu per eam principatus & poteſtates, & omnem inflationem mundi evacuares. & in crucis nomine, quæ quotidie te ſecuturis portanda eſt, ardorem tuæ dilectionis vel cæterarum virtutum emolumenta deſignares. Dic etiam quod de imaginibus præceptum, quas quidam ſacratæ cruci æquiperare nituntur, conſtituas. *Reddite*, inquam, *quæ ſunt Cæſaris* Matth. 22.
Cæſari, & quæ Dei Deo. Si ergo crucem tollere & te, qui per crucem triumphans terrena cœleſtibus Luc. 20.
ſociaſti, ſequi, & imaginem Cæſaris Cæſari reddere debemus, non ſunt imagines cruci æquiperandæ, non adorandæ, non colendæ, ſed huic mundo cum cæteris quæ mundi ſunt relinquendæ, & tu ſolus adorandus, tu ſolus ſequendus, tu ſolus colendus es qui in unitate ſubſtantiæ cum patre & Spiritu ſancto perpetim regnas.

CAPUT XXIX.

Quod præſumptivè & indoctè eas Taraſius cum ſequacibus ſuis ſacratis vaſis æquiperare non formidet.

FACILE quisque fallitur in minimis qui facillime fallitur in magnis: nec mirandum ſi brevium & pene inviſibilium erroris jaculorum inevitabiliter perſerat ictus, qui evitare nequit inmanes & ad evitandum faciles pilorum inpulſus. Quid itaque mirandum eſt, ſi ſacris vaſis Taraſius &, cui præſuit, ſynodus, imagines æquiperare nitatur, cum archæ teſtamenti Domini, & omnibus quæ in ea & quæ circa eam fuiſſe noſcuntur, ſive myſterio dominicæ crucis, necnon corporis & ſanguinis dominici evidentiſſimo & noſtræ ſalutis aptiſſimo ſacramento, eas æquiperare conetur. Cujus videlicet in coæquandis his ſacris vaſis error, cum magno poterat admirari ſtupore, niſi tanto præveniretur errore. Quanta ergo excellentia vaſa divino cultui mancipata imaginibus emineant, divinæ legis inſtrumenta demonſtrant: cum utique illa præcipiente Domino per Moyſen in teſtimonii tabernaculo condita, & inſtituente vatum ſanctiſſimo David per Salomonem in templo Hieroſolymis condita atque dicata, & typicorum ſenſuum archana ſignificaverint, & in his quæ ad Dei cultum pertinent diuturni miniſterii officium geſtaverint. Hæ autem ſalva ratione cherubim, ſive boum & leonum, qui non ad adorandum, ſed ad rerum futurarum ſignificationem conditi ſunt, non ſolum à quoquam ſanctorum non conditæ vel dedicatæ, ſed pene cunctorum divinæ legis oraculorum teſtimoniis usquequaque ſunt abdicatæ. Hæc quoque vaſa quæ ad peragenda noſtræ redemptionis myſteria ſancta habet eccleſia, ſemper ſunt fidelibus neceſſaria, ſemperque in divino cultu officioſa. In vaſis igitur Deo ſacrificium, non in imaginibus offertur, in vaſis thymiamata, luminaria vel cætera divinis cultibus apta, non in imaginibus dedicantur: in quibus tamen & ſi quædam imagines ſunt, non ideo ſunt ut adorentur, aut quaſi ſine his ſacrorum chariſmatum munus vileſcere queat, ſed ut pulchrior his inpreſſis materiarum qualitas fiat: denique ſine imaginibus & lavacri unda, & ſacri liquoris unctio percipi, & thymiamata adoleri, & luminaribus loca ſancta perluſtrari, & corporis & ſanguinis dominici conſecratio effici poteſt: ſine vaſis verò nunquam. Nam & noſtræ ſalutis auctor cum & veteri Teſtamento terminum, & novo

initium

initium poneret, non imaginem, ſed calicem accepiſſe perhibetur, & per prophetam Dominus non
Eſai. 52. ait, *Mundamini qui fertis imagines*, ſed, *Mundamini qui fertis vaſa Domini.* Babylonicus ergo rex
non ob alicujus injuriam imaginis corripitur, ſed quia vaſa divinis cultibus officioſa, quæ abavus de
Judæa adlata in delubris ſuorum poſuerat idolorum, religionis ſiquidem & reverentiæ cauſa, inter
comeſſationes delubris eximi, & uſibus humanis exhibita peregrinari cenſuerit, & præſago miraculi
ſtupore adtonitus, quæ ſibi ventura eſſent audivit, & inter hoſtiles cuneos vitæ pariter regniq; jactu-
ram ſenſit. Qui prophetas ſcit, ea, quæ dicimus cognoſcit.

C A P. XXX.

Contra eos qui dicunt, Sicut divinæ Scripturæ libros, ita imagines ob memoriam venerationis habemus, noſtræ fidei puritatem obſervantes.

SI hic error quo divinæ Scripturæ libris imagines æquiperare nituntur, cæteris eorum erroribus
conparetur, quamquam erga ſe ſit magnæ enormitatis, aliis vero conparatus, quibus eas & archæ
Domini, & corporis & ſanguinis Dominici ſacramento, & crucis myſterio æquiperare niſi ſunt,
minor procul dubio reperitur, præſertim cum nec illis, nec iſtis rite æqoiperari poſſint: cum videlicet
illæ ſolius Dei altiſſimo archanoq; ac præſago judicio ſint ante ſecula prædeſtinatæ, & per momenta
ſeculorum ad humanæ ſalutis emolumenta clementi exhibitione conceſſæ, habeantq; auctores ſan-
ctos ac venerabiles viros virtutum lampadibus & miraculorum inſignibus coruſcantes, vel certe i-
pſum Dominum, qui corporis & ſanguinis ſui myſterium ſive crucis ſacramentum noſtræ ſaluti con-
gruum conceſſit: iſtæ vero & gentilium auctorum vanitate prolatæ ſint, & nullam ſalutis exhibitio-
nem, nullam ſacramenti alicujus mortalibus prærogativam adducant, ſed oculis tantummodo fave-
ant, per quos quaſi per quosdam legatos geſtarum rerum memoriam cordibus mandent. Eo etenim
tempore quo Moyſes cum populo Dei in eremo morabatur, & præcipiente Domino ſacræ legis do-
ctrinam & ceremoniarum ſacratiſſimos ritus populo tradebat, & genus humanum ad divini cultus
eruditionem informabat, Cecrops quidam rex Athenienſium dæmonico infectus veneno, rudes
gentilium mentes ad imaginum ſimulacrorumq; & ad vanorum Deorum culturas excitavit: & quo
tempore populus Dei mandata vitæ percepit, hoc ille inliciendis animabus perpetuæ mortis pocula
& diuturni erroris ſeminaria præparavit: de quo eſt illud Seduli,

Quos letale malum quos vanis dedit acuris,
Attica Cecropei ſerpit doctrina veneni.

Unde imaginum uſus, qui à gentilium traditionibus inolevit, ſacræ legis libris æquiperari nec
debet nec valet: quia in libris non in imaginibus, doctrinæ ſpiritalis eruditionem diſcimus. Non
Rom. 15. enim ait Paulus Apoſtolus, *Quæcunq; picta ſunt, ad noſtram doctrinam picta ſunt*: ſed ait, *Quæcumq;*
ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem
2. Tim. 3. habeamus ad Deum. Nec ait, Omnis pictura, ſed, *Omnis Scriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad do-*
cendum, ad arguendum, ad erudiendum, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Quin-
quageſimo deniq; die poſt agni immolationem, & maris rubri tranſitum, Dominus in montem Synai
deſcendens, legem, non pictam, ſed ſcriptam Moyſi dedit, & in tabulis lapideis non imagines, ſed api-
ces qui indices rerum ſive ſigna verborum eſſe perhibentur, tradidit. Idem quoq; Moyſes origioem
mundi non pingendo, ſed ſcribendo edocuit, & omnia quæ per ſpiritum prophetiæ ſive de præteri-
tis cognovit, ut ea quæ de mundi principio, de creatione hominis, de diluvio, ſive de cæteris Patriar-
charum per ordinem hiſtoriis promulgavit, ſive quæ præſenti ſibi tempore fiebant, ut ea quæ per
Balaam, ſive Balaac, ſive per cæteros, qui illi abſentes erant, agebantur, conperit, ſive ea quæ de futuris
Spiritus ſancti flamine afflatus intellexit, ut eſt illud quod de prævaricatione populi Judæorum, ſive
de eorum captivitate vel etiam de adventu Chriſti dixiſſe legitur: in quinque libris adnotans non
pingendo, ſed ſcribendo ſeculis pòſt futuris Domino imperante mandavit: nec de eo ſcribitur, Ac-
Deut. 31. cepit picturas, ſed, *Accepit librum Moyſes & recitavit in aures populi verba libri.* Unde & Apoſtolus
Hebr. 9. ſcribit, *Lecto enim omni mandato legis à Moyſe univerſo populo*: & poſt pauca. *Ipſum quoq; librum &*
omnem populum aſperſit, ut noſſe poſſunus legislatorem non fucatis picturis, ſed ſaluberrimis Scriptu-
ris uſum fuiſſe. Joſue etiam ſucceſſor ejusdem Moyſi, qui cum populo Dei Jordanen ſicco pede
tranſiit, & Cananitidis gentis proſtratis regibus reprumiſſionis terram filiis Iſrahel ſorte diviſit, ty-
pumq; mediatoris Dei & hominum geſſit: qui tranſactis veteris legis ritibus per baptiſma populum
Dei ad terram repromiſſionis adducit, & proſtratis vitiorum ſive aeriarum poteſtatum tyrannis, pa-
triæ cœleſtis fidelibus prædia confert cuncta, quæ tempore ſuo ſibi vel populo cui præerat, contige-
runt, ſcribendo potiùs quàm pingendo memoriæ poſteritatis mandavit. Samuel quoque magnæ
ſanctitatis & excellentiæ vir, qui matri petenti poſt magnam orationis inſtantiam divino munere
conlatus eſt, & ab ipſis cunabulis in Domini tabernaculo militia prophetali militavit, & in deli-
niendis regibus exemplar extitit, hiſtorias Judicum ſive Ruth vel etiam Regum usque ad David non
imaginibus, ſed apicibus prænotavit. Et poſt hunc per David res ſuo tempore geſtæ conſcriptæ,
ſive cæterorum regum hiſtoriæ, aut per reges, aut per prophetas, qui tunc temporis fuere, conſcri-
ptæ, usque ad Hieremiam, qui omnes regum hiſtorias in unum colligens, Malachim totum edidit ad
noſtram uſque memoriam, non per picturam, ſed per Scripturam, delatæ ſunt. Prophetæ etiam
ſinguli, qui libros habent, prophetias ſuas pòſt futuris ſeculis profuturas, non in picturis, ſed in Scri-
pturis conſtituere. Unde & Danihel non in coloratis figuris, ſed in libris intellexit numerum
anno-

[illegible], quo populus Dei in captivitate Babylonica detineri deberet. Ait enim, *Ego Danihel in-* Dan. 9.
telle[illegible] in libris numerum annorum, in quo factus eſt ſermo Domini. David quoque ſanctiſſimus Pro-
phetarum, qui de Chriſti incarnatione, nativitate, paſſione, morte, reſurrectione, gloria, regno,
[illegible] ut cæteris patribus in ejusdem Domini ſecundum humanitatem genealogia prælatus eſt, ut vide-
licet idem Dominus filius David nuncupetur, ita etiam cæteris uberius apertiusque cantavit: ita in
perſona Chriſti dixiſſe legitur, *in capite libri ſcriptum eſt de me.* Non enim ait pictum, ſed ſcriptum: Pſal. 40.
nec in capite parietum ſive tabularum, ſed in capite libri. In capite itaque libri Geneſeos, qui utique
cunctorum librorum caput eſt, ita ſcribitur, *In principio creavit Deus cælum & terram:* in princi- Gen. 1.
pio, id eſt, in Filio. ipſe enim Judæis interrogantibus quis eſſet, reſpondit, *Ego ſum principium, quia* Joan. 8.
& loquor vobis. Poteſt etiam & in hoc verſu primi Pſalmi principium intelligi, qui de Chriſti incar-
natione adoritur, & per octavam ſpeciem definitionis quam Dialectici κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, id
eſt, per privantiam contrarii ejus quod definitur, Chriſtum *non abiiſſe in conſilio impiorum*, id eſt, de- Pſal. 1.
teſtabiles cogitationes, quas ſibi genus humanum peculiariter vindicat, non habuiſſe demonſtrat: Ibid.
& in via peccatorum non ſtetiſſe, id eſt, actus vitioſæ converſationis penitus evitaſſe, ſed in mundo
venientem mundi vitia immaculata converſatione tranſiſſe prædicat: nec eum in cathedra peſtilen-
tiæ ſediſſe, id eſt, doctrinas abhominabiles, quæ peſtilentis dogmatis venena diſſeminant, ſed mun-
di vulnera medicabili prædicatione ſanaſſe declarat: eumque tribus illis modis, quibus humanos
conſtat provenire errores, cogitatione, facto videlicet & dicto, modis omnibus caruiſſe comme-
morat, declaratque eum nec impium fuiſſe, qui in Deum peccaſſet, eo quòd nequaquam in Deum
peccaverit, qui ſemper utique voluntatem patris fecerit: nec peccatorem, qui in ſe deliquerit, qui
utique ait, *Venit enim princeps mundi hujus, & in me non invenit quicquam:* nec peſtilentem, qui Joan. 14.
numquam proximum depopulatus ſit atque læſerit, qui in hoc venit, *ut ſalvum faceret quod perierat.* Luc. 19.
Hæc enim figura apud Grammaticos pro eo, quod ſingula verba ſingulis quibusque apte clauſulis
ibi ſubjunguntur, ἐπιζευξις. & pro eo, quod dictiones plures ſimili modo finiuntur, ut, *abiit, ſtetit,*
ſedit. ὁμοιοτέλευτον nuncupatur. Merito igitur hic Pſalmus, qui eſt caput libri, & in cujus capite de
Chriſto ſcriptum eſt, titulo caret: ſive quia capiti noſtro, quod eſt Chriſtus, nihil præponi debet,
qui eſt verbum, principium: ſive quia hic Pſalmus cæterorum Pſalmorum tituli &, ut ita dixerim,
præfationis locum tenet. quoniam quamquam alii Pſalmi de Chriſto multa dicant, nullus tamen de
ejus, quæ fuit in terris converſatione tam evidenter loquitur: qui cum eum per octavam ſpeciem de-
finitionis, per ea, quæ non fecerit, beatum definierit, protinus ad ſecundam nihilominus definitio-
nis ſpeciem, quæ ab artigraphis ἐννοηματική, id eſt, *notio* dicitur, convolavit: & per ea, quæ egit quaſi
per quædam ſigna in notitiam devocata non quid ſit, ſed quid egit ſpecialiter indicavit dicens, *Sed in* Pſal. 1.
lege Domini fuit voluntas ejus, & cætera. Quia verò paulo longius capitis libri dulcedine capti à cau-
ſa ſecedentes evagati ſumus, reſtat ut ad propoſitum redeamus. Veniamus nunc ad Evangelia, vi-
deamus utrum Evangeliſtæ, an ipſe Dominus imaginum, an ſcripturarum fecerint mentionem. Ait
enim Evangeliſta, *Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ Prophetæ.* Scriptum dixit, non pictum, Luc. 4.
& in libro, non in quadam materia: & idem Dominus ac redemptor noſter dum antiqui hoſtis ma-
chinamenta deſtrueret, ſive in plurimis ſuæ prædicationis locis, ſcripturarum, non picturarum ex-
empla protuliſſe perhibetur: & dum mulier in adulterii reatu comprehenſa, eique ſtipante caterva
ablata fuiſſet, & Phariſæi illius deceptione pleni ſyllogiſmi, qui à ſecularium literarum magiſtris
ἄφυκτος, id eſt, *inevitabilis*, nuncupatur, cornua evitans, qui nec crudelis eſſet ſanguinisque effuſio-
nem conſentiens, qui per ſeveritatem legalis rigoris adulteram lapidare juſſiſſet, nec legis transgreſ-
ſor peccatorumque fautor, qui contra legis ſententiam eandem indemnem dimittere juſſiſſet, ſed
juſtus & manſuetus graviſſimæ eos propoſitionis telo, utpote cæleſtis Philoſophus perculiſſet, illis
ſua quibusque facinora audire timentibus altero poſt alterum abeuntibus, digito in terra non pin-
xiſſe, ſed ſcripſiſſe perhibetur: ut cujus digito olim in lapide propter ſignificandam duritiam cordis
Judæorum lex ſcripta eſt, ipſius nihilominus digito in terra cordis gentilium, quæ divini verbi ſe-
mina accipiens fructus dignos ſuo conditori quotidie affert, Evangelica lex ſcriberetur, quatenus
& per lapideas tabulas rigor Veteris Teſtamenti & duritia Iſraheliticæ gentis, & per terram, quæ
digito Domini ſcripta eſt gentilium ad credendum & ad fructus adferendos mollia corda ſive ſua-
vitas Teſtamenti Novi innueretur. Apoſtoli denique, de quibus per Prophetam dictum eſt,
Quam pulchri ſunt pedes, qui adnunciant pacem, & prædicant ſalutem, qui euntes ibant & flebant Eſ. 52.
mittentes ſemina ſua, qui per multas videlicet temporales tribulationes divini verbi ſemina ja-
ciebant, & cum exultatione venturi ſunt ad illud generale examen, portantes manipulos, po-
pulos videlicet per ſuam prædicationem ad fidei documenta converſos, non imagines, ſed epi-
ſtolas ad diverſas mundi partes deſtinaſſe leguntur: nec per picturas genus humanum ab ido-
lorum cultibus ad veræ fidei puritatem revocavere, ſed per Scripturas quibus redemptor ſen-
ſum aperuit, non ut intelligerent picturas, ſed Scripturas. Scriptum eſt enim; *Tunc aperuit il-* Luc. 24.
lis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. In Evangelio quoque legitur, *Multa quidem & alia ſi-* Joan. 21.
gna fecit JESUS in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem
ſcripta ſunt, ut credatis, quoniam JESUS eſt Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine
ejus. Johannes quoq;, qui de archano dominici pectoris nectarea hauriens fluenta, cæleſtia pocula
arentibus cordibus propinavit, dum Cæſareis juſſibus in Patmos inſula relegatus dominici calicis

[illegible]ſtum [illegible] accideret, & cæleſtibus plenus myſteriis ſecreta [illegible] Domino [illegible] aud[illegible]et, ſcribere ea in libro, non pingere juſſus eſt. Et [illegible] ſanctam Catholicam ſive Apoſtolicam Eccleſiam ſeptiformis gratiæ Spiritu plenam non [illegible]
Apoc. 1. do, ſed ſcribendo admonuit. Dictum enim illi ſupernæ vocis tonitruo eſt, *Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem [illegible].* Unde datur intelligi, non picturas, ſed Scripturas ad noſtræ [illegible] diti[illegible] conceſſas. Quam ergo ſit incautum, quamque a ratione remotum dicere, *Sicut [illegible] na Scripturæ libros, ita imagines ob memoriam venerationis habemus*, facile intelligere poteſt [illegible] quis divinarum Scripturarum cognitionem habet. In illis inveniuntur arma, quibus contra [illegible] confligatur, quibus vitia reprimantur, quibus virtutes erigantur, quibus gulæ concupiſcentia [illegible] liis & compunctione cordis reprimatur, quibus fornicatio contritione cordis & corporis afflictione, orationum inſtantia, laboris exercitio, metuque ſuppliciorum vel amore æternæ patriæ refrenetur: quibus invidia amore fraternæ dilectionis & cæleſtis regni deſiderio, quod non niſi concordes adipiſcuntur, ſuperetur: quibus ira modeſtiſſimæ patientiæ gravitate & acumine rationis & æquanimitatis munere frangatur: quibus avaritia eleemoſynis & ſpe æternæ retributionis calcetur, quibus triſtitia fraternis alloquiis, aſſiduis lectionibus vel orationibus pellatur; quibus arrogantiam tua mittendarum virtutum, cum qua illæ haberi non poſſunt, & acceſſus vanæ gloriæ, qui eſt virtutum inimicus ſecluditur: in quibus ſuperbia metu diabolicæ ruinæ & exemplo humilitatis Chriſti conteritur. In illis inveniuntur inſtrumenta fructus juſtitiæ, id eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modeſtia, continentia. In illis invenitur medela, qua nec ſapientes in ſua ſapientia gloriantes, nec fortes in ſua fortitudine confiſi periclitentur, nec ſimplices ſive infirmi ſua impoſſibilitate dejiciantur: qua nec lætos nimia lætitia extollat, nec triſtes nimia animi contritio afficiat: qua nec divites rerum opulentia elatos efficiat, nec pauperes rerum indigentia frangat. In illis invenitur norma, per quam inſtruitur qualiter prælati erga ſubditos, & ſubditi erga prælatos agere debeant, qualiter conjugia diligantur, qualiter ſecularia conſilia prudenti deliberatione tractentur, qualiter patria defendatur, hoſtes pellantur, extranearum domeſticarumque rerum adminiſtratio habeatur, & ut cuncta breviter complectar, in illis & animæ perpetuus cibus, & præſentis vitæ doctrina & ſapientia, quæ decor eſt vitæ, & vitæ perpetuæ documenta continentur. Eſt enim theſaurus nullo bono carens, omnibus bonis redundans: ad quem quiſquis devotus accedit, quicquid fideliter quærit, feliciter ſe adinveniſſe gaudet. Eſto mundanæ ſapientiæ & ſecularis ſcholæ quemquam amor oblectat, accedat ad divinæ legis armaria, quæ ſapientes mundi ſicut meritorum celſitudine, ita etiam tempore præcedit, & liberalium ſtudiorum profunditates, quas ſcit cognoviſſe, & quas neſcit inveniſſe ſe gaudeat. Illic inveniet & rectæ loqutionis decorem, etymologias nominum, ſchematum varietates, tropicas perplexiones: de quibus beatus Auguſtinus ait, *Sciant autem literati modis omnium loquutionum, quos Grammatici Græco nomine tropos vocant, auctores noſtros uſos fuiſſe.* quos tamen tropos, id eſt, modos loquutionum, qui noverunt, agnoſcunt in literis ſanctis, eorumque ſcientia ad eas intelligendas aliquantulum adjuvantur: inveniet etiam hiſtorias, metra, quæ omnia propriæ artis grammaticæ ſunt. Sed dicet fortaſſis aliquis, Non illic metrorum ſcanſiones & temporum certas dimenſiones invenio: cognoſcat multa in divinis Scripturis metra, plures rhythmos eſſe, ſed translatio linguæ non eadem ſinit habere temporum intervalla in peregrina, quæ habentur in propria: cum tamen eoſdem ſenſus eaſdemque rerum proprietates habeat. quia & ſi quis nobis debitor aurum reddat, non multum diſtat cum non unius ſit monetæ cum illo, quod acceperat, ſi tamen unius ſit ponderis uniuſque fulgoris. Nam ut beato Hieronymo Hebraicæ linguæ peritiſſimo docente didicimus, quædam divinæ Scripturæ Hebræo dactylo ſpondeoque, quædam anapæſto, quædam vero jambo juxta artis rigorem decurrunt. Illic etiam inveniet nitorem & copiam eloquentiæ, genera cauſarum & ſtatus: illic exordia, quibus benevoli, dociles vel attenti auditores fiunt: illic narrationes apertas & breves, cauſas etiam & longas, quæ non niſi Spiritu Sancto reſerante panduntur: illic concluſiones, quibus proprietas rerum monſtratur: argumentationes, quibus animi audientium concitantur ad implenda ea, quæ dicuntur: illic leges ſive ſententiæ, illic magna granditer, parva ſummiſſe, mediocria temperate promuntur: illic proſopopœiam, ethopœiam vel omnes figuras locutionum, quæ a rhetoribus traduntur: inveniet, & plures illis anguſtiores, quæ percepiſſe ſe gaudebit, ad quas nec grammaticorum nec rhetorum ſchola pertingere potuit: illic quoque inveniet iſagogas, quæ ad inquirendas res lectorem utiliter introducunt, categorias, quæ prædicamentorum utilitate ad inveſtigandas res excellunt: definitiones vel modos ſyllogiſmorum, quæ ſubtili indagatione ea, de quibus dubitatur, adfirmant: topica quæ dum ſint fontes ſenſuum & origines dictionum, omnibus communiter grammaticis videlicet, poëtis, oratoribus vel etiam Philoſophis argumenta præſtant: quæ non ſolum ſcholaſtico, ſed etiam vulgari & tumultuoſo ſermoni perpetuò cohærent. Nam quamquam tumultuoſus, quamquam vulgaris ſit ſermo, ſi pro quibuslibet vitæ utilitatibus profertur, ad topica veniet: per ea, quaſi per quædam magiſteria locales regulas quibus evagari, aut non poſſit, aut non debeat, inveniet: in illis etiam terminum, qui ſine ſenſus diſpendio transgredi difficile ſit, ſe reperiſſe cognoſcet. Et ut cuncta breviter dicam, omnis ſermo, niſi ad topica venerit, indefinitus proculdubio remanebit. Ill[illegible] ἑρμηνείας, quarum ſcrupuloſis ſemitis & lacinioſis diverticulis profunditas inveniendorum ſenſuum dubiorumque adfirmatio invenitur, quibusque ſyllogiſmorum vel cæterarum argumentationum ſilva exoritur: quæ omnia propriæ artis ſunt Dialecticæ. Illic in numeris per arithmeticam artem arcana ſenſuum profunditateſq; reperiet: quoniam, dicente eadem Scriptura,

Omnia

Omnia in menſura & numero & pondere Deus fecit. Illic etiam muſicæ non ſolum conſonantias in- 3. Eſdr. 8.
ſtrumentaque, quibus pleriq; ſanctorum patrum uſi ſunt, ſed etiam repertorem inveniet.

Inveniet quoque terrarum ſitus dimenſiones que, quæ propriè artis ſunt geometricæ. Nec non
& quorundam ſiderum curſus, & poſitiones, & temporum varietates, menſium annorumq; ſive ho-
rarum curricula, dierum etiam & cauſam conditionis ſiderum, quæ propriè artis ſunt aſtronomicæ, il-
lic reperiſſe ſe ſtudioſus quisque cognoſcet. Sed dicit forte aliquis, Nec nomina principaliter diſci-
plinarum, nec uniuscujusque diſciplinæ ſingillatim partes, nec uniuscujusque partis membra ſingil-
latim in ſacris literis inveniuntur. quibus breviter reſpondendum eſt, Omnia in ſcripturarum ſan-
ctarum ampliſſimis pratis per partes inveniri poſſe, quæ artigraphi in ſuorum hortorum areolis po-
ſuere: inveniuntur, inquam, virtute ſenſuum, non in promulgatione verborum, in radicum pro-
funditatibus, non in foliorum lapſibus. Sic enim in profunditate divinarum ſcripturarum liberales
artes ab ſtudioſis quibusque cernuntur, ſicut vina in vitibus, ſegetes in ſeminibus, frondes in radici-
bus, fructus in ramis, arborumque magnitudines ſenſu contemplantur in nucleis. Eſt plane divina
Scriptura verax, eſt fixa, eſt caſta, eſt cœleſtis magiſterii inſtrumentum, & æterna prædicatio puriſſi- Pſal. 119.
mo nitens eloquio, eſt lux mortalium, dicente Propheta, *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domi-
ne, & lumen ſemitis meis*: eſt vivax & mori neſciens, dicente Apoſtolo, *Vivus eſt Dei ſermo & efficax
& penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſq; ad diviſionem animæ ac ſpiritus*: eſt tenebra- Proverb. 6.
rum diſcuſſio, Salomone adteſtante, qui ait, *Lucerna eſt mandatum legis & lux vita & increpatio &
diſciplina*: de quo per Eſaiam dicitur, *De nocte ſpiritus meus vigilat ad te Deus, quia lux præcepta tua* Eſ. 26.
ſunt ſuper terram. Semper enim vitalia jubet, noxia prohibet, terrena removet, cœleſtia perſuadet.
Eſt, inquam, fons æthereo de margine ſcaturiens, de quo quanto amplius hauritur, tanto minus ex-
penditur, & quanto in plures partes derivatur, tanto amplius in ſenſibus argumentatur: eſt pecuniæ
marſupium, de quo nec ea, quæ dantur amittuntur, nec diminutionem aſſiduus dandi uſus adfert, ſed
quanto inde amplius dandi devotione eicitur, tanto illud magis magisque conpletur. Nihil igitur
horum, quæ perſtrinximus, ſive his ſimilium, quæ brevitatis ſtudio prætermiſimus, in imaginibus,
ô imaginum adorator, ô rerum inſenſatarum cultor invenire poſſe te conſtat, quæ dum his omnibus
meritorum prærogativis careant, dolendus potius quam mirandus es, quur eas divinæ Scripturæ li-
bris, in quibus tot bona reperiuntur, æquiparare affectes? Tu qui fidei tuæ puritatem in imaginibus
conſervare te dicis, ſupplex eis adſtare memento cum thymiamatibus: nos præcepta Domini ſolerti
indagatione perquiramus in divinæ legis codicibus. Tu luminaribus perluſtra picturas: nos fre-
quentemus divinas Scripturas. Tu fucatorum venerator eſto colorum: nos veneratores & capaces
ſimus ſenſuum archanorum. Tu depictis demulcere tabulis: nos divinis mulceamur alloquiis. Tu
figuris rerum inſta, in quibus nec viſus, nec auditus, nec guſtus, nec odoratus, nec tactus eſt: nos in-
ſtemus divinæ legi, quæ eſt inreprehenſibilis, in qua teſtimonium Domini, juſtitiæ ſive præcepta, ti-
mor ſive judicia ejus inveniuntur. Quæ ſingula pulchrè Pſalmographus per ſeptimam definitionis
ſpeciem, quam dialectici κατὰ μεταφορὰν, id eſt, per *translationem* vocant, eo quod rem aliquam brevi
præconio, quæ ſit oſtendit, ſub ſenarii numeri perfectione, qui juxta arithmeticæ experientiam di-
ſciplinæ perfectus habetur, eo quod ſuis partibus dimenſus, & his iterum in unum redactis, absque
ullo detrimento aut incremento ſui in ſe redit: ita definivit dicens, *Lex Domini inreprehenſibilis, con-* Pſal. 19.
*vertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans parvulis: Juſtitiæ Domini rectæ lætifi-
cantes corda, præceptum Domini lucidum inluminans oculos: Timor Domini ſanctus permanens in ſe-
culum ſeculi, judicia Domini vera juſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretio-
ſum multum, & dulciora ſuper mel & favum.* Quæ omnia ideo ſenarii numeri perfectione decoran-
tur, quia quamquam quodammodo inter ſe diſtare videantur, ſingula tamen ad perfectionem legis,
qua viri ſancti perfecti efficiuntur, pertinent. E quibus ſicut uno ſubtracto ſextus numerus minime
adimpletur, ita ſi aliquid detrahatur, perfectionis integritas mutilatur. Lex enim inreprehenſibilis
eſt, quia perfecta veritate conſiſtit, quæ per Salvatorem non reprehenſa, ſed potius probatur imple-
ta: *Non veni*, inquit, *legem ſolvere, ſed adimplere.* Et ut noſſe poſſemus Evangelium quoque legem Matth. 5.
Domini eſſe, & duobus Teſtamentis novo videlicet & veteri legem conſiſtere, adjunxit, *Convertens* Pſal. 19.
animas: quoniam veteris Teſtamenti pagina rigorem habet inreprehenſibilis ſeveritatis; novi verò
convocationem & manſuetudinem, per quam errantes corrigantur, & ad Chriſti gratiam animarum
converſio fiat. Teſtimonium ergo Domini fidele, quoniam quæcumque pollicetur Deus, pleniſſi-
ma veritate conplentur. Quod teſtimonium ſapientiam præſtat parvulis, non utique ſuperbis nec
tumida ſe elatione jactantibus, ſed his parvulis, de quibus Apoſtolus dicit, *Nolite pueri effici ſenſibus,* 1. Cor. 14.
ſed malitia parvuli eſtote. Dat itaque teſtimonium Pater, dat Filius, dat & Spiritus Sanctus: & ſicut
ſunt unius eſſentiæ & naturæ, ita etiam in reddendo teſtimonio ſublimes. De Patre in Evangelio le-
gitur, quòd teſtimonium de Filio perhibuerit: de Filio autem Apoſtolus ad Timotheum ſcribit,
Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Chriſto Jeſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pi- 1. Tim. 6.
lato: de Spiritu quoque Sancto idem Apoſtolus dicit, *Nam & ipſe Spiritus teſtimonium perhibet Spi-
ritui noſtro.* Juſtitiæ itaque Domini rectæ ideo dicuntur, quia non aliter cognoſcitur feciſſe quàm
docuit, nec aliud illi in ore, aliud in opere eſt. *Lætificantes ſunt corda, quia juſtorum mentes æterno-* Pſal. 19.
rum præmiorum conlatione demulcent: quorum præmiorum perceptione confiſus erat ille, qui dice-
bat, *De reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex.* Nam 2. Tim. 4.
præceptum Domini rectè *lucidum* dicitur, ſive quia à patre luminum procedit, ſive metonymi-
cè, quod lucidos efficiat. Inluminat etiam oculos, non carnales, quos nobiscum animantia com-

munes habere noſcuntur, ſed interiores, qui divini muneris jubare ſpiritaliter perlu[illegible]. *Timor autem Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi*, mixta eſt cum pavore dilectio, quæ uſu ſeculari reverentia nuncupatur. In omni ergo ſanctitate verſatur, qui ſuum judicem & timere cognoſcitur & amare. Inter timorem namq; Domini & formidinem humanam hoc intereſt, quod formido humana cum tempore commutatur: de ea, ni fallor, dictum eſt, (1. Joan. 4.) *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Timor autem Domini a proprio ſtatu nulla temporali converſione mutatur: ſed in idipſum ſinceritate bonæ conſcientiæ perſeverat. Porro judicia Dei, quæ & vera & juſtificata in ſemetipſa a Propheta deſcribuntur, mandata ſunt ejus, quæ in V. & N. Teſtamento conſcripta habentur, quia revera judicio ſunt prolata. Vera, inquam, metonymice & juſtificata, quia veraces & juſtificatos obſervatores ſuos efficiunt. Inter judicium tamen Dei & judicia ejus hoc intereſt, quod judicium numero ſingulari illud generale examen eſt; judicia verò ejus numero plurali ſacramenta ſunt, quæ in duobus Teſtamentis, non in imaginibus nec in picturis inveniuntur: quę idem Pſalmographus per ſchema, quod Græce *αὔξησις*, id eſt, *augmentum*, eo quod paulatim ad ſuperiora concreſcat, ita expreſſit (Pſal. 19.) dicens; *Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum & dulciora ſuper mel & favum.* Sicut enim lapides precioſi auro præferuntur in precio, ita nimirum auro & lapidibus precioſis mel & favum dulcedine præfertur. (Pſal. 3.) Per hanc enim figuram idem Pſalmiſta ſusceptorem ſuum, gloriam etiam (Rom. 8.) & exaltantem caput ſuum Dominum eſſe decantat dicens, *Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum:* Et Apoſtolus ait, *Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* in qua per augmenta nominum rei magnitudo ſenſim ſuccreſcit. Cui quamquam vicina ſit figura, quæ Græce *κλίμαξ*, Latine *gradatio* dicitur, quando poſitis quibusdam gradibus, ſive in laude, ſive in vituperatione ſemper adcreſcit, ab ea tamen plurimum diſtat: quod *αὔξησις* ſine ulla iteratione nominum, rerum procurat augmenta, *κλίμαξ* vero poſtremum verbum, quod eſt in primo commate poſitum, in ſequenti membro modis omnibus repetit: ſicque velut catena aliud ſemper in alio nectitur, ut eſt illud Apo- (Rom. 5.) ſtoli, *Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit:* (Rom. 8.) item illud, *Nam quos præſcivit & prædeſtinavit, eos & vocavit; & quos vocavit, illos & juſtificavit; quos autem juſtificavit, illos & glorificavit.* Nam ſi forte tu amator vel potius adorator imaginum interiore pectoris rancore ſubmurmures dicens, Quid neceſſe eſt tantum per ſchemata evagari? cognoſces ea nobis amabiliora imaginibus ſive pictis tabulis tuis eſſe, & ideo tantum in illis evagatos eſſe. Has etenim dulcedines, has refectiones in Scripturis ſive in Scripturarum ſchematibus, nos ſive cæteros Scripturarum amatores reperire cognoſce, quas tu ſive ſocii tui in figuris, neq; in tabulis, in quibus cordis tui puritatem ſervare te dicis, penitus non reperies.

CAP. XXXI.

Quòd contra dominica vocis imperium faciunt hi, qui parentes ſuos anathematizant: & ſi ſecundum eorum opinionem prædeceſſores eorum hæretici fuere, iſti ab hæreticis geniti, docti & conſecrati ſunt: ſive de non judicandis his, qui de ſeculo receſſerunt: vel quantum iſtorum error à parentum errore diſſentiat, cum videlicet illi imagines frangere, iſti adorare cenſuerint.

DENIQUE illi, qui eas corpori & ſanguini dominico coæquare præſumunt, tanto illarum inſtigantur amore, ut etiam parentes ſuos, qui eas ſprevisse noſcuntur, anathematizare non dubitent, errorem errori nectentes: cum videlicet & illis incongruam & inordinatam exhibeant adorationem, & his vel à quibus per carnis materiam propagati ſunt, vel hos per quorum conſecrationem & baptiſmi ſacramentum & cætera chariſmata ſumpſere, inoportunam ingerant exſecrationem. Nam ſi ſecundum illorum veſaniam omnes imaginum adoratione carentes hæretici ſunt, conſtat majores eorum, qui eas non adoravere hæreticos fuiſſe: qui ſi hæretici fuere, neque conſecrationes faciendi, neque manus inponendi poteſtatem habuerunt: qui ſi hanc non habuerunt, hi qui ab eis hanc ſe accepiſſe putant, neque conſecrationem, neque manus inpoſitionem habent. Item ſi prodeceſſores eorum, ut illi ajunt, anathematis colligatione digni fuerunt, ligandi ſolvendique poteſtatem non habuerunt: quam ſi non habuerunt omnia quæcunque ab eis in eccleſia geſta ſunt caſſanda ſunt: ſi omnia abnuenda ſunt, gradus & ordinationes abnuenda ſunt: ſi igitur prodeceſſores illorum anathematis colligatione digni fuerunt, iſtorum gradus & ordinationes caſſanda ſunt. Non enim ſchiſmaticis & anathematis vinculo conligatis ligandi ſolvendique, ſed idoneis & Catholicis poteſtatem à Domino legimus eſſe conceſſam. Parentibus interea honorem inpendendum, non ſolum legalis, Prophetica & Apoſtolica, verum etiam Evangelica admoni- (Matth. 15.) tio docet, dicente Domino, *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Qui enim & per paginam ve- (Exod. 20.) teris inſtrumenti, & per ſui corporis præſentiam hoc ſalutare præceptum contulit, idem Moſaico (Deut. 5.) ore promulgavit dicens, *Benedictus, qui honorat patrem ſuum & matrem ſuam*; & è contrario, (*Exod. 21.) **maledictus, qui non honorat patrem ſuum & matrem ſuam.* (Matth. 15.) Unde perpendendum eſt & magnopere (Marc. 7.) animadvertendum, quantæ ſit arrogantiæ quantæque temeritatis &, ut ita dixerim, ſceleris, (Prov. 20.) parentes anathematizare, ſi ille maledictioni ſubjacet, qui eos convincitur non honorare. Nam (Levit. 18.) cum lex dicat, *Non revelet turpitudinem patris tui*, & Apoſtolus, *Filii obedite parentibus veſtris*: (Ephes. 6.) iſti utrique præcepto reluctari videntur: cum nec turpitudinem celare, nec honorem nituntur

inpen-

[illegible] Sac[illegible] igitur canones de non contemnendis parentibus omni occaſione ſecluſa, hanc videntur protuliſſe ſententiam; QUICUNQUE FILII A PARENTIBUS SUB PRÆTEXTU DIVINI CULTUS RECEDUNT, NEC DEBITAM REVERENTIAM DEPENDUNT ILLIS, ANATHEMA SINT. Si vero hi, [illegible] eis debitam reverentiam non impendunt, anathematizantur, quo putas damnationis vinculo, qui eos anathematizant connectantur? Saluberrimus namque a ſanctis Patribus Eccleſiis traditus uſus eſt, pro defunctorum ſpiritibus Dominum deprecari, quem nos cum ſancta omni Catholica & univerſali Eccleſia amplectentes, non ſolum pro noſtrorum parentum, verum etiam pro amicorum fidelium, qui nos in pace Dominica præceſſerunt, ſpiritibus, clementiſſimam Domini pietatem expoſcimus. Cui venerandæ & Eccleſiaſticæ conſtitutioni non mediocriter contraire videntur, qui defunctorum parentum ſpiritus non orationibus adjuvare, ſed anathematis vinculo conligare nituntur: & qui orare etiam pro inimicis Apoſtolicæ eruditionis documento jubentur, pro ſuis hoc facere parentibus reluctantur. Nos noſtris ſecundum eccleſiaſticum uſum per orationum & eleemoſynarum inſtantiam depoſcimus veniam: illi ſuis per inanium conciliorum conventus exoptant pœnam. Nos noſtris quietem expoſcimus per miſſarum ſolennia: illi ſuis ingerunt convicia per inordinata concilia. Nos noſtrorum memoriam facimus in oratione, illi ſuis anathema jaciunt cum quadam abdicatione. Nos noſtrorum ſpiritus requie potiri oramus in ſinu Abrahæ: illi ſuorum optant damnari animas cum Ario, Sabellio, Dioſcoro, Neſtorio, & Euthycete. Nos noſtros conlocari poſtulamus parentes inter agmina beatorum: illi ſuos inter obſtinatas turbas hæreticorum. Quæ cum ita ſe habeant, conſtat eos duplex in hac parte patrare deliquium, cum & parentibus honorem derogent contra dominicæ vocis imperium, & contra Apoſtoli ſententiam his, qui à ſeculo migraverunt, temerarium conentur inferre judicium. Quod non ſit ergo temere judicandum de his, qui jam è ſeculo migraverunt, vel de rebus ad Deum ſolum pertinentibus, hæc eſt beati Pauli ſententia, *Nemo noſtrûm ſibi vivit, & nemo ſibi moritur: ſive enim vivimus Domino vivimus, ſive morimur* Rom. 14.
Domino morimur: ſive enim vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus reſurrexit & mortuus, ut & vivorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum, aut quare ſpernis fratrem tuum? omnes enim ſtabimus ante tribunal Dei. Scriptum eſt enim, Vivo ego, dicit Dominus, Eſ. 45.
quoniam mihi flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaq; unusquiſq; noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius judicemus: ſed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. De qua re etiam ſanctæ eccleſiæ Romanæ anteſtes Anaſtaſius Anaſtaſio Imperatori ſic perhibetur ſcripſiſſe; *Ne quod ſit in hoc offendiculum in eccleſia, dum, quod facere non poſſumus, de his, qui jam tranſierunt judicare conemur, obſervandum eſſe tranquillitas tua cognoſcat.* Quia ergò nec à filiis parentes inhonorandi, nec à viventibus mortui temerè judicandi ſunt, divinarum ſcripturarum paginis prolatum eſt. Nunc mentis oculo ſollicite intuendum eſt, quantum in ſupra memoratarum imaginum abolitione vel veneratione filiorum error à parentum errore diſſonat: cum utrimq; ſibi & iſtorum & illorum error repugnare non deſinat. Illi enim eas convellendas atq; contemnendas eſſe cenſuerunt ab eccleſia perpetua abdicatione: iſti eas non ſolum habendas, verum etiã venerandas ſtudent ſupplici adoratione. Illi eas mancipavere crepitantibus ignibus: iſti honorãt odoriferis thymiamatibus. Illi eas effugiebant etiã cernere: iſti non ceſſant amplecti. Illi effodêre ad ornamentum eccleſię ab antiquis conſtitutas in parietibus: iſti nuper conditas oblatis perluſtrant luminaribus. Illi eas ſtudebant prorſus abominari: iſti ſanciunt omnino oſculari. Illi anathematizabant habentes: iſti è contrario non adorantes. Quæ duo mala cum alterutrum ſibi contraria ſint, & à recto tramite remota, reſtat nobis ut viam regiam ſecundũ Apoſtolum gradientes, neq; ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã declinemus: ut nec cum illis prorſus abolendas dijudicemus, nec cum iſtis adorandas decernamus: ſed ſolum Deum adorantes, & ejus ſanctos venerantes ſecundũ antiquam patrum & eccleſiaſticam traditionem eas in eccleſia in ornamento & memoria rerum geſtarum, ſi libet, habeamus, & cum juſtitia hinc ſeveritatem, illinc adolationem contemnentes: cum prudentia hinc verſutiam, illinc hebitudinem declinantes: cum temperantia hinc libidinem, illinc inſenſibilitatem ſpernentes: cum fortitudine, hinc timiditatem, illinc audaciam abjicientes; cum ſanctis patribus, qui eas in ornamento ſolummodo eſſe eccleſiæ ſiverunt, iſtis hinc adorantibus, illis hinc abominantibus poſtpoſitis, viam mandatorum Domini teneamus, qualiter ad eum, qui eſt via, veritas & vita, ipſo opitulante pervenire valeamus.

EXPLICIT LIB. II.

PRÆFATIO LIB. III.

CONSTAT hujus noſtri operis ſtylum ſive in ſuperioribus, qui jam Deo annuente digeſti ſunt libris, ſive in præſenti, in cujus inceptionis adorimur articulo, ſive etiam in eo, quem poſtmodum Domino opitulante digeſturi ſumus, adverſus eorum inſaniam vigilare, qui quamquam diverſis temporibus diverſiſq; voluntatib. ſynodos, aut ut abdicari, aut ut adorari imagines in eccleſia cenſeant, adſolent adgregari. Et quoniam illius inſaniæ Scriptura, quam inani deſiderio Septimæ ſynodi vocabulo cenſeri ambiunt, propriorum ſenſuum errorib. quaſi membris concreta, & divinæ legis teſtimoniorum inconpetenter ſibi adhibitorum commatibus, quaſi quibusdam pinnis cernitur eſſe ſuffulta: libuit nobis in pręcedentibus libris pinnarum ſubſidia ei, quibus incaſſum fulciri arbitratur, demere: in ſequentibus verò eam vanorũ conpage membrorũ, quibus ſubſiſtere ſe poſſe ſuſpicatur, deſti-

deſtituere: ut præcedentes ab eapinnarum [illegible] auferant, ſequentes [illegible] mant: præcedentes eam volatu, ſequentes priventgreſſu: ut videlicet ſpiritalis [illegible] ni eloquii pinnis, quibus enormiter [illegible] putabatur, abſciſſis, & propriis ſenſibus, [illegible] quibus [illegible] in aliis peregrinari compellebatur reſtitutis, & Catholicæ fidei forti & inexpugnabilis pug[illegible] ſione, qua ſatis vacuarum & ratione carentiũ adſertionum acervis,& congruis ſenſibus & divino[illegible] apicum teſtimoniis car[illegible]ns, omnibus appareat enervata, quæ non ab omnibus creditur eſſe di[illegible] quoniam quidem dum ſuorum intentat auc[t]orum in ſublime laudis inſigne efferre, proſperitatem rerum domeſticarum civili non formidat certamine perturbare: dumq; peſſum ad quarundam rerum interdictam cives adorationem provocat, civium in ſe domeſtica arma territat. & ſpiculorum ictus, quibus & libertas debuit tueri & hoſtili globo obniti ut indigenas, pro dolor, compellit intorqueri. Hanc igitur non verſutis cavillationibus, non forenſi facundia, non procul à cauſa vagantibus loquutionum phaleris, non lepore lenocinioſi coturni, non callidæ exſequutionis nodoſis argumentationibus, jactanter enervare decrevimus, ſed puræ ac ſimplicis orationis ambitu divinorum eloquiorum tenacibus nervis concreto, & ſanæ ſobriæq; doctrinæ eloquentia colorato, qui elationis oſtentatione carens Eccleſiæ ſanctæ potius profectus amator, quam ſuæ vel noſtræ ſit ventoſæ laudis ſectator. Quoniam igitur in præſentis libri textu, in quo nunc adoriri nos liquet, illorum ſententias diſcutientes, qui aliter quædam, quam à ſanctis Patribus tradita ſunt in ſua ſynodo poſuere, ut ſide quodammodo diſputaturi ſumus, ordo expoſcit, ut primum noſtræ fidei fundamentum jaciamus, hoc videlicet
1 Cor 3 de quo ait Apoſtolus, *Fundamentum enim aliud ponere nemo poteſt præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus.* Cujus venerandæ fidei ſinceritatem, mox ut ſicut corde credimus, ore protulerimus, & tanti fundaminis firmitate futuri operis primordia munierimus, liberius noſtra fabrica ſurgens rectius ſolidiusve ſtruatur, & illorum ſicubi minus rectè minusve ſolidè ſurrexerit, facilius dejiciatur Quia ergo primum nos munire noſtraq; firmare, & poſt contra adverſa confligere, & oppoſitis re-
* Sc. Ciceronis. ſiſtere debemus, non ſolum ſacrarum literarum perdocemur documentis, ſed etiam ipſius *Romani auctoris eloquii monemur inſtitutis, qui ait, *Argumentandum eſt ita, ut primum noſtra firmemus, dehinc adverſa confringamus.*

LIBER III.

CAP. I.

Confeſſio fidei Catholicæ, quam à ſanctis patribus accepimus, tenemus, & puro corde credimus.

CREDIMUS in Deum Patrem Omnipotentem cunctorum viſibilium & inviſibilium conditorem. Credimus & in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnia creata ſunt, verum Deum, unigenitum & verum Dei filium, non factum aut adoptivum, ſed genitum & unius cum patre ſubſtantiæ, atq; ita per omnia æqualem Deo Patri, ut nec tempore, nec gradu, nec poteſtate eſſe poſſit inferior: tantumq; eſſe confitemur illũ, qui eſt genitus, quantus eſt illé, qui genuit. Nos autem quia dicimus genitum à Patre filium, divinæ & ineffabili generationi aliquod tempus adſcribimus, ſed nec Patrem aliquando cœpiſſe, nec Filium. Non enim aliter confiteri poſſumus æternum Patrem, niſi confiteamur etiam coæternum Filium: ex Filio enim Pater dicitur, & qui ſemper Pater fuit, ſemper habuit Filium. Credimus & in Spiritum S. Deum verum ex Patre & Filio procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, poteſtate, æternitate, ſubſtantia: nec eſt prorſus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius ſuperiusve dici poſſit, ſed tota Deitas ſui perfectione æqualis eſt, ut exceptis vocabulis, quæ proprietatem perſonarum indicant, quicquid de una perſona dicitur, de tribus digniſſime poſſit intelligi: atque ut confundentes Arium unam eandemq; dicimus Trinitatis eſſe ſubſtantiam, & unum in tribus perſonis fatemur Deum, ita impietatem Sabellii declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate disjungimus, non ipſum ſibi Patrem, ipſum ſibi Filium, ipſum Spiritum S. eſſe dicentes, ſed aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus S. eſſe perſonam. Non enim nomina tantummodo, ſed etiam nominum proprietates, i. e. perſonas, vel ut Græci exprimunt, [illegible], hoc eſt, ſubſiſtentias, confitemur. Nec Pater Filii aut S. Spiritus perſonam aliquando exclu[illegible] nec rurſus Filius aut Spiritus S. Patris nomen perſonamque recipit. ſed Pater ſemper Pater eſt, Filius ſemper Filius, Spiritus Sanctus ſemper Spiritus Sanctus: itaq; ſubſtantia unum ſunt, perſonis ac nominibus diſtinguuntur. Ipſum autem Dei Filium, qui abſq; initio æternitatem cum Patre & Spiritu S. poſſidet, dicimus in fine ſeculorum perfectum naturæ noſtræ hominem ſuſcepiſſe ex Maria ſemper virgine, & verbum carnem eſſe factum adſumendo hominem, non permutando Deitatem: nec, ut quidam ſceleratiſſime opinantur, Spiritum S. dicimus fuiſſe pro ſemine, ſed potentia ac virtute Creatoris operatum. Sic autem confitemur in Chriſto unam filii eſſe perſonam, ut dicamus duas perfectas atque integras eſſe ſubſtantias, id eſt, Deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. atq; ut condemnamus Fotinum, qui ſolum & nudum hominem confitetur in Chriſto, ita anathematizamus Apollinarem & ejus ſimiles, qui dicunt Dei Filium minus aliquid de humana ſuſcepiſſe natura, & vel in carne, vel in anima, vel in ſenſu adſumptum hominem his, propter quos adſumptus eſt fuiſſe diſſimilẽ, quem abſq; ſola peccati macula, quæ naturalis non eſt, nobis confitemur eſſe conformem. Illorum quoq; ſimiliter exſecramur blaſphemiam, qui novô ſenſu aſſerere conantur à tempore

[illegible]eptæ ca[illegible] omnia quæ erant deitatis in hominem demigraſſe: & rurſum quæ erant humanitatis, [illegible]um eſſe transfuſa, ut quod nulla unquam hæreſis dicere auſa eſt videatur hac confuſione utraque [illegible]anita ſubſtantia ſcilicet deitatis & humanitatis,& à proprio ſtatu in aliud eſſe mutata: qui tam de[illegible] imperfectum in filio quam hominem confitentur, ut nec deum vere nec hominem tenere credan[illegible]. Nos autem ita dicimus, ſuſceptum à dei filio paſſibile noſtrum, ut deitas inpaſſibilis permaneret. [illegible]ſus enim filius non putative ſed vere, omnia quæ ſcriptura teſtatur: Id eſt eſuriem, ſitim, laſſitudinem, dolorem, mortem & cætera hujusmodi ſecundum illud paſſus eſt quod pati poterat. id eſt, non ſecundum illam ſubſtantiam quæ adſumpſit, ſed ſecundum illam quæ adſumpta eſt. Ipſe enim dei filius ſecundum deitatem ſuam impaſſibilis eſt ut pater, inconprehenſibilis ut pater, inviſibilis ut pater, inconvertibilis ut pater. Et quamvis propria perſona filii, id eſt, dei verbum ſuſcepit paſſibilem hominem, ita tamen ejus habitatione ſecundum ſuam ſubſtantiam deitas verbi nihil paſſa eſt, ut tota trinitas quam inpaſſibilem neceſſe eſt confiteri. Mortuus eſt ergo dei filius ſecundum ſcripturas, juxta id quod mori poterat, reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram dei patris, manente ea natura carnis in qua natus & paſſus eſt, in qua etiam reſurrexit. Non enim exinanita eſt humanitatis ſubſtantia, ſed glorificata, in æternum cum deitate manſura. Accepta ergo à patre poteſtate omnium quę in cœlo ſunt & in terra, venturus eſt ad judicium vivorum ac mortuorum, ut & juſtos remuneret, & puniat peccatores. Reſurrectionem carnis ita credimus, ut dicamus nos in eadem in qua nunc ſumus veritate membrorum eſſe reparandos, qualesque ſemel poſt reſurrectionem fuerimus effecti, in perpetuo manſuros: unam eſſe vitam ſanctorum, ſed præmia pro labore diverſa: è contrario pro modo delictorum peccatorum quoque eſſe ſupplicia. Baptiſma unum tenemus, quod hiſdem ſacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus eſſe celebrandum. Hominem ſi poſt baptiſmum lapſus fuerit, per pœnitentiam credimus poſſe ſalvari. Novum & vetus teſtamentum recipimus in eorum librorum numero, quem ſanctæ catholicæ eccleſiæ tradidit auctoritas. Animas à deo dari credimus quas ab ipſo factas dicimus, anathematizantes eos qui animas quaſi partem dei divinæ dicunt eſſe ſubſtantiæ. Eorum quoq; condemnamus errorem, qui eas ante peccaſſe vel in cœlis converſatas fuiſſe dicunt quàm in corpora mitterentur. Exſecramur etiam eorum blaſphemiam qui dicunt, inpoſſibile aliquid homini à deo eſſe præceptum, & mandata dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in commune poſſe ſervari: vel qui primas nuptias cum Manicheo, aut ſecundas cum Cataphrygis damnant. Anathematizamus etiam illos qui dei filium neceſſitate carnis mentitum eſſe dicunt, & eum propter adſumptum hominem non omnia facere potuiſſe quæ voluit. Joviniani quoque damnamus hæreſin, qui dicit, nullam in futuro meritorum eſſe diſtantiam: nosque eas ibi habituros virtutes quas hic habere neglexerimus. Liberum ſic confitemur arbitrium, ut dicamus nos ſemper dei indigere auxilio: & tam illos errare qui cum Manicheo dicunt hominem peccatum vitare non poſſe, quàm illos qui cum Joviniano aſſerunt hominem non poſſe peccare: uterq; enim tollit arbitrii libertatem. Nos verò dicimus hominem ſemper & peccare & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrii. Hæc eſt catholicæ traditionis fidei vera integritas, quam ſyncero corde credimus & fatemur, & in hoc opere beati Hieronymi verbis expreſſam taxavimus. Hæc eſt vera fides, hanc confeſſionem conſervamus atque tenemus, quam quisque inconvulsè & intemeratè cuſtodierit, perpetuam ſalutem habebit.

CAP. II.

Quod Taraſius ab errore errorem linire conatus ſit, & quod ab ægritudine ad ægritudinem dilapſus ſit, cum videlicet repente ex laico converſus & ad epiſcopatum promotus nititur hoc emendare in imaginum adoratione, quod admiſit in repentina conſecrationis ſuſceptione.

PERITORUM vetus iſte medicorum mos eſt, ſic unius ægritudinis moleſtiis medicaminibus crebris curando inſtare, ut tamen alterius peſtis nequitiæ non videatur adminicula præſtare: quoniam quædam res ſicut unius vires extenuant, ita adhibitæ alterius viribus alimenta miniſtrant: & ſpiritalis vineæ cultorum eſt, ſic quorundam convellere vitiorum ſtirpes, ut tamen aliorum nulliſe[illegible] invaleſcant incrementis radices: quoniã quorundã vitiorũ peſtifera plantatio aliorũ abolitione vitiorũ inoleſcit, ſicq; alii peſti ſubſidia præbens agro mentis officit, quæ per ſe officere non valens ſuis viribus extirpata fateſcit. Quorum utrorumq; præſtantibus moribus, ſive peritorum medicorũ, ſive ſpiritalium cultorum, non mediocriter Taraſius perhibetur obviti, qui per rem penitus interdictam & nullatenus proficientem nititur emendare rem penitus interdictam & prorſus officientem. Et veluti ſi quis lutulentum quid ingeſta inpuritate eluere cupiens, dum lutulentis nihilominus eluere nititur aquis, quo magis abluere appetit, eo magis eisdem inpuritatibus inficit: ita idem ex laico repente ad epiſcopatum, ut fertur, promotus, dum repentinam tanti gradus ſuſceptionem per inſolentem niſus eſt emendare imaginum adorationẽ, inlicitum inlicito adpoſuit: & quanto unum errorem altero errore linire putavit, tanto ſe majoribus errorum nexibus præpedivit. Nam ſi inoportuna imaginum adoratione inoportuna ordinatio ſtabiliri poteſt, facile res inlicitę rebus poterunt firmari inlicitis, & ſi res inlicitæ rebus poterunt firmari inlicitis, facillimè inpura quæque quibusdam inpuris ablui poterunt. Non autem inpura quæque quibusdam inpuris ablui poterunt: non igitur inoportuna

tuna ordinatio adoratione inoportuna nihilominus imaginum quoquomodo poterit ſtabiliri. [...] eccleſiaſticæ ordinationis regula à ſanctis patribus tradita intemerata ſervanda eſt, immo quia ſervanda eſt, omnino corrumpi non debet: & ſi omnino corrumpi non debet, nec pro utili quadam re corrumpi quidem debet: & ſi pro utili quadam re nullatenus corrumpi debet, multo ergo minus pro inutili corrumpi debet: cùm videlicet utrumq; & imagines adorare, & ſine ordine graduum pontificalem cathedram ſubire inutile ſit. Sed quorſum iſta? accedamus ad Apoſtolum, veniamus ad vas electionis, interrogemus egregium prædicatorem, intonet nobis quid de ordinatione epiſcopi cenſeat: qui proculdubio reſpondebit, *Manus cito nemini impoſueris.* Et rursus, *Non neophytum, ne in ſuperbiam*
1. Timoth. 5.
1. Timoth. 3.
elatus in judicium incidat diaboli: ne videlicet dum putat ſe non tam miniſterium humilitatis quàm adminiſtrationem ſecularis poteſtatis adeptum, condemnatione ſuperbiæ ſicut diabolus per jactantiam dejiciatur. Unde periculoſiſſima eſt talis ordinatio, in qua diaboli judicium ſuſpicatur: & formidoloſiſſimum eſt, ejus doctrina, qua imagines adorare cenſet, uti, in quo tam atrocis exempli ruina formidatur: cum prohibitum ſit popularem hominem ſacerdotii magiſterium adimplere debere, cujus nec officium tenuiſſe, nec diſciplinam creditur agnoviſſe: & cum ea docere poſſe, quę conſtat eum nequaquam antea didiciſſe. De tali itaque ordinatione hæc eſt beati Gregorii Romanæ urbis antiſtitis ſententia, *Quidam deſiderio honoris inflati defunctis epiſcopis tonſurantur, & repentè fiunt ex laicis ſacerdotes, atq; inverecunde religioſi propoſiti ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quid iſti ſubjectis præſtaturi ſunt? qui ante quã diſcipulatus limen adtingant, tenere locũ magiſterii non formidant? qua de re neceſſe eſt, ut & ſi inculpati quiſq; ſit meriti, ante tamẽ per diſtinctos ordines eccleſiaſticus exerceatur officiis: videat quod imitetur, diſcat quod doceat, informetur ad id quod teneat, ut poſtea non debeat errare, qui eligitur viam errantibus demonſtrare. Diu ergo religioſa meditatione poliatur, ut placeat: & ſic lucerna ſuper candelabrum poſita luceat, ut adverſa ventorum vis mentis conceptam eruditionis flammam non extinguat, ſed augeat. nam cum ſcriptum ſit, ut prius quis probetur, & ſic miniſtret, multo amplius antè probandus eſt, qui populi interceſſor adhibetur, ne fiant cauſa ruinæ populi ſacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excuſatio, nulla poteſt eſſe defenſio, quia cunctis liquido notum eſt, qua ſit in hujus rei diligentia ſancta egregii ſollicitudo doctoris, qua neophytum ad ordines vetat ſacros accedere. Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui initio ſanctæ fidei erat converſatione plantatus, ſic modo neophytus habendus eſt, qui repentè in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores ſacros irrepſerit. Ordine ergo ad ordinem accedendum eſt. Nam gradum ſacrum rectè appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum: & cùm idem apoſtolus doceat inter alia ſacri ordinis inſtituta diſcipulum, manus non eſſe cuiquam citius imponendas, quid hoc celerius, quidve præcipitantius quàm ut exoriatur à ſummitate principium, ut antè eſſe incipiat epiſcopus quàm magiſter?* Contra quam Eccleſiaſticæ inſtitutionis normam dum ſuperius memoratus Taraſius ſacerdotale culmen, ut ajunt, contendit, turbare potius quàm gubernare dinoſcitur plebes. Nec mirandum eſt ſi non rectè prædicet, qui ad prædicationis officium non rectè pervenit. De cujus inordinata conſecratione multa ſanctorum patrum poni teſtimonia poterant, quæ tamen brevitatis cauſa omiſſa ſunt. Hæc tantum de hac re poſuiſſe ſufficiat.

CAP. III.

Utrum Taraſius rectè ſentiat qui Spiritum Sanctum non ex Patre & Filio ſecundum veriſſimam ſanctæ fidei regulam, ſed ex Patre per Filium procedentem in ſua credulitatis lectione profiteatur.

NOSTRIS memorialibus nequaquam ſubtraxit oblivio ſenſibus, quod in primordiis hujus noſtri operis polliciti ſumus, nihil nos indiſcuſſum relicturos, nihilq; ſilentio præterituros, quod in eadem ſynodo quæ pro adorandis imaginibus geſta eſt, reprehenſione dignum inveniretur: niſi fortè quod aut difficultas inordinati ſermonis noſtro intellectui impertire negaret, aut puerilis dicti ineptiam reverentia cohibente noſtra diſputatio perſequi deſpiceret. ideoque non eſt conſequens ut ab hoc noſtra ſuſpendatur diſputatio, quod Taraſius ſpiritum ſanctum non ex patre tantum, ſicut quidam qui quamquam eum ex filio procedere quodammodo tacuerint, tamen ex patre & filio procedentem omnino crediderunt: neq; ex patre & filio, ſicut omnis univerſaliter confitetur & credit eccleſia eum procedere, ſed ex patre per filium in ſuæ fidei profeſſione procedere confeſſus eſt. In qua profeſſione niſi puritas & ſynceritas cordis ſit, quæ credat eum non creaturam eſſe, ſed creatorem, nec patre filioq; minorem, ſed eis æqualem & conſubſtantialem & ab utroq; procedere, perniciosum virus poterit exoriri. Omnium ergo rerum definitio talis eſſe debet, ut omnibus obſcuritatibus ſeu ambiguitatibus exploſis, ad demonſtrandæ rei recto tramite tendant indicium, & ſi aliarum rerum definitio tam perſpicua tamque debet eſſe dilucida, ut ea quæ demonſtranda ſunt, evidenter demonſtret, multo magis fidei definitio dilucida & perſpicua & omni ambiguitate ſive tortuoſitate carens eſſe debet. In qua ſi aliquid aut tortuoſum aut ambiguum, aut quodam nubilo verborum obductum fuerit, magnam affert dicenti vel audienti jacturam. Ex patre enim & filio ſpiritum ſanctum, non ex patre per filium procedere, rectè creditur, & uſitatè confitetur: quia non per filium utpote creatura quæ per ipſum facta ſit, neque quaſi poſterior tempore aut minor poteſtate, aut alterius ſubſtantiæ procedit, ſed ex patre & filio ut coæternus, ut conſubſtantialis, ut coæqualis, ut unius gloriæ, poteſtatis atque divinitatis cum eis exiſtens procedere creditur. Alteram namque vim habet, *ex*, præpoſitio & alteram, *per*. Unde & Dei filius natus ex homine non per hominem creditur, id eſt, non per coitum, non per humanam operationem, ſed ex virgine carnem adſumendo natus

natus. Et idcirco quæri poteſt, utrum rectè dici queat, *ſpiritus ſanctus à patre per filium procedere*, ne dum incautè hæc præpoſitio, *per*, in tanti myſterii profeſſione ponitur, Arriani illius erroris viroſum cuiquam poculum miniſtret, qui ſpiritum ſanctum creaturam eſſe, & per filium ſicut & cætera quæ creata ſunt, creatum eſſe blaſphemat: qui etiam ſui baptiſmatis tinctionem non juxta fidem evangelicam, *in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti*, ſed *in nomine patris per filium in ſpiritu ſancto* infelicibus quibusq; ad ſe converſis impertivit. Spirit. namq; ſanctus non creatura, ſed creator eſſe his teſtimoniis adprobatur. Ait enim David, *Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.* & Salomon dicit, *Ipſe creavit ea per ſpiritum ſanctum.* item David, *Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* & in libro Job ſcribitur, *Spiritus divinus eſt*, inquit, *qui creavit me.* & in libro Judith, *Tibi*, inquit, *ſerviet omnis creatura tua: quoniam dixiſti & facta ſunt, miſiſti ſpiritum tuum & ædificavit.* Tantæ n. poteſtatis ſive virtutis ſpiritus ſanctus oſtenditur, ut ipſo cooperante corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, quod eſt noſtra redemptio, in utero virginis formaretur, Evangeliſta dicente, *Ne timeas Joſeph accipere Mariam conjugem tuam, quod n. in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt.* itē, *Inventa eſt in utero habens de ſpiritu ſancto:* non quod ſalvatoris noſtri ſpiritus ſanctus pater dicendus eſt, ut duo patres credantur, ſed quod patris & filii idem ſpiritus ſanctus cooperator & unius poteſtatis cum eiſdem eſſe credatur, domino adfirmante; *Ite*, inquit diſcipulis, *baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.* Sicut enim dominus Apoſtolos ad prædicandum deſtinavit, pari etiā modo ſpiritus ſanctus facere declaratur. Scribitur enim in Actibus apoſtolorum, quòd Petro cogitante de viſione, dicit ei ſpiritus ſanctus; *Ecce viri quærunt te, exurgens vade cum eis nihil dubitans, quia ego eos miſi ad te.* & item, *Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus quod elegi eos.* & item; *Attendite vobis & univerſo gregi in quo vos ſpiritus ſanctus conſtituit epiſcopos.* Nam & univerſa cum patre & filio, ut oſtenſum eſt, procreavit, & deus eſſe unius cum iiſdem eſſentiæ his teſtimoniis adprobatur. David enim ait; *Audiam quid loquatur in me dominus deus.* Luce itaq; clarius conſtat, quod omnes prophetæ non niſi per ſpiritum ſanctum adnuncient vel loquantur, domino adteſtante, qui ait; *Cum venerit ſpiritus ille ſanctus quem pater mittet in nomine meo, ipſe vos docebit & ventura adnuntiabit vobis.* item per Prophetam dominus dicit; *Noluerunt audire ſermones meos quos mandavi in ſpiritu meo per os prophetarum priorum, dicit dominus.* Paulus quoq; Apoſtolus ad Hebræos ſcribens ait; *Teſtificatur nobis ſpiritus ſanctus, & hoc eſt teſtamentum quod diſpono ad eos poſt dies illos, dicit dominus.* In Actibus quoq; Apoſtolorum ad Ananiam dixiſſe paſtorem eccleſiæ legimus; *Ut quid Satanas implevit cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto?* & oſtendens eum Deum eſſe, in ſubſequentibus dicit, *Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Paulus quoque vas electionis ad Corinthios ſcribit; *Diviſiones autem donationum ſunt, idem verò ſpiritus: & diviſiones miniſteriorum ſunt, idem ipſe dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus.* Quibus apoſtolicis verbis ſpiritus ſanctus idem deus, idem dominus declaratur. idem verò dominus in evangelio dicit, *Spiritus eſt deus.* itē ad Corinthios Paulus ſcribens ait, *Dominus autem ſpiritus eſt*: & ad Epheſios, *Nolite*, inquit, *contriſtari ſpiritum ſanctum dei:* item ad Corinthios, *An neſcitis*, inquit, *quia membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti quem habetis a deo?* & cum deum in humanis corporibus habitantem oſtendens adjungit, & dicit; *Glorificate ergo & portate deum in corpore veſtro.* Qui dum his teſtimoniis & creator & deus adprobetur, & ex patre & filio ab omni catholica eccleſia procedere credatur, quærendum eſt utrum neceſſe ſit eum per filium à patre & non potius ex patre & filio procedere profiteri, cùm hujuſcemodi profeſſio neque in Niceno neque in Chalcidonenſi ſymbolo à ſanctis patribus facta inveniatur. Per filium enim ſuper Apoſtolos in igne apparuit: per filium hominibus datus eſt, quoniam ab omnibus ſpiritus ſanctus accipi non niſi per filium poterat. Per filium verò cum à patre procedere profiteri, ſynodicæ confeſſioni inuſitatum eſt: quoniam Spir. S. ut à patre procedat non eget alterius adjutorio, ut per aliquem procedat: cùm utiq; ſit tertia in eadem ſancta trinitate perſona & unius cum patre & filio ſit poteſtatis atq; eſſentiæ. Qui cùm à ſe deus ſit, ad nos autē relativè donum eſt, diſtribuens ſingulis prout vult gratiarum dona. Nam & prophetias quibus vult impertit, & peccata quibus vult dimittit, quæ ſine illo non donantur. qui inde propriè charitas nuncupatur, vel quia naturaliter eos a quibus procedit conjungit, & ſe unum cum eis eſſe oſtendit: vel quia in nobis id agit, ut in deo maneamus, & ipſe in nobis: unde & in donis dei nihil majus eſt charitate, & nullum eſt majus donum dei quàm ſpiritus ſanctus: ipſe eſt & gratia, quæ quia non meritis noſtris, ſed divina voluntate gratis datur, inde gratia nuncupatur. Sicut autem unicum dei verbum propriè vocamus nomine ſapientiæ, cum ſit univerſaliter & ſpiritus ſanctus & pater ipſe ſapientia: ita ſpiritus ſanctus propriè nuncupatur vocabulo charitatis, cum ſit & pater & filius univerſaliter charitas. Eſt enim ſpiritus patris adteſtante domino, qui ait, *Non n. vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Eſt & ſpiritus filii, Paulo adteſtante qui ait, *Quisquis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus*, ac per hoc ſpiritus amborum dicitur, quia ex patre & filio procedens unius probatur eſſe ſubſtantiæ & naturæ: qui ſi ingenitus diceretur, duo patres profiterentur: ſi genitus, duo filii incompetenter dicerentur. Sed quia nec pater eſt nec filius, ideo nec ingenitus nec genitus, ſed ex utroq; procedens dicitur. Pater enim ſolus non eſt de alio, ideo ſolus appellatur ingenitus, non quidem in ſcripturis, ſed in conſuetudine diſputantium & de re tanta ſermonem qualem valuerint ad præſentiū ſive futurorum profectum proferentium: filius ſolus de patre eſt nâtus, ideo ſolus dicitur genitus: Sp. S. ſolus de patre & filio procedit, ideo ſolus amborū nuncupatur ſpiritus. Procedit n. ex utroq; nō naſcendo, ut alicujus filius dici poſſit. Diceretur aūt filius patris & filii, ſi quod abhorret ab omnium fidelium ſenſibus, cum ambo genuiſſent: non igitur ab utroq; eſt genitus, ſed procedit ab utroq; amborū ſpiritus. A patre illū aūt procedere dominus noſter Jeſus Chriſtus diſcipulos docuit dicens, *Cū autem*

Matth. ult. Pſal 33. Pſalm 104 Job 33 Judith. 16. Matth. 1 Luc 2 Matth. ult. Actor 10. Actor 13 Actor 20. Johan 15. Hebr. 10. Act. 4. 1. Cor. 12. Joan 4. 2 Cor 3. Epheſ. 4. 1. Cor. 6. Marc. 13. Rom. 8.

Joan. 15. *rem venerit*, inquit, *paraclitus, quem ego mittam vobis a patre ſpiritum veritatis, qui a patre procedit ille teſtimonium perhibebit de me.* & rurſum ipſe dei & hominum mediator dominus Jeſus Chriſtus poſt re-
ſurrectionem ſuam, ut oſtenderet a ſe procedere Spir. S. ſicut & à patre, inſufflans in diſcipulos ſuos
Joan. 20 ait, *Accipite ſpiritum ſanctum*: qui niſi ab eo procederet, nequaquam eum inſufflans diſcipulis daret. Unus ergò eſt ſpiritus patris & filii, unus, ut ſupra memoravimus, amborum ſpiritus. Quòd ſi quis quærat, quomodo filius a patre naſcendo procedit, ſpiritus verò ſanctus procedendo non naſcitur: aut quur non uterq; ſint filii, cum uterq; à patre procedant: aut quur non & Sp. S. dicatur ingenitus, ſi-
Joan. 5. cut pater: aut quomodo ab utroq; procedat, aut quur filius dicat, *Sicut habet pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio vitam habere in ſemetipſo*, quaſi antea ſine vita idem filius extiterit, & hanc patre dante ſuſceperit: aut quomodo pater numquã ſine filio. & tamen pater genuit filiũ: aut quomodo filius num-
Joan. 16. quam ſine ſpiritu, & tamen ait, *Niſi ego abiero, paraclitus non veniet ad vos*: aut quomodo filius non de ſe, ſed de patre eſt, nec tamen ei eſt poſterior de quo eſt: aut quomodo ſpiritus ſanctus de patre procedit & filio, nec tamen ab eis præceditur à quibus procedit: ſciat hæc & his ſimilia humanæ fragilitatis ſenſibus inſcrutabilia & inconprehenſibilia eſſe. Quis enim iſta conſideret? quis iſta conprehendat? ſi enim humanæ nativitatis Chriſti ſecreta non capimus, divinæ naturæ myſteria quomodo capiemus? Verum quia in illa coæterna & æquali & incorporali & ineffabiliter inmutabili atq; inſeparabili trinitate difficillimum eſt generationem à proceſſione diſtinguere, ſufficiat hoc credere, hoc firmiter tenere, hoc toto corde fateri patrem ingenitum, filium genitum, Spiritum verò ſanctum nec creatũ nec genitum, ſed ex patre & filio procedentem: ita dumtaxat ut in confeſſione fidei omnes opiniones, omnes verborum novitates caveantur: & his verbis, hiſque ſententiis fidelium confeſſio roboretur, quæ ſanctæ & univerſales ſynodi in ſymbolo taxaverunt.

CAP. IV.

Vtrum Theodorus Epiſcopus Hieroſolymorum rectè ſentiat, qui cùm patrem ſine principio penitus & ſempiternum ſe credere dixerit, filium neſcio ſub qua ambage verborum non aliud principium, quàm patrem agnoſcentem & ex ipſo ſubſiſtentiam habentem profeſſus ſit.

ET ſuperiore quidem capitulo exſecuti ſumus, in ſanctæ fidei confeſſione dilucidam & perſpicuam definitionem fieri debere, & nunc neceſſario idipſum exſequimur. Quoniam niſi recto tramite, omnibus ambagibus hinc inde poſtpoſitis, ad demonſtrandam rei veritatem ſermo graditur, & de ejus à quo profertur fidei integritate ab audientibus dubitatur, & hæreticæ pravitati & ſi non voto, ſono tamen adpropinquare videtur. Unde cavendum eſt, ne in profeſſione fidei Theodori Epiſcopi, qui dum patrem dicat ſine principio, & filium non aliud principium quam patrem agnoſcẽtem, & ab ipſo ſubſiſtentiam habentem, pater filium, aut tempore, qui ſibi conſempiternus eſt: aut ſubſtantia, qui ſibi conſubſtantialis eſt: aut honore, qui ſibi æqualis eſt, præcedere ſuſpicetur. Quod quidem etſi à præfato viro rectè & catholicè creditur, ita tamen ambiguè poſitum eſt, ut legenti de ejus fide poſſit oriri ſuſpicio, quod plerunque non infirma credulitas, ſed ſermonis ſolet efficere difficultas. Quoniam igitur in hac profeſſione non elucet evidenter, utrũ ejus fides aut probari aut inprobari debeat, cùm eam probandam potius quàm inprobandã eſſe noſtra mallet intentio, reſtat ut quod de hac re à ſanctis patribus percepimus, credimus & tenemus, breviter exſequamur. Hoc enim in tali profeſſione expaveſcendum eſt, ne dum pater ſine principio dicitur, & filius non aliud principiũ quã patrem agnoſcere, antiquior pater filio quia genuerit, & filius poſterior patre quia genitus ſit ſuſpicetur: cùm videlicet nihil ſit in ſancta trinitate anterius poſteriusve, ubi nihil ex tempore inchoatur, ut conſequenti perficiatur in tempore. Quoniam ſicut tres perſonæ conſubſtantiales ſibi ſunt, ita etiam conſempiternæ. Et ſine tempore generatio filii de patre intelligitur, ſine tempore etiam proceſſio ſpiritus ſancti de utroq;. Eſt enim pater filio principium non creando, ſed gignendo, non tempore procedendo, ſed ineffabilis pater ineffabilem filium ſine quo numquam fuit, ineffabiliter ſibi conſempiternum generando. Eſt & filius principium non patri, ſed rebus à ſe conditis: eſt & ſpiritus ſanctus principium omnibus quæ ab eo creata ſunt: quia nullo modo ſeparari poteſt ab appellatione creatoris. Sunt pater & filius principium ſpiritui ſancto non gignendo, quia non eſt filius, neq; creando, quia non eſt creatura, ſed dando quia ab utroq; procedit. Eſt item pater & filius & ſpiritus ſanctus unum principium, omnibus quæ à ſe ſolo & uno creatore creata ſunt. Et cum ſit pater principium, & filius principium, & ſpiritus ſanctus principium, non tamen tria principia, ſed unum eſt principium, una divinitas, una ſubſtantia, una omnipotentia. Hæc enim quæ breviter perſtrinximus, prædicatoris egregii Auguſtini verbis adprobanda ſunt. Ait enim, *Dicitur ergo relativè pater, idemq; relativè dicitur principium, & ſi quid forte aliud ipſe pater ad filium dicitur: principium verò ad omnia quæ ab ipſo ſunt. Item dicitur relativè filius, relativè dicitur & verbum, & imago, & in omnibus his vocabulis ad patrem refertur, nihil autem horum pater dicitur. Et principium filius dicitur. cùm enim diceretur ei, Tu quis es? reſpondit, Principium quia & loquor vobis. Sed nunquid patris principium? creatura ſe quippe oſtendere voluit, cum ſe dixit eſſe principium; ſicut & pater principium eſt creaturæ quod ab ipſo ſunt omnia. Nam & creator relativè dicitur ad creaturam, ſicut dominus ad ſervũ. Et ideo cum dicimus & patrẽ principiũ, & filiũ principium, non duo principia creaturæ dicimus, quia pater & filius ſimul ad creaturã unũ principiũ eſt, ſicut unus creator, ſicut unus deus. Si autẽ quicquid in ſe manet & gignit aliquid vel operatur, principium eſt ei rei quam gignit vel ei quam operatur, non poſſumus negare etiam Spirit. S. rectè dici prin-*

[illegible]um, quia non eum [illegible]amus ab appellatione creatoris & ſcriptum eſt de illo, quod operetur, & nuſq; manens operatur, [illegible]n enim in aliquid eorum quæ operatur, ipſe mutatur, & vertitur, & quæ operatur ſide. [illegible] apoſtolus, datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem: alii quidem datur per ſpiritum ſermo [illegible]pientiæ, alii ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, & reliqua. item idem poſt pauca, *Nam [illegible] ſi interrogemur de ſpiritu ſancto, veriſſimè reſpondemus, quòd deus ſit, & cum patre & filio ſimul unus deus eſt. Unum ergo principium ad creaturam dicitur deus, non duo vel tria principia, ad ſe autem invicem in trinitate, ſi gignens ad id quod gignit principium eſt, pater ad filium principium eſt, quia genuit eum. Utrum autem & ad ſpiritum ſanctum principium ſit pater, quoniam dictum eſt. De patre procedit, non parva quæſtio eſt. quia ſi ita eſt, non jam principium ei tantum rei erit quam gignit aut facit, ſed etiam ei quam dat, ubi & illud eluceſcit, utpote quod ſolet multos movere, cur non ſit filius etiam ſpiritus ſanctus, cùm & ipſe à patre exeat ſicut in evangelio legitur. Exit enim non quomodo natus, ſed quomodo datus: & ideo non dicitur filius, quia neq; natus eſt, ſicut unigenitus, neq; factus, ut per gratiam in adoptionem naſceretur ſicut nos. Quod enim de patre natum eſt ad patrem ſolum refertur, cum dicitur filius, & ideo filius patris eſt non & noſter: quod autem datũ eſt & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaq; ſpiritus ſanctus non tantum patris & filii qui dederunt, ſed etiam noſter dicitur qui accepimus: ſicut dicitur domini ſalus quia dat ſalutem, eadem etiam noſtra ſalus eſt quia accepimus.* item idem poſt pauca; *Si ergo & quod datur principium habet eum à quo datur, quia non aliunde accepit illud quod ab ipſo procedit, fatendum eſt patrem & filium principium eſſe ſpiritus ſancti, non duo principia, ſed ſicut pater & filius unus deus: & ad creaturam relative unus creator & unus dominus, ſic relative ad ſpiritum ſanctum unum principium, ad creaturam vero pater & filius & ſpiritus ſanctus unum principium. ſicut unus creator & unus dominus.*

CAP. V.

Quod Taraſius non rectè ſpiritum ſanctum contribulum patri & filio dixerit, cum ſufficeret dicere coæternum, conſubſtantialem ejuſdemque eſſentiæ & naturæ.

DIXISSE quoque in ſuæ fidei profeſſione ſpiritum ſanctum *patri & filio contribulum* Taraſius perhibetur: quod abſurdiſſimum & dictum & a catholicæ fidei confeſſione penitus convellendum, non ſolum ab eorum ſenſibus qui literariæ ſolertiæ diſciplinam non neſciunt, ſed etjam ab eorum qui communibus tantum utuntur literis prorſus reſpuitur, & modis omnibus abdicatur. Eſt enim in promptu animadvertere, quòd ſicut *conſanguinei* dicuntur qui ſunt unius ſanguinis, & *conſortes* qui ſunt unius ſortis, & *coætanei* qui ſunt unius ætatis, qui etiam *coævi* dicuntur, & *conformes* qui ſunt unius formæ, ita *contribuli* dicuntur qui de una tribu ſunt. Quoniam loquelaris iſta præpoſitio hanc vim obtinet ut ubicumq; in conpoſitione verborum ponitur, diverſa quæq; cohærere demonſtret: ſicut & in hac conpoſitione duos aut plures homines cum *contribulos* vocamus, evidenter eos de una tribu eſſe oſtendimus. Eſt enim *tribus* multitudo hominum quæ aut ab una ſtirpe genus ducit, ſicut ab Jacob duodecim tribus proceſſiſſe noſcuntur: aut uno miniſterio fungitur, ſicut in exordio Romanæ urbis in tres ordines ab ejusdem urbis conditore Romanus populus diſpertitus eſt, in ſenatoribus videlicet, militibus ſive plebibus. Unde hactenus bujus nominis etymologia ſervatur, & qui eis præſunt *tribuni* vocantur: in deo autem qui eſt ſummum bonum, unus apex, rerum ſingulare cacumen, unus in ſubſtantia, trinus in perſonis, nequaquam contribuli nomen inveniri poteſt, quia non alibi contribulus inveniri poteſt, niſi ubi invenitur & tribus. Spiritus autem ſanctus non patri & filio contribulus ſed conſubſtantialis eſt. Qui ſi contribulus eſt, tribus tantummodo aut adfinitatis ſocietate, quod profanum eſt dicere, jungitur: ſi, quod credere non ſolum abſurdum, ſed etiam impiũ eſt, tribus tantummodo aut adfinitatis ſocietate conjungitur, non eſt conſubſtantialis: eſt autem patri & filio conſubſtantialis: non igitur eis contribulus credendus eſt aut dicendus. In tanti enim myſterii confeſſione ſpretis dictionum novitatibus ſuffecerat dicere Spiritum ſanctum patri & filio coeſſentialem, coæternum, coæqualem, unius poteſtatis & gloriæ: ita ut in tribus perſonis unitas ſubſtantiæ, poteſtatis & gloriæ ſummi dei credatur & a catholicis confiteatur, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in [illegible]a. Legat igitur quisquis hoc nomen in ſancta trinitate rectè nominandum putat, & aſſertionibus [illegible] [illegible]ffectat, lib. XIII. B. Hilarii, & XV. ſanctiſſimi Auguſtini de eadem ſancta & ineffabili trinitate, ſubti[illegible]ſſime diſputantes & viriliter intonantes, in quibus cum hoc nomen ſanctæ trinitati aptatum mi[illegible]ime repererit, id ei minime aptare præſumat: quoniam ſi ullatenus ſanctæ fidei confeſſioni conveniret, tot diſputationum ſilvas effugere nequiret, nec eſſet tam eloquentibus tamq; Latinitatis peritia eruditis viris in diſputando alienum, ſi errori eſſet extraneum. Legat etiam cæterorum catholicorum patrum de f[illegible]ide opuſcula, & cum hujusce nominis mentionem in tam ſublimi tamq; præclaro negotio non repererit, hanc ſupervacue alibi ſe inveniſſe cognoſcat. Quoniam ſicubi extra horum diſputationes in ſanctæ fidei confeſſione invenitur, aut ineloquentiæ, quæ inperitiæ de fonte procedit, aut alterius linguæ proprietati deputandum eſt, quæ plerumq; dum ad aliam linguam tranſit, vim ſuam amittit.

CAP. VI.

De eo quod Baſilius Anchiræ epiſcopus in ſua fidei lectione poſt confeſſionem patris & filii & ſpiritus ſancti unigenitum, & lipſanorum oſculationem & adorationem inſeruerit, ſiquidem ſe habere dicens participare ipſis ſanctificatione. remiſſionem verò peccatorum, ſive carnis reſurrectionem, ſeu vitam futuram omnino tacuerit.

REMISSIO peccatorum quæ à Baſilio Anchiræ Epiſcopo in ſuæ fidei confeſſione eſt præter-
Pſal. 32 miſſa, inter ſumma eccleſiaſticæ dignitatis eſt chariſmata numeranda. Hanc Propheta inſigni
laude præfert, cum eos beatos dicit quibus ſit; *Beati*, inquiens, *quorum remiſſa ſunt iniquitates*
Luc. 3. *& quorum tecta ſunt peccata.* Hanc vox verbi, vox ſapientiæ, amicus ſponſi inter prima evangelicæ tu-
bæ tonitrua intonavit, ſicut ſcriptum eſt; *Et venit in omnem regionem circa Jordanem prædicans bapti-
ſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Hanc mediator dei & hominum, agnus dei qui tollit pec-
cata mundi, pietate qua mundum redimere venerat dedicavit, cum & quibusdam ante paſſionem pec-
cata remiſit, & ut totius mundi peccata dilueret: ſe Deo Patri in ſacrificium obtulit: & ut hanc per-
Symbol. Apoſtol. petim eccleſia conſequi valeret, ſpiritus ei ineffabile donum & ſui characteris inſuperabile ſignum,
& ſacroſancti baptiſmatis ſalutiferum ſacramentum conceſſit. Hanc Apoſtoli in conlatione fi-
dei, quam ab invicem diſceſſuri quaſi quandam credulitatis & prædicationis normam ſtatuerunt,
Eſa. 10. poſt confeſſionem patris & filii & ſpiritus ſancti poſuiſſe perhibentur: & in tanti verbi brevitate de
Rom. 9. quo per Prophetam dictum eſt. *Verbum adbreviatum faciet dominus ſuper terram*, hanc ponere mini-
me diſtulerunt: quia ſine hac fidei ſinceritatem integram eſſe minime perſpexerunt. Nec cohibuit eos
ab ejus profeſſione illius ſymboli brevitas quam expoſcebat ſacræ fidei integritas, tantiq; dumi vene-
randa ſublimitas. Fit enim per ſpiritum ſanctum per quem remittuntur peccata, ſive ſanguinem Chri-
ſti qui à nobis in ſacramento ſumitur, & pro nobis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum. Fit & per
1. Joan. 5 aquam baptiſmatis, in qua originalis noxæ antiquum & obſoletũ vulnus diluitur. Unde & Apoſtolus
tres dicit teſtimonium perhibere, ſpiritũ, ſanguinem, & aquam, & tres unum eſſe: quia & per ſpiritum
ſanctum & per ſanguinem Chriſti & per aquam baptiſmatis ad unum compitum, id eſt, ad remiſſionẽ
peccatorum pervenitur. Hanc quidam doctorum cum quid ſit *canticum novum* luculenter diſſereret,
inter cæteras novitates, quas in Chriſti incarnatione dixit eſſe completas, enumeravit dicens; *Novum
eſt filium dei hominem fieri, novum eſt eundem ab hominibus morti tradi, novum eſt die tertia ſurgere, no-
vum eſt cum corpore ad cælum aſcendere, novum eſt remiſſionem peccatorum hominibus dari.* Novũ itaq;
dixit remiſſionem peccatorum hominibus dari, quæ ſicut in novo teſtamento datur, in veteri non da-
batur. Pagina enim inſtrumenti veteris peccata non diluit, ſed oſtendit. Carnis quoq; reſurrectio quã
credere & fateri Chriſtianorum, non credere vero Sadducæorum eſt, quam præfatus Epiſcopus in ſuæ
Job. 19. fidei profeſſione reticuit, & veteris inſtrumenti lectione monſtratur, cum & per Job virum evangeli-
cum potius quam legalem dicitur, *Scio quod redemptor meus vivat. & in noviſſimo de terra ſurrecturus
ſum, & rurſus circumdabor pelle mea & in carne mea videbo deum: quem viſurus ſum ego ipſe & oculi
Dan. 12. mei conſpecturi ſunt & non alius*: & per Danihelem virum ſanctiſſimum & archanorum dei ſcrutatorẽ
monſtratur dicentem; *Multi de his qui dormiunt in terra pulvere reſurgunt, alii in vitam æternam, alii
in obprobrium ut videant ſemper.* & ipſa veritate ad terras pro ſalute generis humani deſcendente, o-
mnino commendatur qui eam & prædicationis ſuæ ſacroſanctis oraculis edocuit, & ſuæ reſurrectio-
Job. 14. nis ſalutari exemplo monſtravit. Si verò aliquis dicat, Job in hac ſententia ſuam ſolummodo reſurre-
ctionem, non generalem omnium hominum dixiſſe, audiat eum in alio loco generalem omnium re-
ſurrectionem adfirmantem & dicentem, *Lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit, & rami
ejus pullulant: ſi ſenuerit in terra radix ejus, & in pulvere mortuus fuerit truncus ejus, ad odorem aquæ
germinabit, & faciet comam quaſi cum primum plantatũ eſt: homo verò cum mortuus fuerit & nudatus
atq; conſumptus, ubi quæſo eſt? quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluvius vacuefactus areſcat, ſic homo
cum dormierit non reſurget, donec adteratur cælum, nec evigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo.* Quod to-
tum ita intelligendum eſt, Nunquid lignum habet ſpem revireſcendi & homo non habet reſurgen-
di? numquid quomodo ſi recedant aquæ de mari & fluvius vacuefactus areſcat, ſic homo cum dormie-
rit non reſurget? numquid donec adteratur cælum non evigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo? qui-
bus verbis non ſuam ſolummodo, ſed totius humani generis reſurrectionem generalem demonſtra-
Symb. Apoſt. Sequitur. Hanc etiam Apoſtoli cum diverſas quidem nationes non diverſa fide, diverſis linguis inbu-
ti, non diverſas conſtitutiones traditurì peterent, omnibus gentibus inter cætera myſteriorum ſpiri-
talium archana tradiderunt: & ne oblivione dilueretur aut hæretica pravitate caſſata per temporum
incrementa fruſtraretur, in ſymbolo poſuerunt, & in tam authentico fidei indicio, in quo totius fidei
1. Cor. 15. integritas admirabili brevitate conplectitur, locaverunt. Hanc unus illorum qui fera gentium corda
ſacri ſtili doctrina perdomuit, inter cætera quæ de ea profatus eſt, in momento, in ictu oculi fore præ-
dixit. Vita quoque futuri ſeculi, quam idem Baſilius neglegenter reticuiſſe dinoſcitur, & ab ipſo no-
bis domino pollicetur, & pene in omnibus ſanctarum ſcripturarum oraculis prædicatur: quippe cum
ſine ea carnis reſurrectio nil valeat. & ob eam adipiſcendam totius noſtræ religionis deſudet inten-
tio. Unde datur intellegi non eum mediocriter deliraſſe, cum in ſuæ fidei confeſſione res tantis myſte-
riis plenas, & revera myſteriis plenas, ſine quibus Chriſtiana credulitas ſtare non poteſt, ſilentio præ-

te

[illegible] & in [illegible] non neceſſarias & riſu dignas protulerit. Non igitur ei ideo tantummodo [illegible]etur, quia eas profiteri diſtulit, ſi tamen eas corde credit, cum plerumq; quædam aut brevita[illegible]o, aut quadam occaſione in dicendo prætermittuntur, quæ in credendo firmiter tenentur: ſed quia in [illegible] co id intulit, quod à nullo ſanctorum patrum in fidei profeſſione inlatum fuiſſe perlegit: quia & miles qui quondam pugnavit, aut quandoque pugnaturus eſt, non ideo arguitur, ſi ad tempus non pugnet: ſed ſi fuga lapſus & ſuam nobilitatem ignobilitet, & ſociorum vires inutili exemplo enervet. Dixit enim præfatus Epiſcopus, poſtquam imaginum adorationem & oſculationem inter prima ſuæ fidei munimenta faſſus eſt, *fidem ſe habere participare illis ſanctificatione*. Nec inmerito rebus inſenſatis & non ſolum ſanctificatione, ſed etiam vita carentibus participare dignus, qui poſt confeſſionem ſanctæ & unicæ Trinitatis in talibus næniis fidem ſe habere dixit: & ea, quæ inter prima Chriſtianæ religionis chariſmata enumeranda ſunt, remiſſionem videlicet peccatorum, carnis reſurrectionem & vitam futuri ſeculi deſidioſe prætermiſit. Eſto denique, utile quiddam eſt imagines adorare, quid adimitur Chriſtianæ religioni, ſi inter primas fidei profeſſiones illius quoq; rei profeſſio non detur? cum pleraq; ſint, quæ inter cæteras eccleſiaſticæ inſtitutionis traditiones fidelibus tradita ſunt, quorum etſi in fidei confeſſione profeſſio tacetur, nihil tamen ideo ſanctæ religioni adimitur. aut in quo præjudicat, ſi earum adoratio taceatur, fidei integritati? cum à ſanctis patribus inhibita potius, quàm inſtituta credatur. Non enim eo modo præjudicat prætermiſſio imaginum adorationis ſacræ fidei puritati, quæ interdicta potius quàm inſtituta eſt, ſicut præjudicant remiſſio peccatorum, carnis reſurrectio & vita futuri ſeculi, ſi in confeſſione prætermittantur, quæ utiq; & in omnium ſcripturarum ſanctarum ſerie prædicantur, &, ut præfati ſumus, ab Apoſtolis in ſymbolo laudabili brevitate connexæ tenentur.

CAP. VII.

De eo, quod Theodoſius Amori Epiſcopus deſidioſe fidem ſanctæ & unicæ Trinitatis tacuerit, de imaginibus verò incaute & extraordinarie dixerit, Confiteor & promitto & ſuſpicio & oſculor & adoro imagines: *& poſt pauca,* Qui non inſtruunt diligenter omnem Chriſto dilectum populum adorare & venerari ſacras & honorandas imagines omnium ſanctorum, qui à ſæculo Deo placuerunt, anathema.

BASILIUM Anchiræ Epiſcopum in ſuperiore capitulo arguendum recte oſtendimus, eo quod ſuæ fidei jacto fundamine in ædificio tam excellentis myſterii res valde neceſſarias ſuperædificare neglexerit, & vice earum res ab omni penitus religionis fabrica abnuendas ſuperædificare niſus ſit: in præſenti vero Theodoſium Amori Epiſcopum rectius conpetentiusq; arguendum decernimus, qui nullo ſuæ fidei in præfata ſynodo poſito fundamento, res tantum inanes & ratione ſecluſas inaniter & inrationabiliter ædificare cœpit. In illius enim ædificio ſi id, quod inaniter ſurrexit deiciatur, ſaltim id, quod bene fundatum eſt, remanebit: in iſtius verò ſi omne, quod inane & frivolum eſt, deſtituatur, nil quod remaneat erit: ſi ergo illi recte ſuccenſetur, qui ſanctæ & unicæ Trinitatis confeſſioni imaginum adorationem inſeruit, multo rectius huic ſuccenſebitur, qui illius ſummi & ineffabilis myſterii confeſſione poſtpoſita, de illarum adoratione frivola neſcio, quæ tantummodo ſomniavit. Ita enim exorſus eſt, *Confiteor, & promitto, & ſuſcipio, & oſculor, & adoro imagines.* O mira confeſſio Epiſcopi! O pulchra dictio ſacerdotis! O laudanda devotio præſulis! Tacet confeſſionem excellentiſſimæ majeſtatis, & inſonat confeſſionem inſolentiſſimæ vanitatis. Ab ejus confeſſione pedem retrahit, qui dixit, *Omnis, qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum* Matth. 10.
coram patre meo, qui eſt in cœlis: & in imaginum confeſſionem totis ſe greſſibus infert. Tacet quod & Luc. 12.
ille fateri, & ceteros ut faterentur debuit hortari: & faſſus eſt quod nec ille fateri, & ne ceteri faterentur debuit reluctari: & qui opponere murum pro domo Iſrahel debuit & ſtare in prelio in die Domini, ipſe ad deditionis dedecus, pro dolor, ſponte dilabitur: quia videl. qui debuit à prava confeſſione & à ridiculoſo errore aliorum mentes coercere prædicationis ſtudio, ipſe primũ illis errandi via efficitur pravę confeſſionis exemplo. Quod vero anathematizat omnes, qui non inſtruunt omnẽ Chriſto dilectum populum adorare & venerari imagines omnium ſanctorum, qui à ſeculo Deo placuerunt, quàm abſurde quamq; incaute agat, prudens lector advertat, præſertim qui anathema, quod aliis temeraria præſumptione inferre contendit, in ſe ſuosq; inreverenter intorquet, & telum, quo ſui erroris extraneam nititur perfodere partem, in ſuam civiumq; deflectit necem. Nec liberat imaginum adoratio ab anathematis conligatione ſuos, quæ nectere tantumodo nitebatur exteros. Anathematizat enim, qui non inſtruunt omnem Chriſto dilectum populum adorare imagines. nunquid nam, ut cæteros taceam, in ſibi comiſſa plebe omnes inſtruunt omnem Chriſto dilectum populum imagines adorare, qui nec inſtruendi habent officium, nec prædicationis gradum? nunquid & ipſe omnem Chriſto dilectum populum inſtruit? cum videl. pene totus mundus Chriſti populo plenus ſit: quoniam deſiit tantummodo in Judæa notus eſſe Deus, ſed in omnem terram exivit ſonus Apoſtolorum, & repleta eſt omnis terra gloria Domini, & omnes gentes veniunt & adorant in conſpectu Domini, juxta
Malachiæ vaticinium in verbo Domini dicentis, *Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum magnum eſt nomẽ meum* Malach. 1.
in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur mihi hoſtia munda: & paſtor eccleſiæ, cui in figura diſci diverſorũ animantium generibus pleni totus orbis diverſis gentibus plenus ad Dei gratiã vocan-
dus oſtenditur, dicit, *In veritate conperi, quoniã non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui* Actor. 10.
timet eum & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi. Nam ſi ſecundum ejus deliramentũ quicumq; non in-

ſtruunt omnem Chriſto dilectum populum, anathemate digni ſunt, neq; ipſe … qui in eadem ſynodo fuiſſe perhibentur, neque illis ſubditæ plebes anathematis vin… bunt, quia etſi … ſtruunt duarum aut trium vel certe plurimarum provinciarum gentes, … in … Chriſto dilectum populum inſtruunt, cum per tam prolixas tamq; vaſtas mundi p… … eccleſia, quæ utiq; Chriſti dilectus populus eſt, diffuſa, & tam per inacceſſas & ign… nes ſit Domino largiente dilatata. Aut ergo omnem Chriſti eccleſiam ab oriente usque ad … tem, … ſeptentrione usq; ad meridiem, ſe ſuosq; in imaginum adoratione inſtruere per doc… ſecundum ſuæ vanitatis ſententiam cum ſocus ſive ſubditis anathemati ſubjacebit: quoniam … mnem populum inſtruere poſſent, non igitur omnium ſanctorum, qui à ſeculo Deo placuerunt, … gines in quarum adorationem univerſitatē populi inſtruerent, habere poterant: quorum mult… tanta eſt, ut de his per Prophetā ex perſona filii ad patrem dicatur, *Nimis honorati ſunt amici tui, D…*
Pſal 139 *nimis confortatus eſt principatus eorum. dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur.* Quod hyperbolice dictum ſit, tanta eorum, qui ab initio Deo placuerunt ſunt agmina, ut nec pingi nec … numerari poſſint ab alio, niſi ab eo in cujus libro eorum ſcripta habentur nomina. Nam ſi à ſe pr… idem Epiſcopus anathematis jacturam vitare cupit, neceſſe eſt ut omnium ſanctorum, qui per di… ſas mundi partes ab initio Deo placuerunt, imagines & habeat & adoret: & ſi eas præ multitu… ſui habere nequiverit, immo quia nequibit, à ſe ergo prolato anathemati colla ſubmittat.

CAP. VIII.

Quod pene de omnium fide ambigitur, cum Spiritum Sanctum quidam à patre tantum, quidam vero neq; à patre neq; à filio procedentem confeſſi ſint.

EX Patre & Filio Spiritum S. procedere, quantum adtinet ad brevitatem hujus ſtili, cui ſtudemus, Domino annuente in ſuperioribus monſtratum eſt. Nam cum pene omnes in præ…ta ſynodo hoc aut penitus tacuerint, aut ambigue protulerint, nos quaſi homines humanæ … cillitate cogitationum, & eorum, quæ nec audimus nec legimus ignari, nec eorum fidei teſtimonium perhibemus, qui hoc ſilentio præterierunt, nec eorum, qui ambigue protulerunt, nec ideo eor…m credulitatem abnuimus, quia hoc tacuerunt vel ambigue protulerunt. Quoniam qualiter t…ean neſcimus, ſed hanc rem & indiſcuſſam præterire, ne eis tacendo adſenſum præbere videamur, & quia non patenter elucet quid velit, improbare timentes, illius examini reſervamus, quem occulta n… … lunt. Scimus denīq; eos haud procul ab errore eſſe, qui ſi ab eo ideo elongantur, quia bene de hac re ſentiunt, ideo tamen ei adpropinquant, quia quod recte ſentiunt recte fateri neglexerunt, quod autem recte corde creditur ad juſtitiam, recte ore debet profiteri ad ſalutem.

CAP. IX.

De eo, quod ſi forte aliquis error in præfatorum Epiſcoporum ſententiis de fide prolatis indiſcu… remanſerit, propter difficultatem & enormitatem ſermonis illorum remanebit, qui plerumq; tanta ignavia obſitus eſt, ut quid ſignificare velit quæve ſenſus in eo intelligendus ſit, minime pateat.

CUm multa eloquutionum ſint genera, quæ à grammaticis ſive à rhetoribus copioſe ac varie … duntur, omnium tamen ſermonū ſive dictionum ſeries quadripertita ratione dividitur. Omnis autem ſermo aut ſapiens eſt & diſſertus, aut ſapiens & non diſſertus, aut diſſertꝰ & non ſapiens aut nec ſapiens nec diſſertus. Sapiens ergo eſt & diſſertus, ſicut plurimi divinarum ſcripturarum libri, & ut cæteros taceam, ut eſt liber Eſaiæ Prophetæ: cujus ſermo & ſapiens eſt, utpote quem Spir. S. dictaverit, & diſſertus, quia ab inluſtri & urbano viro prolatus eſt. Sapiens autem & non diſſertus, ue quidam in ipſis etiam divinis ſcripturis habentur. Sapiens videl. in ſententiarum … ſitudinibus divi… flaminis nectare promulgatis, indiſſertus verò aut ſimplicitate ſanctorum virorum, à quibus p… latus eſt, qui ſenſuum potius quam verborum v… nuſtatibus uti maluerunt, aut indigenarum loquendi uſu, inter quos ſancti viri divini verbi latores nati aut converſati fuiſſe noſcuntur: ſicut de B. H… mia Hieronymus dicit, quod ſimplicitas ſermonis de loco ei Anatoth, in quo natus eſt acceſſerit. Diſſertus ergo & non ſapiens, ſicut gentilium ſcriptorum eſt, qui etſi venuſtus eſt humanarum artium … ruditione, inſipiens tamen eſt, quia & veri Dei notitia & ſalutifera caret exhortatione. Eſt & q… rundam hæreticorum ſermo diſſertus, nec tamen ſapiens, qui etſi humanorum ingeniorum induſtria eſt expolitus, ſapientiæ veritate & virtutum documentis eſt omnino nudatus. De diſſertis verò … tamen ſapientibus per Eſaiam Prophetam dicitur, *Populum enim imprudentē non videbis, popul…*
Eſ 32. *ſermonis, ita ut non poſſis intelligere diſſertitudinem linguæ ejus, in qua nulla eſt ſapientia.* Nec diſſ… ergo nec ſapiens eſt, ſicut plurimorum qui temere ad quælibet docenda accedunt, ante quā ſacra… morum ſenſuum dapibus reficiantur, & eloquentiæ ornamentis imbuantur, vel etiam ut iſtius ſ… ſcriptura eſt, cujus errores diſcutere nitimur, in cujus ſententiis nec ſenſuū reperitur ornatus, n… eloquentiæ flumine quidam deducitur rivulus: & cum omnis ſcriptura aut culta ſit & aperta, aut … & non aperta, aut inculta & aperta, ut nec culta nec aperta: & hæc duabus primis iſtis ſpeciebus … liena, & duabus ſequentibus omnino conſerta: quia nec ſermonū cultu aut eloquentiæ co… … tollitur, nec puritate apertę loquutionis texitur, quod in altero ob ſui puritatē ad intelligēdū prom… veat: nec culta eſt & non aperta, quia non longis periodis involvitur, non variis topicorū perp… tibus … ornatur, nec lubricis ſyllogiſmorū concluſionibus ex induſtria dialecticæ armis venientib…

caten…

catenatur: quæ omnia & culta ſunt, utpote quæ ſophiſtico poliuntur cylindro: & non aperta, quia à ſimplicium lectorum ſenſu procul remota eruditiſſimorum tantummodo ſe inſerunt ingenio: ſed aut aperta eſt, quæ eruditione carens omnibus legentibus ſive audientibus patet: aut inordinate & incompte digeſta, & ſolœciſmis mutilata, barbariſmis corrupta, cæteris vitiorum nubilis obducta, & luculenta oratione carens, & ordine texendorum ſenſuum exploſo, nec culta eſt nec aperta. Ideoque ſi fortè aliquis error in ſententiis de fide prolatis indiſcuſſus remanſerit, his à nobis ſe tuebitur armis, quia ſe talibus inconpoſitarum dictionum abdidit involucris: & à nobis ideo deprebendi nequivit, quia ad nos difficultate ſermonis quaſi quodam pallio obſitus advenit.

CAP. X.

Ridiculoſè & pueriliter dictum in ſententia fidei Theodori Epiſcopi, Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, *& continuo,* ſanctis, qui in terra ſunt ejus mirificavit omnes voluntates meas inter illos, *tamquam hic verſiculus illum priorem ſubſequatur.*

ID vero, quod Theodorus Epiſcopus hos duos pſalmiſtæ verſiculos ita interjecta particula adverbii *continuo*, in unum protulit, quaſi alter alterum nulla intercapedine aliorum verſuum interpoſita ſubſequatur, cum videlicet hic verſiculus, quem illum *continuo* ſubſequi dicit, non ſolum confeſtim non ſubſequatur, ſed etiam ferme ante quinquaginta Pſalmos, cui poſtponitur præcedere noſcatur: non ideo nobis reprehendere libuit, quòd fidei quoddam præjudicium afferat, ſed quia ridiculo ſui reprehenſioni ſubjaceat & reprehendentibus deridendi materiam conferat, pateatq; talem Scripturam non eſſe idoneam, ut magna abſq; errore inſtruat, quæ in parvis abſque vigore titubat: nec habere eam vim res dubias adfirmandi & incognitas docendi, quæ non habet ingenium res non dubias narrandi & notas proferendi. Quomodo ergo illius ſynodi poterit recipi doctrina, cujus in tot locis reprehenditur Scriptura? aut quomodo cum cæteris ſynodalibus à ſanctis patribus digeſtis & ſuſceptis ſcriptis ſocietatis poterit adipiſci dignitatem, quæ earum ſenſuum & verborum fugit ſocietatem? Illæ enim in nullo reprehenduntur, & ideo in omnibus ſuſcipiuntur: hæc verò quia in multis reprehenditur, non immerito pene in omnibus repudiatur.

CAP. XI.

Quòd inutiliter & incaute Græci eccleſiã catholicam anathematizare conati ſint in eorum ſynodo, eo quod imagines non adoret: cum utiq; prius debuerint omnino ſcrutari, quid uniuscujusq; partis eccleſia de hac cauſa ſentire vellet.

ECCLESIASTICÆ tubæ prædicatio intonat, peccantem fratrem primo clam corripiendum: qui ſi audire noluerit, ſeorſum adhibitis fratribus vel corrigendi ſtudio, vel conveniendi teſtimonio admonendus eſt: qui ſi & illos audire contempſerit, tunc multis res noteſcenda eſt, ut deteſtationi eum habeant, & qui nequivit ſalvari pudore, ſaltim obprobriis ſalvetur: qui ſi neq; multorum admonitioni adſenſum præbuerit, ethnicorum ſive publicanorum more deteſtandus eſt. Cui prædicationi non mediocriter illorum eccleſia contraire videtur, quæ totius mundi eccleſias priusquam more eccleſiaſtico per epiſtolare eloquium conſulendo ſive ſcrutando alloquatur, præſumptive ſive incaute anathematizare conatur. Debuerat enim ad circumjacentium provinciarum eccleſias legationẽ ſciſcitativam facere, utrum imagines adorari aut non adorari deberent: ut juxta cujusdam ſapientis vocem, per conſilium & ſequenda ſequens & vitanda vitans, non eam poſtmodum pœniteconſtaret, ſed quicquid de hac re plures ſecundum apoſtolicam inſtitutionem tenere vellent eccleſiæ, ipſa quoque teneret: & quæ pluribus conſentientibus antiquis inſtitutionibus obniti tentaret & obſtinata mente ab univerſitate eccleſiaſtici corporis ſe dirimere vellet, hanc deteſtationi multaret. Nam quis furor eſt, quæve dementia ut unius partis eccleſia rem, quæ neq; ab Apoſtolis, neq; ab eorum ſucceſſoribus ſtatuta eſt, nitens ſtatuere, totius mundi eccleſias conetur anathematizare, & conpellantur aut apoſtolicis inſtitutis contraire aut ab illis prolato vaniſſimo anathemati ſubjacere: ſed cum illorum dementiſſimum anathema illis potius quam nobis jacturã impertiat, dicente Apoſtolo, *Neq; maledici regnum Dei poſſidebunt*, etiamſi quodam̃odo lædere poſſet, tolerabilius nobis eſſet illud perpeti, quam Apoſtolorum ſive cæterorum ſanctorum patrum monitis obniti, quippe qui cum Suſanna dicimus, *Melius eſt incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei noſtri*: & paſtoris eccleſiæ verbis perdocemur, *obedire oportere Deo magis quam hominibus*. Sicut enim cuilibet civium ſive principis ſocietate fruenti à ſeditioſis quibusdam, qui contra principem & cives agunt, tolerabilius eſt ab illis inlata convicia ſuſtinere, quàm cum eis in ſeditionem conſpirare, ita nimirum tolerabilius nobis eſt, ab illis exſecrari, qui etiam ſuos parentes exſecrari non formidant, quam cum illis res inſenſatas contra divinarum ſcripturarum inſtituta adorare. Exſecratio namque ſine ratione, & ira ſine poteſtate, & damnatio ſine auctoritate, quantum eos contra quos inhiant minime lædunt, tanto auctores ſuos majoribus tædiis afficiunt, & magis deſides & inpatientes eſſe produnt. Niſi ergo eos vetuſta pernicies & antiqua lues, dux mortis, radix malorum, quæ & angelos ab æthereorum civium ſocietate, & homines à florigeræ ſedis dignitate expulit, ſtimulis ſuæ nequitiæ inflam̃aret, nec ſynodum ob adorandas imagines ſine conhibentia plurimarum catholicarum & Deo fidelium eccleſiarum, adgregatã univerſalem nominare curarent, nec tot tantasq; eccleſias, quæ utiq; corpus Chriſti ſunt, tam inſolenter anathematizare auderent, nec rerum inſenſatarum culturam & adorationem

1. Cor. 6.
Dan. 13.
Act. 5.

1. Cor. 12. contra divinarum apicum inſtitutionem ſtatuere tentarent. *Nemo enim*, ait Apoſtolus, *in Spiritu Dei loquens dicit Anathema Jeſu.* Unde cavendum eſt, ne dum Eccleſiam, quę eſt corpus Chriſti, inconſulte
& incaute anathematixare nituntur, illi, qui ejus caput eſt, injuriam inſerre videantur. Tanta itaq; di-
lectione ſibi Chriſtus Eccleſiam adſcivit, ut inſeparabiliter ei, utpote caput corpori, præemineat, &
illa ei perpetim, utpote corpus capiti cohæreat, ut nequaquam corpori aut injuria aut honorificentia
exhibeatur, quod non ad caput referatur. Eccleſiæ etenim perſecutionem à Judæis inlatam ſuam
Chriſtus referebat, cum rapaci lupo Saulo, nec dum Paulo, mane prædam in vaſtationem Eccleſiæ
comedenti, veſpere ſpolia in ſaluberrima prædicatione ſive epiſtolarum miſſione diviſuro, dicebat,
Actor. 9. *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Non quod ille Chriſtum perſequeretur in ætheriis arcibus regnan
tem, ſed Eccleſiam jam tunc pullulantem, & in hujus ſeculi horriſonis fluctibus natitantem. Chriſtus
ergo in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, etiam nunc perſecutionem ſuſtinet, non quidem corporali-
ter, ut dudum pro mundi ſalute, ſed quadam pietatis miſeratione, qua ſuorum membrorum, id eſt, fi-
delium in unitate ſanctæ Eccleſiæ commanentium ſemper miſeretur, de quibus erat ille, qui dicebat,
Coloſſ. 1. *Gaudeo in paſſionibus meis, quia expleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea propter corpus ejus,
quod eſt Eccleſia.* Hanc paſſionem, quam Chriſtus in Sanctis ſuis ſuſtinet, David præfigurabat, cum
2. Reg. 6. dicebat, *Adhuc ludam & vilior apparebo:* quia dum ſe humilians usq; ad mortem ad crucis perveni-
ret myſterium, & à ſynagoga, quæ ſterilis extunc remanſit, deſpiceretur, in ſudore ſanguineo mem-
brorum ſuorum paſſiones oſtendebat eſſe futuras, ac contrà Eccleſiæ exhibitam honorificentiam
Matth. 10. ſuam eſſe teſtatur, cum dicit, *Qui vos recipit, me recipit.* Et, *quandiu feciſtis uni de minimis iſtis, mihi
Matth. 25. feciſtis.* Si ergo illi, de quibus ſermo eſt, cuſtodem virtutum, magiſtram bonorum humilitatem am-
plecterentur, nec corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, inpudentiſſime anathematixare tentarent, nec
ob ſuæ immò vanæ laudis appetitum pro re tam inutili tamq; inofficioſa ſynodum adgregarent.

CAP. XII.

Quod magna ex parte manſuetudinem & patientiam abjecerint in non continendo os ſuum & inordinate loquendo.

ADGREGATA igitur ſynodo ſi in ea Eccleſiaſtico more egiſſent, res neceſſarias & fidelibus pro-
futuras pertractantes, omnes vocum novitates & inordinatas loquutionum nænias evitarent,
& mediocritatis callem tenentes neq; ab Apoſtolicis doctrinis, neq; ab antiquarum ſynodo-
rum inſtitutionibus diſſentirent, ſed patientiæ & manſuetudinis ornamentis ornati, nequaquam di-
centes bonum malum, & malum bonum, ponentes amarum dulce, & dulce amarum, prophetico ſer-
moni contrairent: & ea, quę neceſſario ſtatuenda erant prudenter ſtatuerent, & quæ dicenda dilige n-
ter dicerent, & ſpreto ſupervacuo & extraordinario anathemate, res utiles perdocerent, res vero am-
biguas aut certe inutiles ſilentio multarent, & noſtræ partis ſive cæterarum mundi partium Eccleſiæ
eorum ſtatutis parerent: ſed quoniam inpoſſibile eſt & eorum ſtatutis adſenſum præbere, & antiquis
Patrum inſtitutionibus parere, cum videl. inter ſe diverſa ſint, & quantum lux tenebris, vita morte,
viſio cæcitate, probitas inprobitate, puritas inpuritate, ſanitas ægritudine, tantum eorum inſtituta à
ſanctorum Patrum inſtitutis diſtent, idcirco deterioribus ſpretis, potioribus contenti ſumus, & con-
temtis fallacibus diverticulis certum ac regium tramitē tenere deſideramus. Ubi quæſo præſtantiſſi-
ma virtus manſuetudo? vel tu fortiſſima furiis ſive cunctis levibus incitamentis inimica patientia? quo
abi[illegible]ratis? quo diſceſſeratis, cum tam incautas tamq; perverſas conſtitutiones à tot ſacerdotib. patra-
ri videretis? cum eccleſiæ tot anathematum vincula inferre cerneretis? quur non ſaltim in duobus vel
tribus hoſpitium habuiſtis? quur omnes ſpreviſtis? quur cunctis veſtram abſentiā præſentaſtis? quur
non eos a tot nugis veſtri moderaminis conpeſcuiſtis frænis? quur non à tot deliramentis veſtræ in-
duſtriæ coercuiſtis habenis? ſtimulante namq; jactantia ſive ventoſæ laudis appetitu, & miniſtram
ſuam, oris videl. incontinentiam, contra nos pugnaturam inpellente, quæ omnia ut cætera malorum
fomenta non incongrue noſtræ legiones reſpuunt, ab eis abſceſſimus, & apud eos tandem hoſpitari
nequivimus, quos talium errorum tumultibus invaſos eſſe conperimus. Nulla enim eſt ſocietas luci &
tenebris, nec quædam communicatio Chriſti & Belial: quoniam juxta cujusdā ſapientis ſententiam,
Spiritus Dei, qui utiq; noſtri exercitus dux eſt, effugiet fictum, non habitabit in corpore ſubdito pec-
catis. Non enim nos in medio ejus, nec ille in medio noſtri habitavit, qui facit ſuperbiam. Quoniam
Eccl. 10. juxta verba Jeſu filii Sirach, *odibilis coram Deo & hominibus ſuperbia, & ſynagoge ſuperborum non erit
ſanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis.* Tanto enim in eorum ſynodo diſcipula ſuperbiæ, oris
ſcil. incontinentia, viguit, quanto modeſtia ſive prudentia vigere debuit, & cujus nec extrema quidē
manus in tali actu duci debuit, principatum, pro dolor, tenuit: & quę principatum tenere debuit, nec
extrema quidem ejus manus illorum cœtibus interfuit. Tuo itaq; inſtinctu, ô incontinentia oris, quę
Pſal. 139. greſſus hominum in terra viventium dirigi prohibes, dicente Propheta, *Vir linguoſus non dirigetur ſu-
Proverb. 10. per terram*: & cujus anni ſui peccatū non deeſt, juxta illud, *Ex multiloquio non effugies peccatum, par-
Eccleſ. 20. cens autem labiis ſapiens erit:* & per quā anima lęditur, juxta ſapientis vocem dicentis, *Qui multis utitur
Proverb. 18. verbis, lædit animam ſuam:* & quę non ſolum reſpondere antequam audias, verum etiam ſanctam Ec-
cleſiam anathematizare, antequā adloquatur tuos ſequaces, conpellis, juxta illud; *Qui reſpondet ver-
bum priuſquam audiat, ſtultitia eſt illi & obprobrium:* te urgente ita penitus noſtrū abnuēre conſor-
tium, ut noſtra ſocietas in eorum mentib9 nec leve quidē poſſet inprimere veſtigiū. Nos enim ſequi,
Eccleſ. 24. decor vitæ eſt, & nos ſpernere, error inſanię, & ſecundū magiſtræ noſtrę ſapientiæ vocem; *Exitus no-
ſtri exitus vitæ ſunt.* N[illegible] legislator noſtrorum monitorū ſequax fuiſſet, & noſtri moderaminis ret-
Num. 12. naculis greſſus ſuæ mentis coñexos habuiſſet, dicente Scriptura; *Et erat Moyſes manſuetus præ omnibus
hominib. qui ſunt ſuper terrā*, nequaquā tantoties divinis alloquiis frueretur: neq; tot myſteriorum ar

chanis

[illegible] inbueretur, nec de eo ab eodem rerum omnium Domino diceretur; *At*
[illegible] *meus Moyſes, ad quem loquor facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum.* Num. 12
[illegible] itaq; [illegible] virtus, & ab illis prorſus abjecta eſſe perhibetur, qui peſſum & extra-
[illegible] ad catholicam Eccleſiam anathemarizandam ſynodum adgregare niſi ſunt: & eam, quæ be-
[illegible] actione perpetua benedicta eſt, maledicere inſanis auſibus conati ſunt, & à nobis fidei brachio &
[illegible] tionis manu & cordis amplexu modis omnibus eſt adeunda & perpetim retinenda. Ait enim
Pſalmiſta; *Dulcis & manſuetus Dominus, propter hoc legem ſtatuit delinquentibus in via: diriget mites in* Pſal. 24.
judicio, docebit manſuetos vias ſuas. Unde datur intelligi, quod qui manſueti Domini ſequax eſſe deſi-
derat, manſuetudinem non debet ſpernere, ſed ut de viis Domini doceatur, eam ei convenit amplecti:
in Prov. quoq; ſcribitur; *Manſuetus vir cordis medicus eſt: tinea autem oſſibus cor intelligens.* item ibi; Proverb. 16.
Melior eſt manſuetus cum humilitate, quã qui dividit prædam cum contumelioſis. In Eccleſiaſtico quoq; Ibid.
legitur; *Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ab omni homine diligere.* item ubiſupra, *Eſto manſuetus* Eccleſ. 13.
ad audiendum verbum, ut intelligas, & cum ſapientia loquere reſponſum verum. Nam & præfectus Jeſus Eccleſ. 5.
filius Sirach ita intonat, *Fili in manſuetudine ſerva animam tuam, & da illi honorem ſecundum dignita-* Eccleſ. 10.
tem ſuam. Doctor itaq; gentium ita ad Epheſ. ſcribit, *Obſecro vos ego vinctus in Domino, ut digne am-* Epheſ. 4.
buletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum magnanimitate ſub-
portantes invicem in charitate, ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. & Jacob. Apoſtolus Jacob. 3.
dicit, *Quis prudens & ſciens veſtrum, monſtret de bono opere converſationem ſuam in manſuetudine &*
prudentia. quibus omnibus præceptis illi procul dubio reniſi ſunt, qui propter imaginũ adorationem
Eccleſiæ auſi ſunt anathema inferre, quæ utiq; tanto eſt immunis ab eorum maledictione, quæ injuſta
eſt, quanto à Chriſto, qui eam redemit, delinitur unctione lætitiæ, quę immarceſcibilis & perpetua eſt.
De prudentia quoq; & patientia & continentia oris ſcriptum eſt, *Qui parcit verbum proferre durum,*
prodeſt ei: patiens autem vir ſapiens eſt. Quod enim verbum poteſt eſſe durius anathemate? quod ſi
proferre incaute parcerent, non longe à via diſcederent. Aut quæ patientia aut prudentia in hoc ne-
gotio illis utilior eſſet, quàm ut Eccleſiam per diverſas mundi partes conſtitutam ſuis apicibus conſu-
lerent, & quod omnium adſenſus decreviſſet, prudenter & patienter ſanciret? Dicitur enim per quen-
dam ſapientem, *Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.* In quo dicto dum metonymice per palpebras pro- Proverb. 4.
videns ante acta conſilium, & per greſſus ipſas actiones ſignificet, nobis perſpicaciter innuit, ut ſem-
per noſtrarum actionum exercitia provida & prudentia præveniant conſilia, ut antea mentis oculus
prævideat, in quibus ſe poſtmodum actus extendat. A multiloquio igitur, quo illi in ſua ſynodo uſi
ſunt, his verbis Pſalmiſta ſe coercitum eſſe decantat, *Dixi cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in* Pſal. 39.
lingua mea, poſui ori meo cuſtodiam: & ut coerceri ritè valeat, his precibus Dominum inplorare con- Pſal. 140.
tendit, *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis: ut non declines cor meum*
in verba malitiæ. Si ergo omnia, quæ per patientiam & manſuetudinem à ſanctis Patribus ſive in Ve-
teri, ſive in Novo Teſtamento geſta ſunt innumeremus, & è contrario, quæ per ſuperbiam ſive oris
incontinentiam à perditis quibusq; perpetrata ſunt, edicere curemus, & quibus teſtimoniis hoc vi-
tium perhibeatur, noo dicam unius capituli, ſed nec quidem unius libri textus cuncta poterit conti-
nere. Nunc autem monſtratis ex parte, quæ egerint, quæve agere debuerint, & illorum nugis ex par-
te diſcuſſis ad alia, quæ huic operi neceſſaria ſunt, Domino accedamus.

CAP. XIII.

Quia mulier in ſynodo docere non debet, ſicut Hærena in eorum ſynodo feciſſe legitur.

CUM pene in omnibꝰ illa ſynodus, quæ pro adorandis imaginibus adgregata eſt, divinarum ſcri-
pturarum ſaluberrimis inſtitutis refragetur, in hac quoque parte oppido refragari illis videtur,
quòd mulierem inſtitutricem ſive doctricem habuiſſe perhibetur: quod quidem non ſolum
divinæ legis documentis, ſed ipſius naturæ lege inhibetur. Non enim eam ſexus fragilitas ſive animi
mobilitas doctrinæ ſive prælationis ſuper viros apicem tenere permittit, ſed tamquam infirmius vas
& ad decipiendum facilius ſubditam & virili auctoritate repreſſam eſſe conpellit. Unde & divinis le-
gibus ſancitum eſt, quædam fœminarum vota virili deliberatione caſſari poſſe, & humanis conſti-
tutum eſt, fœminas innuptas, quamvis provectæ ſint ætatis, propter ipſam animi levitatem in tute-
la conſiſtere debere. Novimus enim fœminam cauſa prolis, cauſa adjutorii, cauſa incontinentiæ
viro concedi ſolere: cauſa verò docendi nuſquam penitus legimus. Cauſa inquam prolis, ut in Ge- Gen. 1.
neſi legitur; *Et benedixit eos dicens, Creſcite & multiplicamini.* Hoc eſt enim matrimonium, quod
neque ſecundum Pelagium peccatum eſſe putandum eſt, neque ſecundum Jovinianum virginita-
ti coæquandum: ſed virginitas illi præferenda eſt propter munditiæ ſanctitatem & corporis in-
tegritatem, dicentę Apoſtolo; *Nupta cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro: virgo autem* 1. Cor. 7.
cogitat quæ ſunt Domini, quomodo placeat Domino, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Illud verò quam-
quam altero ſibi prælato non eſt abiciendum, neque omnino poſtponendum, ſed cum gratia his
quibus conpetit adpetendum, quoniam eſt & erga ſe non extraordinarium & erga virginitatem ſe-
cundum. eſt enim virginitatis ſeminarium, quia ſicut uva non aliunde niſi ex vite naſcitur, ita &
virginitas non aliunde niſi ex matrimonio gignitur: & quamquam ſit virginitas centeſimus fructus,
habet tamen infra ſe triceſimum, id eſt, matrimonium, inter quos medius ſexageſimus eſt, qui in
viduis non inconpetenter accipitur. Cauſa itaque adjutorii fœmina viro conceſſa eſt, dicentę Do-
mino; *Non eſt bonum hominem ſolum eſſe, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi.* Cauſa verò inconti- Gen. 2.
nentiæ, juxta illud Apoſtoli; *Qui incontinens eſt, nubat:* & iterum, *Melius eſt nubere quam uri.* In- 1. Cor. 7.
terrogemus ergo Apoſtolum, dicat egregius prædicator, dicat vas electionis, utrum fœminas docere

1. Tim. 2. permittat, an in viros dominari. Ait enim ad Timoth. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubj*
docere autē mulieri non permitto, neq; dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Qui quaſi interrogar
Ibid. quur eam & docere & dominari in virum prohibuerit, *Adam*, inquit, *primus formatus eſt, inde E*
& Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit: ut noſſe poſſemus idcirco
& doctrinæ & dominationis dignitatem ab Apoſtolo in virum minimè eſſe conceſſam, quia non
doceret, ſed ut adjuvaret virum, nec ut ei præeſſet, ſed ſubeſſet, condita eſſe perhibetur: ſive quia an
1. Cor. 11. mo eſt infirmior & ad tentandum facilior. *Non enim*, ut ait Apoſtolus, *vir propter fœminam, ſed fœ*
mina propter virum creata eſt. Nam ſi quis fortè tanti erroris præſumptionem hoc ancili tueri nita-
1. Tim. 5. tur, quòd idem Apoſtolus, cùm de habitu & continentia anuum ageret, ait; *Bene docentes, ſed pru-*
dentiam doceant, perpendant quod non eas docere quandam inſaniam vel quandam traditionem ſa-
croſanctis Patrum inſtitutionibus reſiſtentem, vel certè cujuſdā inſenſatæ rei adorationem, ſed pru-
dentiam & bene vivendi exempla permiſerit: nec eas id facere in eccleſia, neq; in conventu, neq; in
ſynodo, ſed privatim longævæ ætatis experientia & exploſis propter ævi maturitatem vitiorum in-
centivis, inter domeſticos permiſerit: nec omnes, ſed eas, quæ in operibus bonis teſtimonium ha-
bent, quæ hoſpites recipiunt, quæ ſanctorum pedes lavant, quæ tribulationem patientibus ſubmi-
niſtrant, quæ omne opus bonum ſubſecutæ ſunt, quarum & ipſe inceſſus, motus, vultus, ſermo, ſi-
lentium, quandam ſacræ continentiæ geſtet honeſtatem. Aliud eſt enim matremfamilias domeſticos
verbis & exemplis erudire, aliud anteſtitibus ſive omni eccleſiaſtico ordini vel etiam publicæ ſynodo
quædam inutilia docentem intereſſe: cùm videlicet iſta, quæ domeſticos exhortatur, eorum & ſuum
in commune adipiſci cupiat profectum: illa verò in conventu ventoſæ tantum laudis & ſolius arro-
gantiæ ambiat appetitum. Sicut igitur caput viri Chriſtus eſt, ita nimirum caput mulieris vir: ac per
hoc ſi mulier viris præeſſe debet, jam eorum caput eſt: & ſi illa eorum caput eſt, illi neceſſario caput
Chriſti erunt. Non autem ullus caput Chriſti præter patrem eſſe poteſt, ſecundum Apoſtolum, qui
1. Cor. 11. ait, *Caput Chriſti Deus*: & de quo in Canticis Canticorum dicitur, *Caput ejus aurum optimum*. non
Cant. 5. igitur mulier viris ſe præferendo eorum caput eſſe debet, ne dum ſexus inferior ultra ſe quam ordo
expoſcit, adtollit, & ſuperiori ſexui præfert, caput quod præeminere cæteris membris debet, infima
petat, & pedes qui cæteris membris præeminentibus infima loca tenent, cæteris præeminentes ad
ſuperiora tollantur, ſicque naturæ ordo permutatis ac potius perverſis legibus fœdetur. Nam ſi fortè
aliquis his ſacroſanctis Apoſtolicis inſtitutionibus obniti tentans, mulieres viros docere, viriſque
præeſſe, & ſynodos inſtituere debere, ideo adfirmare niſus fuerit, quod ſecundum Evangelicæ tubæ
præconium mulieres crebro mediatori Dei & hominum miniſtraverint, ad pedes ſcilicet ejus ſeden-
tes, & verbum ex ore ejus audientes, ac circa frequens miniſterium ſatagentes, & lachrimis pedes
ejus rigantes, & capillis tergentes, & corpus ejus miro unguentorum liquore linientes, eumque ad
paſſionem pergentem ſequi non diſtulerint, & poſt reſurrectionem ejus ad ejus monumentum re
currentes ejus ſacratiſſimæ reſurrectionis glorioſum myſterium & primæ cognoverint & diſcipulis
nunciarint: animadvertat quòd aliud ſit ad pedes domini ſedere, & cætera, quæ præmiſimus agere,
aliud ſynodos ſtatuere, in conventibus viros docere: perverſas conſtitutiones tradere, & viris præ-
ferri appetere. Illæ etenim typum ſanctæ Eccleſiæ geſtantes domino miniſtravere, & ſacratiſſimis
ejus alloquiis inhæſere: iſtæ verò ſi quæ ſunt, Athaliæ nimirum exempla ſequuntur, quæ dum viris
præeſſe inconpetenti deſiderio appetit, pene omne ſemen regium extinxit, & ſui nefandiſſimi capiti
interitu ad ultimum indignam vitam digna morte finivit. Fœmina verò idcirco Domini & Salvato-
ris noſtri reſurrectionis nunciatrix eſſe exiſtimatur, ut quia fuerat ei fœmina de cælis ad terras ve-
nienti iter, fieret etiam ei à terris ad cælos redeunti index: & quem venientem Maria virgo mundo
edidit, redeuntem nimirum Maria à Domino ſanata diſcipulis nunciaret. Qui mediator Dei & ho-
minum non idcirco de fœmina natus eſſe perhibetur, ut fœmineum ſexum viris præferret, ſed ut u-
trumq; ſexum in culpam lapſum ſuæ incarnationis myſterio redimeret: virum videlicet, quia vir fie-
ri pro noſtra ſalute dignatus eſt, juxta illud Propheticum, *Ecce veniet vir, oriens eſt nomen ejus*: de
Zach. 6. quo ſcribitur. JESUM *Nazarenum virum adprobatum a Deo virtutibus & ſignis, quæ fecit per illum*
Actor. 2. *Dominus*: fœminam verò, quia de fœmina ſine ullo maſculini ſexus contagio naſci dignatus eſt, &
utriuſq; ſexus ſicut verus conditor, ita etiam verus permanet reſtaurator.

CAP. XIV.

Contra eos, qui dicunt, Dei cooperantes nos direximus congregare vos, *ſive* congregavit vos Deus conſilium proprium ſtatuere volens.

IN primo hujus operis libro in prima parte libri, cum eorū error diſcuteretur, qui dicunt *Deum ſibi*
conregnare, aliquantulum diſputatum eſt, unde hic quoq; error, quo ſe *Dei coöperantes* ſupercilio-
ſe jactant, caſſari poteſt: quoniā & Deum ſibi conregnare, & Dei cooperantes eſſe, non humiliter
non ſanctorum regum exemplis contenti, non ſanctarum ſcripturarum inſtitutionibus inſtructi, ſed
perperā & faſtu arrogantię elati delirant: & dum appetunt id ſibi uſurpare quod non conpetit, timen
dum eſt ne id amittant quod conpetit: quia quiſquis ambit inlicita, amittere ſolet adquiſita. Sed qu
niā, ut præfati ſumus, in ſuperioribus hic error ex parte diſcuſſus eſt, nunc ad id quod ideo illos, qui i
eadem ſynodo fuiſſe noſcuntur congregatos dicunt, ut per eos Deus conſilium ſuum ſtatueret, noſtræ
diſputationis vertamus articulum. Dicunt n. *Congregavit vos Deus conſilium proprium ſtatuere vol*
quaſi non ſcriptū ſit, *Qui vivit in æternum creavit omnia ſimul*. & quaſi Deo quædam nova volunta
Pſal. 148. quæ antea nō acceſſerat, accedat: de quo per Prophetā ſcribitur, *Statuit ea in æternū & in ſeculū ſecu*

præ

præceptum poſ . . . non præteribit : aut quaſi ullius adminiculo indiguus idcirco alios congreget,
ut plurium deliberatione quid agere debeat ſtatuat. Eſt enim *conſilium* à conſulendo dictum, quo ali-
quid aut faciendi, aut non faciendi aſſidua conſideratione decernitur. Eſt enim genus cauſæ quod o-
ratores deliberativum dicunt, in quo genere de quibuslibet vitæ utilitatibus, quid aut debeat aut non
debeat fieri tractatur. Sunt enim in eo ſuaſio, & diſſuaſio, id eſt, de expetendo & fugiendo, de facien-
do & non faciendo. In ſuaſione autem duo ſunt fortiora, ſpes & metus. Quia igitur Deus omnipotens
eſt, ideo nullius eſt indiguus: ideoque nec alterius ſuaſione ad ea, quæ non vult peragenda promove-
tur, nec ab his quæ agere vult ullius diſſuaſione removetur: nec quodam metu ab aliquibus quæ agere
vult agenda hortatur, nec cum alio conſilii ſui deliberationem ſtatuit. Quibus omnibus ſi indigeret,
neceſſitatem pateretur, omnipotens non eſſet: eſt autem omnipotens, nullam igitur indigentiam ha-
bet: ac per hoc incautum eſt dicere, *Congregavit vos Deus conſilium proprium ſtatuere volens.* Conſi-
lium namq; Dei filius eſt, qui non ſtatutus eſt à patre quadam deliberatione, ſed genitus ante ſecula
ineffabili nativitate: quem pater genuiſſe, & ſine quo numquam fuiſſe à fidelibus creditur. Eſt enim
ſapientia Dei patris quæ ei conſempiterna eſt, & quæ dicit, *Ante colles ego parturiebar, adhuc terram* Prov. 8.
non fecerat, quando parabat cælos aderam illi: dum vallaret mari terminum, & legem poneret aquis, ego
cum illo eram. Quæ etiam celſitudinem ſuam his verbis demonſtrat dicens, *Ego in altiſſimis habitavi*
& thronus meus in columna nubis: & iterum, *Girum cæli circuivi ſola, & in fluctibus maris ambulavi, in* Eccl. 24.
omnem gentem & in omnem populum primatum tenui: & iterum, *Ego quaſi terebinthus expandi ramos*
meos. ego feci ut oriretur lucifer in cælo. ego omnes qui me amant diligo. exitus enim mei exitus vitæ
ſunt. De hoc enim conſilio Pſalmographus dixit, *Conſilium Domini manet in æternum, cogitationes cor-* Pſalm. 35.
dis ejus in ſeculum ſeculi. Qui ideo conſilium dicitur, eo quod incarnationis ejus archanum ad conſu-
lendum humano generi ſit conceſſum, quod conſilium nulla ætate diſſolvitur, ſed in æternum manet:
quia triumphalis mors domini diabolicū perenniter extinxit exitium. Cogitationes namq; cordis e-
jus prædeſtinationem interni ejus judicii innuunt, in quibus cuncta repoſita ſunt, quæ vel fuerunt vel
ſequentibus ſeculis futura ſuccedunt. Hominum etenim conſilia plerumq; fruſtrantur. domini autem
conſilium permanet in æternum. Homo enim mortalis caduca ſapit, æternus dominus nunquam re-
prehendenda conſtituit. Unde & hoc conſilium quod illi dicunt quod per eos dominus ſtatuiſſet, id-
eo à domino ſtatutum eſſe minime creditur, quia dominicis pręceptis contraire dinoſcitur: cum vide-
licet & per veteris & per novi Teſtamenti paginam Deus ſe ſolum adorari ſeu coli inſtituerit: iſti autē
quaſdam res inſenſatas adorandas ſive colendas eſſe abſurdiſſima deliberatione percenſeant. Non n.
Deus conmutabilis eſt, ut quæ antea inhibuerat modo peragenda concedat: ſed quod ante ſecula in
conſilio ſuo, hoc eſt, in filio, conſtituit, ſemper ſtabilia eſſe permittit, Eſaia adteſtante, qui ex perſona
Dei patris ait, *Omne conſilium meum ſtabile erit, & omnia quæcumq; cogitavi efficiam.* Hoc etenim Eſa. 46.
conſilium, id eſt, filius, & teſtamentum dicitur: unde & Hieremias ait, *Si non eſſet teſtamentum meum*
in cuſtodia die ac nocte, præcepta cæli & terra non dediſſem. De quo teſtamento dicitur, *Et teſtamentum*
pacis erit in Hieruſalem. Quomodo ergo Deus illos ideo congregaret, ut per eos conſilium propriū
ſtatueret, ut illi ſomniant? in quo tanta eſt ſcientia ut nec præterita ei quædam, nec futura, ſed omnia
præſentia ſint: cujus ſubſtantiam ſicuti eſt, nulla poteſt adtingere opinio, nulla conplecti definitio:
quoniam plus eſt quam quicquid dici aut cogitari poteſt. Eſt n. ſpiritus natura ſimplex, lux inacceſſi-
bilis, inviſibilis, inæſtimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, æternus, inmortalis, cui omnia vi-
vunt, à quo omnia initium conſequuta ſunt, venerandus, diligendus, metuendus, extra quem nihil eſt,
immo in quo ſunt omnia quæq; ſunt ſurſum, deorſumve, ſumma & ima, omnipotens, omnia tenens,
vere in omnibus dives, quia nihil eſt, ubi non ſit, nec aliquis ei locus abſens eſt, exceptis impiorū cor-
dibus, ubi quamvis ſit per potentiam, non eſt tamen per gratiam, qui ubiq; eſſe his divinæ legis teſti-
moniis conprobatur. Ait enim Pſalmiſta, *Quo ibo ab ſpiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si aſcendero* Pſalm. 139.
in cælum tu illic es. & ſi deſcendero in infernum, ades: ſi ſumpſero pinnas meas ante lucem, & habitavero in
extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. In Eſaia quoq; legitur, Eſa. 6.
Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth, plena eſt terra gloria majeſtatis tua. per Hieremiam Jerem. 23.
quoq; dicit, *Deus adpropinquans ego ſum, dicit Dominus, & non Deus de longinquo: quod ſi abſconſus fu-*
erit homo in abditis, ego eum videbo. Nonne cælum & terram ego impleo? dicit Dominus. Liber quoq; Sa- Sap. 1.
pientiæ dicit, *Sanct. n. Spir. ſapientia, & non liberavit maledictum à labiis ſuis: quoniā renū illius teſtis eſt* Eccl. 17.
Deus, & cordis illius ſpeculator eſt verus, & linguæ auditor, quia Spir. domini replebit orbem terrarum. In
Eccleſiaſtico quoq; ſcribitur, *Quoniā multa ſapientia Dei, fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſi-*
one: qui bonitate ſua eum, qui non erat creavit, juſtitia eum, qui peccaverat condemnavit, miſericordia
eum magna miſericordia cum, qui perierat reſtauravit. De quo per Prophetam dicitur, *Magna opera* Pſalm. 111.
Domini exquiſita in omnes voluntates ejus: confeſſio & magnificentia opus ejus, & juſtitia ejus manet in Pſalm. 25.
ſeculū ſeculi. & iterum, *Univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas:* & cui per eundē Prophetā dicitur,
Et tu Domine Deus miſerator & miſericors, patiens & multa miſericordia & verax. Num quid eū quē
dominationes adorant, tremunt poteſtates, & cæleſtibus hymnis lætabunda angelorum conlaudat
militia, quem cherubim & ſeraphim, ſublimes virtutes ejus ſcientia repletæ, ejus amore ardentes, ſen-
ſu minime comprehendere valent, quem nemo novit niſi filius, qui utiq; unius eſt cum eo ſubſtantiæ,
credere oportunum eſt ut alterius conſilio egeat? & ideo alios convocet ut per alios conſilium ſuum
ſtatuat? O dementiſſimum dictum, ô inſulſa loquutio, ô verba cunctis divinis verbis obnitentia! quæ
ſi ab his quibus dicta ſunt defendantur, inſaniæ vicina ſunt: ſi non defendantur, ignorantiæ & ignaviæ
deputanda ſunt. Adhærere enim Deo quis poteſt bonis actibus inſiſtendo, ſicut ille cupiebat qui di-
xit, *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt:* conſilium autem illi dare nemo poteſt, eſt n. auctor & fons

omnium.

Pſal. 147. omnium honorum, &, ut crebro diximus, nullius indigus, *Magnus*, ait Proph[illegible]
& magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus. Dic quæſo, ſancte Eſaias, dic no[illegible]
tum, dic dominicæ incarnationis & gentium vocationis Evangelice potius quàm Proph[illegible]
Eſ. 40. tor, dic utrum aliquis ſenſum Domini cognoſcere poteſt, aut ei conſiliarius effici valet? *Quis enim*
cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? cum quo iniit conſilium, & erudivit eum, & ſci-
Ibid. *tiam, & viam prudentiæ oſtendit illi?* item, idem Propheta dicit. *Numquid neſcis & non audiſti? Deus*
ſempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ, non eſt deficiens, neq; laborans, nec eſt in[illegible]atio
Rom. 11. *ſapientiæ ejus.* Dicat etiam magiſter gentium, quid de hac re ſentiat. Ait enim, *O altitudo divitiarum*
ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quam inconprehenſibilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus! Cu[illegible]
enim judicia inconprehenſibilia & viæ inveſtigabiles ſunt, nullo modo credendus eſt alterius conſi-
lio ad res deliberandas egere: quia ſicut natura, ita & ſapientia ſuper omnes eſt, & ſicut coæquari ei
quis nequit per naturam, ita nec ejus ſcientiæ poteſt aliquid conferri per conſilium. Conſilium [illegible]
ab eo quæritur, qui aut per naturam, aut per intelligentiam ſocius eſt. Deo enim nullus æquali[illegible]
Exod 15. nullus ſocius eſt, dicente Moyſe, *Quis ſimilis tibi in diis Domine? quis ſimilis tibi, honorificus, ſanctus*
Pſal. 89. *mirabilis, in majeſtatibus faciens prodigia?* De quo etiam per Pſalmiſtam dicitur, *Quoniam quis in*
nubibus æquabitur Domino, aut quis ſimilis erit Deo inter Filios Dei? Deus, qui glorificatur in conſilio
ſanctorum, magnus & metuendus ſuper omnes, qui in circuitu ejus ſunt. Domine Deus virtutum, quis
ſimilis tibi? potens es Domine & veritas tua in circuitu tuo.

CAP. XV.

Contra eos, qui dicunt, Si enim imperialis effigies & imagines emiſſas in civitates & pro-
vincias obviabunt populi cum cereis & thymiamatibus, non ceram perfuſam tabulæ
honorantes, ſed imperatorem: quanto magis oportet in Eccleſiis Chriſti depingi
imagines Salvatoris noſtri Dei & intemeratæ matris ejus &
ſanctorum omnium?

QUiſquis alicujus artis ſedula meditatione cupit habere peritiam, non inperitorum, ſed p[illegible]
ritorum artificum monitis adhærendo diſcendæ arti præbet inſtantiam, nec affectat eorum
ſibi magiſterium uſurpare, quos videt in propria arte minus doctos & deſpicabiles eſſe: ne
dum deſiderat inſtanti opere ex adepta arte adipiſci laudem, incaſſum & ſuum deperdat opus, & cæ-
teris ſit in ſubſannationem. Hoc a liberalium artium ſectatoribus, hoc à medicis, hoc à metallorum
conflatoribus ſive ſculptoribus, hoc a lignorum lapidumque cæſoribus, hoc ab agrorum cultoribus
fixa ratione obſervatur: ſolum ab his obſervare neglegitur, qui ut imagines adorare inſtituant pr[illegible]
vis rebus exempla ſumere affectant, & rem tam inutilem tamque perverſam nonnumquam bonis re-
bus inconpetenter, plerumque perverſis aſtruere nituntur inpudenter: & in modum temulenti, qui
nimio madefactus mero trementibus membris, titubantibus greſſibus, nudatis ſenſibus, modo
barbaris, modo Latinis utitur verbis, modo ignium caloribus, modo pruinarum delectatur alg[illegible]
bus, modo in ſcolaſte jacere, modo enerviter delectatur ludere, & in nulla parte fixam habens in[illegible]
tionem, huc illucque nutabundam & rationes egenam efferre non deſinit mentem: ita iſti mo[illegible]
viarum ſcripturarum teſtimoniis inconpetenter adhibitis, modo ſuarum adſertionum deliram[illegible]
tis, modo mala, modo malarum quarundam rerum malorumque actuum exemplis ſuum nitun[illegible]
usq; quaque firmare errorem. Nam quis furor eſt quæve dementia, ut hoc in exemplum adoran-
darum imaginum ridiculum adducatur, quod imperatorum imagines in civitatibus & in plateis ad-
orantur, & à re inlicita res inlicita ſtabiliri paretur? Doctor enim gentium non vos imperatorum
1 Cor. 11. imitatores, ſed ſuos, immo Chriſti fieri hortatur dicens, *Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti.* [illegible]
1. Cor 6 ut imperatorum faſces ſive vulgi bacchatus a Chriſticolarum mentibus dirimeret, ait, *No[illegible], qui-*
bus Chriſtus crucifixus eſt, quid nobis cum ſpro? Jam vero, quia de forenſibus ſive publi[illegible]is acti[illegible]ni-
bus exempla ſumere intra ſanctam Eccleſiam affectant, quur non ſcenicas mimicasque [illegible]
etiam crudelitates quę in theatris ſive in orcheſtris de ludis gladiatoriis infeliciter fiunt [illegible]
Quur non clerus cum antiſtite more ſequutoris populum velut retiarium inſectatur? Quur non [illegible]
ta circi gentilia vel potius infelicia exempla ſectatur, qui Chriſti cuſtodit Eccleſiam? Sed abſit C[illegible]
tholica religione, ut actiones perverſas, quas pridem proterva gerebat gentilitas, nunc Chriſtian[illegible]
Phil. 3. imitetur & ſervet gravitas. *Noſtra enim converſatio*, ait Apoſtolus, *in cœlis eſt*. Ideoque quisquis [illegible]
tendere deſiderat, quò caput noſtrum Chriſtus præceſſit, non debet fieri ſectator forenſium vel [illegible]
blicarum actionum, ſed ipſius capitis noſtri Chriſti, aut ejus membrorum, Apoſtolorum vid[illegible]
ſive Apoſtolicorum virorum. Exempla enim prava ita Catholicis vitanda ſunt, ſicut & ſeductio ma-
Pſal. 139. lorum hominum ſive ſocietas injuſtorum, dicente Domino, *Non audies auditum vanum, non con-*
ſenties cum injuſto fieri teſtis injuſtus, non eris cum pluribus in malitia. Odiſſe enim debet Chr[illegible]
exemplo Pſalmiſtæ eos, qui oderunt Dominum, & ſuper inimicos ejus tabeſcere: Neq; enim [illegible]
bias vir probabilis & Deo charus filium ſuum exempla perverſa ſectari hortabatur, cum dicebat, *Vide*
Tob. 4. *fili ne ſequaris iter iniquorum, & multitudo peccantium non ſuadeat te, quoniã ſtipendia eorum mo[illegible]*
tis antẽ, ſi operatus fueris veritatẽ, erit reſpectus Dei in operibus tuis, & cum omnibus, qui faciu[illegible]
hæred[illegible]is vitam æternã. Quisquis ergo videns imagines impe[illegible]atorum adorari a populo[illegible]
tus, hoc exemplo munitus imagines adorare perceniſet in baſilicis, huic ſancti viri præcepto non [illegible]
Pſal. 26. dioer ter reluctari cõvincitur: nec cum David dicere poterit, *Non ſedi in conſilio vanitatis,* [illegible]

quægerentibus non introibo: odio habui congregationem malignorum, & cum impiis non ſedebo: lavabo
inter innocentes manus meas & circumdabo altare tuum Domine. Sed ſi fortaſſe hujusce erroris defen-
ſor dicet, Imperatorum imagines adorare peccatum non eſt, perpendat quanta gloria tribus pueris id
facere nolentibus inflagrante camino angelo cælitus emiſſo, edacis rogi flammam excutiente & ſalu-
tiferum rorem illis inpertiente conlata ſit, quantoq; miraculo Babylonicus princeps inter eos ſe vi-
diſſe ſimilem filio Dei teſtetur, non ad ſuam, ſed ad illorum gloriam vel etiam ad ſuam pertinaciam re-
futandam. Audiant etiam beatum Hieronymum in commentario quem in libro Danihelis edidit ta-
liter dicentem, *Ecce enim*, inquit, *Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis,*
& de manibus tuis, rex, liberare. Unde putaverat ſe terrere pueros; inde cernit in eis materiam fortitudi-
nis. Nec in longum differunt, ſed præſens ſibi pollicentur auxilium dicentes, Ecce enim Deus noſter quem
colimus, ipſe nos & de eo quod minaris incendio, & de tuis poteſt manibus liberare. Quòd ſi noluerit: pul-
chre ad id quod dixeras, Poteſt eripere nos, non intulit contrarium, Si non poterit, ſed, Si noluerit: ut non
impoſſibilitatis Dei, ſed voluntatis ſit ſi perierint; Notum tibi ſit rex, quod Deos tuos non colimus, & ſtatuã
auream quam erexiſti non adoramus, ſive ſtatuam ut Symmachus, ſive imaginem auream ut cæteri tranſ-
tulerunt, voluerimus legere, cultores Dei eam adorare non debent. Ergo judices & principes ſeculi, qui im-
peratorum ſtatuas adorant & imagines, hoc ſe facere intelligant quod tres pueri facere nolentes placuerunt
Deo. Et notanda proprietas, Deos coli, imaginem adorari dicunt: quod utrumq́; ſervis Dei non convenit.
Ecce ſancti viri documentis inſtruimur, imperatorum imagines adorari minime debere: & quis tam
perverſus eas non ſolum adorare decernat, ſed ab earum adoratione exempla perverſitatis ad aliarum
nihilominus imaginum adorationem adſumat? Et ſi homines mortales protervia vanitatis inflati,
pompa ſeculari elati, honorũ ambitione cupidi, jactantia pleni, loco circumſcripti, ſitu contenti, quia
non ubiq; eſſe poterant, ideo imagines ſuas hominibus adorandas mandavere, quia in ſe ipſis non u-
biq; poterant adorari, quid neceſſe eſt Deum in imagine adorare, qui incircumſcriptus eſt? qui ubiq;
totus eſt? ubiq; mirabilis? qui loco non continetur, ſitu non circumſcribitur? quem, ſicut ait Salomon, 2 Paral. 6.
cælum & cæli cælorum non capiunt, quem non capit mundus, ſed ille capit mundum. Cum enim tanta
ſit ejus virtus, tanta gloria, tanta potentia, non eſt quærendus in imaginibus, ſed in mundis & ſanctis
pectoribus: non eſt adorandus in depicta tabula, ſed in aula ſancta, dicente Propheta, *Adorate Domi-* Pſal. 29.
num in aula ſancta ejus, qui non invenitur per picturam ſtatutis locis, ſed per opera à mentibus piis;
quem non in loco, non in pictura, non tabulis Helias quærebat, ſed ubiq; eum præſentem ſciebat ei;
qui ſe inſtantia bonorum operum præſentem exhibuerat cum dicebat, *Vivit Dominus in cujus conſpe-* 3.Reg.17.
ctu ſto. In tabulis ergo Deũ, qui illocalis & omnipotens eſt, adorare velle, ſicut gentiles reges ſuos lo-
cales ſive mortales adorabant, profanum eſt, & incredulitati vicinum. Nullam enim hoc ſcelus feciſ-
ſe legimus gentem, niſi Babylonios & Romanos, vel eas gentes quæ ab his aut ſubactæ, aut finitimæ
fuere, aut ab his exempla ſumpſere: ut ſicut in ferocitate, ſive in fortitudine hæc duo regna cæteris
mundi regnis eminuiſſe noſcuntur, ita etiam in colendis idolis & adorandis proniora fuiſſe credãtur.
Fuit itaq; inter hæc duo fortiſſima regna magna concordantia, magna ſimilitudo, magna crudelitas,
magna etiam fortitudo, & revera fortitudo quæ cæteris mundi regnis ſuo tempore imperaverit. Nam
ut illud ab oriente, ita nimirum iſtud eminuit ab occidente: illud mundo pubeſcente, iſtud jam mun-
do ſeneſcente. Nam omnem, ut ajunt hiſtoriæ, Babylonii regni hæreditatem & apicis cumulum Ro-
manum ſuſcepit imperium. & inter hæc duo regna quaſi inter patrem ſenem, qui jam poſſe deficit, &
filium parvulum, qui necdum dominandi vires acceperit, duo regna vice tutoris Perſarum videlicet
ſive Macedonum fuiſſe traduntur: at dum hæres, id eſt, Romanum Imperium, adolevit, hoc quod tu-
toris locum tenebat abceſſit, & ſuſcepit hæreditatem filius adoleſcens quam pater amiſerat veteranus:
quorum duorum regnorum conſonantias ſive concordias perſequi longum eſt. Nam, ut cætera ta-
ceamus, in hac parte non minima eorundem regnorum conſonantia eſt, quod utraq; reges ſuos in ſta-
tuis ſive imaginibus per campos, ſive plateas adorare cenſuerint, & hæc facere nolentibus diverſa ſup-
plicia intulerint. Nam hoc malũ cum cæteris malis quæ Chriſti adventu fruſtrata ſunt, fruſtrari omni-
no debet, & non ſolum ab eo ad alia peragenda exempla ſunt ſumenda, ſed id ipſum à Chriſticolis ra-
dicitus eſt extirpandum: ne qua, ſecundum Apoſtolum, *radix amaritudinis rurſum pullulet & inqui-* Hebr. 1[illegible]
net multos. Nam cùm Apoſtolicis inſtruamur documentis, nullam nos dare debere occaſionem mali-
gno, quur talem gentilibus occaſionem demus mortalium regum imagines adorando, & ab his exem-
pla ſumendo? ut nobis ingerere poſſint dicentes, Nos eorũ ſimulachra vel imagines adoramus quos
vel vera religione Deos credimus, vel antiquorum traditionibus docti Deos non eſſe neſcimus: vos
vero quibus iſtud abominatio eſt, quur imagines hominum vel ceris pictas vel metallis conflatas ſub
regum reverentia etiam publica adoratione veneramini, & ut ipſi prædicatis, Deo tantum honorem
debitum etiam hominibus datis? quod ſi inlicitum legiq́; contrarium eſt, quur hoc facitis, Chriſtiani?
aut quur veſtri non prohibent ſacerdotes? ne id quod id ignorantibus nobis pro ſacrilegio adſcribitis,
ſcientes ſub officii excuſatione ſubeatis. Quæ dum & his ſimilia primis fidei temporibus à Philoſo-
phis gentium noſtris inlata fuiſſent, noſtri taliter reſpondiſſe feruntur; Hoc namq; quod dicitis, nec
debemus probare, nec poſſumus: quia evidentibus Dei dictis, non elementa, non angelos, nec quoſ-
libet cæli ac terræ vel aëris principatus adorare permittimur. Divini n. ſpeciale hoc nomen eſt officii,
& alius omni terrena veneratione vel reverentia, ſed ſicut in hujusmodi malum primum adolatio ho-
mines inpulit, ſic nunc ab errore cõſuetudo vix revocat. In quo tamen incauto obſequio quamquã di-
vinus non deprehendatur cultus, ſed propter ſimilitudinẽ amabilium vultuum gaudia intenta plus fa-
ciant, quam aut hi forte exigant quibus defertur, aut perfungi oporteat deferentes: reverentiores ta-
men

men & diſtrictiores hanc conſuetudinem perhorrent Chriſtiani, quibus taliter inlatis n... eos tunc regum imagines adorare cenſuiſſe, quamquam rudes adhuc & nec dum ſolidæ ad per... dum ſolidum cibum mentes hominum fuerint de gentilitate converſæ. Jam vero, quia dicunt exemplo imperialium imaginum imaginem Dei, vel ſanctæ Dei genitricis Mariæ, vel omnium ſanctorum adorari debere, quam ſit abſurdum quamve inutile in promptu eſt, etiam ſive in hoc capitulo, ſive in aliis ex parte monſtratum eſt. Nullus enim præter Deum omnipotentem omnium ſanctorum imagines, vel nomina habere vel retinere poteſt, dicente Propheta; *Nimis honorati ſunt amici tui, Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum: dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur.* Et Dominus Abrahæ dixerit, *Si poſſunt ſtellæ cæli numerari præ multitudine, ſemen quoq; tuum numerari poterit*: ſemen autem Abrahæ omnes credentes eſſe, omnibus manifeſtum eſt. Ipſe enim eſt pater gentium, in cujus ſemine, id eſt, in Chriſto, benedicentur omnes gentes: qui, ſecundum Apoſtolum, non ex circumciſione, ſed ex credulitate amicus Dei vocatus eſt: nec ei obſervatio legis, ſed credulitas fidei ad juſticiam reputata eſt.

Pſal. 139.
Gen. 15.

CAP. XVI.

Contra eos, qui dicunt quòd imaginis honor in primam formam tranſit.

USITATISSIMUM & oppido familiariſſimum illis, qui in adorandis imaginibus æſtuant, hoc eſt, ut credant & aſſerant imaginis honorem in eandem formam poſſe tranſire cujus imago eſt. Quod quidem quomodo fieri valeat, & utrum fieri valeat, nulla ratione percipitur, nec divinorum eloquiorum teſtimoniis adprobatur. Numquidnam ſancti, qui pro meritis ſuis cæleſtia regna conſcendere valuerunt, quorũ illi inofficioſo obſequio imagines adorare percenſent, ſuperſtitioſus aut ſupervacuos honores ambierunt? Numquid adorari ſe permiſerunt? quidam enim ex illis abjecti eſſe cupiebant, ut Domini gratiam mererentur: de quibus erat ille qui dicebat, *Elegi abjectus eſſe in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*: quidam verò flagellari potiùs quàm venerari maluerunt: teſtis eſt ille, qui dixit, *Ego autem non ſolum alligari, verumetiam mori pro Chriſto paratus ſum.* Non enim eos honorum appetitores, ſed ſpiritali vigore flagrantes & contra adverſa munitos atq; igne tribulationis decoctos & mundanis adverſitatibus fortiores effectos, doctor gentium fuiſſe commemorat: cum quoſdam ex illis dicit tentatos, ut Achiam: quoſdam lapidatos, ut Zachariam & Stephanum: quoſdam illorum ſectos, ut Eſaiam, qui per figuram ſyllepſis pluraliter ponitur: quoſdam in occiſione gladii mortuos, ſicut plures prophetarum fuiſſe noſcuntur: quoſdam circuiſſe in melotibus, in pellibus caprinis, ſicut Heliam & Johannem: quoſdam anguſtatos ſive egentes fuiſſe illisq; dignum non fuiſſe mundum, ſicut de penè omnibus ſanctis paſſim credendum eſt, commemorat, quibus exemplis monſtratur non eos honorum, ſed virtutum deſiderio æſtuaſſe. Nam ſi ambitione honorum dum mortaliter viverent, uterentur, non hodie in cæleſtibus tanta glo... fruerentur. dum ergo ſit illis à Domino honor perpetuus adtributus, non ſunt tranſitoriorum honorum indigui. Honor itaq; digne ſanctorum corporibus, reliquiis ſive baſilicis exhibitus, & omnipotenti Deo & ſanctis ejus manet acceptus: inconpetens vero & indecens, nec DEO, nec ſanctis ejus manet acceptus.

Psalm. 84.
Hebr. 11.

Hinc eſt quod beatus Joſeph poſt prophetiam oſſa ſua cum adjuratione filiis Iſrael ad terram repromiſſionis venturis ſecum deferenda percenſet: nedum Ægyptii memores eſſent illius, ſive adminiſtrationis qua in magna egeſtate Ægyptum gubernaverat, ejus oſſibus inutilem exhiberent venerationem: & qui erat in Dei creatoris devotione firmatus, & à vana ſuperſtitione Ægyptiorum omnino alienus, eo propenſius ſuam oſtenderet ſanctitatem, quo & vivens humiliter & recte Deo ſervierit, & poſt obitum cineribus ſuis inconpetens obſequium exhiberi recuſaverit. Cum ergo ſancti viri & deo per omnia accepti vana obſequia hominum devitaverint, ſicut Paulus & Barnabas Lycannum ſuperſtitioſa obſequia devitaſſe noſcuntur, & Petrus Cornelii devotam venerationem ſpreverit, angelus etiam in apocalypſi Johannem ne ſe adoraret prohibuerit, quis eos credat imaginum adoratione delectari? aut picturarum obſequiis demulceri? aut qualiter ad eos honor picturis exhibitus quæ nec de illorum corpore, ſeu veſtibus ſunt, ſed pro captu ingenii cujuſq; ab artificibus præparantur, poterit pervenire? Non enim deliniuntur pictorum operibus, qui cum Chriſto regnant in cæleſtibus, nec ambiunt ab opificibus in tabulis ſive in parietibus pingi, qui à Chriſto in libro vitæ meruerunt adſcribi. Dicant igitur quibus hoc tàm peculiare eſt dicere, quòd imaginis honor in primam formam tranſit: dicant ubi hoc legerint aut quibus valeant teſtimoniis adprobare. Dominus namq; & Salvator noſter non ait, Quamdiu feciſtis imaginibus, ſed, *Quamdiu feciſtis uni de minimis iſtis, mihi feciſtis*: nec ait, Qui imagines, ſed, *Qui vos recipit me recipit*: nec Apoſtolus ait, Diligamus imagines, ſed, *Diligamus nos invicem: quia charitas ex Deo eſt*: nec imaginum onera, ſed noſtra alterutrum mutuo vehenda percenſuit dicens, *Alter alterius onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Nam cum imagines plerumque ſecundum ingenium artificum fiant, ut modo ſint formoſæ, modo deformes, nonnunquam pulchræ, aliquando etiam fœdæ, quædam illis quorum ſunt ſimillimæ, quædam vero diſſimiles, quædam novitate fulgentes, quædam etiam vetuſtate fateſcentes, quærendum eſt quæ earum ſint honorabiliores, utrum eæ quæ precioſiores, an eæ quę viliores eſſe noſcuntur: quoniam ſi precioſiores plus habent honoris, operis in eis cauſa vel materiarum qualitas habet venerationem, non fervor devotionis: ſi vero viliores eæ quæ minus ſimiles ſunt illorum quibus aptari parantur, inju

Matth. 25.
Matth. 10.
Rom. 13. &
1. Pet. 1.
Gal. 6.

ſtum

[illegible] opere, nec materia præcellunt, nec perſonis ſimiles eſſe noſcuntur, auctius [illegible] Nam dum nos nihil in imaginibus ſpernamus præter adorationem, quippe [illegible] imagines non ad adorandum, ſed ad memoriam rerum geſtarum & venu[illegible] parietum [illegible] permittimus: illi vero pene omnium ſuæ credulitatis ſpem in imaginibus [illegible]nlocent, reſtat ut nos ſanctos in eorum corporibus vel potius reliquiis corporum, ſeu etiam veſti[illegible] veneremur, juxta antiquorum patrum traditionem: illi vero parietes & tabulas adorantes in [illegible] ſe arbitrentur magnum fidei habere emolumentum, eo quòd operibus ſint ſubjecti pictorum. Nā [illegible] doctis quibu[illegible]q; vitari poſſit hoc quod illi in adorandis imaginibus exercent, qui videlicet non qui ſint, ſed quid [illegible]nnuant venerantur, indoctis tamen quibusq; ſcandalum generant, qui nihil aliud in his præter id quod vident venerantur & adorant. Unde cavendum eſt ne Evangelicam ſententiam ſubeant, qui tot puſillos ad ſcandalizandum inpellunt, quoniam ſi is, qui unum de puſillis ſcandalizaverit, formidoloſiſſimæ ſententiæ ſubjacet, multo magis exitiabili ille ferietur ſeveritate, qui pene omnem Chriſti eccleſiam aut ad imagines adorandas inpellit, aut imaginum adorationem ſpernentes anathemati ſubmittit. Quod utrumq; cum magna cautela vitare neceſſarium eſt, nedum in utramlibet partem plus ſe quis quam ordo expoſcit, inpegerit, jacturam ſuæ ſalutis evitare non poſſit.

CAP. XVII.

Quod infauſte & præcipitanter ſive inſipienter Conſtantinus Conſtantiæ Cypri Epiſcopus dixit, Suſcipio & amplector honorabiliter ſanctas & venerandas imagines ſecundum ſervitium adorationis, quod conſubſtantiali & vivificatrici trinitati emitto, & qui ſic non ſentiunt neq; glorificant, à ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſegrego, & anathemati ſubmitto, & parti qui abnegaverunt incarnatam & ſalvabilem diſpenſationem Chriſti veri Dei noſtri emitto.

QUAM præcipitanter, & ut ita dixerim, inſipienter Conſtantinus Conſtantiæ Cypri Epiſcopus cæteris conſentientibus ſe ſuſcepturum & amplexurum honorabiliter imagines dixerit, & ſervitium adorationis quod conſubſtantiali & vivificatrici trinitati debetur, ei ſi redditurum garrierit, non eſt plurimum noſtra diſputatione diſcutiendum: quoniam omnibus qui hoc vel legunt vel audiunt liquido patet, illum non modici erroris voraginibus immerſum: quippe qui ſervitium ſoli debitum creatori exhibere ſe fatetur creaturis, & dum cupit favere picturis reluctatur cunctis ſacris Scripturis. Quis ergo unquam ſani capitis talem abſurditatem, vel dixerit, vel dicenti conſenſerit, ut in tanto honore habeatur picturarum varietas, quanto ſancta, vivificatrix & omnium creatrix trinitas? & tale inpendatur ſervitium picturæ, quale exhibetur Domino totius creaturæ? aut quis illum talia nauſeantem potiùs quàm loquentem audire pateretur? aut quæ aures tanti facinoris noxam non abdicare potius quam percipere niterentur? quoniam quidem perverſum eſt, ut quibuslibet rebus inſenſatis tale inpendatur ſervitium adorationis, quale Deo omnipotenti cui non eſt ſimilis, cui per Salomonem dicitur, *Domine non eſt tibi ſimilis in cælo ſurſum nec in terra deorſum.* Cum qua ergo fronte, ut de cæteris taceam, hoc unum comma divinæ legis, audit, *Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies*, qui hoc ſpreto non ſolum creaturis ſervit, ſed earum ſervitium ſervitio Deo debito æquiparare contendit? Stet namq; Epiſcopus in Eccleſia & legat, *Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies*, & mox ut in conventu ſederit dicat, *ſuſcipio & amplector honorabiliter ſanctas & venerandas imagines, & illis ſervitiū adorationis quod cōſubſtantiali & vivificatrici trinitati debetur impendo*, ſicq; ſe in divinis verbis inſtabilem, ſe aliud ore profitentem, aliud corde credentem, aliud divinis paginis legentem, aliud in antro pectoris ſui tenentem, & divinis verbis obnitentem, & ſuas nugas dominicis præceptis præferentem demonſtret. Nam cum ſibi ſuisq; dinoſcatur in ſua perverſa profeſſione obeſſe, nobis è contrario, qui illorum nugis reniti cupimus, dinoſcitur prodeſſe: eum videlicet errorem detegit infauſtum, quem illi videntur plebibus ingerere palliatum. Ajunt enim, *Non adoramus imagines ut Deum, nec illis divini ſervitii cultum impendimus, ſed dum illas aſpicimus & adoramus, illo mentis noſtræ acumen deſignamus, ubi eos quorum illæ ſunt, eſſe non ignoramus:* at contrà iſte illorum detegens [illegible]rorem & ſuam pandens abſq; ulla obumbratione cogitationem, fatetur ſe quale ſanctæ Trinitat[illegible]e illis exhibere ſervitium, talemq; adorationem, ſicque abſurditatem quam illi introrſus reticent [illegible]atenter, hanc iſte egerit patenter. Nec latere quempiam poteſt illorum ignavia, cum hanc pandat hujusce profeſſionis ſententia. Quia ergo omnes, qui ſuo errore diſſentiunt à ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſegregare & anathemati ſubmittere, & illis qui Domini JESU CHRISTI incarnationem ſaluriferam credere recuſaverunt, admittere nititur, quantæ ſit fatuitatis cunctis legentibus liquet agnoſcere: quippe qui ſuæ ignaviæ demerſus baratro, dum cæteros ad ſe ſecum talia paſſuros protrahit, ſi quos tanti periculi voraginem vitare conſpicit, eos conviciis, & contumelioſis affatibus objurgare contendit. Nam quæ inſania, vel quæ amentia eſt, ideo CHRISTI plebem ab Eccleſiæ matris uberibus conari convellere, eo quod ſervitium ſoli DEO debitum rebus ſenſu carentibus obnititur exhibere? aut quæ perverſitas eſt æquales judicare illos, qui mediatoris DEI & hominum CHRISTI JESU vivificatricem incarnationem obſtina-

2 Paral. 6.
Deut. 6.

obſtin[illegible]edere recuſant, il[illegible] qui ſpreto ſecundum divinæ legis imperium [illegible] m[illegible] ſervi[illegible] ſoli Deo cui omnia famulantur, ſervi[illegible]e deſiderant. aliu[illegible] ſt enim m[illegible] nem non credere, aliud ſoli Deo v[illegible]lle ſervire: aliud eſt ſ[illegible]lutem mundi ſpernere, aliud [illegible] rationem contemnere: aliud eſt ſalutiferis monitis refragari, aliud vanis & ſuperſtitio[illegible] [illegible]niti. Ideinnamq; Dominus & Salvator cum & per paginam veteris Teſtamenti imagi[illegible] inhibuerit, & per corporalem præſentiam imaginem Cæſaris Cæſari potius reddendam [illegible]
Joan. 6. randam cenſuerit, talia in ſe credendi præcepra contulit dicens, *Qui credit in me, habet vitam* [illegible]
Joan. 10. *nam.* Et iterum, *Ego ſum oſtium & vita, ſi quis per me introierit ſalvabitur, & ingredietur & regredie[illegible]*
Joan. 3 *& paſcua inveniet.* & iterum, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum* Veritas hoc dicit, ſalus mundi hoc teſtatur, redemptor generis humani hoc profatur: & quis tam hebes tamq; ſegnis parem illum judicet, qui his tam authenticis monitis contradicit, illi qui contemptis divinis eloquiis res ſine ſenſu adorare contemnit? Eſto, imagines adorare virtus & bonum opus eſt nunquidnam fidei æquari poteſt? cum tamen cunctis bonis operibus inſiſtendum ſit. Nullum opus bonum ad perfectam ſalutem quemquam adducere valet, niſi fidei fundamento ſuperponatur & ejus munimine fulciatur. Abraham denique non ex operibus, ſed ex fide juſtificatus eſt: Moyſes fide grandis factus eſt: Sancti per fidem vicerunt regna, & ſancti omnes juxta fidem defuncti
Pſalm. 32. ſunt. & Propheta dicit, *Omnia opera ejus in fide.* & Dominus in Evangelio, *Fides tua te,* inquit, *ſalvum*
Marc 10. *fecit.* item, idem, *Amen dico vobis, ſi habueritis fidem & non hæſitaveritis, non ſolum de ficulnea facietis*
Matth. 21. *ſed & ſi huic monti dixeritis, Tolle & jacta te in mare, fiet: & omnia quæcumq; petieritis in oratione credentes accipietis.* Unde datur intellegi cæteris virtutibus fidem præeminere: & quamquam ei ſpes & charitas connectantur, tamen per fidem ad eas pervenitur: nec pari damnatione judicandus eſt, qui in cæteris operibus, quam qui in fide delinquit: quoniam quidem cum nullus abſq; fide imagines adorando ſalvari poſſit, innumerabiles in cœleſti patria ſunt legiones, quæ ſive per martyria, ſive per innocentiam, ſive per ſolitudinum converſationes, cum imagines penitus nec habuerint, nec adoraverint, per fidei tamen obſervantiam cœlicolis cœtibus ſocietati perpetuis gaudiis perfruuntur.

CAP. XVIII.

Quod Eutimius Sardenſis Epiſcopus à præfati Conſtantini errore, non multum diſſentit in eo quod ait, Ex toto corde ſuſcipio venerandas imagines cum condecenti honore & amplectibili adoratione. Illos enim qui aliter aut contrarie ſentiunt, aut dogmatizant contra ſanctas imagines alienos Catholicæ Eccleſiæ deputans & prædico & hæreticos adnuntio.

CUM Eutimius Sardenſis Epiſcopus Conſtantino Conſtantiæ Cypri Epiſcopo pene par ſit in confeſſione, non eſt ambiguum parem eos habere fidem paremq; adepturos retributionem, niſi emendatio in utro illorum præceſſerit. Ex toto enim corde uterq; ſe confitetur ſuſcipere imagines cum ſummo honore, & amplectibili adoratione. O demens Epiſcoporum confeſſio! ô inſipi[illegible] præſulum prædicatio! Eccleſia Catholica voce præſulum incarnationis Chriſti myſterium ſe
Eccleſia. ſuſcepiſſe congratulans Domino dicit, *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui* & iſti dicunt, *Suſcipimus & adoramus imagines.* Caterva credentium Chriſtum, qui eſt pax noſtra, qui f[illegible]it
Eccleſia. utraq; unum, Apoſtolos ſive Apoſtolicos viros ſuſcipere precatur dicens, *Suſcipiant montes pacem popu[illegible]* & iſti dicunt, *Suſcepimus imagines adoratione amplectibili.* Cum ergo iſti pene omnem auxilii ſui ſpem in imaginibus defigant, non mediocriter à ſancta & univerſali diſſentiunt eccleſia, quæ ſpem auxilii ſui non in picturæ fucis, non in manufactis artificum operibus, ſed in Deo omniũ creatore defigit, quæ habet adjutores Apoſtolos & Apoſtolicos viros, qui pro ea cotidie Dominum interpellant, & ſuſceptum dono ſancti Spiritus de ſupernis ſedibus imbrem ſanctæ prædicationis, utpote altiora in Eccleſia loca fidelibus plebibus ſive rectoribus diffundunt, ſecundum Johel vaticinium
Joel. 3. dicentis, *Et erit in illa die, diſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac:* quod etiam his verbis Ezechiel intonat dicens, *Veſtri autem montes Iſrahel facient uvam, & fructum veſtrum quem vos manducabitis populus meus.* Quæ uva, & qui fructus, quamquam Chriſtus Dominus intelligatur, qui de montibus Iſrahel proceſſit, à Patriarchis videlicet hominem aſſumens, poteſt etiam dulcedo prædicationis veteri & novo Teſtamento conpaginata intelligi, quæ diffunditur per humilium fidelium mentes, & incredulorum corda ad credendum & ad fructum afferendum mollificat, & rectorum ſenſus æternæ ſpei retributione lætificat, eoſque juſtitia indui & cum ſubjectis plebibus Deo hymnum ca-
Pſalm 65. nere exhortatur, impleturque illud Propheticum, *Campi tui replebuntur ubertate, pinguescent [illegible]nes deſerti & exultatione colles accingentur: induti ſunt arietes ovium & convalles abundabunt*
Pſalm. 121. *frumento. etenim clamabunt, & hymnum dicent.* Levat enim oculos ſuos ad eos, cum dici[illegible], *Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi.* Non enim ait, Levavi oculos meos ad
Pſalm. 87. res inſenſatas, ut ab his adjutorium adipiſceret, ſed, *Levavi oculos meos ad montes*, ad eos [illegible] deli[illegible]et montes ſuper quos Eccleſia Chriſti fundata eſt, dicente Propheta, *Fundamenta ejus in montibus ſanct[illegible]* qui etiam videntes liberari populum Dei à ſervitute Ægyptia, & ad terram repromiſſionis conſcendere, id eſt, mundi hujus ærumnoſam ſervitutem, fideles quoſque ſperne[illegible]

ad æte[illegible]

ad æternam patriam convolare exultant, dicente eodem ſanctiſſimo Prophetarum, *Montes exultaverunt ut arietes, & colles ſicut agni ovium.* Pſal. 114 Quisquis ergo ad hos montes ſpreta cum cæteris vanitatibus creaturarum adoratione, ſoli Deo ſervitium exhibens, mentis oculos ſomno infidelitatis depulſo, levat, cùm aeriæ poteſtates ſive earum ſequaces ſuperbi quique ad exitiabiles Erebi denſitates deſcenderint, non timebit, & cum cæteris hujuscemodi hominibus cum ſumma jubilatione cantabit; *Propterea non timebimus dum conturbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ejus, conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.* Pſal. 46. Quia igitur antiquus hoſtis, cujus ſatellites in ſacris literis plerumque *montium* nomine deſignantur, illocum indubitanter montium, malignorum videlicet ſpirituum, de quibus per Naum Prophetam dicitur, *Montes commoti ſunt ab illo, & colles tremuerunt:* Naum. 1 & de quibus Apoſtolus dicit, *Si habuero omnem fidem, ita, ut montes transferam.* 1. Cor. 13. omnium malorum ſuaſor, & è contrario omnium bonorum diſſuaſor, idcirco hominibus perſuaſit creaturas colere, ut eos à creatore averteret, illius perſuaſionibus peſſimis actum eſt, ut creaturarum adoratio inoleſceret, quæ ſub prætextu quodammodo religionis & reverentiæ ſanctorum, magnum in his locum tenet, qui imagines ſe ex toto corde ſuſcipere & adorare fatentur. Nam dum amborum error pene par, ut præfati ſumus, ſit, in eo namque quodam modo diſpar eſſe dinoſcitur, quod Conſtantinus eos, qui ſervitium ſoli Deo debitum creaturis inpendere recuſant, infideles & incredulos judicat; Eutimius verò non eos ut incredulos, ſed ut hæreticos damnat, qui tamen ſunt, ut ait Sedulius de quibusdam,

Ambo errore pares quamquam diverſa ſequentes,

Qui videlicet ob unius erroris inſaniam ſanctam Catholicam partim incredulam, partim hæreticam mentiuntur Eccleſiam. Nam ſi nos omnes generaliter Chriſtiani, qui ſpretis creaturarum culturis ſervitium ſoli Deo debitum illi ſoli inpendere cupimus, cui merito ſoli debetur, ideo hæretici, quia imaginibus non ſervimus, ab iſtis judicamur, illi proculdubio, ſive ante adventum redemptoris, ſive poſt adventum, qui creaturis inſerviebant, omnino Catholici judicabuntur: & ſi illi increduli, & cetera increduli, quia pro creatore creaturas colebant, modis omnibus judicantur, nos qui uni & ſoli Deo ſpretis vanitatibus ſervimus, & ejus ſanctis conſequens, & congruum obſequium inpertimus, Catholici & fideles habebimur & judicabimur.

CAP. XIX.

Inutile & dementia prolatum & riſu dignum dictum Agapii Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi reprehenditur in eo, quod dixit, Scriptum eſt in noſtris divinis Scripturis.

ET plerumque inperitia ſons eſt, & inſons: ſed inperitia ſons crebro ut officiat laborat, inperitia verò inſons officere nulli affectat, ſed dum utrumque genus non ſit peccato ſubjectum, utrumque tamen eſt reprehenſioni obnoxium: quoniam inperitia ſons & peccato ſubjacet, utpote quæ probroſa officiendi inpellitur voluntate, & reprehenſioni, ſive quia peccatum non caret reprehenſione, ſive quia quod vel profatur vel operatur, & inſipienter id facit & inerudité: inperitia verò inſons etſi in eo peccato careat, eo quòd neminem lædit, reprehenſione tamen non caret, quia omne in ʹtum ineruditum eſt, & omne ineruditum reprehenſioni ſuccumbit: ac per hoc ridiculoſiſſin dictum Agapii Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi, quod dixit, *Scriptum eſt in noſtris divinis Scripturis:* aut eidem reprehenſioni, quæ peccato obnoxia eſt, aut eidem, quæ inperitiæ ſubjacet, cedere conprobatur: quoniam aut eo peccato obnoxia eſt, quod quo pacto principes eorum dum ſint homines, cæteris mortalitate non diſſimiles, Deum ſibi conregnare dicunt, & ſe *divos* ſuaque geſta vel dicta *divalia* nuncupant, eo nimirum pacto *ſuas Scripturas divinas* nuncupant: aut in eo reprehenſioni ſuccumbit, quòd eloquentiæ inſciu , loquendi venuſtatis ignarus dum dicere debuerat, in noſtris codicibus divinas Scripturas continentibus, aut aliquid hujuscemodi, id è contrario inconpoſité & ridiculoſè dixiſſe fertur, *in noſtris divinis Scripturis:* quod quidem, ſicut præfati ſumus, arrogantiæ faſtu, quo & Deum ſibi conregnare, & ſe divos nuncupare præſumunt, protuliſſe creduntur, inſania eſt: ſi verò aliud dicere cupientes, aliud dixere, nec tanta in eis acuminis vis eſt, ut quæ corde concipiunt, vix certis ac propriis verbis ſignificare queant, ignavia eſt: ac per hoc in utramvis partem per devia aut ſuperbia feruntur elati, aut ignorantiæ caliginoſis retinaculis creduntur addicti. Quis ergo unquam ſani capitis tale quid dixerit? quis ſanæ mentis tale quid protulerit? quæ vecordia, quæve ſit amentia hominem mortalem, paſſionibus ſubjacentem dicere? *Scriptum eſt in noſtris divinis Scripturis.* Si ergo *noſtris*, quomodo *divinis?* & ſi *divinis*, quomodo *noſtris?* ab homine ergo derivatur *humanus*, à Deo derivatur *divinus*. Noſtræ etenim Scripturæ humanæ ſunt, Dei Scripturæ divinæ ſunt: de codicibus tamen ſanctæ legis dicere nos ratio permittit, *noſtri codices*, de Scripturis verò divinis non aliter niſi divinas Scripturas rectè & convenienter ſecundum rationem dicere valemus. Eſto, hoc dictum rationabiliter ſtare poterat, cùm tamen non poſſit, quo nec de jactantiæ fonte ſcaturiſſe noſceretur, nec de inperitiæ barathro manaſſe crederetur: in eo denique reprehendi modis omnibus poterat, quod cùm ſit inutile inutiliter ad rem inutilem, ad imaginum videlicet adorationem adſtruendam, prolatum fuiſſe monſtratur. Nec refragari ei poteſt quodam modo ſimplicitas, quæ plerumque rectis quibusque inhærere ſolet: cùm id non pura, non recta, ſed perverſa voluntate prolatum eſſe conſtet. Si enim ex ruſticitate ſancta, quæ ſibi ſolum interdum proficit, ſimpliciter & innocuè, & non ad aliquid inlici-

tum adſerendum proceſſiſſe dignoſceretur, à Deo, qui ſcrutator cordis & renum eſt, qui plerumque voluntatem potius, quàm actus conſiderat, ei proculdubio ignoſceretur. Sicut enim mala voluntas etſi non aliquid mali opere perpetret, tamen pro actu plerumq; tenetur: ita nimirum bona voluntas pro bono opere ſemper accipitur. Quod ut exemplis inluſtremus, & Balaam mala voluntas, quæ populum Dei maledicere cupiebat, quamquam ad id, quod deſideraverat non pervenerit, à culpa non fuit indemnis, & David bona voluntas, quæ templum Domino ædificare cupiebat, quamquam opere non fuerit expleta, divinis tamen eſt conlaudata oraculis.

CAP. XX.

De eo, quod Johannes presbyter Theodoſio Abbate monaſterii ſancti Andreæ recitante verba Johannis Chryſoſtomi, & dicente, Vidi angelum in imagine perſequentem barbarorum multitudinem, *dixit,* Quis eſt iſte angelus, niſi de quo ſcriptum eſt? Quoniã angelus Domini percuſſit centum octuaginta quinq; milia Aſſyriorum in una nocte in circuitu Hieruſalem exercitantium.

DIXISSE Johannem Chryſoſtomum Theodoſius Abbas monaſterii ſanctæ Andreæ in ſæpe memorata vaniſſima ſynodo, quæ pro adorandis imaginibus geſta eſt, refert, *Vidi angelum in imagine perſequentem multitudinem barbarorum.* Nam dum hi, qui in eadem ſynodo fuiſſe memorantur, Patriarcharum, Prophetarum cæterorumque ſanctorum & inluſtrium virorum verba ob imaginum adorationem ſtabiliendam perturbare nitantur, eos denique Patriarchas quædam egiſſe, quæ non egerint, mentiantur, non eſt mirandum, ſi etiam Johannem Chryſoſtomum talia dixiſſe criminentur. Numquid enim præfatus vir tam eloquens tamque eruditus diceret, *Vidi angelum in imagine perſequentem barbarorum multitudinem*, cùm ſciret angelorum immortalem naturam nequaquam, ut ab hominibus videatur picturarum eſſe indiguam. Sunt enim natura Spiritus, officio angeli, qui ut ab hominibus videri poſſint, corpora ex luciduſſimo æthere, nec ex pictorum opificiis adſumere creduntur. unde non eſt credendum, ut à Johanne viro eloquentiſſimo tale dictum ſit prolatum, quod nec verbis ſit expolitum, nec ſenſu lucidum, nec ulla ratione ſubnixum. Eſt enim in eo vitium, quod Grammatici amphibolian, id eſt, ambiguitatem dictionis nuncupant: quia dum dicitur, *Vidi angelum in imagine perſequentem barbarorum aciem*, non evidenter eluceſcit, utrum angelum in imagine viderit, qui alibi perſequeretur barbarorum multitudinem, an angelum alibi viſum fuiſſe & in imagine barbarorum perſequi multitudinem: quod quidem dictum etſi hoc vitio careret, aliis quoque indiciis tanti viri non eſſe adpareret, qui dum ejusdem non fuerit ætatis, ridiculoſiſſimum ac potius falliſſimum eſſet eum dicere, *Vidi angelum barbaros perſequentem*, qui ni fallor, vidiſſe ſe in pictura eandem hiſtoriam ab artifice depictam, qua angelus barbarorum pridem cuneos proſtraverat, proſequutus ſit. Multi etenim diſerti & eloquentiſſimi viri in ſuarum diſputationum vaſtiſſimis campis, prout ordo & ratio dictat, ſicut & cæterarum rerum, picturarum etiam & imaginum faciunt mentionem. Quod dum illi, qui illarum adorandarum æſtu uruntur legentes repererint, totum pervertere ad earum conantur adorationem: ut videlicet inde contra nos, qui Domino annuente veri ſumus adoratores in ſpiritu & veritate patrem adorantes, ſuam inermem armatam efficere affectent aſſertionem, quod ab eloquentiſſimis viris quandam imaginum factam fuiſſe reperiant mentionem, quaſi de omnibus, quorum mentio in tractatibus ſit, continuo præcepta dentur. Johannes igitur presbyter, cui dum præfatus Theodoſius Abbas Johannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum dixiſſe mentiretur, *Vidi angelum in imagine perſequentem barbarorum multitudinem*, protinus ſubjunxiſſe fertur & dixiſſe, *Quis eſt iſte angelus, niſi de quo ſcriptum eſt? Quoniam angelus Domini percuſſit centum octuaginta quinq; milia Aſſyriorum in una nocte in circuitu Hieruſalem exercitantium.* jam in pluribus illius vanæ lectionis locis, quæ ex hoc negocio ab illis digeſta eſt, plura notabiliter & incautè locutus fuiſſe deprehenditur. Pene omnibus enim ibi incautius loquutus fuiſſe notatur, & quanto velocior in ſermonibus, tanto nimirum ſegnior adprobatur in ſenſibus, dicente Salomone; *Si videris virum velocem in verbis ſuis, ſcito quia ſpem habet inſipiens magis, quam ille.*
Prov. 29.
Nam dum de pictura dixiſſe referatur, *Quis eſt iſte angelus, niſi de quo ſcriptum eſt? Quoniam angelus Domini percuſſit CLXXXV. milia Aſſyriorum*, & cætera, quàm fuerit incautus, quamque delirus apparuerit, cum non Aſſyrios ille angelus percuſſerit pictus, ſed ille, qui ad hoc explendum fuerit miſſus. Quod vero ait, *In circuitu Hieruſalem exercitantium*, tamquam ita ſcriptum habeatur, & in hoc ſicut & in cæteris ineruditus eſſe detegitur: quoniam nuſquam hoc ordine verborum ſcriptum eſſe reperitur. quamquam enim Sennacherib rex Aſſyriorum pene omnes civitates Juda munitas cepe-
4. Reg. 18. rit, dicente Scriptura, *Et factum eſt in quartodecimo anno regni Ezechiæ aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ſuper omnes civitates Juda munitas, & cepit eas*, nequaquam tamen ad Hieruſalem pervenit, nec in circuitu urbis machinis murum feriturus caſtra poſuit, ſed de Lachis Rabſacen ad Hieruſalem miſit, qui ſtetiſſe legitur in aquæ ductu piſcinæ ſuperioris, in via Agri fullonis: quod iisdem verbis liber verborum dierum, qui Hebraicè דברי הימים, Græcè παραλειπομένων dicitur, qui eſt Chro-
a. Paral. 32. nicon divinæ legis, teſtatur: *Miſit Sennacherib rex Aſſyriorum ſervos ſuos Hieruſalem. Ipſe enim cum univerſo exercitu obſidebat Lachis.* Nam id, quod præfatus Johannes more ſuo uſurpaſſe dignoſcitur,

tam

tamquam [illegible] ripcu[illegible], *In circuitu Hieruſalem exercituantium*, in nullo ſanctæ legis a[illegible]tico-rum codicum invenitur. Quod ut lucidius comprobetur, ipſa ſanctæ legi[s] verba, prout in codicibus habentur, per ordinem ponenda ſunt. Ita enim in libro Regum legitur; *Factum eſt igitur in nocte il-* 4. Reg. 19. *la, venit angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum CLXXXV. millia: cumq; diluculo ſurrexiſ-ſet vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abiit, & reverſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & manſit in Ninive.* Liber quoque ſanctiſſimi ac diſertiſſimi vatis Eſaiæ hoc modo hanc texit hiſtoriam; *Egreſſus eſt autem angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum CLXXXV. milia, & ſurrexerunt* Eſ. 37. *mane, & ecce omnia cadavera mortuorum, & egreſſus eſt, & abiit, & reverſus eſt Sennacherib*, & cæ-tera. Liber quoque verborum dierum, qui cùm ſit, ut præfati ſumus, totius divinæ legis chronicon, hiſtorias tamen regum è latere libri Regum, quæ in eo prætermiſſæ ſunt, enucleatim ediſſerit, hoc modo hanc narrat hiſtoriam; *Et miſit Dominus angelum, qui percuſſit omnem virum robuſtum & bel-* 2. Par. 32. *latorem & principem exercitus regis Aſſyriorum, reverſusq; eſt cum ignominia in terram ſuam*. In qui-bus exemplis, hoc quod à Johanne uſurpatum eſt, minimè invenitur.

CAP. XXI.

Quòd nulla auctoritate vigeat, neq; in ullo authenticorum librorum reperiatur, quod illi dicunt, per imaginem cujusdam Polemonis quendam ab adulterii perpetratione coercitum fuiſſe: quod quidem æquare nituntur miraculo, quod fimbria dominica veſtis actum eſt, quam mulier contingens exoptatam recepit ſanitatem.

INTER cætera, quæ ob ſuum errorem adſtruendum deliramenta in ejusdem vaniſſimæ ſynodi le-ctione conglomeraſſe deteguntur, hoc illis eſt familiariſſimum, quod per imaginem cujusdam Po-lemonis quendam adſeverant ab adulterii perpetratione coercitum, quòd quidem geſtum, ſi ta-men geſtum eſſe credatur, quamquam in nullo vel V. vel N. Teſtamenti authenticorum codicum ſit repertum, nec ab ullo eorum doctorum, qui à ſancta Romana Catholica & Apoſtolica Eccleſia reci-piuntur, ſit prolatum, tamen id & ad ſuum errorem fulciendum, quaſi quoddam probatiſſimum mi-raculum, proferunt: & miraculo quod dominicæ veſtis fimbria geſtum eſt, æquiparare non metuunt. Quod quidem ſi, ut illi adſeverant, geſtum eſt, ſalutaribus dominicis geſtis, nec debet, nec poteſt co-æquari: quoniam quanta eſt diſtantia inter neſcio quem Polemonem, & Dei & hominum mediato-rem, tanta nimirum diſtantia eſt inter geſta præfati Polemonis ejusq; imaginis & ſanctiſſima miracu-la Domini Salvatoris: nec poſſunt ſimiles actus habere, qui nimium nimiumq; ſunt diſſimiles in vir-tute. *Quis in nubibus*, inquit Propheta, *æquabitur Domino? aut quis ſimilis erit Deo inter filios Dei?* Pſal 89. de eo etiam dicitur in Canticis Canticorum. *Caput ejus aurum optimum*. quoniam ſicut auro nul- Cant. 5. lius poteſt metalli coæquari natura, ita creatori omnium, qui caput utique Chriſti eſt, nulla poteſt coæquari creatura: de quo etiam in eisdem Canticis Canticorum ab ſponſa dicitur; *Sicut malum* Cant. 2. *inter ligna ſylvarum, ſic dilectus meus inter filios:* quoniam ſicut malum cùm ſit pulchrum aſpectu, odoreq; ſuaviſſimum præeminet lignis ſylvarum, ita nimirum redemptor noſter, qui eſt odor vitæ in vitam, quem quotidie Eccleſia in odore ſequitur unguentorum, cunctis præeminet cœtibus ſancto-rum: qui idcirco filiorum nomine cenſentur, quia non mundo cui nati ſunt, ſed Chriſto cui renati ſunt, adhęrere noſcuntur. In Apocalypſi quoq; viginti quatuor ſeniores coronas ſuas ante agnum pro-jeciſſe leguntur, quia videl. omnes ſanctorum virtutes cunctæq; illorum victoriæ, quibus ipſo opitu-lante claruerunt, ejus virtutibus & victoriæ conparatæ minores eſſe cernuntur: quoniam & rivulus à perenni fonte derivatus minor eſſe perhibetur eidem fonti conparatus, & vilis pampinus vitis vivaci-bus radicibus vel etiam fructiferis palmitibus vilior omnino creditur conparatus. Eſto, factum eſt, & credi poſſit, ut virtus Polemonicæ imaginis ab adulterii ſcelere quendam conpeſceret, num ideo omnes imagines adorandæ ſunt? numquid quia pecualis animantis lingua rudis humanas loquelas profundens arioli cujusdā perverſam intentionem, qua benedictum populum maledicere nitebatur, conpeſcuit, angelicosq; terrificos ictus inrationale animal rationali homini vitare conceſſit, ideo a-nimalia ſunt pecualia adoranda? aut quia atrocium ferarum vulnifica ferocitate puerilis turba virum Dei vanis inſultationibus laceſcens eſt proſtrata, ideo eſt urſorum rabies adoranda? plerumque et-enim caſuali eventu res quodammodo accidentes noxiarum rerum perpetrationem quibusque per-petrare cupientibus inhibent, ſed non ideo easdem res, per quas hæc fiunt, adorare ratio permittit. Si ergo hoc, quod de Polemone & imagine ejus dicunt, cujus adminiculo ſuum errorem fulcire cu-piunt, in veritate geſtum eſt, ideo imagines adorandæ non ſunt, quia ſecundum exempla, quæ brevi-ter præmiſimus, non omnes res, quibus quædam utilia mortalibus inferuntur adorandæ ſunt: ſi ve-ro in veritate geſtum non eſt, ut & nos arbitramur, nec illi plene rationabili auctoritate proferunt, qui nullis hoc in veritate geſtum authenticis adprobant indiciis, nec ideo vaniſſima ſenſu carentium rerum eſt adoratio ſtabilienda, quia mendaciis nec mendaciorum exemplis res, quæ rationabiliter & in veritate fieri debet, nuſquam legitur eſſe ſtatuta: quoniam ſicut veritas numquam mendaciis ad-ſentiri dinoſcitur, ita nimirum mendacia veritati ſemper refragari creduntur: quæ duo ita ſibi è diver-ſo venientia cernuntur opponi, ut ſibi mutuo ſemper credantur reniti. Sicut ergo ignis fomitem nemo poteſt aquarum fluentis nutrire, vel è contrario aquarum fluenta nemo poteſt igneis fomitibus

 augere,

augere, ita etiam nemo poteſt veritatem, ut illi facere adpetunt, mendaciis conprobare. Decuſſis [...]tur breviter & ex parte probatis, quod peſtum imaginis Polemonis, ſi tamen, ut illi faſſi ſunt, ge[...]eſt, geſto dominicæ fimbriæ coæquari nec debet nec valet, ſive, quòd prorſus ambigitur, utrum ge[...]ſtum ſit, quod illi geſtum fuiſſe dicunt, an non, ſive quod etiam ſi geſtum fuerit, non idcirco imagi[...]num adoratio adſtrui valebit, nec non & id, quod mendaciis adprobari ſeu conſtitui veritas nequeat, nunc operæ precium eſt, ut quid fimbria dominicæ veſtis, quam illi imagini Polemonis coæquare contendunt, typicis innuerit archanisq; myſteriis, breviter exequamur. Fimbria namque dominicæ veſtis fides eſt incarnationis, cujus adtactu gentilitas ægritudinem amiſit idololatricæ fœditatis. Sicut enim fimbria ad conparationem corporis ſive totius indumenti pars minima eſt, ita nimirum incar-natio redemptoris divinæ & ineffabili generationi, qua à patre ante ſecula genitus eſt, conparata, mi-
Eſ. 53. nima eſſe videtur: de qua generatione per Eſaiam dicitur, *Generationem ejus, quis enarrabit?* ubi
Matth. 1. ſubauditur, nullus. humanam autem ejus generationem ita Evangeliſta enarrat, *Liber generationis Jeſu Chriſti, filii David.* Mulier ergo poſt tergum fimbriam dominicæ veſtis adtingens exoptatam ſanitatem, quam medicorum induſtria longa per tempora negaverat, recepit, quia poſt paſſionem & reſurrectionem ſive in cœlum aſcenſionem Domini gentilitas credulitatis ſanitatem, quam nec Patriarcharum, nec Prophetarum ei prædicatio quiverat inpertire, dominicæ veſtis fimbriam tangendo, incarnationis videlicet ejus myſterium credendo, percepit: & cùm ad ipſius Domini prædicationem vix modica diſcipulorum turba crediderit, ad prædicationem tamen Apoſtolorum tanta multitudo celerrimo fidei ardore ſuccenſa eſt, ut una die quinq; millia hominum, alia tria credidiſſe perhi-
Joan. 14. beantur: quod & ipſa veritas diſcipulis promiſit dicens, *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & majora horum faciet.* Quod quidem & in miraculo, quod per Petrum à Domino geſtum eſt, quidam intelligi poſſe putant: quoniam dum Dominus imperio verbi ſive tactu infirmos ſanaverit, Petrus umbræ ſuæ tantum attactu infirmos legitur ſanaſſe. Dominus ergo ad filiam archiſynagogi ſuſcitandam pergens, fimbriæ attactu fœminam à profluvio ſanguinis liberat: quia videlicet dum ſynagogam, quæ utiq; Patriarcharum & Prophetarum de ſtirpe deſcendit, ſomno incredulitatis evigilandam adpetere tendit, gentilitatem à dæmonum inſolentiſſimo cultu ſuæ fidei cognitione ſanavit, & bonum, quod illa perfidiæ culpa inretita percipere neglexit, iſta fidei devotione percipere meruit. Ad ſynagogam ergo liberandam ſe Dominus veniſſe teſtatur, cum & per præſentiam corporalem di-
Matth. 15. cit, *Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierant domus Iſrahel:* ſive cùm diſcipulos in vias gentium abire, & in civitates Samaritanorum cohibet introire: & quondam allegoricè per Salomonem in Can-
Cant. 6. ticis canticorum ad Iſraheliticæ gentis hortum ſe deſcenſurum promittit dicens, *Deſcendi ad hortum nucum, ut viderem poma convallis:* quia ſcilicet dum ad Judaici populi hortum, in quo erat lex in cortice pandens acerrimam auſteritatem, in nucleo occultans inconparabilem ſuavitatem, per carnis ſuſceptionem deſcendit, gentilicæ convallis abjecta opera inviſit, eamq; ſibi fidei integritate adſcivit. Porro quod ſanata in itinere fœmina ad domum archiſynagogi à Domino venitur ejusq; filia mortis vinculis deſtitutis ſuſcitatur, ſynagoga quandoq; ſomnum ſuæ diffidentiæ diſcuſſura, & Chriſto per
Rom. 10. fidem reſurrectura, & ei perpetim victura monſtratur: quandoquidem mox ut *plenitudo gentium* ſecundum Apoſtolum *ſubintraverit*, cæcitatem, quæ ei ex parte in non credendo in mediatorem Dei & hominum contigit, à ſe diſcutiendo, & in eum credendo, qui ſibi per Patriarchas & Prophetas ſacrorum oraculorum tonitruis olim adnunciatus eſt, credens, ſic omnis Iſrahel ſalvus erit. Cum igitur his & his ſimilibus myſteriis, quæ in dominicæ fimbriæ geſto innuuntur, Polemonis imago penitus careat, non eo modo ut dominici indumenti fimbria habenda eſt: nec debet ei coæquari in honore, quæ æquari nequit in tot myſteriorum fulgore.

CAP. XXII.

Quòd judices, qui in præfata ſynodo fuerunt, inſolenter & incongruè artem pictoriam extollere conati ſunt, dicentes, Pia enim eſt ars pictoris, & non rectè eam quidam inſipienter detrahunt. ipſe enim pater pictorem piè agentem commendat.

SI peſtilens humor arcem corporis, id eſt, caput obſederit, facilè ad cætera membra transfunditur: nec mirandum eſt, ſi ad pedum ima transfuſus eos vehementer lædat, ſi eum jam caput, quod omnibus membris præeminet, læſiſſe conſtet. Veſania igitur adorandarum imaginum quæ Conſtantini & Hærenæ matris ejus, ſive etiam Tharaſii Conſtantinopolitani Epiſcopi cæterorumque illarum partium ſacerdotum mentem inrepſit, non eſt plurimum magnipendenda, ſi ad judicum ſive plebium usque mentes ſubripiendas deſcendit: quoniam ut ſuperiori exemplo monſtratum eſt, cùm caput inſolentia cujusdam rei invaditur, facilè cætera invaduntur, quæ capiti ſubeſſe
Eſ. 1. monſtrantur. *Omne caput languidum*, ait Propheta, *& omne cor mœrens, à planta pedis usq; ad verticem non eſt in eis ſanitas:* quia videlicet dum à regibus & à ſacerdotibus, qui exemplar bene vivendi ſubjectis plebibus eſſe debent, rectè vivendi recteque agendi ſtudium prætermittitur, de interna ſanitate ſubjectarum plebium quodammodo dubitatur. Cùm ergo in eadem ſynodo tot ſacerdotum fuerint obſitæ mentes erroribus, quomodo non poterat error judicum inhærere mentibus aut quis ab errore reducat oves, ſi errandi ducatum teneant paſtores? ſacerdotes etenim, qui in errore ſubditas plebes inducere noſcuntur, talibus per Hieremiam Prophetam increpationibus ar-

guun

[illegible] : *Pro*[illegible] *ea h*[illegible] *Dominus ad paſtores, qui regunt populum meum,* [illegible]*os diſperſiſtis oves meas,* Jerem 23. [illegible]*ſt*[illegible] *eas, & non* [illegible] *eas:* ubi protinus quauta ſit cura Dei erga populum, qualiterve amotis [illegible]ntibus ſtudi[illegible] populo Dei dentur rectores, protinus ſubin[illegible]ertur; *Ecce ego vindico in vos* [illegible]*dum ma a*[illegible] *dia* [illegible], *& ſuſcitabo illis paſtores, qui paſcant eas, & ultra non timebunt neq; terre-* Ibid. [illegible]*antur, dicit Dominus.* In Ezechiel quoq; Propheta de talibus, quod quidem non ſine ingenti animi [illegible]angore proſ[illegible]quimur, qui ſtipendiis eccleſiaſticis utuntur, & exemplis erroneis & incautis populum in errorem indu[illegible]re creduntur, ſicut hi feciſſe perhibentur, qui in vanam imaginum adorationem exarſerunt, & populum ſubditum prælati ſibi in errore profeſſionis ſociaverunt, ita ſcribitur; *Et ideo pa-* Ezech. 34. *ſtores audite verbum Domini, Oves meas devoratis, & lanis earum vos cooperitis, & quod craſſum eſt jugulatis, & oves meas diſperſiſtis. quod infirmum erat non confortaſtis, & quod male habebat non curaſtis, & contritum non alligaſtis, & quod errabat non convertiſtis, & quod perierat non requiſiſtis, & fortem oppreſſiſtis labore, & diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non ſint paſtores, & factæ ſunt in devorationem omnibus beſtiis agri, & diſperſæ ſunt oves meæ ſuper omnem montem & in omnem collem altum, & ſuper faciem totius t*[illegible] *æ diſperſæ ſunt, nec erat, qui erueret, neq; qui revocaret.* Non ergo in hujus negocii [illegible]aniſſima profeſſione tanta eſt nequitia judicum, quanta perverſitas ſacerdotum: ſed in iſtis deprehenditur ignavia, in illis ingens redundat inſania: præſertim cum illi ſe imagines adoraturos, eisque ſervitium, quod ſanctæ Trinitati debetur, exhibituros profiteantur: iſti pictorum artem piam eſſe, & non debere ſubſannari, & pictorem pie agentem à patre commendari profeſſi ſint dicentes, *Piaenim eſt ars pi*[illegible]*ru, & non recte eam quidam inſipienter detrahunt. ipſe enim pater pictorem pie agentem commendat.* In quibus utrorumq; profeſſionibus evidenter oſtenditur, tanto ſacerdotes præeminui[illegible] judicibus in errore, quanto nimirum præeminent per gradus ſublimitatem in honore, nec coæquari potuiſſe laicos præſulibus in abſurda profeſſione, qui non coæquari poſſunt in ſacerdotalis ca[illegible]edræ ſeſſione: ſed dum in neutra parte reperiatur, quod recte queat laudari, in utraq; tamen parte [illegible]rnatur, quod merito poſſit vituperari, & præſulum error, qui ſe imagines adoraturos eisque ſervi[illegible]um ſoli Deo debitum exhibituros faſſi ſunt, ex parte diſcuſſus ſit, reſtat ut judicum etiam error, quo artem pictoriam piam eſſe adſeverant, noſtri ſtili invectione diſcutiatur. Dicunt enim artem picto[illegible]iam piam eſſe, quaſi non cum cæteris mundanis artibus communionem pietatis aut impietatis ſortiatur. Quid enim ars pictorum amplius habet pietatis arte fabrorum, ſculptorum, conflatorum, cælatorum, latomorum, lignariorum, terræ cultorum, vel cæterorum opificum? Omnes enim quas præmiſimus artes, quæ non niſi diſcendo poſſunt adtingi, & pie & impie poſſunt ab his, quibus exercentur haberi, nec in eas pietas aut impietas cadit, ſed in hominibus, qui earum ſunt ſequaces, qui plerumque aut vitiorum procaciſſimis tumultibus coartantur, aut virtutum ſalutiferis cœtibus exornantur. Si ergo idcirco ars pictorum pia eſſe perhibetur, quia per eam plerumq; piorum hominum actus & pia quædam geſta pinguntur, ergo & ideo impia perhibebitur, quia plerumq; per eam impietates multæ, id eſt, trucidationes hominum, atrocitates bellorum, crudelitates ſceleratorum, inmanitates ferarum, impetus beſtiarum vel cætera his ſimilia depinguntur: & ſi ideo impia nullatenus eſſe creditur, quia hæc, quæ exſecuti ſumus adumbrationibus vel etiam lineamentis quibusq; humanis viſibus inpertiuntur: nec ideo pia erit, quia per eam bonorum hominum geſta ſignantur. Sicut enim ferrum nec ideo impium dicitur, quia ex eo homines interimuntur: nec ideo pium, quia ex eo quædam inſtrumenta fiunt, quibus & enſium vibrantium inliſiones quatiantur, & homines tueantur, & à medicis ſaluti humanæ conſulitur; ita & ars pictorum nec ideo impia, quia per eam crudelia, nec ideo pia, quia clementia quædam pinguntur. Quod vero ei non recte, à quibusdam inſipientibus detrahi ſuſpirant, à nullo, qui ſanæ mentis eſt ambigitur, eos in hac quoq; parte, ſicut & in cæteris, dementiam ſequi: quippe cum nullus ſani capitis neq; imaginibus detrahat, neq; arti pictoriæ, ſed eorum, qui eas adorant eisq; ſervitium inconſequens exhibent, abominetur veſaniam. Non enim vinum, quia ebrietatem generat, reprehenditur, cum plerumq; Deo in ſacrificium libetur: nec ſylvæ, quæ furibus hoſpitium præbent, quia plerumque hominum uſibus multa, quæ expediunt admini[illegible]t: nec ideo igni inputatur, quia interdum edaciter domos vel cætera humanis ſtipendiis apta devorat, cum mortalium vitæ multis adminiculis ſuffragetur. Porro quod dicunt, *Ipſe enim pater pictorem pie agentem commendat*, cur pater, aut ubi ſcriptum ſit, pictorem commendet, nec illorum eſt adp[illegible]are, nec noſtrum credere: quippe cum in nullo oraculorum divinorum volumine pictorum la[illegible]ibeatur ineſſe. Reperiant ergo illi in quolibet divinarum Scripturarum loco, in quo etiam ſe un[illegible] propriam adſeverationem pictoris, ideo quod conponendis imaginibus inſtent conlaudet, & nos [illegible]eperiemus qualiter eis reſpondere valeamus: quia omnipotens Deus non opera, ſed devo[illegible]nem operum, nec actus, ſed voluntates actuum, nec res, ſed cauſas rerum, nec quisquis faciat, ſed q[illegible]m[illegible]e id faciat, plerumq; aut probat aut inprobat.

CAP. XXIIII.

Inutile & mendacio plenum dictum Johannis presbyteri & legati orientalium dicentis, Non contracunt pictores Scripturis, ſed quicquid Scriptura dicit hæc demonſtrant, quatenus concordes ſunt ſcripturarum.

Si om[illegible]a Johannis presbyteri & legati orientalium deliramenta, quę in eadem ſynodo, in cujus in[illegible]cioſę lectionis reprehenſionibus noſter ſtilus verſatur, protulit, ſingillatim à nobis diſcutien[illegible] in unum fuiſſent congeſta, magnorum voluminum tantæ diſputationis ſylva eſſet indigua: ſed [illegible]ar[illegible]m brevitatis ſtudio, cui prorſus ſtudemus, partim ordinem ipſius lectionis ſervantes, quo

 non

non [illegible] ſingula ſeorſum, ſed quorundam paſſim per ordin m, pr[illegible]
eriam in c[illegible] poſita inveniuntur, diſcurienda in n[illegible]ſtra diſputatio[illegible]
diſputationis cuncta articulo coartare compellimur, & non ſingula ſeorſum, [illegible]
prout ordo dictavit, exſequimur: eſt interea operæ precium diligenter diſcu[illegible]
profatus eſt, pictores haudquaquam credantur Scripturis contraire: aut qualiter q[illegible]
dicit demonſtrent, qualiterve concordes ſint ſcripturarum. Quamvis enim non [illegible]
Luc. 24. Scripturis ill[illegible] hoc dixerit, credendum eſt tamen eum de ſacris Scripturis dixiſſ[illegible], qu[illegible]
ras ſol[illegible]nius voc[illegible]re, ut eſt illud in Evangelio, *Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent* [illegible]
Pi[illegible]turæ interea ars cum ob hoc inoleverit, ut rerum in veritate geſtarum memoriam [illegible]
deferret, & [illegible]x mendacio ad veritatem recolendam mentes promoveret, verſa vice inter[illegible]
tate ad men[illegible]lacia cogitanda ſenſus promovet, & non ſolum illa, quæ aut ſunt aut fuerunt a[illegible]
ſunt, ſed etiam ea, quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec fieri poſſunt viſibus defert. Mendacium[illegible]
his eſt, quæ non ſunt, ſed fieri poſſunt, aut de his, quæ nec ſunt, nec fieri poſſunt, de quibus [illegible]
menius à philoſophis acutiſſima ſive ſubtiliſſima diſputatio eſt, quam huic operi interponere [illegible]
mum eſt. Nam dum dicat non contraire pictores Scripturis, & multa à pictoribus pingantur, q[illegible]
pturæ divinæ tacent, & ab omnibus non ſolum à doctis, ſed etiam ab indoctis falſiſſima eſſe [illegible]
bentur, quis non ejus dictum ridiculoſiſſimum vel potius falſiſſimum eſſe fateatur? Nonne [illegible]
Scripturis contraire noſcuntur, cum abyſſum figuram hominis fingunt habere, & lympharum [illegible]
dationem affatim fundere? Nonne divinis Scripturis eos contraire haud dubium eſt, cum tellur[illegible]
figura humana modo aridam ſterilemve, modo fructibus adflu[illegible]ntem depingunt? Nonne divin[illegible]
pturis eos contraire manifeſtum eſt, cum flumineos amnes in figuris hominum aut ſitulis aqua[illegible]
dere, aut alios in alios confluere depingunt? Nonne cum ſolem & lunam & cætera cœli orna[illegible]
figuras hominum, & capita radiis ſuccincta habere fingunt, ſanctis Scripturis modis omnibus [illegible]
eunt? Nõne cum duodecim ventis ſingulis ſingulas formas pro qualitate virium adtribuunt, aut [illegible]
ſibus ſingulis pro qualitate temporum, quid unusquisq; deferat quibusdam nudas, quibusdã ſ[illegible]
das, quibusdam etiam indutas diverſis veſtibus figuras dant? aut dum quatuor tempora anni ſin[illegible]
diverſis figuris depingunt, aut floribus vernantem ut ver, aut æſtibus exuſtam, vel etiam leg[illegible] tib[illegible]
nuſtam ut æſtatem, aut vindemiæ labris vel botris oneratam ut autumnum, aut modo frigoribus al[illegible]
dam, modo ignibus ſe calefacientem, modo animantibus pabula præbentem, modo nimiis frigori[illegible]
marcidas volucres capientem ut hyemem, Scripturis divinis, in quibus hæc ita minimè cont[illegible] n[illegible]
contraire noſcuntur? quomodo ergo à pictoribus, qui poetarũ vaniſſimas fabulas plerumq; [illegible] qu[illegible]
tur, ſanctis Scripturis minime contraitur? Finguntur enim per eos interdum res in veritate g[illegible]ſtæ [illegible]
alias atq; alias incredibiles nænias; finguntur etiam quæ nec factæ ſunt, nec fieri poterant, ſed aut my[illegible]
ſticè à philoſophis intelliguntur, aut inaniter à gentilibus venerantur, aut veraciter à catholicis reſpu[illegible]
untur. quæ omnia quamquam gentilium habeantur in literis, a divinis tamen prorſus ſunt aliena [illegible]
pturis. An non divinis literis alienum eſt, quod ab illis Chymæra triceps à Bellerophonte fingitur [illegible]
perfecta? cum Bellerophon non beſtiam, ut illi mentiuntur, proſtraverit, ſed montem, ut pleriq; [illegible]
telligunt, habitabilem fecerit. An non divinis ſcripturis alienum eſt, quod Vulcani claudi & T[illegible]
lius Erichthonius eſſe, & in monte Æthna ferrum coquere, ejusq; fornax Veſuvius mons Ca[illegible]
eſſe [illegible]ngitur. qui perpetuis ignibus ardere perhibetur? An non divinis ſcripturis aliena ſunt [illegible]
Sc[illegible]lla capitibus fingitur ſuccincta caninis? & Phyllis ob amorem juvenis cujusdam in arborem [illegible]
tur eſſe converſa? & altera Scylla eo quod Niſo patri crinem abſciderit purpureum, una cum pat[illegible]
Itys ob ſtuprum materteræ à patre geſtum, & homicidium matris ſive materteræ in ſeipſo pa[illegible]
una cum parentibus ſive matertera in volucres finguntur fuiſſe converſi? aut cum Syrenes ex parte vi[illegible]
gines, & ex parte volucres finguntur? aut cum Ixion illuſione Junonis, cum Nube coiens Cen[illegible]ur[illegible]
fingitur generaſſe? aut cum Neptunus tridenti armatus marinis fingitur fluctibus dominari [illegible]
divinis Scripturis alienum eſt, quod Perſeus tres ſorores Gorgonas adjutorio Minervæ inter[illegible]
aut cum alatus averſus volare fingitur, aut cum de ſanguine ejus naſci fertur Pegaſus, equus alatus, [illegible]
ungula ſua fontem rupiſſe Muſis depingitur? An non divinis Scripturis contrarium eſt, quod Pr[illegible]
theum homines ex luto finxiſſe inanimatos fingunt, & eundem Prometheum à Minerva in cœl[illegible]
varum inter oras ſeptemplicis clypei, & dum omnia cœleſtia vidiſſet, fingunt eum ferulam Ph[illegible]
adplicaſſe rotis, ignemq; eſſe furatum, & pectuſculo hominis quem finxerat applicato an[illegible]
didiſſe corpus? An non divinis ſcripturis contrarium eſt, quod Tantalum fingunt in inferno, [illegible]
dam lacu depoſitum, eiq; fallacem aquam guloſis labia titillamentis adtingere, pomaq; fugitiv[illegible]
reſcentia tactibus deſuper facietenus pendula apparere, eiq; eſſe locupletem viſum & pauper[illegible] m[illegible]
ctum? An non divinis ſcripturis alienũ eſt, cum Phineus cœcus fingitur, cujus cibos Harpyiæ r[illegible]
ſe, ejusque prandia ſtercoribus fœdaſſ[illegible] pinguntur, quas Zetus & Calais Aquilonis venti filii fi[illegible]
conſpectu ejus mendaciter finguntur? An non divinis ſcripturis contrarium eſt, cum Admet[illegible]
Græciæ, ut Alceſtæ conjugio frueretur ſecundum propoſitum ſoceri leonem & aprum ad curru[illegible]
ſimul junctos, Apollinis & Herculis adjutorium habuiſſe pingitur? aut cum Hercules Cerberu[illegible]
cipitem canem inferorum interemiſſe pingitur? An non divinis ſcripturis contrarium eſt, [illegible]
Act[illegible]onem [illegible] venatorem eo, quòd Dianam lavantem viderit, in cervum fingunt eſſ[illegible]
ſum, & [illegible] ſuis no[illegible] agnitum, corumq; morſibus devoratum? An non divinis ſcripturis [illegible]
rium [illegible] quod Ber[illegible]ia puerum formoſiſſimum Atyn amaſſe, eumq; zelotypiæ vanitat[illegible]
[illegible] & ſemimaſ[illegible]m feciſſe depingitur? An non divinis ſcripturis contrarium [illegible]
Orpheus Euridicen nympham amaſſe & ſono cytharæ perſuaſam uxorem du[illegible]iſſe pingitur, q[illegible]

[illegible] non [illegible]rens fugeret, & in ſerpen[illegible] incidens mortua eſſet, [illegible] cenderet & l[illegible]gem acciperet, ne eam converſus aſpiceret, hanc [illegible] fingitur? An non divinis ſcripturis alienum eſt, quod Venus [illegible] deprehenſa, & Vulcano prodita, & ab illo adamantinis catenis una [illegible]? Hæc & his ſimilia, quæ & nobis ad retexendum ſunt faſtidioſa, & [illegible]is gentium vel ad cantandum ſuavia, vel ad tractandum myſtica, & pictoribus ad [illegible]ria, prorſus ſunt, ut præfati ſumus, à divinis literis aliena. Nam, ut cætera taceam, [illegible] pictor duo capita in uno corpore, aut in duobus corporibus caput unum, aut alterius animalis [illegible]put, alterius cætera membra, ut Hippocentaurum toto corpore equino & capite humano, [illegible]otaurum ſemibovem ſemivirumq; affec[illegible]t pingere, nunquid non ſcripturis dicitur contraire? [illegible]id eſt dicere, *Non contraeunt pictores ſcripturis?* quaſi non aliqua à pictoribus poſſint depingi, [illegible]uæ ſacris literis credantur refragari. In ſacris etenim literis, nihil vitioſum, nihil inconveniens, nihil inpurum, nihil falſum, niſi forte id, quod perverſos quosq; dixiſſe vel feciſſe ſancta Scriptura commemorat, penitus invenitur: in picturis autem plura falſa, plura vitioſa, plura inconſequentia, plura [illegible]onvenientia, &, ut ſingula taceam, pene omnia ſive poſſibilia, ſive inpoſſibilia, ab eruditis pictoribus depinguntur: quibus documentis Johannes presbyter, & legatus orientalium in hac quoq; par[illegible] ſicut & in cæteris deliraſſe convincitur. Quod autem presbyter idem ait, *pictores quidquid ſcriptu[illegible] loquitur demonſtrare*, quam ſit falſum quamq; inutile, prudens lector advertat. Nunquidnam divi[illegible] cuncta legis præcepta, quæ à Domino per Moyſen data ſunt, ut eſt illud, *Audi [illegible]ahel, Dominus* Deut. 6.
[illegible]tuus Deus unus eſt, & cætera hujuscemodi, in quibus nihil ſonant, quæ pingi poſſint, à pictori[illegible] demonſtrantur? Nunquidnam omnia verba Prophetarum, in quibus doctrinæ, exhortationes, [illegible]argutiones, contemplationes, minæ, vel cætera his ſimilia continentur, in quibus crebro inveni[illegible]r, *Hæc dicit Dominus*, aut, *Juravit Dominus*, aut his ſimilia, quæ ab ſcriptoribus potius, quàm à pi[illegible]oribus exarantur, pictura ſecundum ejus vanitatem demonſtrare valet? Nunquidnam verba ipſius [illegible]omini, & Apoſtolorum ſingula à pictoribus poſſunt demonſtrari? Pictores igitur rerum geſtarum hiſtorias ad memoriam reduc[illegible]re quodammodo valent: res autem, quæ ſenſibus tantummodo percipiuntur & verbis proferuntur, non à pictoribus, ſed ab ſcriptoribus conprehendi, & aliorum relatibus demonſtrari valent: ac per hoc abſurdū eſt dicere, *Non contraeunt pictores ſcripturis ſed quicquid ſcriptura loquitur, hoc demonſtrant.* Porro quod ait, *Concordes ſunt ſcripturarum*, quàm ſit inſulſum, quamq; abſurdum, multis poteſt approbari indiciis. Qualem enim concordantiam poſſunt habere cum ſcripturis ſacris, cum illæ veraces ſint, iſti plerunq; falſa confingant? & de illis dicatur, *Eloquia* Pſal. 12.
Domini eloquia caſta, iſti interdum fingant inpura & incæſta? illæ ſemper ſuadeant honeſta & ſalubria, ipſi multoties inhoneſta & ludibria? illæ ſemper inſtent humanæ ſaluti, iſti plerumq; vanitati? illæ ſemper hortentur ad cœleſtia dona, iſti crebro depingant terreſtria quæq; & caduca? Quanta enim concordantia eſt inter id, quod ſemper veritati innititur, & id, quod plerumque veritatem, plerumq; falſitatem inſequitur, tanta nimirum concordantia eſt inter ſcripturas divinas, quæ ſemper puras & fixas regulas tenent, & pictores, qui mortalium more plures permutationes habent.

CAP. XXIV.

Quòd non ſint coæquandæ imagines reliquiis ſanctorum martyrum & confeſſorum, ut illi in ſua erronea ſynodo facere nituntur, eo quod reliquiæ aut de corpore ſunt, aut de his, quæ in corpore, aut de his, quæ circa corpus cujusdam ſancti fuerunt: imagines verò nec in corpore, nec circa corpus fuiſſe vel fore creduntur illis, quibus adſcribuntur.

SIcut igitur ſacratis rebus ſive quæ per legislatorem, ſive quæ per Dei & hominum mediatorem ſacratæ ſunt, ſive etiā, quæ cotidie à ſacerdotibus divini nominis invocatione ſacrantur, & in myſterium noſtræ redemptionis ſumuntur, imagines nequaquam coæquandæ ſunt, ita etiam nec [illegible]orum martyrum ſeu confeſſorum reliquiis, quę apud fideles ipſorum amore venerationi haben[illegible]andæ creduntur. Quas quidem illi, qui in earum adorationem exarſerunt cum omnibus ſa[illegible]bus & myſteriis plenis æquiparare nitantur, reliquiis etiam ſanctorum martyrum inſolenter [illegible]urde ęquiperare nituntur. Cum ergo ſanctorum corporibus aut certe corporum reliquiis, nec non & [illegible]ſtibus aut his ſimilibus, quibus ſancti dum mortaliter viverent uſi ſunt, iſti picturas aut cæla[illegible] ſculptilia vel conflatilia quęq; ab artificibus quibusq; formata coæquare in honore moliuntur, non modicam ſanctis injuriam inferre monſtrantur: cum præſertim ſanctorum veſtes, & his ſimi[illegible]o veneranda ſint, quia aut in corporibus eorundem ſanctorum, aut circa corpora fuiſſe, & ab his [illegible]ficationem, ob quam venerentur percepiſſe credantur, nec non & ſanctorum corpora, vel [illegible]orporum reliquiæ, quoniam quanquam nunc in pulverem redacta fateſcant, juxta mundi ter[illegible]n, cum gloria ſunt reſurrectura & cum Chriſto perpetim regnatura: imagines vero, quas illi [illegible]to his, quæ præmiſimus, coæquare contendunt, ideo his minime coæquari queunt, quæ neq; [illegible]t quod ſan[illegible]orū corpora, neq; in eorum corporibus vel circa eorum ſacratiſſima corpora fuere, [illegible] captu uniuscujusq; ingenii, vel inſtrumentis artificii, modo formoſæ, modo deformes, ple[illegible], etiam rebus inputis fiunt. Unde datur intelligi non eos mediocriter errare, qui illas ſanctorum

I 4 reliquiis

reliquiis [illegible] æquiparare. Sanctorum itaque corpora venerari, eorumque [illegible] hibere non ſine [illegible] vetuſtas admiſit. Nam Abraham pater gentium vir fide plenus, d[illegible] mus, obœdientia præcipuus, in præceptis domini ſtrenuus, non in quolibet loco, ſed in a[illegible] empto, conjugem legitur ſepeliſſe, & oſſa ſua non in loco quolibet, ſed in ſpelunca pulc[illegible] cujus interiore parte protoplaſtus ſepultus fuit, juxta ſuum imperium a filiis tumulatus legitur [illegible] Iſaac quoque utero ſenili profuſus, atque Deo in ſacrificium in figura noſtri redemptoris ad offer[illegible] dum ductus, virque ſanctitate & caſtimonia clarus juxta patrem ſecundum propriam juſſionem cr[illegible] tur à filiis fuiſſe ſepultus. Jacob quoque vir magnæ patientiæ divinis affatim roboratus oraculis, crebris repromiſſionibus exhortatus, cum famis inopiam vitare, & dulciſſimum pignus quod ex[illegible] ctum crediderat cernere cupiens, cum clara progenie Niliacas deſcendiſſet in oras, non ſe ibidem ſe pcliri permiſit, ſed corpus ſuum ad terram ſibi patribusque ſuis repromiſſam, juxta oſſa patris aviqu[illegible]

Gen. 50. ſepeliendum advehi ſanxit: & quia quartus in eadem ſpelunca, in cujus interiore parte Adam ſepul[illegible]

Ibid. fuerat, juxta avum patremque ſepultus eſt, loco nomen *Arbee*, id eſt, quatuor dedit. Joſeph quoq[illegible] qui typicis myſteriis à gentilibus *ſalvator mundi* appellari meruit, & mira ſanctitate inter fratres [illegible] nituit, oſſa ſua filiis Iſrael ad terram repromiſſionis vehenda præcepit: quod quidem legislator idcirco minime agere diſtulit, quia id haudquaquam contra fidem eſſe cognovit. Viri itaque ſancti corpus qui de Juda ad arguendam nequitiam Iſrahelitici regis in Bethel venerat, dum propter inobœdie[illegible] tiam, quia cibos civitatis inhibitos ſumpſit, à leone fuiſſet extinctum, ab eodem nimirum leone legitur cuſtoditum, ſed culpa inobœdientiæ mortis acerbitate ſoluta, non præſumpſit crudelis fera [illegible] ctum corpus prophetæ contingere, quem atrociter præſumpſerat interimere. Prophetes itaque Bethel, niſi ſanctus oſſibus venerationem exhibendam ſciret, nunquam ſe juxta oſſa viri ſancti [illegible] peliri

3. Reg. 13. præciperet dicens, *Sepelite me juxta oſſa Prophetæ.* Vir itaque ſanctus Joſias & antequam naſceretur ex nomine nuncupatus, idolorumque diſſipator, & paternarum legum ſtrenuus obſervator duorum prophetarum oſſa, cum plurimorum hominum oſſa ob altare profanum polluendum combureret, nequaquam intemetata ſervare præciperet, niſi ſanctis oſſibus venerationem exhibendam ſciret. Ecce quibus exemplis, ut cætera taceamus, monſtratum eſt ſanctorum cineribus venerationem exhiberi debere: dicant illi ubi unquam jubeamur imagines adorare. Sanctis ergo corporibus honorem impendere, magnum eſt fidei emolumentum: quo præſertim & illi in cœleſtibus ſedibus cum Chriſto vivere, & eorum oſſa quandoque reſurrectura creduntur. Imaginibus ergo quæ nec vixiſſe unquam [illegible] duntur, nec reſurrecturæ, ſed aut ignibus aut carie conſumendæ perhibentur, adorationem ſoli Deo debitam impertire, aut ſegnitiæ eſt ſi utcumque agitur, aut inſaniæ vel potius infidelitatis ſi pertinaciter defenditur. Nos itaque nec cum Vigilantio ejusque ſequacibus reliquias abnuentes, nec cum Simone ejusque complicibus imagines adorantes, & reliquiis ſive ſanctorum corporibus oportunum obſequium exhibemus, & baſilicas prout libet ſanctorum imaginibus, ſive etiam auro argentove exornamus, & ſervitium adorationis ſive culturæ ſoli Deo cui ſoli debetur ipſo opitulante impendimus.

CAP. XXV.

Quod non ideo adoranda ſunt imagines quod per eas, ut illi dicunt, nonnulla ſigna monſtrata [illegible] putentur, cum tamen non omnes res adorentur per quas vel in quibus miracula adparent.

HOC etiam illis ad ſuum errorem adſtruendum familiare eſt, quod per quasdam imagines nonnulla miracula facta fuiſſe perhibent: quod tamen nec veteris nec novi teſtamenti pagina demonſtrat, quæ quidem & ſi uſpiam viſa vel audita fuiſſe probarentur, dubitandum erat, ne forte tortuoſi ſerpentis flexuoſiſſimis mæandris viderentur vel audirentur: qui cum ſit teterrimus & tenebris ſuæ nequitiæ obſitus, transfigurat ſe in angelum lucis, audens ſe dicere lucem. Multa etenim ſigna, multaq; miracula, per angelos refugas, vel etiam per eorum ſequaces fiunt, qui dum ſint ſpiritales potentiæ, &, ut ita dixerim, ſpiritales nequitiæ, & prophetias infelicibus quibusq; impertiunt, & vir-

Matth. 7. tutes multas per ſuos ſatellites faciunt: de quibus erunt illi qui dicturi ſunt, *Domine domine, nonne in

* internus. nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus & in nomine tuo virtutes multas fecimus? quibus* æternus arbiter dicturus eſt, Neſcio vos.* Quia igitur ſigna plerumq; diabolico inſtinctu fiunt ideo beatiſſimus Gregorius ſanctæ Romanæ eccleſiæ anteſtes dixit, *Nolite fratres mei amare ſigna quæ poſſunt cum reprobis haberi communia.* Sanctiſſimus quoq; Auguſtinus, à dæmonibus miracula fi[illegible] ſimilia miraculis quæ fiunt per ſanctos ſervos Dei his verbis teſtatur, ait enim. *Non oportet moveri cum magicis artibus, miracula fiunt plerumque ſimilia miraculis quæ fiunt per ſanctos ſervos Dei: ſicut [illegible] ptum eſt in Exodo, quod Magi Pharaonis fecerunt nonnulla ſimiliter ſicut fecit Moyſes.* Non e[illegible] hæc oportet mirari, quia omnia quæ viſibiliter fiunt, etiam per inferiores poteſtates aeris huj[illegible] non abſurde fieri poſſe creduntur. Sed hoc intereſt, quod cum ſancti talia faciunt in nomi[illegible] DEI domini omnium rerum, de ſublimioribus apparatibus jubetur inferiori creaturæ; cum au[illegible] tem mali homines magicis artibus operantur ſimilia in manus ſuas dantur cum exaudiuntur [illegible] dæmonibus. Digni ſunt enim qui tali exauditione decipiantur, ut pœna illis fiat hoc quo[illegible] videntur impetrare beneficium [illegible] cum eis exhibent quaſi privatim inferiores poteſtates quæ [illegible] miracula, ut eos habeant ſubjugatos, permiſſu tamen divino pro meritis animarum ſua cuique t[illegible] buuntur. Unde ſigna & miracula quæ illi dicunt in imaginibus apparuiſſe, ſi nun apparuerun[illegible] fic[illegible]

& nu[illegible]a

& nulla hoc authentica tradit hiſtoria, mendacium eſt, & mendacio quicumque veritatis ſunt ſervi uti non debent: quoniam ut ipſa veritas ait, *Nemo poteſt duobus dominis ſervire*. quæ ſi apparuerunt, & (Matth. 6.) per phantaſticas quaſdam obumbrationes ad inliciendas mentes apparuerunt, periculoſiſſimum eſt, ne forte calliditatis ſuæ aſtu antiquus hoſtis dum mira quædam demonſtrat, ad inlicita peragenda frandulenter ſuadeat. Si vero apparuere in veritate ſigna, quod tamen fieri nullius certis lectionis probatur documentis, & nec mendacio illorum in hac parte ſententia ſubjacet, nec frandulentis hoſtis machinationibus ſecundum exempla, quæ ſuperius monſtrata ſunt, ſed Dei operatione geſta probantur, cui cuncta ſunt poſſibilia, cui nihil inpoſſibile eſt, animadvertendum ſummopere eſt, quod cum multa & ſtupenda nutu Dei per quaſdam creaturas, vel etiam in quibusque creaturis peracta fuerint, non omnia in quibus vel per quas facta ſint adoranda credantur: quoniam quidem omnipotens Deus ſigna pleraque, quæ mortalibus oſtendit, quæ per res quaſdam viſibiles & tractabiles fecit, quatenus viſibilium & mortalium hominum duritiam rebus viſibilibus molliret, non ideo fecit, ut quarundam rerum celebrandam ſtatueret adorationem: quippe qui ſe ſolum adorare, ſolum præcepit & colere. Numquidnam quia Dominus de rubo in igne Moyſi locutus eſt, ideo rubi adorandi ſunt? non enim ideo in rubo apparuit, ut rubi materiam adorandam percenſeret, ſed ut per ejus ſpinas peccata, pro quibus lex venerat, demonſtraret. Quia ergo rubus radicem non habet ſpinis armatam, cum in ſuperioribus ſpinis denſetur, in eo evidenter peccata non eſſe ex natura monſtrantur. Quæ ideo ab igni non eſt combuſta, ut innueret per legem peccata non eſſe delenda, ſed tantummodo oſtenſa. Lex enim peccata tantummodo oſtendit: gratia autem, quæ per Chriſtum data eſt, peccata, quæ lex monſtraverat, curavit. Quia ergo in igne Dominus apparuit, non ideo ignem adorandum decrevit: ſed in ea natura apparere voluit, quæ ſemper ad alta conſcendere contendit. Quia igitur in monte dignatus eſt apparere, non montium adorationem creditur ſtatuiſſe, ſed quia rationabiliter factum eſt, ut cœlorum rex in ea re appareret, quæ ſemper alta appetit, & non in humili, ſed in alto loco: ut & ſe altiſſimum demonſtraret, & ſuos ſequaces ad alta conſcenſuros evidentiſſime oſtenderet. Numquid quia circuncisione acutiſſimo lapide facta legislator tremendi judicis iram & mortis interitum evaſit, lapides adorandi ſunt? Merito enim legislator angelum in ſe tam infeſtum vidit, quia habitans in terra Madian, filium circumcidere neglexit, & qui Dei Abrahæ nuntius erat, ſignum fidei Abrahæ in filio non ferebat, in quo gloriari Judæos ſciebat: qui non ideo lapide circumciditur, ut lapidum ex hoc facto adoratio firmetur, ſed ut per Chriſtum, qui eſt lapis angularis, peccata amputanda & mortis pericula evadenda oſtendantur. Numquid quia virga toties in ſerpentem converſa, toties legitur in virgæ rigorem redacta, quæ typicis figuris Chriſtum de vita in mortem, de morte innuit rediſſe ad vitam, aut quia eadem virga, quam Chriſti diximus geſtaſſe figuram maris rubri, baptiſmatis videlicet, unda diviſa ad terram repromiſſionis, id eſt, ad cœleſtia regna populo Dei pergenti tranſitum præbuit, ideo virgæ adorandæ ſunt? Numquid quia aquæ amaræ ligno indulcatæ leguntur, quæ legem non immerito Chriſti ligno indulcatam, & ſpiritali dulcedine populorum mentes ſatiandas innuunt, ideo ligna adoranda ſunt? Numquid quia ſerpentis ænei inſpectio, qui Chriſti mortem præfiguravit in ligno populum à ſerpentum morſibus, id eſt, ab ſpirituum immundorum mortiferis perſuaſionibus ſalvavit, ideo aut æs aut ſerpentes adorandi creduntur? Numquid quia percuſſa ſilex exuſtis in arvis laticum fluenta produxit, & ſitientem populum ſitis ariditate liberavit, quæ nimirum Chriſti figuram geſſit, qui eſt lapis de monte abſciſus ſine manibus præcidentium, qui Evangelicæ prædicationis fluentis ſitim incredulitatis à fidelium mentibus fugat, qui (Joan. 7.) eoditie intonat, *Si quis ſitit veniat ad me & bibat*, ideo aut lapides creduntur adorari, aut latices? Numquid quia virga Aaron, qua beatæ virginis partus innuitur naturali lege calcata, nulla humanæ operationis irrigatione fœcundata, floruit & fronduit, & protulit nuces, ideo virgæ adorandæ creduntur? Numquid quia ſancto Hierobaal ſicca area madido vellere, aut madens area ſicco vellere apparuit, quo miraculo totius mundi gentilitatem cœleſti rore immunem Iſrahelitici ſolummodo generis, vellus madidum divini verbi imbre, ac poſtmodum pro culpa perfidiæ eundem populum ſuæ infidelitatis ſiccitate arentem, mundique gentilitatem ſacræ fidei rore perfuſam ſignificari manifeſtum eſt, ideo aut areæ, aut vellera adoranda ſunt? Numquid qoia Samſon mandibula aſini mille viros peremit, ejusdemque mandibulæ molare evulſo aquarum fluentis ſatiatus eſt, typum gerens noſtri mediatoris, qui morte ſua aerias poteſtates devicit, & ſpiritalibus fluentis fidelium, qui utique membra ejus ſunt, arentia corda inrigavit, ideo mandibulæ, aut molares adorandi ſunt? Numquid quia Helias pallio ſuo, per quod dominicæ incarnationis myſterium figuratum eſt, per quod Jordanis, baptiſmatis videlicet unda, introitur, Jordanem diviſiſſe legitur, ideo pallia adoranda creduntur? Numquid quia Naaman Syrus in fluminco lavacro lepræ contagio ablutus eſt, per quem gentilitas Chriſti baptiſmate ab idolorum contagione abluta figurata eſt, ideo flumina adoranda ſunt? Numquid quia viro ſancto Heliſæo Spiritus Sancti adventus eatenus dilatus eſt, quatenus pſaltes applicaretur; applicato verò pſalte Spiritus Sanctus illius ſe profudit præcordiis, per quem Judaicus populus ſignificatur, qui Spiritus Sancti adventum ideo nunc minime recipit, quia & incarnationem redemptoris minime in credendo ſuſcipit, quam cum mox ut circa mundi terminum perceperit Spiritus S. flamine, & omnium chariſmatum donis exornabitur, ideo pſaltes adorari debebit? Numquid ergo quia fimbria dominicæ veſtis, cujus attactu fœmina ſanitatem recepit, quam dominicæ incarnationis credulitatem, per quam gentilitas ſanata eſt ſignificare ſuperius jam diximus, ideo fimbriæ adorandæ ſunt? Aut quia Petri umbra infirmi ſanati ſunt, ideo umbræ adorandæ ſunt?

ſunt. Non igitur, ut ſuperius præmiſimus, omnes res per quas vel in quibus miracula quædam Dei ordinatione monſtrata ſunt, quodammodo adorandæ creduntur. Quod ſi hæ res in quibus miracula apparuere adorandæ non ſunt, multo minus imagines adorandæ creduntur, in quibus vel per quas quædam miracula apparuiſſe, nulla authentica lectione monſtratur.

CAP. XXVI.

Quod Theodorus Mirenſis epiſcopus ridiculoſe & pueriliter egerit, qui ut imaginum adorationem adſtrueret ſomnia archidiaconi ſui in eadem ſynodo retulit.

CUM in eadem vanitatis lectione quam illi Septimæ ſynodi nuncupatione cenſeri æſtuant, pene omnia ſomniorum imaginationibus & phantaſticis quibusdam obumbrationibus ſimilia ſint, & pene nihil ſit ibi quod non aut ſomnii vanitatem, aut alterius cujusdam deliramenti hebetudinem redoleat, cunctaq; interiori palato deguſtata, inſipidum inſulſumq; quendam ſaporem referant, ſpeciali tamen deliramento Theodorus Mirenſis Epiſcopus ſomnia Archidiaconi ſui ibidem legitur retuliſſe: ut errorem, quem nec divinarum ſcripturarum auctoritatibus nec ullis ſanctorum patrum doctrinis vel exemplis valuit fulcire, ſaltem ſomniorum deluſionibus valeret adſtruere: nec inmerito ad tam frivolum tamque vecors ſtabiliendum negotium dignum, & pene par exhibens adoiniculum. Quanquam igitur ſomniorum uſus nec in totum ſit adprobandus, quia plerumq; dæmonum fallaciis exhibetur: nec in totum inprobandus, quia interdum per eum quædam myſteria revelantur: ad aſtruendas tamen res dubias, & ea quæ in contentionem veniunt adſirmanda, nunquam idoneus invenitur. Quis enim unquam ſomnio ſuo rem dubiam valeat adfirmare: cum utrum ita ut ſe vidiſſe profatur viderit, nullius teſtis teſtimonio valeat adprobare. Ad rem ergo dubiam, & quæ in quæſtionem venit roborandam, non ſomniorum ludificatrix vanitas, non apocryphorum acerbiſſima procacitas, non levium & inutilium verborum falſitas, ſed divinorum librorum ſive catholicorum patrum authentica eſt requirenda auctoritas. Nam ſicut res profuturæ & myſteriorum archanis comptæ, cum per ſomnia innuuntur, per angelos revelantur: ita e contrario, dum res noxiæ & omni utilitate carentes per ſomnia demonſtrantur, à dæmonibus demonſtrari creduntur. Unde ſi ſomnium, quod ille in ſynodo retulit, ad imaginum adorationem ſtabiliendam ab angelo Archidiacono ejus demonſtratum eſt, imagines adorare proficuum eſt: & ſi imagines adorare proficuum eſt, cæteras res ſenſu carentes adorare proficuum eſt. Eſt aũt res ſenſu carentes adorare noxium: non igitur Archidiacono ejus ſomnium quod retulit ad imaginum adorationem ſtabiliendam ab angelo demonſtratum eſt. Liquido namq; patet id ei, cum ab angelo demonſtratum non ſit, ab incentore ſpiritu qui ſemper vanitatibus & rebus noxiis inſtat, inlatum fuiſſe: quod ut lucidius pateat, rationabili argumento firmandum eſt: quoniam ſi incentor ſpiritus id ei minime intulit, angelus proculdubio intuliſſe credendus eſt, & ſi angelus intuliſſe credendus eſt, conſenſum rebus prohibitis angeli exhibent. Non aũt angeli rebus prohibitis vel noxiis ſeu divinis monitis obnitentibus conſenſum exhibent: ſpiritus igitur incentor id ei intuliſſe credendus eſt. Cum ergo probatum ſit id ei ab angelo ſancto minime fuiſſe exhibitum, eo quod cum ſpiritus in ſui conditoris laude continua permanentes, & peccato prorſus carentes, res inpuras & delictis obnoxias penitus abnuant, reſtat ut aut deluſione neqiſſimi ſpiritus id ſibi fateatur exhibitum, aut ſe prorſus teſtetur fuiſſe mentitum, quod utrumq; ſervis Dei non convenit. Nam & ſpiritibus
Jacob. 4. inmundis catholico cuiq; reſiſtendum eſt, dicente Apoſtulo, *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis:* & men-
Eccl. 17. dacium ſpernendum eſt, dicente ſcriptura, *Noli velle mentiri omne mendacium, aſſiduitas enim illius nõ bona.* Probandi interea, juxta Apoſtoli ſententiam, ſpiritus ſunt, an ex Deo ſint: & juxta veritatis voce à fructibus ſuis cognoſcuntur. Unde ex fructu ſuo quo imaginum adorationem affectat id ſomnium fulcire, evidentiſſimè deprehenditur ille ſpiritus qui id intulit, ex Deo non eſſe. Sed ne forte noſtris ſolummodo argumentatiunibus hoc videamur edicere, recurramus ad divinas ſcripturas: interrogemus legiſlatorem, dicat utrum ſomnia recipienda ſint: dicat qualiter nobis erga ſomniatores agendum eſt. Dic oro ſancte Moyſes, dic mitiſſime virorum, dic vir nobilis & archanorum Dei ſtrenue inſpector, dic vir clementiſſime, & ineffabilis Dei fideliſſime interpres, qui legem in monte peccatis contrariam & vitiis inimicam accipiens, glorificata facie vultũ intolerabilem peccatori populo adduxiſti: ut ſicut lex quam deferebas peccatis contraria erat, ita nimirum vultus tuus ſpectantibus terribilis eſſet. Dic vir inclite, qui typum veri redemptoris gerens, mediator inter Deum & homines extitiſti. Da præceptum utrum quælibet ſomnia credenda ſint. Fare utrum quibuslibet inluſionibus conſenſus exhiben-
Deut. 13. dus ſit. *Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut ſomniator qui ſomniũ vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum aliquod atq; portentum, & evenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi, Veni & ſequamur Deos alienos quos ignoras, non adtendas verba prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat vos dominus Deus veſter, ut palam faciat utrum diligatis eum ex toto corde veſtro an non.* Ecce legiſlatoris auctoritate perdocemur quod
Ecclef. 5. verba ſomniatorum, quanquam effectum habeant, nun adtendantur. Dicat nunc Sapientia, quid de ſomniis ſentiat. Ait enim; *Ubi multa ſunt ſomnia, plurimæ vanitates, & ſermones innumeri. tu vero deũ*
Sapient. 18. *time.* Nam & Ægyptios ſomnia perturbaſſe creduntur, dicente ſcriptura, *Somnia enim quæ illos turbaverunt;* hæc ſignificabant, ne inſcii eſſent quare mala paterentur. Manifeſtum eſt enim divinæ legis auctoritatibus ſomnia & auguria vana eſſe: & quanto quis ea amplius timuerit, tanto cor ejus amplius fallit. Unde modis omnibus reprehendendum putavimus, quod præfatus Epiſcopus, cui divinæ legis armis contra ſomniatores vel cæteras nænias confligendum erat, ſomnia Archidiaconi ſui ad rem inutilem roborandam in ſynodo retulit. Hæc enim parvi pendenda non ſolum divinæ legis oraculis, ſed & in ipſis gentilium reperitur literis. Ait enim philoſophus Cato,

Somnia

Somnia ne cures: nam mens humana quod optat,
Cum vigilat ſperat, per ſomnium cernit idipſum.

Nam ſi quis forte nobis ſuccenſere nitatur, eo quod gentilium verba noſtro inſeruimus operi, legat
primum libros beatiſſimorum atq; eruditiſſimorum virorum, Hieronymi ſive Auguſtini, & mox ut in
illorum opuſculis, non ſolum philoſophorum, ſed etiam poetarum gentilium quædam verba repere-
rit, nos magiſtros & auctores, quorum veſtigia ſequimur, habere cognoſcet: cum quibus nec culpari
abnuimus, nec reprehendi erubeſcimus. Nam ut altius repetamus, vas etiam electionis quiddam de
gentilium verbis ſuis inſeruit operibus, ut eſt illud, *Creteſes ſemper mendaces, mala beſtia, ventres pi-* Tit. 1.
gri. Præterea cum ſomniorum obſervationes, vel potius vanitates diſcutimus, non penitus illorum u-
ſum abdicandum eſſe teſtamur: cum & patriarchis & prophetis, quædam ſacratiſſima myſteria in ſo-
mnis, vel potius in viſionibus monſtrata ſint: & Magi tres in ſomnis moniti ne ad truculentum redi-
rent tyrannum, alterius callis tramitem terentes proprias repedaverunt ad ſedes, & viro ſancto Joſeph
in ſomnis angelus apparuiſſe, & ei myſteriorũ archana multis retro ſeculis a prophetis adnuntiata legi-
tur demonſtraſſe. Unde ne quis his, & his ſimilibus exemplis ſomniorum inſolenter appetat uſum, &
eas ſequi vel credere, vel inconvenientibus recitare, aut ab his more Theodori res in contentionem
venientes adſirmare præſumat, idcirco eſt ut paulo ſuperius præmiſimus, à ſanctis ſcripturis prohibitũ.
Legimus etiam infidelibus ac profanis quibusq; regibus quædam archana per ſomnia demonſtrata,
quæ non illis revelata ſunt ullis propriorum meritorum prærogativis, ſed ut viri ſancti qui ea illis Spir.
S. revelante monſtravere, honoribus ſublimarentur, & ſuis valerent prodeſſe concaptivis. Quanquã
ergo & viſiones & ſomnia mixtim dici conſuetudo admiſerit: inter viſiones verò & ſomnia hoc quidã
diſtare dicunt, quod ſomnia ea ſunt quæ plerunq; falluntur: veniunt ergo nonnunquã ex revelatione,
multoties verò aut ex cogitatione, aut ex tentatione, aut ex aliquibus his ſimilibus. Viſiones verò di-
cunt, quasdam veraciores revelationes: quarum tria ſunt genera, corporale videlicet, & ſpiritale, ſive e-
tiam intellectuale. Corporale igitur eſt, quod fit per corpus: ſpiritale, cùm imagines eorum quæ vide-
mus, in memoria condimus: intellectuale nempe, cum ea quæ corporaliter videmus, & imaginaliter in
memoria retinemus, intellectu diſcernimus. Intellectu igitur diſcernimus, quod illud ſit corpus, illud
ſimilitudo corporis. Hunc quoq; intellectum beſtiæ & pecora atq; volatilia nullatenus habent. Vi-
dent & ipſa per corpus, & eorum quæ vident imaginaliter ſpiritus informantur: unde & pecora præ-
ſepia recognoſcunt, & aves ad nidos ſuos redeunt: ſed nec ſeipſa intellegunt, nec illa quæ oculis cernũt.
Poſtremò corporalis iſta viſio, ſine ſpiritali eſſe non poteſt. Ergo cum avertimus oculos ab eis quæ
vidimus, imagines eorum quæ non videmus, in memoria retinemus. Spiritalis verò viſio ſine corpo-
rali eſſe non poteſt: unde abſentes homines recordamur, & in tenebris ea quę non videmus, imaginali-
ter cernimus. Intellectualis nẽpe nec corporali indiget, nec ſpiritali. Intellectu nec corpus videmus, nec
imaginem corporis: per hunc quippe videtur juſtitia, charitas, ipſe Deus, ipſa mens hominis quę nullũ
corpus habet, nullam ſoliditatem corporis. Hic interponendum de quinq; generibus viſionum, juxta
Theodoſium Macrobium. Cum ergo ſomniorum ac viſionum tot tantaq; ſint genera e diverſis parti-
bus venientia, ſolerter intuendum eſt ne dum quis quid ſe in ſomnis vidiſſe cognoſcit, ſtatim ea firmi-
ter teneat, atque ad res dubias deliberandas quaſi quandam authenticam authoritatem in ſynodo pro-
ferat: ne dum vanitatem vanitatibus corroborare conatur, ipſe, quod abſit, in vanitatem labatur.

CAPUT XXVII.

Quod cum Deus inlocalis ſit, ille minus doctè dixerint, Veneramur adoramus ſicut locum dei.

DICUNT etiam venerandas & adorandas imagines ſicut locum dei: quod ſi pro templo dei di-
cunt, quod plerumque abuſive locus Dei dicitur, vehementer errant. In templo enim domini
ſacriſicia, non in imaginibus, offeruntur: in templo, non in picturis, miſſarum ſolennia cele-
brantur: in templo populus ſtans, & precum ſuarum DEO libamina offerens, non in depictis
tabulis, exauditur. a *Dominus in templo ſancto ſuo*, ait David, non in imagine ſancta ſua, nec in pictu- a Pſal. 11.
ris, ſed *in cœlo ſedes ejus*. Nec ait b. *Oculi ejus* in arrogantes ſive vanæ laudis ſectatores, ſed, *in pauperem* b Pſal. 10.
reſpiciunt. in pauperes videlicet, de quibus ipſa per ſe veritas dicit, c *Beati pauperes ſpiritu*, Et iterum d c Matth. 5.
In templo ejus, ait idem ſanctiſſimus prophetarum, non in imaginibus, *omnes dicent gloriam* & rurſus e d Pſal. 29.
Adorate dominum, non ait, in picturis, ſed *in aula ſancta ejus*. Quantum enim diſtat inter templum e Pſal. 29.
quod multorum hominum capax eſt, & imaginem quæ præter memoriam viſionis quam intuentibus
infert, nullis eſt congrua officiis, tantum diſtare venerationem ſive adorationem imaginum, a vene ra-
tione, quę templo dei exhibetur, multis patet iudiciis. Si verò locum dei animam juſti hominis dicunt,
quæ familiarius locus Dei dici poteſt, quam dominus ſanctificando inhabitat, & inhabitando ſancti-
ficat, in hoc quoque vehementiſſimè errant. Pro ſalute enim animarum non pro ſalute imaginum
Deus legem dedit: ad liberandas animas, non ad imagines redemptor mundi ad terras deſcendit pro-
pter homines qui animarum nomine plerumque tropicè deſignantur, non propter imagines quæ ab
artiſicibus formantur, patri dixit, *Quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & ipſi ſint mecum, ut vi-* Joan. 17.
deant claritatem meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me. Cum igitur DEUS primum ho-
minibus naturalem legem dederit, qua ab hominibus corrupta, dederit poſtea ſcriptam: qua et-
iam violata ſeſe per præſentiam corporalem videndum exhibuerit, & ante legem, & ſub lege, &
ſub gratia ſemper humanæ ſaluti credatur conſuluiſſe: nunquam uſpiam tale aliquid imaginibus
creditur contuliſſe. Ac per hoc venerationi quæ hominibus charitatis cauſa eſt exhibenda, imagi-
num veneratio nullatenus eſt coæquanda. Hoc quidem de loco dei, aut de templo quod abuſive, aut
de ani-

de anima hominis juſti, quæ convenientius locus Dei dicitur, quibus nullatenus imagines ſecundum illorum veſaniam coæquandæ ſunt, breviter dixiſſe ſufficiat. Cæterum de loco Dei qui localis non eſt, qui loco non continetur, qui omnia continet, & locus non eſt, cui nihil de ſex illis partibus loci accidit, cui nihil anterius poſteriusve, dexterius aut ſiniſtrius, ſuperius vel inferius eſt, diſputare ſubtilioris intellegentiæ eſt. Quamquam igitur decem illorum prædicamentorum, quæ à philoſophis pertractantur, ordo de eo videatur adſcribi, ut pro *οὐσίᾳ* ejus, quæ ineffabilis eſt, dicatur *dominus Deus*, *Deus unus*, *Deus fortis*, *Deus potens*: pro quantitate ejus quæ inmenſa eſt, a *magnus dominus & laudabilis valde*: pro qualitate ejus quæ inenarrabilis eſt, dicatur b *bonus omnium conditor*: pro relatione dica-
a 1. Paral 16 tur c *dominus omnium in ſe credentium pater*: pro ſitu, d *qui ſedes ſuper cherubim*. pro tempore, e *& anni tui non deficient*: pro loco f *dominus in cælo paravit ſedem ſuam*: pro habitu, g *abyſſus ſicut pallium amictus ejus*: pro agere, h *ſuſcitas à terra inopem, & de ſtercore exaltas pauperem*: pro pati, *laborare me feciſtis in peccatis veſtris*. tamen hæc omnia & his ſimilia humano more de Deo, de quo nihil digne dici a mortalibus poteſt, dicta monſtrantur. Eſt enim ſubſtantia nulli ad indagandum facilis, & ideo ineffabilis, quia nulli inveſtigabilis. Eſt ſine quantitate magnus, ſine qualitate bonus, ſine relatione omnium dominus, & cætera his ſimilia, quæ uberioris diſputationis materiam quærunt. Nam ut de loco Dei aliquid dicamus, ſancti Auguſtini verba ponenda ſunt, qui Deum inlocalem eſſe unius tantummodo quinq; partiti ſyllogiſmi perplexionē probavit. Ait enim; *Deus non alicubi eſt: quod alicubi eſt, continetur loco: quod continetur loco corpus eſt. Deus autē non eſt corpus: non igitur alicubi eſt.* ubi in ſequentibus in alio ſyllogiſmo probavit eum & locum non eſſe, & omnia in illo eſſe. Ait enim, *Et tamen quia eſt & in loco non eſt, in illo ſunt potius omnia, quàm ipſe alicubi: nec tamen ita in illo ut ipſe ſit locus. Locus enim in ſpacio eſt quod longitudine, latitudine, altitudine corporis occupatur: nec Deus tale aliquid eſt: & omnia igitur in ipſo ſunt, & locus non eſt.* Ubi in ſequentibus parvo decentiſſimo commate, locum DEI abuſivè dici aſſeruit templum DEI, ſed animam hominis melius poſſe dici: *Locus tamen Dei*, inquit, *abuſivè dicitur templum dei, non quod contineatur, ſed quod ei præſens ſit, id autem nihil melius quam anima munda intellegitur.* Cum igitur illi ita venerandas dicant imagines, ut locum Dei, an pro templo Dei, an pro anima juſti hominis hoc dicant, utrumque non convenit. Si verò in eo verbo aliquid de Deo locale ſentiunt, multum illorum ſenſus à veritate diſſentit. Nos ergo utpote cogitationum ignari, cùm quo affectu quove ſenſu hoc dixerint neſciamus, ea tantum diſcutimus, quæ apicum indicio percepimus.

Margin notes beside the preceding paragraph:

- a 1. Paral 16 (at "tur c dominus omnium…")
- b 2 Mac. 1. (at "ni tui non deficient…")
- c Epheſ 4. (at "mictus ejus…")
- d Pſal 80. (at "feciſtis in peccatis…")
- Eſa 37. (at "ci a mortalibus…")
- e Pſal. 102. (at "effabilis…")
- f Pſal. 103. (at "mnium dominus…")
- g Pſal. 104. (at "co Dei aliquid…")
- h Pſal. 113. (at "modo quinq;…")

C A P. XXVIII.

Inutile & demens & errore plenum dictum quod dicunt, Qui Deum timet honorat omnino adorat & veneratur ſicut filium Dei Chriſtum Deum noſtrum, & ſignum crucis ejus, & figuram ſanctorum ejus.

EST quoque & in hoc inſaniſſimum & ab omni penitus cautela remotum quod dicunt, *Qui Deum timet, honorat omnino, adorat ſeu veneratur ſicuti filium Dei & ſignum crucis ejus, & figuram ſanctorum ejus.* Quantum ergo diſtet myſterium dominicæ crucis, ad quod intelligendum revelatos nos docet oculos habere Apoſtolus, ut intellegamus quæ ſit altitudo, & longitudo, & latitudo crucis Chriſti, & profundum, in ſuperioribus hujus operis partibus, domino opitulante monſtratum eſt: & quantum diſtet adoratio, & cultura ſoli Deo debita ab adoratione & cultura quam illi imaginibus exhibendam aſſeverant, in hoc tertio libro verba Conſtantini Conſtantiæ Cypri Epiſcopi, ſeu Eutimii Sardenſis Epiſcopi, diſcuteremus, prout nobis dominus opem ferre dignatus eſt, diſſeruimus: nunc verò quantum timor domini ab adoratione imaginum diſtet, breviter domino auxiliante diſſeramus. Dicunt enim, *Qui timet Deum, adorat omnino imagines ſicut filium Dei.* Numquidnam omnes patriarchæ & prophetæ, quia imaginum adorationem ſprevere, ideo Deum credendi ſunt non timuiſſe? aut Apoſtoli, quia nuſquam leguntur celebraſſe imaginum adorationem, ideo Dei non habuiſſe dicendi ſunt timorem? aut ſanctorum martyrum, anachoritarum, ſeu etiam cunctorum generaliter eccleſiaſticorum virorum turbæ quos conſtat in Dei ſervitio devotiſſimè militaſſe, ideo timorem domini putandi ſunt non habuiſſe, eo quod imaginum adorationem nuſquam leguntur vel probantur celebraſſe? Non enim ſanctiſſimus vatum David adorationem imaginum ſe docturum, ſed dei timorem dicebat, cum credentes omnes in Chriſti perſona filios nuncupans blandis exhortationibus
Pſal. 54. ad ſe venire hortabatur dicens; *Venite filii, audite me, timorem domini docebo vos.* Nec uſpiam imagi-
Pſal. 19. num cultum, ſed timorem domini ſanctum teſtatur dicens; *Timor domini ſanctus permanens in ſecu-*
Pſal. 112. *lum ſeculi.* Nec quempiam qui imagines adorat, ſed qui Deum timet beatum nuncupat dicens, *Bea-*
Pſal. 128. *tus vir qui timet dominum, in mandatis ejus cupiet nimis*: & iterum, *Beati omnes qui timent dominum,*
Pſal. 112. *qui ambulant in viis ejus.* Non enim ait, ut illi abſurdiſſimè delirant, *Qui timet dominum, adorat imagines*, ſed ait, *Qui timet dominum, in mandatis ejus cupiet nimis.* Unde liquidiſſimè patet timorem do-
Pſal. 33. mini non in adoratione imaginum, ſed in voluntate & inſtantia mandatorum DEI eſſe. Non enim idem ſanctus vir oculos domini ſuper eos qui imagines adorant, ſed ſuper eos qui timent
Pſal. 34. eum teſtatur, cum dicit, *Ecce oculi domini ſuper timentes eum, & in eos qui ſperant in miſericor-*
Eccleſ. 2. *dia ejus*: nec ait *Adorate imagines, quoniam nihil deeſt adorantibus eas*; ſed ait, *Timete dominum omnes ſancti ejus, quoniam nihil deeſt timentibus eum*: ſed neque initium ſapientiæ imaginum adorationem, ſed domini teſtatur timorem dicens, *Initium ſapientiæ timor domini.* Quod quidem

dem præceptum Dominici timoris ita per Moyſen legitur inſtitutum; *Poſt Dominum Deum ve-* Deut. 13.
ſtrum, inquit, *pergite, & ipſum timete, & præcepta ejus cuſtodite, & vocem ejus audite, & adquieſcite*
ei. Inter quæ ſalutaria præcepta nuſquam imaginum adoratio legitur inſtituta. Cum ergo imaginum
adoratio in divinis eloquiis inveniatur prohibita, timori Domini qui tot divinæ legis oraculis com-
mendatur, nullatenus eſt coæquanda. Flores igitur, quibus timor Domini haberi jubetur, quos per
vaſtiſſimos divinæ legis campos inpigro ungue decerpſimus, ordo expoſcit ut ſub brevitate digera-
mus, quibus & lectoris animus mulceatur, etſi quis illis rerum ſenſu carentium adorationem æquare
conatur, pudore & reverentia indui cogatur. In Proverbiis namq; dicitur; *a Timor Domini adiciet* a Prov. 10.
dies: anni autem impiorum minuentur. Item in Proverbiis; *b Munitio juſti, timor Domini: contri-* b Ibid.
tio autem operantibus mala. Item in Proverbiis; *c Timor Domini viro in vitam: qui autem ſine timo-* c. Prov. 14.
re eſt, commorabitur in loco, quem non viſitat ſcientia. Item in Proverbiis; *d Timor Domini diſciplina* d Prov. 15.
ſapientiæ: & gloriam præcedit humilitas. Item in Proverbiis; *e Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed* e Prov. 23.
in timore Domini eſto tota die. Item in Proverbiis; *f Beatus qui metuit omnia per timorem: nam qui* f Prov. 28.
duro eſt corde incidet in mala. Item in Eccleſiaſtico; *g Initium ſapientiæ timor Domini, & cum fideli-* g Eccleſ. 1.
bus in utero concretus eſt, & cum electis feminibus creatur, & cum juſtis & ſenſatis agnoſcitur. Item in
Eccleſiaſtico; *h Timor Domini ſcientiam agnoſcet, ſanctitatem caſtitas cuſtodiet, & juſtificabitur, cor* h Ibid.
jocunditatem, atq; gaudium dabit. Item in Eccleſiaſtico; *i Timenti Dominum bene erit, & in diebus* i Ibid.
conſummationis illius benedicetur: plenitudo ſapientiæ timere Dominum, & plenitudo de fructibus ejus
omnem domum illius implevit a generationibus, & receptacula de theſauris ejus: corona ſapientiæ timere
Dominum, utraq; autem ſunt dona Dei. Item in Eccleſiaſtico; *k Timor Domini expellit peccatum.* k Ibid.
nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari. Item in Eccleſiaſtico; *l Non ſis incredibilis timori Do-* l Ibid.
mini, & ne acceſſeris ad eum duplici corde. Item in Eccleſiaſtico; *m Qui timent Dominum, non erunt* m Eccleſ. 2.
incredibiles verbo ejus: & qui diligunt illum conſervabunt viam ejus: qui timent Dominum parabunt
corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas: qui timent Dominum, cuſtodient mandata
ejus, & patientiam habebunt uſq; ad inſpectionem ejus: timor Domini non deſpicere juſtum hominem
pauperem, & non magnificare virum peccatorem divitem. Item in Eccleſiaſtico; *n Omnis ſapientia* n Eccleſ. 19.
timor Domini, & in illa timere Deum. Item in Eccleſiaſtico; *o Non eſt in timore Domini minoratio:* o Eccleſ. 40.
timor Domini ſicut Paradiſus benedictionis. Item in Eccleſiaſtico; *p Si non timorem Domini tenueris* p Eccleſ. 27.
inſtanter, cito ſubvertetur domus tua. Item in Eccleſiaſte; *q Finis omnis verbi auditor Dei, Deum ti-* q Eccleſ. 12.
me, & mandata ejus cuſtodi, quoniam hoc eſt omnis homo: quia omne hoc opus adducet Deus in judi-
cium in omni deſpectu ſive bonum ſive malum. Item in Proverbiis; *r Timor Domini odit malum, et-* r Prov. 8.
iam contumeliam, & ſuperbiam, & vias malorum. Hic ergo timor, qui his teſtimoniis non imagi-
num adorationis eſt indicium, ſed bonorum operum incrementum, à fidelibus eſt tenendus: eſt &
alius timor, de quo dicitur; *ſ Perfecta charitas foras mittit timorem:* quia videlicet hic timor inpellit ſ 1. Joan. 4.
hominem ad omnia bonorum operum exercitia: ille vero, quem charitas foras abigit, nec tolerare
ſinit vigilias ſive jejunia, vel cætera hujuscemodi, nec perpeti pro Chriſti nomine veneranda marty-
ria. Sicut enim duo ſunt genera tentationum, unum videlicet quo quis decipitur, unde eſt illud;
t Deus neminem tentat, ipſe autem intentator malorum eſt: aliud quo quis divina examinatione pro- t Jac. 1.
batur, unde eſt illud, *u Tentat vos Dominus Deus veſter*, ſive, *x Tentavit Deus Abraham:* juxta quem u Deut. 13.
modum multa in ſcripturis ſanctis diligenti indagatione perveſtigata inveniuntur. Ita nimirum duo x Gen. 22.
ſunt timores, unus quem charitas foras mittit, & alter qui eſt bonorum operum initium, quem cha-
ritas nutrit. Nam ſi initium timoris Domini imagines adorare eſt, ut illi garriunt, conſtat omnes
ſanctos, qui utique Deum timuiſſe creduntur, imagines adoraſſe: & ſi omnes ſancti, qui vere Deum
timuiſſe creduntur, imagines adoravere, conſtat eos creatoris monitis contraiſſe, qui creaturas ado-
rare inhibuit ſeque ſolum adorare inſtituit. Non autem creatoris monitis in adorando creaturas
contraiſſe credendi ſunt: non igitur initium timoris Domini, ut illi garriunt, imagines adorare eſt,
quo documento adprobatur initium timoris Domini, non in adoratione rerum ſenſu carentium, ſed
in obſervatione eſſe dominicorum præceptorum. Ille etenim veraciter Deum timet, qui cunctis va-
nitatibus ſpretis illi ſe ſoli fide & operibus ſerviturum exhibet.

CAP. XXIX.

Dementiſſimum & ratione carens dictum Johannis presbyteri orientalium, in eo quod ait, quod non adſiſtente imperatore imago ejus honoratur: non enim inhonoratur, quatenus & nunc dominatorem omnium Jeſum Chriſtum viſibiliter nobis non apparentem, inviſibilis enim eſt carnalibus noſtris oculis: ſicut enim Deus ubiq; ineſt honorandam ejus imaginem, ſicuti & imperatorem pater ſenſit.

DE eo, quod generaliter omnes aut dixiſſe aut dicentibus conſenſiſſe perhibentur, quod ex-
emplo imperialium imaginum, quas in civitates emiſſas obviant cunei populorum cum cereis
& thymiamatibus, imago quoque Salvatoris ſive ſanctorum omnium adoranda ſit, in præce-
dentibus jam diſputatum eſt, & quia judicum & imperatorum imagines, ex quibus illi exempla ſume-
re moliuntur, adorandæ non ſint, beati Hieronymi verbis adprobatum eſt. Nunc autem ſpecialiter
verba Johannis diſcutienda ſunt, qui in hoc negotio reperitur & crebrius cæteris locutus fuiſſe, &
non minus deliraſſe: quoniam quidem quamquam generalem omnium errorem ſequatur, ſpeciale

tamen

tamen aliquid eidem errori augere conatur, & ut reor, generalibus nugis ideò ſuas magis magisque nugas adſociare curavit: quia omnium vanitates huic tanto errori adcumulando ſufficere minime credidit. Quaſi igitur imperatoris modo Deus localis ſit, & dum uno loco eſt alio eſſe nequeat, idcirco ejus imaginem ſicut imaginem imperatoris adorandam adſtruere affectat: quod penitus omnis ratio vetat. Deus enim nusquam abſens eſt: qui ſi uſpiam abſens eſt, localis eſt: ſi localis eſt, nec omnia continet, nec omnia implet. Omnia autem & complet, & implet: nuſquam igitur abſens eſt: quæ dum ita ſe habeant, non eſt in materialibus imaginibus adorandus vel quærendus, ſed in corde mundiſſimo ſemper habendus. Nam dum imperatoris imaginem adorare perverſum, ejusdem quoque imaginem, qui localis eſt, imagini Dei, qui inlocalis eſt adſimilare profanum ſit, illum proculdubio profanum & perverſum eſſe conſtat, qui à re inlicita rem inlicitam corroborare affectat, & errorem paſſibus quaſi quibusdam gradibus dum ſuæ mentis ſeu linguæ moderamen habere nequit, enerviter, pro dolor, ad deteriora decurrit. Quod autem ait, *Chriſti imaginem honorandam ſicuti & imaginem imperatoris pater ſenſit*, quærendum eſt, ubi, aut quando, aut quur, aut quemadmodum hoc pater ſenſerit, aut quid ſit, ſenſit. Numquidnam cum ab alio juſſum eſſet, aut ab aliis fieret, ita pater ſenſit? Quia ergo nos non eorum errores, qui in verbis ſunt diſcutimus, quod inmenſum eſſet, & ad peragendum difficile, quippe cum pene nullus ibi verborum ordo ſenſum legenti adſerat: ſed eorum ſolummodo ſenſus ſeu ſententias reprehendendo percurramus: reſtat ut non quid dicant, cum præſertim ita ut dictum eſt, nullum pene ſenſum habeat, ſed quid dicere velint pertractemus. quod ait *honorandam ejus imaginem ſicuti & imperatorem pater ſenſit*, hunc vult habere ſenſum, ut dicat, Pater juſſit imaginem Chriſti adorare ſicuti Imperatorem. Quod quidem ubi, quando, quur, quemadmodum geſtum ſit, ab omni penitus catholico ignoratur. Non enim pater imaginem ejus, ſed ipſum eundemque honorare & audire juſſit, cum ad fluenta Jordanis ſancta Trinitas in unitate ſub-
Math. 3. ſtantiæ, pater videlicet in voce, qua intonuit, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite:* Filius in corpore, Spiritus verò Sanctus in ſpecie columbæ mirabiliter claruit. Elto, pater juberet honorandam Chriſti imaginem ſicut imperatorem, nunquid non rectius eſſet imperatorem honorandum decernere, ſicuti imaginem Chriſti, ut imago Chriſti eminentiorem in tali ratione locum teneret? non ergo pater imaginem Chriſti quoquam legitur aut depingere aut adorare aut honorare juſſiſſe: quippe qui ſe ſolum adorari ſibique ſoli ſervire inſtituit. Quia ergo imperatores & reges ſint à ſubditis honorandi quibusdam divinæ Scripturæ exemplis poteſt adprobari. Si enim honorandi minime eſſent, nequaquam David, vir ſanctus Saulem, poſtquam Deus ab eo receſ-
1 Reg. 26. & 2. Reg. 1. ſerat, *Chriſtum Domini* vocaret. Non enim erat neſcius præfatus vir divinam eſſe diſpenſationem in officio ordinis regalis: idcirco Saulem in eadem adhuc dignitate poſitum honorificat, ne Deo injuriam facere videretur, qui his ordinibus inpertiendum honorem decrevit. Quam diu ergo in ea dignitate eſt, honorandus eſt, ſi non propter ſe, vel propter ordinem. Unde & Apoſtolus, *Omnibus*,
Rom. 13. 1. Pet. 2. inquit, *poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* & in alio loco, *Deum timete, regem honorificate.* Uberior namq; ex hac ratione diſputatio oriri poterat, ſed quia jam aliquantulum ex ea in ſuperioribus hujus operis eſt partibus diſputatum, nobis nunc eſt his prætermiſſis ad alia transeundum.

CAP. XXX.

De eo, quod apogryphas & deriſione dignas nænias ſuis locutionibus interpoſuerunt.

SI quis ligneam domum ædificans ſi parietes cupit marmoreis exornare tabulis, aut variare multicoloribus vitri fruſtulis, dum cernit ligno eadem metalla per naturam minime poſſe cohærere, ſpretis his metallis, quæ ligno per naturam cohærere nequaquam poſſunt, lignis denuo conatur perficere: aut ſi quis ſtagneum vas facere cupiens, ſi ejusdem materiæ ei ſupplementum deſit, non aliorum precioſorum metallorum materias, quæ ſtagno cohærere nequeunt, ſed idem ſtagnum ad perficiendum cœptum opus quærit: ita nimirum illi in ſua ſynodo cum erroris ſui inſtrumentum, ſcripturam videlicet, quæ pro adorandis imaginibus compoſita eſt, amplificare niſi ſunt, ſcripturasq; divinas ei cohærere minime poſſe ſenſerunt, ad apogryphas quasdam & riſu dignas nænias dictandi pedem verterunt: & cum viderent divinæ legis teſtimonia inconpetenter eidem operi adhibita nequaquam poſſe cohærere, tales eidem ſententias aptavere, quæ ei ſenſu verbisque nequaquam poſſent diſtare: quoniam ſicut ferreo anulo precioſiſſima ſmaragdus inſerta, aut cilicino tegumento auro textæ veſtis faſcia minime convenit adſuta, ita penitus divinorum eloquiorum teſtimonia illorum operi nequaquam conveniunt adhibita. Res ergo dubia & in contentionem veniens non debet adſtrui apogryphorum næniis, ſed aut divinæ legis oraculis, aut eorum doctorum, qui à catholica & apoſtolica eccleſia recipiuntur, ſalutaribus monitis, & luculentiſſimis documentis. Sed fortaſſe aliquis hujusce erroris ſcrupuloſiſſimus adſeverator dicet, Non illi apogryphorum librorum ſententias ſuo operi inſeruere ad rem propoſitam confirmandam, ſed inſultantes ad quorundam hæreticorum veſaniam ſubſannandam: cui noſter ſtilus facillimam poteſt inferre reſponſionem. Numquidnam cum Polemonis imaginem, quod nulla authentica lectio narrat, dicunt quendam ab ſcelere coercuiſſe, alicui inſultant? Sunt itaque in eadem lectione quædam, quæ illi ad rem prupoſitam adfirmandam poſuere: ſunt etiam pleraque, quæ quamquam inſultando poſuerint, ita ſunt involuta, ita inordinate,

ita

ta enormiter prolata, ita permixtim digeſta, ut pene vix deprehendi valeat, vixque lectoris mentem adtingat, utrum ea, quæ dicuntur verba ſint inſultantium, aut his, quæ dicuntur fidem exhibentium. Quæ res & ſi à doctis quibusq; ita ut dicitur, intelligitur, indoctis verò quibusdam ſcandalum generare perhibetur, nec immerito, quæ ita imperitia tegitur ut vix intelligatur.

CAP. XXXI.

Deliramentum errore plenum, quod de Retruſo quodam dixerunt, qui Dæmoni juraſſe, & idipſum juramentum irritum feciſſe perhibetur, cujus Abbas non mediocriter deliraſſe dinoſcitur dicens, et commodius eſſe omnia in civitate lupanaria ingredi, quàm abnegare adorationem imaginis Domini aut ejus ſanctæ genitricis.

SÆPE in hoc opere cogimur dicere à rebus noxiis exempla minime debere ſumere: & hoc ideo tam crebro repetimus, quia eos ob ſuum errorem adfirmandum id crebro feciſſe reperimus. Sicut enim ordine conpetenti bonis actibus adminiculum præbent bonorum nihilominus actuum exempla, ita nimirum illi erroneis actibus erroneorum actuum quærunt ſuffragia. Ad propoſitum namque errorem ſtabiliendum Retruſi cujusdam proferunt exemplum: qui ſi ita geſſit ut illi aſſeverant, tripertitum noſcitur in ea parte patraſſe deliquium: ſive quia dæmonico ſponte paruerit alloquio, ſive quod eo inliciente ſe jurejurando conſtrinxerit, ſive etiam quia id juramentum irritum fecerit: quæ tria non ſolum in exemplum minime ſunt adtrahenda, verum etiam ab omni catholico penitus abdicanda: quoniam multis divinæ legis ſunt teſtimoniis interdicta. Societates ergo & ſeductiones non ſolum dæmonum, ſed etiam malorum hominum pluribus divinorum eloquiorum præceptis inhibentur. Scribitur enim in Exodo, *Non audies auditum vanum*: & in Proverbiis, *Fili, non te ſeducant viri impii.* Si ergo malorum hominum ſeductiones vitandæ ſunt, multo magis malignorum ſpirituum alloquia & adſenſus vitanda creduntur: quoniam cum ſint humanitatis inimici, & nobis ſemper infeſti, tanto ſemper debemus de eorum eſſe deceptione ſuſpecti, & contra eorum nequitias erecti, quanto eos ſubtilioris eſſe ſcimus naturæ vel ingenii. In eo quoque quod dæmoni juravit, divinis verbis, quibus juramenta prohibentur contraiit. In Eccleſiaſtico namq; ſcribitur, *Jurationi non adſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa. ſicut enim ſervus interrogatus aſſidue à livore non minuetur, ſic omnis jurans & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non diſcedet a domo illius plaga.* (Eccleſ. 23.) ipſa quoq; veritas in Evangelio dicit; *Ego autem dico vobis, ne omnino juretis, neq; per cœlum, quia ſedes Dei eſt, neq; per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus, neq; per Hieroſolymam, quia civitas eſt magni regis. neq; per caput tuum jurabis, quia non potes unum pilum facere album aut nigrum: ſit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non: quod autem amplius eſt, à malo eſt.* (Matth. 5.) Porro quod eidem dæmoni ſe pejeraſſe perhibetur, & in hoc abſurde egiſſe detegitur. Ait enim Dominus per Moyſen, *Non jurabis in nomine meo injuſte, & non profanes nomen ſanctum meum: ego ſum Dominus Deus veſter.* (Levit. 19.) & in Zacharia Propheta legitur, *Et juramentum falſum nolite diligere, quia hæc omnia odivi, dicit Dominus omnipotens.* (Zach. 8.) Cum ergo idem Retruſus hæc tria divinis verbis obnitentia perpetraverit, ejus Abbas nihil in eo correctionis exhibuit, ſed ei deteriorem peccandi viam oſtendit dicens, *Commodius tibi eſt omnia in civitate lupanaria ingredi, quàm abnegare adorationem imaginis Domini, aut ejus ſanctæ genetricis.* O inconparabilis abſurditas! O exitiabile malum! O veſania multis veſaniis præferenda! Commodius dicit perpetrare rem & per legem, & per Evangelium interdictam, quàm abſtinere ſe à re quam neque per legem, neque per Evangelium conſtat eſſe inſtitutam. Commodius dicit facinus perpetrare, quàm à facinore abſtinere. Commodius dicit in profundo cœno ſeſe ultro inmergere, quàm viam recti tramitis inoffenſo pede tenere. Commodius dicit templum Dei violare, quàm rerum inſenſatarum adorationem ſpernere. Commodius dicit tollere membra Chriſti & facere membra meretricis, quàm contemnere adorationem operis cujuslibet artificis. Dicat ergo, ſi uſpiam reperire poteſt, dixiſſe Dominum, *Non abneges adorationem imaginis*, ſicut dixiſſe eum manifeſtiſſimum eſt, *Non mœchaberis.* (Exod. 20.) Dicat, ſi alicubi reperire valet, dixiſſe Dominum, *Si videris imaginem & non adoraveris eam, peccaſti*, ſicut apertiſſime dixiſſe eum conſtat, *Si videris mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus es eam in corde tuo.* (Matth. 5.) Quæ cum non repererit, vehementer ſe erraſſe perſentiat, qui rem tam proboſam perpetrare ob evitandam rem infructuoſam conceſſit. Nam dum Dominus & per legem accingere lumbos ſuper ubera, in corde videlicet libidines reſecare, & per Evangelium lumbos accingere, & lucernas tenere, caſtitati ſcilicet bona opera adſociare percenſeat, & in divini eloquii libris caſtitatis præcepta dentur, nuſquam tale aliquid de imaginum adoratione juſſum fuiſſe reperitur. Unde dum Retruſo illi Abbas ſuus, qui ei utique ducatum ſalutis præbere debuit, peccandi habenas laxavit: & qui eum ab erroris laqueo, quo dæmoni juraverat retrahere debuit, ipſe quoque cum eo in erroris voraginem. qui ei graviſſimum facinus ait eſſe commodius perpetrandum, corruit: proculdubio Evangelicum illud implevit, *Si cæcus*, inquit, *cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadent.* (Matth. 15.) Quisquis ergo tali exemplo ſuam vult fulcire aſſertionem, non ſuam inſaniam mediocrem, ſed cæteris demonſtrat eſſe validiorem. Quia igitur illorum abſurditatis inſtantia & nugarum continuitas ſive etiam deliramentorum congeries nullis in eorum volumine, cujus errores diſcutimus, intercapedinibus requieſcunt, ſaltim librorum iſtorum intercapedine, qui inter unius

finem & alterius initium eſt requieſcat, quo ſicut illorum error, ita etiam eorundem errorem aſſidua diſputatione diſcutitur, continuitas librorum intervallo quodammodo dirimatur.

Explicit Liber III.

PRÆFATIO LIB. IV.

TRibus hujus noſtræ diſputationis libris Deo auxiliante decuſſis, in quibus quædam divinæ legis teſtimonia, & ſi breviter propriis tamen ſecundum ſanctorum patrum doctrinam ſunt ſenſibus reſtituta, & noſtræ fidei confeſſio, quamquam pedeſtri ſermone, ſincera tamen eſt Apoſtolicæ traditionis firmitate exarata, & illorum, qui novas inſtitutiones eccleſiæ inſerre nitentes, res ſenſu carentes adorare percenſent, veſania quodammodo eſt diſcuſſa: ad quartum nunc librum nos peraccedere ratio cogit: in quo ſi qua de illorum vanitatibus capitula remanſere, Domino opitulante ſunt diſcutienda: quoniam quidem tumultuoſum inordinatumque dicendi genus evitantes, librorum numeroſitatem ordinavimus, & brevitati ſtudentes non amplius, quàm ad quatuor libros hujus noſtri operis ſermonem protendimus: & paucorum prolixitatem pluriumque diminutionem fugientes, in hoc numero noſtræ diſputationis pedem firmavimus, quem prorſus divinorum eloquiorum teſtimoniis ſacratum eſſe comperimus. Quaternarius ergo numerus, & à Phyſicis in elementorum ac totius mundanæ molis, vel etiam ratione humani corporis laborioſiſſima indagatione, de quibus nunc dicere longum eſt, uſitatus adprobatur, & à divinis literis, quæ plura ſacrata, & ad myſterium pertinentia eodem numero coartata eſſe teſtantur, ſacratiſſimus demonſtratur. Quatuor etenim flumina de uno Paradiſi fonte emanantia, & quatuor evangelia de fonte lucis & origine bonitatis procedentia, & quatuor virtutes, prudentia videlicet, fortitudo, juſtitia, ſeu temperantia, humanam vitam honeſtiſſimis regulis moderantes eſſe deſcribuntur. Quadratis etiam lignis archa fabricata eſt, in qua humani generis ſive omnium animantium vita aquis cuncta vaſtantibus reſervata eſt: nunc quoque archa ſanctæ eccleſiæ, quæ in hujus ſeculi procelloſis tentationum innatat undis, quæ electorum reproborumque capax eſt, quadratis lignis, ſanctis ſcilicet viris patientiæ virtute decoratis, fabricata firmatur: quorum vita quocumque vertitur firmiter ſtat: quia nec in adverſis deiciuntur, nec in proſperis ſublevantur. Quorum vos veſtigia ſequentes, & vocum novitates vitantes, & rerum ſenſu carentium adorationem ſpernentes, ſolique Deo cultum ſervitutis exhibentes, ejusque ſanctis competentem honorem inpendentes, in patientia noſtra poſſeſſuros nos ſperamus animas noſtras.

LIBER QVARTUS.

CAP. I.

Falſiſſimum & riſu dignum dictum Johannis presbyteri, qui non minus cæteris in imaginum adoratione inſaniſſe dinoſcitur. Ait enim, Qui adorat imaginem, & dicit, quoniam hic eſt Chriſtus filius Dei, non peccat.

MAGNAM nobis in hoc opere diſputandi materiam Johannes presbyter & legatus orientalium dedit, qui inter cæteras ſuæ profeſſionis abſurditates, nec falli in hoc negotio, de quo ſermo eſt, vitavit, nec fallere timuit, nec mentiri ſeu ad mendacium alios hortari erubuit. Falli etenim non vitavit, cum ſanctarum Scripturarum calle, quæ unius & ſolius Dei cultum & adorationem cenſent, poſtpoſito, per abrupta & devia errans mentis ſuæ pedem ad res ſenſu carentes adorandas divertit. Fallere non timuit, cum callem recti itineris à ſe prætermiſſum alius prætermittere, & ſecum per invia errare multis adſertionibus ac potius vanitatibus perſuaſit. Mentiri quoque & ad mendacium alios exhortari non erubuit, qui rem inlicitam perpetrare, & mendacium proferre peccatum non eſſe aſſeruit. Ait enim, *Qui adorat imaginem, & dicit, quia hic eſt Chriſtus filius Dei, non peccat.* Cui vanitati facillima argumentatione hoc modo poteſt reniti, quoniam ſi id dicere quod non eſt, mendacium non eſt, neque id dicere quod eſt verum eſſe poteſt: ac per hoc ſi mentiri vitium non eſt, neque veritatem proferre virtus eſt: & ſi veritatem proferre ac ſectari virtus eſt, proculdubio mentiri mendaciumque ſequi vitium eſt. unde cum dicit quis picturam Chriſtum eſſe Dei filium, mentitur: & cum mentitur, perperam agit: & cum perperam agit, peccat: cum igitur picturam dicit eſſe Chriſtum Dei Filium, peccat. non enim pictura quælibet noſtræ ſalutis cauſa hominem adſumpſit eundemque flagellari & pro nobis cruci adfigi permiſit, nec imago quælibet mortis imperio deſtituto Erebique profundo ſpoliato de ſepulchro ſurrexit: nec cujuslibet terreni artificis opus Apoſtoli ſalutaribus monitis inſtitutis, & per totius mundi compita ad prædicationem deſtinatis, cum corpore ad cœlum aſcendit, & ad Dei patris omnipotentis dexteram ſedit. Hæc enim omnia non pictura quælibet, ſed Chriſtus, qui eſt unicus Dei Patris Filius ante ſecula à Patre ineffabiliter genitus, in fine ſeculorum ad terras humanæ ſalutis cauſa miſſus peregit: qui eſt unctus à Patre oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, qui ſecundum Apoſtolum pacificavit omnia per ſanguinem crucis ſuæ, ſive quæ in cœlis, ſive quæ in terris ſunt, cui flectitur omne genu cœleſtium, terreſtrium, &

infer-

infernorum, & qui imaginem adorans dicit, *Hic eſt Chriſtus Filius Dei*, non ſolum peccat, ſed etiam
inſaniens ſceleſte agit, qui rei tam ſublimis excellentiſſimum nomen (ſi tamen res dici fas ſit, & non
potius rerum omnium origo vel cauſa) tam vili rei tamque abjectæ, & non ſolum myſteriis, ſed & vi-
ta carenti aptare contendit. Sicut enim imago quælibet Chriſto in natura coæquari nequit, ita etiam
in nomine coæquari minime poterit. Quod ſi quis forte æquivocorum nominum in hanc partem
rationem arbitretur poſſe cadere, ſciat hanc, quam nunc diſcutimus ſententiam ab æquivocorum no-
minum ratione longe diſtare. Aliud eſt enim dicere, homo pictus & verus, leo pictus & verus & cœ-
leſtis, atque aliud imaginem fateri Chriſtum Filium Dei eſſe: cum videlicet illic nominis ſit tantum
conſonantia, hic perſpicuæ profeſſionis plena ſententia, quoniam æquivocorum ratio in ſolo tan-
tundem nomine communionem habet, mox verò ut ad definitionem pervenerit, quod nominis
communio ſono ſolùm modo vocis tegebat, definitio ſolertiſſime pandit. Aliud namque, ut præfati
ſumus, & longe aliud eſt, picturam quandam nomine tantummodo illius rei nuncupare, cujus ima-
go eſt ſecundum æquivocorum nominum rationem, atq; aliud rem inſenſatam adorare, & eandem
rem plena ſententia Chriſtum Dei Filium profiteri & dicere, *Hic eſt Chriſtus Filius Dei.* Nam ſi tale
mendacium proferre, ut ille faſſus eſt, peccatum non eſt, inlicita quæq; perpetrare nullum peccatum
eſt: & ſi inlicita quæq; perpetrare nullum peccatum eſt, ſanctarum ſcripturarum vigor, quæ utique
ab inlicitis abſtinere cenſent, fateſcere credendus eſt. Non autem ſanctarum ſcripturarum vigor,
quæ ab inlicitis quibusq; abſtinere cenſent, fateſcere credendus eſt: eſt igitur tale mendacium pro-
ferre peccatum. Nam dum pene omne mendacium, quod fallendi ſtudio profertur peccatum ſit,
multo magis hoc tale mendacium peccatum eſſe poteſt: cum tam vilem rem tanti nominis confeſſio-
ne nuncupare ſtudet, & confeſſionem quam paſtor eccleſiæ eidem redemptori protulit, quamque
quotidie ei omnis ſancta catholica & univerſalis profert eccleſia, per quam & ſalvatur & ſuæ ſalutis
ſpecimen adipiſcitur de re inſenſata quis proferre conetur? Sicut ergo cætera vitia, ita etiam menda-
cii vitium divinarum ſcripturarum documentis eſt inhibitum. Unde quisquis ejusdem Johannis
monitis paret, ut & imagines adoret & easdem Chriſtum Dei Filium appellet, & ſupervacuitatem
nequam exercet, & ſe indiſciplinatum eſſe demonſtrat. Si ergo hoc ſcelus, ut ille profeſſus eſt, per-
petretur, implebitur illud, quod Hieremiæ vaticinio voce Domini dicitur; *Mendacium & non fides
invaluit ſuper terram: quia a malis mala exierunt, & me non cognoverunt.* Paulus quoque egregius
prædicator mendacium deponere & veritatem loqui his verbis perſuadet. Ait enim in epiſtola ad
Epheſios, *Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisq́; cum proximo ſuo: quia ſumus in-* Epheſ. 4.
vicem membra. item idem ad Coloſſenſes; *Nolite mentiri invicem, ſpoliantes vos veterem hominem* Coloſſ. 3.
cum actibus ſuis. Johannes quoq; Apoſtolus ait; *Omne mendacium non eſt de veritate.* Unde liqui- 1. Joan. 2.
do patet, ſi pictura, ut ille fateri hortatur, Chriſtus Dei Filius non eſt, mendacium ſit id, quod dici-
tur: & ſi id, quod dicitur, mendacium eſt, juxta Apoſtoli vocem de veritate non eſt. Cum igitur ta-
lis profeſſio mendacium ſit, proculdubio de eadem veritate non eſt, quæ ait; *Ego ſum via & veritas* Joan. 14
& vita. Cultus enim adorationis ſoli Deo, & confeſſio Filii Dei illi ſoli, qui vere ejus Filius coeſ-
ſentialis eſt, non adoptivus, exhiberi debet. ſi verò *Hic* particula in eodem loco pro adverbio loci,
non pro pronomine, poſita eſt, utcumque hæc ſententia ſtare poteſt, quia Deus ubique eſt.

CAP. II.

De eo, quod idem Johannes non rectè dixit, Per imaginem, quæ per colores apparet, adora-
tur fortitudo ejus, & glorificatur, & ad memoriam veniemus de ejus
in terra præſentia.

HANC quoque dementiam ſæpe memoratus Johannes presbyter ſuis frivolis addere non diſ-
tulit, ut diceret, *Per imaginem, quæ per colores apparet, Domini fortitudinem adorari*, quaſi
Dominus alicujus rei ſit indiguus, & per aliquam rem ſuam fortitudinem, quæ nullam habet
indigentiam, faciat adorari. Numquidnam cum cœli ſive lucis nomine, primam omnium creatu-
ram, angelicam condiderit naturam, quæ ab ipſo creationis ſuæ exordio Dei fortitudinem & adoraſ-
ſe creditur & laudaſſe, quia necdum homines erant, qui de quibusque materiis, nec quædam mate-
riæ erant, in quibus imagines pingi poſſent, ideo Domini fortitudinem nec adoraſſe credendi ſunt,
nec laudaſſe? ait enim Scriptura; *Quando creata ſunt omnia ſydera, ſimul laudaverunt me omnes an-
geli mei.* ubi jam evidenter oſtenditur, non per imaginem, quæ per colores apparet, ſed per ſuam
ineffabilem potentiam Dei fortitudinem ſemper fuiſſe laudatam & adoratam. Nunquidnam poſt
conditionem hominum, cum necdum pictoria ars in mundo inoleviſſet, fortitudo Domini minimè
fuit à ſanctis quibusque adorata? Denique neque Abel juſtus, neque Enoch, neque Noe, neque
ullus ſanctorum, qui in illa ætate fuiſſe leguntur, per imaginem, neque per colores Domini fortitu-
dinem adoraſſe creduntur: quippe cum in rudi adhuc mundo necdum quarundam mundanarum
artium experientiæ haberentur. Cum ergo ſint plures mundi partes, in quibus homines pictoriæ
artis ſint ignari, numquidnam ibidem fortitudo Domini minimè creditur adorari? Adoratur er-
go fortitudo Domini non per imaginem, quæ per colores apparet, ut ille ſomniat, ſed per ejus in-
effabilem potentiam, qua omnis mundi compago condita eſſe dinoſcitur. Adoratur etiam for-
titudo ejus non per quasdam materias, ſed per verbum ſuum, filium videlicet, quem ante ſe-
cula ineffabiliter genuit, & per quem & in quo univerſa creavit, qui eſt dextera & fortitudo patris,

per quam ſortitudinem ſicut univerſalis creaturarum conſtat eſſe patrata creatio, ita etiam perpetua & ab angelis & ab hominibus ei celebratur adoratio: qui nimirum ſicut cauſa eſt omnis creationis, ita etiam cauſa eſt juſtiſſimæ & decentiſſimæ adorationis. Sancta igitur & univerſalis eccleſia non per imagines, quæ ex coloribus fiunt, ut ſæpe memoratus Johannes nauſeaſſe dinoſcitur, Deum adorare nos mortales homines, neque ætherias poteſtates, ſed per Chriſtum Dominum confitetur, cum ſuæ redemptionis myſteria celebrans dignum & juſtum æquumq; & ſalutare dicit eſſe, ut nos ei ſemper & ubique gratias agamus, per quem ineffabilem patris majeſtatem angelos laudare, dominationes adorare, poteſtates tremere, cœlos cœlorumque militiam ſupplici confeſſione hymnum gloriæ conſtat ſuâviſona modulatione cantare. Adoratur ergo fortitudo ejus non per coloriferam imaginem ejus, ſed per ſacratiſſimam, & vivificatricem ejus incarnationem. Adoratur ejus potentia non per picturam, ſed per ſua opera: per hæc videlicet, quibus formam ſervi accipere, de virgine naſci, ſurdis auditum, mutis eloquium, claudis greſſum, leproſis ſive cæteris ægritudinum moleſtiis adgravatis ſanitatem, mortuis vitam, cœcis lumen reddere, inferna exſpoliare, mortis imperium deſtruere, de ſepulchro ſurgere, ad cœlos aſcendere dignatus eſt. Hæc ſunt enim inſtrumenta, quibus à catholicis fortitudo Domini adoratur: hæc munimina, quibus fides eccleſiaſtica tuetur: hæc confeſſio à qua ſi quis diſſentit, periclitatur: quam ſi quis corde retinet, ſalutem perpetuam adipiſcitur: hoc memoriale perpetuum, quo Chriſtum fidelium mentes interioribus oculis ſemper intuentur, ad quarum rerum plenam cognitionem non per picturam venitur, ſed per fidem, ſpem & dilectionem. Quia igitur idem Johannes imperitiæ ſuæ nubilo obſitus, ut reor, aliud dixit, dum tamen aliud dicere vellet, hæc contra ea, quæ dixit, dicta ſufficiant: cæterum ad ea, quæ dicere voluit hujus diſputationis pes vertendus eſt, ut & quid nolens aſſeveravit, & quid volens dicere ſtuduit, hujus ſtili pugno rationabilibus armis munito quatiatur, quatenus nos & dicenda, quæ inpropriis verbis obſita ſunt ſenſiſſe, & dicta, quæ intelligere in promptu ſunt, diſputando contriviſſe lector agnoſcat. Cum enim ait; *Per imaginem, quæ per colores apparet, adoratur fortitudo Domini*, ut conicimus, dicere voluit, Viſa imagine colorum fucis compaginata, fortitudo Domini adoratur: quod quidem & in ſequentibus pene pateſecit, cum ait, *Et ad memoriam veniemus de ejus in terra præſentia.* Cui propoſitioni hoc facillimè poſſumus obicere, quod nec ſcripturarum ſanctarum lectione, nec patrum exemplis

Pſal. 119. eſt inſtitutum, Deum in manufactis quibusdam debere quærere. *In corde meo*, inquit David, non imaginibus, *abſcondi eloquia tua: in toto corde meo exquiſivi te Deus, ne repellas me à mandatis tuis.* &

Joel. 2. Moyſes dicit, *Ponite verba Domini in cordibus veſtris.* & Dominus per Prophetam, *Convertimini ad*

Eſ. 29. *me ex toto corde veſtro.* & è contrario de reprobis ait, *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* Unde datur intelligi, quòd non in rebus viſibilibus, non in manufactis, ſed in corde Deus eſt quærendus: nec carnalibus oculis, ſed mentis ſolummodo oculo aſpiciendus. Nam quæ veſania eſt dicere, *Per imaginem, quæ per colores apparet, adoratur fortitudo ejus, & ad memoriam veniemus de ejus in terra præſentia?* Infelix memoria, quæ ut Chriſti memoretur, qui numquam à pectore juſti hominis recedere debet, imaginariæ viſionis eſt indigua: nec aliter poteſt Chriſti habere in re præſentiam, niſi in pariete, aut in aliqua materia ejus viderit imaginem pictam: quoniam talis memoria, quæ imaginibus fovetur, non venit ex cordis amore, ſed ex viſionis neceſſitate: quia videlicet non hanc internus amor ad memorandum Chriſtum incendit, ſed neceſſitas, qua etiam res exoſas mox ut videmus pictas, utcumque ad mentem viſione duce reducimus. De talibus ergo, qui tanta neceſſitate arctantur, ut niſi picturas viderint, Chriſti difficilè memorentur, timendum eſt, niſi fortè aut communem hanc lucem quadam corporis moleſtia urgente viventes amiſerint, aut picturis quodam caſu, quæ tamen non ſemper haberi poſſunt, caruerint, Chriſti prorſus, qui ſemper ante oculos habendus eſt, obliviſcantur.

CAP. III.

Deeo, quod dicunt, non ſcandalizandum quendam, eo quòd ante imagines ſanctorum luminaria fiant, & odoris thymiamata.

DENIQUE cùm eadem ſynodus, cujus lectionem inculcandam arripuimus, plura ſuadeat, quibus nullus ſanæ mentis adſenſum præbere audebit, plura diſſuadere nitatur, à quibus nullus ſani capitis greſſum operis retorquere tentabit, plura vituperet, quæ prorſus ſunt laudanda, & è contrario plura laudet, quæ penitus ſunt vituperanda, admonet etiam ne quis ſcandalizetur, eo quod ante imagines luminaria concinnantur, & thymiamata adoleantur: quaſi non illi ſcandalizati ſint, qui rebus luce carentibus luminaria incendunt, & odore carentibus odorifera thymiamata offerunt. Illi etenim ſcandalizantur, qui ea, quæ Deo digne offerenda ſunt, rebus ſenſu carentibus offerunt, & offerre hortantur: & nos ſcandalizandos autumant, à quibus ſuam veſaniam rationabiliter ſubſannandam formidant: & dum ſe à nobis reprehendendos exiſtimant, noſtram ſalutem zelari ſe jactant. Nos itaque in hac parte ſcandalum pati formidant, & ſe bonis operibus inſtare putant: ſed tanto nobis hujusce partis ſcandalum valebit obeſſe, quanto & illis ipſius inſolentis obſequii exhibitio prodeſſe: quia nimirum ordo expoſcit, ut talem illis præfatæ imagines inlati obſequii retributionem impertire cogantur, qualem inpertiti honoris ſenſum, cum ſint penitus inſenſatæ, percipere noſcuntur. Sed fortaſſis hanc noſtram aſſertionem fruſtrari cupientes dicent, Cur eos imaginibus

nibus ſenſu carentibus luminaria concinnantes, & thymiamata adolentes, ſubſannatis, cùm & nos in baſilicis æque ſenſu carentibus, & luminaria concinnemus, & thymiamata adoleamus? Quibus facilis poteſt oboriri objectio; quoniam aliud eſt loca divinis cultibus mancipata luminaribus perluſtrari, & in eiſdem locis & orationum & thymiamatum Deo fumum offerri, & aliud, imagini oculos habenti & nihil cernenti lumen offerre, & nares habenti & nihil odoranti thymiamata adolere: aliud eſt loca divino cultui mancipata venerari, aliud picturis quibuslibet coloribus comptis luminaria & thymiamata offerre: aliud domum majeſtatis Domini à fidelibus quibusque ædificatam & à Pontifice dedicatam ſolenniter venerari, atque aliud & longè aliud, imagines à pictoribus quibusque conpoſitas oblatis muneribus inrationabiliter oſculari. *Domus* enim *mea*, ait Dominus, *domus orationis vocabitur*: item alibi, *Munera accepta erunt ſuper altare meum, & domus orationis meæ honorabitur.* Es 56. Eſ. 60. Multis namque honoribus locus ille ſublimandus eſt, ubi à fidelibus populis undiq; convenitur, & eorum ſupplicationes Deo miſerante exaudiuntur, & noſtræ ſalutis myſteria celebrantur, & Deo ſacrificium laudis offertur, ubi ad perferenda Deo ſacrificia à fidelibus populis per manus ſacerdotum inlata, angelicus fit concurſus, ubi crebro ſuaviſonus pſallentium reboat concentus, ubi divinæ lectionis arentia corda inrigantes perſonant fluctus. Denique in eorum plerisque locis, qui ſe imaginibus luminaria & thymiamata offerre gloriantur, à quibus nos qui id facere contemnimus, ſcandalum pati putamur, ita loca divino cultui mancipata deſpicabilia ſunt, ut ſicut Legatis noſtris ſive illis, qui tempore reverendæ memoriæ inluſtriſſimi viri patris mei, ſive eis, qui à nobis illas ſunt deſtinati in partes, referentibus conperimus, pleræque baſilicæ in eorum terris non ſolum luminaribus & thymiamatibus, ſed etiam ipſis carent tegminibus: quippe cùm in regno à Deo nobis conceſſo baſilicæ ipſo opitulante, qui eas conſervare dignatur, affluenter auro argentoque, gemmis ac margaritis cæteris venuſtiſſimis redundent adparatibus, & qui imaginibus luminaria concinnare & thymiamata adolere reſpuimus, loca divinis cultibus mancipata rebus precioſiſſimis exornamus.

CAP. IV.

Deeo, quod dicant, Ejusdem criminis eſt, qui imagines ſpernit, cujus & Nabuchodonoſor, qui oſſa regum Juda protulit è ſepulchris, & Judaici regis oculos occiſis filiis eruit, & Cherubim de templo abſtulit.

IMAGINES namque, ut crebro jam diximus, ſpernendo frangere, luminaribus & thymiamatibus offerendo adorare, nulla penitus authentica lectione cenſetur, neque ullius ſancti exemplo fieri debere monſtratur: cùm præſertim frangere eas ſive adorare à quibusdam ſanctis Patribus ſit prohibitum: & non immerito, quia à cautela eſt omnino remotum, quod utrumque illi perpetrant, qui ſynodos faciunt, aut ob earum non neceſſariam abolitionem, aut etiam ob earum inopportunam adorationem. Dicunt ergo eos, qui eas ſpernunt ejusdem criminis eſſe, cujus Nabuchodonoſor, qui peccatis Iſraheliticæ gentis invaleſcentibus tremendi arbitrii ira urgente Judææ regnum deſtruxit, muros ſanctæ quondam civitatis evertit, & diruta totius templi venuſtate, cherubim quoque dejecit. Quod quidem ſi ita eſſet, non in nos hoc crimen poſſet cadere, qui eas in ornamentis eccleſiæ habere permittentes, modis omnibus ſpernimus adorare, ſed in eorum prodeceſſores vel parentes, qui eas ornamentis baſilicarum ab antiquis adhibitas fregere, & penitus abolendas ſanxere. Tam anceps itaque hujusce partis in eos ſententia pendere cernitur, ut quicquid ex ea moleſtius execrabiliusque protulerint, aut ſe aut prodeceſſores ſuos inevitabiliter damnare videantur. Cùm igitur illi majores ſuos ob earum abolitionem ſpernant, ſeque ob earum adorationem magnam meritorum prærogativam habere jactent, nec iſti coæquari queunt ædificatoribus illius venerandi templi in laude, nec illorum majores ejusdem everſoribus eo æquabuntur in crimine: quoniam quanta eſt diſtantia inter templum ſummi Dei, quod ædificatum eſt tempore Prophetarum à viris inluſtribus, & quasdam imagines, quæ à quibuslibet fiunt artificibus, tanta proculdubio diſtantia eſt inter ejusdem templi everſores, & imaginum contemptores. Sed dum nos & iſtos vera ratione, qui eas inopportunè adorandas decernunt, & illorum majores, qui eas incautè prorſus abdicaverunt, reprehendamus, reſtat ut templi Domini everſores majoris multoque majoris criminis nexibus inretitos fuiſſe, quàm earum ſpretores perdoceamus. Non enim talium imaginum abolitionem, quales illi ſe adorare gloriantur, Propheta deflebat, ſed templum, quod nec dum fundatum erat, & urbis, quæ cæteris urbibus eminebat, everſionem prophetico ſpiritu longè poſt futuram reſpiciens, velut præteritam cantando deplorabat dicens; *Ut quid repuliſti nos Deus in finem, iratus eſt furor tuus ſuper oves gregis tui: memento congregationis tuæ, quam creaſti ab initio.* Nec Pſal. 74. imaginum contemptorem, ſed ejusdem ſacratiſſimi templi everſorem inimicum vocat, cum ſubinfert; Ibid. *Quanta malignatus eſt inimicus in ſanctis tuis, & gloriati ſunt omnes, qui te oderunt.* Nec in picturis, ſed in atrio Domini ſigna ſua, vexilla videlicet hoſtilia Chaldaici ſive Romani exercitus poſita, deplorat dicens; *In medio atrio tuo poſuerunt ſigna ſua, & ſigna non cognoverunt tanquam* Ibid. *in via ſupra ſummum.* Nec pictorum januas, ſive quorundam artificum vel etiam pictarum tabularum materias, ſecuribus & aſciis dejectas fuiſſe, ſed templi Domini, in quo erant ſancta ſan-

Ibid. ctorum, ſacratiſſimas januas hoſtilibus cuneis inciſas deflet dicens; *Tamquam in ſylva lignorum ſecuri-*
bus exciderunt januas ejus, bipenne & aſcia dejecerunt ea. Nec combuſtionem ſive inquinamentū qua-
rundam imaginum, ſed ſanctuarii Domini animi angore proſequitur; *Incenderunt*, inquiens, *igni ſan-*
Ibid. *ctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui.* Nec cum his ſimilia in alio Pſalmo flebili
modulatione cantabat, ſuper imaginū contemptores iram Domini effundendam, ſed ſuper urbis ſive
Pſal. 89. templi everſores, vel etiā totius Iſrahelitici populi vaſtatores orabat dicens; *Uſquequo Domine iraſceris*
in finem? an in finē exardeſcet velut ignis zelus tuus? effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, & in
Pſal. 13. *regna quæ nomen tuū non invocaverūt, quia comederunt Jacob, & locum ejus deſolaverunt.* Nec de pictu-
rarum contemptoribus, ſed ſub nomine Idumæorum de cunctis gentibus Iſrahelitico populo infeſtis
dicit; *Memento Domine filiorum Edom in die Hieruſalem, qui dicunt, Exinanite, exinanite quouſque ad*
fundamentum in ea. Nec imaginum adorationem contemnentibus, ſed ſub nomine filiæ Babylonis
Chaldaicæ ſive Quiritium genti comminatur; *Filia*, inquiens, *Babylonis miſera, beatus qui retribuet ti-*
Pſal. 137. *bi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis: Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram:* de
imaginum verò contemptoribus nihil tale uſpiam reperitur. Multa his ſimilia Prophetarum oraculis
de templi Domini ſive Hieroſulymæ urbis everſoribus dicta inveniuntur, quæ à nobis brevitatis ſtu-
dio prætermittuntur: Dominus quoq; & redemptor noſter ejuſdem templi ſive civitatis ruinam poſt
futuram fleviſſe legitur. Quæ omnia quamquam myſticis obumbrata figuris, de eccleſiæ, ſive animæ
everſoribus poſſint intellegi, qui virtutes animæ velut quoſdam muros quarum munimine con-
tra vitia pugnatur, & fidem in pectore collocatam in qua Deo ſacrificia munda litantur, quaſi quod-
dam templum ſemper inſectantes evertere moliuntur, & cogitationes mundas ſive quædam bono-
rum operum exercitia velut quendam populum proſtrare nituntur, tamen hiſtorialiter de præfati
templi everſione dicta fuiſſe accipiuntur. Unde liquido patet, majores eorum quanquam in abolendis
à baſilicarum ornamentis imaginibus quodammodo fuerint incauti, ſubverſoribus tamen ſacratiſſi-
mi ac reverentiſſimi illius templi nequaquam ſunt coæquandi: quoniam in iſtis quidem fuit levitas, in
illis verò atrocitas: in iſtis inperitia, in illis nequitia: iſti Deo ſe obſequium præſtare arbitrantes eas ab
ornamentis baſilicarum abſtulerunt, illi Deum qui populo ſuo erat iratus in ſe ad iracundiam pro-
vocantes ejus domum crudeliter diruerunt, quibus nos utrimq;, Deo opitulante, poſtpoſitis, & loca
divino cultui mancipata exornamus, & ſoli Deo ſervitium adorationis inpendimus.

CAP. V.

Quod epiſtola, quam illi ſancti Symeonis ſtultè dicunt, miſſa ad Iuſtinianum Imperatorem, multum diſtet à divinis ſcripturis, ſive à ſanctorum patrum documentis, in eo quod ait præfato imperatori, Pro quibus commemorantes referimus divinis veſtris auribus: *ſive in eo quod eidem imperatori miſericordia uti prohibuerit.*

SOLET plerumque hæreticorum verſutia probroſa quædam & errorem ſuadentia apicibus adnotare, & ſanctorum quorundam probabiliumque virorum nominibus prætitulare, quatenus viroſum poculum mellis inlitum ſapore facilius valeant ad potandum neſcientibus quibusq; porrigere. Unde timendum eſt, ne epiſtola quam illi cujusdam ſancti Simeonis dicunt, ex qua teſtimonia ad ſuum errorem ſtabiliendum adducunt, non verba ſint viri ſancti, ſed cujusdam machinamenti verſuti. Quoniam quidem ideo de ea à nobis ſive à cæteris quibusq; orthodoxis dubitatur, quia ejus ſermo in quibusdam locis ſanctarum ſcripturarum documentis refragatur, nec præſumimus ejus lectionem in teſtimonium ad res dubias firmandas ſumere, quam novimus divinæ legis inſtitutis contraire. Non enim nos ex ejus textu amplius uſpiam legiſſe meminimus, niſi id quod ab illis in eorum codice taxatū reperimus. Quod quidem quamvis ſenſuum verborumq; venuſtate careat, & inſulſum neſcio quid ruſticumve redoleat, libet tamen nobis ita id texere, ut conſtat nos in eorum codice reperiſſe. Dicunt n. præfatum ſanctum Symeonem, cujus vita nobis & prædicatio manet ignota, pro quibusdam Samaritanis, imaginibus Injuriam inferentibus Juſtiniano Imperatori taliter ſcripſiſſe; *Pro quibus commemorantes referimus divinis veſtris auribus* & iterum; *Non habeo quod dici talia præſumentes ne una in eis facta humanitate quatenus precamur victorioſam veſtram fortitudinem, ne faciat miſericordiam in eis qui hoc præſumpſerunt, neq; parcere illis, neq; quodlibet regū aut reſponſum ſuſcipere pro illis.* & poſt pauca; *Sed conjuro vos Domine per Emanuhel Deum excelſum non morari neq; ad modicum fieri ducentem vindictam.* & iterum; *Quos & ſuſcipiet, propinquitates eorum tenebra in condemnationem, qui expectat eos conſumere inextinguibilem & tenebroſum ignem, & anathematizet eos in inferiora abyſſi ipſe ſanctus & omnipotens ſpiritus Jeſu Chriſti Domini noſtri qui ex Patre procedit, ad perdendum illos in infinita perditione.* & poſt pauca; *In ipſo qui conregnat pietati veſtra.* In quibus ſtolidiſſimis verbis & non ſolum eloquii venuſtatem, verumetiam communem loquendi ſenſum fugientibus & barbariſmis ac ſolœciſmis concretū neſcio quid reſonantibus, hæc prorſus reprehendūtur, quòd Juſtin. Imperat. hominis æque mortalis atq; paſſibilis, & cūctis humanis permutationibus ſubjacētis, aures divinas nūcupaverit, eundēq; miſericordia uti prohibuerit, & ad reddendū malū pro malo facilis fuerit, & patiēter ac manſuetè agere in eadē cauſa neglexerit: & qui debuerat pro damnatorū ereptione laborās irā regis refrænare, illius iram magis magisq; ſuccenderit, eumq; atrociter ad iraſcendum inpulerit, nec ejus a exemplo

plo uſus ſit qui neminem vult perire, & qui pro lucrandis animabus invigilare debuerat, anathema &
maledicta injecerit. & eidem Imperatori Deum conregnare dixerit. Quæ verba dum in tot locis re-
prehendantur, ad roborandam adorationem imaginum minus idonea reperiuntur: quoniam diffici-
le poteſt per præcipitia currere, qui in planis cernitur titubare: nec valet in ambiguis diverticulis dux
eſſe itineris, qui publici tramitis viam tenere nequit in patentibus viis; & à liberalium diſciplinarum
ſubtiliſſimo magiſterio reprobatur, qui communium literarum uſitatiſſimam notitiam minimè ha-
bere reperitur. Nam dum de eo quod ille Imperatoris aures divinas dixit, eiq; Deum conregnare pro-
fatus eſt, contra eorum deliramenta qui hactenus talibus adhuc nugis utuntur, pleniſſime in ſuperio-
ribus hujus operis partibus à nobis affatim diſputatum ſit: nunc ordo expoſcit ut de cæteris, de quibus
nunc ſermo eſt, divinorum eloquiorum teſtimoniis greſſus ſermonum noſtrorum munientes, prout
Dominus dederit, diſputemus. Cum enim miſericordia uti imperatorem prohibuiſſe reperitur, quid
aliud facit, niſi omnibus ſanctis ſcripturis quæ miſericordiam habendam percenſent, reluctari dino-
ſcitur? Unde periculoſiſſimum eſt taliũ literarum præcepta ſequi, quæ divinis ſcripturis videntur ob-
niti. Ait enim Dominus in evangelio, *a Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt.* & iterum; a Luc. 6.
b Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. & doctor gentium ait; *c Eſtote autem* b Matth. 5.
invicem benigni, miſericordes, donantes vobiſmetipſis ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis. & Pſalmo- c Epheſ. 4.
graphus dicit; *d Dominum miſericordiam diligere;* & *e miſericordia Domini plenam eſſe omnem terram.* d Pſalm 33.
& idem Dominus per Prophetam dicit; *f Quia miſericordiam volo & non ſacrificium.* Nam dum miſe- e Pſal. 119.
ricordia tam authenticis habenda cenſeatur præceptis, & eam ſe in æternum cantaturum Propheta te- f Oſe. 6.
ſtetur, *Miſericordias tuas,* inquiens, *Domine in æternum cantabo,* & ita à Domino dicatur diligi, quiſ-
quis ea uti prohibet, eamq; habere contemnit, & Deum convincitur non diligere, & ejus præſtantiſ-
ſimis monitis penitus contraire. Unde & ipſa veritas legis perito dicenti, ipſum eſſe proximum qui Luc. 10.
fecit miſericordiam, reſpondit, *Vade & tu fac ſimiliter.* Quo documento monſtratur, non ſolum à no-
bis homines qui unius nobiſcum naturæ ſunt diligendos, ſed etiam angelos qui quamvis alterius ſint
naturæ, in eo tamen quod miſericordiam erga nos exercent, & proximi eſſe creduntur, & diligi proꝛ-
ſus ab eo qui Deum & proximum diligere ſanxit, omnino jubentur, in eo etiam quod tam facilis ad
reddendum malum pro malo fuerit, divinis prorſus monitis contradixit. Nec ille enim ad exercendam
vindictam tam ſeverus eſſe, nec imperatorem ad hanc exercendam inpellere debuit: quippe cujus mi-
niſterium non fuerit vindictam exercere, aut exercendam jubere, ſed opera miſericordiæ amare, & a-
manda cæteris prædicare. Ait n. Dominus in Exod. *Si occurreris bovi inimici tui aut aſino erranti, re-* Exod. 23.
duc ad eum. Cui præcepto nullatenus paruit cum errantes præfatos Samaritanos, ſi tamen erraſſe cre-
duntur, ab errore minimè revocavit, ſed ut in eodem errore perirent, imperatoris mentem poſtulan-
do concitavit: & quos vidit ſub onere peccatorum cecidiſſe, non ſolum non erexit, ſed ſub eodem one-
re atrociter perire permiſit, dicente Domino, *Si videris aſinum odientis jacere ſub onere, non pertranſi-* Ibid.
bis, ſed ſublevabis cum eo. in Prov. quoq; ſcribitur; *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potum da* Prov. 25.
illi: hoc n. faciendo carbones ignis congeres ſuper caput ejus, Deus autem retribuet tibi: quia videlicet quos
peccando inimicos ſciebat, & ſpiritalium ciborum eduliis & ſalutaris poculi egenos, ſi divinorum
verborum eſca ſive potu ſaturaret, carbones ignis qui & peccatorum rubiginem conſumerent, & eos
ad dilectionem Dei & proximi accenderent, ſuper capita, mentes ſcilicet eorum, congereret. Vindi-
ctam ergo quærere & miſericordiam ſpernere iramq; ſervare, quæ omnia ſuperius poſitæ literæ præ-
fatum imperatorem hortatæ fuiſſe perhibentur, his eccleſiaſtici libri documentis cohibentur; *Qui ſe,*
inquit, *non vindicat, à Deo inveniet vindictam, & peccata illius ſervabit, relinq; proximo nocenti te, &* Eccleſ. 28.
tunc petenti tibi ſolventur peccata. Homo homini ſervat iram, & à Deo quærit medelam: in hominem ſibi
ſimilem non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur: ipſe retinet iram, & propitiationem petit
á deo, quis deprecabitur pro delictis ejus? item Eſaiæ vatis oraculo pro malis mala reddere hoc modo pro-
hibetur; *Audite,* inquit, *verba Domini, qui timetis nomen ejus: dicite, Fratres noſtri eſtis qui vos oderunt*
& abominantibus vos, ut nomen Domini magnificetur, & appareat ipſis in jucunditate eorum, & illi con-
fundentur. Dominus quoq; in evangelio inimicos ſive pravè agentes, non iram ſuſcitandam, nec vin-
dictam exercendam, nec maledicta congerẽda præcepit, ſed dilectionem erga eos exhibendam his ſa-
cratiſſimis verbis inſtituit; *Diligite inimicos veſtros, & orate pro eis qui vos perſequũtur: benedicite male-* Matth. 5.
dicentes vos, benefacite eis qui vos oderunt, ut ſitis filii patris veſtri qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri fa-
cit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Nam ſi illi voce veridica diligendi potius quàm
maledicendi & exſecrandi ſunt qui nos oderunt & perſequuntur, qui utiq; imago Dei ſumus, multo
minus illi maledicendi ſeu plectendi ſunt, qui picturis injurias injeciſſe feruntur, Vas quoq; electionis
nulli malũ pro malo reddendum eſſe his verbis admonet. ait n. in Epiſt. ad Rom. *Nolite prudentes fieri* Rom. 12.
apud voſmetipſos, nulli malũ pro malo reddentes, providentes bona non ſolum corã deo, ſed etiã corã omni-
bus hominibus, ſi fieri poteſt: quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacẽ habete, non voſmetipſos defen-
dẽtes, ſed date locũ iræ. ſcriptũ eſt n. Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. Si ergo noſmetipſos
egregii prædicatoris documẽto defendere minimè debemus, quis furor eſt, quæve dementia ut rerũ
inſenſatarum ſecundum exhortationũ earundẽ literarũ quæ Juſtiniano miſſæ ſunt, injurias defendere
ſtudeamus: & pietatis opera quæ nec pro noſtris quidem calumniis amittere debemus, pro picturarũ
contumeliis, quas illæ minimè ſentiunt, amittamus? Non igitur in hac parte ſcriptor ejuſdẽ epiſtolæ
ſancti viri Stephani protomartyris exempla ſecutus eſt, cum videlicet ille dum lapidum grandine un-
diq; ſibi miſſo atrociter quateretur, flexis poplitibus pro perſecutoribus oravit: iſte verò imaginũ in-
jurias quæ ab illis minimè ſentiũtur nõ ferens, ejuſdem injuriæ perpetratores perniciter & abſq; miſe-
ricordia magna ſub adteſtatione interimẽdos eſſe rogavit, eorũq; animas anathematis vinculo nexas
ad

ad perpetua ſupplicia deſtinare curavit. neglexit interea earundem literarum ſcriptor patienter ſive
manſuetè in hac parte agere, ſprevitq; ejus prædicationem adimplere, qui ad Theſſalonicenſes ſcribit;
1. Theſſal. 5. *Patientes eſtote ad omnes, videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper quod bonũ eſt, invicẽ ſe-*
Prov. 16. *ctamini, & in omnes:* illiusq; monitis contempſit parere, qui ait; *Melior eſt manſuetus cum humilitate,*
Prov. 24. *quã qui dividit pradã cum contumelioſis:* & dum debuit in eripiendis miſeris irã regis refrænare, dicen-
te Salomone; *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & redime qui interficiuntur, ne parcas. ſi autem dixeris,*
Non novi hunc, ſcito quia Dominus corda hominum novit, & qui finxit ſpiritum omnibus, ille ſcit omnia,
qui reddet unicuiq; ſecundum opera ſua: verſa vice ad interfectionem & crudelitatẽ exercendã impera-
toris animũ ſuis literis excitavit. Quia ergo hi qui injuriam patiuntur, liberandi ſunt, liber Eccleſiaſti-
Eccl. 4. cus demonſtrat. Ait enim; *Libera eum qui injuriam patitur de manu protervi, & agre feras in anima*
tua: in judicando eſto pupillis miſericors ut pater, & pro viro matri illorum: & eris velut filius altiſſimi o-
Eſa. 1. *bediens, & miſerebitur tibi magis quàm mater.* per Eſaiam quoq; prophetã ita de hac re dicitur; *Inquirite*
judicium, eripite injuriam accipientem, & judicate pupillo, & juſtificate viduam, & venite diſputemus,
dicit dominus: & ſi fuerint peccata veſtra ut phœnicium, ut nivem dealbabo: ſi autem ut coccinum ut lanã
albam efficiam. eripite direptum de manu injuriantis eum. Unde ſi quis vult fieri velut filius altiſſimi Dei,
utiq; operibus bonis inſtando, & cupit ſui à Deo miſereri, & peccatorum ſordibus ablui, his potius
debet ſaluberrimis monitis uti quàm illius epiſtolæ perverſitatem crudeliſſimã ſequi. Porrò quòd ad
iraſcendum imperatoris animum inpulit, & in hoc quoq; crudeliter egit, & ſacris literis penitus in hac
parte ſicut & in cæteris contrariit. Dicitur n. per quendã ſapientẽ, *Anima benedicta omnis ſimplex: vir*
Prov. 12. *autẽ animoſus vel iracundus non honeſtè agit:* ita & per eundẽ, *Noli eſſe amicus viro animoſo: cum amico*
Prov. 21. *autem iracundo noli commorari, ne fortè diſcas vias ejus, & ſumas laqueum animæ tuæ:* quæ vix cum à ſa-
piente diſci prohibeantur, multo magis docere & ſub adteſtatione hortari prohibentur. Liber quoq;
Eccleſ. 28. Eccleſiaſticus taliter de hac re intonat; *Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos,*
Eccleſ. 7. *& in medium pacem habentium inmittet delaturã.* Nam & Eccleſiaſtes hæc præcepta dat; *Noli feſtina-*
Epheſ. 4. *re in ſpiritu tuo iraſci, quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit.* Doctor itaq; gentium ita ad Epheſios ſcri-
Ibid. bit; *Iraſcimini & nolite peccare, ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* itẽ idẽ, *Omnis amaritudo,* in-
Coloſſ. 3. quit, *& ira, & indignatio & clamor, & blaſphemia auferatur a vobis cum omni malitia.* idem quoque;
Nunc autem, inquit *deponite omnem iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, multiloquiũ:* quæ qui-
dem penè omnia, ſi liquidius indagentur, in præfatæ epiſtolæ textu reperientur. Dicat ergo juſtiſſimus
vir & Deo charus Jacobus Apoſtolus, utrum juxta illius epiſtolæ exhortationem velox quis ad iraſcen-
Jacob. 2. dum eſſe debeat: intonet utrum huic epiſtolæ conſentiendum ſit, quæ imperatorẽ citatũ ad iracundiã
fore ſanxit. Ait n. *Scitis fratres mei dilecti, ſit autem omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad lo-*
quendum, tardus quoque ad iram: ira enim viri juſtitiam Dei non operatur. Dicat etiam ipſa veritas,
quid de hac re ejus membra ſequi debeant: dic, inquam, ſancte Matthæe, quid de paradiſi fonte perpe-
Matth. 5. tuo hauriens tui fluminis vitalibus rivulis profudiſti. Ait n. fons perennis, fons vitæ, fons luminis; *O-*
mnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit judicio. Cum vero tot divinæ legis exemplis, tantisq; divinorũ e-
loquiorum oraculis ira, quæ inter principalia vitia enumeratur, dicitur exſecranda, in promptu eſt in-
tellegere quod hæ literæ ad res in quæſtionem venientes roborandas non ſunt idoneæ, per quas impe-
ratori ſub magna adteſtatione, ac ſupplici adjuratione committitur habenda & opere perpetranda.
Debuerat ſane auctor ejusdem epiſtolæ quos videbat periclitari ad pœnitentiam exhortari: qui ſi for-
te pœnitentiam contempſiſſent, poterat imperatorem ſupplicibus precibus convenire, ut eos ad con-
vertendum cogeret: forſitan id ſui profectus bonum ſequerentur coacti, quod contempſerant ſpon-
1. Timoth. 2. tanei, quoniam Deus omnipotens neminem vult perire, Paulo atteſtante: qui ait; *Hoc n. bonum & ac-*
ceptum coram ſalvatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſalvos fieri & in agnitionem veritatis venire.
Si n. lucrandis animabus inſiſteret, illos magis quos erraſſe videbat ad pœnitentiã debuit provocare,
quàm principis animum ad effundendum ſanguinem incitare: quoniam pœnitentiæ virtus non eſt
cæteris virtutibus poſtponenda, ſed optimis quibusq; æquiperanda: quippe quæ quaſi quoddam me-
dicamentũ fracta conſolidet, languida ſanet, perdita reſtituat, & plerumq; poſt lapſum peccatores ad
Pſal. 32. priſtinũ ſtatũ reducat. Hanc n. Pſalmographus commendat, cum dicit; *Delictum meum cognitum tibi*
feci, & injuſtitias meas non operui: dixi, Pronunciabo adverſum me juſtitias meas Domino, & tu remiſiſti
impietatem cordis mei. Hanc Eſaias habendam præcepit, dicens; *Memores eſtote horum & ingemiſcite,*
Jerem. 3. *pœnitentiam habere qui erratis, convertimini ex corde.* Hæc Hieremiæ vatis oraculis cenſetur dicentis;
Convertimini filii revertentes, & ſanabo contritiones veſtras. in alio quoq; loco idem dicit; *avertatur*
Joel 2. *jam nunc unusquisq; à via ſua mala, & meliora facite ſtudia veſtra.* Johel quoq; voce Domini intonat,
dicens; *Convertimini ad me ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra in jejunio & fletu & planctu &*
diſrumpite corda veſtra & non veſtimenta veſtra, & convertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia
miſericors & patiens eſt, magnanimus & multum miſericors & patiens in benignitatibus. Liber etiam
Eccleſ. 2. Eccleſiaſticus dicit; *Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini ſecundum magnitudinẽ*
ejus, & miſericordia ejus cum ipſo eſt. In Actibus nempe Apoſtolorum ſcribitur; *Pœnitentiam agite &*
Actor. 2. *convertimini, ut deleantur peccata veſtra.* Paſtor quoque eccleſiæ in epiſtola ſecunda dicit; *Non tardat*
2. Pet 3. *Dominus ſui promiſſi ſicut quidam exiſtimant, ſed exſpectat quoq; vos, nolens aliquem perdere, ſed omnes*
exſpectat in pœnitentia locum reverti. Quanto igitur hæc præeminet virtus ad ſalvandum, quam ille er-
rantibus prædicare neglexit, tanto proculdubio cæteris nequitiis præeminet hæc ſævitia ad nocendũ:
quia ille & miſericordia uti principem prohibuit, & eum ad iraſcendum & ad vindictam exercendam
gravibus

gravibus obteſtationibus impulit. Si ergo juxta Dominicam ſententiã grave ſcelus eſt unum de puſillis ſcandalizare, quàm grave putas ſit non puſillũ quendam, ſed regẽ qui caput utiq; plebium eſt ad ſcandalizandum promovere? Nam & in eo quod præfatæ epiſtolæ ſcriptor inter cæteras ſævitias, quas erga eos, quos errare cunſpexit, exercuit, maledictis uſus eſt, non mediocriter erraſſe & ſacris eloquiis contraiſſe deprehenditur, dicente vaſe electionis; *Benedicite & nolite maledicere.* item al bi; *Neq; maledici regnum Dei poſſidebunt.* Petra etiam eccleſiæ maledictis uti his verbis prohibet. Ait enim in epiſtola prima; *Quapropter omnes conſentanei eſtote, unanimes, conpatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, humiles, non reddentes malum pro malo vel maledictum pro maledicto, ſed è contrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis ut benedictionem hæreditate poſſideatis.* Sed ne quis nos putet aliquem judicare, aut cuidam cujus meriti ſumus ignari, detrahere, cognoſcat nos non vitam alicujus, juſti non meritum diſcutere, ſed verba ſolummodo ventilabro divinorum eloquiorum ſtudioſe ventilare, quæ inconpetenter ad errorem nutriendum ad medium ſunt deducta, cum ſint errorum nervis usq; quaque concreta. Nec enim alia ejusdem Symeonis verba diſcutimus, quæ, ut ſuperius diximus, nusquam nos legiſſe meminimus, ſed ea ſolummodo quæ eorum apicibus narrantibus ſenſu percepimus: & cum neſciamus utrum ejusdem Symeonis, ut illi fatentur, aut alterius cujusdam verba ſint in ejus nomine prænotata: novimus tamen ea omni ambiguitate poſtpoſita à ſanctarum ſcripturarum ſenſibus aliena, & merito ab omni eccleſiaſtico dogmate abdicanda. Rom 12. 1. Pet 3.

CAP. VI.

De eo quod omnibus hæreticis Samaritanos deteriores, & Samaritanis deteriores eos dicunt qui imagines deſtruunt, cum parentes eorum ſecundum illorum opinionem omnibus hæreticis deteriores fuerint, qui utique imagines deſtruxere.

NON ſufficiebat illis prodeceſſores ſive parentes eorum formidoloſis anathematibus abdicare ac diverſis conviciis lacerare, niſi eos omnibus hæreticis dixiſſent deteriores fuiſſe: qui quanto eos atrocioribus injuriis exſecrari contendunt, tanto amplius divinis monitis contradicunt. Dicunt enim Samaritanos omnibus hæreticis deteriores, eisque in crimine præferunt eos qui imagines deſtruunt. Conſtat enim majores eorum imagines deſtruxiſſe, & ſecundum eorum opinionem qui imagines deſtruunt Samaritanis deteriores ſunt. & Samaritani, ut illi ajunt, omnibus hæreticis deteriores ſunt: omnibus igitur, ut illi fatentur, hæreticis majores eorum deteriores fuere, quos conſtat imagines deſtruxiſſe. nam dum ſint, ut ipſi adſeverant, ab omnium hæreticorum deterioribus aut per carnis materiam propagati, aut in ſcripturarum dogmatibus educati, aut per manus inpoſitionem ad peragenda Chriſtianæ religionis myſteria conſecrati, mirandum eſt qui ſe cæteris catholicis in conſtitutionibus exhibendis, & eccleſiæ traditionibus ſtatuendis eminentiores exiſtiment, tantamq; ſe auctoritatis prerogativam habere jactent, cum hanc eos habere nec propriorum actuum ſive documentorum exercitia, nec majorum ſuorum exempla probent. Nam ſi iſti ob imaginum adorationem omnibus catholicis præferendi ſunt, jam non in eccleſia virtutum ſectatores, ſed imaginum adoratores eminentiorem locum tenebunt: & ſi imaginum adoratores intra ſanctam eccleſiam eminentiorem locum tenebunt, jam non virtutibus, ſed erroribus eſt utendum: eſt autem virtutibus non erroribus utendum: non igitur iſti ob imaginum adorationem omnibus catholicis præferendi ſunt. Samaritani namque, quos illi dicunt omnibus hæreticis deteriores, non ſunt hæretici Chriſtianorum, ſed Judæorum: nec ſe novum Teſtamentum, ſed vetus tenere fatentur; qui cum Judæi reſurrectionem corporum credant, prophetas ſive hagiographa recipiant, illi & reſurrectionem ſpernunt, & exceptis quinque legis libris omnes ſcripturas & veteris & novi Teſtamenti poſtponunt. Sunt autem reliquiæ gentium quas Sennacherib rex Aſſyriorum decem tribubus Iſrahel in Medos translatis, ad cuſtodiendam terram Iſrahel miſit. Qui dum leonibus cæterisque peſſimis feris vel quibusdam rebus incommodis in terra Iſrahel vaſtarentur, & legationem regi facerent, ſe in eadem regione perdurare minime valere, niſi legitima Dei terræ cuſtodirent, quidam de Levitis ad eos miſſi fuiſſe perhibentur, à quibus legis cerimonias docerentur: quibus ex parte ſuſceptis & in pluribus hæreſeos partibus uſurpatis, adeo eorum barbara gentilitas cordiatumore inflata eſt, ut poſtpoſitis Judæis, qui utique de Jacob germine proceſſiſſe creduntur, ſe ſolummodo filios Jacob eſſe glorientur: atque ita Judæorum communionem ſicut & cæterarum gentium ſpernere faſtu inpellente cogantur: de quorum ſtirpe erat Samaritis fœmina, quæ ad puteum Dominicis conloquiis communicans, inani jactantia patrem ſuum Jacob qui ſibi puteum dediſſet; & redemptorem mundi eo majorem non eſſe cum magna cervicoſitate adſerebat, majoresque ſuos non Hieroſolymis, ſed in monte adoraſſe dicebat. Quam cervicoſitatem ſimul cum hydria & incredulitate depoſuit, & ſalutaribus monitis adquievit. Quæ quid typicis innuerit myſteriis ſi breviter exſequamur, non eſt inconſequens. Geſſit ergo typum totius humani generis, quod ſeneſcente jam mundo ad Dominum venit, qui ſexta utique ætate mundi ad puteum ſedit, qui mundi hujus terrenum laborem & errorem tenebroſa profunditate ſignificat, ſedit, inquam, humilitatem carnis pro nobis ſuſceptæ fatigatus, infirmitatem ejusdem carnis ſignificans, quamvis alio intellectu ſeſſio ejus magiſterii & doctrinæ dignitatem demonſtret. Sitivit non tantum aquam, ſed fidem gentium haurire cupiens. Unde

&

& diſcipulis manducare hortantibus cibum ſe dixit habere quem illi neſcirent. Siti[illegible] gentilium ut faceret in ea voluntatem patris, & perficeret opus ejus. Promiſit ergo ſe illi da[illegible] quam vivam, ſpiritum videlicet quem accepturi erant credentes in eum. Dixit ergo eam qui[illegible] ros habuiſſe, id eſt, quinque carnalibus ſenſibus uſam fuiſſe, & ſenſum quem tandem haberet [illegible] Chriſto creditura erat, cum quo legitimum poſſet habere connubium, jam non ſuum eſſe: nam [illegible] poſt quinque carnales reſponſiones ſexta reſponſione nominat Chriſtum. Prima namque ejus re[illegible]
Joan. 4. ſio eſt, *Tu cum ſis Judæus quomodo à me bibere petis?* ſecunda, *Domine neq; hauritorium habes & put[illegible] altus eſt*: tertia, *Domine da mihi hanc aquam ut neq; ſitiã, neq; veniam huc haurire*: quarta, *Non* [illegible] *virum* quinta, *Video quia Propheta es: patres noſtri in monte hoc adoraverunt.* nam iſta reſponſio e[illegible] lis eſt. Carnalibus enim datus fuerat locus terrenus ubi orarent, non ut locum aut rem aliquam in [illegible] poſitam adorarent, ſed in eodem loco adorarent Dominum, ſpiritales autem in ſpiritu & veritate, [illegible] in imaginibus, non in picturis, non in rebus ſenſu carentibus oraturos Dominus dixit. quod poſt[illegible] quam locutus eſt, ſexta mulieris reſponſio Chriſtum fatetur omnium iſtorum eſſe doctorem. D[illegible]
Ibid. enim, *Scio quoniam Meſſias venit qui dicitur Chriſtus, cum venerit ipſe adnuntiabit nobis omnia.* S[illegible]
Ibid. adhuc errat, quia cum quem venturum ſperat, veniſſe non videt, qui error miſericordia Domini [illegible] tis, *Ego ſum qui tecum loquor*, tanquã adulter expellitur. quo audito nihil reſpondit, ſed relicta hy[illegible] cupiditate videlicet atque amore ſæculi hujus, quo ſibi homines de tenebroſa profunditate & terr[illegible] converſatione hauriunt voluptatem, qua percepta denuo in ejus adpetitum inardeſcunt, ſicut di[illegible]
Ibid. eſt, *De aqua illa qui biberit ſitiet iterum*: iit in civitatem, quia videlicet mundo prædicavit quod cr[illegible] dit, corde credens ad juſtitiam, ore confitens ad ſalutem. Quia ergo paulo longius à re propoſita [illegible] greſſi ſumus, ad propoſitum denuo revertamur. Samaritani namque cum ſint gentiles, & ficte Ju[illegible] mum tenere videantur, non amplius cæteris incredulis contra eccleſiam ſævire noſcuntur: quos q[illegible] dem iſti dum hæreticos Chriſtianorum putent, omnibusque hæreticis nequiores exiſtiment, qu[illegible] dam eis clementia favent, cum majores ſuos in nequitia illis præferendos eſſe perdocent. non eni[illegible] eſt omnium deterrimus, cui in culpa alius quilibet invenitur præferendus.

CAP. VII.

De eo quod quanto plura exempla hæreticorum & imagines ſpernentium vel deſpicientium trahunt, tanto parentes ſuos majoribus conviciis & injuriis inhonorant, quos procul-dubio eorum ſequaces in hac parte fuiſſe profitentur.

VETUSTISSIMUS non ſolum philoſophorum, ſed etiam oratorum mos eſt, cum aliquid adprobare velint, aut in ipſo negotio de quo agitur, aut ex rebus aliis, aut certè extrinſecus probandæ rei argumentationem adſumere. Quos iſti dum in cæteris inperitia interveniente ſequi contemnunt, in hac nimirum parte ſequi omnino contendunt, cum prodeceſſores ſive parentes ſuos ob imaginum abolitionem, aut ex ipſo negotio, aut aliunde aut extrinſecus argumenta ſumentes damnare ſtatuunt, & convitiis lacerare, anathematibus exſecrare, inſaniſſimis verbis inhonorare non metuunt: quantoque plura quorundam hæreticorum exempla in teſtimonium trahunt, quorum eos ſequaces fuiſſe profitentur, tanto & eos gravioribus exſecrationibus abdicant, & ſe divinis monitis
Exod. 20. quæ parentibus honorem inpendendum ſanciunt, contraire demonſtrant. *Honora*, inquit Dominus, *patrem tuum & matrem tuam ut bene ſit tibi.* Quod quidem præceptum tanta auctoritate viget, ut & in
Ephes. 6. tabulis digito Domini ſcriptum ſit, & ab Apoſtolo primum mandatum nominetur. Ait enim; *Honora patrem & matrem, quod eſt mandatum primum in promiſſione*, in ea videlicet promiſſione qua ſtatim ſubjecit, *Ut ſis longævus ſuper terram & bene tibi ſit.* Animadvertendum ſane eſt quantæ ſint damnationis, qui parentes conviciis lacerant, aut anathematibus execrantur, cum tanti ſint meriti, tantamq; promiſſionem habeant qui eos juxta Dominicæ vocis imperium honorant. Quoniam quanto eos qui huic præcepto parent optima demulcet promiſſio, tanto illos qui eidem Dominico imperio reluctan-
Levit. 19. tur, formidoloſa deterrere debet damnatio. in Levitico quoque ſcribitur; *Unuſquiſq; patrem ſuum, & matrem ſuam timeat.* in Eccleſiaſtico quoque de honorandis parentibus ſcribitur; *Qui honorat patrem*
Eccl. 3. *ſuum, longiori vita vivet: & qui obaudit patrem, refrigerat matrem, & quaſi Dominis ſerviet his qui ſe generaverunt, in opere & ſermone & omni patientia, & benedictio ejus in noviſſimo manet.* Item in Ec-
Ibid. cleſiaſtico; *Fili ſuſtine ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita ipſius: & ſi deficit ſenſu, da veniã,*
Ephes. 6. *& ne ſpernas eum in tua virtute. Non eſt tibi gloria, ſed confuſio:* Doctor etiam gentium dicit; *Filii, obedite parentibus per omnia. hoc n. placet Domino.* Si n. honorem impendere, ſive obedire parentibus Deo placet, convitia eis & execrationes ingerere modis omnibus diſplicet: & ſi id non diſplicet, neq; illud placet. grave ergo & formidoloſum eſt parentes non honorare: graviſſimum verò & formidoloſiſſimũ
Exod. 21. eos abominari, aut anathematizare: dicente Domino; *Qui maledixerit patri ſuo, aut matri ſuæ, morte*
Deut. 27. *moriatur.* & iterũ, *Maledictus homo, qui non honorificat patrem ſuũ, ut matrem ſuam, & dicet omnis po-*
Prov. 20. *pulus, fiat, fiat.* In Proverbiis quoq; ſcribitur, *Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lucerna ejus*
Prov. 28. *in mediis tenebris.* Itẽ ibi; *Qui repellit patrẽ ſuũ & matrẽ ſuã, & æſtimat ſe nõ peccare, hic particeps eſt viro impio.* Unde ſciendũ eſt, non eos eſſe mediocris inſaniæ, qui pro rebus ſenſu carentibus in majores ſuos maledicta nõ pertimeſcũt congerere & dũ imaginibus volunt facere, nec parentes pertimeſcunt

inho

inhonorare, nec divinis oraculis contraire. Nos quidem hæc dicentes, non illorum majoribus faventes, quos in hoc quoque negotio abſurdè egiſſe comperimus, ſed quanta ſit iſtorum præſumptio, in talibus auſis divinæ legis teſtimoniis demonſtramus.

CAP. VIII.

De eo, quod ſecundum Demetrii Diaconi dictum, incaute & inordinate, parentes eorum egerunt, duos libros inargentatos, eo quòd quiddam de imaginibus in his continebatur, comburentes, & alterius libri duo folia præciderunt.

CUM in neutra parte moderamen habentes, neque iſti rationis coerceantur, neque illorum prodeceſſores coerciti fuiſſe credantur habenis, ſed utrique convincantur per abrupta & invia ferri effrenes rerumque prohibitarum & profectu carentium ſequaces: dum videlicet, ſicut crebro jam dictum eſt, iſti imagines ſuppliciter cenſeant adorare, illi inpatienter cenſuerint frangere, ut Demetrius eorum diaconus ait, *incaute & inordinate inter cætera egerunt, duos libros inargentatos eo quod quædam in eis imaginum mentio haberetur, conburentes, & alterius libri duo folia præcidentes*, quaſi non aliter imaginum poſſit mentio fieri, niſi protinus cenſeantur adorari. Nam dum nullus recipiendorum codicum vel tenuiter imagines adorare percenſeat, in pluribus tamen illarum mentio quodammodo fit. Qui ſi omnes, in quibus illarum mentio fit, conburendi ſunt, multa prorſus ſcripturarum inſtrumenta peribunt. Primum namque unaquæque res probanda eſt, & poſtea judicanda. quod cum pluribus ſive divinarum ſive mundanarum legum exemplis poſſit adprobari, ipſorum quoque rhetorum documentis poteſt adſtrui, qui primum genus poſuerunt deliberativum, ſecundum demonſtrativum, tertium judiciale: ut videlicet quicquid deliberatio aut abnuendum, aut ſequendum repererit, demonſtratio id aut laudabile, aut reprehenſibile demonſtret, judiciale, aut pœnis, aut præmiis ſententiam det: ne ſi non judiciale hæc duo ſequentia genera præcedant, verſis in contrarium cauſis deliberationis examine præpoſito, demonſtrationis ordine neglecto, aliter res quælibet quàm juſtum eſt, judicetur. In omnibus igitur rebus moderatio ſive mediocritas habenda eſt, & memoria retinendum eſt illud philoſophicum; *Ne quid nimis*. quæ moderatio probationis ſemper ſocietate mulcenda eſt. non enim ait Apoſtolus, *Omnia abſq; moderatione & abſq; probatione conburite*, ſed, *Omnia*, inquit, *probate & quod bonum eſt retinete*. 1. Theſſ. 5.

CAP. IX.

De eo, quod in eodem libro in tabulis argenteis Leontius à Secreta imagines cernens acutiſſimum & ingenioſiſſimum ſui erroris emolumentum inveniſſe gloriatus eſt.

IN eo denique libro, in quo duo folia ob quandam imaginum mentionem in eorum priore ſynodo, quæ ob abolendas imagines geſta eſt, præciſa fuerant, habebantur in tabulis argenteis quædam imagines ſicut in vaſculis ſive in pluribus rebus haberi ſolent, quas in ſecunda eorum ſynodo, quæ pro adorandis imaginibus adgregata eſt, mox ut Leontius à Secreta conſpexit, magnum ſe ſui erroris emolumentum inveniſſe putavit, eosque inſignis fuiſſe dementiæ judicavit, à quibus in eodem libro ubi imagines erant, ob imaginum mentionem duo folia abſciſa fuiſſe cognovit: ſicque idem liber per intervalla temporum variis eventibus diſparibusque modis, & ab illis eſt propter imaginum mentionem abſcidi judicatus, & ab iſtis propter imagines, quæ habebantur in tabulis adorari juſſus: ab illis foliorum jacturam injuſte perpeſſus, ab iſtis adoratione inlicita ſublimatus: illis auferentibus quod habebat & habere debuerat, inconpetenter amiſit, iſtis exhibentibus, quæ nec habebat nec habere debuerat, inconſequenter adquiſivit: qui nec pro ullis inſtantibus culpis folia perdidit, nec pro quibusdam inſignibus meritis adorationem invenit: & quanto meruit recte habita amittere, tanto nimirum meruit inhibita adquirere: Numquidnam omnes libri, in quibus auro argentove vel etiam quibuslibet coloribus hiſtoriæ inter ſcripturas pictoria arte inſertæ ſunt, quia imagines habent aut ab illis ſunt comburendi ſive præcidendi, aut ab iſtis colendi ſive adorandi? Numquidnam ſericæ ſive quarumlibet materiarum veſtes ſive pallia humanis uſibus apta, aut divinis cultibus mancipata, figuris quibusdam decorata, variisque coloribus fucata, eo quod imagines habent, aut ab illis ſunt concremanda, aut ab iſtis adoranda? Numquidnam metalla ſive ligna quibuslibet utilitatibus formata, eo quod ſculptorio vel etiam cælatorio opere quibusdam imaginibus decorantur, ideo aut ab illis conburenda aut frangenda, aut ab iſtis ſunt adoranda? Infelix mens, quæ ſemper aut in exſecrandis, aut econtrario in adorandis imaginibus æſtuat. Infelix ſenſus, qui ſemper in abdicandis rebus, quæ ſine offenſione haberi queunt, & ſine offenſione adorari nequeunt, anhelat. Infelix conſuetudo, quæ mediocritatis recto tramite aſpernato, fixam tenere regulam neſciens, huc illucq; ſemper nutabunda deflectitur, modo inordinate abdicans quod nequaquam eſt abdicandum, modo infauſte adorans, quod non eſt penitus adorandum, modo ultra quàm ordo exigit rem minime deiciendam deicit, modo ultra quàm ordo expoſcit rem non nimium, extollendam extollit, & rebus neceſſariis omiſſis rebus non neceſſariis inſtans, aut ob imaginum abolitionem, aut ob earum adorationem, quod utrumque non convenit, ſynodos adgregat, quaſi Chriſtianæ religioni aut in habendo,

aut in non adorando quoddam poſſint afferre præjudicium: cum videlicet imagines nihil ſi non habentur derogant, nihil ſi habentur prorogant, cum tamen abdicatæ quandam incautam levitatem afferant, adoratæ vero culpam inurant.

CAP. X.

Quòd nulla Evangelii lectio tradat Jeſum ad Abgarum imaginem miſiſſe, ut illi dicunt.

EVANGELIUM eſt bonum nuntium, & revera bonum nuntium, quoniam qui id ſuſcipiunt filii Dei vocantur. Eſt enim amnis quadrifluus ab uno ineffabili Paradiſi fonte progreſſus, & in quatuor amnes inſigniter derivatus, & ad arentia corda inriganda ſalubriter emiſſus. Eſt via, quæ ducit ad vitam; eſt lux à tenebris vitiorum reducens & inoffenſo calle greſſus mortalium ad cœleſtia dirigens. Eſt urbis florentiſſimæ munimentum, in quo firmiter ſtare præſtantiſſimum vitæ emolumentum, a quo recedere periculoſiſſimum detrimentum eſt. Sunt fluenta veritatis, quæ fallere falliq; neſciunt, in quorum vaſtiſſimis amnibus cum plura dominicorum geſtorum inſignia habeantur, eundem dominum Abgari cujusdam regis epiſtolam ſuſcepiſſe, eique reciprocam deſtinaſſe minime habetur. quæ duæ epiſtolæ cum à ſancti Evangelii lectione ſint penitus extraneæ, & à beato Gelaſio Romanæ urbis anteſtite, vel à cæteris æque catholicis & orthodoxis viris inter apocryphas ſcripturas prorſus deputatæ, non ſunt in teſtimonium quodammodo producendæ, quia ad ea, quæ in quæſtionem veniunt adprobanda vel inprobanda ſicut & cæteræ apocryphæ ſcripturæ minus ſunt idoneæ. Harum ergo textus cum ſit ab Evangeliſtis minime in codicibus Evangeliorum taxatus, & merito à catholicis inter apocrypha deputatus, & ab iſtis ob adorandarum imaginum errorem adſtruendum in ſynodo adlatus, nec ſuis quidem vel tenuiter ſavet ſequacibus præſertim cum ibidem nequaquam Abgarus domino imaginem quandam adoraturus poſtulaſſe legatur, aut idem omnium dominus eidem Abgaro quandam imaginem adorandam deſtinaſſe perhibeatur. Si vero hi, qui earum lectione ſuum errorem fulcire moliuntur easdem epiſtolas, unam à domino ſuſceptam, alteram miſſam adfirmare velint, dicentes, Non omnia ſcripta in Evangelio, quæ à Domino dicta vel facta ſunt, & utantur teſtimonio Johannis dicentis, *Multa quidem & alia ſigna fecit Jeſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*, advertant hoc de miraculis non de epiſtolis, de ſignis non de
Joan, ult. conſtitutionibus intelligi poſſe. Quod vero ipſæ epiſtolæ ab Evangelica lectione remotæ, & à catholicis inter apocrypha deputatæ ſint, & in earum lectione adorandarum imaginum nulla documenta habeantur, manifeſtum eſt. Nos & imaginum adorationem ſpernimus, & eas inter apocrypha legentes omnia probamus, & quæ bona ſunt, retinemus.

CAP. XI.

Quòd illi libri geſtorum patrum, quorum auctores ignorantur, non prorſus idonei ſint ad teſtimonia danda, & ad hæc, quæ in contentionem veniunt adfirmanda.

APOSTOLICA nos admonet prædicatio, omnia probare, & ea, quæ bona ſunt, retinere. Quod de doctrinarum diverſitatibus quam maxime intelligi poteſt. Non enim nos omnium actuum vel etiam rerum guſtum capere permiſit, ut quaſi prægustantes omnia bona ſolummodo retinentes mala quæq; abiciamus, quod fieri absq; quadam inlicitorum perpetratione nequaquam poteſt, ſed probare nos juſſit, & ſpiritali palato deguſtare omnes doctrinas & eas, quæ à viris probatiſſimis inlatæ, interna ſatietate mentes reficiunt ſolummodo retinere, cæteras verò omnes cum ſuis auctoribus abicere. Unde cum penè in omnibus hujuscemodi ſcripturis hæc regula prorſus ſit obſervanda, in libris quoque, qui geſta quorundam ſanctorum patrum retinent, penitus eſt cuſtodienda. Quoniam & magna illorum eſt multitudo, & varia narratio diverſaque prædicatio, & tanto plerumq; de illorum dictis à fidelibus dubitatur, quanto nimirum eorum auctores ignorantur. atq; ideo non omnes ſunt ad res dubias adfirmandas in teſtimoniū proferendi, quia nec omnes auctorum ſuorum ſunt prætitulatione muniti, aut virorum fortium & eloquentiſſimorum ſtilo digeſti. Venerabilis itaq; Gelaſii Papæ cæterorumq; Patrum doctrinis inſtituimur, vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis vel cæterorum, quæ à beato Hieronymo aut editæ ſunt, aut de Græco in Latinum translatæ ſermonem, aut illorum doctorum ſunt ſtilo digeſtæ, quorum cætera opuſcula à ſancta catholica & apoſtolica eccleſia ſuſcipiuntur, cum omni honore ſuſcipere: cæteras vero quarum auctores ignorantur, inter apocryphas ſcripturas deputare. Cum ergo illi imaginum adorationem modo divinorum eloquiorum commatibus inconpetenter adhibitis, modo ignotorum quorundam doctorum dictis, modo apocryphorum næniis adprobare adfectent, animadvertere debent rem ſe inpoſſibilem agendam arripuiſſe: cum videlicet nec divinorum eloquiorum teſtimonia ad peregrinos ſenſus violenter nec valeant nec debeant uſurpari, nec ignotorum prædicatio, quorum ſpiritus nec dum probati ſunt an ex Deo ſint, in teſtimonium debeat produci, nec apocryphorum frivolis rebus ambiguis & nec dum deliberatis firmitas valeat exhiberi: quoniam ſi cujuslibet verba falſitatis fuco nequaquam vitianda ſunt, multo minus divina eloquia, quæ ſunt eloquia caſta, argentum igne examinatum, quodammodo ad alias res quàm ordo ſe habet uſurpanda ſunt: & cum in humanis negotiis viles ſive ignotæ perſonæ ad ea, quæ in quæſtionem veniunt ad probanda,

minime admittantur, multo minus in tantis rebus, quæ cœleſtis magiſterii eruditione indigent, incognitorum doctorum aut apocrypharum ſcripturarum teſtimonia ſunt admittenda. Probandæ namque ſunt ſcripturæ & ſubtili examinatione perſcrutandæ, & ſanctorum Patrum teſtimoniis roborandæ, quæ ad res dubias adfirmandas intra ſanctam eccleſiam in teſtimonium ſunt producendæ: quoniam & ſervus nequam in Evangelio, eò quod pecuniam nummulariis non dederit, à Domino arguitur: unde dare nobis convenit pecuniam nummulariis, ne forte cum eodem ſervo arguamur, quam tunc nummulariis inpendimus, cum ſcripturas quaslibet ſanctorum Patrum examini diſcernendas inpertimus. Pecuniam namque nummularii quadripertito modo examinant, utrum aurum probatum ſit, utrum purum, nec aliquo fuco fallitatis introrſus vitiatum, an regis potius quàm tyranni inſcriptione ſignatum ſit, vel etiam pleniſſimi ponderis æqualitatem gerat: quæ omnia in magni patrisfamilias pecunia, id eſt, in noſtri redemptoris doctrinis à nummulariis, a ſanctis videlicet & eloquentiſſimis viris, superni ignis examine perquiruntur. Quæritur ergo in uniuscujusq; ſcripturæ nummo, utrum aurum probatiſſimum ſit, unde archa Domini valeat exornari, vel etiam totius ſanctuarii opus reſplendeat, ut videlicet in ea ſpiritalis intelligentiæ nitor emineat, quo divina lex intelligatur & totius eccleſiæ pulchritudo coruſcet. Quæritur utrum purum ſit & nullo fallitatis fuco introrſus vitiatum, ne forte alicujus hæreſeos perverſum dogma nitore eloquentiæ tectum, & quaſi ſpiritalibus ſenſibus immixtum interius lateat obumbratum, & dum putat ſe quis divini verbi percipere nummum, viroſi dogmatis percipiat exitiabile malum. Quæritur an regis in eo ſit inſcriptio, an tyranni, quia ſcilicet hoc à doctiſſimis viris in hujusmodi ſcripturis ſollertiſſima indagatione perſcrutatur, utrum ad ſalutem animæ pertineant, & regis noſtri, qui ſalvator vel ſalutaris dicitur, ſalutaria monita habeant, ne forte poſtpoſitis his antiquis hoſtis quædam noxia machinamenta habeant, & dum ſequendus ſit is, qui ait, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*, qui per humilitatem terrena cœleſtibus ſociavit, ille, quod abſit, ſequatur qui dum per tyrannidem ſimilis altiſſimo arroganter eſſe voluit, divino juſtiſſimo judicio ad inferiora dilapſus infeliciter ruit. Quæritur etiam a talibus nummulariis, utrum tanti patrisfamilias nummus pleniſſimi ponderis æqualitatem gerat, id eſt, utrum doctrina quælibet Propheticis atque Apoſtolicis doctrinis concordet, nè forte illis quodammodo diſſentiens aut ſuperflua quæque aut minus plena promulget: quoniam & donaria auri & argenti, quæ in opere tabernaculi a populo offerebantur, a legislatore ad pondus ſanctuarii adpenſa ſuſcipiebantur. Unde datur intelligi eas ſcripturas ſive doctrinas, vel etiam opera à vero legislatore, mediatore videlicet Dei & hominum, veraciter intra ſanctam eccleſiam eſſe ſuſcipienda, quæ a pondere ſanctuarii, id eſt, ab antiquorum Patrum norma nequaquam ſunt ſenſibus vel operibus disgregata. Hæc ergo omnia dum ſingillatim ſive in libris, qui inſcribuntur GESTA PATRUM, ſive in omnibus paſſim dogmatibus fuerint prudenti examine quæſita & ſumma induſtria reperta, confidenter ſunt eorundem librorum dogmata vel teſtimonia ad res dubias confirmandas in medium deducenda; nec poterit talis pecunia à quolibet inprobari, quæ per tales trapezitas tanti examinis indagatione valuit adprobari. Matth. ult.

CAP. XII.

Deeo, quod Dionyſius presbyter eccleſiæ Aſcalonitanæ in eadem Synodo retuliſſe fertur, quendam monachum coram imagine ſanctæ Mariæ ſemper virginis lucernam inluminaſſe, & poſt tertium vel quintum ſeu etiam ſextum menſem redeuntem inextinctam reperiſſe.

LEGITUR deniq; in ejusdem ſynodi lectione Dionyſius presbyter eccleſiæ Aſcalonitanæ in ſæpe memorata ſynodo retuliſſe quendam monachum coram imagine beatæ Dei genetricis Mariæ lucernam concinnaſſe, & poſt quartum vel quintum necnon & ſextum menſem inextinctam reperiſſe. Qui relatus dum, ſicut & cætera, quæ ibidem relata ſunt, non ob aliud fuerit adlatus, niſi ob imaginum ſtabiliendam adorationem, nec de eo ſicut nec de cæteris eadem imaginum adoratio quendam poterit obtinere vigorem: quippe cum & de ejus fide, qui id retulerit, & de facto utrum factum ſit, & de tempore, quando factum ſit, & de loco ubi factum ſit, & de modo quemadmodum factum ſit penitus dubitetur. Nam dum prorſus an id, quód retulit idem presbyter in veritate geſtum ſit ignoretur, etiam ſi in veritate geſtum fuiſſe probaretur, ſollicitius indagandum eſſet quonam modo geſtum fuiſſe perhiberetur: quoniam quidem miracula interdum per reprobos, interdum etiam per aerias poteſtates, plerumq; tamen per ſanctos quosq; ſive per angelica miniſteria fiunt. Quod ſi quodam antiqui hoſtis flexuoſiſſimo machinamento actum eſt, non ſolum ex eo minime poterit imaginum adoratio adſtrui, ſed etiam cum auctore ſuo cunctisque ejus inluſionibus perpetuo debet abici: ſi vero per angelicos apparatus geſtum eſt, ut pleraq; ſigna fieri ſolent, nec ex eo quidem rei cujusdam inrationalis adoratio poterit inoleſcere: quoniam credibilius quidem eſt hoc miraculum loci ſancti reverentia potiùs quàm alicujus imaginis præſentia geſtum fuiſſe, ſi tamen geſtum eſt. Venerabiliores enim ſunt baſilicæ imagine, & reverentiora ſunt loca cultibus mancipata divinis, quibuslibet picturis, Domino adteſtante, qui majus dixit eſſe altare quàm munus, quod in eo offertur, majusque eſſe templum auro quod in eo eſt, quia templo & altari aurum ſive munera conſecrantur. Legimus namque beatum Gregorium dixiſſe, quod in quadam baſilica ingruente inſolentiſſima aquarum alluvione earundem aquarum incurſus usque ad feneſtras pervenerint, easque intus

 Domi-

Domini virtute reſiſtente minime intrare potuiſſe, & luminaria, quæ a cuſtodibus baſilicæ dudum fuerant extincta, ab eiſdem cuſtodibus poſtmodum inluminata reperta fuiſſe: quod quidem miraculum non imaginis cujuslibet, ſed ſancti loci reverentia factum fuiſſe perhibetur. Si ergo id miraculum, quod Aſcalonitanæ eccleſiæ presbyter erga imaginem apparuiſſe retulit, ob eandem imaginem apparuiſſe conſtaret, non ideo imagines adorandæ forent, quoniam non omnia, per quæ vel in quibus miracula apparuere adoranda creduntur: ſi ergo omnia, in quibus vel per quæ miracula quædam apparuere adoranda ſunt, pene nihil remanebit quod non adoretur: quippe cum tot tantisque modis pene in omnibus creaturis divina miracula oſtenſa ſint, in quibus huic noſtræ diſputationi immorari otioſum eſt, quoniam in ſuperioribus hujus operis partibus ex hac re aliquantulum Domino annuente diſputatum eſt.

CAP. XIII.

Quod hæc ſynodus nullatenus æquiperari poſſit Nicænæ ſynodo, quanquam in eodem ſit agitata loco, ſicut Johannes presbyter adolanter dixiſſe perhibetur, quippe cùm ab ea non ſolum in cæteris, ſed & in ſymbolo diſcrepare noſcatur.

QUANQUAM igitur hæc ſynodus in Nicæa Bithyniæ urbe ſit agitata, nequaquam ſecundum illorum oſtentationem, & ſecundum Johannis presbyteri adolationem æquiperari valet ſanctæ Nicænæ ſynodo: quoniam cum in pluribus ab ea diſcordet, nec in ſymbolo quidem ei omnino concordat. Habet enim hæc in ſuæ fidei profeſſione nova verba quæque & inuſitata, quæ à ſancta Nicæna ſynodo nequaquam in ſymbolo ſunt adnotata, de quibus in tertii hujus operis libri exordiis prout valuimus Domino opitulante diſputavimus. Habet etiam poſt confeſſionem ſanctæ Trinitatis confeſſionem quoque adorandarum imaginum inditam, quam neque in Prophetarum oraculis, neque in evangeliorum tonitruis, neque in Apoſtolorum dogmatibus, neq; in anteriorum ſanctarum ſynodorum relatibus vel quorumlibet orthodoxorum Patrum doctrinis uſpiam reperimus inſertam. Longe quippe & ultra quàm dici poteſt longe ab illa hæc diſtat, præſertim cum illa eccleſiam catholicam ab errore reducat, iſta è contrario in errorem inducat: illa à periculoſiſſimo Arrii naufragio eam depellat, iſta eam in adorandarum imaginum naufragium coactam impellat: Illa filium patri eſſe conſubſtantialem & coæternum perdoceat, iſta res inſenſatas adorare perceuſeat: illa ſecundum divinitatem coæqualem patri filium adfirmet, iſta quaslibet picturas archæ teſtamenti Domini, cruci Dominicæ, corporis & ſanguinis Dominici ſacramento, vel cæteris ſacratiſſimis rebus coæquales eſſe deliret: illa in tribus coæqualibus, coeſſentialibus, coæternis perſonis unam divinæ majeſtatis ſubſtantiam adorandam ſaluberrime ſentiat, iſta imagines ſecundum ſervitium ſanctæ Trinitatis adorandas impudenter dicat: in illa damnentur Arriani dogmatis errores, in iſta nihilominus abdicentur iſtorum majores: in illa exſecrentur eorum blaſphemiæ, qui filium coeſſentialem patri pertinaciter nec credunt, nec fatentur. in iſta abominetur eorum puritas, qui ſpreta picturarum adoratione ſoli Deo ſe ſervituros ſtrenua mente & devoto pectore profitentur: in illa poſt confeſſionem Sanctæ Trinitatis remiſſio peccatorum, carnis reſurrectio & vita futuri ſeculi à Pontificibus perdocetur, in iſta poſt confeſſionem ejusdem ſanctæ & unicæ Trinitatis imaginum adoratio incompetenter ſtatuitur: in illa ſive in cæteris ſynodis pro defunctis fidelibus Deo ſacrificium offerri non prohibetur, in iſta defunctis prodeceſſoribus ſive parentibus à filiis vel ſucceſſoribus anathemata ingeruntur: & ut cætera taceamus, quæ recenſere longum eſt; in illa CCCXVIII. fuere Pontifices, in iſta, ut ipſi adſeverant, CCCVI. Unde non immerito hæc ab illa duodenario numero ſubtracto diſtat, ſive quia idem numerus duos in ſe perfectos numeros habet, ſive quia in ternario, quem quater habet, & in quaternario quem ter habet, myſterium Sanctæ Trinitatis in quatuor evangeliis & quatuor evangeliorum fontem eandem ſanctam Trinitatem eſſe demonſtrat: ſive quia idem duodenarius numerus omnem diſciplinam dinoſcentem & diſcernentem creaturam atque creatorem & ad ſuperna ducentem, quæ illi ſynodo penitus deeſt, hoc modo demonſtrat. Eſt autem creator Deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, dicente Apoſtolo, *Quoniam ex ipſo, & per*
Rom. 11. *ipſum, & in ipſo ſunt omnia*, & ideo Trinitas, Pater & Filius & Spiritus Sanctus: creatura verò partim eſt inviſibilis, ſicut anima, partim viſibilis, ſicut corpus, inviſibili ternarius omnino tri-
Deut. 6. buitur: quare diligere Deum tripliciter jubemur, *ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente:*
Levit. 19. corpori quaternarius propter evidentiſſimam naturam ejus, id eſt, calidam & frigidam, humidam & ſiccam. Univerſæ ergo creaturæ ſeptenarius, cui adjuncta Sanctæ Trinitatis cognitione denarius numerus perficitur, in quo eſt omnis ſapientiæ diſciplina, quæ ad homines erudiendos pertinet, creatorem creaturamque dinoſcere, & illum colere dominantem, iſtam ſubjectam fateri. Ac per hoc adjunctis huic diſciplinæ duobus eminentiſſimis præceptis, dilectionis Dei videlicet & proximi, duodenarius numerus perficitur. Nam etſi præfato ſeptenario numero, in quo humanam naturam partim viſibilem, partim inviſibilem demonſtrari diximus, quinque legis libri per quos ad Dei cognitionem & ad dilectionem Dei & proximi venitur addantur, duodenarius nihilominus numerus completur: cui ſi quatuor evangeliorum libri adjungantur, ad ſextumdecimum numerum ordo protenditur: quoniam & idem duodenarius partibus ſuis multiplicatus ad ſextumdecimum numerum pervenit. adſumpti enim ſex, quos bis habet, & duo quos ſexies habet, & tres, quos quater habet, & quatuor quos ter habet, & unus, quem duodecies habet, ſextumdecimum numerum efficiunt; ut per has quinque partes, in quibus quinque librorum figura tenetur:

& ſe-

& [illegible] vis & inviſibilis demonſtratur, & quatuor in quibus ſancta Evan- [illegible] decimum numerum perveniatur; ubi & in decem decalogi præcepta, & [illegible] ſumma, quæ in Novo Teſtamento per mediatorem Dei & hominum [illegible] [illegible] decim Apoſtolorum, & per quatuor evangeliorum, & per ſedecim nobi- [illegible] bros habent tonitrua, ad unius ſolummodo Dei culturam & adorationem [illegible] ibus mortalium, mentes eriguntur. Cum ergo ſint duodecim Patriarchæ, duo- [illegible] phetæ, duodecim etiam Apoſtoli, & plures hujuſcemodi, qui in divinis literis ab [illegible] indagari poſſunt. ſunt etiam in eodem numero multa, quæ ad phyſicos pertinent [illegible] Sunt namq; in zodiaco circulo duodecim ſigna, quæ illum quaſi quidam geminarum or- dines ambiunt; ſunt duodecim venti mundum in circuitu ternatim per quatuor cœli partes perſtan- tes; ſunt duodecim menſes, quibus annus perficitur; ſunt duodecim horæ, quibus dies completur, & plura hujuſcemodi, quæ ab eruditis viris & ſecundum ſecularium literarum cognitionem indagan- tur, & ſpiritaliter ſecundum eccleſiaſticam doctrinam intelliguntur. Nam ſi forté aliquis hujus no- ſtri operis obtrectator nos mordere nitatur, eo quod de phyſicis, de his videlicet, quæ in mathema- ticis habentur, exempla poſuimus, legat beatum Hieronymum, & nos aut cum eo mordeat, aut ejus doctrinam exterorumque patrum ſequentes literarum non neſcios recognoſcat. Ait enim idem do- ctor dum de veſte ſacerdotali diſputaret; *Rationale in medio poſitum terram edisserunt, quæ ad inſtar puncti licet omnia in ſe habeat, tamen a cunctis vallatur elementis: duodecim lapides vel zodiacum in- terpretantur circulum, vel duodecim menſes, & ſingulis verſiculis ſingula adſignant tempora, & bis ter- ni deputant menſes. Nec alicui gentilis videatur expoſitio. Non enim ſi cœleſtia & Dei diſpoſitionem ido- lorum nominibus infamarunt, idcirco Dei neganda eſt providentia, quæ certa lege cuncta & ſerit & re- git omnia: & in Job Arcturum & Orionem & Mazuroth, hoc eſt, zodiacum circulum, & cætera aſtro- rum nomina legimus, non quòd eadem apud Hebræos vocabula ſint, ſed quia nos non poſſumus, quæ dicun- tur niſi conſuetis vocibus intelligere.* Eſt quoq; hic numerus multis myſteriis conſecratus, quæ ſingula retexere brevitatis ſtudio non valemus, & ut noſſe poſſumus, ideo huic iſtorum ſynodo duodecim pontifices minus fuiſſe quam illi ſanctæ Nicænæ ſynodo, quia duodecim Apoſtolorum ſacratiſſima prædicatione ſive auctoritate, quibus illam prorſus conſtat eſſe munitam, iſtam conſtat eſſe in ple- risque extraneam: & quibus illa adhibitis quaſi quibusdam inexpugnabilibus turribus exornata ad alta conſurgit, his iſta minus inventis mutilata ad deteriora decurrit: illa his duodecim gemmis, in quibus duodecim tribuum nomina, antiquorum Patrum videlicet notitiæ vel exempla virtutum, ſcripta ſunt, exornatur, quibus iſta penitus carere dinoſcitur: his duodecim portis illius pulcherri- mæ civitatis, ſacratiſſimarum ſcilicet conſtitutionum, archana penetrantur, quæ in iſta nequaquam habentur. Nullam ergo inter illam & iſtam meritorum reperire quivimus concordantiam, præ- ter nominis ſolummodo conſonantiam, ut & illa eo quod in metropoli Bithyniæ urbe Nicæa ad profectum eccleſiæ agitata eſt Nicæna, & iſta quia ibidem, quamquam alio voto diſparique merito geſta eſt, appelletur nihilominus Nicæna. Non enim nominum conſonantia unam ſemper vim ha- bere creditur, quoniam pleraque ſanctorum & inluſtrium virorum nomina quibuslibet ignobili- bus hominibus inſita reperiuntur: quippe cùm nequaquam nomen meriti irroget æqualitatem, ſed meriti æqualitas nominis proroget dignitatem. Cùm ergo ideo eam magnis attollere merito- rum inſignibus affectent, quod in eodem quo pridem ſancta ſynodus fuerat, hæc quoque ſit agita- ta loco, advertant non unum ſemper eſſe ſicut nec nominis alicujus, ita etiam nec loci cujuslibet meritum. Quoniam cùm non homines pro locis, ſed loca pro hominibus ſicut & cæteræ terre- næ creaturæ facta ſint, non eis præbent emolumenta ſitus locorum, ſed eminentia meritorum: nec plurimum valet loci cujuslibet ſanctitas, ſi tamen in hominibus ſit actuum meritorumque inpu- ritas. Poſſunt enim in his eiſdemque locis & à pravis prava quæque, & à rectis recta quæque per- agi. Nam in urbe, quæ fuit mètropolis Ægypti quæ à Titanibus, id eſt, à Gigantibus condita fuiſ- ſe perhibetur, & ab eis Thanis vocata, multa atque ſtupenda à Moyſe divini nominis invocatio- ne ſunt peracta miracula, & à Magis Pharaonis aëriarum poteſtatum inſolentiſſimis exercitiis multa peracta præſtigia, in ejuſdemque Thaneos ſuburbiis, & à ſanctis viris Moyſe videlicet & Aaron memoranda ſunt geſta prodigia, & à dæmonum cultoribus nefariis quibuslibet conſecra- tionibus ſive invocationibus infauſta figmenta: ſicque loci communio nullum illis valens afferre præjudicium, & iſtis pia quæque agentibus, & illis probroſa quæque perpetrantibus, commune præbuit hoſpitium. Urbs itaque Samariæ Luza, quæ à ſancto Patriarcha Jacob Bethel, id eſt, do- mus Dei vocabulum ſortita eſt, in qua idem Patriarcha ſcalam de terra ad cœlum uſque tangen- tem, angeloſque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam vidit, poſtmodum vitulos aureos in of- fendiculum domus Iſrahel habuit, quos ibi regum peſſimus Hieroboam colendos conſtituit, & lo- cus, de quo vir ſanctus ait; *Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam*: & quem ſtupore magno Geneſ. 28. admirans terribilem eſſe dixit, nec aliud ibi eſſe niſi domum Dei & portam cœli, poſt a facta eſt do- mus idoli, & Iſrahelitieæ genti cauſa periculi: nec erecti a Patriarcha lapidis conſecratio, nec ſacri unguinis delibutio, nec reverendi nominis appellatio nefandi regis Hieroboam nequitiam a per- verſa actione cohibuit, ſed locum quem à tanto Patriarcha admiratum ſcivit, idolis polluere non formidavit. Unde datur intelligi, facilè potuiſſe in Nicæa Bithyniæ urbe, ubi pridem ſancta fue- rat ſynodus celebrata, perverſum adorandarum imaginum conſtitui dogma, ſi in Bethel à nequiſ- ſimo rege Hieroboam potuerunt idola poni, ubi Jacob domum Dei eſſe dixit & portam cœli: & ſi illic in poſterum tanti Patriarchæ conſecratione nullum valuit locus obtinere vigorem, nullam

his temporibus Bithyniæ urbs in hac parte antiquorum Patrum valebit habere defenſionem, ... minum diverſiſſimis huc illucque vergentibus permutationibus loca pro hominum qualitatibus & à ſanctis poſſe ſanctificari, & à peccatoribus pollui manifeſtum eſt. Legimus domum Dei in Silo ab Eleazaro & Phinees ſacerdotibus archæ teſtamenti Domini ſive tabernaculi conlocatione ſacrificiorumque jugibus oblationibus conſecrata, & poſtmodum ab Ophni & Phinees filiis Heli ſacerdotibus perpetratione nefandorum operum inquinatam. Legibus quoque Salem nobiliſſimam quondam urbem, quæ poſtea Jebus ſive Solyma, quæ nunc per derivationem Hieroſolyma vocitatur, primam poſt diluvium à ſancto viro Sem, qui poſtea, ut ferunt, Melchiſedech vocatus eſt, conditam & inhabitatam, & poſtmodum ab exſecrabili gente Jebuſæorum ſubactam, & longo tempore usque ad David poſſeſſam. Legimus quoque ſacratiſſimum ac reverentiſſimum templum Domini à David ſanctiſſimo vatum diſpoſitum, & à Salomone dedicatum, angelorum excubiis frequentatum, divinis oraculis inluſtratum, ſacratiſſimarum ceremoniarum perpetuis obſervationibus præparatum, quod ob tot chariſmatum inſignia ab antiquis Patribus fuerat veneratum, à ſubſequentibus quibusque ejusdem generis peſſimis regibus idolorum ſordibus cæterisque flagitiis, pro dolor, inquinatum, & ubi Dominus ſanctuarium ſuum & locum habitationis gloriæ ſuæ conſtituerat, Manaſſes rex duodecim ſignis omnique militiæ cœli aras erexit. Poſt reſtaurationem quoque ſui & Aggæi ſive Zachariæ prophetiam eandem quoque domum à Græcorum regibus legimus fuiſſe profanatam, nec à perpetrandis rebus inlicitis illarum ætatum homines loci compeſcuit reverentia, quorum mentes diabolicarum inlecebrarum infecerat ſævitia. Judæorum nempe catervæ, quæ meritorum inſignibus carentes templi ſolummodo ſe munitione tueri arbitrabantur, his per Hieremiam à Domino
Jerem. 7. verbis arguuntur; *Nolite*, inquit, *confidere in verbis mendacii*, dicentes, *Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt*, & cætera. Si ergo ad Novi Teſtamenti tempora veniamus, easdem quoque ſanctorum locorum à pravis hominibus profanationes perpetratas fuiſſe reperiemus, cum videlicet in crucis rupe ſive in loco reſurrectionis vel etiam in ſpecu Bethleem, ubi Dominus parvulus vagiit, idola poſita fuiſſe à gentilibus perhibeantur. Ait enim beatus Hieronymus; *Ab Adriani temporibus usq; ad imperium Conſtantini per annos circiter CLXXX. in loco reſurrectionis ſimulachrum Jovis, in crucis rupe ſtatua ex marmore Veneris à gentilibus poſita colebatur, exiſtimantibus perſecutionis auctoribus, quòd tollerent nobis fidem reſurrectionis & crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent: Bethleem nunc noſtram & auguſtiſſimum urbis locum, de quo Pſalmiſta canit; Veritas de terra orta eſt, lucus inumbrabat Tamuz, id eſt, Adonidis: & in ſpecu, ubi Chriſtus quondam parvulus vagiit, Veneris amaſius plangebatur.* Si ergo nativitatis Chriſti locum Adonidis lucus potuit inquinare, quid mirum ſi ſanctæ ſynodi locum perverſæ conventionis turba potuit ad res inlicitas ſtatuendas uſurpare? Etſi Calvariæ montis locum, quem Chriſtus ad crucis tropheum pergens glorioſo calle calcavit, à gentilibus poſitum Veneris ſimulachrum fœdavit, quid mirum ſi locum quem quondam ſanctorum Patrum inſignis caterva ad fidem catholicam roborandam inſedit, demens poſtea ſacerdotum multitudo ad novas & eccleſiæ contrarias conſtitutiones roborandas appetiit? Et ſi locum reſurrectionis, quem Chriſtus reſurgendo angelicosque cœtus mortalibus oſtendendo dicavit, Jovis ſimulachrum profanavit, quid mirum ſi imaginum adoratio à dementibus quibusque in eadem ſit ſtatuta urbe Bithyniæ, in qua Chriſtus pridem à venerandis præſulibus prædicatus eſt unius cum Patre eſſe ſubſtantiæ? His itaque documentis poteſt adprobari, quod non ſecundum illorum jactantiam locorum quædam vis unam poſſit habere ſemper conſtantiam, quia nec homines cum ſint mutabiles, unius ſemper retinentur tenacitatis rigore conſtricti: præſertim cum & Judas, qui quondam fuerat Apoſtolus, poſtmodum effectus eſt Apoſtata: & Paulus, qui quondam fuerat Saulus & perſecutor, poſtea effectus eſt doctor gentium & prædicator: & loca, quæ pridem fuerant divinis cultibus mancipata, poſtea fuerint à gentibus profanata: & exploſis plerumque profanationibus loca, quæ inpura credebantur, divinis poſtmodum cultibus mancipentur. Inſolenti præterea deſiderio tam iſti quam eorum prodeceſſores ſynodum ambiunt agitare, eamque ſex venerabilibus ſynodis, quæ pro quibusdam eccleſiæ utilitatibus diverſis temporibus, ſed non diverſa fide à ſanctis viris agitatæ ſunt adſociare, & Septimæ ſynodi nuncupatione cenſeri. Nam dum & illi & iſti in hac re inportune credantur inhiaſſe, neque illi neque iſti hanc ad ſuæ ambitionis effectum valuerunt perducere. Cupientes ergo illam, quæ ab eorum prodeceſſoribus incaute & enormiter geſta eſt abolere, & ſuam quæ inepte & ſtolide nihilominus geſta eſt ſtatuere, paradigma cujusdam retulere. Qui ſex aureis nummis ſeptimum volens adſociare, dum admittere niſus eſt aureum, æreum loco aurei dicitur admiſiſſe: quo iſti expulſo aureum aureis ſe gloriantur adſociaſſe: qui ſi diligenter advertant dum niſi ſunt loco ærei ingerere aureum, intuliſſe creduntur ſtanneum, & ſeptimum ſynodi numerum, quem prodeceſſores eorum ænea ſynodo voluerunt complere, ſtannea iſti nihilominus ſynodo adplicata moliuntur adimplere, ſed repulſo à ſeptimi numeri myſterio omnino æreo, abacto quoque ſtanneo, ſoli tantummodo ſex remanebunt: quos & numeri perfectio & fulgor catholicæ eruditionis inluſtrat: in quib9 & in fidei puritate puriſſimum aurum rutilat, & in numero perfectionis gloria regnat: quoniam in ſenario numero, qui utiq; perfectus eſt, perfectionem eccleſiaſticæ prædicationis habere videntur, ut in tribus, quod eſt ejus medietas, ſanctæ Trinitatis confeſſio declaretur, in duobus, quod eſt ejus tertia pars, duorum teſtamentorum ſive duorum talentorum, intellectus videlicet & operationis munus à ſancta & unica Trinitate conceſſum innuatur: porro in uno, quod eſt ſexta ejus pars, ſive veteris hominis conditio, qui ſexto die formatus eſt, ſive novi adſumptio, quem pro ſalute mundi ſexta ætate ſeculi filii perſona ſuſcepit, evidentiſſime demonſtratur: ſicque in his ſex ſa-

cratiſ-

Erat [illegible] ſanctæ trinitatis myſterium prædicatur, & duorum teſtamentorum conſonantia vel [illegible]ellectus & operationis munus habetur, & Dominicæ incarnationis pro humana ſalute fides [illegible]docetur: & quia nihil horum illis deeſt, ſenarii numeri perfectione muniuntur. Jam vero quia tam ardenti deſiderio ſuam ſynodum antiquis ſynodis cupiunt adſociare, adſociari hæc quidem antiquæ cuidam Ariminenſium ſynodo atque adnumerari poteſt: quoniam ſicut in illa ὁμοούσιον confeſſio abdicatur, ita in iſta ſolius Dei cultores & veri adoratores exſecrantur: & ſicut in illa diverſarum in trinitate ſubſtantiarum pernicioſiſſimum dogma ſtatuitur, ita in iſta diverſarum rerum cultus & adoratio ſoli Deo debita percenſetur. Sit ergo in hujuſcemodi numero prima ſynodus Ariminenſium: ſecunda illa quæ ab iſtorum prodeceſſoribus pro baſilicarum abolendis ornatibus geſta eſt: tertia hæc quæ ab iſtis ob imaginum cultum & adorationem in urbe Nicæa agitata eſt: ita dumtaxat ut prima ſit nummus æreus, ſecunda ſtanneus, tertia plumbeus: quoniam cum habeant inter ſe temporum diſtantiam magnam, tamen habent quorundam errorum conſonantiam. At ſi iſtorum faſtu & oſtentatione ſecunda abicitur, nos quoque eis ad eam ex hoc numero abiciendam adminiculum præbeamus, & prima ſit, ut præfati ſumus, Ariminenſium, ſecunda verò hæc quæ ab iſtis geſta eſt, prima videlicet, ut præfati ſumus, nummus æreus: & quia illa contemnitur, ſecunda iſtorum, quæ plumbei nummi locum tenet, computetur: atque his poſtpoſitis, ſex tantummodo nos ſanctis univerſalibus ſynodis & localibus conciliis, quæ ab his nec fide nec prædicatione diſſentiunt contenti ſimus, & ad tremendi examinis ultimique diei nos fidei integritate & bonorum operum incrementis omnino terrificum præparemus adventum, qui ejus glorioſo reditu celebrabitur, de quo ab angelis, Apoſtolis dictum eſt, *Viri Galilei quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic Jeſus qui adſumptus eſt à vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* Act. 1.

CAP. XIV.

De eo quod Gregorius Neocæſareæ epiſcopus ait, Lætentur & exultent & præſumant qui veram Chriſti imaginem benigno animo facientes & diligentes & venerantes ad ſalutem animæ & corporis offerentes, quam ipſe ſacrificii perfector & Deus noſtram ex nobis ex toto ſuſcipiens maſſam ſecundum tempus voluntariæ paſſionis in ſignum & in memoriam manifeſtam ſuis tradidit diſcipulis.

GREGORII igitur Neocæſareæ Epiſcopi inutile dictum & inperitiæ nubilo tectum ac ineptię involucris obſitum, in eo quoque reprehenditur quod ait, *Lætentur & exultent, & præſumantur qui veram Chriſti imaginem facientes & diligentes & venerantes ad ſalutem animæ & corporis offerunt*, & cætera. Quid namque in hac dictione, *Lætari & exultare*, ſit in promptu eſt intellegere: quid vero ſit quod adjunctum eſt, *Et præſumantur*, nullius penitus ſenſus lectori ingerit indiciū, quia & à ſenſuum regulis eſt alienum, & à Latinæ locutionis integritate penitus extraneum: quippe cum ſi de præſumptione dicere voluit, non duobus præcedentibus, hoc tertium valeat inſenſus ſapore cohærere: niſi forte illos dixit lætari & exultare qui rem inlicitam & à ſanctis Patribus prohibitam adorare præſumunt, & qui tantæ præſumptionis inſtigantur ſtimulis, ut in adoratione rerum ſenſu carentium cunctis contraire videantur authenticis ſcripturis. O demens epiſcopi dictio & riſu digna! quæ quam dixerit veram Chriſti imaginem non evidenter oſtendit. Qui ſi hanc dixit veram quæ ab artificibus ex diverſis materiis fit, abſurdiſſime & incompetenter loquutus eſt; cum præſertim liquido pateat neminem mortalium veram Chriſti poſſe formare imaginem. Cum enim vera dicitur, multum ab hac quæ ab artificibus fingitur elongatur: quoniam quantum veritas à falſitate differt, tantum vera Chriſti imago ab ea diſtat, quam artificis docta ſive indocta manus pro captu ingenii format: ſi vero de corporis & ſanguinis Dominici myſterio, quod quotidie in ſacramento à fidelibus ſumitur, dicere voluit, quod inter ipſam quidem ſuarum nugarum conglomerationem pene pateſecit, cum ait, *Quam ipſe ſacrificii perfector & Deus noſtram ex nobis ex toto ſuſcipiens maſſam ſecundum tempus voluntariæ paſſionis in ſignum & in memoriam manifeſtam ſuis tradidit diſcipulis*, & in hoc quoque non mediocriter erravit. Non enim imaginem aut aliquam præfigurationem, ſed ſemetipſum Deo patri pro nobis in ſacrificiū obtulit. & qui quondam ſub umbra legis in agni immolatione, ſive in quibuſdam rebus imaginariè præfigurabatur offerendus, veraciter ea conſummans quæ de ſe vatum oraculis prophetata ſunt, Deo patri eſt victima ſalutaris oblatus: nec nobis legis tranſeuntibus umbris imaginarium quoddam indicium, ſed ſui ſanguinis & corporis contulit ſacramentum. Non enim ſanguinis & corporis Dominici myſterium imago jam nunc dicendum eſt, ſed veritas, non umbra ſed corpus, non exemplar futurorū ſed id quod exemplaribus præfigurabatur. Jam ſecundum Canticum canticorum *adſpiravit dies, & amotæ ſunt umbræ* Cant. 2.
jam finis legis ad juſtitiam omni credenti, Chriſtus advenit: jam legem adimplevit: jam qui ſedebat in regione umbræ mortis, lucem magnam vidit: jam velamen faciei Moyſi decidit, & velum templi ſciſſum, archana nobis & ignota quæque oſtendit: jam verus Melchiſedech, Chriſtus videlicet, rex juſtus, rex pacis, non pecudum victimas, ſed ſui nobis corporis & ſanguinis contulit ſacramentum. nec ait, Hæc eſt imago corporis & ſanguinis mei, ſed, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur*: &, *Hic eſt ſanguis meus qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Cum ergo, ut præfati ſumus, nec artificum opus vera Chriſti poſſit imago dici, nec corporis & ſanguinis ejus myſteriū Matth. 26.

quod in veritate geſtum eſſe conſtat non in figura, meritò aut in quolibet [illegible] gorius Neocæſareæ epiſcopus reprehenditur, qui tot indiciis tantiſq; documentis tale [illegible] tuliſſe convincitur. In eo ergo quod idem epiſcopus ait de Chriſto, *Quam ipſe ac* [illegible] *Deus noſtrã ex nobis ex toto ſuſcipiens maſſam*, juſta eſt reprehenſio: quoniã cũ maſſa perdi[illegible] humanum dicatur cum originali peccato, in[illegible] aute noſtram ex nobis ex toto Chriſtũ ſuſcepiſſe [illegible] idem epiſcopus profatus eſt: quia videlicet quanquam Chriſtus totam humanam naturam, carnem [illegible] delicet cum ſenſibus ſuis, & animam cum ratione ſua, non divinitate in humanitatem converſa, neq; humanitate in divinitatem mutata, ſed permanente utriusque naturæ proprietate, Deus verbum hominem in unitate perſonæ ſuſceperit, hominis tamen originale peccatum non ſuſcepit: ac per hoc abſurdum eſt dicere noſtram ex nobis ex toto eum ſuſcepiſſe maſſam. Ideo ergo noſtram ex nobis [illegible] tam minime ſuſcepit maſſam, quia originalis peccati, quo omne hominum genus ante baptiſmum connexum tenetur, nequaquam ſuſcepiſſe credendus eſt noxam. Tanta ergo illius antiqui peccati eſt cum quo naſcimur maſſa, ut ſi particulatim diligenti conſideratione dividatur, omnia in eo criminalia po[illegible] ſint inveniri peccata. Nam & ſuperbia eſt illic, quia homo in ſua potius eſſe quam in Dei poteſtate d[illegible] lexit: & ſacrilegium, quia Deo non credidit: & homicidium, quia ſe præcipitavit in mortem: & forni[illegible] catio ſpiritalis, quoniam integritas mentis humanæ ſerpentina ſuaſione corrupta eſt: & furtum, q[illegible] cibus prohibitus uſurpatus eſt: & avaritia, quia plusquam ſufficere illi debuit, adpetiit. Quibus omnibus tanto eſt humanum genus irretitum, ut de legitimo etiam matrimonio procreatus dicat,

Pſal. 51. *In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis peperit me mater mea.* Chriſtus ergo Dei virtus & Dei ſapientia naturam hominis, non peccati maſſam ſuſcepit. Sed ut ad id redeamus unde egreſſi ſumus, e[illegible] dem epiſcopi profeſſione aliquantulum a nobis ambigitur, qui totam ex nobis noſtram Chriſtum ſuſcepiſſe maſſam dixiſſe perhibetur: quoniam aut magna eum hoc proferri eruditio coegit, aut in[illegible] manis error id eum proferre inpulit. Nam dum nos eum & eruditum & orthodoxum eſſe velim[illegible] exemplo Domini neminem cupientes perire, ſi utrumvis iſtorum illi deeſt, & revera deeſt, malle [illegible] id quod profatus eſt imperitiæ potius quam ſchiſmati deputare.

CAP. XV.

De eo quod Epiphanius diaconus imaginum adorationem adſtruere volens dixit, Quoniam hi[illegible] titulum erigens Domini, & ſe ipſa tangens fimbrias tituli ſicuti quidem venit in ſanctum evangelium, quoniam ſalutem adepta eſt inter medium ille & Domini imaginis, herba quædam germinavit quæ adpropinquans pedem tituli omnes infirmitates curat.

SÆPE jam in hoc opere diximus, quod & perſpicue apparet, pene omnes eorum ſententias, [illegible] ob imaginum adorationem in ſua ſynodo protulerunt, quodammodo tantis eſſe ign[illegible] nibus interpolatas, ut eloquentia ſenſuq; carentes difficile earum ſenſus lectorum a[illegible] tes. Cum ergo illarum ineptiſſimi textus compago haudquaquam ea quæ profari cupiunt, [illegible] ſermone exprimat, habet tamen inter eadem verborum nubila quædam perſpicua indicia nominum videlicet, ſeu rerum notiſſimarum mentiones, veluti cum inter denſas tenebras quorundam [illegible] igniculi interlucent, ut per rerum vocabula, & res notiſſimas lectoris animus ea quæ exprimere volunt perſentiat. Exprimere etenim ni fallor in prolata ſententia Epiphanius diaconus niſus eſt, Mulierem a profluvio ſanguinis Dominicæ veſtis fimbriæ tactu ſanatam, titulum ſive imaginem in ejusdem Domini honorem erexiſſe, ejusdemq; imaginis fimbrias ſe denuo tetigiſſe, ſubter quam ima[illegible] herbam quandam ortam fuiſſe, quæ ſi paulatim ſuccreſcens ſummitate ſua pedem contigerit [illegible] imaginis, cunctis ægritudinibus medetur. In quo quidem facto, ſi tamen factũ eſſe credatur, null[illegible] ginũ adoratio commendatur. Si ergo illa mulier fœminei ſexus facilitate & quadam animi levit[illegible] percepto ſanitatis beneficio, utpote Domini ſemper præſentiã quærẽs, eumq; ubiq; eſſe poſſe ignor[illegible] imagi[illegible] erexit, quis tam vecors perceptis ſacræ fidei chariſmatibus, eumq; ubique eſſe non ne[illegible] ut ejus habere queat præſentiam, idcirco imaginem eriget, eamq; adorabit? Et ſi illa mundo ne[illegible] du[illegible] ab idolorum cultibus liberato viſis mortuorum quorundam hominum in urbibus ſtatuis ob quarum rerum memoriam ſive cultum erectis, ſimiliter, prout valuit, agere ſtuduit, quis ſanæ mentis ejus actibus adſenſum præbebit, & dominum non in manufactis, ſed in cœlo vel potius ubiq; eſſe cre[illegible]ens talia agere curabit? Aut ſi forte illa ſuperſtitioſo ritu habuit zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiã, quis catholicus in fide roboratus ex ejus actibus in hac parte exempla ſumet, hisq; ſimilia faciet? Aut ſi fort[illegible] illa rudimento converſionis ſuæ quæ necdum ſolido cibo veſci poterat, ideo tenero cibo utebatur, ut ad percipiendum ſolidum cibum paulatim ſumptis viribus creſceret: ſcilicet ut per rem viſibil[illegible] & tractabilẽ ad inviſibilis & ineffabilis Dei cultum accederet, quis ejus in hoc facto imitator effectus, ſpreta ſolidi cibi fortitudine, ad infantiæ denuo cibos cupiat eſſe redactus? In miraculo igi[illegible] qu[illegible] in herbis fit, ſi tamen factum fuiſſe credatur, quæ, ut ille faſſus eſt, cunctis ægritudinibus medetur, haudquaquam poterit illorum aſſertio quodammodo fulciri: quoniam non ut herbæ aut imagin[illegible] adorentur id factum fuiſſe perhibetur, ſed ut in fidelium mentes ſpretis vanitatibus idolorum ad

v[illegible]

veræ fidei rudimenta converterentur: quoniam ſecundum Apoſtolum ſigna non pro fidelibus, ſed pro infidelibus data fuiſſe creduntur. Eccleſia namq; catholica, ut ad fidem creſceret, miraculis erat nutrienda, & ut ejus novella plantatio convaleſceret, aſſiduis erat irrigationibus fovenda.

CAP. XVI.

Inutile dictum Epiphanii diaconi reprehenditur, in eo, quod ait; Multa, quæ in nobis ſacrantur orationem ſacrata non ſuſcipiunt: *& poſt pauca,* Nec plurimum ſicut veneranda & honoramur & amplificamur: ipſe enim ſignum vivificæ crucis ſine oratione fatur à nobis, veneranda eſt: & ſufficiemur ſignum ejus accipere ſanctificationem, per quæ facta à nobis ad eum adorationem quidam in fronte ſanctificatione, & quæ in acte per digitum tactum ſignum effugari dæmones ſperamus, ſimiliter & imagine per nomen ſignificationis ad primam formam honoris deducimus, & oſculantes eam & honorabiliter honorantes accipiemus ſanctificationem. nam & ſacra diverſa vaſa habentes has oſculamur & amplectimur, & ſanctificationem quandam ſperamus.

SI videris, inquit Scriptura, *virum velocem in verbis ſuis, ſcito quia ſpem habet inſipiens magis quam ille: &, in multiloquio peccatum non deerit.* Secundum hanc ergo ſacræ Scripturæ ſententiam Prov. 19. Prov. 10.
Epiphanius diaconus, qui in eadem ſynodo velox in verbis & multiloquio uſus fuiſſe perhibetur, & ſpem habere inſipientem magis quàm ſe oſtendit, & in multiloquio errata quæq; contraxit. Nam dum in ſuperiori capitulo in ejus nugis à nobis aliquantulum diſputatum ſit, in hoc nihilominus aliquantulum diſputandum eſt. Diſpoſuimus quidem in earum profeſſionibus non verba, ſed ſententias diſcutere, nec literaturam ſed ſenſus ventilare: quoniam literaturæ ordinem in his infinitum eſt quærere, quippe cum nulla ſententia in ejusdem lectionis prolixo textu per eam poſſit ſtare, in raris autem verborum erratibus & eruditionis lima nec dum politis facile inter ſenſuum errata diſputatur. Ubi ergo in prolixa lectionis ſerie nec ſenſuum eſt puritas, nec verborum integritas, difficile de ſingulis diſputatur: quoniam in infinitum diſputationis ordo protenditur. Si enim de ſingulis verborum erratibus diſputetur dum debent archana rimari, & ea, quæ ad eccleſiaſticas res pertinent ſolerti indagatione ſerutari, grammaticæ artis multiplices regulæ, quæ in ſcholis diſcuntur, tradi videbuntur. Sed dum in hoc opere noſtri itineris greſſus plurimum impediatur, ſive quia eorum ſermonis difficultate nonnulla, quid ſignificare velint difficile deprehendantur, ſive quia eorum enuntiationes barbariſmis ac ſolœciſmis cæterisq; vitiis infectas noſtris diſputationibus coacti, quia res exigit, interſerimus, ſive quia cum inter corrupta eorum verba corrupti nihilominus ſenſus ſint, & nos verborum reprehenſiones prolixitatis cauſa omittentes, ſenſuum ſolummodo ſeriem inculcemus & laborioſe id, quippe cum unum pendeat ex altero alterumq; ſit inſertum in altero, faciamus, reſtat ut annuente Domino poſtpoſita reprehenſione, quæ verborum vitiis accidit, ſenſuum tantum inordinatas conglomerationes ſpiritalis pugni illiſione quaſſantes, cœptum iter & magna ex parte peractum pergamus. Ait enim præfatus Epiphanius diaconus, cujus ſententiam diſcutere cœperamus; *Multa, quæ in nobis ſacrantur orationem ſacrata non ſuſcipiunt.* quod quidem cum ita, ut dicitur, nullum plenum ſenſum habeat, hoc eum conicimus voluiſſe ſignificare ut diceret, Multa ſunt in nobis ſacrata, quæ per ſacerdotis orationem vel manus impoſitionem minime ſacrantur. quod ſi ita eſt, qualiter verum eſſe poſſit non ſatis eluceſcit: quoniam quæcumque in eccleſia ſacrantur, ſive eccleſiaſtici ordines, ſive ſacrandorum templorum dedicationes, ſive cæteræ hujuſcemodi conſtitutiones, per ſacerdotales eccleſiaſtico more conſecrationes fiunt: quippe cum ad ipſam Chriſtianæ fidei nobilitatem, per quam ad cæteros gradus acceditur, in ipſis infantiæ rudimentis per ſacerdotum manus impoſitiones & ad Deum orationes veniatur. Si vero de locis ſive vaſis vel quibuslibet utenſilibus divinis cultibus mancipatis dicere voluit, in hoc ejus dictio fruſtrari poteſt: quoniam pene nihil eſt in his, quæ enumeravimus, quod non per ſacerdotum orationes & conſecrationes conſecretur: ſed & exorciſmis & ſalis & aquæ aſperſione uti conſuevit eccleſia: quorum omnium conſecrationes vel inſtitutiones ab ipſis eccleſiæ rudimentis ab eccleſiarum præſulibus traditæ fuiſſe noſcuntur, & in libris ſacerdotalibus exaratæ habentur. Cum ergo id idem diaconus ideo intulerit ut imagines, quarum adorationem illi prorſus roborare æſtuant, de quarum utique conſecratione nulla eſt eccleſiaſtica inſtitutio, vaſis vel cæteris rebus divinis cultibus mancipatis adſociaret, hoc introducere moliens, ut ſicut hæc ſine orationibus conſecrata, ita illas quoq; ſine orationibus conſecratas eſſe perdoceret, in eo ejus molimen caſſari poteſt, quòd iſtorum conſecrandorum in libris ſacerdotalibus ſcripta habetur, & per ſacerdotes ſolenniter celebratur priſca traditio: illarum vero neque conſecrandarum, neque adorandarum ulla uſpiam in his, quæ ab eccleſia recipiuntur habetur inſtitutio. in eo verò, quod ait; *Nec plurimum ſicut veneranda & honoramur & adplicamur: ipſe enim ſignum vivificæ crucis ſine oratione facta fatur à nobis veneranda eſt,* id eum puto voluiſſe dicere, quod ſignum venerandæ crucis, quod itos honorifice nobis indimus absq; quadam ſacerdotum oratione vel conſecratione, eſt, & tamen ſacratum habetur: in quo nimirum dicto, ſicut & in cæteris, non mediocrem ſuam demonſtrat inſaniam, quod ſignum crucis non aliam quærit conſecrationem, quam eam, quæ per Dei & hominum facta eſt mediatorem. Quod verò ſubjunxit; *Et ſufficiemur ſignum ejus accipere ſanctificationem, per quæ facta à nobis ad eum adorationem quidam in fronte ſanctificatione, &*

quæ

quam in aere per digitum factum signum effugari dæmones speramus, ad id quod superius inlatum est pertinet. Crucis igitur signum magnum in se habere mysterium, eique imagines non esse æquiparandas videntibus est indiciis manifestum, & in superioribus hujus operis partibus, prout Dominus donare dignatus est, demonstratum. Nam dum imagines, ut superius diximus, nulla oratione vel manus impositione sacrentur, crucis signum ubicumque ingeritur divini nominis invocatione infertur: & dum hæ consecrationem quandam nec habeant nec habere queant nec debeant, illud vero adeo est a redemptore mundi sacratum, ut non solum cujuspiam consecratione indigeat, sed divini nominis invocatione inlatum alia quæque consecret & benedicat. Porro quod ait; *Similiter & imaginem per nomen significationis ad primam formam honoris deducimus, & osculantes eam & honorabiliter honorantes accipiemus sanctificationem*, quàm sit absurdum quamque à ratione alienum liquido patet. Dixit enim, imaginem per nomen significationis ad primæ formæ honorem, id est, ad sancti in cujus nomine prætitulatur, venerationem posse deduci: quod fieri posse nullius rationis indiciis evidentibus potest adprobari. Si nominis tantummodo inscriptio eas ad eorundem sanctorum quorum nomina superscribuntur, honorem deducit: ergo quælibet res, cui sancti cujusdam nomen superscribitur, ad ejusdem sancti honorem conscendit. Ergo lapides, ligna, vestes, sive animalia quædam quorundam sanctorum nominibus superscripta, ad eorundem sanctorum honorem transeunt, quorum sunt nominibus prænotata: & si nomina superscripta hæc, quę enumeravimus, ad eorum quorum nomina sunt honorem perducere minime queunt, nec illas quoque nominum inscriptiones ad sanctorum honorem quodammodo perducunt: & si istud prudenti consideratione abnuitur, & illud solerti indagatione abicitur. offeruntur cuilibet eorum qui imagines adorant, verbi gratia, Duarum feminarum pulchrarum imagines superscriptione carentes, quas ille parvipendens abicit, abjectasq; quolibet in loco jacere permittit, dicit illi quis, Una illarum sanctæ Mariæ imago est, abici non debet: altera Veneris, quæ omnino abicienda est, vertit se ad pictorem quærens ab eo, quia in omnibus simillimæ sunt, quæ illarum sanctæ Mariæ imago sit, vel quæ Veneris? ille huic dat superscriptionem Sanctæ Mariæ, illi vero superscriptionem Veneris: ista quia superscriptionem Dei genetricis habet, erigitur, honoratur, osculatur: illa quia inscriptionem Veneris Æneæ cujusdam profugi genetricis habet, deicitur, exprobratur execratur: pari utræq; sunt figura, paribus coloribus, paribusq; factæ materiis, superscriptione tantum distant. Dicat mihi, quæso, Epiphanius diaconus, qui per nominis inscriptionem imagines ad honorem primæ formæ deduci posse dixit, ubi hæc sanctitas hujus antequam superscriberetur fuit? vel ubi illius exprobratio priusquam superscriberetur extitit? Superscriptio itaque, quæ imaginibus indi solet, secundum morem literarum, quibus tanta vis est ut tacite loquantur, & nonnumquam dicta absentium, nonnumquam verò præsentium sine voce edisserant, notitiam inferre valet: illis vero imaginibus quibus inditur, sanctificationem exhibere non potest. Sanctificatio enim rationalibus creaturis bonorum operum exhibitione & meritorum prærogativis conceditur: rebus verò irrationalibus & sensu carentibus, utpote sunt vasa divinis cultibus mancipata, & his similia non superscriptione qualibet, sed sacerdotali consecratione & divini nominis invocatione accedit. Ac per hoc evidenti ratione monstratur, nullam imaginibus inhærere posse sanctificationem per quamlibet superscriptionem: quoniam illa quæ beatæ Dei genetricis Mariæ superscriptionem sortitur, & quæ quondam despicabiliter abjecta jacuit, nunc venerabiliter adoratur, quantum valuit contemptoribus suis spreta jacens obesse, tantum nihilominus valet cultoribus suis erecta & adorata prodesse: & illa quantum posset juvare si erigeretur, tantum potest lædere cum spernitur. Quod vero ait; *Et osculantes eam & honorabiliter adorantes accipiemus sanctificationem*, tantum valeret quantum si diceret, Osculamur eam & honorabiliter adoramus sanctificationem ab ea accipere cupientes, quam nec illa habet, nec nobis impertire valet. Quanto ergo potest cœco lumen reddere, cum ipsa non videat; odoris sensu carenti odorem, cum ipsa eodem sensu careat; surdo auditum, cum non audiat; muto eloquium, cum ipsa non loquatur; debili manibus tactum, cum ipsa nihil palpare queat; claudo gressum, quo illa penitus caret: mortuo vitam, cum ipsa non vivat, tanto nihilominus nobis sanctificationem ingerere valet qua ipsa penitus caret. In parvo verò commate, quod superest, non est diutius immorandum, quoniam pene totũ in superioribus commatibus per partes videtur esse connexum. Ait enim, *Nam & sacra diversa vasa habentes hæc osculamur & amplectimur & sanctificationem quandam speramus.* Non enim ad homines per vasa, sed ad vasa per homines divini nominis invocatione & sacrorum mysteriorum celebratione sanctificatio venit: nec vasis imagines coæquandæ sunt, quoniam in vasis, non in imaginibus, Deo sacrificium offertur. Nam si à vasis, quæ utique sanctificata sunt, hominibus sanctificatio, ut diximus, minime impertitur, multominus ab imaginibus impertietur, quæ nec sanctificare nec sanctificari possunt.

CAP. XVII.

Ridiculosissimum dictum Epiphanii reprehenditur, in eo quod ait, Ex proprio ventre locutus.

QUOD in eadem synodo scribitur eo quod præfatus Epiphanius de quodam dixit, *Ex proprio ventre locutus*, quamquam rebus ad fidem pertinentibus nullum afferat præjudicium, & huic negorio de quo sermo est nec quicquam vel inroget vel deroget, ideo tamen à nobis non est prætermissum, quoniam indoctum quid sonat & insulsum: & quia nec debent nec possunt tali scri-

ptura

ptura novæ quælibet conſtitutiones eccleſiæ prorogari, quæ tot modis poteſt reprehendi. Omne e-
nim quod irreprehenſibile eſt, hoc recipit ſancta catholica eccleſia: quod autem in pluribus repre-
benditur, hoc ab eccleſiaſtico dogmate abdicatur. Nec debet illius lectionis quæ reprehenſionibus
& talibus nugis eſt plena, de adorandis imaginibus obſervari cenſura. Dixerunt nempe quendam ex
proprio ventre locutum. Quod dictum non ſolum à doctis verum etiam ab indoctis auribus reſpui-
tur, & veluti anile quoddam deliramentum abnuitur. Ex corde enim ea, quæ mens concepit, lin-
guâ interprete producuntur: ex ventre ea adminiſtrantur quæ in ſeceſſum miſſa egeruntur: & ſicut nō
poteſt *cor*, quod plerumque & in divinis literis, & in conſuetudine loquentium pro mente ſive ſenſu
ponitur, eſcas coquere, humorum collectiones habere: ita non poteſt venter cogitationes concipe-
re, easque per verba producere. Habent ergo ſingula membra officia ſua, ut quinque ſenſus quinque
membrorū partibus diſtributi ſint, excepto tactu, qui quamvis in manibus ſedem habere putetur, per
cætera membra diffuſus eſt. Et ſecundum philoſophorum experientiam in corde eſt timor, in ſple-
ne lætitia, in jecore voluptas, in tribus ventriculis cerebri, in anteriore qui eſt ad faciem, ſenſus, in eo
qui poſterior ad cervicem eſt, motus, in eo verò qui inter utrumque eſt, memoria vigere demonſtra-
tur, in pulmonibus anhelandi, voces modificandi, ſpiritum ducendi officium habetur: ventrem autem,
quem maris conſtat habere figuram, eſcarum tantum confectionibus humorumque collectionibus
manifeſtum eſt inſervire. Nam ſi forte hujuſce dicti errorem his velint adminiculis fulcire, quod
plerumque ventris mentio in ſacris literis reperiatur, ut eſt illud, *a Venter meus conturbatus eſt*, ſive, a Thren. 1.
b Ventrem meum doleo, & cætera hujuſcemodi, advertant numquam hujus membri vocabulum pro Hab 3.
loquutione, ſed pro aliis atque aliis rebus quæ per ventrem ſignificantur, tropicè poſitum, de quibus Eccleſ. 10. b Eccleſ. 37.
nunc diſputare longum eſt. Illud enim ſicubi dictum eſt, tropologicum eſt, iſtud vero acyrologicum:
per illud obumbratur allegorice veritas, per iſtud mutilatur ſenſus puritas: illud nitet myſteriis, iſtud
ſqualet ineptiis. Cæterum ſi de Pythonibus dicere voluerunt, quos ſeptuaginta *ventriloquos* trans- Deut. 18.
tulerunt, de quibus in Deuteronomio legitur; *Non invenietur in te luſtrans filium ſuum aut filiam in
igne, & divinans divinationem, augurans & aruſpicans & medicaminibus infuſcans, incantator, ven-
triloquus, & portenta inſpiciens, & interrogans mortuos* nec hoc reprehenſione caret: quoniam cum il-
li quendam hominem ex proprio ventre loquutum fuiſſe dixerint, ut Pythonem, nec ab ipſius quidem
Pythonis ventre homo, ſed malignus loquitur ſpiritus: ita dumtaxat ut eodem Pythone, qui ventrilo-
quus dicitur, per os humano more loquente de ventre ejus ſpiritus inmundi voces audiantur, & re-
ſponſa dentur, quos quidem ventriloquos in Aſſyriorum ſive Ægyptiorum gentibus, apud quos ma-
gicæ artes copioſæ ſunt, plures eſſe manifeſtum eſt.

CAP. XVIII.

Contra eos qui dicunt, Qui imaginem idolorum dixerunt dæmoniorùm imaginibus ſimi-
lem, accuſent Abel & Noe & Abraham & Moyſen & Samuhel & David,
quòd ipſi aliena & pagana ſacrificia Deo liba-
verunt.

QUANTUM in hoc capitulo ſonat & nos ex aliis eorum dictis experti ſumus, hoc introduce-
re nituntur, ut quia à paganis quondam occiſorum pecudum ſacrificia dæmonibus litabantur,
nec tamen ob hoc à ſanctis viris in veteri lege prætermittebatur, quin & ab illis occiſorum pe-
cudum Deo victimæ offerrentur, nec ideo ſit prætermittendum quin intra ſanctam eccleſiam imagi-
nes adorentur, pro eo quòd à gentilibus idola colebantur, ſed ſicut in aliis ex hoc negotio adſertioni-
bus eorum objectiones incaſſum adhibitæ fruſtrantur, ita etiam hæc quoque objectio incompeten-
ter adhibita prudentis adſertionis objectu fruſtrabitur. Manifeſtum namque eſt pridem & à ſanctis
viris Deo omnipotenti, & à gentilium ſacerdotibus occiſorum pecudum ſacrificia dæmonibus ob-
lata fuiſſe: & antiquitus nefandorum hominum ſimulacra dæmonico inſtinctu poſita in delubris, &
quorumdam ſanctorum imagines ob rerum geſtarum memoriam & ædificiorum pulchritudines, à
catholicis habitas fuiſſe in baſilicis. Sicut ergo occiſorum pecudum ſacrificii uſus & à ſanctis ante
legem patribus legitur celebratus, & in lege à Domino per Moyſen eſt traditus, dicant ubi adorandarū
imaginum uſus aut ante legem à Patriarchis, aut in lege per legislatorem, aut in novo teſtamento à
Domino & ſalvatore, aut ab Apoſtolis vel ab Apoſtolicis viris ſit inſtitutus, & cum illorum celebra-
tio tam authenticam habeat traditionem, dicant quem iſtarum adoratio obtineat vigorem. Qui
dum hoc dicere nequiverint, rem ſe inutilem protuliſſe erubeſcant, & inaniter ſanctorum ſacrificiorū
oblationi adorationē imaginū adſociare niſos fuiſſe reſipiſcant atq; cognoſcant. Quomodo ergo po-
teſt credi imagines à catholicis ad adorandum conditas, cum nec ipſa quidem gentilium ſimulacra
primum ad adorandum perhibeantur condita fuiſſe? Simulacrorum itaque uſus exortus eſt, cum ex
deſiderio mortuorum quorumlibet virorum fortium aut regum aut quarundam urbium conditorum,
aut quarumlibet artium inventorum imagines vel effigies ab his qui eos dilexerant conderentur, ut
poſterorum vel dilectorum dolor haberet aliquod de imaginum contemplatione remedium: ſed pau-
latim hunc errorem perſuadentibus dæmonibus ita in poſteros inrepſiſſe, ut quos illi pro ſola nomi-
nis memoria pingendos cenſuerant, ſucceſſores Deos exiſtimarent atque colerent, & in his ſibi dæ-
mones ſacrificare inlectos quosque miſeros perconſerent. Hoc etiam exemplo adeo cernimus
ima-

imaginum uſum inoleſcere, ut quæ prius ob ornamentum baſilicarum & memoriam [illegible] natæ rerum geſtarum, inoleſcente paulatim nefario uſu adeo nunc a catholicis quibusque ex[illegible]tur, ut adorentur, eisq; luminaria, thymiamata, primitiæ vel quædam munuſcula offerantur. & [illegible] nequius eſt, ut in Græciæ partibus factum legimus, pontifices qui ſolum D[e]um adorandum, ſolum[que] colendum, illique ſoli ſerviendum prædicare debuerant, & ipſi eis ſe ſervituros fateantur, [e]isq; col[ant] & adorent, & earum contemptores ſolusq; Dei cultores, verosque adoratores ob earum contemptū & hæreticos judicent, & anathematizare affectent. Uno namque & pene pari modo, ut præfati ſumus, adorandorū & colendorū ſimulachrorū vel potius dæmonū & gentilibus nequiſſimus uſus inolevit, & catholicis, quod non ſine quodā animi mœrore proſequimur, adorandarū imaginū ineptiſſima conſuetudo adcreſcit, & res ad aliud conditæ, ad aliud videntur uſurpatæ. Non enim nos imagines in baſilicis poſitas idola nuncupamus, ſed ne idola nuncupentur, adorare eas & colere eisque ſervitium impendere recuſamus, quoniam plerumque non res, ſed cauſa rei pro ſcelere reputatur: dum videlicet multa quibus bene poteſt uti male uſa in flagitium convertuntur, ſicq; una eademque res bene utentibus non eſt cauſa piaculi, & malè utentibus eſt cauſa periculi. Sollicitè ergo præcavendum eſt & ſumma induſtria procurandum, ne dum quidam noſtrorum quasdam res ultra quam ordo expoſcit ſublimare affectant, vetuſtiſſimi illius & carioſi erroris redivivi illis cineres convaleſcant, & victoriam qu[am] in campo adepti ſunt, intra urbis mœnia perdant, ſubigatq; civilis belli inſuſpicabiliter dolola inluſio quos ſubigere externi hoſtis aperta nequivit impulſio. Cum ergo illi accuſandos garriant ſanctos pa-
Eccleſ. 44. tres, Abel videlicet, Noe & Abraham, Moyſen, Samuhelem & David, non eos nobis accuſare lib[et] ſed laudare, dicente Eccleſiaſtico; *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua, a ſeculo dominantes in potentatibus ſuis homines ma[gni] virtute & prudentia ſua præditi in dignitate prophetarum, & imperantes in præſenti populo, & in virtute prudentiæ populi ſanctiſſima verba, & cætera.* Quis ergo tam profanam habeat mentem, ut Abel, q[ui] ab ipſo Domino juſtus appellatus eſt, accuſare audeat? cujus ſanguis de terra ad Dominum clamat [l]egitur, qui exemplar & norma eſt omnium juſtorum, qui primus perſequutionem paſſuris ſanctis prævius extitit, & civitatis Dei quam fluminis impetus lætificat, primus fundamenta jecit. Aut quis Noe virum juſtum accuſare præſumat? quem Dominus gratiam coram ſe inveniſſe teſtatur: qui ſecundus poſt Adam humani generis pater orbis extitit reparator, & in typo Chriſti qui eccleſiam diverſ[is] gentibus plenam inter inundatorum fluctuum inmanes procellas gubernaturus erat, archæ diverſ[is] animantibus plenæ, inter horriſonorum fluctuum inliſiones extitit gubernator, qui tot meritoru[m]
Ezech. 14. exornatur inſignibus, ut ille tantum cum Danihele & Job in die judicii liberandus dicatur, Ezechiel[e] adteſtante, qui ait; *Si peſtilentiam immiſero ſuper terram illam, & effudero indignationem meam ſuper eam in ſanguinem, ut auferam ex ea hominem & jumentum, & Noe & Danihel & Job fuerint in medio ejus, vivo ego, dicit dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt, ſed ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* In quibus tribus ſanctis omnis ſanctorum multitudo ſignatur, ut per Noe eccleſiæ gubernatores, per Danihelem virgines & continentes, per Job conjugati & pœnitentes innuantur. Aut quis Abraham patriarcham accuſare affectet? qui eſt prima credentium via & beati ſeminis ſeius pater, cui non legalis obſervantia, ſed fides credulitatis eſt ad juſtitiam reputata: qui trinitatem in typo videns, & unitatem in myſterio venerans, divini judicii archana, & de conjuge anu ſuſcipiendæ ſobolis ſtupendum miraculum audire promeruit: qui fidei cujus ipſe ſpecimen tenuit, futuras circa finem mundi anguſtias figuraliter ſenſit, cum circa finem diei terror nimius & tenebroſus ſuper eum inruit. Aut quis Moyſen legiſlatorem accuſare præſumat? de quo ſcriptum eſt, quod eſſet mitiſſimus ſuper omnes qui morabantur in terra, qui in typo Chriſti mediator inter Deum & homines conſiſtens de vi[cto] nequiſſimo hoſte populum de ſervitute Ægyptia ſignis ac prodigiis terribilibus liberavit. Aut Samuhelem? qui ab ipſis cunabulis Domino conſecratus usque ad decrepitam ſenectutem in Domini m[ilit]ia militavit. Aut David? qui vir dicitur ſecundum cor Domini inventus, & in eo meritis ſanctorū prælatus, ut & de Chriſto apertius cunctis prophetarit, & ſecundum formam ſervi ejus pater ſit nuncupatus. Quorum ſi laudes & myſteria ſingillatim proſeramus, ante dies quàm verba, ceſſabit. Non enim illi offerebant Deo ſacrificia pagana, ſed myſteriis plena: quia necdum à pagis Athenienſium *pagani* nuncupabantur, quando jam ab illis Deo ſacrificium offerebatur, & ut ita dixerim, necdum Athenarum urbs condita erat, nec Cecrops offerendorum ſacrificiorum inſtitutiones & ararum erectiones & dæmonum appellationes gentilibus tradiderat, cum jam Abel & Noe & Abraham Deo ſacrificia obtulerant. Offerebant, inquam, ſancti ſive ante legem, ſive ſub lege, ſacrificia typicis myſteriis obumbrata, quæ in novo teſtamento per mediatorem Dei & hominum expulſis obumbratis præfigurationibus ſunt completa, & eccleſiæ tradita, quibus uſq; in finem ipſo auxiliante erit contenta. Quur ergo antiqui Patres viſibiliter ſacrificaverint & carnalia ſacrificia Deo litaverint, beati Auguſtini verbis [le]ctor agnóſcat. Ait enim, *Quæ ſunt etiam ſacra ſpiritualia, quorum imagines carnalem populum celebrare oportebat, ut præfiguratio novi populi ſervitute veteris fieret, quorum duorum populorum differentiam etiam in unoquoque noſtrum licet advertere, cum quisq; ab utero matris veterem hominem neceſſe eſt agat donec veniat ad juvenilem ætatem, ubi jam non eſt neceſſe carnaliter ſapere, ſed poteſt ad ſpiritalia vol[un]tate converti & intrinſecus regenerari. quod ergo in uno homine recte educato ordine natura di[ſci]plinaq; contingit, hoc proportione in univerſo genere humano fieri per divinam providentiam, peragiq; pulcherrimum eſt.*

CAP

CAP. XIX.

[illegible] apoſtolorum [illegible] & [illegible] nes de [illegible] bant in Cypro [illegible] templo [illegible] et mavcrunt: *cum* [illegible] *ſic* [illegible] *pingantur quæ* [illegible] *r,* [illegible] *plerumque* [illegible] *oris magiſtri male* *d*[illegible] *untur.*

MA[illegible] quibus ſermo [illegible], ad ſuum errorem tuendum armorum repe[illegible] eo quòd in inſula Cypro [illegible] cujusdam ſancti viri Epiphanii di[illegible] pu[illegible] ſcripſit, quam mu[illegible]res poſſit pingi, quæ non commuuo debeat ad[illegible] rum vel non haben tarum uſus non præjudicet catho[illegible] fidei [illegible] Epiphanium ſive alium qu[illegible] nlibet ſanctum virum, nec imaginum fuiſſe de [illegible]m, [illegible] pulosq; ejus vel quoslibet catholicos viros non ideo baſili[illegible] ut [illegible] adorarentur, ſed ut ex eis parietibus pulchritudo inſerretur, [illegible] præ[illegible]entibus memoria ingereretur. Non enim quia Epiphanii diſcipuli in inſula [illegible] picturam depinxiſſe perhibentur, idcirco imagines adorabuntur, quoniam non omni[illegible] quæ [illegible] adorantur. Quæ ſi ſinguli adorari deberent, paucæ admodum creaturæ, quæ non [illegible]entur, [illegible]manerent. Cernimus namque in metallis conflatorio ſive ſculptorio opere, in gem[illegible] mibusq; lapidibus inn[illegible] ſculptoris arte, in marmoribus cæterisq; lapidibus latomorum ſive [illegible] um in [illegible] tra, in [illegible] gnis cælatoris ſcalpello, in lithoſtrotis diverſorum colorum per artificem [illegible] atis cruſtulis, in ſericis, laneis necnon & lineis multicoloribus veſtibus plumario polymita[illegible] [illegible] formatas imagines. Numquid quia præfati viri, ſancti ſcilicet Epiphanii, diſcipuli in Cy[illegible] [illegible]cam depinxerunt, idcirco omnes adorandæ ſunt? aut quia illi diverſis materiis locum exor[illegible] [illegible]nt divino [illegible] dedicatum, ideo ad ſingulas materias quas præmiſimus pro imaginibus, quæ [illegible] ſunt curvatis poplitibus, [illegible] cervicibus, crebreſcentibus ſuſpiriis, ſublevatis reve[illegible] [illegible] clauſis luminibus, a fidelibus eſt currendum? Non igitur conſequens eſt, ut [illegible] baſilicam pinxiſſe dicuntur, imagines adorentur. Poteſt etiam huic illorum obje[illegible] [illegible] rationabiliter opponi, ut illorum adſertio ſicut aliis objectionibus nequivit muniri, ita [illegible] quoque depicta ab Epiphanii diſcipulis baſilica valeat adſtrui: præſertim cum etſi ejus[illegible] [illegible] diſcipulorum conſenſus a ſe inditas parietibus picturas adorare cenſuiſſet, nullam ejus vim cenſura haberet: quoniam plerumque a bonis magiſtris bene diſcipuli educati, poſtmodum ne[illegible] glecta inſtitutione magiſtrorum efficiuntur perverſi. Quòd ſi ſolerti indagatione quæratur, ſacra rum literarum exemplis adprobabitur. Heliſæi igitur viri ſancti & duplicis Heliæ ſpiritu ditati diſci[illegible] pulo tantus pecuniæ amor inrepſit, ut percepto ab [illegible] genæ munere à magiſtro ſpreto exitiabilis et[illegible] iam [illegible] daret. Non illum prophetica alloquutio, non magiſtri eruditio, non ſignorum terribilium [illegible] viſio, non tanti prophetæ communis habitatio à tantæ peſtis, id eſt, avaritiæ labe con[illegible] peſcuit, [illegible] quæ eum invaſit, lepram quoque ei cum Syri cenſu immiſit. Judam, etiam, de quo per prophetam ſcriptum eſt; *Homo pacis meæ qui edebat panem meum ampliavit adverſum me ſupplantationem* cui quondam dictum eſt, *Tu verò homo unanimis, dux meus & notus meus, qui ſimul* Pſal. 41 *mecum dulces capiebas cibos*, neglecta boni magiſtri eruditione, & revera boni, qui de ſeipſo dixit, *An* Pſal. 55. *oculus tuus ne*[illegible] *quia ego bonus ſum?* & cui per David dicitur; *Bonus es Domine, bonitatem* Matth. 20. *am doce me*: de quo [illegible] nam per Hieremiam dicitur; *Bonus eſt Dominus ſperantibus in ſe, animæ quæ*[illegible] Thren. 3. *illum*: adeo capacis vel maximè rapacis avaritiæ furor arripuit, ut magiſtrum prodere non dis[illegible] it, quem non verba cœleſtia, non vitæ fontis inundatio, non ſignorum exhibitio, non apoſtoli[illegible] ſocietas, non apoſtolici nominis dignitas a tanti ſceleris perpetratione cohibuit: qui cognita ſui ſceleris nequitia indignam vitam digna morte finivit: de quo ait Sedulius,

Tunc vir apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.

[illegible]aus quoque diſcipulus Apoſtolorum & inter ſeptem una cum beato Stephano in diaconi mini[illegible] [illegible] conſecratus, neglectis poſtmodum honorum magiſtrorum doctrinis, ſive bonorum condiſ[illegible] [illegible]n ſocietatibus, hæreſiarches eſt effectus, & qui bonorum operum exercitia exemplis ſive [illegible] te diſcipulus Apoſtolorum, inſtituere debuit, permutatis in contrarium vicibus ipſe ne[illegible] fan[illegible] s ſcelus inſtituit, de quo in Apocalypſi ſcribitur, *Sed hoc habes quòd odiſti facta Nicolaita*[illegible] Apoc. 2. *rum* [illegible] *odi.* Si ergo boni prophetæ malus diſcipulus propter avaritiam reprobatur, & boni [illegible] gi[illegible] Domini ſcilicet & Salvatoris noſtri, diſcipulus fur & proditor effectus abominatur, & ſan[illegible] ctor[illegible] lorum malus diſcipulus propter impium dogma a ſe inſtitutum exſecratur, quid mi[illegible] rum ſi [illegible] magiſtro Epiphanio picturarum adorationem inſtituendo mali diſcipuli efficiuntur? & hoc di[illegible] non eos reprobos judi[illegible] amus, quippe cùm eorum vitam & converſationem neſciamus, ſed prop[illegible] ta conditionali particul[illegible], ſi pi[illegible]uras adorare cenſuerunt, in eo eos erroneos adſeveramus. [illegible]ſpi[illegible] mus ergo Novatum Cypriani epiſcopi presbyterum Novatianam hæreſem condidiſſe, & [illegible]um arbitrium ſequutum ſancti magiſtri monita ſprevisſe: Arrium quoq; à catholico magiſtro eru[illegible] [illegible] m no[illegible] mus fuiſſe, [illegible] poſtmodum exitiabilis dogmatis grana ſeminaſſe. Quid de ſingulis refe[illegible] [illegible] pene omnes hæ[illegible] has catholicorum conſtat fuiſſe diſcipulos, quia nequaquam in ſuo no[illegible] [illegible] ſingulare, niſi [illegible] ſuo arbitrio repeiſſet. Quibus exemplis colli[illegible]tur, nil [illegible] pi[illegible] d[illegible] magiſtri ſan[illegible] tatem profuiſſe, ſi ab eccleſiaſticis conſtitutionibus ſpreta [illegible] creduntur deviaſſe.

CAP. XX

[illegible] *Imperatorem* [illegible] *matrem ejus apoſt* [illegible] olim [illegible]: rector & perfector Jeſus proprios [illegible] Apoſtolos [illegible] emiſit, ſicut & nunc ſuo placabiles & Apo[illegible] noſtros imperatores erexit de eodem ſpiritu prudentes [illegible], & [illegible] exiſtentes virtute ad perfectionem noſtram.

Luc. 22. SE[illegible]os cum Domino Apoſtolos ad judicandum ejusdem Domini vendicavoce [illegible] *Vos*, inquit, *qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede Maj*[illegible] *debitis ſuper duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Iſrael.* eosque ſe elegiſſe [illegible]

Joan. 15. ut de mundo non eſſent, ſed ut fru[illegible] plurimum adferrent, ipſe Dominus adteſtatur, *Ego* [illegible]

Matth. 5. quia[illegible]ns, *de mundo elegi, ut de mundo non eſtis, & ego elegi vos, ut fructum plurimum adfera*[illegible] *ctus eſter maneat in æternum.* illos eſſe *ſal terræ*, condimentum videlicet popu[illegible], quo inſulſi [illegible] condiuntur, & inſipida ſaporantur: eos lucem mundi, qui veræ lucis, hoc eſt, Chriſti, f[illegible] prædicationis verbis mundi tenebras, diffidentiæ videlicet caliginem, inradiarunt, manife[illegible] illis a Domino & in terra per inſufflationem datur, & è cœlo in igne linguarumque divi[illegible] tus Sanctus ad innuendam Dei & proximi dilectionem emittitur: illis ſolvendi ligandique [illegible] ta re[illegible]endi & retinendi, mortuos ſuſcitandi, dæmones ejiciendi, infirmos curandi, cæte[illegible] jusce modi opera faciendi datur poteſtas, & omnes gentes docendi, & in nomine Sanctæ Tr[illegible]

Luc. 10. baptizandi confertur auctoritas: illis gaudere juſſum eſt, quod nomina eorum æternæ vitæ cœl[illegible] liber inſerta teneat: illis dictum eſt, *Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & aures quæ audiunt audītis*, quia videlicet ſecundum ejusdem Domini & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI verac[illegible] mum teſtimonium, *multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ illi videbant, & audire quæ illi au*[illegible]*bant.* quoniam omnium patriarcharum & prophetarum egregii cœtus, quamquam redemptor[illegible] mundi venturum pro ſalute mundi prophetiæ ſpiritus eruditione ſcirent, eumque interioris intu[illegible] oculo quodammodo cernerent, eum tamen quem corporaliter venturum ſciebant, corpora[illegible] cernere æſtuabant. Qui dum tot meritorum inſignibus emineant, totque beatitudinum excel[illegible] tia polleant, incaſſum eis illi quorum errores diſcutimus, imperatores ſuos adſimilare affectant. [illegible] quomodo namque patet apoſtolos prophetis prælatos eſſe, ſi apoſtolis imperatores eorum, ut illi [illegible]mniant, ſimiles ſunt, prophetis præferuntur, qui CHRISTUM quem corporaliter venturum ſci[illegible]bant, corporaliter non viderunt: ſi prophetis præferuntur redemptorem mundi corporaliter [illegible]derunt. redemptorem autem mundi eos corporaliter non vidiſſe, evidentiſſime patet: non [illegible]tur prophetis imperatores eorum præferuntur, nec apoſtolis, ut illi dicunt, ſimiles ſunt. Quomodo ergo apoſtolis queant adſimilari, cum non ſolum non ſint eis ſimilibus meritis æquip[illegible] ſimilique ſanctitatis nitore præditi. verumetiam eorum ſacratiſſimis prædicationibus in pluribus [illegible]deantur obniti! aut quomodo poterunt eorum eſſe ſimiles, quorum neglegunt eſſe ſequace[illegible] ſectati ſunt cœleſtia perpetuoque manſura, iſti ſectantur terreſtria quæque & caduca: [illegible]to mundo dominn adhærere maluerunt, iſti mundi pompis ejusque fumeis gaudiis adhærentes, [illegible]rumque domini præcepta ſpernunt: illi perſequutionem propter juſtitiam patiebantur, iſti [illegible]rumque propter injuſtitiam perſequuntur: illi tradebantur in conciliis, & flagellabantur in [illegible]gis, iſti prædicantur in ſubjectis urbibus, & conlaudantur in populis. illorum epiſtolæ æternæ vitæ commercia gerentes ducebantur legendæ per provincias & regiones, iſtorum imagines & [illegible] genti[illegible]cum & obſoletum quendam errorem referentes adorandæ circumferuntur per vicos & c[illegible]tes: illi beati fore à domino dicti ſunt, cùm eos odiſſent homines, & perſequuti fuiſſent, & o[illegible] malum adverſus eos mentientes dixiſſent. iſti in eo ſe beatos putant, quòd ſe diligi ſibique [illegible]

Matth. 5. ſeque conlaudari ab hominibus videntur: illis dicitur; *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis*, illis [illegible]

Prov. 14. citur; *Riſus dolore miſcetur, & extrema gaudii luctus occupat:* illi gaudente mundo contriſtati ſ[illegible] contriſtato denuo mundo gaviſuri ſunt, iſti gaudente mundo gaudent, contriſtato mundo co[illegible]ſtabuntur: illi euntes in mundum, cujus figuram præterituram prædicabant, ejus toxicos a[illegible]us bant, mittentes æterni fructus ſemina, iſti in mundo fundati de proſperitate mundi gaudente[illegible] plexantur præſentis vitæ proſpera: illi venientes ad judicium venient in exultatione, ſecuri de æter[illegible]na remuneratione, portantes manipulos hominum per ſuam prædicationem converſorum, [illegible] nient cum magno tremore reddituri rationem operum ſuorum. Sed quid amplius in.nor[illegible] quid longius evagamur? quid de ingentibus ſylvis modicos flores colligimus, quorum nec [illegible] leſimam quidem partem colligere valemus? Tanta eſt diſtantia inter apoſtolos & imp[illegible] quanta inter ſanctos & peccatores, & cum apoſtoli emineant Novi Teſtamenti lan[illegible] multo amplius eminere creduntur peccatoribus. O adolatio, quur tanta præſumis? O rancor[illegible] potius exuberans nidorem, quam lenitatis aut nectaris nitorem! a ſacerdotibus v[illegible] à præſ[illegible]ibus mle[illegible]rum quorundam capita inlinis, & quod Propheta ſibi adh[illegible]

Pſal. 141. *Oleum*, [illegible]quens, *pecc*[illegible]*toris non* [illegible] *ouet caput meum*, id pontificum cœtus imp[illegible]ratorum [illegible] [illegible]dit, & q[illegible]d evan[illegible] æ [illegible] emendum dixerunt a venditoribus, hoc, pro do[illegible] m[illegible] por[illegible]unt [illegible]ulibus. Quod ergo [illegible] eodem ſpiritu, id eſt, [illegible] [illegible] imperatores pru[illegible] & idoneos factos eſſe virtute ad perf[illegible]ionem ſuam [illegible].

manifeſtum eſt omnes fideles, qui veraciter Chriſtiani ſunt, ſanctum habere Spiritum, dicente Apoſtolo; *Quicunque ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.* quod Spiritus Sancti donum & poſt baptiſmum per manus impoſitionem infunditur, & vitæ munditia ſecundum meritorum diſtantiam ſingulis diſtribuitur, dicente vaſe electionis; *Unicuiq; data eſt gratia ſecundum menſuram.* Quamquam igitur in alio loco ſcribatur; *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum*, ad menſuram tamen fidelibus quibusq; impertitur: quod autem ait; *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum*, hoc de ſolo Filio, qui conſubſtantialis eſt Patri & Spiritui S. intelligatur, cui non ad menſuram ſpiritus datur: quoniam juxta Pauli vocem; *In ipſo habitare corporaliter omnis plenitudo divinitatis creditur.* Quod autem ad menſuram dari ſpiritus & ſingulis ſingula diſtribuere, prout vult, dicitur, hoc de fidelibus quibusq; dictum eſſe absq; ambiguitate accipitur. Sed quamvis unumquemque catholicorum conſtet habere Spiritum Sanctum, juxta quod ſuperius memoravimus, & exemplis inluſtravimus, nullum tamen noſtræ ætatis hominem ſecundum Apoſtolicæ menſuræ gratiam Spiritum Sanctum accepiſſe dicere audemus, aut adfirmare valemus.

Rom. 8. Epheſ. 4. Joan. 3. Coloſſ. 2.

CAP. XXI.

De eo, quod dixerunt, Habet enim prophetia, Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium; hanc autem prophetiam in imaginem nos videntes, videlicet virginem in ulnis ferentem, quem genuit, quomodo ſuſtinebimus non adorare & oſculari? Quis indiſciplinatus mente reſiſtere audebit? in tale oſculum dignos enim nosipſos faciamus adorationis, ut non accedentes indigni Ozæ ſupplicium ſubeamus. Eſ. 7.

PROPHETIA, quæ virginem concepturam & filium parituram intonat, non jam in incertis & ambiguis eſt quærenda, ſed in pectore retinenda, nec ejus archana myſteria ſunt in picturis, ſed in divinis literis earumque explanatoribus, Apoſtolis videlicet eorumq; ſucceſſoribus, inveſtiganda, & fide potius quàm oculis intuenda. Non enim idem nobiliſſimus vates Eſaias Evangelii nobis potius quàm prophetiæ referens ſaporem, ait; *Niſi pinxeritis & adoraveritis imagines, non permanebitis*, ſed ait, *Si non credideritis, non permanebitis.* Manifeſtum itaq; eſt, eum qui in mandatis divinis fidei integritate vult permanere, & ad æternam remunerationem venire, inſtrumenta per quæ ad hæc veniat non in parietibus, non in tabulis, non in picturis, non in quibuslibet viſibilibus rebus, ſed in corde per fidem, in ore per confeſſionem, in opere per bonorum actuum exhibitionem habere debere, & credere virginem, quæ Salvatorem protulit mundi, non in mundanorum artificum operibus, ſed in æterni & inenarrabilis artificis opere, id eſt, in cœleſtibus ſedibus eſſe. Unde neceſſe eſt ut quisquam eam adorare deſiderat, non in colorum fucis, non in materialibus opificiis, non in quibuslibet officinis, ſed illò mentis aciem figat, quò eam cum Chriſto regnare conſtat. Nam dum illi dixerint, *Hanc autem prophetiam in imaginem nos videntes, videlicet virginem in ulnis ferentem, quem genuit, quomodo ſuſtinebimus non adorare & oſculari? quis indiſciplinatus mente reſiſtere audebit?* & nos pene eadem verba ſono non ſenſu, ſequuti ingerimus; Hanc autem picturam in tabula aut pariete cernentes, virginem videlicet depictam puerum in ulnis ferentem, quomodo præſumemus rem inſenſatam adorare, & opus cujuslibet artificis oſculari? quis indiſciplinatus tale facinus perpetrare audebit, ut adorationem ſoli creatori debitam creaturis impendat, & dum vult ſavere picturis, ſacris renitatur ſcripturis? Eſto, imago ſanctæ Dei genetricis adoranda eſt, unde ſcire poſſumus, quæ ſit ejus imago, aut quibus indiciis à cæteris imaginibus dirimatur? quippe cùm nulla in omnibus differentia præter artificum experientiam, & eorum, quibus operentur opificia, materiarumque qualitatem inveniatur. Cum ergo depictam pulchram quandam fœminam puerum in ulnis tenere cernimus, ſi ſuperſcriptio needum facta ſit, aut quondam facta caſu quodam demolita, qua induſtria diſcernere valemus, utrum Sara ſit Iſaac tenens, aut Rebecca Jacob ferens, aut Betſabee Salomonem jactans, aut Eliſabet Johannem bajulans, aut quælibet mulier parvulum ſuum tenens? & ut ad gentiles fabulas veniamus, quæ plerumque depictæ inveniantur, unde ſcire valemus, utrum Venus ſit Æneam tenens, an Alcmena Herculem portans, an Andromacha Aſtyanacta gerens? Nam ſi pro alia alia adoratur, dementia eſt; ſi tamen ea, quæ adoranda penitus non eſt, adoratur, veſania eſt: quod utrumq; cavendum eſt. Pingitur etiam eadem beata virgo qualiter aſelli geſtamine vecta, puerum in ulnis ferens Joſeph prævio in Ægyptum deſcenderit, qualiterve ex Ægypto ad terram Iſrahel redierit (in pluribus namque materiis hæc hiſtoria inditur, & non ſemper in baſilicis, ſed interdum in vaſis eſcariis ſive potatoriis, interdum in ſericis indumentis, plerumque tamen in ſtragulis) numquidnam hæc omnia adoranda ſunt? Cùm ergo in quolibet horum imago ſanctæ virginis puerum tenens pecualis animantis tergo ſuſcepta adoratur, numquid non ipſius animantis cum ea imago adoratur? nullo enim pacto in adorando utriusque imaginis, virginis videlicet ſive animantis, quædam poteſt fieri diremptio: præſertim cùm unius ſint materiæ, unoque artificis ingenio conpaginatæ, aut utriusque adoratio eſt ſpernenda, aut utræque ſunt adorandæ. Sed dicet fortaſſe ſpinoſulus aliquis; Hæc adſertio adorandi animantis fruſtranda eſt: quoniam cùm quemlibet hominem cathedra ſuſceptum aut baculo innixum cauſa ſalutationis adoramus, non cum eo cathedram neque baculum adorare monſtramur, ſed homine ſalutato illa inſalutata remanere creduntur; Eſ. 7.

tur. Cujus ſpinulæ hoc modo quaſſandæ ſunt; Alia eſt definitio hominis, alia baculi ſive ca[illegible] quoniam quidem homo definitur ita, *Homo eſt animal rationale, mortale, riſibile*, & cætera hujuſcemodi: cathedra verò vel baculus non eodem modo definiuntur, ſed ut res ſenſu vitaq; carentes; pro artificis experientia vel voluntate ad officia, quibus neceſſaria ſunt præparata & cætera hujuſcemodi ubi liquido patet aliud eſſe rationalem hominem ſalutando adorare, aliud cathedram vel baculum, utpote res inſenſatas, inſalutata relinquere. In definitione verò virgineæ ſive pecualis animantis imaginis, cum utræq; ſint ſenſu vitaque carentes, ex una materia factæ, uno eodemq; artifice formatæ, ita ſibi mutuo cohærentes, ut ſine materiæ, in qua in ſubjecto ſunt, diſcidio ab invicem nequeant ſeparari, pene nulla eſt in definiendo diſtantia. In quibus cum tanta ſit parilitas, tanta ſocietas, tanta materiæ unio, aut utriusq; adoratio eſt ſuſcipienda, aut utriusq, ſpernenda. Cum ergo altera ab altera dirimi ſine diſcidio nequeat, & utræque, ne forte animantis imago adoretur, adorari non debeant, reſtat ut utræq; adorationis honore careant, & ornamentorum ſolummodo in baſilicis aut in quibuslibet locis loca teneant, & aſpicientibus rerum geſtarum memoriam præbeant: quoniam cum tot diverticulis in tantos errores imaginum adoratio vergat, nulla eam ſtare intra ſanctam eccleſiam perſpicua ratio monſtrat. Hortantur ergo illi ſe mutuo, ut digni efficiantur ad oſcula ſive adorationes rerum ſenſu carentium dicentes; *In tale oſculum dignos enim nosipſos faciamus adorationis, ut non accedentes indigni Ozæ ſupplicium ſubeamus.* Nos denique dignos nos faciamus ad adorandam divinam Majeſtatem, immo ab eo digni efficiamur, à quo eſt bene velle & perficere, & ut veri adoratores non ſecundum eorum vanitatem adoremus dominum in quadam imagine, ſed in ſpiritu & veritate, dicen-
Joan. 4. te ipſa veritate; *Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate.* Quod verò ſe ideo ad oſcula & adorationes imaginum dignos effici monent, ne forte Ozæ pœnam luant, videant ne illius præſumptionis causa, qua & ille archam domini absque ſuo adminiculo caſuram putavit, & iſti nihilominus divini cultus religionem absq; imaginum adminiculo fruſtrandam putant, ejus exitiabilis pœnæ ſententiam ſubeant: quippe cum nec illa ne rueret, ejus fulcimine indiguerit, nec iſta ut firmius ſtet, illarum fulcimine indigeat: & ſicut illa nullam Deo indigentiam patiente absq; aliquo ſui caſu Ozæ ſuſtentaculo vacante inlapſa ferebatur, ita nimirum iſta Domino gubernante absque ullo naufragio imaginum opitulatione poſtpoſita intemerata ſervatur. Quid ergò eſt archæ teſtamenti domini, quæ à domino gubernabatur, ne caſum pateretur, manum velle ſubponere, niſi catholicæ religioni, quæ à domino utiq; regitur, ne inter hujus vitæ itinera titubet, imaginum adorationem velle admittere? aut cui adſimilari poteſt Oza, quia absq; ſacerdotum & conlevitarum conſilio quadam præſumptibili cura novum archæ domini voluit ſuſtentaculum præſtare, niſi iſtis, qui absque ſanctorum patrum doctrina & conſacerdotum per diverſas mundi partes conſtitutorum conſenſu arrogantia quadam & ſuperciliosa intentione novam Chriſtianæ religioni imaginum adorationem nituntur inſerere? perdidit igitur vitam, qui archam Dei tumide ſuſtentare affectavit, quia qui Deum qui ubique totus eſt, ubiq; mirabilis, re aliqua indigere in qua adoretur credit, eumq; in rebus viſibilibus adorat, cavendum eſt ne tunc vitam perdat, cum ejus vitalibus monitis procaci mente reſiſtit. Levites ergo iſdem recte *Oza* dicitur, qui robuſtus interpretatur, quia præſumptores quique, niſi audaci mente robuſtos ſe crederent, nequaquam ſynodos, in quibus adorandarum imaginum nova conſtitutio cenſeretur, agitarent.

CAP. XXII.

De eo, quod nec ſibiipſis parcunt, cum parentibus ſuis injuriam inferunt dicentes, Pro vero tritico zizania eccleſiaſticis agris ſeminaverunt, vinum miſcuerunt aquæ, & proximum potaverunt ſubverſionem turbulentam, & lupi Arabici exiſtentes pellem ovium ſublanaverunt indueri, & veritatem prætereuntes mendacium amplexi ſunt, ſed ova aſpidum jactaverunt, & tela aranei ſecundum Prophetam texuerunt, & qui ſperat ova eorum comedere, confringens caudam inveniet, & in eo baſiliſcum venenum & flatum mortiferum repletum.

INTEMPERATA eorum vecordia ſicut in cæteris ita & in hoc quoq; deliramento reprehenditur, eo quod majores ſuos pro tritico zizania ſeviſſe eccleſiaſticis agris, vinumq; aquæ miſcuiſſe & proximos potaſſe turbulento potu dixerunt, præſertim cum in hoc negocio penè in omnibus, in quibus illi deliquiſſe creduntur, iſti non ſolum ea non emendaſſe, verum etiam amplius deliquiſſe perhibeantur: deniq; ſecundum poetam, qui ait,

Virgil. Eclog. 5,
Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Carduus & ſpinis ſurgat paliurus acutis.

iſtorum majoribus pro tritico ſurrexerunt zizania, iſtis verò pro tritico zizaniis necdum evulſis paliurus ſurrexit: quia videlicet Propheticæ & Evangelicæ ſive Apoſtolicæ prædicationis neglecto tritico, in qua & loca divinis cultibus mancipata exornari cenſentur, & ſolius Dei cultus & adoratio commendatur, aut in ornamentorum à baſilicis abolitione, aut in eorundem ornamentorum adoratione, zizaniorum amentium & paliuri ſpinoſi pernicioſum dogma percepiſſe monſtrantur: & qui debuerant frumento, divini verbi mentes fidelium illius ſatietatis, quæ ſine faſtidio eſt, plenitudine reficere, illo dogmate eas, quod ingenti faſtidio & amentiam nutrit & errorum aculeos ingerit, nituntur inficere. Vino etiam aquam majores ſuos miſcuiſſe turbulentumque potum proximis profati ſunt propinaſſe: quibus non absque ratione obici poteſt, quod majores eo uno

viourn

[illegible] ant, [illegible] permiſce[illegible] lum eſt [illegible] or[illegible] [illegible] vero ejuſd[illegible] potiſſima pro[illegible] ceſſo[illegible] atum [illegible] turos eisque ſervit [illegible] ex hiſ turos pro[illegible], earumq; adorat[illegible] condemnare conati ſunt. Deinde tur[illegible] ntum potum utr[illegible] pro[illegible] [illegible] cunt, [illegible]um prædicationem ſuam, quam ſacris [illegible] loquiis & bonorum operum [illegible] buerant, vanis & extraordin[illegible] [illegible] ſtitutionibus vitiare non differunt, eamq; & [illegible] vel actu monſtrare & memoriæ poſteritatis ſcriptis mandare non metuunt. Quod [illegible] p[illegible]bus ovium lupos cælare, & ſpreta veritate mendacium amplecti al[illegible]verant, idipſum [illegible] fieri conſpicient, ſi diligenter advertant. Nam dum illi magnam ſe ſanctitatem habere fingentes, ejus quaſi zelo accenſi imagines ab eccleſiis utpote ne adorentur, quæ non ad adorandum ab antiquis poſitæ fuerant abdicaverunt, & iſti eas quaſi nimiæ ſanctitatis amore accenſi adorandas ſtatuunt, nec ſibi catholicæ fidei chariſmata ſufficere putant, niſi eis ſervitium adorationis exhibeant, cum tamen utrique vanæ laudis appetitu id agant, quid aliud faciunt niſi ſub pellibus ovium lupos tegunt? quia nimirum dum foris aut zelum aut ſtudium ſanctitatis ſimulant, introrſus lupinam rabiem qua cæteris eminere ambiunt, eosque anathematum dentibus rodunt habere ſe monſtrant: veritate itaq; prætereuntes mendacium utriq; amplectuntur, quia dum ſuperbe & arroganter nova quæque conſtituere anhelant, nec humilitate duce antiquorum patrum exempla ſequuntur, ab ea veritate quæ fallere fallique neſcit abſcedunt, illique mendacio adhærent, de quo ſcriptum eſt; *Ab initio mendax fuit, & in veritate non ſtetit.* Quid ergo eſt veritatem prætertre, niſi Chriſti monitis qui auctor humilitatis eſt per jactantiam contraire? quid eſt mendacium ſequi, niſi ejus qui auctor ſuperbiæ eſt exempla in novis & in inlicitis conſtitutionibus inliciendo, & antiquis ac ſalutiferis traditionibus obnitendo ſectari? Quod quidem utriq; tunc faciunt, cum ſuperbiæ ventu inflati aut frangendarum aut adorandarum imaginum errorem arripiunt. Porro quod majores ſuos ova aſpidum protuliſſe, & telam araneæ texuiſſe aſſerunt, non mediocres ſibi in hac parte contumelias inferunt: quippe cum ideo eorum ova ſint, quoniam aut ab illis ſunt per carnis materiam propagati, aut ſtudiis quibuslibet inbuti, aut certe per manuum inpoſitionem in eccleſiaſticis ordinibus conſecrati: & ideo eorum tela ſunt, quia ab illis aut ex traduce corporaliter, aut ex doctrina ſpiritaliter ſunt orditi. Ova ergo aſpidum & telam araneæ ſe non inmerito nuncupant, quia & aures ſuas obdurant, ne ſcripturarum verba interiore aure audiant, quæ unius & ſolius Dei cultum & adorationem inſtituunt, & ad capiendas ſive inliciendas animas novarum & inutilium conſtitutionum telam prædicatione ordiri, & opere texere non metuunt, & ſecundum ſuam profeſſionem, qui eadem ova eſſe deſiderat, baſiliſcum introrſus invenict, quia videlicet quicumque eorum prædicatione uti appetit, mortiferæ in eis traditionis flatum reperit: & dum cupit famem verbi prædicatione ſolatutus quoddam reperire remedium, vitam perditurus internæ ſalutis reperit diſpendium. Ideo igitur eis in noſtra diſputatione parcere parvipendimus, quia eos ſibimet in ſua diſputatione pepercisse minime reperimus, ſed accepta ab illis reprehendendi materia ſuis eos ſpiculis jaculamur. Quæ omnia non ſine dilectione facimus, ſed hæc agimus, quia eorum ab errore converſionem itimus, ſi forte aliquando erroris ſui portenta ſequi contemnant, & viam quæ ducit ad vitam perpetim tenendam appetant. Joan. 8.

CAP. XXIII.

Inutilis & inerudita interpretatio eorum qui dum adorare & oſculari unum eſſe adfirmare vellent, dixerunt, Quiq; ſanctorum principium noſtræ doctrinæ & eorum ſucceſſores egregium patrum noſtrorum, & has adorari videlicet oſculari, idipſum enim utrumque, communem vero Græcæ antiquæ loquutionis oſculari & amplecti deſignatur, & voluntatis extenſione aliqua ſignificat amoris, ſicuti fero & offero, firmo & confirmo, participo & adoro quod demonſtrat oſculum & extenſionis amicitiæ. quod enim quis diligit & adorat, & quod adorat omnino & diligit.

IN [illegible]fferentiâ *oſculi* & *adorationis*, quæ duo illi unum eſſe putant, non eſt plurimum laborandum: [illegible]am hæc duo nomina tanto inter ſe diſtant, quanto & hæ res quarum hæc nomina ſunt inter ſe d[illegible]repant: & neceſſario magnam habent ab alterutro diſcretionem, cum & ipſæ res pleruinque mag[illegible]ter ſe habeant ditemptionem: præſertim cum interdum & quod adoratur non oſculetur, & quod o[illegible]tur non adoretur. Adoratur enim Deus, ſed non oſculatur: venerantur ſancti, qui e ſeculo c[illegible] triumphis meritorum migraverunt, ſed nec adorari debent cultu divino, nec oſculati poſſunt. Oſc[illegible]lantur e contrario conjuges, liberi, nécnon & ſervi, nec tamen adorantur. Manifeſtum namq; e[illegible] oſc[illegible]lum & adorationem duarum rerum nomina eſſe. Quomodo ergo erit nominum tanta in ſen[illegible] u[illegible]itas, [illegible]um rerum in intellectu ſit tanta diverſitas, aut cur non poſſint vocabula differri in ſ[illegible]n-ſ[illegible], cu[illegible] po[illegible]int vocabulorum origines differri in actu? non enim res ſunt conditę propter nomina, ſed n[illegible]ina propter res, nec credendum eſt ut res aptentur nominibus, ſed nomina potius aptentur rebus. [illegible]iam & protoplaſto animantia adducta à domino fuiſſe ut videret quid vocaret ea, l[illegible]guntur [illegible]us [illegible]um a Deo conditis idem humani generis pater nomina dedit, non nominibus a[illegible] [illegible]onditis

[illegible] quod [illegible] inderet ad [illegible] adductas perſpexit. Plato [illegible] philoſophus [illegible] eſſe con[illegible] hinc probare contendit, quod ą radai [illegible] [illegible] tum ſint [illegible] ſenſa prodendi, naturalium vero ſi pellect les ſunt naturales, [illegible] quidem ſunt videndi, qui viſus res naturalis eſt; quare oculos quoq; naturales eſſe ne[illegible] [illegible] oratio rerum naturalium ſupellex eſt atq; inſtrumentum, id eſt, [illegible] inſtrumentum, [illegible] eſt naturalis. Ariſtoteles autem dicit non ſecundum naturam eſſe orationem, [illegible] ſecundum [illegible] quocirca nec eſſe orationem ſupellectilem naturalem. Quod enim dicit non eſſe inſtr[illegible] dicit non per hoc inſtrumentum ſenſa proferri, ſed tantum remeſſe, orationem ſecun[illegible] nem, per quam proprias ſententias demonſtremus. Idem quoq; philoſophus, cui in hac [illegible] potiſſimum adhibenda eſt, in libro Perihermeniarum; *Nomen dicit eſſe vocem ſignificativ[illegible] dum placitum ſine tempore*, id eſt, nomen eſſe vocem, ſed vocum aliæ ſunt, quæ ſignificant, [illegible] nihil ſignificant. nomen autem ſignificat id cujus nomen eſt: nomen igitur eſt vox ſignifica[illegible] cum ſignificativarum aliæ ſunt naturaliter, aliæ non naturaliter. Naturaliter eſt vox ſigni[illegible] ea, quæ dolores naturaliter monſtrat aut gaudia, ut ſunt interjectiones: non naturaliter ver[illegible] cativæ voces ſunt, quas ſecundum poſitionem eſſe dicimus. Secundum poſitionem verò ſun[illegible] ipſi ſibi homines poſuerunt, ſicut in ſuperiore exemplo, quod de Geneſi ſumpſimus, monſt[illegible] eſt: quæ ſingula ſequi longiſſimum eſt. *Oſculum* interea & *adorationem*, ſive *oſculari* & *adorare*, res eſſe plurimum interdum inter ſe diſtantes manifeſtum eſt. Secundum ſecularium literaru[illegible] giſtros tria ſunt, ex quibus omnis conloquutio diſputatioq; perficitur, res, intellectus, voc[illegible] ſunt quas animi ratione percipimus intellectuq; diſcernimus, ut eſt adorare, vel oſculari, ve[illegible] al[illegible] hujuſmodi. Intellectus verò eſt quidam animi vigor, quo res ipſas addiſcimus, & quid inter ſe [illegible] diſcernimus. Voces quibus id quod intellectu capimus ſignificamus, ut pro eo, quod eſt adorare [illegible] cimus adoratio, pro eo, quod eſt oſculari dicimus oſculum. Eſt aliud quiddam quod ſignificat v[illegible] hæ ſunt literæ. harum enim ſcriptio, vocum ſignificatio eſt. Cum igitur hæc ſunt quatuor, res, int[illegible] ctus, vox, litera, rem concipit intellectus, intellectũ verò voces deſignant, ipſas vero voces literæ ſi[illegible] ficant. unde & præfatus Ariſtoteles in perihermeniis ſuis ait; *Sunt ergo ea, quæ ſunt in voce, earum* [illegible] *ſunt in anima paſſionum notæ; & ea, quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in voce. & quemadmodum nec lite[illegible] omnibus eædem, ſic nec eædem voces. quarum autem hæ primum notæ, eædem omnibus paſſiones animæ* [illegible] *& quarum hæ ſimilitudines, res etiam eædem*, intellectus videlicet, juxta eruditiſſimi viri Boetii [illegible] tionem, animi quandam paſſionem deſignans; *quoniam*, ut idem Boetius ait, niſi *quandam ſimil*[illegible] *nem rei quam quis intelligit, in anima ratione patiatur, nullus eſt intellectus. Cum enim video orbem* [illegible] *quadratum, figuram ejus mente concipio & ejus mihi ſimilitudo in anima ratione formatur, patitur q*[illegible] *anima rei intellectæ ſimilitudinem. Unde fit ut intellectus & ſimilitudo ſit rei & animæ paſſio.* Haru[illegible] autem rurſus quatuor, duæ ſunt naturales, duæ ſecundum hominum poſitionem. Voces namq; & [illegible] teræ ſecundum poſitionem ſunt: intellectus autem & res naturaliter. hoc illo adprobatur, quòd [illegible] pud diverſas gentes diverſis vocibus utitur & literis, idcirco quoniam ipſi voces, quibus uterentur, & literas, quibus ſcriberent, conpoſuerunt: intellectus autem & res nullus poſuit, ſed naturaliter [illegible] Neque enim quod apud Romanos equus eſt, apud barbaros cervus, ſed apud diverſas gent[illegible] rerum natura eſt. Propterea non quod nos intelligimus eſſe equum, eandem barbari putant [illegible] dem apud diverſiſſimas gentes ſubſtantiarum intellectuumque ratiu eſt conſtituta. Quare duæ harum ſunt ſecundum hominum poſitionem, id eſt, voces & literæ, duæ ſecundum naturam, res & intellectus. quibus documentis monſtratur non ideo adorationem & oſculum unam rem eſſe, quamvis apud Græcos quandam hæc duo nomina habeant conſonantiam. Plerumque ergo duo vel [illegible] nomina ſecundum ſynonyma unam ſignificationem habent, plerumque etiam unum nomen [illegible] dum homonyma duas vel plures res ſignificat, nec tamen ideo rerum ordo confunditur, aut quo[illegible] dammodo mutilatur, ſi eis ab hominibus ſecundum placitum diverſiſſimis modis nomina d[illegible] Adjungunt interea his duabus rebus tertiam rem, ut *adorare, oſculari & amplecti* unum omnia [illegible] ſed ſicut illa duo ab alterutro dirimuntur, ita nimirum hoc tertium ab illis duobus dirimitur [illegible] videlicet quædam, ut ſuperius memoravimus, adorantur, nec continuo oſculantur, quædam o[illegible] lantur nec continuo adorantur, pleraq; amplectuntur, quæ nec adorantur, nec oſculantur. Am[illegible] ctitur quislibet quodam eventu lignum aut lapidem aut quamlibet rem, cui oſculum ferre ſuper[illegible] eſt, nec tamen eam adorat. Oſculatur etiam aliquem priorum, ad quem reverentia cohibente [illegible] cedere præſumit, nec tamen eum amplectitur. quanto enim hæc tria inter ſe mutuo in ſenſu [illegible] cernuntur, tanto nimirum à ratione eadem exempla, quæ ab illis ad ea unum eſſe probanda [illegible] ſunt diſtare noſcuntur: quippe cum & illa inter ſe plurimam habeant diſtantiam, & iſta cum ra[illegible] nullam habeant conſonantiam. Dicunt enim; *Quiq, ſanctorum principum noſtra doctrina,* [illegible] *ſucceſſores egregium patrum noſtrorum & has adorari videlicet oſculari, idipſum enim utrumq,* [illegible] *munem vero Græca antiqua loquutionis oſculari & amplecti deſignat, & voluntatis extenſione aliqu*[illegible] *gnificat amoris, ſicuti fero & offero, firmo & confirmo, participo & adoro, quod demonſtrat e*[illegible] *extenſionis amicitiæ.* O [illegible] nſus confundens potius ſententias, quam ordinans, frangens potius [illegible] quam proferens! O acumen omni piſtillo retunſius! O machæra plumbea prius aciem [illegible] quam rem incidat, cui incidendæ adhibetur! O enſis mallei potius referens tunſionem [illegible] di ſectionem, frangens potius materias, quam ſecans! O argumentatio nil adfirmare [illegible] auctore[illegible] mentes eſſe [illegible] alens, nil propoſitæ rei firmitatis exhibens, ſed ſolummodo [illegible] cordes eſſe pandens! Ab [illegible] o, quod eſt *fero* & *offero* adorare oſculari & amplecti unu[illegible] ſtruere nititur, & præpoſitionum vires ignorans, quæ pleturnque alias partes corrumpunt, [illegible]

ab

[illegible] rumq; & corrumpunt & [illegible] ficationes aliquando augent, aliquan[illegible] [illegible] nda appetit, vanis ea quibusdam aſſe[illegible] adprob[illegible] [illegible] *infero, con*[illegible]*ero, au*[illegible]*ero, defero, refero, ſuffero, differo, prof*[illegible] [illegible] quanquam ab eo verbo quod eſt *fero* veniant, adhib[illegible] [illegible]tionibus diverſiſſimis effectibus inter ſe in ſenſu diſtare. Aut qu[illegible] [illegible] & *adoro* pene nullam ſenſus concordantiam habeant? *firmo* namq; & *confirmo* [illegible] ſint communia, ab ea tamen re, cui ab illis adhibentur, prorſus videntur eſſe extra[illegible]. De quibus omnibus ſi ſingillatim a nobis diſputetur, ita ut in ſcholis Grammaticorũ diſcitur, hæc [illegible]lummodo res vix unius libri textu tenebitur. Sed nec illud prætereundum eſt, quod vaniſſimam ar[illegible]entationem ſuam quadam frivola & inani concluſione, quaſi quodam convertibili ſyllogiſmo, [illegible]nficere mi ſunt dicentes, *Quod enim diligit quis & adorat & quod adorat omnino & diligit*, neſcien[illegible] ideo hæc duo viciſſim minime poſſe circumverti, quod inæqualia inter ſe ſunt, latiusq; *diligere* quã [illegible]*are* poſſit progredi. diligit enim quis uxorem ſive prolem, nec tamen adorat eam: diligit ſervum, [illegible]lam, equum, canem, accipitrem & cætera hujuſcemodi, nec tamen adorat ea. Sicut ergo verum eſt [illegible] dicit, *Quod adorat quis & diligit*, non ita verum eſſe poteſt cum dicit, *Quod diligit quis & adorat*. [illegible] enim hæc circumverſio rationabiliter ſtare poteſt: quoniam & unum illorum latius, ut diximus, [illegible]enditur, & nulla eſt in his tanta proprietas ut mutuo circumverti credantur. Sicut ergo dici poteſt [illegible]verſo ordine, Quod hinnibile eſt equus eſt, & quod equus eſt hinnibile eſt, non ſic recte dici pot[illegible], *Quod diligit quis & adorat*, & *Quod adorat & diligit* quoniam & in eiſdem topicis, ex quibus hæc [illegible]menta procedunt, in eadem argumentatione quæ à conſequentibus nominatur, in qua propoſi[illegible] rem aliquid inevitabiliter conſequitur, ut id quod de hinnibili & equo diximus, pleraq; circumverti poſſunt, nonnulla verò circumverti nequaquam poſſunt. Circumverti namq; poſſunt hæc, ut ſi [illegible]uis dicat, Si riſibile eſt, conſequens inevitabiliter eſt ut homo ſit, & ſi homo eſt neceſſario riſibile eſt, & cætera his ſimilia. Circumverti autem nequaquam poſſunt hæc, ut ſi quis dicat, Si dies eſt lucet, con[illegible]quens quippe eſt, ut ſi dies eſt luceat: ſi ſatiatus eſt, conſequens eſt ut comediſſe credatur: ſi ebrius, neceſſario potaſſe eum conſtat: ſi doctus eſt, conſequens eſt ut didiciſſe dicatur: ſi adorat, conſequens eſt, ut id quod adorat diligat. non enim dici poteſt converſo ordine, ſi lucet neceſſario dies eſt; ſi comedit, conſequens eſt ut ſatiatus ſit; cum plura luceant, nec tamen dies ſit, & plerumque comeſtio, necdum ad ſatietatem perveniat: nec illud, ſi bibit ebrius eſt, ſi didicit doctus eſt, ſi diligit adorat: cum interdum, nec potatio ad ebrietatem, nec diſciplina ad magiſterium, nec dilectio ad adorationẽ pertingat. Ponantur ergo ſingula ſecundum dialecticorum experientiam, ut facilius adpareat quantum inter ſe hæc duo diſtent, vel qualiter hæc circumverſio ſtare non poſſit. Sunt enim quatuor propoſitiones inter ſe quodammodo affectæ, quas Philoſophi in quadrata formula ſpectandas ſcribere conſueverunt, ita videlicet ut primæ duæ ſint, *Omne quod diligit quis adorat*, & *Nihil quod diligit quis adorat*, cæteræ duæ, *Quiddam quod diligit quis adorat*, *Quiddam quod diligit quis non adorat*. & primæ duæ dicantur adfirmatio univerſalis, & negatio univerſalis, cæteræ duæ adfirmatio particularis & negatio particularis: duæ ſuperiores omnino ſibi contrariæ ſunt, cæteræ vero duæ inferiores ſubcontrariæ ſibi mutuo ſunt, & adfirmatio univerſalis ſive particularis ſubalternæ, & negatio univerſalis & particularis ſubalternæ nihilominus dicantur. Ducantur deinde ſenſus indagationes quaſi quædam lineæ angulares duæ, una ab hac adfirmatione univerſali, *Omne quod diligit quis adorat*, ad hanc negationem particularem, *Quiddam quod diligit quis non adorat*: altera ab hac particulari adfirmatione, *Quiddam quod diligit quis adorat*, ad hanc univerſalem negationem, *Nihil quod diligit quis adorat*, & ſint inter ſe [illegible]ntrariæ vel oppoſitæ: & his ita inter ſe pugnantibus cum utræque, id eſt, adfirmatio univerſalis & [illegible]atio particularis, ſive adfirmatio particularis & negatio univerſalis veræ eſſe non poſſint, una erit [illegible], altera vera: ſicq; vera perimet falſam, & ſi illa fuerit vera, alia mox à veritate diſcedet, dicẽte Apu[illegible]o Philoſopho Platonico Madaurenſi, qui de hujuſcemodi ſyllogiſtica induſtria in libro, qui inſcribitur, *De perihermeneis Apulei*, ſubtiliſſime diſputavit. *Univerſalis*, inquit, *utravis particularem ſuam* [illegible]*obata utiq; confirmat, revicta non utiq; infirmat: particularis autem verſa vice univerſalem ſuam* [illegible]*a utiq; infirmat, probata utiq; confirmat.* Sunt ergo in hac argumentatione duæ ſuperiores uni[illegible]es, id eſt, *Omne quod diligit quis adorat*, &, *Nihil quod diligit quis adorat*, falſæ: quoniam, ut ſuperius dictum eſt, multa diligit quis quæ non adorat, & aliqua de his quæ diligit quis adorat: & ſunt duæ in[illegible] particulares, id eſt, *Quiddam quod diligit quis adorat*, &, *Quiddam quod diligit quis non adorat* [illegible] veræ: quoniam diligit quis Deum juxta illud; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, & [illegible]t eum: ex cujus ſanctiſſima dilectione omnium virtutum nutrimenta procedunt. Diligit quis pr[illegible]ximum & ſalutationis officio adorat eum, & in eo adprobatur vera eſſe propoſitio, *Quiddam quod* [illegible] *quis adorat*: adprobatur etiam & hæc vera eſſe, *Quiddam quod diligit quis non adorat*, juxta exempla [illegible]jugis, prolis, equi, canis, accipitris, & cætera quæ ſuperius prolata ſunt, quæ ſingula dili[illegible]tur, nec tamen adorantur. Univerſales & inferiores particulares alternatim poſitæ opponuntur ſi[illegible] N[illegible] falſa eſt hæc adfirmatio univerſalis, *Omne quod diligit quis adorat*, vera eſt hæc negatio [illegible]ris, *Quiddam quod diligit quis non adorat*: & ſi hæc particularis negatio falſa eſt, adfir[illegible]iverſalis vera eſt. & rurſus ſi hæc negatio univerſalis, *Nihil quod diligit quis adorat*, falſa eſt, [illegible]atio particularis, *Quiddam quod diligit quis adorat*, vera eſt: & ſi iſta vera non eſt, neque illa [illegible] Sunt autem duæ inferiores omnino veræ: duæ igitur ſuperiores penitus falſæ eſſe credendæ [illegible] De converſione denique talium propoſitionum, de quibus & nos ſuperius aliquantulum diſputa-

Levit. 19.

putavimus, ut præfatus Philoſophus dicit, *Converſibiles propoſitiones dicuntur, univerſalis ... & contraria ..., id eſt, particularis dedicativa, eo quod particula earum, ſubjectiva ... ſunt ſemper inter ſe ... vare vices, permanente conditione veritatis aut falſitatis ... poſitio. Nullus prudens impius, ita ſi convertis partium vices, verum erit, Nullus impius prudens ... falſum eſt, Nullus homo animal, ita & ſi convertas falſum erit, Nullum animal homo. parti... particularis dedicativa convertitur, Quidam Grammaticus homo eſt; & contra, Quidam ... Grammaticus eſt. quod duæ cæteræ propoſitiones ſemper facere non poſſunt, quanquam interdum ... ...tur, nec tamen idcirco converſibiles dicuntur. Ergo unaquæq; propoſitio per omnes ... cationes reperienda eſt, an etiam converſa congruat: nec innumera ſunt iſta, ſed quinque ... Aut enim proprietas declaratur alicujus, aut genus, aut differentia, aut finis, aut acci...* Ad hanc igitur illorum dictionem fruſtrandam, & noſtram aſſertionem muniendam mult... hujuſcemodi argumenta adhiberi poterant, & id quod adhibitum eſt latius poterat differi, ſed brevit... cauſa hæc & his ſimilia omittuntur. Ideo namq; argumentis ex induſtria Dialecticæ artis venient... b... illorum aſſertionem caſſare domino auxiliante paravimus, quia eos neſcio qua converſione, quaſi q... dam ſyllogiſtica argumentatione, deliramenta ſua roborare voluiſſe comperimus.

C A P. XXIV. *

De eo quod ſuperciliose & indocte dixerunt, Similiter & qui ob oriente venerunt conjunximus in eadem Nicæa metropoli, & præſidentibus omnibus nobis caput fecimus Chriſtum.

SUPERCILIOSISSIMUM ac potius abſurdiſſimum eorum dictum, qui ſe ſibimet caput fec... Chriſtum gloriati ſunt, dicentes, *Præſidentibus omnibus nobis caput fecimus Chriſtum*, oppido ... prehenditur: quippe cum idem dominus, qui eſt caput Eccleſiæ eandem Eccleſiam ut ſibi corpus eſſet adſciverit, non ab eadem Eccleſia ut caput eſſet adſcitus ſit. Ipſe enim Apoſtolis teſtatur dic...
Joan. 15. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Nam ſi ſecundum illorum ſocordiam Chriſtus ab eis caput factus eſt, ab eis utique electus eſt: & ſi ab eis electus eſt, præfata ejuſdem domini ſenteotia enervatur. non aũt præfata domini ſententia enervatur: non igitur ſecundũ eorũ vanitatẽ Chriſtus ab eis caput factus eſt. unde cavendũ eſt, ne forte iſti ab ejus ſint inmunes electione, qui eũ ſe gloriãtur feciſſe caput: qu... niã quidẽ, ut conicimus, ſi ab eo electi eſſent non ſuam, ſed ejus gloriã quærereot, nec rerum inſen... tarum, ſed unius Dei adorationem prædicarent. Ex fructibus enim arbor, juxta veritatis ſententia... cognoſcitur, & plerumque in rerum naturis ab effectis efficientia cognoſcuntur. Cum enim quis ... mum videt, ignem ſubeſſe non ambigit, aut cum veſtigium alicujus animalis conſpicit, idem ani... tranſiſſe non neſcit, & cum quis bonum opus videt, id à Deo, qui omnium bonorum auctor eſt, eſſe non dubitat: & cum pravum quis conſpicit, id antiqui hoſtis machinamentis eſſe perpetratum credit. Hoc quidem dicentes non de eorum electione aliquid temere judicamus: cum plerumque bene condita malè inveniantur depravata, ſed id penitus adfirmamus, noo eos ideo electos eſſe ut per eos novæ eccleſiaſticis rebus conſtitutiones inoleſcerent, & ſe Chriſtum, qui omnium in ſe credentium vita eſt, ſibi feciſſe caput jactarent. Eſto, ab eo electi, ab eo in ſacerdotium conſtituti ſunt ... quur non eum in humilitate ſequuntur? quur non ejus potius quàm ſuam gloriam quærunt, qui ſe non ſua, ſed ejus qui ſe miſit gloriam quæſiſſe teſtatus eſt? Quur ſupercilium deponere neglegunt? quur alta incompetenter appetunt? quur Eccleſiæ proſperitatem civili quodam bello perturbant? qui ſi antiquorum patrum documentis vel exemplis contenti eſſe vellent, nec domeſticam pacem erroneis con... tutionibus inrumperent nec ſociorum, qui ſecum contra hoſtes pugnaturi eſſent in ſe arma detorque... rent. Hoc etenim inutile dictum, quo ſe Chriſtum caput ſibi feciſſe ſomniant, quanquam fidei nil derogct, reprehenſione tamen non caret. Neq; enim eos tam immanis inſaniæ credimus, ut eos id ita ... xiſſe arbitremur, quaſi ab illis idem dominus ſit factus. Quod quidem nullæ fideles aures audire p... untur: ſed quia aliud ſignificare volentes aliud ſignificaverunt, libuit nobis & id diſcutere quod ... profati, & id indiſcuſſum minime dimittere quod voluiſſe putantur profari. Voluerunt namq;, ni fal... mur, dicere; Præſidentibus nobis, qui membra Chriſti ſumus, omnem operis & ſpei noſtræ ſummitatem in eo locavimus, qui eſt caput noſtrum, eumq; ſequi decrevimus, vel ſi quid eſt hujuſcemodi quod ...
a Joan. 1. ici poteſt, & eò quod dicere voluerunt imperitiæ viribus ſibi ſublato, dixerunt ſe Chriſtum ſibi fe...
b Symbol. N cen. ſe caput, & de quo Johannes Evangeliſta dicit, *a Omnia per ipſum facta ſunt*, à ſe dicunt factum. In ſ...
c Rom. 1. nodicæ namque conſtitutionis ſymbolo de eo dicitur, *b Natum, non factum*. & Apoſtolus dicit, *c*
Eccleſ. 2. *factus eſt ei ex ſemine David:* quod ita ſolvitur, quia inquantum Deus eſt, omnia per ipſum facta ſu... inquantum autem homo & ipſe factus eſt, dicente Salomone; *Sapientia ædificavit ſibi domum*, id ... ſapientia Dei patris, ſine qua pater numquam fuit, quæ non eſt ab eo facta, ſed nata, filius vi...
Joan. 2. unius eſt cum patre ſubſtantiæ, ædificavit ſibi in virginis utero corpus, quod templum nominavi...
Matth. 1. cens, *Solvite templum hoc*, & cętera. Sed ne forte hæc ſententia illi ſenteotiæ refragari videatur q... eit; *Quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt*, animadvertendum eſt quod inſeparabilia ſunt tri...tatis, & quod facit pater, facit filius, facit & Spiritus ſanctus, & ſicut ſunt unius majeſtatis ... ſubſtantiæ, unius voluntatis ita etiam ſint unius operationis. Tota enim trinitas operata ſt... carnatione domini, ſed ſola filii perſona ſuſcepit carnem. Nam ſi effectu Spiritus Sanct... fa... corpus, quod & domum dici poſſe arbitramur, quare ad perſonam Chriſti relatum eſt, q...

Factum ſui factum patris eſt, quia utriusq; una virtus eſt, ſimili modo etiam factum Spiritus Sancti factum filii Dei eſt, propter naturæ & voluntatis unitatem. Sive enim Pater faciat, ſive Filius, ſive Spiritus Sanctus, Trinitas eſt, quæ operatur, & quicquid tres ſecerint, Dei unius eſt operatio. Poteſt etiam & Eccleſia domus Chriſti accipi, quam ædificavit ſibi ſanguine ſuo, ornavitq; virtutum gemmis & documentorum comptiſſimis ornamentis: quibus iſti non contenti, dum quiddam novum prorogare ejus pulchritudini appetunt, fœditatem ei potius quàm pulchritudinem ingerere noſcuntur.

CAP. XXV.

Contra eos, qui dicunt, quòd Epiphanius octuaginta capitula digeſſit de hæreſibus, qui tamen, ſi imagines adorare hæreſem ſciret, id quoq; inter hæreſes conputaret.

IN hoc etiam magnum ſe munimen adoratores ſeu cultores imaginum inveniſſe rati ſunt, eò quòd Epiphanius quidam, qui hæreſium varietates in LXXX. capitulis diſtinxit, ſi imaginum adorationem hæreſem ſciret, earundem imaginum adoratores inter hæreticos conputaret. His armis nos, qui ſolius Dei cultu & adoratione contenti ſumus, plectere niſi ſunt, his jaculis nos confodere moliti ſunt, his haſtis nos debellare conati ſunt, his enſibus noſtræ libertatis inruptores ſe fore crediderunt: ut quaſi quodam argumento à genere per quandam reflexionem ſumpto dicerent; Si ille, qui generaliter de cunctis hæreſibus disputavit, hoc hæreſem ſciret, hoc quoq; inter cæteras hæreſes ſuæ dubitationi inſereret: non autem id inter hæreſes poſuit quas digeſſit, non igitur pro hęreſe tenendum eſt. Quibus nos è contrario reſpondendum putavimus, eosq; propriorum armorum inſtrumentis domino annuente debellare diſpoſuimus, eademque pila, quæ ab illis ad nos miſſa ſunt, illis vibrantia detorquentes dirigere non gravabimur, dicentes; Si idem Epiphanius eos, qui imaginum adorationem ſpernunt, hæreticos ſciret, in ſua generali de hæreſibus disputatione eos inter hæreticos proculdubio conputaret: non autem inter hæreticos conputavit: non igitur eos hæreticos credidiſſe credendus eſt. Quod autem idem Epiphanius non ſolum imaginum adorationem ſpreverit, verumetiam eas in Eccleſiis haberi noluerit, his indiciis declaratur. In epiſtola namque, quæ ab illo ad Johannem Epiſcopum miſſa eſt, & à Hieronymo de Græco in Latinum eloquium tranſlata, ita habetur; *Audivi quoſdam murmurari contra me, quando ſimul pergebamus ad locum ſanctum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more eccleſiaſtico facerem, & veniſſem ad villam, quæ dicitur Anablata vidiſſemq; ibi prateriens lucernam ardentem, & interrogaſſem, qui locus eſſet, didiciſſemq; eſſe Eccleſiam, & intraſſem ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem Eccleſiæ tinctum atq; depictum, & habens imaginem quaſi Chriſti vel ſancti cujuſdam: non enim ſatis memini cujus imago fuerit. cum ergo hoc vidiſſem in Eccleſia Chriſti contra auctoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent: illiq; contra murmurantes dicerent, Si ſcindere voluerat, juſtum erat ut aliud daret velum atq; mutaret. Quod cum audiſſem, me daturum eſſe pollicitus ſum, & illico eſſe miſſurum. Paululum autem moratum fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere. arbitrabar enim de Cypro mihi eſſe mittendum. nunc autem miſi quod potui reperire, & precor ut jubeas presbytero illius loci ſuſcipere velum à latore, quod à nobis miſſum eſt, & deinceps præcipere in eccleſia Chriſti iſtiusmodi vela, quæ contra religionem noſtram veniunt non adpendi. Decet enim honeſtatem tuam hanc magis habere ſollicitudinem & ſcrupuloſitatem, quæ digna eſt Eccleſia Chriſti, & populis, qui tibi crediti ſunt.* Hanc enim ſententiam de hoc negotio Epiphanii invenimus, quæ utrum laudanda an vituperanda ſit lectoris arbitrio conceditur. Cæterum veniatur ad beatum Auguſtinum, interrogetur vir ſapientiſſimus, inquiratur doctor eximius, dicat utrum quædam hæreſis imaginum adoratione utatur. Fecit enim idem vir venerabilis librum de octuaginta novem hæreſibus, inter quas duæ imaginum adorationem cenſuerunt, Simoniani videlicet & Carpocratitæ. quod ut maniſeſtius fiat, præfati doctoris ſententiæ, ita ut in eodem libro habentur, ſingillatim ponantur, ait enim; *Simoniani à Simone Mago, qui baptizatus à Philippo diacono, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur, pecunia voluit à ſanctis Apoſtolis emere, ut etiam per impoſitionem manus ejus daretur Spiritus Sanctus. hic magicis fallaciis deceperat multos. docebat autem deteſtandam turpitudinem, indifferenter utendi fœminis, nec Deum mundum feciſſe dicebat: negabat etiam carnis reſurrectionem, & adſeverabat ſe Chriſtum: idemq; Jovem ſe credi volebat, Minervam vero meretricem quandam Selenen, quam ſibi ſociam ſcelerum fecerat, imaginesque & ſuam & ejusdem meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas: quas & Romæ tamquam deorum ſimulachra auctoritate publica conſtituerat. in qua urbe beatus Apoſtolus Petrus eum vera omnipotentis Dei virtute extinxit. Dixerat enim ſe in monte Sina legem Moyſi in patris perſona dediſſe Judæis, tempore Tyberii in filii perſona putative apparuiſſe, poſtea ſe in linguis igneis Spir. S ſuper Apoſtolos veniſſe: Chriſtum autem nec veniſſe, nec à Judæis quicquam pertuliſſe.* Sicut enim hæreſis, quæ ab eodem Simone exorta eſt, quæ Simoniaca vocatur, omnino à fidelibus ſpernitur: ita quoq; adorandarum imaginum uſus penitus ſpernendus eſt: Altera quoque hæreſis eſt, quæ hunc errorem percenſet, quam ita præfatus doctor ſcripſit. *Carpocratitæ, à Carpocrate cœperunt, qui docebat omnem turpem operationem, omnemque adinventionem peccati, nec aliter evadi atq; tranſiri principatus & poteſtates, quibus hæc placent, ut poſſit ad cœlum ſuperius pervenire. Hic etiam Jeſum hominem tantummodo & de utroq; ſexu natum putaſſe perhibetur: ſed accepiſſe talem animam, quæ ſciret ea, quæ ſuperna eſſent atq; nuntiaret. reſurrectionem corporis ſimul cum lege abiciebat. negabat à Deo factum, ſed a quibusdam virtutibus mundum. Secta ejus fuiſſe traditur ſocia quædam Marcellina, quæ colebat imagines Jeſu & Pauli & Homeri & Pythagoræ, adorando iis cenſumq; ponendo.* Nam ſi forte aliquis hujusce erroris aſſeverator dicet, Ideo imagines adora-

adorare, inter hæreſes beatus Auguſtinus conputavit, quia gentilium quorundam, id eſt, Simonis & Selenæ, ſeu etiam Homeri & Pythagoræ adorabant imagines, advertat quod etiam imagines Jeſu & Pauli adoraſſe dicuntur, & id ipſum inter hæreſes à præfato viro conputatum eſt. Nam ſi idem vir eximius imagines manufactas Domini ſive Apoſtolorum vel etiam quorumlibet ſanctorum adorandas ſciret, numquam Jeſu & Pauli imaginum adorationem inter hæreſes conputaret.

CAP. XXVI.

Contra eos, qui imagines ſanctas & ſacratas dicunt, easq; in viis ſive in plateis, quæ plerumq; polluta ſunt, poni jubent.

JUNGUNT itaque hi, de quibus ſermo eſt, in hoc negotio duas res, quæ ſibi utrimque repugnant cum videlicet ſæpiſſime memoratas imagines ſanctas & venerandas nuncupant, easque in viis ſive in plateis, quæ plerumque pollutæ ſunt, ponendas eſſe aſſeverant. Sicut enim non convenit luci & tenebris, calido & frigido, ita nimirum non convenit ſanctitati & contaminationi, puritati & inpuritati. Unde magna ex parte eos errare conſtat, cum eas & ſanctas eſſe aſſerunt, & in locis contaminatis ſtatuendas eſſe decernunt. Pateſcit namque quodammodo in hoc eorum cenſura, qui eas in viis ſive in urbium vicorumque plateis poni percenſent, quod hæc ſanctitate careant, ſicuti & carere eum ſcilicet ſi ſanctæ eſſe crederentur, in locis ſanctis poni cenſerentur. Omne ſanctum mundum eſt, nihil mundum inpurum, nihil igitur ſanctum inpurum: & ſi hæc inpurorum locorum ſedes ſecundum illorum cenſuram quærunt, inmunditiam, quæ ſanctitati contraria eſt, non ſpernunt: & inmunditiam non ſpernunt, nequaquam ſanctæ dici poſſunt. Si igitur inpurorum locorum ſedes quærunt, ſanctæ nuncupari nequaquam poſſunt. nam ut cætera exempla taceamus, quibus doceri poteſt, unamquamque rem non inconvenienti, ſed convenienti potius rei adhibendam eſſe debere, ipſorum etiam eloquentiæ principium præcepta proſeramus, qui in eloquentia hoc obſervandum penitus cenſuerunt, ut res, locus, tempus, perſona conſideretur, ne dicantur gravia levibus, ne verecunda inverecundis, ne laſciva ſeriis, ne inpudica pudicis, ne inceſta caſtis, ne ridicula triſtibus, ne profana religioſis, ſed omnia in eloquentiæ arte ita eſſent convenientia, ut nil inconveniens, nil repugnans, ſed ſingula pro locorum & temporum qualitate moderata manerent. Si ergo in eloquentiæ arte hoc ab oratoribus obſervari juſſum eſt, multo magis nobis in noſtræ religionis cultibus obſervandum eſt, ut ſingula quæq; ad religionem pertinentia ita obſerventur, atque ita habeantur, prout ratio ſive ordo expoſcit.

CAP. XXVII.

Quòd male pictis imaginibus imaginum cultores falli poſſunt, ſive inquirendum ab eis, qui pene omnem fidei Chriſtianæ prærogativam in imaginum adoratione ſive cultu exiſtimant, quid pauperibus faciendum ſit, qui artificibus, per quos imagines fiunt, omnino carent?

OMNIUM artium inſtitutio varia habet exercitia, pictura autem ars eſt, picturæ igitur inſtitutio varia habet exercitia. & hanc exercentes, qui pictores vocantur, alii plus, alii minus eam intelligunt, alii pulchriora, alii fœdiora in ea exercent opera: alii formoſas, alii deformes conponunt imagines. Unde nimirum colligitur, quòd illi qui pene omnem fidei ſuæ firmitatem in imaginibus ponunt, earumque adorationem inter bonorum operum inſtrumenta adnumerare non erubeſcunt, & modò pulchras, modò fœdas adorant imagines, quodammodo fallantur. Nam ſi quælibet imago quanto pulchrior eſt, tanto amplius habet ſanctitatis atq; virtutis, neceſſe eſt ut ea, quæ fœdior eſt, minus habeat ſanctitatis atq; virtutis: & ſi ea quæ fœdior eſt minus habet, neceſſe eſt ut fœdiſſima quælibet, aut nihil, aut modicum habeat: & ſi ea quæ pulchrior eſt, ideo attentius adoratur, eo quod cauſa pulchritudinis amplius habet virtutis, jam non ejus ſanctitas ex quadam religione, ſed ex artificis venit operatione. Et ſi ea, quæ minus pulchra eſt, vel ea quæ nihil habet pulchritudinis, adoratur, valde earum adoratores falluntur: cum videl. res pulchritudine carentes adorare percenſent. Si ergo omnes & pulchras & minus pulchras, & nil pulchritudinis habentes æqualiter adorare conſequens eſt, juſtitia quæ unicuiq; ſuum tribuit, de rebus auferatur neceſſe eſt. Nam cum pulchras adorant imagines, caſu aliquo quo putant ſe aliquid ſanctum adorare, falluntur: cum verò deformes adorant picturas, conſultò falluntur: quippe cùm res deformes pro ſanctis rebus adorant. Sive igitur caſu ſive conſultò adorent, falluntur. Falluntur verè, & meritò falluntur, qui cum Deus creator omnium ſe ſolum adorari cenſuerit, res quaſdam ſenſu carentes adorare nituntur: & dum putant ſe in adorandis imaginibus quandam ſanctis exhibere venerationem, ſoli divinæ adorationi quandam prorogant communionem. Quia igitur ſolus Deus adorandus ſit, martyres verò vel quilibet ſancti venerandi potius ſint quàm adorandi, & in hoc opere jam diximus, & egregii doctoris Hieronymi documentis adprobandum eſt: qui dum contra Vigilantium quendam hæreticum, qui martyrum reliquias nequaquam dicebat eſſe venerandas, ſcriberet, inter cætera ait; *Quis unquam, ô inſanum caput, martyres adoravit?* ſi ergo ſecundum ejusdem ſententiam martyres non adorantur, multo minus eorum

im

[illegible] R [illegible] he [illegible] qui p [illegible] phetam [illegible] in [illegible] t, fecit in [illegible] eſſet excitatus, [illegible] it, contra Script [illegible] nim [illegible] laciæ ſuæ [illegible] Samuhel [illegible] li apparuiſſet, non [illegible] ſolum eſſe adorandum. Et quemodo [illegible] ad virum peſtilen[illegible] æ dignum ardore gehennæ, *Cras mecum eris?* His [illegible] fallaciæ ſuæ prodidit improvidus Satanas, qui & adorari ſe permiſit ſub [illegible] lis, quod puto Samuhel non permitteret, & virum peccatis preſſum, cum [illegible] torum & juſtorum ſit, cum Samuhele juſtiſſimo futurum mentitus eſt verum [illegible] Samuhelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat, ad eum [illegible] vit, quem adoravit, quamquam & à beato Auguſtino & ab aliis doctoribus diverſa de hac [illegible], & liber Eccleſiaſticus ad laudem Samuhelis referat, eo quòd mortuus prophetarit. Jam [illegible], qui pene omnem fidei Chriſtianæ prærogativam in imaginum adoratione ſive cultu eſſe exi[illegible], interrogandi ſunt, utrum iden quilibet pauperes fidei ſuæ patiantur jacturam, eò quòd cen[illegible] gentia preſſi non habeant facultatem qua ſuſcipiant picturam? Si ergo inops quilibet ideo bo[illegible] rum meritorum erit expers, quia rebus, quibus imagines adipiſcatur, car[illegible]t, locuples ideo auctio[illegible] iti prærogativam ſubiet, eò quòd rebus quibus picturæ emantur abundat & ſi iſte pro rebus, [illegible] pro meritis, aut pœnas, aut præmia ſuſcipiet, & ille pro indigentia non pro operibus judicabitur, [illegible] inum adoratio magnam in Chriſtiana religione arcem conſcendet, & juſtitia quæ merita cujus[illegible], non res explorat, vires magna ex parte amittet. Quæ omnia dum nulla rerum conſequentia ad[illegible]robari poſſint, reſtat ut imaginum cultus nullum in Chriſtiana religione tenere credatur principatum.

CAP. XXVIII.

Quod fruſtra ſuam ſynodum univerſalem nominant, quam tamen conſtat ab univerſali non fuiſſe adgregatam Eccleſia.

INTER cætera deliramenta quæ in eadem ſynodo vel geſta vel ſcripta dicuntur, hoc quoque non omnibus eorum deliramentis minus eſt, quod eandem ſynodum univerſalem nuncupant, cum neque univerſalis fidei inconvulſam habeat puritatem, neque per univerſarum Eccleſiarum geſta conſtet auctoritatem. Sicut enim Eccleſia univerſalis eſt quæ Græco eloquio Catholica dicitur: ita nimirum omne, quicquid ab ejus unitate non diſcedit, Catholicum nuncupari poteſt. Omnis enim doctrina Chriſtiana vel quælibet conſtitutio ſive traditio talis eſſe debet, ut univerſali conveniat Eccleſiæ. quod nequaquam hæretici obſervaverunt, qui per diverſas mundi partes aliquibus regionum partibus coartati conventicula quædam ſtatuerunt, quibus & ſe & quam * plures ab eccleſiaſticæ unitatis [illegible]nſortio ſegregaverunt. Cum ergo duarum & trium provinciarum Præſules in unum conveniunt, ſi [illegible]tiquorum canonum inſtitutione muniti aliquid prædicationis aut dogmatis * ſtatuunt, quod tamen [illegible]ntiquorum patrum dogmatibus non diſcrepat, Catholicum eſt quod faciunt, & fortaſſe dici pot[illegible] univerſale: quoniam quamvis non ſit ab univerſi orbis præſulibus actum, tamen ab univerſorum [illegible] & traditione non diſcrepat: quod crebro factum in pleriſq; mundi partibus, quibusdam neceſſita[illegible] incumbentibus, ſcimus. Multa enim concilia geſta ſunt, quorum inſtitutionibus ſancta munitur [illegible]roboratur Eccleſia. Si vero duarum aut trium provinciarū Præſules in unum convenientes nova [illegible] ſtatuere cupientes, conventicula quædam faciunt, quia non cum univerſi orbis Eccleſia ſen[illegible] ab ea quadam ex parte diſſentiunt, non eſt Catholicum quod faciunt, & ideo univerſ[illegible]e nun[illegible] non poteſt. Omne quod Eccleſiaſticum eſt, Catholicum eſt: & omne quod Catho[illegible], univerſale eſt: omne autem quod univerſale eſt, profanis vocum novitatibus caret: [illegible] quod Eccleſiaſticum eſt, profanis vocum novitatibus caret. * Nam ſi hæc [illegible]modus vo[illegible] novitatibus careret, & antiquorum patrum dogmatibus contenta eſſet, [illegible]verſalis dici poterat. [illegible] em antiquorum patrum dogmatibus contenta eſt, non igitur univerſalis dici poteſt. Univer[illegible]nque ab uno cognominatur, quod uno multotiens verſo propagatur. Nam multitudo unita[illegible]do in unum [illegible]ollecta univerſitas efficitur. Univerſalem plane eandem ſynodum non cun[illegible] pro[illegible]t[illegible]ri, niſi eam univerſalis Eccleſiæ dogmatibus ſentiremus refragari.

al. plurimos.

inſtituunt.

* Et ſi.

CAP. ULT.

SCIAT Dominus A[illegible]us & Pater noſter, & cuncta ſimul Romanorum Eccl[illegible]ſia, ut ſecun[illegible] uo l[illegible] ontin[illegible]t [illegible] beatiſſimi Gregorii, quam ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum [illegible] P[illegible]nu[illegible] ſanctorum quicumque eas formare voluerint, tam in Eccleſia, quamq;

[illegible] propter amorem [illegible] & Sa[illegible] [illegible] deſtruere eas, etiamſi [illegible] [illegible] ſequi in hac epiſtola, univerſ[illegible] [illegible] ur ....

EXPLICIT FELICITER

Anno Chriſti 811

CAROLI MAGNI IMPER. AUG. RESCRIPTUM

Ad Nicephorum Imp. Conſtantinopolitanum de Pace inter utrumq; Imperium.

CUM in omni humanæ actionis initio Domini ſit auxilium invocandum, maxime in h[illegible] modo inter nos Deo mediante agitur, negotio, Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Ch[illegible] modo ſunt imploranda ſuffragia, ut qui nomine illius ſignati ſumus, & in diſpenſatio[illegible] nis ejus ab æterno mortis periculo nos redemptos eſſe confidimus, ea quæ ipſo inſpirante inch[illegible] ho[illegible] & utilem perfectionis terminum perducere mereamur, in cujus nomine atque h[illegible] L[illegible]um fraternitatis tuæ, quem ad bonæ recordationis filium noſtrum PIPINUM Regem m[illegible] Arſatium ſcilicet glorioſum Spatarium ad nos cum verbis & literis ..... tuæ, benignè atque h[illegible] ce ſuſcepimus, Et quamvis ad nos miſſus non fuiſſet, veluti ad nos miſſum, adhibita dilig[illegible] au[illegible]ivimus, & cum eo de his, quæ detulit, quia prudentem animadvertimus, colloquutionem [illegible] mus. Nec immeritò, cum tanta eſſet non ſolum in literis, quas attulit, ſed etiam in verbis, quæ [illegible] illius noſtris auribus inſonuerunt, optatæ ac ſemper optandæ pacis copia, ut valde nobis, & quib[illegible] cuno; Deum amantibus hujuſcemodi Legatio placere potuiſſet; quantiq; tanto ſint [illegible] harit[illegible] cis favore reſperſa, ut in palato cordis cujusq; fidelis veram poſſent ſapere dulcedinem, poſſetq; ju[illegible] ri penitus inſipiens, cui talia videntur inſipida.

2. Propter quod poſtquam illum in fines Regni noſtri perveniſſe comperimus, veluti pr[illegible] optimæ ac Deo complacitæ Legatis ejus temperare nequivimus, opportunè eum ad noſtra[illegible] præ[illegible] tiam venire fecimus; maximè tamen, quod is, ad quem illum miſſum conſtabat, dilectus filius noſt[illegible] PIPINUS Rex, divino judicio jam rebus humanis exceſſerat, neque nos illum cum infecto negoti[illegible] tanto, ad quod perficiendum directus erat, vacuum reverti, pati potuimus.

3. Et non ſolum propter hoc, ſed etiam quod ex tempore, quo primo Imperii tui anno, Mic[illegible] elem Metropolitanum, & Populum, Aſſiduum Abbatem, Calliſtumque glorioſum Candidatum [illegible] conſtituendam nobiſcum pacem, & fœderanda atque adunanda hæc duo in Chriſti charitate Imperia, longæva tua miſit dilectio.

4. Veluti in ſpecula poſiti, longa fuimus expectatione ſuſpenſi, præſtolantes ſive [illegible] tum, ſive per epiſtolam, quando meritorum ſcriptis noſtris, amabilia fraternitatis tuæ [illegible] ſuſciperem. Jamq;, ut ſe habet humanæ mentis infirmitas, prope deſperatio cordi noſtro inc[illegible] oboriri; ſed fidentes, ſperabamus in eo, qui nunquam deſerit ſperantes in ſe, quod ſecundum A[illegible] lum lab[illegible] noſter in ipſo vacuus & inanis eſſe non deberet; ac deſiderium noſtrum, quod, ut c[illegible] mus, [illegible]us inſpiratione concipimus, ſecundum divitias miſericordiæ ſuæ, complere, & quand[illegible] ad effectum perducere deberet. Idcircò audito adventu memorati Legati dilectionis tuæ, Arſatii gl[illegible] rioſi Spatarii, magnopere gaviſi ſumus, confidentes, nos de rebus incertis ad optatam certitudin[illegible] perventuros, & de his, quæ prædictis Miſſis tuis ad te perferenda dedimus, reſponſum eſſe receptur[illegible] Et revera ita factum eſt. Senſimus enim ex parte mea, quod deſiderabamus, ad completionem vot[illegible] rum noſtrorum, divini favorem auxilii, & in verbis ac literis, quæ per Legationem memorati Le[illegible] perlata ſunt, quamvis ad filium noſtrum ſcripta & directa eſſent, non minimam nos deſiderat[illegible] ſponſionis accepiſſe portionem.

1. Theſſal. 3.

5. Proinde omnipotenti Deo, non quales debuimus, ſed quales potuimus, gratias [illegible] quod cordi dilectionis tuæ, quam quæſivimus, ac deſiderabilem pacis voluntatem inſpirare d[illegible] eſt, orantes ſecundum Apoſtolum, ut Deus, qui vobis in hac pace velle tribuit, ipſe perfi[illegible] buiſſet. Propter quod nihil morantes, ſed omni cunctatione ac dubitatione penitus abj[illegible] ctâ, Legatos noſtros præparavimus ad tuam amabilem fraternitatem dirigendos.

Philip. 2. Heitonem Abbatem Augiæ & Epiſcopum Baſileæ cum Hugone & Hajone Comitibus,

CARO-

CAROLI MAGNI IMPERATORIS AUGUSTI

Anno Chriſti 806.

CONSTITUTIO

[illegible]e pace conſtituenda & conſervanda, & diviſione Regni facienda inter filios: edita in Comitiis Theodonis villanis. al. De pace in Theodonis villa.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

IMPERATOR Cæſar CAROLUS, Rex Francorum invictiſſimus, & Romani Rector Imperii, Pius, Felix, Victor ac Triumphator, ſemper Auguſtus. omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & cuncto populo Catholico, præſenti & futuro, gentium ac nationum, quæ ſub noſtro imperio ac regimine conſtitutæ ſunt. al. ejus.

1. Sicut omnibus vobis notum eſſe, & neminem veſtrûm latere credimus, quomodo nos divina clementia, cujus nutu ad occaſum tendentia ſæcula per ſucceſſiones * generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno nos miſerationis ac benedictionis ſuæ ditavit munere, quia per eos ſecundum vota noſtra & ſpem noſtram de Regno confirmavit, & curam oblivioni obnoxiæ p[illegible]ſt[illegible]ri catis leviorem fecit. Ita & hoc vobis notum fieri volumus, quod eosdem per Dei gratiam filios noſtros Regni à Deo nobis *a* conceſſi, donec in corpore ſumus, & poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum hujus à Deo conſervandi Regni vel Imperii noſtri hæredes relinquere, ſi ſic divina Majeſtas annuerit, optamus. Non ut confusè atque inordinatè, aut ſub totius Regni dominatione jurgii controverſiam eis relinquamus; ſed trina partitione totum Regni corpus dividentes, quam quisquis illorum tueri vel regere debeat, portionē *b* diſtribuere & deſignare volumus, eo videlicet modo, ut ſua quisque portione contentus juxta ordinationem noſtram & fines Regni ſui, qui ad alienigenas extenduntur, cum Dei adjutorio nitatur defendere, & pacem atque caritatem cum fratre cuſtodire.

* al. generationum reparationes generantur

a al. conſervati.

b al. deſcribere.

2. Diviſiones verò à Deo conſervati & conſervandi Imperii vel Regni noſtri tales facere placuit, ut Aquitaniā totam *c* & Vuaſconiam (excepto pago Turonico) & quicquid inde ad Occidentem atque Hiſpaniam reſpicit, & de civitate Niverius, quæ ſita eſt ſuper fluvium Ligerum cum ipſo pago Nivernenſe, pagum *d* Avalenſem, atque Alſenſem, Cabillionenſem, Matiſconenſem, Lugdunenſem, *e* Gabojam, Moriennam, Tarentaliam, Montem Ciniſum, Vallem Geguſianam usque ad Cluſas, *f* & inde per terminos Italicorum montium usque ad mare, vel usq; ad Hiſpanias continetur, hoc eſt, illam portionem Burgundiæ, & Provinciam ac Septimaniam, vel Gothiam, Ludovico dilecto filio noſtro conſignavimus.

c al. usq. Vaſc.

d al. Ananen.

e Saubaudia.

f al. & inter term.

3. Italiam verò, quæ & Longobardia dicitur, & *g* Bojoariam, ſicut Taſſilo tenuit, exceptis duabus villis, quarum nomina ſunt Ingoldeſtat, & Lutrahahof, quas *h* nos quondam Taſſiloni beneficiavimus. & pertinent ad pagum, qui dicitur Nortgouue, & de Alemannia partem, quæ in Auſtrali ripa Danubii fluminis eſt, & de ipſo fonte Danubii, currente limite, usque ad Rhenum fluvium in confinio [illegible]gorum Cletgouue & Hegouue in locum qui dicitur Ange: & inde per Rhenum fluvium ſurſum [illegible]us usque ad Alpes, quicquid intra hos terminos fuerit, & ad Meridiem vel Orientem reſpicit, unà cum Ducatu Curienſi & pago Burgouue, Pipino dilecto filio noſtro ordinamus.

g al. Bajoar.

h al. quas quondam Taſſilo beneficio noſtro tenuit.

4. Quicquid autem de Regno noſtro extra hos terminos fuerit, id eſt, Franciam & Burgun[illegible]m, ex[illegible]pta illa parte, quam Ludovico dedimus, atque Alemanniam. excepta portione quam Pi[illegible]o * adſcripſimus, Auſtriam, Neuſtriam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & partem Bajoariæ, [illegible]icitur Northgouue, dilecto filio noſtro Carolo conceſſimus, ita ut Carolus & Ludovicus viam [illegible]re poſſint in Italiam ad auxilium * faciendum fratri ſuo, ſi ita neceſſitas extiterit. Carolus per [illegible]em Auguſtanam, quæ ad Regnum ejus pertinet, & Ludovicus per vallem Seguſianam, Pipinus [illegible]& exitum & ingreſſum per Alpes Noricas atque Curiam.

* al. dedimus.

* al. ferendum.

5. Hæc autem tali ordine diſpoſuimus, ut ſi Carolus, qui major eſt natu, priusquam ceteri fra[illegible]m obierit, pars Regni quam habebat, dividatur inter Pipinum & Ludovicum, ſicut quon[illegible]ſum eſt regnum inter nos & fratrem noſtrum Carolomannum, eo modo ut Pipinus illam [illegible] habeat, quam frater noſter Carolomannus habuit, Ludovicus verò illam partem, quam no[illegible]titione ſuſcepimus. Si verò Carolo & Ludovico viventibus, Pipinus debitum humanæ * [illegible] compleverit, Carolus & Ludovicus dividant inter ſe Regnum, quod ille habuit. Et hæc [illegible] tali modo fiat, ut ab ingreſſu Italiæ per Auguſtam civitatem accipiat Carolus Eboreiam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluvium termino currente usque ad fines Regienſium & [illegible]lum R[illegible]um, & Civitatem Novam, atque Mutinam usque ad terminos ſancti Petri. Has civitates [illegible]nis & ter[illegible]toriis ſuis, atque Comitatibus, quæ ad ipſas pertinent, & quicquid inde Ro[illegible] * p[illegible]iad læv[illegible]ſpicit de regno quod Pipinus habuit, una cum Ducatu Spoletano, hanc [illegible]ns, accipiat Carolus.

* al. fortis.

* al. per Genuam.

6. Quicquid autem a prædictis civitatibus vel Comitatibus Romam eunti ad dexteram ja-

al. regno [illegible] de [illegible] regno, id eſt portionem quæ remanſit de * re[illegible]one Tranſ[illegible] [illegible]tu Tuſcano uſque ad m[illegible] Auſtr[illegible], & uſque ad Provinciam * Ludovicus ad[illegible] ſort[illegible]tur. Quod [illegible] ſuperſ[illegible]tibus Ludovicus fuerit defunctus, eam partem B[illegible] regno ejus adjunxim[illegible], cum Provincia & Septimania ſive Gothia uſque ad Hiſpani[illegible] p[illegible]at, Carolus verò Aq[illegible]ta[illegible]am atque Vuaſconiam.

al. L[illegible] ced[illegible]

7. Quod ſi talis filius c[illegible]libet iſtorum trium fratrum natus fuerit, quem popul[illegible] [illegible]it, ut patri ſuo ſuccedat i[illegible] [illegible]gni hæreditate, volumus ut in hoc conſentiant patrui ipſius [illegible] gnare permittant f[illegible]ium fratris ſui in portione regni, quam pater ejus eorum frater habu[illegible].

8. Poſt hanc noſtræ auctoritatis diſpoſitionem placuit inter prædictos f[illegible]ios noſtros [illegible] re atque præcipere propter pacem, quam inter eos perpetuo manere deſideramus, ut nullus [illegible] fratris ſui terminos vel regni limites invadere præſumat, neque fraudulenter ingredi ad cont[illegible] dum regnum ejus, vel marcas minuendas, ſed adjuvet unuſquiſque illorum fratrem ſuum, & [illegible]lium ei ferat contra inimicos ejus juxta rationem & poſſibilitatem, ſive intra patriam, ſive cont[illegible] teras nationes.

9. Neque aliquis illorum hominem fratris ſui pro quibuslibet cauſis, ſive culpis ad ſ[illegible] [illegible]gientem ſuſcipiat ad intercesſionem pro eo faciendam: quia volumus, ut quilibet homo pecc[illegible] interceſſione indigens intra regnum Domini ſui vel ad loca ſancta, vel ad honoratos homines co[illegible] fugiat, & inde juſtam interceſſionem mereatur.

10. Similiter præcipimus, ut quemlibet liberum hominem, qui Dominum ſuum cont[illegible] jus voluntatem dimiſerit, & de uno regno in aliud profectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcip[illegible], [illegible] que hominibus ſuis conſentiat, ut talem hominem recipiant, vel juſte retinere præſumant: hoc non ſolùm de liberis, ſed etiam de ſervis fugitivis ſtatuimus ordinandum, ut nulla diſcordiis relinq[illegible] occaſio.

11. Quapropter præcipiendum nobis videtur, ut poſt noſtrum ab hac mortalitate d[illegible]ſſ[illegible] homines uniuscujusque eorum accipiant beneficia unuſquiſque in regno Domini ſui & non in [illegible]ro, ne forte per hoc, ſi aliter fecerit, ſcandalum aliquod accidere poſſit. Hæreditatem autem ſu[illegible] habeat unuſquiſque illorum hominum abſque contradictione in unoquoque regno, quam eum le gitimè habere contigerit.

12. Ut unuſquiſque liber homo poſt mortem Domini ſui licentiam habeat ſe commendand[illegible] inter hæc tria regna ad quodcumq; voluerit: ſimiliter & ille, qui nondum alicui eſt commendatus.

13. De traditionibus autem & venditionibus, quæ inter partes fieri ſolent, præcipimus ut nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius à quolibet homine traditionem, vel ven[illegible] tionem à quolibet homine, hoc eſt, terrarum, vinearum, ſylvarum, atque libertatum, ſervorum q[illegible] qui jam caſati ſunt, ſive cæterorum, quæ hæreditatis nomine cenſentur, auro, argento, & gemm[illegible] armis, ac veſtibus, nec non & mancipiis non caſatis, & his ſpeciebus, quæ propriè ad negotiato[illegible] pertinere noſcuntur: cæteris verò liberis hominibus hoc minimè interdicendum putamus.

14. Si quæ autem feminæ, ſicut fieri ſolet, inter partes & regna fuerint ad conjugia po[illegible]ul[illegible]tæ, ne denegentur juſtè poſcentibus, ſed liceat eis viciſſim dare & accipere, & affinitatibus populos inter ſe ſociari. Ipſæ verò feminæ poteſtatem habeant rerum ſuarum in regno, unde exierant, quando in alio propter mariti ſocietatem habitant.

15. De obſidibus autem, qui propter credentias dati ſunt, & à nobis per diverſa loca ad cuſto- diendum deſtinati ſunt, volumus ut ille Rex, in cujus regno ſunt, abſque voluntate fratris ſui[illegible] cujus regno ſublati ſunt, in patriam eos redire non permittat, ſed potius in futurum in ſuſcipien[illegible] obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere rationabiliter poſtula- rit. Idem jubemus & de his, qui pro ſuis facinoribus in exilium miſſi vel mittendi ſunt.

16. Si cauſa vel intentio controverſiæ talis inter partes propter terminos & confinia regno- rum ortæ fuerint, quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſint: tune volumus ut declarationem rei dubiæ, judicio crucis, Dei voluntas & rerum veritas * exquiratur, nec umquam pro tali cauſa cujuslibet generis pugna vel campus ad examinationem *a* judicetur. Si verò qui[illegible]bet homo de uno regno hominem de altero regno de infidelitate contra *b* Dominum ſuum accuſaverit, [illegible]mittat eum Dominus ſuus ad fratrem ſuum, ut ibi comprobet, quod de homine illius dixit.

al. inquiratur.
a al. indicatur.
b al. fratrem Domini ſui.

17. Super omnia autem jubemus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ ſancti Petr[illegible] ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab avo noſtro Carolo & beatæ memoriæ genitore Pipino Rege, & a nobis poſtea ſuſcepta eſt, ut eam cum Dei adjutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & juſt[illegible] ſuam quantum ad ipſos pertinet & ratio poſtulat, habere faciant. Similiter & de ceteris Eccl[illegible], quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, ut juſtitiam ſuam & honorem habeant, & paſt[illegible] & rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loc[illegible] pertinent, quocumque de his tribus regnis illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

18. Qu[illegible]d ſi de his ſtatutis atque convenientiis aliquid caſu quolibet vel ignorantia [illegible] q[illegible]

non

non optamus) fuerit irruptum, præcipimus ut quàm citiſſimè ſecundum juſtitiam emendare ſtudeant, ne forte propter dilationem majus damnum poſſit accidere.

18. De filiabus autem noſtris, ſororibus ſcilicet prædictorum filiorum noſtrorum, jubemus ut poſt noſtrum ab hoc corpore diſceſſum, licentiam habeat unaquæque eligendi, ſub cujus fratris tutela & defenſione ſe conferre velit. Et qualiſcumque ex illis monaſticam vitam elegerit, liceat ei honorificè vivere ſub defenſione fratris ſui, in cujus regno degere voluerit. Quæ autem juſtè & rationabiliter a condigno viro ad conjugium quæſita fuerit, & ei conjugalis vita placuerit, non ei denegetur à fratribus ſuis, ſi & viri poſtulantis & fœminæ conſentientis honeſta & rationabilis fuerit voluntas.

19. De nepotibus verò noſtris, ſcilicet filiis prædictorum filiorum, qui eis vel jam nati ſunt, vel adhuc naſcituri ſunt, placuit nobis præcipere, ut nullus eorum per quaslibet occaſiones quemlibet ex illis apud ſe accuſatum ſine juſta diſcuſſione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut invitum tondere faciat; ſed volumus ut honorati ſint apud patres vel patruos ſuos, & obedientes ſint cum omni ſubjectione, quam decet in tali conſanguinitate eſſe.

20. Hoc poſtremo ſtatuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebus & conſtitutionibus, quæ ad profectum & utilitatem eorum pertinent, his noſtris decretis atque præceptis addere voluerimus, ſic à prædictis dilectis filiis noſtris obſervetur atque cuſtodiatur, ſicut ea quæ de his jam ſtatuta & deſcripta ſunt, cuſtodire & obſervare præcipimus.

21. Hæc autem omnia ita diſpoſuimus, atque ex ordine firmare decrevimus, ut quam diu divinæ Majeſtati placuerit nos hanc corporalem agere vitam, poteſtas noſtra ſit ſuper à Deo conſervatum regnum atque Imperium iſtud, ſicut hactenus fuit in regimine atque ordinatione, & omni dominatu Regali atque Imperiali, ut obedientes habeamus prædictos dilectos filios noſtros, atque Deo amabilem populum noſtrum cum omni ſubjectione, quæ patri à filiis, & Imperatori ac Regi à ſuis populis exhibetur. AMEN.

CAROLI MAGNI IMP. AUG. LEGES.

DISCIPLINAM militarem ſeverius exercuit. Militibus, qui gnaviter fecerant, præmia conſtituit: negligentes ignominia notavit: ubique virtutis ſpectator extitit. Diſciplina militaris.

2. In Saxonico bello cum duo gregarii milites, facta teſtudine munitiſſimæ urbis aggeres diſſipaſſent, ac portas effregiſſent, ambos ad ſe vocatos pro concione laudavit, & ipſis Præfecturam inter Rhenum Alpesque dedit.

3. In eodem itidem bello duos tyrones, licet vulgo conceptos, fortiter in medio hoſtium agmine depugnantes, inter cubicularios ſtipatoresque ſuos eſſe juſſit.

4. Item duorum Regulorum filii adoleſcentes juſſi ante portorium noctu excubare, quod largius æquo vino indulſerant, ſomno gravi opprimuntur. CAROLUS, ut ejus mos erat, evigilat, noctu cum paucis clam caſtra circuit, explorat, num omnia ritè fiant. ubi ſomno præditos offendit, præterit quidem, ad tabernaculum redit. Poſtridie tamen concilio vocato, ſciſcitatur quidnam is commeruerit, qui Principem & caput Francorum, hoſtium manibus prodiderit atque expoſuerit. Illi primi ſententiam rogati ſuo ſe enſe jugulant: hujuscemodi hominem capitali pœna condemnant. CAROLUS illos graviter increpitos, ignominiaque notatos exautborat, cætera incolumes dimittit.

5. Milites datis nominibus ſacramento adacti in ejus verba jurarunt, ſe illi ſecundum Deum devotiſſimos fore: nec mortem pro ejusdem atque Reipubl. ſalute recuſaturos.

6. Vetuit, ne quicquam amicorum, præter herbam, ligna, aquam, à militibus inter proficiſcendum adtingeretur.

7. Neve alius alium ad bibendum provocaret aut cogeret. ebrium in exercitu de cætero aquam potare compulit.

8. Capitali animadverſione eos punivit, qui absque miſſione caſtra atque militiam deſeruiſſent.

9. Militiam, ſacramentumque detrectantes, prædiis, villis, agris, donis militaribus privavit, ea in alios contulit.

10. Cenſum, Chunigoſteuram & Vanolehen vocant, quinque denarios modius frumenti quotannis penſitat. Contributiones.

11. Is qui militiam detrectabat, morbo aut ſenectute æs illud mulcticium militareq; pendebat. Nam munia bellica cenſumque quam accuratiſſimè exegit, quem Germanicis vocabulis, heriſchuldam ipſe, & heribannum ab exercitu, vulgus raiſogeltum ab expeditione nuncupat.

12. Et ut ſalubrem magis, quàm ambitioſum Principem ſcires, ne templis quidem munia bcelli, æs militare, utpote nervos, ſine quibus Respubl. nequaquam ſalva eſſe poſſit, condonavit.

Ea tempeſtate Sacerdotes paucis, victu, veſtitu levi, parabili ac parco, ad naturæ deſideria implenda, contenti fuerunt, decimis victitarunt, de quibus nemini quicquam contribuerunt.

13. CAROLUS, non ſolùm prædia ſtipendiaria, agros, prata, vineas, villas, molas, laterarias, calcarias, & hujusmodi redditus, vectigaliaque: item jumenta, pecudes, mancipia, verum & propriam ſupellectilem Præfectorum, Præſidum, Pontificum, Fœminarum ſacratarum, & Virorum, deſcriptam habuit. Juxta multitudinem jugerum, agrorum, opum, certus numerus militum, auri, argenti, jumentorum, boum, pecudum, rhedarum, vehiculorum, annonæ, veſtimentorum, paludamentorum, armorum, cataphractarum, galearum, gladiorum, ſcutorum, haſtarum, arcuum, ſagittarum, pharetrarum: item ferramentorum (quæ ſunt palæ, bidentes, ligones, raſtra, cophini, dolabræ, ſecures, aſciæ, ſerræ) indictus & definitus eſt.

Æqualitas monetæ, &c.

14. Vetuſtiſſimæ Francorum Legi Salicæ capita quædam addidit, quasdam ex integro ſanxit: ut de moneta, menſura, ponderibus, quæ per totum Romanum Imperium ad æqualitatem redegi.

Cameræ ſive Parlamenta Imperii.

15. Galliam in quinos Conventus diviſit, Viennenſem, Lugdunenſem, Senonenſem, Rhotomagenſem, Rhemenſem. His cætera oppida contributa. Unumquodque, jus in finitimo ſibi Conventu petere juſſum. Apud Germanos, quos Cæſar vocat Ciſrhenanos, qui in Gallia Belgica Celticaque habitant, juridici Conventus inſtituti ſunt, Veſontinus, Mogontinus, Treverenſis, Agrippinenſis, Cameracenſis.

Ordinatio Cameræ Imperialis.

16. Sanxit CAROLUS, ut in primaria cujusque regionis urbe, quam Metropolim Græca voce dicunt, Pontifex & Prætor ter quotannis, Aprili, Octobri, Januario, jus dicerent, reſponſa redderent, & primùm pauperes, viduas, pupillos, dato his prudentiſſimo patrono, diligentiſſimè audirent, inimicos reconciliarent. Vetuit inſuper, ne illi lites in diem differrent, neve calumniis locum facerent. Opulentos quidem ac locupletes, Pontifices, Præfectos, ſi qui in concordiam redire nollent, ad ſe haud aliò delegarent. Sumptuarium decretum hujuscemodi juri dicundo intentis promulgavit; quotidie Pontifici quadraginta panes, gallinaſtras tres, porcellum unum, ova quindecim: de potu modios tres, de aveno caballis modios tres; Prætori panes triginta, modios duos, cætera tantundem ſtatuit.

17. Ebrietatem inhibuit, neve alius alii propinaret.

18. Sine diſcrimine univerſos ad Evangelica oracula, ad placita Chriſti Domini Deique noſtri ſectanda coegit.

19. Nundinas diebus feſtis ademit.

20. Edixit quoque prophanum plusquam ter in anno de ſacroſancto convivio, quod Euchariſtiam nuncupamus, veſci non placere.

Feſti dies.

21. Feſtos & ſolennes ſtatosque dies Chriſto Servatori noſtro dicatos, nimirum Natalem ejus, Calendas Januarias, quando more Judæorum circumſectus eſt, Epiphaniorum ſacrificium ante octavum diem ejusdem menſis ſolenne, & Luſtrationis quarto Idus Februarii: annales verò ferias, quibus idem Chriſtus revixit, mortem atque inferos ſuperavit, ac hiſce triumphatis cœlos aſcendit, & deinde in Legatos ſuos Spiritus æthereus illapſus eſt, tantum celebrandas eſſe ſcivit. Prætereà ſacros religioſosque dies in æſtate, Divo Johanni Baptiſtæ, Divis Petro & Paulo: *in hyeme* Divo Martino (cujus ſacra ſecum ferre conſuevere Reges Franci) Andreæ, Stephano, Johanni Evangeliſtæ, & Infantibus ab Herode contrucidatis adjecit.

Scholæ.

22. Præcepit etiam, ut Monachi, Sacerdotes, literis operam ſedulo darent, emendatè & rectè ſcriberent. In omnibus contuberniis Monachorum, Epiſcoporum ædibus pueros docerent.

Mendici.

23. Mendicis palantibus vetuit quicquam tribui ſuos, ſuamque regionem inopes alere: ſanos, validos, labore victum quæritare, ac deſiderio ſufficere manus juſſit. Idcirco opes Eccleſiaſticas in locupletioribus templis in tres diviſit partes, duas egenis, tertiam ſacerdotibus attribuit. In ædibus auguſtioribus donaria æquâ lance inter egenos & Sacerdotes bipartitus eſt.

Sacer Ordo.

24. Autor & aliarum Legum fuit, in quibus cavit: Ne temerè & paſſim ſacrificiis interdiceretur: neve cadavera in fanis humarentur: neu Sacerdotes avaritiæ, Venerique dediti eſſent.

25. Ut Pontifices officio publicè in templo docendi plebem fungerentur.

26. Ut Sacerdotes avaritiam, gulam, cauponas, negotia prophana, familiaritatem mulierum evitarent, aut Sacerdotio cederent, aut tribu moverentur.

Aſyla.

27. Ut fures, homicidæ, & hujusmodi crimina committentes, ſi ad aſylum templumve fuga elapſi forent, repeterentur, atque vi eriperentur. Quod ſi quis Monachorum, Pontifexve Præfectúsve illos reddere recuſaret, ſatisdaret damni infecti compenſandiq; præſtaret, promitteret, ſi illorum quispiam aufugiſſet, id non ſua opera eſſe factum juraret.

28. Jus aſſiduè ſumma diligentia dixit, nonnunquam manè, dum indueretur, tanta temporis jactura apud eum erat.

29. Nulli plures Ducatus, Præfecturasque aut Sacerdotia conceſſit, dictitans, ſibi & alios demerendos, beneficiisque oppignerandos eſſe.

Epiſcopi.

30. In Epiſcoporum Senatum haud temerè quempiam adlegit: eruditionem atque bonitatem in cooptandis illis potiſſimum ſpectavit. Neminem niſi anteà ſibi probatum & cognitum creavit.

vit. Nam cum ordinem ad priſtinum modum & ſplendorem à D. Paulo præſcriptum reduxit. Curioſe cavit, ne quis avarus, aut ambitioſus, luxuve perditus, unquam Pontificalem apicem adipiſceretur.

31. Hildegardæ Reginæ petenti pro Sacrificulo ſuo, idem Proceribus Aulæ rogantibus reſpondit: Idoneo, etſi pauperi, jam deſtinavi. Imperatorem mentiri, aut falli non decet, ut obtrudat ſuperis, cujus vitam, mores, ingenium ignoret, & tantóne oneri par ſit, compertum non habeat.

32. Epiſcopum Mogontinum, quòd lituum aureum, diſtinctum gemmis, inſtar Cæſarei Sceptri uſurpaſſet, ſeveriſſima coërcuit oratione: eidem avariciam, & ſuperbiam pro concione propalam exprobravit, indignabundus & clamitans: En, ait, Paſtores noſtros, crucem Chriſti profeſſos, qui ſpreta cura & paſcendarum ovium ſolicitudine, oſtentatione, opibus, luxu, Imperatorem quemvis opulentiſſimum laceſſant.

33. Quendam pridie feriarum D. Martini deſignatum Epiſcopum, quòd is auctus tanta dignitate, amicis cœnam exhibens, & uti fit, mero ſeſe nimiùm onerans, ſomno deinde oppreſſus, noctu divinis rebus non interfuiſſet, rurſus Sacerdotio movit: intolerabilem negligentiſſimumq; fore ratus, qui primo die ſibi non temperaret, ut ſui compos Deum ad iracundiam non provocaret.

34. Item alium lætiorem ob Pontificatum donatum, atque geſtientem, & ab humo in equum abſque ſcanno ſive ſuppedaneo, uno impetu ſubſilientem, revocavit: Vales, inquit, ut video viribus, & eques haud malus es: tua opera in bellis, ubi tua virtus eniteſcat, indigeo. Proinde ignobili & imbecillo oves & gregem pecudum relinque.

35. Pueros, quos Clementi Scoto commiſerat, epiſtolis, verſibus, carminibus, orationibus, panegyricis, ſcriptis, ut periculum de eorum ingenio atque indole faceret, ſibi exhiberi jubet. Ubi tenuiores præter ſpem profeciſſe, Nobiles verò gaudiis corporis deditos, cultum animi neglexiſſe deprehendit, illis ad dextram ſegregatis: Vos quidem macti virtute, inquit, eſtote filioli pientiſſimi, qui noſtro Imperio gnaviter defuncti eſtis. Veſtra erunt Sacerdotia locupletiſſima, & Pontificatus maximi. Ego vos in Aulam adſciſco; ex vobis Senatores cooptabo; vos in album Prætorum & Patrum curiam adlegam. Deinde ad Nobilium liberos, quos a læva collocarat, vultu haud iram diſſimulans, ait: At vos comatuli & delicatuli, freti opibus & ſplendore parentum, noſtram Majeſtatem conſpreviſtis; vitia, otia, luxum, & inertiam bonis literis virtutibusque, contempto decreto noſtro prætuliſtis. Jubeo, & Deum immortalem teſtor, nihil penitus commodi, honoris, ne obolum quidem ab Imperatore veſtro, cujus juſſa aſpernati eſtis, expectate. Faxim, ut omnibus mortalibus ludibrio vivatis: & in vos exempla edam, niſi reſipueritis, & negligentiam diligentia expiaveritis. Scholares.

36. Univerſos Veteris ac Novi Inſtrumenti libros, librariorum imperitia, lectorum oſcitantia, interpretum inſcitia, & incuria temporum depravatos, ad amuſſim & veritatem fontis correxit. Extat publicum decretum; nec ſivit in divinis lectionibus templisque inter ſacra officia inconditos ſolœciſmos barbariſmosque inconcinnos obſtrepere. Biblia ſacra.

LUDOVICI PII IMPER. AUG. DECRETA.

Anno Chriſti 814.

COMITIORVM AQVISGRANENSIVM. de anno DCCCXIV.

IMPERATOR LUDOVICUS Auguſtus in conventu Procerum Imperii ad Aquas Graneas, Sacramenta apud ſe dicere, maximè Prætores, prorſus nihil munerum accepturos, jubet.

2. Ipſis pauperes ſummoperè commendat. Vetat inſuper, ne populum extraordinariis tributis, novis ve ſervitutibus expilent.

3. Nulli delegavit officium, ut non adjiceret: Vide quid agas: non hominis, ſed Dei Optimi Maximi miniſter es, ejusdem Sacramento authoratus es: & agamus, ne quis popularium nos accuſet. quodcunque judicabis facturúsve es, in te redundabit. ita tecum agetur, quemadmodum cum alio egeris. Non eſt enim apud Dominum noſtrum iniquitas, aut cupido, acceptióve perſonarum. Rex Deus omnibus idem, qui nos ad rerum humanarum faſtigium provexit, ut inopes plebemque ſuam ab injuria potentiorum, ſervituteque divitum defendamus & adſeramus, non ut populi labore atque ſudore partis abutamur ditemurque. Cardo & ſumma religionis Chriſtianæ in amandis, promerendis egenis conſiſtit. Hi cœlos poſſident, ab ipſis locupletes & potentiſſimos quosque mercari oportet. Exiguo conceditur miſericordia, potentes potenter tormenta patientur, Honoratiſſimus atque maximus titulus, quem Deus peculiariter ſibi vendicat, uſurpat, pauperum propugnator, pupillorum tutor, viduarum curator. Huic adminiſtrati Imperii ſui reddemus rationem.

Anno Chriſti 817.

LUDOVICI PII IMP. AUG. DECRETA.

COMITIORUM AQUISGRANENSIUM de anno DCCCXVII.

LUDOVICUS Imperator ad Aquas Graneas reverſus, Conventum Primorum Regni, more Francorum agit. Interſuere filii ejus, PIPINUS Rex Aquitaniæ, LOTHARIUS Rex Bojorum.

1. De Sacerdotum ibi luxu Imperator leges tulit, quibus Pontificibus, Monachorum Patribus, univerſis denique Sacerdotibus, veſtimenti precioſi, ſerici, gemmarum, auri, argenti etiam, in balteis, cultris, vaginis, phaleris, calcaribus, & hujusmodi, uſus interdicitur. Dicere ſolebat Imperator, portentum abominabileque inſerum ludibrium, aris addictum, devotumque ſacris, qui paupertatem Chriſti amplect. crucem ejus portare deberet, ad gloriam luxumq; prophanorum aſpirare.

2. Eodem Concilio Imperator eum quoque diem, quo Deipara Virgo terris relictis in Senatum Cœlitum adlecta eſt, faſtis addit, celebrarique præcipit.

Anno Chriſti 817.

HLUDOVVICI PII IMPERATORIS AUGUSTI

MANDATUM

De reformatione abuſuum Cleri, ex Concilio Aquisgranenſi miſſum.

AD ARNONEM SALZBURGENSEM ARCHIEPISCOPUM.

IN NOMINE Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, HLUDOVVICUS, divina ordinante providentia Imperator Auguſtus, venerabili Arnoni Salzpurgenſi Archiepiſcopo in Domino ſalutem.

Sacrum & memorabile Concilium divino nutu noſtroque ſtudio in Aquisgrani palatio nuper aggregatum, in quo multa ad propagandam Eccleſiaſticam dignitatem, præcedente & ſubſequente gratia Chriſti, diligenter tractata atq; inſtituta ſunt, tuam nullatenus credimus latere ſanctitatem. Sed quia contigit eidem ſancto & venerabili Concilio tuam non interſuiſſe paternitatem, ad tuam deſtinare decrevimus beatitudinem per præſentem miſſum noſtrum, nomine Nothonem,* *Formulas Canonicæ inſtitutionis* ab codē Sacro conventu ex ſanctorū Patrum ſparſim digeſtis ſententiis collectas, atq; in unum congeſtas. Quam etiam idcircò penes palatiū noſtrum diligenter ſcribi fecimus, ut nihil in ſe ſcriptorum vicio depravationis aut detruncationis habens ad te usq; incolumis perferretur. Quapropter volumus atq; decernimus, ut juxta Metropolitanæ ſedis tibi canonicè collatam dignitatem, noſtræq; auctoritatis ſanctionē, dioceſeos tuæ Epiſcopos & cæteros Eccleſiæ Prælatos tempore & loco congruenti ad te arceſſere facias, & hia corā miſſo noſtro memoratas inſtitutionis formulas perlegi jubeas: & quid ob exaltandum Eccleſiaſtici culminis faſtigium & animarum ſalutem idem ſacer conventus crediderit, liquidò demonſtres. Sed & his, qui in uno collegio canonicè degunt, tenendam obſervandamq; coram memorato miſſo noſtro percenſeas. At ſi alicujus cordis obtuſio eam intellegere nequiverit, huic ſive abs te, ſive ab aliis Epiſcopis, conprovincialibus ſcilicet, ejus doctrinæ fulgore nitentibus, ſobriè tradatur. Sed & in hoc nihilominus circumſpectam monemus eſſe tuam prudentiam, ut ab his, qui eas tranſcripturi ſunt, ita tranſcribantur, ut nec depravata vicio ſcriptoris, nec detruncata ab aliquo fiat, ſed ſicut prædicto miſſo noſtro eis demonſtratum fuerit, absque aliqua depravatione vel detruncatione tranſcribatur. Noveris etiam, quia ideo illius exemplar apud armarium palatii noſtri detentum eſt, ut eo probari patenter poſſit, quis eas incurioſè tranſcripſerit, vel quis aliquam ejus partem detruncaverit. Omnes ergo tuæ dioceſeos Epiſcopi, & cæteri, eas vigilanti cura tranſcribere, ſolerti ſtudio intelligere, inſtantiſſimæ aſſiduitatis exercitio divinitus adjuti operibus conplere decertent, ut cum nos hujus rei gratia inquirendæ veritatis Kalendis Septembribus, ſicut eidem ſacro & memorabili Concilio meminimus nos dixiſſe facturos, miſſos noſtros per Imperium à Deo nobis collatum deſtinaverimus, remota cujuslibet difficultatis oppoſitione, ejusdem ſalutiferæ inſtitutionis, prout Dominus eis poſſe dederit, ſtrenui inveniantur operatores. Quoniam diligenti indagine, vita comite, perquirere jubebimus quis injunctum ſibi officium ſtrenuè peregerit, vel quis in Clauſtris Canonicorum & cæteris habitationibus conſtruendis, & in neceſſariis ſtipendiis eis tribuendia. & in domibus ad receptacula pauperum reparandis Sanctioni noſtræ paruerit, quisve Clerum ſuum eadem Inſtitutione & cæteris ſpiritalibus documentis inſtruere curaverit; vel quis cauſa avariciæ eos, quos in Chriſti militia rationabiliter alere poterat, propulerit. Quia unius anni ſpacium dedimus ut ea, quæ promiſſa ſunt, absque ullius difficultatia excuſatione perfici, ubi necdum facta erant, facilimè poſſent. Nos quoque præſatum miſſum noſtrum ad tuam ſanctitatem ideò direximus, ut tuum, cæterorumque Eccleſiaſticorum in tua dioceſi conſiſtentium, diligenter atque ſubtiliter in hoc negotio intueretur ſtudium, & ut opem in cæteris commonendis ferret: qui etiam nobis referret, qualiter Prælati & Prælatæ eam libenter ſuſceperint, diligenter tranſcribere ſtuduerint, & devotè adimplere juxta vires

* Quas habes tom. 3. hujus collectionis, fol. 164.

vires curaverint. quoniam tam diu illum in tua vel conprovincialium tuorum diœceſi morari & diſcurrere unà cum miſſo tuo juſſimus, donec ab omnibus memoratæ formulæ tranſcriberentur: ut videlicet cuncta procurans, diligenterq; perficiens, cùm ad nos illum redire opere expleto tempus permiſerit, cuncta, quæ acta ſunt, veſtro utrorumq; ſcripto notentur, atq; per ipſum tuumq; miſſum noſtræ dinoſcentiæ intimentur, ut ſciamus quibus gratiarum actiones referre, quosq; etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Legatus Imperatoris ad redigendos in ordinem Clericos & Monachos.

Si verò aliquis tuæ dioceſeos eidem Inſtitutioni, veſtræq; admonitioni, procaciter reniti voluerit, & eam, quæ ab eodem ſacro & venerabili Concilio conſtituta atq; decreta eſt, quantum Dominus ei poſſe dederit, obſervare contempſerit, præcipimus ut ſi antea hujuscemodi non ſe correxerit, quicumq; ille eſt, ante præſentiam noſtram tua vel miſſi noſtri admonitione venire feſtinaret, quatenus à nobis juxta quantitatem culpæ dignè corrigatur. Direximus præterea tibi pondus & menſuram, ſecundum quæ Clericis & ſanctis Monialibus panis & potus æqualiter tribuenda ſunt. Quæ ut ab omnibus firmiſſimè atque inviolabiliter teneantur, decernimus; & ne quid incrementi aut detrimenti à quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus. Diarium Clericorum.

Tuam igitur in calce hujus epiſtolæ admonemus ſanctitatem, ut ſecundum miniſterium tibi divino munere collatum, noſtræ in hoc negocio ſaluberrimæ admonitioni obedienter & inexcuſabiliter pareas, & cæteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe juſtumq; eſt, ut quanto ſublimius ſacerdotii dignitate aliis ſupereminες, & à nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei noſtramque voluntatem exequendam, devotiorem te atque promptiorem exhibeas. Vale in Domino, & ora pro nobis.

LVDOVICI PII IMP. AVG. ET ORDINVM IMPERII

Anno Christi 818.

DECRETVM IN REGEM ROMANORVM ET COMPLICES EIVS, REBELLES Imperio & læſæ majeſtatis reos, latum in Comitiis Aquisgranenſibus, Anno DCCCXVIII.

IN Italia BERNARDUS nepos Imperatoris ex fratre, quorundam pravorum conſultorum conſiliis obſequens, aditus omnes in Italiam patruo præcludit: univerſas urbes in ſua verba jurare cogit. Authores hujus conſpirationis Epiſcopi erant Anshelmus Mediolanenſis, Woltoldus Cremonenſis, Theodolphus Aurelianenſis: Proceres verò Aulæ, Egideus amicorum Regis primus, Reginhartus Cubiculi Præfectus, Reginharius Maginharii filius, cujus avus Hartradus olim in Germaniæ Francia cum multis ex ea regione Nobilibus adverſus CAROLUM MAGNUM conſpirarat. Celtæ & Itali BERNARDO: Belgæ & Germani AUGUSTO favebant. Ad hos motus comprimendos Imperator ex omni Germania Galliaq; comparato quam celerrimè exercitu, in Italiam contendit. Bernardus à ſuis deſertus, rebus ſuis diffidens, armis abjectis, apud Cabillonem Heduorum urbem Burgundiæ patruo ſe dedit. Quem cæteri ſecuti, non ſolùm ſe tradunt, ſed ultrò etiam non admoti quæſtionibus, omnem technam hujus rebellionis detegunt. Auguſtus omnibus adverſariis in ſuam poteſtatem redactis, in annum ſequentem, qui fuit reſtituti orbis octingenteſimus duodeviceſimus, ad Aquas Graneas, cum ibi hyemaſſet, in Majum menſem, Conventum Imperii indicit. Ubi Procerum ſententia juxta leges Romanas Salicamq;, Rex cum ſociis omnibus & conſciis adfectatæ tyrannidis, læſæ majeſtatis reus peragitur, capitaliq; ſupplicio condemnatur. Verùm Imperator nepotem vita donatum, luminibus duntaxat privari, monaſterio concludi jubet: bona publicata confiſcataq; ſunt. Epiſcopi decreto tribu Sacerdotum moti ſunt, in cœnobiaq; relegari.

MICHAELIS BALBI ET THEOPHILI IMPP. CONSTANTINOPP.

Anno Christi 824.

EPISTOLA

DE NON ADORANDIS IMAGINIBVS, AD LVDOVICVM PIVM Imperatorem Romanum, de anno Domini DCCCXXIV.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, UNIUS SOLI VERI DEI.

MICHAEL & THEOPHILUS fideles in ipſo Deo Imperatores Romanorum, dilecto & honorabili fratri HLUDOWICO glorioſo regi Francorum & Langobardorum & vocato eorum Imperatori.

Notum eſſe non ambigimus veſtræ ſpiritali dilectioni, ſcriptum eſſe, a *omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.* Et iterum ait Spir. S. per ſanctiſſimum Salomonem: b *Per me reges regnant, & potentes ſcribunt juſtitiam.* Et per quendam Prophetam ait: c *Ego ſuſcitavi eis cum juſtitia regem.* Nam quidem hæc à Deo data Domini & Salvatoris noſtri dona ſuſcepimus, propterea hoc dignum putamus omnibus unius tribus noſtræ fidelibus & orthodoxis Chriſtianis, & maximè veſtræ Chriſto dilectæ & pacificæ gloriæ, omnia, ſi poſſibile eſt, ſubtiliter adnuntiare. Attamen ut non multa loquamur, brevem in ſermone hoc rationem vobiscum facie-

a Jacob. 1.
b Proverb. 8.
c Iſa. 45.

mus. Duo enim capitula magna & præcipua eſt nobis cordi intimare. Unum, quia diſpoſitor omnium bonarum rerum dominus Jeſus Chriſtus verus Deus noſter adduxit ad Imperii dignitatem. Alterum, quod permiſit propter quædam peccata ſubjecti populi ſui provenire quaſdam tribulationes. Sed ut faciliùs intelligi poſſit, breviori ſermone comprehendi poteſt. Attamen neceſſe nobis videtur, ut initium rei quam proſequuturi ſumus, tractare incœmus hoc modo.

Igitur tempore Leonis, qui ante nos hoc imperium tenuit, quidam homo, Thomas nomine, antiqui diaboli diſcipulus, & ejus operum promptus perpetrator fuit. Is cùm eſſet cuidam ex maximis Patriciis ſubjectus, tempore quo Herena imperium tenuit, fraudem operatus eſt in dominum ſuum, ſcilicet concubuit cum uxore domini ſui. Cum hæc res ad notitiam perveniſſet, profugit in Perſas, timens legalem ſubire ſententiam. Qui cùm illic moras feciſſet, à diebus præfatæ Herenæ, usque ad prædictum Leonem, fidem Chriſti abnegans, & hoc modo proditor fidei Chriſtianæ fuit, quo faciliùs potuiſſet multos infideles Sarracenorum & cæterarum aliarum gentium ad ſuam perducere voluntatem. Suggerebatque eis quòd ipſe eſſet Conſtantinus, filius ſæpè dictæ Herenæ Imperatricis, & quod alter pro eo eſſet oculis privatus, & ipſe inlæſis oculis ſanus evaſiſſet. Pro qua re prædicti gentiles ei adhæſerunt. Primùm quidem cœpit cum eis exercere latrocinia & alios vi ſibimet ſociare,
* ſort. præbuione. quosdam verò * perditione pecuniarum, quosdam quidem honorum & dignitatum promiſſionibus ſolicitavit. Et ut hæc compendioſiùs expediam, idem Thomas exiens de Perſide cum Sarracenis & Perſis, Hiberis, Armenis & Avasgis, & reliquis gentibus alienigenarum tempore prædicti Leonis ſubito cum prædicta manu valida perpræliaret, direptione ſibi ſubdidit totum Armeniæ Ducatum, ſimul & Ducatum Chaldeæ, quæ gens montem Caucaſum incolit, nec non & Ducem Armeniacorum cum manu valida devicit.

His ergo ita geſtis, ut plurima omittamus propter ſuperfluitatem verborum, quæ in hac tempeſtate tribulationum contigerunt, cujus tyranni impetum non valens memoratus Leo Imperator ſuſtinere, & in his anguſtiis conſtitutus de recuperatione deſperans, à quibusdam improbis conjuratione in eum facta ſubitò occiſus eſt. Quo interfecto, & cùm nemo tunc imperâſſet, per adjutorium patris & filii & ſpiritus ſancti, unius conſubſtantialis divinitatis, & per interceſſiones dominatricis & intemeratæ Dei genitricis & omnium ſanctorum, convenit univerſa multitudo ſecundùm antiquum morem, videlicet beatiſſimus Patriarcha, glorioſi Patricii noſtri, inluſtres ſenatores & Principes, qui illic tunc affuerunt diverſarum provinciarum, quorum omnium conſenſu ad hoc imperium elevati ſumus, maximè propter imminentes anguſtias & tribulationes, quas faciebat homicida ille & proditor patriæ. Fuimus enim noti inluſtribus Principibus noſtris & cari.

Hoc modo ad imperium provecti, invenimus Chriſtianos diviſos & diſcordantes, & ut veriùs dicamus, plurimos invenimus illius impii Tyranni errorem & impietatem ſequentes, & ob hoc non potuimus facilè illos fideles noſtros Chriſtianos ad hoc adunare, ut eum expugnare valuiſſemus. Quibus caſibus nos impediti, ille hac occaſione accepta, ſolicitando ſibi plurimos ſociavit, & ex claſſibus noſtris & dromonis collectis poteſtatem habuit veniendi partibus Thraciæ & Macedoniæ, & ſic feſtinus veniens civitatem noſtram obſedit, & navali exercitu circundedit eam in Menſe Decembri xv. Indictione. Nos autem, quamvis nobiſcum paucitas militum & pugnatorum eſſet, non prætermiſimus, quin ſemper cum eis congrederemur in certamine, & eos à civitate repelleremus. Sed cùm ille, (ut ſuperiùs dictum eſt,) hoſtium validam manum habuiſſet, non ſolùm de his, quos ſupra memoravimus, ſed etiam de Aſiæ & Europæ partibus Thraciæ Macedoniæ, Theſſaloniæ & circumjacentibus Sclaviniis; hæc cauſa prolongavit obſidionem noſtram, hæc eadem obſidio modò propior modo longior usque ad unius anni ſpatium perſeveravit.

Nos autem videntes illius diaboli & homicidæ longam pertinaciam & ignaviam, & ſeductionem Chriſtianorum, qui ab eo ſeducti ſunt, poſuimus ſpem noſtram & virtutem in Chriſtum verum Deum noſtrum adjutorem & corroboratorem, atque cum ſincera fide civitatem noſtram ingreſſi ſumus adverſus illum tyrannum, qui tunc ferè triginta milibus ab urbe noſtra reſidebat. Cumque prælium committeremus, ipſe Dominus Deus noſter, qui ſemper adjutor & protector imperii noſtri eſt,
Joſu. 1. miſit principem militiæ virtutis ſuæ, ſicut legitur feciſſe Jeſu Nave, & diſſolvit ac diſſipavit virtutem eorum, & prævalere nos fecit adverſus eum. Volentes Chriſtianis parcere, receptui canere juſſimus, & noſtros à cæde coërcuimus. Et hac occaſione pagani & alienigenæ, qui cum Thoma perditionis eorum auctore fuerant, evaſerunt, & in fugam verſi ſunt, & à nobis perſecuti, in quadam civitate provinciæ Thraciæ nomine Arcadiopoli incluſi ſunt. Quidam autem ipſorum diſperſi in montibus ſe occultaverunt. Pars autem eorum intraverunt in Panadus civitatem.

Nos ſit, miſſis exercitibus noſtris, eos obſideri fecimus. Sed ipſa civitas, in qua Deo odibilis & immemorabilis erat, cum ſuis ſequacibus per quinq; menſes obſeſſa eſt, volẽtes ſicut diximus populo noſtro parcere & civitati, vivũ tum cepimus, & omnes, qui cum eo erant, tam contribules quam etiam alienigenas. Et ipſum quidem Thomam, amputatis manibus & pedibus, patibulo ſuſpendi juſſimus. Duo verò, qui dicebantur ei filii eſſe adoptivi, alter eorum in Aſia a fidelibus noſtris interemtus eſt, & alterum eadem morte, qua pſeudopatrem ejus, condemnare juſſimus. Et hoc modo deleta eſt memo-
Pſal. 9. ria eorum de terra in ſeculorum ſecula, juxta id quod ſcriptum eſt; *inimici defecerunt framea in finem.* Sarracenos quoque omnes & Armenios & reliquos, qui de prælio evaſerunt, omnes vivos cepimus, & ſecundùm Dei diſpoſitionem nos in eis ulti ſumus. Deinde profecti pervenimus ad caſtellum, quod dicitur Panadus, in quo ſupra memoratam partem inimicorum noſtrorum confugiſſe di-

ximus,

ximus, quibus nos vitam promiſimus, ſi ad fidem noſtram venire voluiſſent. Sed illi noſtris juſſionihus parere nolentes, quia magis mori quàm in deditionem venire maluerunt, immiſit eis Deus terræ motum, qui concuſſit civitatem, à quo muri ejus diruti ſunt, ſicut de Hierico accidiſſe legitur, Joſ. 6. & eo modo traditi ſunt in manus noſtras. & hoc omnipotentis Dei miraculum in nobis ſactum eſt, quod miraculum nequaquam exiſtimavimus eſſe celandum, ſed ubique gloriam Dei & magnalia ejus adnuotiandum. Et hoc modo cum triumpho victoriæ ad palatium noſtrum reverſi ſumus.

Et ex eo tempore omnes Chriſtiani imperii noſtri ad unitatem pacis & priſtinam concordiam redierunt, glorificantes & magnificantes propugnatorem noſtrum, Dominum Jeſum Chriſtum, qui ad unitatem fidei coadunare populum ſuum dignatus eſt, in ſubjectionem, quod ab eo eſt, imperii noſtri. Quocirca dignum exiſtimavimus, hæc quaſi pacifico amico & ſpiritali fratri noſtro, & ut credimus ſocio gaudii à Deo imperii noſtri maniſeſta ſacere, quæ nnbiſcum acta ſunt, ut pariter, ſicut unius ejusdemque fidei & religionis cultoribus facere oportet, laudibus & hymnis conlaudemus & gloriſicemus Salvatorem noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum. Oportuerat enim ſtatim in exordio imperii noſtri ſicut ſpiritali fratri noſtro & pacifico amico, per veros apices ooſtros, quæ erga nos geſta ſunt, vobis maniſeſtare: Sed, ſicut ſuprà dictum eſt, præfati tyranui & rebellis ac turpi morte coademnati Thomæ ſeditio nos facere probibuit.

At verò nunc dedit Deus nobis hoc præſens opportunum tempus, poſt ejus interfectionem, & coadunationem & concordiam populi noſtri. Et ideò juſtum exiſtimavimus, mittere ad veſtram gloriam Theodorum Protolpatharium noſtrum & Stratigon, Nicetam ſanctiſſimum Metropolitanum Myrdenſem Liciæ, Fortunatum Archiepiſcopum Venetiæ, Theodorum reverendiſſimum Diaconum & Oeconomum iſtius ſanctiſſimæ Dei Catholicæ & magnæ Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, & Leonem noſtrum Candidatum. Et non tantùm per has ſyllabas, ſed & per ipſos viros adnuntiamus veſtræ gloriæ omnia, quæ propoſita ſunt, ut tam per eos, quàm quæ & per miſſos veſtros iterum ſcire poſſimus veſtræ dilectionis ſanitatem, ſimulque fidelium veſtrornm incolumitatem, nec non & omninm rerum veſtrarum apud vos conſiſtentium proſperitatem. Porrò nunc per bas noſtras veras & fideles ſyllabas corroboramus & confirmamus priorem pacem & amicitiam inter vos & nos conſtitutam, deprecantes mediatorem ejusdem pacis Dominum qui dixit; *Pacem meam do vobis,* Joan. 14. *pacem meam relinquo vobis,* eandem pacem & charitatem ſplendidiorem & robuſtiorem facere, & oſtendere temporibus & poteſtatibus præteritis, quoniam & nos ſic tenemus & ſperamus, quòd & veſtra glorioſiſſima poteſtas ita conſentiat, ſicut & noſtra. Charitas enim & pax utramque poteſtatem ſecundum Dominicam vocem poteſt & ſervatrices mandatorum ejus efficere. Dixit enim; *Qui diliget me, mandata mea cuſtodit.* Joan. 14. Joan. 13. Et iterum; *In hoc cognoſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis adinvicem.*

Sed & hoc veſtræ Chriſto amabili dilectioni maniſeſtamus, quia multa de Eccleſiaſticis ſeu & laicis viris alieni de apoſtolicis traditionibus facti, & neque paternos terminos cuſtodientes, facti ſunt inventores malarum rerum. Primum quidem honorificas & vivificas cruces de ſacris templis expellebant, & in eadem loca imagines ſtatuebant. ponebantque lucernas coram eis, ſimul & incenſum adolebant, atque eas in tali honore habebant, ſicut honorificum & vivificum lignum, in quo Chriſtus verus Deus noſter crucifigi dignatus eſt propter noſtram ſalutem. Pſallebant & adorabant, atque ab eisdem imaginibus auxilium petebant. Plærique autem linteaminibus easdem imagines circundabant, & filiorum ſuorum de baptiſmatis fonte ſuſceptrices faciebant. Alii verò religioſum habitum monaſticum ſumere volentes, religioſiores perſonas poſtponebant, qui priùs comam capitis eorum ſuſcipere ſolebant, adhibitis imaginibus quaſi in ſinum earum decidere capillos illorum ſinebant. Quidam verò ſacerdotum & clericorum colores, de imaginibus radentes, immiſcuerunt oblationibus & vino, & ex hac oblatione poſt miſſarum celebrationem dabant communicare volentibus. Alii autem corpus Domini in manus imaginum ponebant, unde communicare volentes accipere fecerunt. Nonnulli verò ſpreta Eccleſia, in communibus domibus, tabulis imaginum pro altariis utebantur, & ſuper eas ſacrum mioiſterium celebrabant, & alia multa his ſimilia illicita, & noſtræ religioni contraria, in Eccleſiis fiebant, quæ à doctioribus & ſapientioribus viris ſatis indigna eſſe videbantur.

Propterea ſtatuerunt orthodoxi Imperatores, & doctiſſimi ſacerdotes, locale adunare Concilium ad inquiſitionem ſuper his habendam, qui in idipſum convenerunt, ſancto ſpiritu inſpirante. Talia ubique communi coofilio fieri prohibuerunt, & imagines de humilioribus locis efferri fecerunt, & eas, quæ in ſublimioribus locis poſitæ erant, ut ipſa pictura pro ſcriptura haberetur, in ſuis locis conſiſtere permiſerunt, ne ab indoctioribus & infirmioribus adorarentur, ſed neque eis lucernas accenderent, neque incenſum adolerent, prohibuerunt. Quemadmodum & oos nunc ſentimus & tenemus abjicientes de Eccleſia Chriſti eos, qui hujusmodi malignis inventionibus ſtudent.

Propterea quidam illorum, qui noluerunt ſuſcipere Concilia localia, & à veritate redargui, fugerunt hinc, & venerunt ad antiquam Romam à Deo conſervatam, injuriam & calumnias eccleſiæ inſerentes, & veræ religioni detrahentes, quorum peſſima verba & blaſphemiis plena poſtponentes noſtra potius orthodoxa gloriæ tuæ maniſeſta facimus, quia nos ſymbolum ſanctarum & univerſalium ſex Synodorum, quod ab omnibus orthodoxis Chriſtianis tenetur, non tantùm prædicamus, ſed etiam inviolabiliter corde tenemus.

Trinitatem in tribus perſonis diviſam colimus, unitatem unius divinitatis naturam confitentes,

ex

ex virgine temporalem Verbi nativitatem prædicamus, divinitatis & humanitatis duas [illegible] & operationes* gloriamur: Poſtulante interceſſiones & interpellationes inviolatæ dominatrici noſtræ Dei genitricis ſemper virginis Mariæ & omnium Sanctorum. Glorioſas autem & ſanctas reliquias, eorum cum fide veneramur, & quicquid aliud à beatiſſimis Apoſtolis traditum, & à ſanctiſſimis Patribus in eiſdem ſex ſynodis conſtitutum eſt, & confitemur & tenemus.

* Baron. glorificamus.

Unde honorem Eccleſiæ Chriſti quærentes, fecimus literas ad ſanctiſſimum Papam antiquæ Romæ, & eas miſimus per prædictos miſſos noſtros ad eum, dantes eis Evangelium aureum ex lapidibus pretioſis ornatum, ſimiliter & patenam auream, & ipſam ex lapidibus pretioſis, ornatam, & calicem ſimili modo ornatum, ambobus inſcripta imperii noſtri nomina, ut Deo jubente illuc pervenientes offerant ea ad templum ſanctiſſimi & beatiſſimi Apoſtolorum principis Petri, qui intercedat pro nobis & vobis.

De cætero ordinet veſtra ſpiritalis dilectio, ut cum omni honore & illæſione ad eum veniant, auxilium eis ferentes in his, quæ Deo placeant, & ad honorem ejus pertineant in ſatisfactionem caritatis, quæ inter nos eſt, jubentes ei, ut ſi à modò manifeſti fuerint quidam ſeductores Pſeudochriſtiani eccleſiæ calumniatores, illuc eos expellere, ut quod ſcriptum eſt, de his adimpleatur. Dicit enim ſcriptura; *Ejicite malum de medio veſtri*, ut non tantùm in republica ad invicem concordemus, ſed etiam & de magna re, quæ ad ſalutem animæ pertinet, id eſt, eccleſiaſtica & Deo amabilia conſentiamus.

Deut. 21, 22.

Cauſa memoriæ dilectionis, quæ inter nos eſt, miſimus per prædictos Miſſos noſtros praſino-vultim unum, milinovultim unum, tyrca duo blattas veras * duas dirodina duo, diventa duo.

Abſoluta menſ. April. die x. Indict. 11. à Deo conſervata regia urbe.*

* ſive, bidapha.
* al. conſecrata.

Anno Chriſti 825.

LUDOVICI PII ET LOTHARII. IMPP. AUGG.

SYNODUS PARISIENSIS

De Cultu imaginum, habita ſub Anno Domini DCCCXXV.

SYNODUS PARISIENSIS,

EXCELLENTISSIMIS AC VICTORIOSISSIMIS DEOQUE AMABILIBUS AUGUSTIS DOMINIS HLUDOWICO ET HLUDHARIO SERENISSIMIS IMPERATORIBUS.

NOS ſervi ac fideliſſimi oratores veſtri, qualiter proximis Kalendis Novembris apud Pariſiorum urbem juxta præceptum veſtræ magnitudinis in unum convenimus, qualiterq; de negotio à veſtra pietate nobis injuncto, de cauſa videlicet imaginum, egerimus, ad memoriam veſtræ celſitudinis reducimus. Sed ut meliùs nobis manifeſtum fieret, ob quam cauſam veſtra pietas, quæ erga Dei ſanctæq; ſuæ eccleſiæ amorem ardentiſſimè flagrat, ad hoc inquirendum primum accenſa fuerit, neceſſarium duximus, initium hujusce rei cognoſcere, & ideò primùm epiſtolam domini Hadriani Papæ, quam pridem pro imaginibus erigendis Conſtantino Imperatori & Herenæ matri ejus ad eorum deprecationem in transmarinis partibus direxit, coram nobis legi fecimus, & quantum noſtræ parvitati res patuit, ſicut juſtè reprehendit illos, qui imagines Sanctorum temerario auſu in illis partibus confringere, & penitus abolere præſumſerunt, ſic indiſcretè noſcitur feciſſe in eo, quòd ſuperſtitioſè eas adorare juſſit. pro quarum etiam cauſa ſynodum congregari præcepit, & ſua auctoritate ſub jurejurando cenſuit, ut erigerentur & adorarentur, & ſanctæ nuncuparentur, cùm eas erigere licitum, adorare verò nefas ſit. Inſeruit etiam in eadem epiſtola quædam teſtimonia ſanctorum patrum, quantum nobis datur intelligi, valdè abſona, & ad rem de qua agebatur, minimè pertinentia.

Ex hujus namque epiſtolæ textu, Imperator & clerus, ſimulq; & populus, auctoritatem ſumentes ſynodum fecerunt, in qua ſicut illi multum deviaverunt, qui imagines Sanctorum in illa alia Synodo, quæ ſub Conſtantino avo memorati Conſtantini facta eſt, penitus abdicandas eſſe decreverunt: ſic iſti non mediocriter erraverunt, qui eas non ſolùm coli & adorari, & ſanctas nuncupari ſanxerunt: verùm etiam ſanctimoniam ab eis ſe adipiſci profeſſi ſunt. Et ut id verum eſſe quod nitebantur adſtruere, demonſtrarent, quædam ſanctarum ſcripturarũ teſtimonia & ſanctorum patrum dicta ad ſuum ſuperſtitioſum errorem confirmandum violenter ſumſerunt, & eidem ſuo operi incompetenter aptaverunt, quoniam non eo ſenſu, quo dicta, nec eo intellectu, quo à ſanctis patribus expoſita ab illis eſſe produntur prolata vel intellecta.

Eandẽ porrò ſynodum cum ſanctę memoriæ genitor veſter coram ſe ſuisq; perlegi feciſſet, & multis in locis, ut dignum erat, reprehendiſſet, & quædam capitula, quæ reprehenſioni patebant, prænotâſſet, eaq; per Angilbertum Abbatem eidem Hadriano Papæ direxiſſet, ut illius judicio & auctoritate corrigerentur, ipſe rurſus favendo illis, qui ejus inſtinctu tam ſuperſtitioſa tamq; incongrua teſtimonia memorato operi inſeruerant, per ſingula capitula in illorum excuſationem reſpondere quæ voluit, non tamen quæ decuit, conatus eſt. Talia quippe quædam ſunt, quæ in illorum objectionibus oppoſuit, quæ remota pontificali auctoritate, & veritati & auctoritati refragantur. Sed licet in ipſis objectionibus aliquando abſona, aliquando inconvenientia, aliquando etiam reprehenſione digna teſtimonia defenſionis gratia proferre niſus ſit, in fine tamen ejusdem apologię ſic ſe ſentire & tenere & prædicare ac præcipere de his quæ agebantur, profeſſus eſt, ſicut à beato Papa Gregorio inſtitutum eſſe

eſſe conſtabat. Quibus verbis liquidò colligitur, quod non tantum ſcienter, quantum ignoranter, in eodem facto à recto tramite deviaverit. Nisi enim in concluſione objectionum ſuarum retinaculis veritatis, beati ſcilicet Gregorii inſtitutis, adſtrictus iter devium præcaviſſet, in ſuperſtitionis præcipitium omnino labi potuiſſet.

His igitur pro captu ingenii animadverſis & intellectis, ut pleniùs etiam nobis cuncta pateſcerent, fecimus epiſtolam nobis relegi, quam vobis Legati Græcorum anno præterito detulerunt. Venerabilis namq; Freculfus Epiſcopus ſubtiliter prudenterque, qualiter ipſe & Adegarius ſocius illius, de hac re cum domino Apoſtolico & cum venerandis Epiſcopis & miniſtris illius egiſſent, viva voce parvitati noſtræ innotuit. Sed cùm prudenti relatu illius cuncta cognoviſſemus, qualiter partim veritatis ignorantia, partim peſſimæ conſuetudinis uſu hujus ſuperſtitionis peſtis illis in partibus inoleviſſet, & priora & poſteriora ſtudioſiſſimè conſideraſſemus, intellexinius, quantum nobis res patuit, quo zelo ad hæc conſideranda veſtra ſancta devotio excitata fuerit. Non enim ignoramus, animum veſtrum magno tædio poſſe affici, cum illos à recto tramite quoquomodo conſpicitis deviare, qui ſumma auctoritate præditi, deviantes quosque debuerant corrigere. illo nempe zelu accenſi eſtis, de quo beatus Paulus Apoſtolus dicit; *Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* 2. Cor. 11. Cum enim duos in periculo conſtitutos conſpexiſtis, & a via regia declinantes, unum ſcilicet ad ſiniſtram in abruptum confringendarum imaginum prolapſum: alterum verò ad dexteram in ſuperſtitioſam videlicet earundem imaginum adorationem proclivom, voluiſtis vos affectu pietatis medium opponere, & utriusque partis morbo ſalutiferam medicinam conferre.

Sed quoniam maximum vobis in eo obſtaculum erat, eo quòd pars illa quæ debebat errata corrigere, ſuaq; auctoritate hujuſce ſuperſtitionis errori obviiti, ipſa prorſus eidem ſuperſtitioni non ſolùm reſiſtere, verùm etiam incauta defenſione contra auctoritatem divinam & ſanctorum patrum dicta nitebatur ſuffragari: aperuit vobis dominus oſtium juxta optatum vobis deſiderium, ut licentia vobis ab eadem tribueretur auctoritate tantæ rei cum veſtris quærendi familiariter veritatem, ùt quoniam inerat vobis voluntas conſulendi, & deerat auctoritas quærendi, ejus auctoritate quæreretis veritatem, cujus auctoritas deviare videbatur ab ipſa veritate, quatenus ſancto veſtro deſiderio ac vigilanti ſtudio veritas pateſacta, dum ſe in medium oſtenderet, etiam ipſa auctoritas volens nolensq; veritati cederet atque ſuccumberet. Verum quoniam fratrum ſalus non eſt negligenda, & eminens auctoritas non eſt facilè reprehendenda, viſum eſt extremitati noſtræ, ut omnis veſtræ ſerenitatis ſermo ad illos ſpecialiter ex Apoſtolicarum auctoritate literarum dirigatur, quorum primum causâ ad hæc quærenda eſtis excitati, & quicquid reprehenſione in utrisque partibus dignum cognoſcitur, ad illorum perſonam potiùs referatur, qui uberè admoneri poſſunt, & quorum ſcandalum, ſi pro veritate ortum fuerit, faciliùs tolerari poteſt.

Credimus itaque, quod illos reprehendendo, illisq; compatiendo, iſtos verò demulcendo, laudando & præferendo, eorumq; auctoritatem magnis laudum præconiis efferendo, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ condignam laudem deferendo, veritatem tamen ex teſtimoniis ſanctarum ſcripturarum & ſententiis ſanctorum patrum in medium proferendo, & veraciter ſobrieq; exponendo, poterit veſtra ſanctiſſima devotio, ſicut optat, utrisq; conſulere. Sic quippe refragator vinculis veritatis modò blandiendo, modò honorando, modò ſecundùm rationem veritatem demonſtrando ſubtiliter adſtrictus, non audebit aliter docere, quàm quod veritas habet, nec poterit aliter tenere, quàm quod veritas habet, nec poterit aliter tentare quam quæ veritatis documento aliis tenendum tradiderit.

Tali nempe modo viſum eſt noſtræ mediocritati, ut utriusq; partis ſaluti commodiſſimè prodeſſe, magnamque vobis à Domino remunerationem hujus rei gratia præparare poſſitis. Credimus ſanè, quia quanquam aliqua ex parte ſuperſtitioſam ſibi conſuetudinem fortè vindicare velint, nullatenus tamen ab eadem Sede aliter quàm auctoritas & veritas ſe habet, mandare in aliquam partem præſumet. Verebitur ſiquidem poteſtatem veſtram, auctoritatem Sedis, & teſtimonia veritatis. Cum igitur à veſtra ſancta devotione ita peracta fuerint, licèt, quod non optamus, in aliquo aut iſti aut illi deviare voluerint, & veſtram ſaluberrimam admonitionem, quæ tota ex auctoritate veritatis proferetur, audire contempſerint, non minor ob id vobis à Domino recompenſatio fiet, quia totum ſecundum verba beati Heliæ Prophetæ, *quod veſtrum fuit facere ſtuduiſtis.* 3. Reg. 19.

Nos denique ſervi veſtri, ſicut ſuperiùs præmiſſum eſt, in unum convenientes, & de nobis injunctis pro captu intelligentiæ noſtræ familiariter conferentes, teſtimonia ex auctoritate divina & ſententiis ſanctorum patrum, quas prout temporis anguſtia permiſit, collegimus, & coram nobis legi fecimus, & quicquid in his de negotio, de quo agitur, neceſſarium aptumq; judicavimus, & in unum conſcribere ſtuduimus, veſtræq; imperiali potentiæ per venerabiles viros Halitgarium & Amalarium dirigere præſumſimus, ut videlicet veſtra à Deo vobis conlata ſapientia ex his eligat, quicquid neceſſarium ac utileq; ad idem negotium pertinens judicaverit. Obſecramus itaq; humiliter abundantiſſimam clementiam veſtram, ut non nobis adſcribatur, quicquid ibi minus aut indecens, aut inventum fuerit. Vere enim fatemur, quia anguſtia temporis præpediente, nec quanta voluimus, nec quanta potuimus, collegimus: ſed tantum veſtris ſacris juſſionibus, ut decet & oportet, totis niſibus parere cupientes, quæ parvo in tempore ad manus nobis occurrere potuerunt, breviatim collegimus & huic opuſculoq; ad veſtram ſagaciſſimam examinationem inſeruimus. Nam quidam noſtrorum de longè venientes non habuerunt ſpatium temporis quærendi: quidam verò nec cauſam, pro qua ad hunc conventum vocati ſunt, donec pervenerunt veraciter noſſe potuerunt. Moduinus namq; infirmitate, in qua diutiùs nunc laborat, detentus venire nequivit.

Scit

Scit itaq; pleniſſimè excellentia veſtra; quia illud quod per omnes [illegible] orum libros i[illegible] ri neceſſitas urget, prolixi temporis ſpatio ad legendum indiget. Nam [illegible] ſ[illegible]um [illegible] nobis tributum fuiſſet, tanta domino opitulante poteramus colligere, quæ hu[illegible] peri c[illegible]pios[illegible] rarit abundare. Tamen in his, quæ collecta ſunt, ſummam hujus negotii, de quo agi[illegible], d[illegible] comprehenſam eſſe juxta auctoritatem divinam & ſanctorum patrum ſententias arbitramur, ita [illegible] delicet, ut unusquisque fidelis ea perlegens animadvertere q[illegible]t, quod imagines ſanctorum ſtu[illegible] præſumtione non ſunt confringendæ, & ad injuriam ſanctorum abo[illegible]endæ, & penitus diſpici[illegible] nec aſſertione ſuperſtitioſa colendæ aut adorandæ, ſed potius hujuſcemodi ſuperſtitione remota, juxta veram religionem memoriæ & amoris cauſa, ob recordatio[illegible] eorum, quorum imagines habendæ, ſicut a beatiſſimo Gregorio ſatis catholicè perſpicueq; dictum declaratur.

Quia igitur nos his, qui in ſacra ſede beati Petri Apoſtoli reſident, dignam honoris reverenti[illegible] jure tribuendam non dubitamus, & illorum erga imagines ſuperſtitioſam venerationem quidam vi ſu, omnes verò aliorum relatu cognoſcimus, voluimus primum contra illos ſententias ponere, qui imagines præſumtioſa temeritate confringere præſumſerunt, quatenus inde iſti animati aliorum er rata valentiùs vobiſcum corrigerent, & ad ſuam ſuperſtitionem cognoſcendam veritati[illegible] teſtimonia ſuſcipienda animum facilius flecterent. Sicut igitur nobis videtur, & ſuperiùs præmiſimus, apertè ſermo veſtræ correctionis contra illos usquequaque dirigi poteſt, à quibus vobis illa epiſtola, quam relegimus, directa eſſe cognoſcitur. Quoniam ejus textu utramq; partem reprehenſione dignam demonſtravit, & illam [illegible], quæ indebito ac ſuperſtitioſo cultu imagines venerabatur, & illam, quæ ab inferioribus locis eaſdem imagines evertere ac delere præcepit. Et ideò credimus, quanqu[illegible]m cætera alia ſecundùm auctoritatem veritatis, ſicut in ſuis ſcriptis continetur, idem Imperator fecerit, propter hoc tamen factum quoſdam illarum partium infirmos ſcandalizaſſe, nec non quoſdam noſtræ urbis Romanæ perturbaſſe.

Ad exaltationem & pacem ſanctæ ſuæ eccleſiæ humilimam Deoque amabilem, ac Chriſtia[illegible]æ religioni neceſſariam Dominationem ſerenitatis veſtræ Dominus Jeſus Chriſtus incolumen dextera ſuæ pi[illegible]tatis tueri, ac felici protectione per immenſum conſervare, & poſt hujus vitæ curſum ſupernis civibus conſortem dignetur efficere.

CAPUT PRIMUM.

CONGRUUM NECESSARIUMVE JUDICAVIMUS PRIMUM SENTENTIAS SANCTORUM PATRUM COLLIGERE CONTRA [illegible]S QUI IMAGINES NON SOLUM AB ÆDIBUS [illegible]ED ETIAM A SACRIS VASIS IN[illegible]CRETE ABOLERE PRÆSUMUNT.

Ex [illegible] Euſebii Eccleſiaſticæ hiſtoriæ VII. Cap XV.

VERUM *[illegible] jus fecimus mentionem, juſtum videtur commemorare etiam illud in ea geſtum, quod hiſtoria dignum duximus, mulierē quam ſanguinis profluvio laborantē a Salvatore curatam [illegible], hujus urbis civem conſtat fuiſſe, domusq; ejus in ea etiā nunc oſtenditur. Pr[illegible] foribus vero domus ipſius baſis quædam in loco editiore collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius velut genibus provolu[illegible] palmasq; ſimpliciter tendentis imago ære videtur expreſſa. Adſtat vero alia ex [illegible] nihilominus fuſa ſtatua habitu virili ſtola comta circumdata, & dexteram mulieri porrigens. Hujus adpe[illegible] ejuſdem nova ſpecie naſcitur, quæ cum exorta fuerit, excreſcere usq; a[illegible] illius a[illegible] dumenti [illegible], quam cum ſummo vertice creſceres herba contigerit, vires inde ad depel[illegible] om[illegible]es mo[illegible] languoresq; conquirit, ita ut quæcumq; illa fuerit infirmitas corporis hauſtu exiguo m[illegible] depellatur, nihil omnino virium gerens, ſi antequam circa fimbriæ [illegible] nitatem creſcendo contigerit decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus JESUS formatam tradebant, et permanſi[illegible] ad noſtra usq; tempora, ſicuti ipſi oculis noſtris inſpeximus, & nihil mirum [illegible], qui ex ge[illegible] bus credi derant, pro beneficiis quæ a Salvatore fuerant conſecuti, hujusmodi velut munus [illegible]. Cum videamus etiam nunc & Apoſtolorum Petri & Pauli vel ipſius Salvatoris in[illegible] [illegible], tabulisq; depingi, ſed & antiquas ipſorum imagines a quibusdam conſervatas nos vidimus. Quo[illegible] videtur ex gentili conſuetudine indifferenter obſervatum, quod ita ſoleant h[illegible]orare quos honore dignos duxerunt. Inſignia etenim veterum reſervari ad poſterorum memoriam, illorum honoris, horum vero amoris indicium eſt.*

In Actibus Sylveſtri Papæ leguntur.

APPARUISSE *Conſtantino Imperatori in viſione Apoſtoli Sanctus Petrus & Paulus eiq; ita di[illegible] [illegible]. Quoniam fla[illegible] tuis poſuiſti terminum & effuſionem innocentum ſanguinis horruiſti, mi[illegible] ſumus a Chriſto illorum domino, dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo monita noſtra, & fac quæcumq; indicamus tibi. Sylveſter Epiſcopus civitatis Romanæ ad montem Sirapti perſecutiones tuas fugiens, in cavernis petrarum cum ſuis clericis latebram fovet. Hunc cum ad te adduxeris, i[illegible] tibi pietatis piſcinam oſtendet, in quam dum te tertio merſeris, omnis te valetudo iſta deſeret lepra. Q[illegible] dum [illegible] actum fuerit, hanc viciſſitudinem tuo Salvatori compenſa, ut omnes juſſu tuo per totum orbem Romanum Eccleſiæ reſtaurentur, tu autem in hac parte purificate, ut relicta ſuperſtitione idolorum, Dominum unum, qui ſolus & verus [illegible], adores & ex[illegible]olas, & ad ejus voluntatem attingas. Exſurgens itaq; [illegible], [illegible] convocare eos [illegible] ob[illegible]abant palatium & ſecundum tenorem ſomnii ſui, miſit ad montem Sirapti, [illegible] S[illegible]er in cujuſdam Chriſtiani agrum perſecutionis cauſa cum [illegible] clericis recep[illegible] lectionibus & orationibus [illegible]ebat. Ac ubi a militibus ſe conventum [illegible], credidit ſe ad martyrii coronam*

evo

revocari. Et converſus ad clerum qui cum eo erat dixit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Profectus itaq; ut dictum eſt, pervenit ad regem, cui nuntiatus cum tribus presbyteris & duobus diaconibus ingreſſus dixit: Pax tibi & victoria de cœlo miniſtrentur. quem cum rex alacri animo & vultu placidiſſimo ſuſcepiſſet, omnia quæ illi facta, quæ dicta ſunt, quæ etiam relata ſecundum textum ſuperius comprehenſum expoſuit. Poſt finem verò narrationis ſuæ, percontabatur qui iſti eſſent dii Petrus & Paulus qui illum viſitarent, ob quam cauſam ſalutis ſuæ, ejus latebram detexiſſent. Sylveſter reſpondit; Hos quidem Dominus noſter ſibi idoneos ſervos Chriſti, & Apoſtolos elegit ab eo miſſos ad invitationem gentiũ, ut credentes ſalutem conſequantur. Cumq; hæc & his ſimilia Auguſto diceret Papa, interrogare cœpit Auguſtus, utrumnam iſtos haberet aliqua imago expreſſos, ut ex pictura diſceret hos eſſe quos revelatio docuiſſet. Tunc ſanctus Sylveſter miſſo diacone imaginem Apoſtolorum exhiberi præcepit, quam Imperator aſpiciens ingenti clamore cœpit dicere ipſos eſſe quos viderat, nec debere jam differri e epiſcopum oſtenſionem piſcinæ, quam iſtos promiſiſſe ſuæ ſaluti memorabat.

Joannes Chryſoſtomus in Homilia de ſuperſcriptione Pſalmi quinquageſimi.

Pictores imitantur arte naturam & colores coloribus permiſcentes viſibiles corporum depingunt imagines, & faciunt homines, & animalia, & arbores, & reges, & ruſticos, & barbaros, & pugnas, & rixas, torrentes ſanguinum, & lanceas, & loricas, & ſcuta, & ſedem regalem, & Imperatorem ſedentem, & barbarum ſubditum, & gladium acutum, & fluvios decurrentes, & campos variis floribus adornatos, & omnia quæ videntur per artem imitantes, mirabilem hiſtoriam videntibus præſtant.

Paulinus lib. 9.*

Nunc volo picturas fucatis agmine longo
Porticibus videas pauloq; ſupina fatiges.
Colla reclinato dum perlegas omnia vultu.
Qui videt hæc vacuis agnoſcens vera figuris,
Non vacua fidem ſibi paſcit imagine mentem.
Omnia namq; tenet ſerie pictura fideli,
Quæ ſenior ſcripſit per quinq; volumina Moſes,
Quæ geſſit Dominus ſignatus nomine JESUS.

* De natali S. Felicis Nolani.

Et poſt pauca:

Forte requiratur quanam ratione gerendi,
Sed ſit hæc nobis ſententia pingere ſanctas
*Raro domus animantibus * aſſimulatis?*
Accipe & paucis tentabo exponere cauſas.
Quos agit huc ſancti Felicis gloria cœtus.
Obſcurum nulli; ſed turba frequentior hic eſt
Ruſticitas, non caſſa fide neq; docta legendi,
Hæc aſſueta diu ſacris ſervire profanis,
Ventre dum tandem convertitur advena Chriſto,
Dum ſanctorum opera in Chriſto miratur aperta,
Cernite quam multi comeant ex omnibus agris.
Quamq; pie rudibus decepti mentibus errent.
Longinquas liquere domos, ſprevere ruinas,
Non gelidi fervente fide, & nunc eſſe frequentes
Per totam vigiles extendunt gaudia noctem,
Lætitia ſomnos, tenebras funalibus arcent.

Et paulò poſt:

Dum fallit pictura famem ſanctaſq; legendi
Hiſtorias caſtorum operum ſubrepit honeſtas,
Exemplis inducta piis potatur hianti
Sobrietas, nimii ſubeunt oblivia vini;
Dumq; diem ducunt ſpatio majore ruentes
Pocula areſcunt, quia per miracula tracto
Tempore jam pauca ſubeunt epulantibus horæ.

Et infrà:

De Geneſi precor hunc orandi collige ſenſum, Geneſ. 2.
Ne maneam terrenus Adam, ſed virgine terra
Naſcar, & expoſito veteri nova former imago.

Beatus Gregorius Nicenus Epiſcopus, inter cætera, ubi de Abraham ſermonem inſtituit:

Vidi, inquit, *imaginem paſſionis, & non ſine lacrymis viſionem præterii, opere artis ad faciem deducens hiſtoriam, &c.*

Item idem in interpretatione Cantici Canticorum:

Qui, inquit, *imaginem conſpicit, ex eadem arte per colores completam tabulam, non tinctiones refert contemplationem, ſed ad viſionem depictam conſpicit tantummodo quam per colores magiſter monſtravit.*

Auguſtinus in lib. 16 de Civit. Dei:

Quosdam ſine cervice oculos habentes in humeris, & catera hominum, quaſi genera hominum, qui in maritima platea Carthaginis muſivo picta ſunt, ex libro depromta velut curioſioris hiſtoria.

Item ipſe poſt pauca:

Quapropter aut illa quæ & alia de quibuſdam gentibus ſcripta ſunt, omnino nulla ſunt, aut ſi ſunt homines non ſunt, apparet liquido, quoniam ſicut per picturam utiles & vera recordationes ad memoriam aliquando redeunt, quæ compunctionem ingerant, ita & jam nociva falſa, humanis mentibus ſemper imagines ludificando ingerunt.

Item Auguſtinus in libro de Decem chordis, inter cætera ſic ait:

Quomodo facio ipſi domino injuriam? corrumpis teipſum. & unde facio injuriam domino, quia corrumpo meipſum? unde tibi facit injuriam, qui voluerit forte lapidare tabulam tuam pictam, in qua tabula imago tua eſt, in domo tua inaniter poſita ad vanum honorem tuum, nec ſentiens, nec loquens, nec videns, ſi quis illam lapidet, nonne tibi facit contumeliam?

In lib. Tripartitæ hiſtoriæ 10. cap. 30.

Neq; enim ſanctus Paulus dum veniſſet Athenas, & civitatem repletam idolis conſpexiſſet, aras ab illis honoratas deſtruxit, ſed ratione ignorantiam redarguit, veritatis jura monſtravit.

Item in eod. lib. 6.

Illud quoq; quod ſub Juliano provenit, narrare non ſileo. Fuit enim ſignum quidem virtutis Chriſti, & judicium contra principem iracundia domini. Cum enim agnoviſſet in Caſarea Philippi civitate Phœnicia, quam Paneam vocabant, inſigne Chriſti eſſe ſimulacrum, quod ſanguinis liberata profluvio conſtituerit, eo depoſito, ſuam ibi ſtatuam collocavit. quæ violento igne de cœlo cadente, circa ejus pectus diviſa eſt, ut caput cum cervice una parte dejectum atq; in terra fixum, reliqua vero pars hactenus reſtitit, atq; fulminis indicia reſervavit. Statuam vero Chriſti tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Poſtea vero Chriſtiani colligentes in eccleſiam recondiderunt, quod hactenus reſervatur.

CAPUT SECUNDUM.

NUNC QUALIS DISCRETIO SIT TENENDA ERGA SANCTORUM IMAGINES HABENDAS, ET HISTORIARUM PICTURAS, SANCTISSIMI ET EGREGII ATQVE ADMIRABILIS TOTIUSQVE CATHOLICÆ ECCLESIÆ DOCTISSIMI VIRI BEATI GREGORII PAPÆ SEQVENTIA DICTA DECLARANT.

Scribit autem ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum.

INDICO, inquit, *ad nos dudum perveniſſe, quod frater Nitaſuram, quosdam imaginum adoratores aſpiciens, eaſdem eccleſiis imagines confregit, atq; projecit. Et quidem zelum vos, ne quid manu factum adorari poſſit, habuiſſe laudavimus, ſed frangere eaſdem imagines non debuiſſe judicamus. Idcirco enim pictura in eccleſiis adhibetur, ut hi, qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas, & illa ſervare, & ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatenus & literarum neſcii haberent, unde ſcientiam hiſtoriæ colligerent, & populus in pictura adoratione minime peccaret.*

Item idem ad eundem:

Perlatum, inquit, *ſiquidem ad nos fuerat, quod inconſiderato zelo ſuccenſus, Sanctorum imagines, ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent, confringeres. Et quidem quia eas adorare vetuiſſes omnino laudavimus, fregiſſe vero reprehendimus. Dic frater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? ſi non aliud, vel illud te debuit revocare, ut deſpectis aliis fratribus ſolum te ſanctum & eſſe crederes ſapientem? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud picturæ hiſtoria quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant; in ipſa legunt qui literas neſciunt. unde præcipue gentibus pro lectione pictura eſt, quod magnopere ad te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne dum recto zelo incaute ſuccenderis, ferocibus animis ſcandalum generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum in eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum. & quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit. ſi zelum diſcretione condiſſes, ſine dubio ea, quæ intendebas, ſalubriter obtinere, & collectum gregem non diſpergere, ſed potius poteras congregare, ut paſtoris in te merito nomen excelleret, non culpa diſperſoris incumberet. Hinc autem dum in hoc animi tui incaute nimis motus exſequeris, ita tuos ſcandalizaſſe filios perhiberis, ut maxima eorum pars à tua ſe communione ſuſpenderet. Quando ergo ad ovile Dominicum errantes oves adducas, qui quas habes detinere non prævales? Proinde hortamur ut vel nunc ſtudeas eſſe ſollicitus, atq; ab hac te præſumtione compeſcas, & eorum animos, quos à tua disjunctos unitate cognoſcis, paterna ad te dulcedine, omni ad te niſu, omniq; ſtudio revocare feſtines. Convocandi enim ſunt diverſi eccleſiæ filii, eiſq; ſcriptura ſancta teſtimonia*

nis oſtendendum, quia omne manu factum adorare non liceat, quoniam ſcriptum eſt; Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſervies. *Ac deinde ſubjungendum, quia picturæ imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi factæ fuerant, ut neſcientes literas, ipſam hiſtoriam intendentes, quod dictum ſit diſcere, tranſiſſe in adorationem videras. Idcirco commotus es, ut eas imagines frangi præciperes, atque eis dicendum, ſi ad hanc inſtructionem, ad quam imagines antiquitus factæ ſunt, habere vultis in Eccleſiis, eas modis omnibus, & offerri, & haberi permittas. At judica, quod non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte pandebatur diſpliceurit; ſed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter exhibita. atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam tuam revoca. Et ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibe; adorare vero imagines omnimodis devita. Sed hoc ſollicite fraternitas tua ammoneat, ut ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant, & in adorationem ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur.* Deuter. 6. & Math. 4

Item idem ad Januatium Epiſcopum:

Judæi, inquit, *de civitate veſtra huc venientes, queſti nobis ſunt, quod ſynagogam eorum, quæ Taralis ſita eſt,* &c. *Petrus, qui ex eorum ſuperſtitione ad Chriſtianæ fidei cultum Domino volente, perductus eſt, adhibitis ſibi quibuſdam indiſciplinatis, ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt, Dominica ipſa feſtivitate Paſchali cum gravi ſcandalo ſine veſtra occupaverit voluntate, atque imaginem illic genitricis Domini noſtri, & venerandam crucem vel birrum album, quo fonte ſurgens indutus fuerat, apposuiſſet.*

Et poſt pauca:

Conſiderantes, inquit, *hac de re veſtræ voluntatis intentum, ac magis judicium, his hortamur affectibus, ut ſublata exinde cum ea, qua dignum eſt veneratione, imagine atque cruce debeatis, quod violenter ablatum eſt, reformare.*

Item idem, ad Secundinum ſervum Dei incluſum:

Imagines, inquit, *quas à nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconum tuum rogaſti, valde nobis tua poſtulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quæris, cujus imaginem præ oculis habere deſideras, ut viſio corporalis quotidiana reddat exertum, ut dum picturam vides, ad illum animo inardeſcas, cujus te imaginem videre conſideras. abs re non facimus, ſi per viſibilia inviſibilia demonſtramus. ſic homo qui alium ardenter videre deſiderat, aut ſponſam amando deſiderat, quam videre conatur, ſi contingit eam ad balneum ire, aut ad eccleſiam procedere, feſtinus in via ſe præparat, ut de viſione hilaris recedat. ſcimus quia tu imaginem Salvatoris noſtri ideo non petis, ut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filii Dei, ut in ejus amore recaleſcas, cujus te imaginem videre conſideras; & nos quidem non quaſi ante divinitatem ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut paſſum, vel in throno ſedentem recordamur, & dum nos ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam filii Dei reducimus, animum noſtrum, aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione mulcet. Ideoque direximus tibi ſyrterias duas, imaginem Salvatoris, & ſanctæ Mariæ Dei genitricis, beati Petri & Pauli Apoſtolorum per ſupradictum filium noſtrum diaconem, & unam crucem cum clavo pro benedictione, ut ab ipſo maligno defenſus ſis, cujus ſancto ligno te eſſe munitum credis.*

CAPUT TERTIUM.

HÆC CONTRA EOS, QVI IMAGINES SANCTORUM ABOMINANDO EVERTUNT, BREVITER DICTA SUFFICERE CREDIMUS. NUNC CONTRA EOS, QVI INDEBITO CULTU EAS COLUNT, ET ADORANT, ET SANCTAS NUNCUPANT, ET SANCTIMONIAM SE PER EAS ADSEQVI FATENTUR, SICUT IN ILLA SYNODO GRÆCORUM INSERTUM INVENIMUS, SANCTORUM PATRUM DICTA ADNECTENDO SUBJECIMUS. SED UNDE PRIMUM ADORANDARUM IMAGINUM ORIGO INOLEVERIT PONERE NECESSARIUM JUDICAVIMUS.

Scribit itaque beatus Auguſtinus in libro de diverſis hæreſibus:

SIMONIANI, *à Simone Mago, qui baptizatus à Philippo Diacono, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur, pecunia voluit à ſanctis Apoſtolis emere, ut etiam per impoſitionem manuum ejus daretur Spiritus ſanctus. hic magicis fallaciis deceperat multos. Docebat autem deteſtandam turpitudinem indifferenter utendi fœminis, nec Deum mundum feciſſe dicebat, negabat etiam carnis reſurrectionem, & aſſeverabat ſe Chriſtum, idemque Jovem ſe credi volebat. Minervam vero meretricem quandam Helenam, quam ſibi ſociam ſcelerum fecerat, imaginesque & ſuam & Helenæ diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tanquam Deorum ſimulacra auctoritate publica conſtituerat. in qua urbe Apoſtolus Petrus eum vera virtute Dei omnipotentis exſtinxit.*

Item idem poſt pauca:

Secta Carpocratis fuiſſe creditur quadam Marcellina, quæ colebat imaginem virorum & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ, adorando incenſumque ponendo.

Item ipſe in Epiſtola ad Dioſcorum inter cætera:

Demonſtrat quondam Epicurus per imagines plures ſe finxiſſe & ſuis tradidiſſe. Democritus etiam juſte reprehenditur, qui per imagines quamvis aliter quam Epicurus ſentiret, ad interiorem cultum pervenire arbitratus eſt.

Item poſt pauca:

De Epicuro, qui tamen ut cogitet, imagines dicta ab ipſis rebus, quas atomis formari putat, defluere, atque in animum introire ſubtiliores quam ſunt illæ imagines, quæ ad oculos veniunt. Nam & videndi cauſam hanc eſſe dicit quaſdam imagines, ita ut univerſum mundum complectantur extrinſecus.

Item poſt pauca:

Ille quare non vidit, non opus eſſe, nec fieri poſſe, ut incorporeus animus, adventu atq; contactu corporearum imaginum cogitet, de viſu certe oculorum ambo pariter redarguuntur.

Item ipſe in lib. 8. de Civitate Dei.

Ermes Ægyptius, quem Triſmegiſten vocant, ſenſit ita & ſcripſit: Quoniam ergo proavi noſtri increduli, & non animadvertentes ad cultum religionemque divinam, invenerunt artem qua efficerent Deos, cui inventæ adjunxerunt virtutem de mundi natura convenientem, eamque miſcentes, quoniam animas facere non poterant, evocantes animas dæmonum vel Angelorum eas indiderunt imaginibus ſanctis divinisque myſteriis, per quas idola, & bene faciendi & male vires habere potuiſſent.

Item ipſe in Epiſtola ad Marcellinum:

Quando primum inſuevit exercitus populi Romani armare, portare ſigna, tabulas pictas, vaſa cœlata, miratica, privatim & publice rapere, tunc cœpit perire laudabile illud decus ſalusq; reipublicæ.

Item ipſe in lib. 7. de Civitate Dei:

Unum verum Dominum, id eſt, omnis animæ corporisq; creatorem, colere quisq; contendat, non ideo peccat, quia non eſt colendus quem colit, ſed quia colendum, non ut colendus eſt colit. Qui vero & rebus talibus, id eſt, turpibus & ſceleſtis, & non dominum verum, id eſt, animæ corporisque factorem, ſed creaturam, quamvis non vitioſam colit, ſive illa ſit anima ſive corpus ſive anima ſimul & corpus, bis peccat in Dominum, quod & pro ipſo colit, qui non eſt ipſe, & talibus rebus colit, qualibus nec ipſe colendus eſt.

Et paulo poſt:

Unde remotis conſtat ambagibus nefarios dæmones atq; immundiſſimos ſpiritus hac omni civili theologia inviſendis: ſtolidis imaginibus, & per eas poſſidendis, & jam ſtultis cordibus invitatos.

CAPUT QVARTUM.

HÆC DE INITIIS ADORANDARUM IMAGINUM DICTA SINT. NUNC VERO QVID NOSTRI DOCTORES DE INDEBITO SUPERSTITIONIS CULTU SENTIANT, BREVITER EXSEQVENDUM EST.

Origenes in Homilia 8. de initio Decalogi, inter cætera:

Ego ſic arbitror accipiendum quod verbi cauſa, ſi quis in quolibet metallo auri, vel argenti, vel ligni, vel lapidis facit ſpeciem quadrupedis, alicujusve ſerpentis vel avis, & ſtatuat illam adorandam, non idolum ſed ſimilitudinem fecit, vel etiam ſi picturas ad hoc ipſe ſtatuat, ipſe nihilominus ſimilitudinem feciſſe dicendum eſt.

Et infra:

Exod. 20. *Sermo Dei univerſa complectens ſimul abjurat & abjicit, & non ſolum fieri idolum vetat, ſed & ſimilitudinem omnium, quæ in terra ſunt & in aquis & in cœlo. addit autem & dicit;* Non adorabis ea, neque coles. *aliud eſt colere, aliud adorare. Poteſt quis & interdum & invitus adorare, ſicut nonnulli regibus adulantes, cum eos in hujusmodi ſtudia dediti viderint. adorare ſe ſimulant idola cum in corde ipſorum certum ſit, quia nihil ſit idolum. Colere vero, eſt toto his affectu & ſtudio mancipare. Utrumq; ergo reſecat ſermo divinus, ut neq; affectu colas, neq; ſpecie adores.*

Hieronymus in expoſitione Daniel. Prophetæ.

Notum ſit tibi, inquit, *rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus, ſive ſtatuam, ut Symmachus ſive imaginem auream. ut cæteri tranſtulerunt, voluerimus legere, cultores Dei eam adorare non debent. Ergo judices & principes ſeculi cum Imperatorum ſtatuas adorant, & imagines hoc ſe facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes, placuerunt Deo. & notanda proprietas, Deos coli. imaginem adorari dicunt, quod utrumq; ſervis Dei non convenit.*

Idem Origenes in Homilia 6. de Cantico quod cantavit Moyſes:

Licet Apoſtolus Joannes dicat; Filioli nondum ſcimus quid futuri ſumus. Sin autem revelatum nobis fuerit de Deo, *ſcilicet dicens*, ſimiles illi erimus. *Similitudo tamen hæc non ad naturam, ſed ad gratiam revocatur. Verbi cauſa, ut ſi dicamus picturam ſimilem eſſe ejus cujus imago in pictura videtur expreſſa, quantum ad gratiam pertinet, viſis ſimilis dicetur, quantum ad ſubſtantiam longe diſſimilis. Illa enim ſpecies carnis eſt & corporis vivi, iſta colorum fucus eſt, & cera tabulis ſenſu carentibus ſuperpoſita.*

Iſidori

Iſidori ex libr. Etymol[illegible]giarum:

Pi[illegible] autem eſt imago exp[illegible]me[illegible] [illegible] rei ali[illegible]jus, quæ dum [illegible]uerit, ad r[illegible]ionem mentem reducit. Pi[illegible]ura autem d[illegible] [illegible]ura. [illegible] enim imago ficta, non veritas, hinc [illegible] fuca[illegible], id eſt, quodam [illegible]co in[illegible]ta, nihi[illegible] [illegible]dei & veritatis h[illegible]bentia. unde & [illegible]unt quædam picturæ, quæ corpo[illegible] veritatis ſtudio [illegible]oloris excedunt, & fidem dum augere contendunt ad mendacium provehunt.

Item ipſe poſt pauca:

Picturam autem Ægyptii excogitaverunt, primum umbram hominis lineis circumductam, itaque initio talis, ſecunda ſinguli coloribus, poſtea diverſis, ſicq́; paulatim ſe e ars ipſa diſtendit, & invenit lumen atq́; umbras differentias colorum, &c.

Item Hieronymus in expoſitione Ezechiel. Prophetæ:

Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael & Jechonias filius Saphan ſtabat in medio eorum ſtantium ante picturas, & unusquisq́; habebat thuribulum in manu ſua, & vapor nebulæ de thure conſurgebat. Quando dicit ſeptuaginta viros fuiſſe de ſenioribus domus Iſrael, qui tenerent thuribula manibus, oſtendit multos & alios fuiſſe probos qui hoc non faciebant, ſed forſitan peccatis aliis tenebantur, unumq́; nomen Jechoniam filium Saphan ſtetiſſe in medio eorum quaſi principem ſceleris eorum atq́; ſacrilegii, qui omiſſa religione Dei colebant idola, & in templo non adorabant Deum, cujus erat templum, ſed picturas parietum.

Firmianus Lactantius in libr. 1. de falſa religione, inter cætera inquit:

Illa quæ ſunt extra hominem, quid opus eſt ea colere quibus careas? Virtus enim colenda eſt, non imago virtutis, & colenda eſt, non ſacrificio aliquo, aut thure, aut precatione ſolenni, ſed voluntate ſola at[illegible] propoſito. nam religio ac veneratio nulla alia niſi unius Dei tenenda eſt. Quid igitur opus eſt, o[illegible]r ſapientiſſime, tantos ſumtus vel fingendis vel colendis imaginibus impendere? firmius & incorruptius templum eſt pectus humanum: hoc potius ornetur: hoc verus ille numinibus impleatur. has enim falſas conſecrationes ſequitur quod neceſſe eſt. qui enim ſic virtutes colunt, id eſt, qui umbras & imagines virtutum conſectantur, ea ipſa, quæ vera ſunt, tenere non poſſunt, &c.

Auguſtin. in libr. Quæſtion. veteris & novi teſtamenti:

Chriſtiani, utpote pauperes, quos ſtultos vocant, unum Deum colunt in myſterio, ex quo ſunt omnia: nec aliquid quod ab eo conditum eſt, venerantur. ipſum enim ſolum ſufficere ſibi & abundare ſciunt ad ſalutem.

Item idem poſt pauca:

Non ergo nobis videtur, ut quod homo fecit, adorari debeat. factor enim à factura, non factura à factore adorari judicatur.

Item Firmiani Lactantii de falſa religione libr. 2.

Duplici ergo ratione peccatur ab inſipientibus, primum, quod elementa, id eſt, Dei opera DEO præferunt. Deinde quod elementorum ipſorum figuras humana ſpecie comprehenſas colunt.

Item ipſe in eodem libro:

Nihil aliud adoremus, nihil colamus, niſi ſolius artificis, parentisq́; noſtri unicum nomen.

Item ipſe in eodem libro:

Supra ergo non infra eſt Deus, nec in ima potius, ſed in ſumma religione, qua credendus eſt.

Et infra:

Nihil poteſt eſſe cœleſte in ea re, quæ ſit ex terra. quicquid enim ſimulatur, falſum eſſe neceſſe eſt, nec poteſt unquam veri nomen accipere, quod veritatem fuco & imitatione mentitur.

Idem ipſe eodem libro:

Ut intelligas nihil colendum eſſe, quod oculis mortalibus cernitur.

Auguſtinus in pſalm. 113.

Noli ergo addere manus hominum, ut ex eo metallo quod fecit verus Deus, velis facere falſum Deum, imo falſum hominem, quem pro vero venereris Deo, quem quisquis pro vero homine in amicitiam i[illegible]ciperet, inſaniret. Ducit enim & affectu quodam infirmo rapit infirma corda mortalium forma ſimilitudo & membrorum imitata compago.

Fulgentius in libr. de fide ad Donatum:

Quia ipſe Deus ſibi ſoli præcipiens tantummodo ſerviendum, ſeq́; jubens à fidelibus adorandum, pro[illegible] ſuis interdixit, ne quis audeat creaturam adorare, creaturæq́; ſervire. propterea in fine primi illius præcepti de omnibus, quæ creavit ita loquitur; non adorabis ea, nec ſervies eis. Exod. 20.

Et poſt pauca:

Vera enim religio in unius conſtat Dei ſervitio.

Item ipſe poſt pauca:

[illegible] unum Deum cum patre ſi[illegible]um vera fides adorat, quæ ſic Deo [illegible] creaturæ omnibus ſ[illegible]m, ut noverit creatura non deberi divinæ ſervitutis obſequium.

Auguſtinus in epiſtola ad Maximum Grammaticum:

Scies a Chriſtianis catholicis, quorum in veſtro oppido etiam Eccleſia conſtituta eſt, nullum coli mortuorum, nihil denique adorari, quod ſit factum & conditum à Deo, ſed unum ipſum Deum qui fecit & condidit omnia.

Item Auguſtinus in libro de Quantitate animæ:

Deus autem immortalem animam fecit, ut opinor, niſi forte tibi aliter videtur. Ergo tu velles talis fieri dixerim, ſed quemadmodum ipſe immortalis immortale quiddam fecit ad ſimilitudinem ſuam, ſic & nos immortales facti a Deo, ad ſimilitudinem noſtram quod facimus immortale eſſe deberet. recte diceres, ſi ad ejus imaginem pingeres tabulam, quod in te immortale eſſe credis: nunc vero in ea exprimis ſimilitudinem corporis, quod profecto mortale eſt. Quomodo ergo ſum ſimilis Deo cum immortalia nulla poſſum facere ut ille? quomodo nec imago corporis tui poteſt hoc valere, quod tuum corpus valet, ſic anima non mirandum eſt, ſi potentiam tantam non habet, quantam ille ad cujus ſimilitudinem facta eſt, &c.

Si enim imago humani corporis nec tantum valere aſſeritur, quantum veraciter ipſum corpus valere perhibetur, qua cauſa ſibi ſuffragari poſſe putant nonnulli reprehenſione digni, qui in illa Synodo Græcorum mediationem imaginum, ſibi neceſſariam eſſe dicere præſumſerunt.

Auguſtinus lib. 8. de Civitate Dei.

Quapropter merito homo deficit ab illo qui eum fecit, cum ſibi præficit ipſe quod fecit. Demonſtrat enim idem Ermes, quod homines mortui divino colebantur honore, velut Æſculapius atque Mercurius, quem ſuum eſſe dicit avum, & reliqui. Hac enim occaſione accepta, dæmones ut interceſſores exiſterent apud bonos Deos, quos nos Angelos ſanctos, ſeu Archangelos, vel Poteſtates dicimus, tali enim ratione, nubiloſo velamine ſapientes gentilium ſua numina obtexere nitebantur.

Ambroſius in expoſitione epiſt. ad Romanos:

Numquid tam demens eſt aliquis, aut ſalutis ſuæ immemor, ut honorificentiam Regis vindicet Comiti, cum de hac re, ſi qui etiam tractare fuerint inventi, jure ut rei damnantur majeſtatis, & iſti ſe non cogitant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto domino conſervos adorant, quaſi ſit aliquid quod plus reſervet domino. Nam ideo ad Regem per Tribunos aut Comites itur, quia homo utique eſt Rex, & neſcit quibus debeat rempublicam credere. Ad Deum autem promerendum, quem nihil utique latet, omnium enim merita novit, ſuffragatione non eſt opus, ſed mente devota.

Item Auguſtinus in libro de Vera religione, inter cætera dicit:

Ad percipiendam veritatem nihil magis impedire quam vitam libidinibus deditam & falſas imagines rerum ſenſibilium, quæ nobis ab hoc ſenſibili mundo per corpus impreſſa, varias opiniones erroresque generant. Nec errorem ullum in religione eſſe potuiſſe, ſi anima pro Deo ſuo non coleret animam aut corpus, aut phantaſmata ſua. quæ nihil ſunt aliud, quam de ſpecie corporis corporeo ſenſu attracta figmenta.

Item in eodem:

Non ſit nobis religio humanorum operum cultus. meliores enim ſunt ipſi artifices, qui talia fabricant, quos tamen colere non debemus. Non ſit nobis religio in phantaſmatibus noſtris. melius enim qualemcunque verum, quam omne quicquid pro arbitrio fingi poteſt, & tamen animam ipſam, quamvis anima vera ſit, cum falſa imaginatur. colere non debemus. melior eſt vera ſtipula, quam lux inani cogitatione pro ſuſpicantis voluntate formata, & tamen ſtipulam quam ſentimus & tangimus, dementis eſt credere colendam.

Item idem lib. 10. de Civitate Dei:

Multa denique de cultu divino uſurpata ſunt, quæ honoribus deferrentur humanis, ſive humilitate nimia, ſive adulatione peſtifera, ita tamen ut quibus ea deferrentur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi; ſi autem eis multum additur, adorandi. quis vero ſacrificandum cenſuit, niſi ei quem Deum aut ſcivit, aut putavit, aut finxit.

Item Auguſt. in libr. Quæſt. 84.

Minoribus rebus intenta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inhæret ipſi ſummæ ſapientiæ, qui vero talia opera colunt, quantum deviaverint a veritate, hinc colligi poteſt, quia ſi ipſa animalium corpora colerent, quæ multo excellentius fabricata ſunt, & quorum ſunt ea imitamenta, quid eis infelicius diceremus?

CAPUT QVINTUM.

QVA RA[illegible]NE Q[illegible]AVE AUCTORITATE IM[illegible]GINES SANCT[illegible]RUM AD[illegible]RANDÆ [illegible]NT [illegible]EIS. Q[illegible]E, UT [illegible]R[illegible]UR, IN [illegible]ENSUM PO[illegible]ENT[illegible]UM, CUM IPSI ANGELI VEL SANCT[illegible] [illegible]I-NES VIVOS SE ADORARI N[illegible]LUERINT.

Unde

Unde beatus Auguſtinus in libr. 11 de Civitate Dei [illegible]:

[illegible]erunt quidem deferendum angelis honorem vel adorando, vel ſacrificando, [illegible] Deo, & [illegible]m ſunt ammonitione prohibiti, juſſiq; hoc ei deferre, cui uni fas eſſe noverunt, imitati ſunt angelos [illegible] jam ſancti homines Dei. Nam Paulus & Barnabas in Lycaonia facto quodam miraculo ſanitatis, putati ſunt Dii, eiq; Lycaonii victimas immolare voluerunt, quod à ſe humili pietate removentes, [illegible] in quem crederent annuntiaverunt Deum.

Et poſt pauca:

Quæcumq; igitur mortalis poteſtas quantalibet virtute prædita, ſi nos diligit ſicut ſeipſam ei vult eſſe ſubditos, ut beatiſſimus, cui & ipſa ſubdita beata eſt. Si ergo non colit Deum, miſera eſt, quia privatur Deo. Si autem colit Deum, non vult ſe coli pro Deo. illi enim potius divinæ ſententiæ ſuffragatur, & dilectionis viribus favet, quia ſcriptum eſt; ſacrificans Diis, eradicabitur, niſi Domino ſoli. *Nam ut alia nunc taceam, quæ pertinent ad religionis obſequium, quo colitur Deus, ſacrificium certe nullus hominum eſt, qui audeat dicere deberi niſi Deo.*

· Item idem in Pſalm. 96. inter cætera:

Homines autem ſanctos attendite, qui ſunt ſimiles angelis. cum inveneris hominem aliquem ſanctum ſervum Dei, ſi volueris illum colere & adorare pro Deo, prohibet te, non vult ſibi arrogare honorem Dei, non vult tibi eſſe pro Deo, ſed tecum eſſe ſub Deo.

Et poſt pauca:

Sic & ſancti angeli illius gloriam quærunt quem diligunt, ad ejus cultum, ad ejus orationem, ad ejus contemplationem, omnes quos diligunt rapere & inflammare ſtudent, ipſum illis adnuntiant non ſe, quoniam angeli ſunt, & quia milites ſunt, non norunt gloriam quærere niſi Imperatoris ſui.

Item poſt pauca:

Nemo dicat, Timeo ne iraſcatur mihi angelus, ſi non illum colo pro Deo meo. *Tunc tibi iraſcitur, quando ipſum colere volueris. bonus eſt enim, & Deum amat. quomodo dæmones iraſcuntur, ſi non colantur, ſic angeli indignantur, ſi pro Deo colantur.*

Item libr. 10. de Civitate Dei:

Non itaq; debemus metuere, ne in mortales & beatos uni Deo ſubditos, non eis ſacrificando offendamus, quod enim non niſi uni vero Deo deberi ſciunt, cui & ipſi adhærendo beati ſunt, proculdubio neq; per ullam ſignificantem figuram, neq; per ipſam rem, quæ ſacramentis ſignificatur, exhiberi ſibi volunt. Dæmonum eſt hæc arrogantia, ſuperborum atq; miſerorum, à quibus longe diverſa eſt pietas ſubditorum Deo.

Item idem in eodem.

Nos autem martyribus noſtris non templa ſicut Diis, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus, ſed uni Deo, & martyrum & noſtro; ad quod ſacrificium ſicut homines Dei, qui mundum in ejus confeſſione vicerunt, ſuo loco, vice & ordine nominantur. Non tamen à ſacerdote, qui ſacrificat, invocantur; Deo quippe non ipſis ſacrificat; quamvis in memoria ſacrificet eorum, quia Dei ſacerdos eſt, & non illorum; ipſum vero ſacrificium corpus eſt Chriſti, quod non offertur ipſis, quia hoc ſunt & ipſi.

Item Auguſt. in ſermone Evangelico, de poteſtate quam dedit dæmonibus, ut abirent in porcos:

Noli inclinari angelis, ut eis ſacrificandum putes, nec bonis & ſanctis. nolunt enim, quando facis non te diligunt; diligunt autem, ſi cum eis adores quem adorant.

Item idem in libro de Quantitate animæ:

Homo autem quilibet alius quanquam ſapientiſſimus & perfectiſſimus, vel prorſus quælibet anima rationis compos atq; beatiſſima eſt amanda tantummodo atq; imitanda eſt, eiq; pro merito atq; ordine quod ei congruit deferendum. Nam Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.

Origenes in epiſt. ad Romanos:

Cum poſſent homines Deum agnoſcere ab ejus cultu declinantes ad imagines hominum adorandas, & animalium deverterunt. ut enim breviter & omnes in unum collecta definitione dicamus, adorare alium præter Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, impietatis eſt crimen.

Item Auguſt. in lib. de Vera relig.

Non ſit ergo nobis religio cultus corporum ætheriorum atq; cæleſtium, ſed ejus, cujus contemplatione beati ſunt. Neq; enim & nos videndo angelum beati ſumus, ſed videndo veritatem, qua etiam ipſos diligimus angelos, nec invidemus, quod ea paratiores, & nullis moleſtiis interpedientibus perfruuntur, ſed magis eos diligemus, quoniam & nos tale aliquid ſperare à communi Domino juſſi ſumus. quare honoramus eos caritate, non ſervitute, nec eis templa conſtituimus, nolunt enim ſic honorari à nobis, quia nos ipſos cum boni ſumus templa ſummi Dei eſſe noverunt.

Item ipſe in libr. 8. de Civitate Dei.

Sane nec martyribus templa, ſacerdotia, ſacra & ſacrificia conſtituimus, quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus; *honoramus ſane memorias eorum tanquam ſanctorum hominum Dei, qui usq; ad mortem corporum ſuorum pro veritate certarunt, ut innoteſceret vera religio, falſis fictisq; convictis, quod etiamſi qui antea ſentiebant timendo reprimebant, quis autem audivit aliquando fidelium ſtan-*

ſtantem [illegible] jam ſuper [illegible] nm corpus mar [illegible] honorem cultum [illegible] [illegible] tum Petre vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memo riam offer[illegible] es & mart res fecit, & ſanctis ſuis angelis cœleſti honore ſ[illegible]avit? ut ea celebritate [illegible] gratias amus, & nos ad imitationem talium coronarum atq; palmarum eoſdem invocatione [illegible] anxilium ex illorum memoria renovatione adhortemur. Quæcum igitur adhibe[illegible]tur religio[illegible] um ob[illegible] martyrum locis, ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra vel ſacrificia mortuorum tanquam Deorum.

Hieronymus ad Riparium presbyterum.

Acceptis primum literis tuis, non reſpondere ſuperbia eſt, reſpondere temeritatis. De his enim [illegible] rebus interrogas, quæ & proferre & audire ſacrilegium eſt. Ais Vigilantium, qui κατ' ἀντίφρασιν hoc vocatur nomine, nam Dormitantius rectius diceretur, os fœtidum rurſus aperire, & putorem ſpurciſſimum contra ſanctorum martyrum proferre reliquias, & nos, qui eas ſuſcepimus, appellare cinerarios & idolatras, qui mortuorum hominum oſſa veneremur. O infelicem hominem, & omni lacrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens non ſe intelligit eſſe Samaritam & Judæum, qui corpora mortuorum pro immundis habent & etiam vaſa quæ in eadem domo fuerint pollui ſuſpicantur, ſequentes occidentem literam, & non ſpiritum vivificantem. Nos autem non dico martyrum reliquias, ſed ne Solem quidem & Lunam, non angelos, non archangelos, non Seraphim, non Cherubim, non omne nomen quod nominatur, & in præſenti ſeculo, & in futuro colimus & adoramus, ne ſerviamus creaturæ potius quam creatori, qui eſt benedictus in ſecula: honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cujus ſunt martyres adoremus: honoramus ſervos, ut honor ſervorum redundet ad dominum, quia qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit.

Idem ipſe adverſus Vigilantium:

Actor. 14. *Quis enim, ô inſanum caput, aliquando martyres adoravit? quis hominem putavit Deum? nonne Paulus & Barnabas cum Lycaonibus Jupiter & Mercurius putarentur, & eis vellent hoſtias immolare, ſciderunt veſtimenta ſua, & ſe homines eſſe dixerunt, non quo meliores non eſſent olim mortuis hominibus Jove atq; Mercurio, ſed quod ſub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur, quod & de Petro le-*
Actor. 10 *gimus, qui Cornelium ſe adorare cupientem manu ſublevavit & dixit;* Surge, nam & ego homo ſum.

Auguſtinus in lib. de Solutione quæſtionum cap. 3.

Proinde ſicut impia ſuperbia ſive hominum, ſive dæmonum, ſibi hos divinos honores exhiberi vel jubet vel cupit, ita pia humilitas vel hominum vel Angelorum ſanctorum, hæc ſibi oblata recuſavit, & cui deberentur oſtendit.

In libr. 19. De civit. Dei dicit Auguſtinus:

Sed Deus ille, quem coluerunt ſapientes Hebræorum, & jam cæleſtibus ſanctis angelis & virtutibus Dei, quos beatiſſimos tanquam cives in hac noſtra peregrinatione mortali veneramur & amamus, ſacrificari vetat & coli, intonans in lege ſua, ſacrificans Diis eradicabitur.

CAPUT SEXTUM.

HÆC CONTRA EOS, QUI ANNORUM NUMERO SUPERSTITIONEM IMAGINUM VINDICARE VOLUNT, CONSUETUDINEM SEQUI CUPIUNT POTIUS, QUAM VERITATIS AUCTORITATEM.

Auguſtinus in libro Quæſtion. veteris & novi Teſtamenti:

Irrationabile, inquit, *vulgus, aut apparentes umbras, aut dæmonia, aut ſimulacra mortuorum, ut Deos colere cœperunt. quæ res in conſuetudine vetuſtatis deducta arbitratur rationis ſibi veritatem poſſe defendi, cum veritatis ratio non ex conſuetudine atq; ex vetuſtate, ſed ex Deo ſit, quia non vetuſtate Deus probatur, ſed æternitate. quamobrem fides non cœpta res, ſed ſine initio eſt. In Deum enim credere noſtrum incipere eſt: nam quod creditur æternum eſt.*

Et poſt pauca:

Quod colunt Pagani poſt Deum eſt, opus poſt opificem eſt, pagani colunt opera, nos opificem. illi creaturam, nos creatorem, fallus homo cœpit venerari ſuum conditorem, quia & dignum eſt, & cauſa hoc exegit.

Hieremias Propheta:

Poſt Baalim, inquit, *abierunt, quos didicerunt à patribus ſuis.*

Unde Hieronymus:

Ergo nec parentum, nec majorum error ſequendus eſt, ſed auctoritas ſcripturarum. & Dei docentis imperium.

Auguſt. in Pſalm. 113.

Videntur autem ſibi purgatiori eſſe religionis, qui dicunt, nec ſimulacrum, nec dæmonium colo, ſed effigiem corporalem ejus rei ſignum intueor quam colere debeo.

Item poſt pauca:

Audent reſpondere, non ipſa corpora colere, ſed quæ illis regendis præſident numina.

Si enim, ſicut præmiſſa auctorũ Patrũ documenta declarant, ſancti angeli & ſancti viri non [illegible] nec adorandi, hoc enim & ipſi refugiunt, ſed ſola caritate, non ſervitute honorandi, nec ſanctis mar[illegible]

cem-

[illegible] ſacrificia, ſed ſoli Deo conſtituenda. præſertim cum honorandi ſint propter imitationẽ, non adorandi propter religionem, qua ratione antiqua auctoritate adoratio, incenſum, luminaria, & cætera, quæ in epiſtola Græcorũ adnumerantur ei exhibenda ſunt? Quapropter omiſſa omni ſuperſtitione convenit in hac Catholica & Apoſtolica eccleſia religionis erga Sanctorum imagines hanc diſcretionem tenere, ſicut eximius doctor beatus Papa Gregorius docuit, & in ſuis ſcriptis nobis tenendum ſequendumq; reliquit.

CAPUT SEPTIMUM.

NE IGITUR EX SUPERSTITIONE AUT EX QUALIBET ALIA OCCASIONE SCANDALA INFIRMIORIBUS FRATRIBUS PROVENIRE POSSENT, HOC SUMMOPERE SANCTI VIRI PROVIDA CONSIDERATIONE VITARE STUDUERUNT, ET DICTIS FACTISQUE SUIS NOBIS VITANDUM USQUEQUAQUE EVIDENTER OSTENDUNT.

Hinc enim beatus Auguſtin. in lib. 4. de Civit. Dei.

MAJORES, inquit, *noſtri, ſuperſtitionem à religione ſeparaverunt.*

Item idem in lib. 10. de Civit. Dei ejusdem operis.

Legimus ſerpentum morſus mortiferos pœnam juſtiſſimam peccatorum in ligno exaltato atq; proſpecto æneo ſerpente ſanatos, ut & populo ſubveniretur afflicto, & mors morte deſtructa, velut crucifixæ mortis ſimilitudine ſignaretur. quem ſane ſerpentem propter facti memoriam reſervatum, cum poſtea populus errans tanquam idolum colere cœpiſſet, Ezechias rex religioſa poteſtate Deo ſerviens cum magna pietatis laude contrivit.

Tale quid & beatum Epiphanium virum ſanctiſſimum & doctiſſimum zelo divino ſuccenſum, in epiſtola quam ad Joannem Conſtantinopolitan. Epiſcopum ſcribit, & beatus Hieronymus de Græco in Latinum ſermonem tranſtulerat, legimus feciſſe.

Audivi, inquit; *quoſdam murmurare contra me, quando ſimul pergebamus ad ſanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more eccleſiaſtico facerem, & veniſſem ad villam, quæ dicitur Anablata, vidiſſemq; ibi præteriens lucernã ardentem, & interrogaſſem quis locus eſſet, didiciſſemq; eſſe eccleſiam, & intraſſem ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem eccleſiæ, tinctum atq; depictum, & habens imaginẽ quaſi Chriſti, vel ſancti cujusdam. Non enim ſatis memini cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidiſſem in eccleſia Chriſti contra auctoritatem ſcripturarũ hominis pendere imaginem, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus ejusdem, ut pauperẽ mortuum eo obvolverent & efferrent, illiq; contra murmurantes dicerent, ſi ſcindere voluerit, juſtum erat ut aliud daret velum, atq; commutaret, quod cum audiſſem me daturũ eſſe pollicitus ſum, & illico ſe miſſurum, paululum autem morarum fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere, arbitrabar enim de Cypro mihi eſſe mittendum. Nunc autẽ miſi quod potui reperire, & precor ut jubeas presbytero ipſius loci ſuſcipere velum à lectore, quod à nobis miſſum eſt, & deinceps præcipere in eccleſia Chriſti iſtiusmodi vela, quæ contra religionem noſtram veniunt non appendi.*

Nam & beatus Paulus Apoſtolus in Epiſtola prima ad Corinthios ob ſcandalum infirmiorum fratrum vitandum ita ſcripſit:

De his autem quæ idolis ſacrificantur, ſcimus, quia omnes ſcientiam habemus, & quia idolum nihil eſt. Quod B. Ambroſius ita exponit: *Hi*, inquit, *inflati erant per ſcientiam, qui idolo contra ſalutem fratrũ imperitorum carnes ſacrificatorum edebant, ſcientes licere carnem edere, & quod nihil eſt idolum, ideò non contaminari edentem, hi ſcandalum fratribus erant, caritatem præ oculis non habentes, quia plus erat carnem contemnere, quam fratri ſcandalum facere.* Et poſt pauca: *Propter quod ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ut non fratrem meum ſcandalizem, in tantum caritati ſtudendum docet, ut licita pro illicitis habeantur, ne obſint fratri, quantum enim mali eſt per illicita non delinquere, & per ea quæ conceſſa ſunt offendere, ut lex ſervetur in illicitis, & in licitis non cuſtodiatur, dum inconſiderate edunt.* Unde B. Apoſtolus dicit: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Quod B. Auguſtinus ita exponit: *Poteſt ergo aliquid licere & non expedire. Expedire autem quod non licet non poteſt, ac per hoc non omnia licita expediunt, omnia autem illicita non expediunt. Sunt quippe licita, quæ non expediunt, ſicut Apoſtolo teſte didicimus, ſed id quod inter illicitum eſt, & ideo non expedit, atq; quod licitum eſt, nec tamen expedit, quid interſit, aliqua univerſali regula diffinire difficile eſt.* Et infra: *Quapropter quia verum dixiſſe Apoſtolum dubitare non poſſumus, & aliqua peccata eſſe licita dicere non audemus, reſtat ut dicamus fieri aliquid, quod non expediat, & tamen ſi licitum eſt, non eſſe peccatum, quamvis quoniam non expedit, non ſit utiq; faciendum* Et poſt pauca: *Ut igitur ſi poſſumus enitamur inter id quod licet & non expedit, & id quod non licet, atq; ideo nec expedit, aliquo certo fine diſtinguere, ea mihi videntur licere, & non expedire, quæ per juſtitiam quidem quæ coram Deo eſt permittuntur, ſed propter offenſionem hominum ne impediantur à ſalute vitanda ſunt, ea vero non licere, & ideo non expedire, quæ ſic ipſa juſtitia vitantur, ut facienda non ſint, etiamſi ab eis, quibus in notitiam fuerint perlata non laudentur.* Item poſt pauca: *Expedit tunc, quando non ſolum per juſtitiam quæ coram Deo eſt, permittitur, ſed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum ſalutis infertur. Tunc autem non expedit id quod licitum eſt, quando permittitur quid, ſed uſus ipſius poteſtatis affert impedimentum ſalutis.* 1. Cor. 6. & 10.

Hæc ideo inſeruntur, ut hi qui imagines erigunt memoriæ cauſa & amoris, illud caveant, ne quod ab illis forte devote & licite fit, infirmis in ſcandalum evenire contingat, ut ſic ſuæ devotioni ſatisfaciant, quatenus ſalutem infirmorum non obliviſcantur, & infirmam conſcientiam fratrum, occaſione ſuperſtitionis præbendæ, commaculent.

CAPUT

CAPUT OCTAVUM.

PROPTER EOS AUTEM QUI SIBI OB HOC SUFFRAGARI AD ADORATIONEM IMAGINUM PUTANT, QUOD DICUNT ADORASSE JACOB JOSEPH FILIUM SUUM, VEL CERTE ADORASSE FASTIGIUM VIRGÆ EJUS, NECESSARIUM DUXIMUS, QUALITER ID A BEATO HIERONYMO ET BEATO AUGUSTINO EXPONATUR, SUBNECTENDUM.

Scribit itaq; beatus Hieronymus in libro Hebraicarum Quæſtionum:

POSTQUAM, inquit, *juraverat ei filius, ſecurus de petitione quam rogaverat, adoravit Deum contra caput lectuli ſui, ſanctus & Deo deditus vir, oppreſſus ſenectute, habebat lectulum poſitum, ut ipſe jacentis habitus abſq; difficultate ulla ad orationem eſſet paratus.*

Auguſtinus in lib. Quæſt. Geneſ. cap. 62.

Quod habent Latini codices, & adoravit ſuper caput virgæ ejus, *nonnulli emendantes habent,* adoravit ſuper caput virgæ ſuæ, *vel* in capite virgæ ſuæ, *ſive* in cacumen, *vel* ſuper cacumen. *Fallit enim eos Græcum verbum, quod eiſdem literis ſcribitur, ſive* ejus, *ſive* ſuæ, *ſed accentus diſpares ſunt, & ab eis qui iſta noverunt in codicibus non contemnuntur. valent enim ad magnam diſcretionem, quamvis & unam plus literam habere poſſet, ſi eſſet ſuæ, ut non eſſet* αὐτοῦ, *ſed* ἑαυτοῦ, *ac per hoc merito quæritur, quid ſit hoc quod dictum eſt. nam facile intelligeretur, ſenem, qui virgam ferebat, eo more quo illa ætas baculum ſolet, ut ſe inclinavit ad Dominum adorandum, id utiq; feceriſ ſuper cacumen virgæ ſuæ, quam ſic ferebat, ut ſuper eam caput inclinando adoraret Deum. quid eſt ergo,* adoravit ſuper cacumen virgæ ejus. *id eſt, filii ſui Joſeph, & is forte tulerat ab eo virgam, quando ei jurabat idem filius, & dum eam tenet poſt verba jurantis nondum illam redditam, mox adoravit Deum non enim pudebat eum ferre tantiſper inſigne poteſtatis filii ſui, ubi figura magnæ rei futuræ deſignabatur: quamvis in Hebræo facillima hujus quæſtionis abſolutio eſſe dicatur, ubi ſcriptum perhibent,* & adoravit Iſrael ad caput lecti, *in quo utiq; ſenex jacebat, & ſic poſitum habebat, ut in eo ſine labore quando vellet adoraret.*

CAPUT NONUM.

CONTRA ILLOS, QUI HOC SE ADJUVARE PUTANT, QUOD DICITUR IN REGUM, QUIA ADORAVIT NATHAN PROPHETA DAVID, ALIQUID RESPONDENDUM EST.

De hac enim adoratione ita beatus Gregorius in lib. 10. explanationum in Job loquitur.

PENE *ergo lex Dei multiplex dicitur, quia nimirum cum una eademq; ſit caritas, ſi mentem plenè ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit, cujus diverſitatem breviter exprimimus, ſi in electis ſingulis bona illius perſtringendo numeremus. Hæc namq; per Abel & electa Deo munera obtulit, & fratris gladium non reluctando toleravit. Hæc Enoc & inter homines vivere ſpiritualiter docuit, & ad ſublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abſtraxit.*

Et paulo poſt:

Hæc Nathan, & contra peccantem regem auctoritate libera increpationis ſuſtulit, & cum regis culpa deeſſet, in petitione humiliter ſtravit. Claret namq; quod talis eſſet hæc adoratio, ſicut & nos ante honorabiliores perſonas, cum eas ſalutamus, proſternimur humilitatis gratia, & eas adoraſſe dicimur, dum eis nullum divini honoris cultum exhibemus, eodemq; modo adoraſſe Jacob Eſau fratrem ſuum haud dubium non eſt.

CAPUT DECIMUM.

CONTRA ILLOS ETIAM, QUI IMAGINES ADORARE SE PROFITENTUR, QUIA SACRA AB ILLIS NUNCUPANTUR, ET SACRIS VASIS EAS ÆQUIPARANT, ALIQUID DICENDUM EST.

Auguſt. in Pſalm. 113.

SIMULACRA, *inquit,* gentium, argentum & aurum, *ſed Deus fecit argentum & aurum,* opera, *inquit,* manuum hominum. *Hoc enim venerantur, quod ipſi ex auro argentoq; fecerunt, ſed enim & nos pleraq; inſtrumenta & vaſa, ex hujuſcemodi materia, vel metallo habemus in uſu celebrandorum ſacramentorum, quæ ipſo miniſterio conſecrata ſancta dicantur, in ejus honore cui pro ſalute noſtra inde ſervitur. & ſunt profecto etiam iſta inſtrumenta vel vaſa quid aliud quam opera manuum hominum? veruntamen numquid os habent, & non loquuntur, numquid oculos & non videbunt, numquid eis ſupplicamus, quia per eas ſupplicamus Deo? illa maxima cauſa eſt impietatis inſanæ, quod plus valet in affectibus miſerorum viventis ſimilis forma, quæ ſibi efficit ſupplicari, quam quod eam manifeſtum eſt non eſſe viventem, ut debeat à vivente contemni.*

CAPUT UNDECIMUM.

CONTRA EOS ETIAM DICENDUM EST, QUI PRO IMAGINUM ADORATIONE DUO CHERUBIM ADSUMUNT IN TESTIMONIUM, QUÆ IN SIGNO MYSTERII DUCTA FUERUNT.

Unde beatus Auguſtinus in libro de Doctrina Chriſtiana tertio, inter cætera, inquit:

M*ISERABILIS eſt animæ ſervitus ſigna pro rebus accipere, & ſupra creaturam corpoream, oculum mentis ad hauriendum æternum lumẽ levare non poſſe, quæ tamen ſervitus in Judæorum populo longè à cæterarum gentium more diſtabat, quandoquidem rebus temporalibus ita ſubjugati erant, ut unus eis in omnibus commendaretur Deus, & quanquam ſigna rerum ſpiritalium pro ipſis rebus obſervarent neſcientes quo referrentur, id tamen inſitum habebant, quod tali ſervitute uni omnium, quem non videbant, placerent Deo, quam cuſtodiam tanquam ſub pædagogo parvulorum fuiſſe ſcribit Apoſtolus, & ideo qui talibus ſignis pertinaciter inhæſerunt, contemnentem iſta Dominum, cum jam tempus revelationis eorum veniſſet, ferre non potuerunt, atq; inde calumnias, quod ſabbatho curaſſet, moliti ſunt principes eorum populusq; ſignis illis tanquam rebus adſtrictus, non credebat Deum eſſe, vel à Deo veniſſe, qui ea ſicut à Judæis obſervabantur, nolebat attendere. ſed qui crediderunt, ex quibus facta eſt prima Eccleſia Hieroſolymitana, ſatis oſtenderunt, quanta utilitas fuerit eo modo ſub pædagogo cuſtodiri, ut ſigna quæ temporaliter impoſita erant ſervientibus, ad unius Dei cultum, qui fecit cœlum & terram opinionem obſervantium religarent. ſi ergo ſignum utiliter inſtitutum pro ipſa re ſequi, cui ſignificandæ inſtitutum eſt, carnalis eſt ſervitus, quanto magis inutiliũ rerum ſigna inſtituta pro rebus accipere, quaſi retuleris ad ea ipſa quæ his ſignificantur eiq; colendis animum obligaveris, nihilominus ſervili, carnaliq; onere atq; velamine non carebis: quamobrem Chriſtiana libertas eos quos invenit ſub ſignis utilibus tanquam prope inventos interpretatis ſignis, quibus ſubditi erant, elevatos ad eas res quarum ſigna ſunt liberavit. Ex his facta ſunt Eccleſiæ ſanctorum Iſraelitarum. quos autem invenit ſub ſignis inutilibus, non ſolum ſervilem operationẽ ſub talibus ſignis, ſed etiam ipſa ſigna fruſtravit, removitq; omnia, ut à corruptione multitudinis ſimulacrorum deorum, quam ſæpe ac propriè Scriptura fornicationem vocat, ad unius Dei cultum gentes converterentur, nec ſub ipſis jam ſignis utilibus ſervitura, ſed exercitaturæ potius animum in eorum intelligentia ſpiritali. Sub ſigno enim ſervit, qui operatur aut veneratur aliquam rem ſignificantem, neſciens quid ſignificet. qui verò aut operatur aut veneratur utile ſignum divinitus inſtitutum, cujus vim ſignificationemq; intelligit, non hoc veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius quo talia cuncta referẽda ſunt. Talis a. homo ſpiritalis & liber eſt, etiã tempore ſervitutis quo carnalibus animis nondũ oportet ſigna illa revelari, quorũ jugo edomãdi ſunt. Tales a. ſpiritales erant Patriarchæ & Prophetæ, omneſq; in populo Iſrael, per quos nobis S. Sp. ipſa ſcripturarum & auxilia & ſolatia miniſtravit. hoc verò tempore poſteaquam reſurrectio Domini noſtri manifeſtiſſimũ judiciũ noſtræ libertatis illuxit, ne eorum quidem ſignorum, quæ jam intelligimus, operatione gravi oneratis ſumus, ſed quædã pauca pro multis eademq; factu facilima, & intellectu auguſtiſſima, & obſervatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina, ſicuti eſt baptiſmi ſacramentum & celebratio Corporis & Sanguinis Domini, quæ unuſquiſq; cum percipit quo referantur imbutus agnoſcit, ut ea non carnali ſervitute, ſed ſpiritali potius libertate veneretur: ut autem literam ſequi, & ſigna pro rebus quæ his ſignificantur accipere ſervilis infirmitatis eſt, ita inutiliter ſigna interpretari, malè vagantis erroris, qui autem non intelligit quid ſignificet ſignum, & tamen ſignum eſſe intelligit, nec ipſe premitur ſervitute. melius eſt autem vel premi incognitis, ſed utilibus ſignis, quam inutiliter ea interpretando à jugo ſervitutis eductam cervicem laqueis erroris inſerere.*

CAPUT DUODECIMUM.

DE CULTU DEBITO QUEM GRÆCI LATRIAM DICUNT, VEL RELIGIONE CULTUQUE QUÆ UNO VOCABULO GRÆCI THRESCIAM VOCANT, VEL QUOD NON SIT MANUFACTUM, COLENDUM NEC ADORANDUM.

Auguſtinus in lib. 10. de Civit. Dei:

H*IC eſt enim divinitati, vel ſi expreſſius dicendum eſt, deitati debitus cultus, propter quem uno verbo ſignificandum, quoniam mihi ſatis idoneum non occurrit latinum græco, ubi neceſſe eſt inſinuo quod velim dicere.* Latriam, *quippe noſtri ubicunq; ſanctarum ſcripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſervitutem: ſed ea ſervitus quæ debetur hominibus ſecundum quam præcepit Apoſtolus ſervos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine græce nuncupari ſolet.* Latria *vero ſecundum conſuetudinem qua locuti ſunt, qui nobis divina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut tam frequenter, aut pene ſemper ea dicitur ſervitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Proinde ſi tantummodo cultus ipſe dicatur, non ſoli Deo deberi videtur. dicimur enim colere etiam homines, quos honorifica vel recordatione, vel præſentia frequentamus, nec ſolum ea quibus nos religioſa humilitate ſubjicimus, ſed quædam etiam quæ ſubjecta ſunt nobis perhibentur coli. nam ex hoc verbo, &* agricolæ, *&* coloni, *&* incolæ *vocantur, & ipſos deos non ob aliud appellant* cœlicolas, *niſi quod cœlum colant, non utiq; venerando, ſed inhabitando tanquam cœli quoſdam colonos, non ſicut appellantur coloni, qui conditionem debent genitali ſolo propter agriculturam ſub dominio poſſeſſoris, ſed ſicut ait quidam latini eloquii magnus auctor,* Urbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni. *Ab incolendo enim colonos vocavit, non ab agricultura. Hinc & civitates à majoribus civitatibus, vel populorum examinibus conditæ coloniæ nuncupantur, ac per hæc cultum quidem non deberi niſi Deo propria quadam notione verbi hujus omnino veriſſimum eſt.* Virgilius.

Item Auguſtin. lib. Locutionum in Geneſi de lapide quem erexit Jacob, ita dicit:

Quod ſtatuit lapidem Jacob quem ſibi ad caput poſuerat, conſtituit eum titulum, & perfudit illum oleo, non aliquid idololatriæ ſimile fecit, non enim vel tunc vel poſtea frequentavit lapidem adorando vel ei ſacrificando, ſed ſignum fuit in prophetia evidentiſſima conſtitutum, quæ pertinet ad unctionem, unde Chriſti nomen a chriſmate eſt.

Poſt pauca:

Sumſit autẽ Jacob lapidem, & conſtituit eum titulum. Diligenter animadvertendũ eſt, quomodo iſtos titulos in rei cujuſq; teſtimonium conſtituebant, non ut eos pro Diis colerent, ſed ut aliquid ſignificarent.

CAPUT

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

CONTRA EOS ETIAM, QUI EADEM AUCTORITATE IN ILLA SYNODO GRÆCORUM SE IMAGINES ADORARE PROFESSI SUNT, SICUT ET VIVIFICAM CRUCEM DEBITO HONORE ET TROPHÆO VIRTUTIS PAUCA INSERENDA NECESSARIUM JUDICAVIMUS, UT CONVINCANTUR, NON SE HAC OCCASIONE SUÆ SUPERSTITIONI POSSE SUFFRAGARI.

De Cruce, Eccleſiaſtica Hiſtoria panxit, cap. 9. de Conſtantino:

ERAT *quidem jam tunc Chriſtianæ religionis fautor verique Dei venerator, nondum tamen, ut eſt ſolemne noſtris initiari, ſigna Dominicæ paſſionis acceperat. Cum igitur anxius & multa ſecum de imminentis belli neceſſitate pervolvens iter ageret, atque ad cœlum ſæpius oculos elevaret, & inde ſibi divinum precaretur auxilium, vidit per ſoporem ad orientis partē in cœlo ſignum crucis igneo fulgore rutilare, cumque tanto viſu fuiſſet exterritus, ac novo perturbaretur aſpectu, adſtare ſibi vidit angelos, dicentes :* Conſtantine, in hoc vince. *Tum verò lætus redditus, & de victoria jam ſecurus, ſignum crucis, quod in cœlo viderat, in ſua fronte deſignat, & ita cœlitus invitatus ad fidem, non mihi videtur illo inferior, cui*
Actor. 9. *ſimiliter de cœlo dictum eſt :* Saule, Saule, quid me perſequeris ? ego ſum Jeſus Nazarenus, *niſi quia hic non adhuc perſequens ſed etiam ex conſequens invitatur. Exin ſignum, quod in cœlo ſibi fuerat demonſtratum, in militaria vexilla transformat, ac Labarum, quem dicunt, in ſpeciem crucis Dominicæ exaptat, & ita armis, vexillisque religionis inſtructus, adverſum impiorum arma proficiſcitur. Sed & in dextra ſua manu ſignum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuiſſe perhibetur.*

Item in Tripartita Hiſtoria, lib. 1. cap. 4

In his igitur ſollicitudinibus conſtitutus in ſomnio, vidit crucis ſignum cœlo ſplendide collocatum, mirantique viſionem, adſueti unt Angeli, dicentes; O Conſtantine, in hoc vince. *Fertur autem & ipſum Chriſtum apparuiſſe ei, ſignum crucis monſtraſſe ac præcepiſſe, ut figuram ſimilem faceret, & in præliis auxilium hoc haberet, quo victoria jura conquireret. Euſebius itaque Pamphili, cum jure jurando ipſo Imperatore dicente audiſſe ſe refert, quia circa meridiem declinante jam ſole crucis ſignum ex lumine factum, & ſcripturam conſervatam ei dicentem,* in hoc vince, *vidiſſet ipſe & milites qui cum eo tunc eſſent. pergenti namque aliquo cum exercitu, per iter hoc in quo ei miraculum eſt oſtenſum, dumque cogitaret quid eſſet, nox ſupervenit & dormienti Chriſtus apparuit cum ſigno quod vidit in cœlo, juſſitque ut fieret ejus ſigni figuratio, quæ foret auxilium in congreſſibus præliorum.*

Legitur in eod. lib. cap. 5.

Hoc enim ſignum bellicum inter alia pretioſius erat, eo quod Imperatorem præcedere & adorari eum à militibus moris eſſet. unde præcipue Conſtantinum reor nobiliſſimum decus Imperii Rom. in ſignum mutaſſe crucis, ut frequenti viſione atque cura deſueſcerent a priore more ſubjecti, & eum ſolum arbitrarentur Deum, quem coleret Imperator, & quo duce & auxiliatore uterentur adverſus hoſtes. ſemper enim hoc ſignum proponebatur ante ordines univerſos, quod maxime laborantibus aciebus in præliis adeſſe præcipiebat. conſtituit itaque certos ſigniferos, qui in cœlo laborarent, quorum opus erat ut vicibus humeris eum veherent. & omnes acies ita luſtrarent. Fertur enim quod aliquando quidam ferens hoc ſignum repente hoſtibus invadentibus expaviſſet, dediſſetque illud alteri vehendum, cumque ſe de prælio ſubtraxiſſet, & jacula declinaſſet, ſubito percuſſus interiit, ille verò qui ſacrum ſuſcepit trophæum, multis ſe jaculantibus permanſit illæſus. mirabiliter enim divina regente virtute, ſagittæ hoſtium figebantur in ſigno, à ſignifero autem protinus inter pericula evolabant. Dicitur autem neque alium, quam hujus ſigni miniſtrum, ut ſolet, in bello vulnere mortuum, aut cladem captivitatis perpeſſum.

Item in eod. lib. 2. cap. 18.

Dicitur autem quia etiam mortuus crucis tactu ſurrexit. de hoc ligno Sybilla dixit apud paganos.
O ter beatum lignum in quo Deus extenſus eſt.

Item in eod. lib. cap. 9.

Audivi enim & Probianum virum in palatio habentem militiam medicorum crudeli podagra paſſione detentum ibi doloribus liberatum, eique apparuiſſe ſanctam mirabiliter viſionem. Cum enim dudum paganus eſſet factus, poſtea Chriſtianus, aliquatenus dogma ſequebatur, totius verò ſalutis cauſam, id eſt, ſacratiſſimam crucem nolebat adorare. hanc habenti ſententiam divina virtus apparens ſignum monſtravit crucis, quod erat poſitum in altario ejus eccleſiæ, & aperte palam fecit, quia ex quo crucifixus eſt Chriſtus, omnia quæ ad utilitatem humani generis facta ſunt, quolibet modo præter virtutem adorandæ crucis geſta non eſſent, neque ab Angelis ſanctis, neque à piis hominibus.

Legitur in eod. lib. 2. cap. 46.

Ea ſiquidem tempeſtate plurimi inter Epiſcopos effulgebant, ſicut Donatus curiæ Epyri, de quo dum provinciales miracula multa teſtentur, maximum tamen eſt quod de dracone geſſit. Is enim circa pontem in via publica jacens cibum habebat, oves, capras, equos, boves & homines arripiens devorabat. Ad quam beſtiam Donatus ſine gladio, ſine quolibet jaculo veniens, dum illa levaſſet caput, quaſi voratura virum, tunc ille vexillum crucis ante faciem ejus digito deſignans in aere, in os ejus exſpuit, beſtia verò ſputum mox ore ſuo ſuſcipiens exſpiravit.

Joan. Chryſoſtom. in Homil. 11. de Cruce & latrone.

Hodierna die noſter Dominus pependit in cruce, & nos feſtivitate exima lætitiam celebramus, ut diſcamus crucem totius ſpiritalis gratulationis eſſe ſubſtantiam. etenim ante ipſum, vocabulum crucis pœna fuit,

nuncupatur, antea condemnationis ferebat horrorem, nunc ſalutis indicium eſt. Crux enim nobis totius beatitudinis cauſa eſt: hæc nos à cæcitate liberavit erroris: hæc & ex tenebris reddidit luci: hæc ebellatos quieti ſociavit: hæc alienatos Deo conjunxit, longe conſtitutos proximos præſentavit: hæc peregrinantes cives oſtendit: hæc diſcordiæ amputatio eſt: hæc pacis firmamentũ: hæc bonorum omniũ abundãs largitio.

Et poſt pauca in eadem Homilia:

Volo & alia ratione cognoſcas, crucem ſuam non reliquit in terra, ſed ſecum eam levavit ad cœlum. ſed ais, hoc unde demonſtratur? & ideo audivi, quod eum ipſa veniet, cum ipſa ſecundum gloriam ſuam præſentiam faciet, ideo glorioſam Crucem *nuncupavit.*

Item poſt pauca in eadem Homilia.

Et tunc ſignum videbitur filii hominis in cœlo. *Vidiſti gloriam ſigni, id eſt, crucis, ſolis lumen reddetur obſcurum, luna non dabitur gratia, ſed illud radiabit & lucet, & ſicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeunte vexilla humeris portare conſueverunt, & his ejus declaratur adventus, ſic Domino de cœlo veniente, Angelorum cœtus & Archangelorum multitudo, illud ſignum humeris portant excelſis, & regalem nobis adventum nuntiant. Sola enim Chriſti crux eſt quæ diſſolvit tenebras, & regnum dæmonum diſſipavit, & omnem terrorem malignantium abſtulit, Crux ſanctitatem providit, Crux nobis ſol juſtitiæ facta eſt, ut illuminati miſericordia ejus glorificemus Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, in ſecula ſeculorum, Amen.* Lucæ 21.

Item Joan. Chryſoſtom. in Homilia 13. de Cruce Dominica.

Et ſi noſſe deſideras, cariſſime, virtutem Crucis, & quanta ut poſſum ad ejus laudem dicere, audi. Crux ſpes Chriſtianorum, Crux reſurrectio mortuorum, Crux cæcorum dux, Crux deſperatorum via, Crux claudorum baculus, Crux conſolatio pauperum, Crux refrenatio divitum, Crux deſtructio ſuperborum, Crux male viventium pœna, Crux adverſus dæmonas triumphus, Crux devictio diaboli, Crux adoleſcentum pædagogus, Crux ſuſtentatio inopum, Crux ſpes deſperatorum, Crux navigantium gubernator, Crux periclitantium portus, Crux obſeſſorum murus, Crux pater orphanorum, Crux defenſor viduarum, Crux juſtorum conſiliarius, Crux tribulatorum quies, Crux parvulorum cuſtos, Crux virorum caput, Crux ſenum finis, Crux lumen in tenebris ſedentium, Crux regum magnificentia, Crux ſcutum perpetuum, Crux inſenſatorum ſapientia, Crux libertas ſervorum, Crux Imperatorum Philoſophia, Crux lex impiorum, Crux Prophetarum præcentio, Crux annuntiatio Apoſtolorum, Crux martyrum gloriatio, Crux monachorum abſtinentia, Crux virginum caſtitas, Crux gaudium ſacerdotum, Crux eccleſiæ fundamentum, Crux orbis terræ cautela, Crux templorum deſtructio, Crux idolorum repulſio, Crux ſcandalum Judæorum, Crux perditio impiorum, Crux invalidorum virtus, Crux ægrotantium medicus, Crux emundatio leproſorum, Crux paralyticorum requies; Crux eſurientium panis, Crux ſitientium fons, Crux nudorum protectio. Nuditatem autem cum dixero, non corpoream æſtimes, ſed infidelitatis per pœnam, cum autem in Chriſtum credideris, veſtitus invenietur.

Item Auguſtinus in lib. 22. de Civit. Dei:

In Carthagine Innocentia religioſiſſima fœmina de primariis ipſius civitatis, in mamilla cancerum habebat. hujus morbi, ut ferunt, omnis omittenda eſt curatio. Hæc illa à perito medico acceperat, & ad ſolum Deum ſe orando converterat. Admonetur in ſomnis propinquante Paſcha, & in parte fœminarum obſervantia ad baptiſterium quæcumq; illi baptizata primitus occurriſſet, ſignaret ei locum, ſignum crucis Chriſti fecit, confeſtim ſanitas conſecuta eſt.

Sedulius in 4. lib. Paſchalis carminis:

Pax Crucis ipſe fuit, violentaq; robora membris
Illuſtrans propriis pœnam veſtivit honore,
Suppliciumq; dedit ſignum magis eſſe ſalutis,
Ipſaq; ſanctificans in ſe tormenta beavit.
Neve quis ignoret ſpeciem crucis eſſe colendam,
Quæ dominum portavit ovans ratione potenti,
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous,
Occiduo ſacræ lambuntur ſidere plantæ,
Arcton dextra tenet, medium læva ſubrigit axem:
Cunctaq; de membris vivit natura creantis,
Et cruce complexum Chriſtus regit undiq; mundum.

Item Paulinus in lib. 8. Natalis Felicis.

Nos Crucis invictæ ſignum & confeſſio munit
Armatiq; Deo mentem, non quærimus arma
Corporis, & quanquam membris videamur inermes.
Arma tamen gerimus, quibus & ſub pace ſerena
Contra incorporeos animis decernimus hoſtes.

Item idem in lib. 10.

Ipſe domum remeans modicum, ſed grande ſalutis
De crucis æternæ ſumtum mihi fragmine lignum,
Promo teneuſq; manu adverſis procul ingero flammis
Et clypeum retinens pro pectore quo tegerem me,
Arceremq; hoſtem collato umbone relicſum,

Credite, nec donate mihi, & reddite Chriſto
Grates, & juſtas date laudes omnipotenti
Noſtra ſalus etenim in cruce Chriſti & nomine conſtat:
Inde fides nobis & in hac cruce nixa periclo,
Profuit, & noſtram cognovit flamma ſalutem.
Nec mea vox aut dextra illum, ſed vis crucis ignem
Terruit, inq́; loco, de quo ſurrexerat ipſo,
Ut circumſeptam præſcripto limite flammam
Sidere, & exſtingui fremitu moriente coegit,
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta crucis virtus, ut ſe natura relinquat,
Omnia ligna vorans ligno crucis uritur ignis,
Multa manus crebris, tunc illa incendia vaſis
Aſpergens largis cupiebat vincere lymphis.
Sed licet exhauſtis penſarent fontibus imbres
Vi majore tamen laſſis ſpargentibus omnem
Vicerat ignis aquam, nos ligno exſtinguimus ignem,
Quamq́; aqua non poterat, vicit brevis aſtula flammam.

CAPUT DECIMUMQVARTUM.

CONTRA EOS, QVI SIGNUM SANCTÆ CRUCIS IN TESTIMONIUM ADSUMUNT, UT EIS ITA LICITUM SIT ADORARE IMAGINES, SICUTI LIGNUM SANCTÆ CRUCIS.

CULTORES igitur imaginum venerationem, adorationem ſeu exaltationem ſanctæ Crucis in defenſionem, ſenſus ſui opponere ſoliti ſunt, cur non ita imagines ſicut cruces adorari liceat? quibus primo reſpondendum eſt, quia Chriſtus non in imagine, ſed in cruce ſuſpendi elegit, quando genus humanum redimere voluit. & ideo ſancta mater Eccleſia toto orbe terrarum inter cætera innumera Crucis ſacramenta, quæ à ſanctis Patribus multipliciter longe lateque per univerſum mundum enumerata ſunt, decrevit licitum eſſe univerſis Catholicis ob amorem ſolius paſſionis Chriſti, ubicunque eas viderint, inclinando ſi voluerint venerari, & inſuper die ſancto quo paſſio Domini in univerſo mundo ſpecialiter celebratur, cum omni devotione univerſum ordinem, ſacerdotalem ſeu cunctum populum proſtratum adorare. Deinde etiam illud ſpecialiter, non contra licite habentes, ſed contra illicitum cultum imaginibus exhibentes, opponendum eſt, quod ſupradicta univerſalis Eccleſia tam ſacris fontibus conſecrando, quamq; etiam baptizandis vel baptizatis eodem ſigno ſanctæ crucis conſignando vel benedicendo uti decrevit, omniumque fidei catholicæ cultoribus frontes & pectora ſua poſt abrenuntiationem Satanæ pompis & operibus ejus certiſſima fide contra omnes inſidias Diaboli munire docuit, gladioque inexpugnabili dexteras cunctorum fidelium armare ſtuduit. Dic, quæſo, contra fas eccleſiaſticum adorator imaginum, quid tale huic ſimile ab Eccleſia catholica in toto orbe terrarum de imaginibus ſanctum eſt? & licet hæc magna ſint, quid de conſecratione corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti dicturi ſumus, quæ utraque in ſacris miſſarum ſolemniis, ex quo conſecrari cœperint usque in ſinem pene ſine intermiſſione crucis ſignaculo benedicantur, nec eſt quisquam tam ſapiens vel inſipiens, qui ullo modo hanc conſecrationem aliter ſe poſſe perficere Deo placite præſumat, niſi hoc ſemper ejusdem ſanctæ crucis ſignaculo conſecrare ſtudeat? Quid etiam ſicut de univerſo humano genere, ita pene de cunctis humani generis operibus ſeu cotidianis actibus ejus complectendo dicere valebimus, in omnibus quæ die, nocte, mane, veſpere, & melius fortaſſe dicitur omni tempore agere conſuevit? Quid eſt quod in his omnibus quod ad ſalutem ejus ſive in hoc ſeculo, ſive in futuro, pertinere poſſit, ſine ejusdem crucis ſignaculo incipere, actitare vel conſummare velit?

CAPUT DECIMUMQVINTUM.

HÆC tibi hactenus, imaginum ſi quis es indiſcretus cultor, & hæc tibi inante, & contra ſi quis es intemperans deſtructor, vide ne hæc audiens putes temeritati tuæ licentiam dari, ut ubicunque non propter inlicitum cultum, ſed propter diſcretum, & ob hoc propter licitum mentis affectum pictas vel fictas ſimilitudines ſanctorum viderit, ut illas aut deſtruas, aut irridendo ſubſannare debeas.

Quamobrem uterque monendus eſt, ut neuter, ſicut quondam Bardoſanus novarum inventionum ſuperſtitioſus amator, ſed ſicut vere Catholicus, ſtudioſiſſime matrem virtutum diſcretionem in omnibus ſervans, zelumque Dei non ſecundum fatuitatem inſipientium, ſed ſecundum virtutem ſapientium in Domino habens, nec ille diligendo, nec iſte contemnendo ultra quam oporteat dextra levaque tranſiliendo viam rectitudinis amittat, ſed quia ita plerique pertinaces ſunt ut ratione flecti nequaquam poſſint, hi merito ſancta auctoritate quaſſandi ſunt, ut ſaltem fracti medicinam quærant.

EPISTO-

EPISTOLA BEATI GREGORII PAPÆ.

Gregorius Sereno Epiſcopo Maſſilienſi.

Literarum tuarum primordia, ita ſacerdotalem in te eſſe benevolentiam demonſtrabant, ut major nobis fieret de fraternitate tua lætitia, ſed tantum earum finis à ſuis diſſenſit initiis, ut non unius, ſed diverſarum mentium talis crederetur epiſtola. Et poſt pauca in eadem ſcribitur epiſtola: *Perlatum quidem ad nos fuerat, quod inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confringeres & quidem, quia eas adorari vetuiſſes, omnino laudavimus: fregiſſe vero reprehendimus. Dic frater, à quo factũ ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti? ſi non aliud, vel illud te non debuit revocare? deſpectis aliis fratribus ſolum te ſanctum, & eſſe credis ſapientem? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud picturæ hiſtoria quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt, qui literas neſciunt. Unde præcipue gentibus pro lectione pictura eſt, quod magnopere à te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute ſuccenderis, ferocibus animis ſcandalum generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum, ſed inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum, & quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtoriam, non ſine ratione vetuſtas admiſit.* Et poſt pauca ſequitur:

Convocandi enim ſunt diverſi Eccleſiæ filii, eiſq́; ſcripturæ ſacræ eſt teſtimoniis oſtendendum, quod omne manufactum adorare non liceat, quoniam ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies, Deuter 6. *ac deinde ſubjungendum, quia picturas imaginum quæ ad ædificationem imperiti populi factæ fuerant, ut neſcientes literas ipſam hiſtoriam intendentes, quid actum ſit diſcerent.* Et item: *Si ad hanc inſtructionem, ad quas imagines antiquitus factæ ſunt habere vultis in eccleſia, eas modis omnibus & offerri, & habere permittas, atq́; indica, quod non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte pandebatur diſplicuerit, ſed illa adoratio quæ picturis fuerat incompetenter exhibita, atq́; in his verbis eorum mentes demulcens, ad concordiam tuam revoca, & ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibeatur, adorari vero imagines omnimodis devita. Sed hoc ſollicite fraternitas tua ammoneat, ut ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant, & in adorationem ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur.*

Item Gregorii Papæ.

Gregorius Secundino ſervo Dei Incluſo.

Dilectionis tuæ literas ſuſcepi, quæ in meo ſenſu amoris melle condita ſapuerunt, &c. Et poſt quædam interpoſita, inquit: *Imagines enim quas nobis tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum tuum rogaſti, valde nobis tua poſtulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quæris, cujus imaginem præ oculis habere deſideras, ut viſio corporalis quotidiana ſemper reddat exercitium, ut dum picturam vides ad illum animo inardeſcas, cujus te imaginem videre conſideras. Ab re non facimus, ſi per viſibilia viſibilibus inviſibilia demonſtramus, ſic homo qui alium ardenter videre deſiderat, aut ſponſam amando deſiderat, quam videre conatur, ſi contingit ut ad balneum ire, aut ad eccleſiam procedere exiſtimet, viam tendentibus ſe præparet, ut de viſione hilaris recedat. Scimus namq́;, quia tu imaginem Salvatoris noſtri ideo non petis, ut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filii Dei in ejus amore recaleſcas, cujus te imaginem videre conſideras, & nos quidem non quaſi ante divinitatem ante ipſas proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem, aut natum, aut paſſum, vel in throno ſedentem recordamur, & dum nos ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam filii Dei reducimus animum noſtrum, aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione emulcet. Ideoq́; direximus tibi ſyrtaria duo, imaginem Salvatoris & ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, per ſupradictum filium noſtrum Diaconem, & unam crucem cum clavo pro benedictione, ut ab ipſo maligno defenſus, crucis ſancto ligno munitum eſſe te credas*, &c.

Item Gregorii Papæ.

Gregorius Januario Epiſcopo.

Judæi de civitate veſtra huc venientes queſti nobis ſunt, quod ſynagogam eorum quæ Carali ſita eſt, Petrus, qui ex eorum ſuperſtitione ad Chriſtianæ fidei cultum Domino volente perductus eſt, adhibitis ſibi quibuſdam indiſciplinatis, ſequenti die baptiſmi ſui, hoc eſt, dominica ipſa feſtivitate Paſchali, cum gravi ſcandalo ſine veſtra occupaverit voluntate, atq́; imaginem illic genitricis Dei, Dominiq́; noſtri, & venerandam Crucem vel byrrum album, quo fonte ſurgens indutus fuerat, poſuiſſe. &c. Et poſt pauca inquit: *Conſiderantes hac de re veſtræ voluntatis intentum ac magis judicium hortamur affatibus, ut ſublata exinde cum ea qua dignum eſt veneratione atq́; cruce, debeatis, quod violenter ablatum eſt reformare*, &c.

Item Epiſtola Gregorii Papæ, ad Germanum Patriarcham Conſtantinop.

Qualis & qualibatio meum ſic ſancte lætificavit animum ſicut de te venerabilis nempe mihi, & ſuper laudabile nomen ſanctiſſimæ & Deo dilectæ gratificata nuntiationis, &c. Deinde poſt quædam interpoſita adjunxit: *At ubi ſic cœpiſti conflictus ſicut ipſe Deus tibi monſtravit, præeſſe præcipiens in caſtra Chriſti, & regis glorioſum certe & notum ſignum, vivificam dico Crucem, magnum adverſus mortem ejus magnitudinis triumphum, ubi mundi quadripartiti orbem terrarum perſcripſi, diſtinguens perſcriptis, ita & ſanctam imaginem omnium domina, & ſancta Dei genitricis, cujus vultum deprecantur divites plebis. Etenim ſancta, ſicut patribus videtur, quæ ſic à vobis pie honorata, donavit retributiones. Nam imaginis honor ad primam formam tranſit ſecundum magnum Baſilium, & ſicut inquit Chryſoſtomus: Ego & cera perfuſa dilexi picturam pietate repletam.* Et poſt pauca in eadem Epiſtola: *Si enim propheticæ diſpoſitiones non acceperunt finem, non ſcribantur cauſa ad oſtenſionem, quæ nec dum facta ſunt, videlicet niſi incarnatus eſt Dominus non ſignetur, quæ ſecundum carnem ſignatur, ſancta imago ejus, niſi natus eſt in Bethlehem, de ſemper glorioſa Virgine & Dei genitrice, & Magi munera obtulerunt, & paſtoribus apparuit Angelus, & multitudo cœleſtis militiæ nato laudem retulit, niſi in ulnis genitricis, ut infans porrectus, qui portat omnia, & lactis nutrimento*

Pſalm. 136. paſtus eſt, qui dat eſcam omni carni, neq; hoc ſignetur, niſi mortuos ſuſcitavit, & paralyticos erexit, & [illegible]
purgationem dedit, & oculos cæcorum aperuit, & dæmones effugavit, & niſi aperuit aures ſurdorum, & omnia operatus eſt, quæ glorioſe Dei miracula perfecit, non ſcribantur, niſi paſſionẽ voluntarie ſuſcepit, & infernũ exſpoliavit, & ſurgens in cœlos aſcendit, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, non ſcribantur, neq; deſignentur, quia hæc recitantur, & per literas & per colores ſcripturæ & hiſtoriæ. Si enim hæc omnia facta ſunt, & magnum eſt pietatis myſterium, utinam fuiſſet poſſibile, cœlum & terram, & mare, & animalia omnia, enarrare ea & per voces, & per literas, & hiſtorias. non exſiſtentium enim deſignantium idolica [illegible] ptura nominatur, quæ non fuerunt in eſſentia delirate facturæ, & ne una condeſcenſio Eccleſia Chriſti cum idolis? abſit, neq; enim vitulos adoravimus, neq; vitulum in Choreb fudimus, neq; Deum nobis mundum exiſtimavimus, neq; iterum inſculptilis inclinati ſumus, & Beel Phegor conſecrati ſum', neq; filios noſtros aut filias aliquando dæmonibus immolavimus, non ſunt hæc nobis, non ſunt, nullus accuſetur, quoniam nihil, quæ exſiſtunt aut facta ſunt, præter nomen quod eſt ſuper omne nomen, vivificam Trinitatem, populus Chriſti neq; hodie ſervivit, aut veneratus eſt, abſit. Si enim quis judaice motus ad calumniandum, quæ olim idolorum culturis acclamantia profanatur, & idolorum culturæ adſcribere Eccleſia noſtra de venerabilibus imaginibus divinis & mirabilibus ad meliora directis exiſtimemus, nihil aliud aut canem latrantem, ac ſus infundibula procul ejicientem, audiat ſicut Judæus, utinam eſſet, & Iſrael per viſibilium quam deputatus eſt, offerre Deo orationem, & per exempla memorari factorem, & non vitulum tenere & muſcas ſuper tabulas teſtamenti, utinam ſanctum altare diligeret, & non vitulas Samariæ. Bonum illi eſſet ſimul & juſtum roriſſimam divinam petram amplectere, & non Beel, utinam eſſet illi ad virgam Moyſi magis aſpicere, & ad urnam auream, & arcam, & propitiatorium Lammine Ephod, menſam, tabernaculum interius & exterius, quæ omnia in gloriam facta Dei & ſi manufacta, ſed magis ſancta ſanctorum dicebantur, & Cherubin ſculpta, quorum
Hebr. 9. memoriam faciens Apoſtolus inquit, Cherubin gloriæ obumbrantis propitiatorium, quibus & divina vegetari gloria, & ſcriptura docemur, ſi iſtis attenderet, nunquam idolis inclinaretur. Omne enim opus in nomine Domini factum pretioſum & ſanctum dictum eſt, &c.

Item Gregorii Papæ in Synodica epiſtola:

Si contraria ſentientibus & irrita facere quærentibus antiquas patrũ traditiones ſalutis occurreret converſio, ſufficerent utiq; ea, quæ ſuperius à nobis ex Patrũ teſtimoniis vel ſacris dicta ſunt documentis. Sed quia videmus, quod mœrentes dicimus, pleroſq; turbatis mentibus ſtatum conturbare Eccleſiæ, ideo fratres cariſſimi, extenditur ſermo, & cupimus ad compeſcendam erroris inſaniam adhuc ex veteribus documentis aliquid
Exod. 25. dicere, forſan reſipiſcent iniquiores. In libro enim Exodi ſic legimus: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, ut tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert ultroneus accipiatis eas.
Ibid. hæc ſunt autem quæ accipere debetis, & cætera per ordinem uſq; ad duorum Cherubim, qui erunt ſuper ar-
3.Reg. 6. cam teſtimonii, cunctaq; mandabo per te filiis Iſrael. Et iterum: Mandato Dei à Salomone conſtructo templo, inter alia fecit in oraculo duo Cherubim de lignis olivarum. Et infra: Et ſculpſit in eis picturas Cherubim, & palmarum ſpecies, & anoglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam Cherubim quam palmas, &c. Ecce, cariſſimi fratres, conſideremus quid Deo mandante Moyſes effecerit, quidve Salomon ſapientiſſimus divino juſſu conſtruxerit, & cætera, quanto debemus puro cordis anniſu ipſum Chriſtum Dominum noſtrum ſanctamq; ſemper virginem ejus genitricem Mariam, Apoſtolos quoq; vel omnes ſanctos Dei per eorum ſacras effigies atq; imagines colere, adorare, & ad propitiandam nobis petere, & relaxare delicta. Nos non ob aliud nomen imagines facimus & adoramus, ſed pro nobis incarnato verbo Dei. ſi autem manufacta omnia abjicienda ſunt, neq; arcam fœderis, neq; aurea & celata Cherubim ejus debuerant recipi, quæ per Beſeleel & Eliab facta ſunt juxta præceptum Dei. Si vero illa ſicut ſimilia invisibilia facta ſunt, ita & hæc ſimili modo ſecundum viſiones & revelationes Prophetarum coloribus diſtincta efficiuntur, &c.

Item Joannis Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, qui & Chryſoſtomi.

Joannes Chryſoſtomus in ſermone Cœnæ Domini.

Omnia facta ſunt propter gloriam Dei, uſui autem noſtro nubes ad imbrium miniſterium, terra ad frumenti abundantiam, mare ad negotiandum copioſe, abſq; invidia omnia famulantur homini, magis autem imagini Domini. Neq; enim quando Imperiales vultus & imagines in civitates introducuntur, & obviam judices & plebes cum laudibus, non tabulam honorantes, neq; effuſa cera ſcriptura, ſed figuram Imperatoris, ſic & creatura non terrenam ſpeciem honorat, ſed eandem ipſam cœleſtem figuram reveretur.

Item beati Joannis Chryſoſtomi de Parabola ſeminis.

Indumentum imperiale ſi injuriaveris, nonne tum qui induitur injurias? neſcis, quia ſi quis imaginẽ Imperatoris injuriat, ad eum ipſum Imperatorẽ principaliter dignitatis ejus adfert injuriam? Neſcis, quia ſi quis imaginẽ ex ligno aut ex colore detrahit, non ſicut ad elementum ſine anima auſus judicatur, ſed ſicut adverſus Imperatorem diſgregatam imaginem totidem Imperatoris geſtans ejus injuriam ad Imperatorem deducit.

Sancti Baſilii ex libro ad Amphilochium, de Spiritu ſancto, in cap. 17.

Quoniam Imperator dicitur, & Imperatoris imago, & non duo Imperatores. Neq; enim fortitudo ſcinditur, neq; gloria dividitur. ſicut enim quæ tenetur noſter principatus & poteſtas una, ſic & quæ erga nos glorificatio una, & non multa, quoniam imaginis honor ad primam formam tranſit.

Item ſancti Baſilii in Epiſtola ad Julianum Imperatorem miſſa:

Secundum id, quod divinitus datam hæreditariam nobis immaculatam Chriſtianorum fidem confiteor & promitto. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, unum Deum, hæc tria adoro & glorifico. Confiteor autem & Filii incarnati diſpenſationem, & Dei genitricem, quæ ſecundum carnem eum genuit, ſanctam Mariam: ſuſcipio vero & ſanctos Apoſtolos, Prophetas & Martyres. & ad Deum deprecationem, quæ per eos (ſcilicet illis mediantibus)

propi-

propitiatorem mihi efficit miſericordiſſimum Deum, & remiſſionem mihi facinorum condonari, pro quo & figuras imaginum eorum honoro & adoro, ſpecialiter hoc traditum tam à ſanctis Apoſtolis & non prohibitum, ſed in omnibus eccleſiis noſtris eorum deſignantes hiſtoriam.

Item ipſe in Serm. ſanctorum 40. martyrum.

Nam & bellorum triumphos, ac victoria & ſermonũ conſcriptores multotiens & pictores ſignificant, quidam autem verbo adornantes, quidam vero tabulis præſignantes, & multos utrǭ, ad virilitatem exercuerunt. quæ n. ſermo hiſtoria per auditum, hac conſcripta ſilens admonitio per imitationem demonſtrat.

Item ſancti Athanaſii.

Interrogatio Antiochi ad Sanctum pro imaginibus. Quomodo lex & prophetæ dicentes, Statuas & ſimilitudines non adoretis. Quare ergo vos facitis imagines, & adoratis eas?

Reſponſio Athanaſii.

Non ut Deos imagines adoramus, nos fideles ſicut pagani, abſit. Sed tantummodo affectu & caritatis noſtra animæ ad vultum faciei imagines apparentes. unde multoties vultu deleto ſicut lignum purum atǭ, commune jam, quod dudum fuerat imago, comburimus. Sicut enim Jacob approximans morti, ſummitatem virga Joſeph adoravit, non virgam honorificans, ſed qui eam tenebat, ſic & fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, non pro deſiderio effigie declarata.

Item beati Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, in ſermone Matthæi Evangeliſtæ:

Depingitur enim fides quod in forma Dei exiſtit verbum, ſicut & noſtra vita redemtione oblatus eſt Deo ſecundum noſtram ſimilitudinem indutus & factus homo. Et idem ipſe poſt pauca: *Imaginum nobis explent opus parabola ſignificantium virtutem, cuidam, quomodo & oculorum adhiberi & palpatu manus afferri, in veſtigiis, mentibus, inapparibiliter habens viſionem.*

Item ſancti Cyrilli:

Quemadmodum imaginem quis deſignatã jucundam reſpexerit, mirabitur quidem regis figuram, & quæ illo apparet, hac & ejus noſcens conſcriptionẽ pariter cernens delectabitur, ut ipſum regẽ aſpiciat, &c.

Item ſancti Epiphanii Epiſcopi Conſtantiæ Cypri.

Etenim Imperatores pro eo quod habent imagines, non duo ſunt Imperatores, ſed Imperator unus cum imagine.

Item ſancti Stephani Epiſcopi Boſtron ad quoſdam, de imaginibus ſanctorum.

De imaginibus ſanctorum confidimus, quoniam omne opus quod fit in Dei nomine bonum eſt, & ſanctum. Aliud eſt enim imago, & aliud ſimulacrum, i.e. ſtatunculum. quando enim Deus Adam plaſmavit, videlicet & condidiſſet, dicebat, faciamus hominem ad imaginem noſtram & ſimilitudinem, *& fecit hominem imagini Dei. quid enim? ergo quia imago eſt homo Dei, idolatria eſt, id eſt idolorum cultura eſt & impietas? nequaquam fiat. Si enim Adam imago dæmonum, abjectus fuit & inacceptabilis, ſed quia imago Dei eſt, honorabilis eſt, & acceptabilis. Omnis enim imago in nomine Domini aut Angelorum, aut Prophetarum, aut Apoſtolorum, aut Martyrum, aut juſtorum, ſancta eſt. non enim lignum adoratur, ſed is qui in ligno commemoratur, & contemplatus honoratur. Omnes enim nos honoramus judices & ſalutamus, etiam ſi peccatores ſint. quid ergo, nunquid non debemus adorare ſanctos Dei ſervos, & propter memoriam eorum conſtituere & erigere imagines, quod non obliviſcantur? Sed dices, quia ipſe Deus præcepit & non adorare nos manufactos. Dic itaǭ, ô Judæe, quare ſuper terram non eſt manufactum poſt facturam Dei, quid ergo? arca Dei quæ ex lignis Sethim fabricata eſt atǭ, conſtructa, non fuit manufacta? & altare & propitiatorium, & urna, quæ habuit manna, & menſa, & lucerna, & tabernaculum interius, & exterius, non fuerunt ex operibus manuum hominum quæ Salomon fecit? Et cur ſancta ſanctorum vocantur manufacta exiſtentia? ita Cherubim & ſenarum alarum in circuitu propitiatorii non fuerunt ſtatua & imagines Angelorum opera manuum hominum? & quomodo non abjiciuntur? ſed quia per præceptum Dei imagines facta ſunt Angelorum, ſancta ſunt, licet ſtatua fuerint. etenim idola gentium, quia imagines fuerunt dæmonum, Deus prohibuit & condemnavit eas. Nos autem ad memoriam ſanctorum imagines facimus Abrahæ, Moyſi, & Eliæ, Eſaiæ, & Zachariæ, & reliquorum Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrum ſanctorum, qui propter Deum interemti ſunt, ut omnis, qui videt eos in imagine, memoretur eorum, & glorificet Deum, qui glorificavit eos. decet enim eis honor & adoratio & commendatio ſecundum juſtitiam eorum, ut omnes qui vident eos feſtinent, & ipſi imitatores fieri actionum eorum. quæ enim eſt adoratio niſi honor tantummodo? ſicut & nos peccatores adoramus, & ſalutamus nos alterutrum ſecundum honorem & dilectionem. Etenim Deum noſtrum aliter adoramus & glorificamus, & contremiſcimus. Imago eſt ſimilitudo ejus qui in ea conſcriptus eſt; impii autem qui bonum non agunt, neǭ, ſanctorum commemorantes, non prohibeant, neǭ, ſcandalizent eos qui benefaciunt: & honorant ſanctos & ſervos Dei, & commemorantur eorum, mercedem enim bona operationis accipient; impii vero ſecundum quod cogitaverunt, habebunt deſolationis inhonorationem, ſicut id quod juſtum negligentes, & a Domino recedentes, propter memoriam namǭ, in imaginibus conſcribuntur, & honorantur, immo & adorantur ſancti ſicut ſervi Dei, ut pro nobis divinitatem ſint exorantes, atǭ, implorantes, dignum enim eſt commemorari doctorum noſtrorum, & gratias referendo.* Geneſ. 1.

Item ſancti Dionyſii Areopagitæ Athenienſis Epiſcopi, in Epiſtola quam ſcripſit ad ſanctum Joannem Evangeliſtam, inter cætera inquit:

Quid mirabile, ſi Chriſtus verax, & diſcipulos, *inquit,* de civitatibus ejiciunt, *ipſi digne ſibi judicantes,*

cantes, & de ſacro ſceleratis interdicunt, & recedentes à veritate & manifeſtè imagines ſunt [illegible] *invisibilium, nec enim in ſeculis ſupervenientibus culpabilis erit ex ejus juſtitia reſpectus Dei.*

Item ejusdem de Cœleſti militia, & infra:

Prædicta enim incorporea agmina diverſis coloribus effigurantur, compoſitionibus variis, quatenus ſic tacitè noſmetipſos per ſacratiſſimas effigies ad ſimplices & incorporales pia mente tranſeamus. Etenim impoſſibile eſt noſtra menti ad incorporea illa pertingere, cœleſtis militiæ imitationem viſionemq́; niſi per elementorum poterimus viſibilem decorem ad inviſibilem pulcerrimamq́; attingi effigiem, & viſibiles odoriferasq́; imagines rationali eruditione inviſibiles præfulgi, &c.

In Definitione ſancti ſexti & magni Concilii, Cap. 82.

In quibusdam venerabilium imaginum picturis, agnus digito præcurſoris monſtratus deſignatur, qui in ſignum relictus eſt gratiæ, verum nobis per legem præmonſtrans Agnum Chriſtum Deum noſtrum, qui abſtulit peccata mundi. Et poſt pauca: *Secundum humanam figuram, & in imaginibus nunc pro veteri agno retinulari decernimus, per ipſum humilitatis altitudinem Dei Verbi conſiderantes, & ad memoriam quæ in carne actionis quoque paſſionis ejus & ſalutiferæ mortis manibus educati, & quæ ab hinc facta eſt mundi redemtio,* &c.

Unde & beatus Auguſtinus in 92. Pſalmo inquit:

Si autem non adoras in Chriſto iſta terrena, quamvis de illis ſimilitudo quædam data eſt, ad ſignificandum ſanctos de quacunq́; creatura ducta fuerit ſimilitudo, in intellige ſimilitudinem creaturæ, & adora artificem creaturæ &c.

Item ſancti Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, de Humanatione Domini, cujus initium:

Sufficienter quidem de his multis pauca ſumentes intimavimus. Et poſt: *Sicut ea quæ ſcribitur in lignis forma abolita exterioribus ſordibus, iterum neceſſe id ipſum recuperari atq́; nutiri cujus eſt forma, ut innovari poſſit imago in eadem materia atq́; elemento. per ejus enim formam & ipſa materia ubi & conſcribitur non dejicitur, ſed in ea ipſa configuratur.*

Item beati Ambroſii Mediolani epiſcopi ad Gratianum Imperatorem, ex libr. 3. cap. 9.

Numquidne, quando & deitatem & carnem ejus adoramus, dividimus Chriſtum? aut quando in ipſo & Dei imaginem & crucem adoramus, dividimus eum? abſit.

Item B. Gregorii Niſeni Epiſcopi, inter plura, ubi de Abraham ſermonem inſtituit.

Vidi imaginem paſſionis, & non ſine lacrymis viſionem tranſivi, opere artis ad faciem deducens hiſtoriam, &c.

Item ipſe in interpretatione in Cantica Canticorum.

Sicut vero conſcripta doctrina, materia quædam eſt, ita omnino in diverſis tincturis, quæ complent animantis imitationem, qui vero ad imaginem conſpicit ex eadem arte per colores completam tabulam, non tincturis præfert contemplationem, ſed viſionem depictam conſpicit tantummodo, quam per colores magiſter demonſtravit.

Leontii epiſcopi Neapoli Cypri, in quinto ſermone propter Chriſtianorum reſponſum adverſus Judæos, & de imaginibus ſanctorum.

Nunc vero de venerandis pictisq́; imaginibus reſponſum faciamus, ut obſtruantur ora loquentium
Exod. 25. *iniquitatem. Legalis enim & hæc eruditio, & audi Deum dicentem ad Moyſem;* Imagines duas Cheru-
Ezech. 40. bim aureas inſculptas conſtrue obumbrantes propitiatorium. *Et iterum; templum quod oſtendit*
3. Reg. 6. *Deus Ezechieli;* Facies, *dixit,* palmarum, & leonum, & hominum, & Cherubim à pavimento ejus, uſque ad cameram tecti, *certè terribilis ſermo, qui præcepit Iſraeli ne faceret quodlibet ſculptile, neque imaginem, neq́; ſimilitudinem quæ ſunt in cœlo, & quæ ſunt in terra, ipſe præcepit Moyſi facere ſculptilia animalia. & Cherubim. unde & Salomon ex lege ſuscipiens ſignum plenum fecit templum ære & ſculptile, & fuſile, leonum, boum, & palmarum, & hominum, & non eſt reprehenſus à Deo. Si enim me reprehendere vis pro imaginibus, reprehende Deum qui hæc fieri juſſit, in memoria ejus eſſe erga nos. Judæus dixit, ſed non adorabantur illa, ſicut Dii ſimilitudines, ſed memoria tantummodo fiebat. Chriſtianus dixit, bene dixiſti, neq; à nobis ut Dii adorantur ſanctorum effigies & imagines & ſigna. Si enim ut Deum adorant lignorum imagines, debebant omnino & cætera ligna adorare. Si vero ut Deum adorarent lignum, non omnino deleta effigie imaginem incenderent.*

Et iterum:

Damus quæ ſunt annexa duo ligna Crucis, adoro ſignum propter Chriſtum qui in ea crucifixus eſt, at ubi diviſa fuerint ab alterutrum, projicio ea & incendo, & ſicut qui juſſionem Imperatoris ſuſcipiens, & oſculatus eſt ſignum, non lutum honorat aut chartam, aut plumbum, ſed Imperatori ſalutem & venerationem reddidit, ſic & Chriſtianorum pueri ſignum crucis adorantes, non naturã ligni veneramur, ſed ſignum & figurã Chriſti, ipſum videntes, per ipſum, qui in ea crucifixus eſt oſculamur & adoramus &c.
Et poſt pauca: *Sicut enim virgam Chriſti crucem adoramus. ſicut enim ſedem & lectum ejus ſanctum ſepulcrum, ſicut enim domum, præſepium, & Bethlehem, & cætera ſancta ejus tabernacula, ſicut enim amicos ejus, Apoſtolos ejus, & ſanctos Martyres, & reliquos ſanctos, Chriſti vero paſſionẽ in eccleſiis & in domibus, & in plateis, & in imaginibus, & in velis, & in cubiculis, & in veſtibus, & in omni loco deſignamus, ut deſinenter aſpicientes hæc recordemur, & non obliviſcamur, ſicut tu oblit' es Dominus Dei tui, &*

ſicut

ſicut tu adorans librũ legis, non naturam pelliũ & atramenti adoras, ſed verba Dei quæ in eo continentur. Sic & ego imaginem Chriſti adorans, non naturam lignorum aut colorum adoro, abſit, ſed inanimata in figuram Chriſti tenens, per eam Chriſtum ſpero tenere & adorare. Et infra ſequitur: *Nam & ipſos filios noſtros, & patres factos exiſtentes, & peccatores ſæpius oſculamur, & non in hoc condemnabimur, non ut Deos eos oſculamur, ſed amorem noſtra natura, quem erga eos habemus per oſculum oſtendimus. Sicut enim multoties dixi, Mens ſcrutatur in omni oſculo, & in omni adoratione, &c. Sic, ô homo, Chriſtianorum populi quanticumq; ſigna crucis & imaginum oſculantur, non ipſis venerationem lignis aut lapidibus proferunt, aut auro, aut corruptæ imagini, aut lipſanis, ſed per illa Deo creatori, qui & eorum, & omnium creator eſt, gloriam & oſculum, & venerationem offerunt.* Et infra: *Qui enim diligit amicum ſuum, aut regem, & magis bene merentem ſive filium ejus videns, ſive virgam, ſive ſedem, ſive coronam, ſive domum, ſive ſervum tenens oſculatur & honorat per hos benefactorem, & magis Deum. Quando enim videt Chriſtianos adorantes crucem, cognoſce, quoniam crucifixo Chriſto adorationem proferunt, & non ligno. Nam ſi naturam ligni venerati eſſent, omnino & arbores, & nemora adorarent, ſicut & tu aliquando Iſrael adorabas dicens arbori & ligno,* Tu mihi es Deus, & tu me genuiſti. *Ergo non ſic dicimus cruci, neq; figuris ſanctorum,* Dii noſtri eſtis, *non enim ſunt Dii noſtri, ſed ſimilitudines & imagines Chriſti, & ſan-* Jerem. 2.
ctorum ejus, & ad memoriam & honorem, & decorem Eccleſiarum adjacentium & adorantium. Qui enim honorat Martyrem, Deum honorat, & qui martyrem ejus honorat, ipſi Deo honorem offert, & qui Matth. 10.
Apoſtolum honorat, qui miſit eum honorat, *&c.*

Item beati Auguſtini, de eo quod apparuit Deus Moyſi, & de Virga & manu colorata, & aqua in ſanguinem, & poſt quædam interpoſita ſubjunxit:

Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, hoc eſt, quicunq; percuſſus fuerit à ſerpentibus peccatorum, Chriſtum intueatur, & habebit ſanitatem in remiſſionem peccatorum.

Item ejuſdem ſancti Auguſtini ſuper Joannem Evangeliſtam, de eodem ſermone Homilia inter cætera:

Interim modo, fratres, ut à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intueamur, quia, ſicut Moyſes Joan. 3.
exaltavit ſerpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. *hoc enim intereſt inter figuram ſive imaginem & rem ipſam: figura præſtabat vitam temporalem, res ipſa, cujus ipſa figura erat, præſtabat vitam æternam,* &c.

Item ſancti Auguſtini de libro tertio ſanctæ Trinitatis, inter cætera:

Nam ſicut unctio lapidis, Chriſtum in carne, in qua unctus eſt oleo exultationis præ participibus ſuis, ita virga Moyſi converſa in ſerpentem, ipſum Chriſtum factum obedientem uſq; ad mortem ejus, unde ait, ſicut exaltavit Moyſes ſerpentem in eremo. Eſt poſt cætera: *Si intuentes illum ſerpentem exaltatum in eremo, ſerpentum morſibus non peribunt, vetus homo noſter crucifixus eſt cruci cum illo: per ſerpentem autem mors intelligitur, quæ facta eſt à ſerpente in paradiſo, modo locutionis per efficientem id quod efficitur. Demonſtrante ergo virga in ſerpente, Chriſtus in morte, & ſerpens rurſus in virga, Chriſtus in reſurrectione, totus in corpore ſuo quod eſt eccleſia,* &c.

Item beati Auguſtini in libro Exodi, inter cætera:

Facta credimus, quemadmodum facta legimus, & tamen ipſa facta umbram fuiſſe futurorum, Apoſtolica doctrina cognoſcimus. Putamus ergo ſpiritaliter eſſe inveſtiganda quæ facta ſunt, facta tamen eſſe negare non poſſumus, &c.

Item ipſe in Pſalmo 73.

Imo jam in nomine Chriſti venire gaudeamus, jam tenentes ſceptrum ſubduntur ligno crucis, jam fit quod prædictum eſt, Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient illi. *Jam enim in fron-* Pſalm. 72.
tibus regum pretioſius eſt ſignum crucis, quam gemma diadematis.

Item Auguſtini, de filio Abrahæ ducto ad ſacrificium, inter cætera:

Non enim fruſtra moti eſtis, cum hoc dicerem, Crux cornua habet: *ſic enim duo ligna compinguntur in ſe, ut ſpeciem crucis reddant. Sicut ergo imagine crucis multis locis videmus, ut fiant duo cornua, quibus infigantur manus, cornibus hærentem arietem crucifixum Dominum video,* &c.

Item ſancti Severiani Gabalenſis, de ſermone ſanctæ Crucis, inter cætera:

Putas non erat juſtum dici, ſi quis veſtrum morſus fuerit, reſpiciat in cœlum ſurſum ad Deum & ſalvabitur? Ut enim & attendi cœlo relinquat, non potuit dicere, ſi quis morſus fuerit, aſpiciat lucernam luminis, & ſalvabitur? aut aſpiciat ad menſam propoſitionis ſanctorum panum, & ſalvabitur? aut ad altare, aut ad velum, aut in arcam, aut in imaginem Cherubin, aut in propitiatorium, ſed nihil horum ad medium adduxit Legiſlator magnus, ſed ſolam fixit crucis imaginem, & hanc per maledictum ſerpentem. Dic mihi ut fidelis famulus, quod interdicis, facis, quod abrenuntias, ædificas, qui dicis, Non Exod. 20.
faciet ſculptile, & fuſile, *ſculpis ſerpentem? Sed illa quidem lege poſui, ut materias abſcindam impietatis, & populum hunc eruam omni idolorum cultura. Nunc autem effundo ſerpentem, ut præfigurem imaginem Salvatoris,* &c.

Item ſancti Auguſtini ad Duleidium. in quæſt. 6. de Samuelis imagine:

Solent enim in ſcripturis imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines ſunt, ſicut omnia, quæ pinguntur atq; finguntur ex aliqua materia metalli, aut ligni, vel cujuſcunq; res apta ad opera hujuſmodi, quæ etiam videntur in ſomnis, & omnes fere imagines earum rerum quarum imagines ſunt, appellari nominibus ſolent. Quis enim eſt, qui hominem pictum dubitet vocare hominem? quandoquidem & ſingulorum quorumq; picturam cum aſpicimus, propria quoq; nomina incunctanter adhibemus, velut cum intuentes tabulam aut parietem dicimus, ille Cicero eſt, ille Saluſtius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Symois, illa Roma. Cum aliud nihil ſint, quam picta imagines, unde cherubim cum ſint cœlites poteſtates, facta tamen ex metallo, quod imperavit Deus, ſuper arcam teſtamenti magnæ res ſignificandæ gratia, non aliud quam Cherubim illa quoq; figmenta vocitantur. Item quiſquis videt ſomnium, non dicit, vidi imaginem Auguſtini aut Simpliciani, ſed vidi Auguſtinum aut Simplicianum, cum eo tempore quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus. neq; adeo manifeſtum eſt, non ipſos homines, ſed imagines eorum videri, & Pharao ſpicas ſe vidiſſe dixit in ſomnis, & boves, non ſpicarum & boum imagines. Si igitur liquido conſtat nominibus earum rerum, quarum imagines ſunt, eaſdem imagines appellari, non mirum eſt quod ſcriptu-
1. Reg. 28. *ra dicit*, Samuelem viſum, *&c.*

Item Auguſtini in libro de doctrina Chriſtiana ſecundo.

Signum eſt enim res præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe faciens in cogitationem venire, ſicut veſtigio viſo, tranſiſſe animal cujus veſtigium eſt cogitamus, & viſo fumo, ignem ſubeſſe cognoſcimus. Signorum igitur alia ſunt naturalia, alia data. Signa data ſunt, quæ divinitus in ſcripturis ſanctis continentur per homines nobis indicata ſunt, qui ea conſcripſerunt, &c. *Ante omnia igitur opus eſt Dei timorem converti ad cognoſcendam ejus voluntatem quid nobis appetendum fugiendumq; præcipiat.* Et infra: *Illud quod eſt ſecundum inſtitutiones hominum, partim ſuperſtitioſum eſt, partim non eſt. Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda & colenda idola pertinens, vel ad colendam ſicut Deum creaturam.* Et poſt pauca ſequitur in eodem libro:

Appetunt tamen omnes quandam ſimilitudinem in ſignificando, ut ipſa ſigna, in quantum poſſunt rebus, quæ ſignificantur ſimilia ſint, ſed quia multis ſimile aliquid alicui poteſt eſſe, non conſtant talia ſigna inter homines, niſi conſenſus accedat, in picturis verò & ſtatuis cæteris hujuſmodi ſimulatis operibus, maxime peritorum artificum nemo errat, cum ſimilia viderit, ut agnoſcat quibus ſint rebus ſimilia, & hoc totum genus inter ſuperflua hominum inſtituta numerandum eſt, niſi cum intereſt quid eorum, qua de cauſa, & ubi, & quando, & cujus auctoritate fiat, &c.

Item Auguſtini in lib. 3. ejusd.

Qui vero aut operatur, aut veneratur utile ſignum divinitus inſtitutum, cujus vim ſignificationemq; intelligit, non hoc veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius quo talia cuncta referenda ſunt. Talis autē homo ſpiritalis & liber eſt, etiam tempore ſervitutis, quo carnalibus animis nondum oportet ſigna illa revelari, quorum jugo edomandi ſunt. Tales autem ſpiritales erant, Patriarchæ ac Prophetæ, omnesq; in populo Iſrael, per quos nobis Spiritus ſanctus ipſa ſcripturarum & auxilia & ſolatia miniſtravit, &c.

Item ſancti Athanaſii in Sermone 4. adverſum Arrianos.

Arriomanitæ, ut dictum eſt, judicantes ſemel tranſgreſſores fieri. Et poſt cætera: *Hoc & ab exemplo imaginis Imperatoris attentius quis conſiderare poterit. Igitur in imagine Imperatoris, ſimilitudo & forma eſt: & in Imperatore quidem quæ in imagine ſimilitudo eſt, immutabilis enim eſt forma quæ in imagine Imperatoris ſimilitudo, quatenus qui conſpicit imaginem, videt in ea Imperatorem, & iterum, qui videt Imperatorem, cognoſcit, quoniam hic eſt qui in imagine. Ideo quod non immutetur ſimilitudo qui voluerit cum imagine videre Imperatorem, dicas namq;, Ego & Imperator unum ſumus, ego enim in eo ſum, & ille in me. & quod conſpicis in me, hoc in illo vides, & quod vidiſti in illo, hoc vides in me, qui enim ſalutat imaginem, in ipſa ſalutat Imperatorem. Enimvero illius forma & ſpecies eſt imago*, &c.

Item ſancti Athanaſii epiſcopi Theopoleos, ad Symeonem epiſcopum Boſtræ:

Si, patres, oportet ſecundum eloquium, ut tu aſſeris interrogare, inſuper autem & ſeniores. Et poſt pauca: *Sicut enim abſente quidem Imperatore, imago ejus pro eo adoratur, præſente ergo ipſo ſuperfluum eſt relinquere primam formam, & adorare imaginem, nonne quia præfertur propter præſentiam pro quo adoratur, inhonorari eam oportet?* Et iterum: *Sicut enim qui injuriat imaginem Imperatoris, pœnam juſtam ſuſtinebit, ſicuti eum ipſum Imperatorem inhonorans. Etenim imagine nihil aliud exiſtente niſi lignum cum coloribus cera mixtis & contemperatis, ſimili modo, qui ſignum cujuslibet inhonorat, in eum ipſum, cujus ſignum eſt, refert injuriam*, &c.

In Hiſtoria Tripartita lib. 6. cap. 1. Zoſemenus inquit:

Illud quoq; quod ſub Juliano provenit narrare non ſileo. Fuit enim ſignum quidem virtutis Chriſti, indicium contra principem iracundiæ Dei. Cum enim agnoviſſet in Cæſarea Philippi civitate Phœnicia, quam Paneam vocabant, inſigne Chriſti eſſe ſimulacrum, quod ſanguinis liberata profluvio conſtituerat eo depoſito, ſuam ibi ſtatuam collocavit, quæ violento igne de cœlo cadente, circa ejus pectus diviſa eſt & caput cum cervice una parte dejectum, atq; in terra fixum, reliqua vero pars hactenus reſtitit, & fulminis indicium reſervavit, ſtatuam verò Chriſti tunc quidem pagani trahentes confregere, poſtea vero Chriſtiani colligentes, in eccleſiam recondiderunt, quo hactenus reſervatur.

Item

Item ipſe cap. 42.

Hoc itaq; ſimulacrum, ſicuti refert Euſebius, omnium paſſionum & ægritudinum noſcitur eſſe medicamentum, juxta quod quædam herba germinat, cujus ſpeciem nullus noſtra terra medicus licet expertus novit, mihi namq; videtur, quia adveniente Domino nullum miraculum, nullumq; beneficium putari bet incredulum, &c.

In Hiſtoria Anglorum lib. 1 cap. 25. cujus initium:

Roboratus confirmatione beati patris Gregorii Auguſtinus cum famulis Chriſti, qui erant cum eo, rediit in opus verbi, pervenitq; Britanniam. Erat eo tempore rex Edilbereth in Cantia potentiſſimus. Et poſt pauca in eadem ſequitur Epiſtola: *Poſt dies ergo venit ad inſulam rex, & reſidens ſub divo, juſſit Auguſtinum cum ſociis ad ſuum ibidem advenire colloquium. Caverat enim ne in aliquam domum ad ſe introirent vetere uſus augurio, ne ſuperventu ſuo, ſi quid maleficii artis habuiſſent, eum ſuperando deciperent. at illi non dæmonica ſed divina virtute præditi, veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Salvatoris in tabula depictam, litaniaſq; canentes pro ſua ſimul & eorum propter quos & ad quos venerant, ſalute æterna Domino ſupplicabant.*

Item ſequitur:

Fertur autem quia appropinquantes civitati more ſuo cum cruce ſancta, & imagine magni Regis Domini noſtri Jeſu Chriſti, hanc lætaniam conſona voce modularentur: Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus, & ira tua à civitate iſta, & à domo ſancta tua, quoniam peccavimus, *&c.*

In Epiſtola beati Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad Joannem epiſcopum Synadorum, poſtquam literas beati Gregorii Papæ ſuſcepit, inter cætera inquit:

Epiſtolam veſtræ ſanctitatis ſuſcepi, in qua referebatur de epiſcopo Natholiæ: ſignificamus enim nunc vobis, ſicut & pridē quam ſuſciperemus literas veſtræ ſanctitatis, conjungente hic eodem Deo amabili epiſcopo in verbis, venimus cum ipſo ſciſcitantes ſenſum ejus, unde nobis relatum fuerat de illo, ipſe vero nobis hunc dedit reſponſum. Opportunum enim eſt, ſingillatim omnia intimare veſtræ ſanctitati, quoniam audiens divina ſcriptura dicente, Non facies tibi omnem ſimilitudinem, ut adores ea, quanta in cœlo ſurſum, & Exod. 20.
quanta in terra deorſum, *ſecundum hoc dixi, quoniā non debetur manufactis adoratio. nam ſanctos Chriſti martyres, qui veræ ſunt margaritæ fidei, omni honore dignos putamus, & inter ceſſiones eorū invocamus. ad hæc quidem nos illi reſponſum dedimus, Quoniam Chriſtianorum fides venerationem & adorationem ad unum & ſolum Deum refert, ſicut ſcriptum eſt:* Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Deuter. 6.
Glorificatio enim noſtra & ſervitium ipſi ſoli offertur. Et poſt pauca: *In ſanctis vero qui in cœlis ſunt, & in inviſibilibus & incorporeis virtutibus ſancta laudatur & glorificatur Trinitas, in ſingulari dominatione & divinitate, ſicut & unus Deus a nobis confitetur, & non eſt præter illum, qui dominetur in virtute ſua in æternum.* Et poſt pauca: *Neq; enim divinæ dominationis venerationē in conſamulos transferimus, neq; enim Imperatores aut Principes in terra adorantes ſimilitudinem, ut ad Deum adorationē facere videmur, neq; imaginū facturam, quæ per ceram & colores deſignantur, in transmutationē divinæ venerationis ſuſcepimus: neq; enim inviſibilē Deitatem imagine, aut ſimilitudine, aut habitu, aut forma aliqua deſignamus, etiam neq; ipſorū Angelorum quibus exiſtunt ordinibus aut ſentiri vel inveſtigari ullo modo poſſunt, ſed quoniam unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, revocans propriam creaturam à morte judicii bona voluntatis Patris & Spiritus S.* homo fieri dignatus eſt, *ſicut inquit Apoſtolus,* per omnia ſimilis nobis fa- Philipp. 2.
ctus abſq; peccato, *humanum ejus vultum, & ſecundum carnem ejus humanam ſimilitudinem imagine deſignantes, & non incomprehenſibilem aut inviſibilem ejus deitatem,* &c. *Simili enim modo ſecundum carnem ejus incontaminatæ matris ſanctæ Dei genitricis ipſo modo ſimilitudinem demonſtrantes, quoniam mulier natura exſiſtente, & non aliena noſtra maſſæ facta, Deum inviſibilem & omnia manu continentem in ſuo concepit utero, & genuit incarnatum. etenim ut propriè & verè matrem Dei veri veneramur eam & magnificamus. Sanctos enim Martyres Chriſti, Apoſtoloſq; & Prophetas miramur & beatificamus, & ad memoriam fortitudinis eorum ſimilitudines imaginum ipſorum deſcribimus, non ut divinæ naturæ ſocios eos æſtimemus, neq; quæ debetur, deitatis gloria quidem & poteſtatis, honorem & adorationē illis impendimus, ſed amorem noſtrum, quem in ipſis habemus, per hæc manifeſtamus, & ea quæ per auditum veraciter credidimus, deſignamus. Nam & ipſi ſancti Dei in unum & ſolum Deum ſervitutem & glorificationem & adorationem obſervantes, & ad hoc omnes convocantes atq; docentes eorum effuderunt ſanguinem, & in veritate confeſſionis coronam adepti ſunt. Iſte eſt modus in imaginum picturis, & non ſicut inviſibilis deitatis in Spiritu & veritate adorationem immutamus in manufactis imaginibus, ſed charitatem noſtram, quam juſte habemus ad ſervos caros Dei noſtri tali modo oſtendentes, & in eorum honore glorificatur Deus, qui glorificavit eos,* &c.

In actione ſeptima de ſignificatione adorationis.

Adoratio multis modis intelligitur. Eſt enim adoratio ſecundum honorem & amorem, & timorem, ſicuti adorantur principes & illorum poteſtas. Geneſ. 33.
Eſt alia adoratio timoris propriè, ſicut Jacob adoravit Eſau. Geneſ. 23.
Eſt iterum adoratio ſecundum gratiam, ſicut Abraham propter agrum quem accepit à filiis Seth, in ſepulturam Saræ mulieris ejus, & adoravit eos.
Eſt iterū adoratio, cum creditur aliqua protectio adipiſci à ſupereminentib[us] ſicut Jacob Pharaonem. Geneſ. 47.
Eſt vera & certiſſima adoratio, quæ ſoli debetur omnipotenti, & divinæ majeſtati, ſicut dicit Scriptura: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. *Hanc autem adorationem ad nullam creaturam licet transferre, nec in manufactis immutare,* &c. Deut. 6.

August.

Auguſt. in lib. 1. Sanctæ Trinitatis, cum de Spiritu ſancto loqueretur, inter cætera inquit:

Patri & Filio prorſus Spiritus S. æqualis & in Trinitatis unitate conſubſtantialis & coæternus, maximè verò illo loco ſatis apparet, quod Spiritus S. non ſit creatura, ubi jubemur non ſervire creaturæ ſed creatori, non eo modo quo jubemur per caritatem ſervire invicem, quod eſt Græcè δουλεύειν, *ſed eo modo quo tantum Deo ſervitur, quod eſt Græcè* λατρεύειν, *unde idololatræ dicuntur, qui ſimulacris eam ſervitutem*
Deut. 6. *exhibent quæ debetur Deo. Secundum hanc enim ſervitutem dictum eſt,* Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. *Nam hoc diſtinctius in Græca Scriptura invenitur,* λατρεύσεις *enim habet. Porro ſi tali ſervitute creaturæ ſervire prohibemur, quandoquidem dictum eſt:* Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies: *Unde Apoſtolus deteſtatur eos, qui coluerunt & ſervierunt creaturæ potius quam creatori: non eſt utiq; creatura Spiritus S. cui ab omnibus ſanctis talis ſervitus exhibetur, dicente Apo-*
Philip. 3. *ſtolo:* Nos enim ſumus circumciſio Spiritui Dei ſervientes, *quod eſt in Græco* λατρεύοντες. *Plures enim codices etiam Latini ſic habent,* qui Spiritui Dei ſervimus. *Nam Græcè Latria, Latinè ſervitus dicitur, quæ quantum ad veram religionem attinet, non niſi uni & ſoli Deo debetur,* & cætera.

Item Auguſtini in libro de Quantitate animæ.

Deus autem immortalem animam fecit, ut opinor, niſi forte tibi aliter videtur. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia Deus fecit? non equidem hoc dixerim, ſed quemadmodum ipſe immortalis immortale quiddam fecit ad ſimilitudinem ſuam, ſic & nos immortales à Deo facti ad ſimilitudinem noſtram, quod facimus immortale eſſe deberet, rectè diceres ſi ad ejus imaginem pingeres tabulam quod in te immortale eſſe credis: Nunc verò in ea exprimis ſimilitudinem corporis, quod profectò mortale eſt, quomodo ergo ſum ſimilis Deo, cum immortalia nulla poſſum facere ut ille? quomodo nec imago corporis tui poteſt hoc valere, quod tuum corpus valet, ſic anima non mirandum eſt, ſi potentiam tantam non habet, quantam ille, ad cujus ſimilitudinem facta eſt, &c.

Etymol. l. 19. c. 16.

Iſidori Epiſcopi, de pictura.

Pictura autem eſt imago exprimens ſpeciem rei alicujus; quæ dum viſa fuerit ad recordationem mentem reducit.

Item:

Picturam enim Ægyptii excogitaverunt: Primum umbram hominis lineis circumductam. itaq; initio talis, ſecunda ſingulis coloribus, poſtea diverſis, ſicq; paulatim ſeſe ars ipſa diſtinxit & invenit lumen atq; umbras, differentiaſq; colorum. Unde & nunc pictores prius umbras quaſdam & lineas futuræ imaginis ducunt, deinde coloribus complent tenentes ordinem inventæ artis.

Item:

Colores autem dictos, quod calore ignis vel ſolis perficiuntur, ſive quod initio colabantur, ut ſummæ ſubtilitatis exſiſterent, &c.

Item Auguſtinus in lib. de Magiſtro.

De his quæ intelliguntur interiorem veritatem ratione conſulimus, quid dici poteſt, unde clareat verbis nos aliquid diſcere præter ipſum qui aures percutit ſonum. namq; omnia quæ percipimus, aut ſenſu corporis, aut mente percipimus, illa ſenſibilia, hæc intelligibilia ſive ut more auctorum noſtrorum loquar, illa carnalia, hæc ſpiritalia nominamus. De illis cum interrogamur reſpondemus, ſi præſto eſt ea quæ ſentimus, velut cum à nobis quæritur intuentibus lunam novam, qualis aut ubi ſit, hic ille qui interrogat ſi non videt, credit verbis, & ſæpe non credit. Diſcit autem nullo modo, niſi & ipſe quod dicitur videat, ubi jam non verbis, ſed rebus ipſis & ſenſibus diſcit: nam verba eadem ſonant videnti, quæ non videnti etiam ſonuerunt. Cum verò non de his quæ coram ſentimus, ſed de his quæ aliquando ſenſimus quæritur, non jam res ipſas, ſed imagines ab eis impreſſas, memoriæq; mandatas loquimur, cum omni quomodo vera dicamus cum falſa intueamur ignoro: niſi quia non nos ea videre ac ſentire, ſed vidiſſe ac ſenſiſſe narramus, ita illas imagines in memoriæ penetralibus rerum antè ſenſarum quædam documenta geſtamus, quæ animo contemplantes bona conſcientia non mentimur cum loquimur, ſed nobis ſunt iſta documenta. is enim qui audit, ſi ea ſenſit atq; affuit, non diſcit meis verbis, ſed recognoſcit ablatis ſecum & ipſe imaginibus. Si autem ille non ſenſit, quis non eum credere potius verbis, quam diſcere intelligat? Cum verò de his agitur quæ mente conſpicimus, id eſt, intellectu atq; ratione, ea quidem loquimur, quæ præſentia contuemur, in illa interiore luce veritatis, quâ ipſe qui dicitur homo interior illuſtratur & fruitur, &c.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

UNDE PRIMUM EXORTA SIT IN ECCLESIIS ORIENtalium imaginum deſtructio.

Ex Nicæn. Conc. II act. 5. Adde Theophan in Miſcell. & Damaſc. de Hær. & Zonar Annal tom 3.
* al. Tiberiade.
† al. Sarantapechys.

TYRANNUS quidam fuit Seleman nomine, Aggarenus genere, quo defuncto, ſucceſſit Humarus in regno, cui iterum ſucceſſit Ezidus, vir valde levis & inſipiens. Hujus enim temporibus erat quidam in * Beriade maleficus ac divinus, † Serantapicus nomine, præceptor iniquorũ Hebræorum, & inimicus Dei Eccleſiæ, qui, ut comperit levitatem Ezidi Protoſymboli, acceſſit ad eum, cœpitque illi quædam divinare ac prædicere. Illi autem ex hoc acceptabilis factus, ac non multo poſt ei dicere cœpit: Benignitati tuæ exponere volo, unde me ſi audias, addatur tibi longitudo vitæ, & per [illegible] veres in hoc Principatu annos [illegible]inta, ſiquidem impleveris ſermones meos. Ille verò inſipiens tyrannus, obſcuratus mente deſiderii longæ vitæ, Quicquid mihi, inquit, præceperis, paratus ad perficiendũ exſiſto. et ſi conſecutus fuero, quod pollicitus es, maximos tibi honores retribuam. Maleficus verò & divinus

nus ait ad eum: Jube mox generalem ſcribere epiſtolam, quatenus omnis imaginaria pictura deleatur in omnibus Chriſtianorum eccleſiis, ſive in parietibus, ſive in vaſis ſacris, & in veſtibus altarium; & non ſolùm hæc, ſed quæ in civitatum plateis ſunt adornatæ. Quod audiens perfidus ille tyrannus, præcepit omni Præfecturæ, in cunctis locis, eccleſiarum imagines & cæteras ſimilitudines abolere, & ita exornavit eccleſias Dei. Abhinc enim cœperunt corruptores imaginum inveniri. Sed ipſe tyrannus anno altero mortuus eſt, & imagines in priſtinum ſtatum reſtitutæ cum honore. *& cætera.*

Hic deſunt nonnulla.

Epiſtola nomine Ludovici Imperatoris ad Pontificem Romanum.

. . . .

. . . . QUIA ergo per caritatem Dei quæ ab ipſo largiente diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, univerſæ Eccleſiæ notum eſſe non dubitatur, quod omnia quæ intra eandem ſanctam Dei Eccleſiam ad perennem capiendam ſalutem pertinentia aguntur, ita per ejusdem ſancti Spiritus gratiam caute agendæ ſint, ut illud præcipuæ caritatis privilegium conſervetur, quod ipſe auctor & largitor omnium bonorũ Dominus de mundo corporaliter abſceſſurus pro ſummo atq; altiſſimo munere fidelibus ſuis dando pariter & relinquendo largiri dignatus eſt, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Illud etiam Apoſtoli pariter attentiſſime Joan 14.
cogitandum: *Pacem ſequimini & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Et idcirco valde neceſſe Hebr 12.
eſt, ut quisquis ad illam patriam deſiderat pervenire, ubi nunquã diſcordia potuit vel poterit introire, illud ſummopere agere ſtudeat, per quod & ipſe illam Deo placitã caritatis pacem cum omnibus habere ſtudeat, & omnes contra illam pacem diſcordantes ad veram concordiam revocare contendat.

Certum eſt enim quia ſicut quisquam ſi eandem caritatem illam Deo placitæ fraternitatis caritatem ſervare poterit, & noluerit ad palatium caritatis pervenire non poterit. Ita ſi illos quos contra eandem dilectionis unitatem diſſidentes cognoverit, & illos ad tantæ beatitudinis viam revocare poterit, & virtute qua valet non certaverit, ipſe ſibi ejusdem beatitudinis januam ſeris validiſſimis claudit. Similiter quoq; juſtiſſimo Dei judicio eandem calcandi ſemitam obſtaculum ſibi opponit, ſi ſecundum qualitatis ſuæ modum omnes in Deo unanimes, ne in baratrum diſcordiæ corruant, quantum reniti prævalet viriliter non contendit. Hæc ad hoc non humana argumentatione reperta, ſed divina tota orbi terrarum docente auctoritate diffuſa, atque notiſſima ubique valere debent, ut ubicunque fuerint diſcordantes, ad concordiam revocentur, concordes vero ne in diſcordiam proruant ab univerſis qui prævalent tueantur.

His Ita ſummatim præmiſſis, ſeries hujus dictionis poſtulat, ut ſubſequens ſermo cur talia præmiſſa ſint lucide pandat.

Quia igitur ut univerſo eccleſiaſtico ordini revelante Spiritu ſancto notum eſt inter cætera pietatis documenta, teſtante Apoſtolo, Fides, Spes, caritas præeminent, ipſæque rurſum virtutes per prudentiam, temperantiam, fortitudinem, atque juſtitiam auctore Deo inviolabiliter conſervantur: ita rurſus illæ quatuor ad humanam derivatæ ſobriam converſationem per rationem, diſcretionem, honeſtatem, atque utilitatem habentur atque utuntur, nullusq; iſtis carens illas perfecte habere potuit, nec eis rite iſtis ſpretis aliquando uti prævaluit, & quamvis ſint quædam ex eis humanam rationem excedentes, ut ſunt nonnulla, quæ ſola fide attingi poſſunt. & ob hoc ineffabilia vel incomprehenſibilia dicuntur, auctoritate tamen divina in ſacris voluminibus, ſanctorum etiam Catholicorum Patrum edictis, Deo revelante, qualiter eadem tenenda vel confitenda ſint, ſufficienter reperiuntur; ideoque pene ab omnibus deſideratur, optatur, quæritur, ut ratione præeunte, comitante, vel ſubſequente, in omnibus, vel de omnibus unde certus eſſe deſiderat, ſalva & antepoſita ſemper & ubique divina auctoritate, non prius qualibet humana adinventione opponatur, quam utili ratione inſtruatur, & undecunque certus eſſe deſiderat, pleniter imbuatur.

Idcirco ergo ſummopere cavendum eſt, ne homini rationali rationem deſideranti atq; poſcenti ullo modo ratio interdicatur, niſi tantum in his, ut ſupra commemoratum eſt, ineffabilis tanta ac talis occurrat ſublimitas, cui merito univerſa humana ſe ſubſternat ratiocinationis humilitas. Quia vero uno pretio Chriſti videlicet ſanguine redemti fratres ſumus, & ipſo miſerante, cujus miſericordia id ſimus, cognoſci meruimus, cum omni mentis affectu, ut ſupra commemoratum eſt, neceſſitatem fratrum noſtrorum, totius ſcilicet Imperii Orientalium Romanorum, ad intima cordis noſtri viſcera admittere debemus, quorum inviolabilem caritatem ob nullam aliam diſceptationis occaſionem, nimis duriter, & ut multis videtur, irrationabiliter ſciſſam eſſe cognovimus, niſi quod quidam illorum una cum Michaele & Theophilo Imperatoribus cariſſimis fratribus noſtris imagines ſanctorum non habere volunt: quidam vero è contra ex eadem ſancta plebe non ſolùm habere, ſed etiam adorare volunt. Quorum altercationis diſcordiæ ſumma talis eſt, ut nolentes illas habere, volentes nec habere conſentiant: volentes vero nolentes etiam adorare compellant, qui hinc & inde in diverſa tendentes adverſus alterutrum, ſive humana argumentatione, vel ratione, ſive etiam ex divina auctoritate, vel ſanctorum Patrum ſcriptis, voluntati ſuæ excerpta vel coacervata habent, ut utriſq; videtur congrua plurima teſtimonia, quibus & iſti ſuam, & illi è contra vindicare & obtinere ſuam putant poſſe ſententiam.

Unde ſicut dignum & vere dignum & juſtum eſt, ut præeunte Spiritus ſancti virtute, ille inter eos in nomine Domini talia correcturus, & ad viam veritatis ſanctiſſimo moderamine reducturus

rus primus in hominibus arbiter occurrat, quem Deus omnipotens in ſede Apoſtolica collocare, eorumque vicarium eidem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ dare dignatus eſt, & ob hoc ei nomen ſpeciale in toto orbe terrarum ab eadem ſancta Dei Eccleſia præ omnibus Pontificibus decretum eſt, ut ſolus non ſua abuſione, ſed tantorum Apoſtolorum auctoritate univerſalis Papa dicatur, ſcribatur, & ab omnibus habeatur. Et quia ſicut omnibus notum eſt, dicente Joanne Apoſtolo, *hora noviſſima eſt*. Et Paulo: *Nos in quos fines ſeculorum devenerunt*. & ideo tempus inſtat, dies judicii abſque ulla diuturna dilatione appropinquat, nulli dubium quin diabolus inter reliqua perditionis ſuæ argumenta illud præcipue contendit, ut in noviſſimo die ſanctæ Dei Eccleſiæ caritatem mutuam ſcindat, unanimitatem per quamlibet occaſionem ſcindat, viſcera dilectionis corrumpat, ut eam non in pace ſuperius commemorata, ſed diſciſſam & laceratam dies ille horrendus inveniat.

1\. Joan. 2.
1\. Cor. 10.

Sed nec illud latet, quod ipſe infelix infelicium, miſerrimusque omnium miſerorum non curat, per quamlibet occaſionem corporalem, ſpiritalem, mundanam, eccleſiaſticam id efficere poſſit, dum tamen quolibet argumento ejus Deo placitam mutuam in diligendo ſoliditatem ſcindere valeat: & cum univerſus ei eccleſiaſticus ordo merito obviare debeat, nullus tamen ſub hac conditione majori conſtringitur debito, quam ille qui tanto in ſede Apoſtolica illorum auctoritate pro eorum reverentia in univerſali mundo, ac tali honorari meruit privilegio. Qui tamen univerſalis meritò non dicitur, ſi pro univerſali Eccleſiæ ſtatu viribus, quibus valet, non agnizatur.

Hæc, domine Pater, ac toto mundo veoerande atque reverende ſanctiſſime Pontifex, ad inſinuandam in tanta re mentis noſtræ devotionem præmittere ſtuduimus.

Ab hinc verò, ſi adeo conſervanda almitas veſtra ita elegerit, non inſinuando ſed admonendo, qualiter communis Legatio noſtra ad illam ſanctam Dei Eccleſiam corrigendam dirigi poſſit, ſubnectere curabimus, non ut ſanctæ & à Deo datæ ſapientiæ veſtræ, quod abſit, altius ſublimiusque progrediendi terminum ponere præſumſerimus: ſed ne id, quod exinde nobis omnipotentis Dei omnipotenti miſericordia ad obſequium veſtrum, ſalutem noſtram conſerre dignata eſt, ſilentio tegeremus, ſicut filium decet patris in gremio examinis veſtri collocavimus, confiſi in Domino, quod ipſe vobis exinde, quod ſibi placitum & acceptabile eſt, inſpirare dignabitur.

Nos tamen non ſynodum congregando, ſed, quemadmodum a vobis poſtulavimus, licentiamque agendi percepimus, una cum familiaribus noſtris filiis veſtris, quantum pro multiplicibus ſollicitudinibus regni diverſis occupati per intervalla potuimus conſiderare, ſtuduimus, quid almitati veſtræ de tanta neceſſitate ſignificare potuiſſemus, qualiter idem populus a Deo per veſtram conſervandus orthodoxam ſanctitatem ad veram concordiam revocari potuiſſet, ut vera pace conglutinari, & in hoc, & in futuro ſeculo omnium Domino placere potuiſſent. Et quicquid exinde ſalubre Domino inſpirante invenire potuimus, paternitati veſtræ per præſentes filios veſtros, fratres noſtros, quædam dictis, quædam ſcriptis iotimando direximus.

EPISTOLA NOMINE ROMANI PONTIFICIS AD MICHAELEM atque Theophilum Imperatores Græcorum.

. . . .

. . . . . ORO autem & obſecro in univerſo mundo, (ut beati prædeceſſoris mei Domini Gregorii Papæ utar verbis,) fratres, & domini mei, in quantum peccatores, fratres mei; in quantum juſti, domini mei; quantum ex me, humiliter ſupplico, quantum vero ex tanta auctoritate, ſublimiter moneo, ut nemo me hoc loco propter me deſpiciat, quia etſi ad invitandum nequaquam dignus appareo, magna eſt tamen virtus caritatis, pacis & unitatis, ad quam vos alta poteſtate in vice beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti invitare præſumo. Cum enim Paulus veridica voce dicat, *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, quia ſine illa nemo videbit Deum*, quid felicius, quam & in hoc ſeculo deſiderando, & in illo fruendo Deum videre? quid è diverſo infelicius, quam nec in hoc ſeculo feliciter optando, nec in illo felicius fruendo videre meruerit Deum? Et cum hujus aſſertionis vel veritatis in univerſo mundo tanta ſint teſtimonia, quæ in præſenti tempore nulla evolvere prævaleat lingua, nullusq; mortalium præſcire valeat quando vel uniuscujusq;, vel (quod majus eſt) totius mundi occaſus terminusve fieri debeant, magna me, ut in omnibus notum eſt, urget neceſſitas, ut id, quod ex debito reddere debeo, diutius * deferre non audeam, ne forte tanto caritatis debito ſubtracto, in conſpectu æterni judicis pro vobis omnibus reus appaream.

Hebr. 12.
* differre.

Quamobrem oro vel moneo, ut * primo me ſummi Dei Eccleſiæ filii Michael & Theophilus, glorioſi verò & ſublimiter a Deo exaltati Imperatores Romanorum, una cum univerſo catholico nobiliſſimoq; ſenatu ac populo vobis à Deo ad gubernandum credito, ut ea, quæ pro ſalute veſtra ex auctoritate beati Petri, cui Dominus & Deus noſter Jeſus Chriſtus claves committere dignatus eſt regni cœlorum, dicens; *Quodcunq; ligaveris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis, & quodcunq; ſolveris ſuper terram, ſolutum erit & in cœlis*. admonere & exhortari, & inſinuare neceſſarium duximus, patienter audiatis, animumque Deo placitum veſtrum, non ad contemnendum, ſed ad obediendum & conſervandum præparare ſtudeatis. Ideo autem ad obediendum nobis hortamur, quia omnia, quæ vobis de hac cauſa dicturi ſumus, tribus hoc capitulis principaliter & ordinare & confirmare parati ſumus, id eſt, ratione, auctoritate, & conſilio, videlicet rationem texendo, & eandem rationem in quantum rationabilis, diſcreta, honeſta & utilis fuerit, auctoritate firmando: eandem vero auctoritatem ſecundum catholicæ fidei veritatem & rectitudinem ſalubriter intelli-

* Baro primi mei.
Math. 16.

telligendo. Ad ultimum vero quid in his ad ſalutem univerſalis Eccleſiæ tenendum ſit, conſilium Deo placitum dando, & idem conſilium confirmando. Et quamvis, ut dignum eſt, divina præcellet auctoritas, primo tamen ad mitigandos atque ad adunandos animos in diverſa tendentes, ratiocinando omnibus ſatisfacere volumus, ut eo facilius & divinam auctoritatem ſecundum ſanum Catholicæ fidei intellectum concordes ſuſcipiant, ac deinde certum nobis conſilium ſuavius amplectantur, amplexumque in futuro cuſtodiant.

Apud omnes igitur hujus ſanctæ Occidentalis Eccleſiæ, quæ ſe auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, largiente Domino fidei, ſpei, & charitatis ſumſiſſe exordium gloriatur, ita hactenus per eoſdem Apoſtolos protegente Spiritu ſancto, & ipſis intercedentibus ac protegentibus, ab omni hæreſi inlibata, nunc usque conſervata eſt, ut non ſolum ipſa ad quodlibet erroris diverticulum minime declinaret, ſed potius omnes à recto fidei tramite quoque modo deviantes, per orthodoxos eorumdem ſucceſſores toto orbe terrarum ad rectitudinem potius revocaret. Teſtis enim hujus rei non quilibet angulus, ſed orbis terrarum univerſus, quia quotiens tales per mundum * perceptiones motæ ſunt, quæ ad periculum fidei univerſalis Eccleſiæ imminere putabantur, ob inveniendam inventamque conſervandam catholicæ fidei veritatem, ſemper hoc univerſalis Eccleſia; præſente ob hujus ſanctitatem Sedis Pontifice, aut certe cum conſenſu illius verbis vel literis porrecto corrigere, porrectumque ad conſervandum ſtatuere conſuevit. * perſecutiones,

Simili modo etiam & in his, quæ ad conſervandum in humanis actibus ejusdem Eccleſiæ incontaminabilem ſtatum, moderante non qualibet doloſa vel ſophiſticâ, nec non duplici calliditate, ſed veritate ſubnixa, ſimplici ratione, ipſaque diſcretione, honeſtate, utilitate, pariter inradiata ratione, non ſolum noxia vel nociva, verum quoque & ipſa ſuperflua & non neceſſaria reſecare conſuevit, & ea, ut prædictum eſt, quæ ad ſalutem totius Eccleſiæ pertinere, & inſuper merito cavere non debuiſſet, diſſerendo & ordinando ſancire ſolita fuit. & hoc non tantummodo de cauſa fidei, vel, ſicut præmiſſum eſt, de ſtatu humani generis, vel curſu rectitudinis, verum quoque de omni diſſenſione in ſancta Dei Eccleſia, quæ pacem illam turbare videbatur, quam Dominus Apoſtolis & per Apoſtolos nobis omnibus vicariam præſentiæ ſuæ dereliquit, dicens; *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ubicunque per quodlibet pietatis argumentum pertingere potuit, ſemper hujus ſanctæ ſedis vicarii Apoſtolorum quædam mulcendo, quædam vero, ſi ita res popoſciſſet, ſublimi ac veneranda auctoritate, ut dignum erat, docendo pariterque prædicando ad pacis concordiam revocare ſtuduit. Joan. 14.

Quorum vicem, qualescunque ſimus, miniſterium tamen auctoritate ſubeuntes, caritate pariter & eadem auctoritate roborati diſſenſionem illam; quæ * infra ipſam ſemper Deo amabilem Romanorum Græcorumq; eccleſiam exortam durius eandem eccleſiam, quam ſaluti illius ullo modo convenire poſſit, ſcindentem diuturno tempore cognovimus non audemus declinare, ut non illam ex auctoritate tantorum Apoſtolorum ad pacis concordiam ipſis mediantibus non debeamus advocare. Maxime vero in eo quod ejusdem miſerrimæ diſtenſio ea ſit materia, ſine qua, ſicut multis videtur, ſalva per fidem, ſpem, & caritatem incunctanter & in hoc ſeculo, & in futuro ſalvari poteſt eccleſia. Quorum ſenſus & ſententia talis eſt. *Quid fidei, ſpei, & caritati obeſſe potuiſſet, ſi imago nulla toto orbe terrarum picta vel ficta fuiſſet?* Et quanquam idem filii noſtri, qui hæc dicunt, rationabiliter ſe oſtendere poſſe nollatenus * dubitant, melius illud nunquam fuiſſe, ſine cujus cultu perfecta fide, ſpe, & caritate univerſalis ſancta Dei Eccleſia ſalva potuiſſet conſiſtere, quam ſub hac occaſione non dubium, ſed certiſſimum illud malum diſcordiæ debere incurrere, quod niſi correctum fuerit, nullatenus cum hac diſſenſione ad Dominum, qui eſt pax, omnium ſibi placitam pacem habentium; nunquam in perpetuo poſſe pertingere. Et quamvis devotio illorum hoc conſtanter poſtulet, ut eis ratiocinando qualiter de ipſis imaginibus diſcrete & rationabiliter ſentiant, poſtea diſſerere liceat. Quod ſi eſt, qui ſuſcipere juſto moderamine velit, ſalubre omni homini eſſe non dubitant, ad comparationem tamen tanti mali eandem imaginum cauſam pro nihilo computant, ſi pax illa, quæ ad æternam vitam, qui eſt via, veritas & vita, ducit, ad eandem viam, veritatemque perducta non fuerit. * inter, * dubitabant.

Et idcirco cunctus chorus ſacerdotum, nec non & omnis Senatus totius gentis ſeu Imperii Francorum, & univerſa eccleſia per totam Galliam cum cæteris provinciis eidem à Deo conſervando Imperio ſubditis, audita fama delendæ diſſenſionis fratrum ſuorum, inrevocabiliter poſtulant, ut prius per iſtius ſanctæ Sedis à Deo conſervatam in futuroque usque in finem ſeculi, ſicut ipſi indubitanter, & nos omnes per merita Apoſtolorum confidimus, conſervandam auctoritatem, illud ſummopere quærere feſtinemus, ut quia auctore Deo hæc duo regna in toto orbe terrarum principalia mutua ſibi Deo placita caritate devincta ſunt, illud Diaboli telum ab eadem Eccleſia diſſipetur, ut pax Dei, quæ exſuperat omnem ſenſum, in eadem beata plebe pleniter reſtituatur.

Vociferantur enim in cœlum uno ore & uno corde omnipotentis Dei judicium inevitabiliter nobis incumbere, ſi auctoritate ſummorum in toto orbe terrarum Apoſtolorum, quorum doctrinis & conſilio univerſus flectitur mundus, diſcordiam veſtram ad veram concordiam non certamus reducere. Dicunt etiam, quid acturi erunt de tam præcipuo coram Deo amiſſo ſolatio, ſi illos; quos poſt hujus ſanctæ ſedis immutabilem tuitionem, illud in tam præcipue cariſſimis fratribus ſolatiũ perdiderint qui ſimile in univerſa Eccleſia nullum habebunt? Si enim cum illis veram fidem, integrumq; caritatis ardorem non ſervaverint, quid in judicio Domini tanta neglecta caritate & in nomine Domini certiſſimè confirmata neglexerint? Sed nos diuturnæ lectioni veſtroq; * faſtigio in * faſtidio

legendo parentes, ubi tanta ab eis caritate urgente, de Deo placita mutua dilectione veſtra, plorando, immo lugendo conqueſti ſunt, quæ in unum colligi difficile poſſunt, omiſſis, ad eandem ſeriem detexendam, quam ipſi de imaginum reddenda ratione ſpoponderant, redeamus. Ajunt enim:

Epiſtola Francorum & Gallorum ad Pontificem Rom.

Oramus ergo ſanctiſſime atque beatiſſime Pontifex, ut nobis antiquorum patrum noſtrorum hac de cauſa vitæ curſum recitare liceat, ſimulque prout rationis ordo popoſcerit, ſenſus ſui affectum in hac duntaxat re, cur ita vel ita tenuerint interſerendo adjungere. Nec vobis tædium fiat, ſi ad oſtendendam rationem veritatis, veritatemque rationis ſeſe paulo longius ſermo protraxerit, dummodo linea veritatis, quæ ab antiquis patribus noſtris usq; ad nos inflexibiliter ducta eſt, beato Dionyſio ſcilicet, qui à ſancto Clemente beati Petri Apoſtoli in Apoſtolatu primus ejus ſucceſſor exſtitit, in Gallias cum duodenario numero primus prædicator directus, & poſt aliquod tempus una cum ſociis ſuis huc illucque prædicationis gratia per idem regnum diſperſis martyrio coronatus eſt. Et quanquam plures exſiſtant, quidam martyres, quidam etiam confeſſores, quorum merita, qualia apud Deum habeantur, quamvis quotidianis miraculis coruſcent, quia tamen propter longitudinem terrarum vobis minus cogniti fortaſſe exſiſtunt intermiſſis, ſanctum tamen Hilarium antiquum eccleſiaſticum doctorem, nec non & beatum Martinum toto orbe venerandum, vobis notiſſimos eſſe minime dubitantes, ad memoriam reducere neceſſarium æſtimamus, quorum vitæ magiſterio edocti, hæc ita tenenda atque ſervanda ſuſcepimus. Sed quia apud nos vel majores noſtros, ex quo ulla præſens ætas recordari poteſt, nunquam ejusmodi quæſtio mota vel ventilata fuit, ideo ſemper talis exinde mos ex prædictis antiquis temporibus retentus, in univerſa iſtius regni eccleſia exſtitit, ut nullus, ac ſi ex auctoritate ejusdem ſanctæ Dei eccleſiæ juberet, nullus cuicunque imaginem volenti pingere aut fingere prohiberet. Unde usque hodie eadem apud nos conſuetudo tenetur, ut quia hoc auctoritas nulla jubet, nemo jubeat: ſimiliter quia auctoritas nulla prohibet, nemo prohibeat. Quia vero propter præmiſſam rationem aliter eſſe non poteſt, niſi ratio inde habeatur, fortaſſe eadem ratio tale exordium non inconvenienter habere poterit. Si igitur imago in toto orbe terrarum nulla picta vel ficta eſſet, numquid aliquid fidei, ſpei, vel charitati ſanctæ Dei eccleſiæ obeſſet? Rurſus ſi ita, ut in quibusdam locis, maxime eccleſiis ſeu palatiis principum, ob nullum alium catholicæ fidei ſeu religionis cultum, ſed tantummodo ſcientibus pro amoris pii memoria ſeu ornamento eorundem locorum; neſcientibus vero pro ejusdem pietatis doctrina pictæ vel fictæ ſunt, ita per reliqua ejusdem imaginibus congrua domicilia ad eundem ſenſum pertinentes pictæ vel fictæ eſſent, quid præfatis virtutibus unquam aut usquam obeſſe potuiſſet? Et ideo quia res ita ſe habet, quid ſupereſt, niſi ut qui nolunt, ita non faciant, ut tamen eis, qui illas eo ſenſu (ut præmiſſum eſt) habere volunt vel faciunt, in faciendo vel habendo minime contradicant. Et illi ſimiliter, qui illas habere volunt, nolentes ad habendum vel faciendum nullatenus cogant. Atque ita auctore Deo, uterque illæſus ſervatur, dum & habere volens * propter cautelam illiciti cultus, & habere nolens propter cautelam illiciti contemtus ſalvus permanere indubitanter poterit. Atque ita miſerante Deo majorum noſtrorum imaginibus vel picturis morem imitantes, in jubendo vel prohibendo, in habendo vel non habendo, in colendo vel non colendo, illæſus hactenus hac de cauſa Domino opitulante nos tranſiſſe, & ipſo gubernante tranſituras nequaquam dubitamus. Quamobrem monendi ſunt omnes, qui illas habere volunt, ne amando, vel quolibet modo orando vel complectendo, ultra quam oportet, cultum eis illicitum ullatenus impendant. Similiter * & illis, qui eas habere noluerunt, ſicubi eas aſpexerint, qualibet ignominioſa vel probroſa deteſtatione ſpernere, contumeliare, vel lacerare præſumant. Hinc ergo indubitanter colligi poteſt, quæ illum ratio hoc cum periculo quocunque compellat habere, quod illum procul dubio ſine ullo periculo licet non habere. Ideo ergo totius hujus rationis talis eſt ſumma, ut qui volunt propria memoria vel ſana doctrina, in locis competentibus absque ullo illicito cultu pictas vel fictas habeant imagines. Qui autem nolunt absque ullo illicito contemtu taliter habentes, vel habitas imagines nullatenus ſpernant.

* præter

* nec illi

Eſſent utique plura, quæ hic ratiocinando, his per omnia congrua dici vel ſcribi potuiſſent, ſi aut brevitas temporis permitteret, aut id aliqua, ſi ea confirmando ſcribi neceſſitas popoſciſſet.

AUCTORITAS.

His etiam pro ſatisfactione prædictorum fratrum noſtrorum vel Eccleſiæ ſuperius commemorati regni, in ſua, quia aliter eſſe non potuit, ſeparatim relatione vel ſerie competenter præmiſſa, ut quicunque ratiocinando animo ſuo ſatisfacere voluerit, cur eadem Eccleſia tali ſe moderamine hac in re ex antiquis temporibus in habendis vel non habendis imaginibus tractare voluerit, tanto compendioſius facere poſſit, quanto non ſparſim, ſed ſimul ſenſum illorum opportune collectum legendo addiſcere poterit. Modo autem eadem ratio docet, ſicut ſupra ſignificatum eſt, ut nunc ad auctoritatem ſanctorum Patrum, qui inde aliquid ſcripſerunt, nobisque ſcriptum reliquerunt redeamus, & videamus, ſi eadem auctoritas præmiſſam rationem congruendo affirmare debeat, an non. Videtur igitur nobis, quamvis plures inde in reliquis * contractibus ſuis, quos de ſtatu ſanctæ Dei Eccleſiæ inſpirante Spiritu ſancto ſtudioſe texuerunt, nonnulla interſerant, juxta quod ſenſus ille poſtulat unde agebatur: merito tamen illi ad hujusmodi examinationem primi ponantur, qui de hac re ſpecialiter & ob hanc ſolummodo ſolvendam quæſtionem ſcripſiſſe reperiuntur

* for. tractatibus.

untur. E quibus nobis beatus Papa Gregorius hujus ſanctæ Dei Eccleſiæ Pontifex primus occurrit, qui ad Serenum Maſſilienſem epiſcopum hoc ſpecialiter ſcripſit, ſicut & in epiſtola illius ad eum facta in armario ſanctæ Dei noſtræ eccleſiæ continetur, eo quod audiret illum propter, ut ſibi videbatur, ſuperfluum imaginarium cultum, tali zelo ſuccenſum, omnes imagines, quas in eccleſia ſua receperat, depoſuiſſe, confregiſſe, & extra eandem eccleſiam funditus projeciſſe, ut hoc facto à cultura vel adoratione inlicita populum compeſceret. Qua de re, nihil congruentius in hac cauſa poſſe fieri arbitrati ſumus, quam ut prima eadem epiſtola huic noſtro operi, quod maximè ob amorem veræ pacis ſanctæ Eccleſiæ texere, ordinare, de meritis beatorum Apoſtolorum confiſi, fideli mente adgreſſi ſumus, credentes per eos poſſe obtinere, ut tam per neceſſarium eccleſiaſticum opus à Deo placitam conſummationem debeamus perducere. Scribit enim ita.

Indico, inquit, *ad nos dudum perveniſſe, quod fraternitas veſtra quoſdam imaginum adoratores aſpiciens, eaſdem eccleſiis imagines confregit, atq; projecit. Et quidem zelum vos, ne quid manufactum adorari poſſit, habuiſſe laudavimus, ſed frangere eaſdem imagines non debuiſſe judicamus. Idcirco enim pictura in eccleſiis adhibetur, ut hi, qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas, & illa ſervare, & ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatenus & literarum neſcii haberent, unde ſcientiam hiſtoriæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minime peccaret.*

Item idem ad eundem:

Perlatum, inquit, *ſiquidem ad nos fuerat, quod inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confringeres, & quidē quia eas adorare vetuiſſes, omnino laudavimus, fregiſſe vero reprehendimus. Dic, frater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? Si non aliud, vel illud te non debuit revocare, ut deſpectis aliis fratribus ſolum te ſanctum, & eſſe crederes ſapientem? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud picturæ hiſtoria quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. Unde præcipue gentibus pro lectione pictura eſt, quod magnopere à te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne dum recto zelo incaute ſuccenderis, ferocibus animis ſcandalum generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum in eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias, non ſine ratione vetuſtas admiſit, ſi zelum diſcretione condiſſes, ſine dubio & ea, quæ intendebas, ſalubriter obtinere, & collectum gregem non diſpergere, ſed potius poteras congregare, ut paſtoris intemerito nomen excelleret, non culpa diſperſoris incumberet. Hinc autem dum in hoc animi tui incaute nimis motus exſequeris, ita tuos ſcandalizaſſe filios perhiberis, ut maxima eorum pars à tua ſe communione ſuſpenderet. Quando ergo ad ovile dominicum errantes oves adducas, qui quas habes, detinere non prævales? Proinde hortamur, ut vel nunc ſtudeas eſſe ſollicitus, atq; ab hac te præſumtione compeſcas, & eorum animos, quos à tua disjunctos unitate cognoſcis, paterna ad te dulcedine omni adniſu omniq; ſtudio revocare feſtines. Convocandi enim ſunt diverſi eccleſiæ filii, eiſq; ſcripturæ teſtimoniis oſtendendum, quia omne manufactum adorare non liceat, quoniam ſcriptum eſt:* Dominum Deum tuum adorabis, Deut 6.
& illi ſoli ſervies. *Ac deinde ſubjungendum, quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi factæ fuerant, ut neſcientes literas, ipſam hiſtoriam intendentes, quod actum ſit diſcerent, tranſiſſe in adorationem videras, idcirco commotus es, ut eas imagines frangi præciperes, atq; eis dicendum, ſi ad hanc inſtructionem, ad quam imagines antiquitus factæ ſunt, habere vultis in eccleſiis, eas modis omnibus & offerri & haberi permittas. At indica, quod non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte pandebatur, diſplicuerit, ſed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter exhibita. Atq; in his verbis eorum mentes demulcens, eos ad concordiam revoca, & ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibe. Adorare vero imagines, omnimodis devita. Sed hoc ſollicite fraternitas tua admoneat, ut ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant, & in adorationē ſoli illius omnipotentis S. Trinitatis humiliter proſternantur.*

Item idem ad Januarium Epiſcopum.

Judæi, inquit, *de civitate veſtra huc venientes queſti nobis ſunt, quod ſynagogam eorum, quæ Caralis ſita eſt, Petrus, qui ex eorū ſuperſtitione ad Chriſtianæ fidei cultum Deo volente perductus eſt, adhibitis ſibi quibuſdā indiſciplinatis, ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt dominica ipſa feſtivitate Paſchali, cum gravi ſcandalo ſine veſtra voluntate occupaſſet, atq; imaginē illic genetricis Dei, Dominiq; noſtri & venerandam crucē vel byrrum albū, quo fonte ſurgens indutus fuerat, appoſuiſſet, &c.* Et poſt pauca inquit: *Conſiderantes hac de re veſtræ voluntatis intentū ac magis judiciū his hortamur affectibus, ut ſublata exinde cum ea, qua dignū eſt, veneratione imagine atq; cruce debeatis quod violenter ablatū eſt reformare.*

Item idem ad Secundinum ſervum Dei Incluſum:

Imagines, inquit, *quas à nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconem tuum rogaſti, valde nobis tua poſtulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quæris, cujus imaginem præ oculis habere deſideras, ut viſio corporalis quotidiana reddat exortum, ut dum picturam vides, animo inardeſcas, cujus te imaginem videre conſideras. Abs re non facimus, ſi per viſibilia inviſibilia demonſtramus, ſic homo, qui alium ardenter videre deſiderat, aut ſponſam amando deſiderat, quam videre conatur, ſi contingit, aut ad balneum ire, aut ad eccleſiam procedere, feſtinus in via ſe præparat, ut de viſione hilaris recedat. Scimus quia tu imaginem Salvatoris noſtri ideo non petis, ut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filii Dei, ut in ejus amore recaleſcas, cujus te imaginē videre conſideras. Et nos quidem non quaſi ante divinitatem ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut paſſum, vel in*

throno ſedentem recordamur. Et dum nos ipſa pictura, quaſi ſcriptura, ad memoriam filii Dei reducimus animum noſtrum, aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione mulcet. Ideoque direximus tibi ſcrinias duas, & imaginem Salvatoris & ſanctæ Mariæ Dei genetricis, beati Petri & Pauli Apoſtolorum, per ſupradictum filium noſtrum Diaconem, & una cruce clavem pro benedictione, ut ab ipſo maligno defenſus ſis, cujus ſancto ligno te eſſe munitum credis.

Huc usque epiſtola Gregorii.

Sed quia hic ordo verborum ita præpoſterus atque à non intelligentibus confuſus videri poteſt. ut niſi caute conſideretur, ita à nonnullis minus capacibus intelligi poſſit, quaſi beatus Gregorius id, quod prius omnibus inlicitum eſſe prædixit, ſe feciſſe, ſibique faciendi licitum eſſe teſtetur. quod quam abſurdum, quamque contra ſanctæ Dei eccleſiæ religionem de tanto eccleſiaſtico doctore ſentire indignum ſit, nullus, qui dicta ejus ſcrutando vel legendo cognovit, ignorare permittitur. Nam ut ſibimetipſi contrarius eſſe debeat, juſtitia vel rectitudo ſanctæ Dei maximeque Romanæ eccleſiæ ſuſtinere non valet, quod & ſi paupertas inſipientiæ noſtræ id intelligere non valet, melius ut contra inſipientiam, quam contra tantam à Deo datam ſapientiam inſurgere prælumat. Sèd & ſi ipſum modicum ſenſum noſtrum virtus miſericordiæ Dei aliquantulum inluminare dignatur, quomodo idipſum contrarium ſibi non ſit facilime intelligitur. Nam quia ab imaginum adoratione adorantes compeſcuerit, nulla dubitatio eſt. In eo verò, quod ad Secundinum ſcripſit, *nos quidem non quaſi ante divinitatem ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem natum, aut paſſum, vel in throno ſedentem recordamur*, ubi ut præmiſſum eſt, ac ſibimet contraria dixerit, intelligentiæ noſtræ ſe caligo confundit. Sed ne nos non neceſſaria ignorantia id non intelligendo diutius torqueat, ſenſus ejusdem ſententiæ talis eſt.

Nos quidem ante ipſam non proſternimur, quaſi ante divinitatem, ſed illum adoramus, *& cætera.* Quod tale eſt, ac ſi regi in throno ſedenti dicas: Nos quidem, ô Rex, non quaſi ante divinitatem ante te proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem tuam, quia homo es, Dominum Jeſum Chriſtum hominem recordamur natum, aut paſſum, vel in throno ſedentem cujus imitator es tu ſedens in throno. nunquid tali dicto mox conſequens eſt, ut eundem regem adorare compellar ſedentem in throno? Ita nec in eo, quod dicitur: *Nos quidem non quaſi ante divinitatem ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus*, &c. ad imaginum adorationem invitamur, quia ſicut in multis divinæ auctoritatis voluminibus ſententias ordine verborum præpoſtero ſcriptas invenimus, ita quoque factum eſſe eo ſenſu, ut ſupra dictum eſt, hoc in loco minime dubitamus.

Cum enim ibi ſcriptum ſit: *Nos quidem non quaſi ante divinitatem ante ipſam proſternimur*, quis non animadvertat, idipſum magis refutando, quam imperando, vel adorando, eandem adorationem imaginum dictum eſſe, ita ut dictum eſt? quanto magis, ſicut ſupra factum eſt, ordo verborum ſuo reſtituatur in ordine, omnem quemcumque ob nimiam ſimplicitatem errantem, in eo quod beatum ſanctæ Dei eccleſiæ doctorem adverſum ſeipſum ſenſiſſe æſtimabat, corrigere poterit. Inſuper etiamſi quemquam ſubtilius intelligentem hoc negligentius minusve intente legere contigiſſet, facilime ſeipſum dijudicante, cur aliquando aliter ſenſerit, ad ſobrium intellectum revocare poterit. Si quis autem, quod quidem a ſane ſapientibus omnibus abſit, magis ſuum ſenſum ſequendo illum voluerit condemnare quam ſe corrigere, nulli dubium, quin merito ab univerſa, maxime tamen à ſancta Dei Romana eccleſia debeat condemnari. Nequaquam enim fieri poteſt, ut hæ duæ ſententiæ ſibimet contrariæ non exſiſtant, una qua populus ab adoratione imaginum, ut criminis id agendo reus appareat, prohibeatur: altera verò, quæ illum ad ipſum egiſſe, cæterosque ut hoc faciant docuiſſe perhibeatur. Sed abſit hoc à tanto talique generali catholicæ eccleſiæ magiſtro, ut qui univerſas perplexas ſcripturæ quæſtiones, quæ ſibi contrariæ videbantur, eique ad explanandum vel tractandum occurrerunt, nunquam diſſidentes relinquere conſuevit, ſua ſibimet dicta diſcordantia reliquiſſet.

His ita propter vitandam hujusmodi temeritatem ſummatim præmiſſis; nunc videndum, utrum ei quisquam Catholicorum Patrum, quamvis ei ſpecialitèr fortaſſe talis ſcribendi neceſſitas minime incumberet, in cæteris tractatibus ſuis tale aliquid inditum habeat, in quo ejusdem patris ſenſui de imaginibus concors eſſe videatur.

Ecce enim beatus Ambroſius antiquus eccleſiæ Dei probabilis doctor, ita in epiſtola Pauli ad Romanos tractans ait: *Qua ratione, quave auctoritate imagines Angelorum, vel aliorum Sanctorũ adorandæ ſint, cum ipſi ſancti Angeli vel ſancti homines vivos ſe adorari noluerunt?*

CONSILIUM.

Auctoritate ergo, ut propoſuimus ſecundo loco inſerta, non quidem quantum ex theſauro uberrimo eccleſiaſtico potuit: ſed quantum epiſtolaris brevitas rite permiſit, monere vos & exhortari, ô venerandi mundi Principes, cum univerſa ſancta Dei, quam Domino diſpenſante & committente gubernatis, Eccleſia, ut ea quæ vobis non quælibet temeritas, ſed vera humilitas noſtra intimare ſtuduerit, attentius audiatis, & ob illorum reverentiam, qui cum Domino ipſo promittente in die noviſſimo totius mundi venturi ſunt judices reverenter ſuſcipiatis, & ad ſalutem omnium noſtrum ſtrenue conſervare ſtudeatis. Præmiſimus enim paulo ſuperius, ut poſt redditam rationem, poſt inſertam auctoritatem, propter adunandam, quam Domino Deo ordinante regitis; Eccleſiam, conſiliũ vobis non noſtra adinventione, ſed divina auctoritate illud dare debuiſſemus per quod eadẽ ſancta mater Eccleſia ita ſibi mutuo in vera pace fœderari debuiſſet, qualiter & in hoc ſeculo, & in

futuro

futuro ei placere potuiſſet, qui aſcenſurus de mundo ſuis promiſit dicens, *Pacem meam do vobis, pa-* Joan. 14.
cem relinquo vobis. Et quia atteſtante Paulo inter cætera verum eſt, *Si quis tradiderit corpus ſuum* 1. Cor. 13.
ut ardeat, charitatem autem non habuerit, nihil eſt. Ideo prædictam ſanctam Dei eccleſiam in veræ
pacis concordiam adunari totis viribus optamus, quia quomodo ſine illa charitatem mutuam habe-
re poſſit, nullo modo intelligimus. Poteſt enim fieri, ut aliquis cum altero ex parte vel fictam pacem
temporaliter habeat, quomodo autem ſine vera mutua pace habita cum altero veram poſſit habere
charitatem, nulla docet auctoritas. Unde magnopere conſiderandum eſt, quanta temeritate, quan-
tave audacia ad æternam ille pervenire ſe poſſe exiſtimat, qui præſentem in hoc ſeculo pacem Domi-
ni per quamlibet occaſionem ſciſſam reſtaurare cum proximo non curat, quam primum munus hu-
mano generi conlatum Angeli nuntiant mox nato Domino in mundo, eandemque noviſſime fideli-
bus ſuis in vice ſua idem Dominus reliquit diſceſſurus de mundo. Et quanquam multa & pene in-
numerabilia eſſent, quæ de tanta re ſubtiliter, ſublimiter, & nimis terribiliter dici potuiſſent, ca-
vendum eſt unicuiq; , ne hoc quisquam de illa ſolummodo pace intelligendum putet, quæ habetur
in cœlis. Quia & Dominus recedens ait: *Pacem meam relinquo vobis.* Et Angeli præmittentes: Joan. 14.
Gloria in excelſis Deo, mox non *in cœlis* ſubjungunt, *ſed in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Co- Luc. 2.
gita igitur tecum, ô plebs & populus Dei ſi ad perpetuam vis pervenire ſalutem, ut in hoc ſeculo non
fictam, ſed veram habere mutuam ſtudeamus pacem.

Sed minus fortaſſe prodeſſe poterit, libet merito tanta talisque auctoritas cauſa conſilii ſuffice-
re debuiſſet, neceſſe erit, ut huic adſertioni cætera adjungantur, quæ nequaquam juſte adderentur, ſi
à Deo ab initio catholicæ fidei data vobis ſapientia, ſicut oportuit, pro vobis ſollicita eſſe ſtuduiſſet.
Dicit enim Apoſtolus, *Judæi ſigna petunt, Græci ſapientiam quærunt*, ubi eſt ergo ſapientia veſtra, 1. Cor. 1.
qui propter quamlibet occaſionem illud habere contemnitis, ſine quo ad regna cæleſtia pervenire
nullo modo valebitis? Et hæc non arguendo vel increpando, ſed ammonendo interim dicimus, ut
vos ad interiorem hominem veſtrum, in quo Deus per fidem, ſpem, & charitatem inhabitare con-
ſuevit, revocemus. Quem ſi ita ſecundum, ut ſupra dictum eſt, ſapientiam vobis à Deo datam, co-
gitaſſe, diligere, vel metuere vultis, mirum eſt, quomodo cum fratribus invicem tanto jam tempore
ſcandalum & diſcordiam habere non metuitis. Ecce etenim, ſi non amplius, jam annus eſt, ex quo
hanc inter vos miſerrimam diſſenſionem pullulaſſe audivimus. Quam videlicet diſcordiam DEO
(ut dignum eſt,) ſemper odibilem, diabolo verò, ut ei decet, ſemper amabilem, omnes anteceſſo-
res mei ad corrigendum prout eis poſſibile fuit, multùm laboraſſe non ignoratur.

Hæc in paucis ad excitanda Deo amabilia corda veſtra ideo præmittere curavimus, ut ea, quæ
vobis ſtudioſius pro ſalute omnium animarum noſtrarum dicenda providimus, * auctiores vos ad *fort. acutiores. Baron. avidiores.
audiendum & per omnia ſollicitos in Domino redderemus. Sed ſicut non ſolum ſacra auctoritate
diſcimus, verum quoque & humana quotidiana bene conſuetudine agendo cernimus, quia arbor
fructus malos faciens, nullo modo ſalubrius exſtirpatur, quam ſi radicitus evellatur: melius ſæpe di-
ctam diſcordiam veſtram omnipotente Domino opitulante una vobiſcum, qui huic miſerrimæ ni-
miumque infelici conditioni proſtrati non ſuccumbitis, ſed auctoritate bonorum omnium Domi-
no Deo tantæ ſpurcitiæ celſo in cacumine præeminentis corrigere valemus, ſi quæ ſit hujus perdi-
tionis origo vel fomes detegendo pandamus.

Nullus nempe ſana ſapientium fideliumque in Domino fratrum veſtrorum dubitare permitti-
tur, eſſe plures in hac ſancta & à Deo conſervanda Eccleſia, qui tantæ miſeriæ ſuccumbere dedi-
gnentur, licet eis manus humana validior, ne id, quod exinde juſtum eſſe non dubitant, reſtaurare
vel perficere valeant, obſiſtat. Quamobrem amabiliter ammonendi eſtis, ut totis viribus omnipo-
tentem Dominum exorare ſtudeatis, ut tantam ab hoc regno infelicitatem amovère jubeat, & illam,
quam mundus dare non poteſt, pacem ſua vobis immenſa clementia concedat.

Et quia tantæ auctoritatis ordo, vel tantæ ſublimitatis ratio needum poſcebat, ut priusquam
illa omnia, quæ merito præmittenda erant, præponerentur, ut facilius quovis in loco ſecundum
ſui qualitatem haberentur illa, quibus ſalva fide, ſpe, vel charitate totius Eccleſiæ ſtatus carere po-
tuiſſet, propter ſatisfactionem tamen in hoc opere laborantium principalis hujus ſæpedictæ diſ-
cordiæ veſtræ, cauſa imaginum exſtitiſſe traditur. Ejusdem quoque cauſæ origo in eo conti-
giſſe fertur, quod Imperator conſiderans quoſdam in eadem plebe indiſcreto zelo inflammatos ul-
tra quam oportuiſſet, vel unquam prius actum eſſet, in imaginum cultura, veneratione vel adora-
tione ultra progredere, quam ut antea unquam in univerſa eccleſia factum eſſet, volens ut tunc ſibi
cum illis, qui ei favebant, eandem ſuperſtitionem qualiscunque eſſet, ab Eccleſia penitus amove-
ret, poſtpoſita hac in re ſalubri diſcretione, ſine qua omnis humanæ actionis virtus in vitium ver-
titur, elegit præmiſſam ſuperſtitionem aliter emendari non poſſe, niſi omnes imagines penitus
delerentur. Atqui ſi ita erat, ut dictum eſt, inlicitum cultum in hominibus, vel ab hominibus
compeſcendum erat, non in imaginum deſtructione, quæ nihil peccaverunt: immo eo ſenſu, quo
ſupra præmiſſum eſt, ſcientibus pro pia memoria, neſcientibus verò pro doctrina utiles erant,
* infrangendo vel diſſipando ſiniſtram extendit pro dextera. & qui ita hac in re incautos reducere *infringendo.
debuit, ſicut forte, quia recens erat cauſa, facilime potuit, inſtigante qui nunc late patet, eccleſia-
ſticæ pacis vel charitatis inimico.

Hanc ei * ac ſi luculentiſſimam oſtendit ſemitam, heu quam longe ab illa ſiniſtris anfractibus *eſſi
incedentem, quæ de ſemetipſo ait: *Ego ſum via, veritas, & vita*, quid putas quam dulcia quamque Joan. 14.

reli-

religioſiſſima, imò ſanctiſſima ſatagebat fingere itinera, ut per illa ad hæc, quæ nunc omnes plangimus, pertrahere potuiſſet diſcidia? ſed nec hoc ullo modo aliter æſtimatur peragere potuiſſe, niſi illum prius cum ſequacibus ſuis illius impiæ dulcedinis demulcendo cor tangeret, cujus idem diabolus peſtifero telo perforatus, de cœlo meritò cecidiſſet.

Sed quid agimus, quid dicimus? Ad comparationem namque malorum omnium, quæ hic congruente ſpatio, quod omnino non deeſt, non ſolum de diabolo, ſed etiam de ipſo Imperatore cum fautoribus ſuis dici poterant, nihil eſt quod dicimus. Univerſa denique mala quæ ex eo usq; in præſentem diem per hujusmodi diſcordiam in vobis perpetrata ſunt, hinc ſumſere principium. Quamvis enim propter ſingultum plorationis tacere non permittamus, licet propter arctiſſimum temporis ſpatium, & propter innormitatem earundem miſeriarum, ut lugentibus mos eſt, innumera ad dicendum flebilia occurrerint, paucis ad incoationem hujus infelicitatis * redire placet, ut contueamur diabolum in hujus vitæ excurſu in bivio ſtantem, ubi Imperator è duobus unum ad eligendum indeclinabiliter cogitur, aut cultui inlicito favendo imaginibus contra jus eccleſiaſticum cervicem flectere, aut certe bujusmodi cultoribus contradicendo, vel non favendo ingratus exſiſtere. & qui facilius poterat ad imitationem antiquiorum principum vel patrum ſuorum, & iſtos ab inlicito cultu revocare, & cum cæteris omnibus morem antiquum ſine offenſione Dei proſequentibus pacem vel charitatem leniter retinere; perſuaſit eum prædictus pacis ſemper & charitatis inimicus, illud iter in deſtruendis imaginibus arripere, per quod omnes per diſcretionem ſane ſapientes atque ſervantes perturbando confunderet, & illos, qui ſæpe dicta diſcretione vel temperantia, quæ una de cardinalibus eccleſiaſticis virtutibus eſſe cognoſcitur, ſpreta, elegit ultra quam unquam DEO placuit, vel placere debeat, imaginum cultui deſervire, ut eiſdem, qui hoc electum habebant, potuiſſet placere. Non conſiderans illud quod terribiliter ſcriptum eſt, *Qui hominibus placent confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit illos.*

* agere

Pſalm. 52. 1

Sicque factum eſt, ut ex die illo ab eodem antiquo ſemper Deo placens populo fidelium exilia non ceſſarent, cruces & cruciatus non quieſcerent, &, ut fertur, membrorum detruncationes, ipſa etiam homicidia, cauſa earundem imaginum, nimia perpetrata ſint. Et hæc diu cucurrerunt, quousque idem humani generis antiquus hoſtis, quaſi in hac parte ſatiatus, convertit ſe ad alia perditionis argumenta, ut denuo ſuſcitaret ſibi contrà cultores imaginum, Herenam videlicet cum fili[illegible], tam peſtifera inluſione decipiens, ut absque ulla miſericordia vel metus ſuperinſpicientis omnipotentis Dei majeſtate, talis ab eis promulgaretur ſententia, ut omnis homo eorum ditioni ſubjectus imagines adoraret, aut certe exilio pœnisve diverſis cruciaretur, & ſi non adquieſceret, ab univerſali Eccleſia anathematis vinculo ſequeſtratus religaretur. Sed quid nunc denuo è diverſo agat, ad priorem iterum recurrens ſemitam, præſentem denuo incitans Imperatorem, ut eas pictas vel ſcriptas habere quempiam volendo permittat. Quis igitur tam eloquens ſub cœlo habetur, qui hanc peſtiferam cladem enumerare prævaleat? Quis tam ferrea habeat præcordia, cui non dico ſcribendi, verum quoque per defectum lacrymarum vocem non tollat ejulandi?

. . . .

Cætera deſunt.

SANCTISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMNO ET IN CHRISTO PATRI EUGENIO SUMMO PONTIFICI, ET UNIVERSALI PAPÆ

HLudovicus & HLudarius, divina ordinante providentia Imperatores & Auguſti, ſpirituales filii veſtri ſempiternam in Domino noſtro Jeſu Chriſto ſalutem.

QUIA veraciter nos debitores eſſe cognovimus, ut his quibus regimen eccleſiarum, & ovium dominicarum cura commiſſa eſt, in omnibus cauſis ad divinum cultum pertinentibus opem atque auxilium pro qualitate virium noſtrarum & intellectus noſtri capacitate feramus. Idcirco prætermittere nequivimus, quin tunc, quando Legati Græcorum nobis manifeſtaverunt, qualem ad vos deberent perferre legationem, ſumma cura ac ſolicitudine tractaremus, quale vobis adjutorium in hoc negotio cum Dei auxilio exhibere potuiſſemus. Et ob hoc à veſtra ſanctitate petimus, ut ſacerdotibus noſtris liceret de libris ſanctorum Patrum ſententias quærere atque colligere, quæ ad eandem rem, pro qua idem Legati vos conſulturi erant, veraciter definiendam convenire potuiſſent.

Quas cum illi juxta conceſſam etiam à vobis licentiam ſolerter inquirerent, & divina opitulante gratia quicquid invenire tam brevi temporis ſpatio potuerunt, collegiſſent, nobis ea perlegenda direxerunt. Quibus perlectis, ea veſtræ ſanctitati legenda atq; examinanda per hos legatos noſtros Hieremiā ſcilicet & Jonam, venerabiles Epiſcopos, mittere curavim'. Cum quibus ſi veſtra paternitas dignum duxerit, de eadem legatione, quæ in Græciam à vobis mittenda eſt non inutilem, ſed potius proficuam conlationē habere poteſtis, quia & in ſacris ſunt literis admodū eruditi, & in rationibus

bus diſputatoriis non minimum exercitati. Quos non ob hoc ad veſtræ almitatis præſentiam commemoratis ſententiarum collectionibus miſimus, ut hic aliquo velut magiſterii officio fungerentur, aut huc docendi gratia directi putarentur: quia, ſicut jam commemorati ſumus, nos debitores exſiſtere, ut huic ſacratiſſimæ ſedi in quibuſcunq; negotiis auxilium ferre debeamus. Ideo & hos Miſſos, & quas deferunt literas, ſi quid vobis adjutorii conferre potuiſſent, mittere dignum duximus. Hos veſtræ ſanctitati commendamus, ut & benignam apud vos receptionem, & familiariter vobiſcum loquendi locum inveniant.

Novit quippe ſanctitas veſtra qualiter populus Græcorum in hac imaginum veneratione diviſus ſit. Ideo rogamus, ut almitas veſtra curam & diligentiam adhibere dignetur, quomodo per veſtram ſaluberrimam doctrinam atque admonitionem magis ad concordiam & unitatem revocetur, quam propter hoc ad majorem diſcordiam & diſſenſionem impellatur. Et ideo cautiſſime conſiderare debetis, ut legatio veſtra, quam illuc dirigere diſponitis, tanta prudentia, tantoq; moderamine ſuffulta ſit, ut à nemine neq; à Græco neq; Romano juſte valeat reprehendi: ſed talis ſit, qualem ſemper decet in omnibus cauſis ab iſta ſacratiſſima Sede proficiſci. Et ſi veſtræ ſanctitati placet, ut pro hac ipſa legatione Miſſi noſtri ſimul cum veſtris illas in partes dirigantur, & hoc nos tempore congruo ſcire permittite. Et non ſolum hoc, ſed etiam ſi ituri ſunt, ubi & quando cum veſtris Miſſis ſe jungere debeant. Non ideo tamen de noſtris Miſſis illuc dirigendis interrogamus, quaſi neceſſarium nobis videatur, aut nos veſtros Miſſos hanc legationem per ſe perficere dubitemus, ſed potius propter hoc eos vobis offerimus, ut ſciatis nos in omnibus eſſe paratos, quæ hujus ſacratiſſimæ ſedis neceſſitas aut voluntas poſtulaverit. Optamus ſanctam & venerabilem, ac piam paternitatem veſtram, ſemper in Chriſto bene valere, & noſtri ac noſtrorum omnium in ſacroſanctis orationibus meminiſſe, ſanctiſſime ac beatiſſime Pater.

Hieremiæ & Jonæ venerabilibus Epiſcopis in Domino ſalutem.

Venerunt ad præſentiam noſtram Halitgarius & Amalarius Epiſcopi VIII. Idus Decembris, deferentes collectiones de libris ſanctorum Patrum, quas in conventu apud Pariſios habito ſimul poſiti collegiſtis, quas etiam coram nobis perlegi fecimus. Et quia placuerunt, ad id, propter quod collectæ ſunt, neceſſariæ atq; utiles à nobis judicantur, ſub omni celeritate cenſuimus dirigendas. Idcirco admonendo præcipimus ſolertiæ veſtræ, ut priusquam de his aliquid Domino Apoſtolico indicetis, diligenti cura eadem vos recenſere curetis, & ea quæ melius & aptius præſenti negotio convenire inveneritis, excerpere atq; deſcribere, illiq; ad legendum offerre ſtudeatis. quia enim, ut noſtis, nos ab eo petere voluimus licentiam, quatenus has collectiones à ſacerdotibus noſtris fieri permitteret: & ideo non poterit prætermitti, quin oſtendatur, quod ex ipſius permiſſione collectum eſt.

Illud tamen ſummopere prævidete, ut ea illi de his oſtendatis, quæ rationi de imaginibus habendæ per omnia conveniunt, & quod ipſe vel ſui minime rejicere valeant. Sed & vos ipſi tam patienter ac modeſte cum eo de hac cauſa diſputationem habeatis, ut ſummopere caveatis, ne nimis ei reſiſtendo eum in aliquam irrevocabilem pertinaciam incidere compellatis, ſed paulatim verbis ejus quaſi obſequendo magis quam aperte reſiſtendo ad menſuram, quæ in habendis imaginibus tenenda eſt, eum deducere valeatis. Et ideo potius efficere contendatis, ut negotium, de quo agitur ad meliorem, quam ad pejorem ſtatum cum Dei adjutorio perducatur.

Poſtquam verò hanc rationem de earundem imaginum cauſa conſummaveritis, ſi tamen hoc ad nihilum Romana pertinacia permiſerit, ut ratio inter vos habita, aliquo bono & convenienti fine claudatur, & ille vobis indicaverit, quod Legatos ſuos ob eandem cauſam in Græciam permittere velit, volumus, ut eum interrogetis, ſi ei placeat, ut noſtri legati pariter cum ſuis in Græciam pergant. Et ſi hoc ei melius viſum fuerit, ſeque hoc omnino velle reſponderit, tunc volumus, ut ſub omni feſtinatione literis veſtris à vobis ad nos directis nos inde certos faciatis, ſimulque & de veſtro adventu ad nos, ut eo tempore, quo vos ad noſtram veneritis præſentiam, Halitgarium & Amalarium nobiſcum inveniatis. Vos autem cum Domino Apoſtolico conſiderate, ubi ille vel quando velit, ut ſui ac noſtri Legati ad naves conſcendendas ſe jungere debeant, & hoc nobis per vosmetipſos cum, Deo volente, veneritis, adnunciare poteſtis.

LOTHARII I. IMPERATORIS AUGUSTI

Anno Chriſti 825.

CONSTITUTIO.

De Electione Romani Pontificis, & Legibus Romanorum.

VOLUMUS ut ad electionem Pontificis nemo audeat venire neque liber neque ſervus, qui aliquod impedimentum inferat, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Quod ſi quis contra noſtram juſſionem facere auſus fuerit, exilio afficiatur.

2. * Volumus ut cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege velit vivere, *a* ut ea, qua profeſſus ſit vivere velle, vivat; eiq; denuntietur, ut hoc unusquiſq; ſciat, tam Duces, quam Judices, vel reliquus populus. Qu od ſi *b* in offenſionem ſuam contra eamdem legem fecerint, eidem legi, *c* quam profitentur, ex conſtitutione Pontificis & noſtra ſubjacebunt.

3. De rebus Eccleſiarum injuſtè occupatis per occaſionem, quaſi licentia accepta à Pontifice, & de iis quæ necdum redditæ ſunt, & tamen fuerunt * à poteſtate Pontificum occupatæ, volumus ut per Legatos noſtros reſtituantur.

4. Placet nobis ut cuncti Judices, ſive ii qui cunctis præeſſe debent, per quos judiciaria poteſtas in hac Urbe Roma exercetur, aut in cæteris provinciis exerceri debet, in præſentiam noſtram veniant. Volumus numerum & nomina eorum ſcire, & ſingulos de munere ſibi credito admonere.

5. Novissimè admonemus, ut omnes homines, ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderant, ita præſtent in omnibus obedientiam ac reverentiam huic Pontifici.

* al. abſque. Papæ ut omnes Romani obediant in Eccleſiaſticis, tanquam ſuo Epiſcopo.

* Leg. Longobard. lib. 3. tit. 57.
a al. & tali lege, qua h lege vivere profeſſi ſunt, vivant. Ubique.
b al. ſi offenſionem contr.
c al. qua profeſſi vivere, per diſpenſationem Pontificia & noſtram ſub.

Anno Christi 833.

DECRETA
COMITIORUM IMPERIALIVM,

Pro confirmanda Libertate Germanica & Gallicana contra LOTHARII *Cæſaris & Gregorii IV. Papæ machinationes in* LUDOVICUM PIUM *Imperatorem.*

Papirius Maſſonus JC. in Synopſi vitæ & doctrinæ Agobardi Lugdunenſis Epiſcopi.

Defectio Lotharii abripuerat omnem penè Italiam, Pontificem, multoſque etiam Epiſcopos Gallos, quorum ope Patri eriperet Imperium. Veri Galli recalcitrant, citant Agobardum; recuſat. Habent conventum; cujus hæc fuerunt Capita, adverſum ipſius contumaciam, pro confirmanda Gallicana Libertate.

EPISCOPUM Romanum, vocandum *Papam*, *Fratrem*, non autem *Patrem*, neque *Summum Pontificem*.

2. Imperialem Majeſtatem plus poſſe in adminiſtranda Eccleſia, quàm Pontificiam.

3. Cæſarem non dehoneſtandum præſumptuoſa excommunicatione.

4. Poſſe unum aliquem Pontificem abjici ſine injuria Sedis Apoſtolicæ.

5. Epiſcopos in cauſa Fidei jusjurandum præſtare ſolitos Imperatori.

6. Agobardum Primatem Aquitaniæ, nullam deinceps habiturum poteſtatem in excommunicando, nullamque juriſdictionem in cæteras Parochias, ſi obediret potiùs Pontifici quàm Cæſari.

7. Privandum Epiſcopum conſortio & honore, qui potius Pontifici quàm Eccleſiæ Gallicanæ Concilio obedierit.

Anno Christi 834.

LUDOVICI PII IMPER. AVG.
SACRA.

De Colligendis & transferendis S. Dionyſii monumentis.

Baronius Annal. tom. 9. anno 834. n. 5.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, LUDOVICUS divina propitiante clementia Imperator Auguſtus Hilduino venerabili Abbati monaſterii ſanctiſſimorum Martyrum ac ſpecialium protectorum Dionyſii pretioſi, ſociorumq; ejus, æternam in Chriſto ſalutem.

1. Quantum muneris atq; præſidii non modò nobis ac prædeceſſoribus, ſeu progenitoribus noſtris, verum etiam totius Imperii noſtri populis, Domini providentia, per beatiſſimum Dionyſium ſæpenumero, immò continue in magnis gratiarum ubertatibus contulerit, cunctæ per tranſacta tempora Galliæ nationes ſenſerunt, quæ ejus inſigni Apoſtolatu Fidei rudimenta ſumpſerunt. Prædeceſſores autem noſtri gloriam hujus eximii teſtis & amici Dei non inaniter coluerunt: qui dum ejus ſacras exuvias in terris ob amorem & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, opibus, quibus poterant, honoraverunt: per ejus preces digniſſimas, honoris privilegio potiri & in terris, & cæleſtibus meruerunt. Ut videlicet unus ex priſcis Francorum Regibus Dagobertus, qui eumdem pretioſiſſimum Chriſti Martyrem veneratus non mediocriter fuerat, & immortali eſt vita ſublimatus, & per ejus adjutorium (ſicut divina ac cæleſtis oſtenſio perhibet) à pœnis eſt liberatus, inque vita perenni deſiderabiliter conſtitutus.

2. Progenitores quoq; noſtri mellifluum nomen Domini Dionyſii (ſic enim verbis & ſcriptis ſuis eum appellare conſuevêre) non incongruè pia dilectione & dilectiſſima pietate amplexi ſunt. Quia proavus noſter Carolus Princeps Francorum inclytus, per orationes ipſius excellentiſſimi Martyris indeptum ſe fuiſſe gratulatus eſt apicem Principatus, eidemque decurſu mortalitatis tempore, quod carius potuit habere depoſitum, corpus ſcilicet proprium in magni die judicii ſuſcitandum, & animam Domino præſentandam fideliter commendavit, ac pro hoc maximè devotionem atq; fiduciam cordis ſui erga peculiarem patronum patenter oſtendit.

3. Sanctæ nihilominus recordationis avus noſter Pipinus propter altare, quod ante ſepulchrum

ſæpè

ſæpè fati, ſæpiusq; dicendi domini Dionyſii, per divinam & memorabilem revelationem, juſſu ipſius ſanctiſſimi Martyris, in honorem Dei & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, à beato & Angelico viro Stephano ſummo Pontifice dedicatum eſt, intra ſacra Miſſarum ſolemnia, unà cum duobus filiis Carolomanno videlicet & divæ memoriæ domino ac genitore noſtro Carolo, jure prænominato Magno, ab eodem Apoſtolico Papa in Regem Francorum unctus superni muneris benedictionem percepit. Quiq; cùm quanta ſe humilitate ante limina baſilicæ SS. Martyrum, defuncto ipſius vitæ curriculo, ſepeliri præceperit, titulus etiam ipſius conditorii innoteſcit.

4. Sed & nos multis ac frequentibus largitionibus beneficia ejus ſumus experti, præcipuè tamen in humanæ varietatis eventu, quo Dei (ut ſemper fatendum eſt) juſto judicio in virga eruditionis ſuæ viſitati & baculo ſpecioſæ miſericordiæ ejus ante præſcriptum altare per merita & ſolatium domini ac piiſſimi patris noſtri Dionyſii virtute divina erecti & reſtituti ſumus, cingulumq; militare judicio atq; auctoritate Epiſcopali reſumpſimus, & usq; ad præſens ipſius gratioſo adjutorio ſuſtentamur.

5. Idcircò, venerabilis cuſtos ac cultor ipſius proviſoris & adjutoris noſtri domini Dionyſii, monere te volumus, ut quicquid de ejus notitia ex Græcorum hiſtoriis per interpretationem ſumptum, vel quod ex libris ab eo patrio ſermone conſcriptis, & auctoritatis noſtræ juſſione, ac tuo ſagaci ſtudio, interpretumq; ſudore in noſtram linguam explicatis, huic negocio inſeri fuerit congruum; quodq; etiam Latinis codicibus jam inde habes inventum, adjunctis eis quæ in libello ejus paſſionis continentur, nec non illis quæ in tomis vel chartis vetuſtiſſimis armarii Pariſiacæ Eccleſiæ, ſacræ videlicet ſedis ſuæ prolatis inveneras, & obtutibus noſtræ ſerenitatis oſtenderas, ſecundùm quod rerum, cauſarum etiam & temporum convenientiam noveris: in corpus unum redigas, atq; uniformem textum exinde componas; quatenùs de votis compendioſius valeat innoteſci, & faſtidioſis minusve capacibus vel ſtudioſis lectionis poſſit tædium ſublevari, pariterque omnibus ædificationis utilitas provideri.

6. His ita contextis, volumus ut * revelationem oſtenſam beato Papæ Stephano in Eccleſia ejusdem ſanctiſſimi Dionyſii, ſicut ab eo dictata eſt, & geſta quæ eidem ſubnixa ſunt, unà cum hymnis, quos de glorioſiſſimo Martyre atq; Pontifice habes, & officium nocturnale ſubjungas. Sed & differenter ac cum integritate ſua quæcumq; ex eo reperta ſunt, in altero volumine colligas; nobisq; diſtinctè & correctè tranſcripta quantocyus dirigas, aut præſentes: quoniam maximum, valdeq; dulciſſimum pignus deſiderabilis præſentiæ illius domini & ſolatiatoris noſtri, ubicumq; ſumus, habere nos credimus, ſi cum eo, vel de eo, aut ab eo dictis, oratione, collatione, lectione colloquimur. Vale in Chriſto vir Dei, in ſacris orationibus jugiter memor noſtri.

* Quam vide apud Reginonem in Chronic. anno 753. & commentum, quo tot Regibus impoſitum fuit, deteſtare.

EX EDICTIS PIISSIMORVM IMPERATORUM

De electione Epiſcopi.

JURENT majores civitatis ad Evangelia de perſona electa ad Epiſcopatum, quòd neq; uxorem habuerit procertam, neq; concubinam, neq; ſit curialis vel taxiota; ſed ſanctus & litteratus, & Canonicas leges intelligens, & in Clero vel Monaſterio nutritus, & tunc ordinetur. Sin autem hi, qui debent Epiſcopum eligere, talia decreta intra ſex menſes non fecerint, tunc Metropolitanus propter periculum animæ ſuæ omnibus his exquiſitis, quæ diximus, ordinet & conſecret ſua poteſtate clero & populis Epiſcopum.

Extat hæc conſtitutio in Paralipom. opuſculorum a Jo Buſæo Jeſuit. editorum, in Hincmari epiſt. 1. in fin.

Neſcio, an Ludovicum & Lotharium intelligas: quanquam ſtilus non ſapiat hanc ætatem Francicam, ſed priſcos illos Imperatores redoleat. vide l. 53. in pr. C. de Epiſcop. & Cleric. Novel. 123. c. 1.

LOTHARII I. IMP. AVG. EDICTUM.

Anno Chriſti 840.

DE RESTITVTIONE ARCHIEPISCOPI IN SEDEM ET DIOEceſim ſuam ex crimine infidelitatis amiſſam.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni: LOTHARIUS divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Quia confeſſio delictorum non minus in adverſis neceſſaria eſt, quàm in proſperis, & cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit; gaudium etiam eſſe Angelorum, in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente non dubitamus: Nos mortales in terris eos nequaquam deſpicimus, pro quibus gaudere Angelos in cœlo, divino teſtimonio, non ignoramus. Accuſantes & reprehendentes in exceſſibus ſemetipſos divina nos benignitas non condemnare, ſed recreare docuit, qui meretricem non ſolùm à legali damnatione eripuit; verùm etiam publicanum humiliatum & accuſantem ſe non condemnavit; ſed magis juſtificando exaltavit. qui non dixit, *omnis qui ſe humiliat* condemnabitur, ſed *exaltabitur*. Poteſtatem ergo, quam pro cauſa noſtra raptus perdidiſti, repetentibus Eccleſiæ tuæ filiis, præſentibus quoq; adſtantibus ac decernentibus Præſulibus, ſedem ac diœceſim Remenſis urbis tibi, Ebo, reſtituimus, ut priſtino ſanctæ largitatis Apoſtolicæ pallio indutus concordiam atq; gratiam divini officii *a* nobis, cum humili ſatisfactione expleta ſolenni noſtra à largitate recipiendo exerceas.

a al. nobiſcū lum ſat. expleas, ſolenni noſtra larg.

Drogo

Drogo Epiſcopus Metenſis
Otgarius Archiepiſcopus
Hecti Archiepiſcopus
Amaluvinus Archiepiſcopus
Audax Archiepiſcopus
Joſeph Epiſcopus
Adalulphus Epiſcopus
David Epiſcopus
Rodingus Epiſcopus
Giſelbertus Epiſcopus
Flotarius Epiſcopus — aſſenſi
Badaradus Epiſcopus
Hagano Epiſcopus
Hartgarius Epiſcopus
Ado Epiſcopus
Samuel Epiſcopus
Rambertus Epiſcopus
Haiminus Epiſcopus
Ratoldus Presbyter vocatus Epiſcopus
Amalricus vocatus Epiſcopus,

cum cæteris plurimis Presbyteris ac Diaconis publicè aſſiſtentibus. Actum in Engilenheim palatio publico, in menſe Junii, VIII. Kal. Julii, regnante & imperante Domino LOTHARIO Cæſare, anno reverſionis ejus primo cum eſſet ſucceſſor factus patris in Francia, indictione III.

Anno Chriſti 842.

LUDOVICI II. ET KAROLI II. REGUM AUGUSTORUM

COMPOSITIO

Pro tuenda Regnorum Germaniæ & Galliæ libertate contra uſurpationem & oppreſſionem LOTHARII *Imperatoris Romanorum, facta in Comitiis Argentinenſibus, A. D. DCCCXLII.*

ERGO XVI. KAL. Martii HLODWICUS & KAROLUS in civitate, quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgò dicitur, convenerunt, & ſacramento, quæ ſubternotata ſunt, HLODWICUS Romana, KAROLUS verò Teudiſca lingua juraverunt. Ac ſic ante ſacramenta circumfuſam plebem alter Teudiſca, alter Romana allocuti ſunt.

2. HLODWICUS autem, quia major natu, prior exorſus ſic cœpit: Quotiens † LODHARIUS me & hunc fratrem meum poſt obitum patris noſtri inſectando usq; ad internecionem delere conatus ſit, noſtis. Cum autem nec fraternitas, nec Chriſtianitas, nec quodlibet ingenium, ſalva juſticia, ut pax inter nos eſſet, adjuvare poſſet, tandem coacti rem * ad judicium omnipotentis Dei detulimus, ut ſuo nutu, quid cuiq; deberetur, contenti eſſemus. In quo nos, ſicut noſtis, per miſericordiam Dei victores extitimus. Is autem victus unà cum ſuis, quò valuit, ſeceſſit. Hinc verò fraterno amore correpti, necnon & ſuper populum Chriſtianum compaſſi, perſequi atq; delere illos noluimus, ſed hactenus, ſicut & antea, ut ſaltem deinde cuiq; ſua juſticia cederetur, mandavimus. At ille poſthac non contentus judicio divino, ſed hoſtili manu iterum & me & hunc fratrem meum perſequi non ceſſat. Inſuper & populum noſtrum incendiis, rapinis, cædibusq; devaſtat. Quamobrem nunc neceſſitate coacti convenimus. Et quoniam vos de noſtra ſtabili fide ac firma fraternitate dubitare credimus, hoc ſacramentum inter nos in conſpectu veſtro jurare decrevimus. Non qualibet iniqua cupiditate illecti hoc agimus, ſed ut certiores, ſi Deus nobis veſtro adjutorio quietem dederit, de communi profectu ſimus. Si autem, quod abſit, ſacramentum, quod fratri meo juravero, violare præſumpſero, ab ſubditione mea, necnon & à juramento, quod mihi juraſtis, unumquemque veſtrûm abſolvo.

† Qui monarchiam in regnis Francorum juxta ordinationem paternam, & ſuperioritatè in fratres Reges prætendebat.

* i.e. ad aleam belli in prælio Fontanetenſi.

3. Cumq; KAROLUS hæc eadem verba Romanâ linguâ peroraſſet, LODHWICUS, quoniam major natu erat, prior hæc deinde ſe ſervaturum teſtatus eſt: *Pro don amur, & pro Xriſtian poblo, & noſtro commun ſalvament, diſt di en avant, in quant Deus ſavir & poter me dunat, ſi ſalvar ai co ceſt meon fradra* KARLO, *& in adjudha & in cadhuna coſa, ſi cum hom per dreit ſon fradra ſalvar diſt, ino quid il mi altreſi ſaret, & ab* LUDHER *nul plaid nunquam prindrai, qui meon vol ciſt meon fradre* KARLE *in damno ſit.*

4. Quod cùm LUDHWICUS expleſſet, KAROLUS Teudiſca linguâ ſic hæc eadem verba teſtatus eſt: *In Godes minna, ind durh tes Xriſtianes folches, ind unſer bedhero gehaltniſſi, fon theſemo dage frammordes, ſo fram ſo mir Got gewizci indi mahd furgibit ſo hald ih teſan minan bruodher ..... ſoſo man mit rehtu ſinan bruoder ſcal, in thiu thaz er mig ſoſo maduo, indi mit* LUTHEREN *inno thein ni thing ne gegango, the minan willon imo ce ſcadhen werhen.*

5. Sacramentum autem, quod utrorumque populus quiq; propria lingua teſtatus eſt, Romanâ lin-

nâ linguâ ſic ſe habet: *Si* Lodhuvvigs *ſacrament, que ſon fradre* Karlo *jurat, conſervas*, & Karlus *meo ſendra de ſuo part non los tanit, ſi io returnar non lint pois, ne io, ne neuls cui eo returnar nit pois, in nulla adjudha contra* Lodhuvvig *nun li iver.*

6. Teudiſca autem lingua: *Oba* Karl *then eid, then er ſinemo bruodher* Ludhuvvige *geſuor, geleiſtit, inde* Ludhuvvig *min herro, then er imo geſuor, forbrihchit, ob ih ina nes arvvenden nemag, noh ih, noh thero thein hes irvvenden mag, imo ce folluſti vvidhar* Karle *ne vvirdhit.*

KAROLI II. REGIS AVG. CONSTITUTIO

Anno Chriſti 847.

De rebus Eccleſiæ ablatis reſtituendis, & in poſterum ad ſeculares uſus non transferendis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus Rex. Si ea, quæ à prædeceſſoribus noſtris vel fidelium devotione benè tradita, ſtatuta ac confirmata ſunt, noſtris oraculis roboramus; ſi etiam illa, quæcunque neceſſitate corrupta ſunt, Regia noſtra auctoritate corrigimus, & in melius commutamus, saluti noſtræ conſulimus, & Regium miniſterium ſuſceptum à Domino exercemus. Proinde noverit omnium fidelium Dei ac noſtrorum ſolertia, quia res ex Epiſcopatu Remenſi, quas magna neceſſitate, & per omnia inviti, dum à Paſtore ſancta ſedes illa, vacaret, fidelibus noſtris ad tempus, unde temporale quoddam ſolatium in noſtro haberent ſervitio, commendavimus, ordinato & electo, munere ſancti Spiritus, per Dei & noſtram diſpoſitionem in eadem ſancta Sede Hincmaro Archiepiſcopo, hoc noſtræ auctoritatis præcepto cum integritate, quidquid exinde nos fidelibus noſtris beneficiavimus, præſentaliter reſtituimus, ſive etiam illa omnia, quæ tam Clerici quàm Laici, qui in poſtra dominatione aliquandiu fuerunt, quosque jam dicto Epiſcopo commendavimus habebant.

2. Et, ut in calce omnia concludamus, quicquid ex eodem Epiſcopatu, quando de manu N.. illum recepimus, alicui præſtito beneficio conceſſimus, per hanc noſtræ confirmationis auctoritatem in conſpectu Dei, coram cœtu fidelium noſtrorum tam Eccleſiaſtici quàm laicalis ordinis, teſtamento præſentialiter caſæ S. Mariæ & S. Remigii, atq; Hincmaro Archiepiſcopo, cum omni integritate reddimus vel reſtituimus, ut abſq; ulla refragatione caſſatis quibuscunq; aliis conſcriptionibus easdem res per hanc noſtram auctoritatem recipiat, ut, ſicut res Eccleſiæ Dei, tam ipſe quàm ſucceſſores ipſius diſponant.

3. Quam auctoritatem, in qua nos ulteriùs tale quiddam erga ipſam caſam Dei non acturos ſpondemus, &, ut nemo ſucceſſorum noſtrorum agere moliatur, per omnipotentem Dominum ejuſdem Virginis filium obſecramus, ut per ventura tempora certior habeatur, & contra æmulos ipſius Eccleſiæ ſui noticia valeat, manu noſtra ſubter firmavimus. & annuli noſtri impreſſione roborare decrevimus. Data Kal. Octobris, anno VI. regnante Karolo glorioſo Rege, Indictione VIII. Actum in pago Andegavenſi in villa N...

LUDOVICI II. REGIS AVG. ET POSTEA III. IMP. ROM. DECRETUM

Anno Chriſti 850.

Comitiorum Moguntinenſium, de Anno DCCCL.

LUDOVICUS maximum Concilium ſacratorum & prophanorum Moguntiaci cogit. Singulorum controverſiæ auditæ, cauſæ cognitæ, lites diremptæ ſunt. Pax per univerſam Germaniam jurejurando, firmata. Interfuere Bulgarorum, Sclavorum Legati.

ALIUD DECRETUM.

IN Saxonia Conventum juridicum ad amnem Viſurgim agit, prædia Regia, quibus Procerum quidam incubabant, neq; quicquam tribuebant, recuperat, fiſcoq; adjecit.

Leges Saxonum emendat, Judices avaritia notatos, jura venditare, munera accipere ſolitos, albo Prætorum eradit, bona eorum confiſcat, inſtitutorum veterum atque legum peritos, pecuniæ contemtores, provinciis juris dicundi præfecit.

DECRETUM COMITIORUM ERDFURTENSIUM.

ERdfurdiæ apud Turogos Concilium gentis cogit. Ibi vetiti ſunt Magiſtratus patrocinia vendere, aut cuiquam in ſua Præfectura adeſſe. Diminutæ ſunt Cauſidicorum merces, quorum perfidia nihil venalius.

LO-

Anno Chriſti 853.

LOTHARII I. IMP. AUG. RESCRIPTUM.

AD LEONEM IV. PAPAM DE PRESBYTERO ECCLESIAM ſuam relinquente per Papam citato ad Synodum.

a Cardinali Romano ad Aquilegienſem Patriarchatum ab Imperatore promotum.
b Eporedienſem.

VESTRÆ denique Serenitatis induſtria cognoſcat de *a* Anaſtaſio Presbytero, cur ad vos non pervenerit, noſtro ſatis animo diſplicuiſſe: quem nunc per clariſſimos Miſſos noſtros, Joſeph videlicet reverendiſſimum *b* Epiſcopum, atque dilecti filii noſtri Archicapellanum, nec non & Petrum ſanctæ ſedis Spoletinæ venerabilem Epiſcopum, & Aldegiſum illuſtrem Comitem noſtrum præſentialiter vobis mittimus: quidquid canonicè & ſecundum Deum per illum veſtra deliberaverit ſententia, nihil contradicentes. Tantum ſolicitè cavere ac prudenter tractare curate, ne hoc facto divina voluntas offendatur in aliquo.

RECESSUS

Anno Chriſti 860.

COMITIORUM CONFLUENTANORUM, DE PACE PUBLICA, ET CONCORDIA INTER REGES FRANCORUM STABILITA;

Ludovicum II. Regem Germaniarum & Sclavoniarum, Carolum II. *Regem Galliarum*, Ludovicum *Imperatorem Romanorum & Regem Longobardorum*, Lotharium Regem *Lotharingiæ &* Carolum *Regem Burgundiæ ac Provinciæ*.

HÆc ſunt nomina Epiſcoporum, qui Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimo, Nonis Junii, in Secretario baſilicæ S. Caſtoris conſideraverunt cum Nobilibus Laicis firmitatem, quam glorioſiſſimi Reges noſtri Ludovicus, Carolus, atque Lotharius inter ſe fecerunt octavo Idus Junii in eodem Monaſterio, & qui hæc capitula ab omnibus obſervanda acceptarunt.

Hincmarus,	Theudericus,
Juntherius,	Leutbertus,
Alefridus,	Gedebartus,
Salomon,	Chriſtianus,
Adventius,	Vulfadus Abbas,
Atto,	Witgarius Abbas:

Hæc nomina Laicorum:

* Archangarius.

Conradus,	* Exſtangarius,	Luitharius,
Everhardus,	Arnulphus,	Luthardus,
Vicarenarius,	Berengarius,	Hunfriardus,
Leuthulphus,	Rithuenus,	Adalbertus,
Hernodulphus,	Bernoldus,	Sigeri,
Adalardus,	Burchardus,	Harmainus;
Luitfridus,	Heſſi,	Wigricus,
Gislebertus,	Arnuſtus,	Atto,
Huto,	Hynodulphus,	Chriſtianus,
Matfridus,	Ratbotus,	Herimannus,
Boſo,	item Chuanradus,	Sigardus.

1. Ludovicus & Rex Carolus frater ejus, nepoſq; eorum Lotharius cum primatibus ſuis in Confluenta caſtello convenientes, pacem inter ſe & fidelitatem mutuam ſinguli juramento confirmarunt, cujus ſacramenti ſeries hujusmodi fuit: Amodo & quamdiu vixero, iſtum fratrem meum Carolum, & nepotes meos Ludovicum & Lotharium atq; Carolum, ad Dei voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ ſtatum & honorem atq; defenſionem, & ad noſtram communem ſalutem & honorem, & ad populi Chriſtiani nobis commiſſi ſalvamentum & pacem, & ad legis & juſtitiæ & rectæ rationis conſervationem (quantum mihi Dominus ſcire & poſſe donaverit, & ipſi me obaudierint) vero conſilio, & ſecundùm quod mihi rationabiliter & ſalubriter poſſibile fuerit, recipiens; ſincero auxilio adjutor ero ad regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neq; in regno illorum eos forſconſiliabo in hoc, ut ipſi erga me ſimilem promiſſionem faciant, & conſervent, ſic me Deus adjuvet & iſtæ ſanctæ reliquiæ.

2. Ut omnium prætéritorum malorum, & contrarietatum, & ſupplantationum, atq; malarum machi-

machinationum, atque molitionum, ſeu nocumentorum invicem actorum abolitio, ita [illegible] nos & apud nos ſiat, & a noſtris cordibus penitus avellatur communi malitia & rancore, & n[illegible] in memoriam ad retribuendum duntaxat mali, vel contrarietatis, atque exprobrationis, ſeu improperii de cetero exinde quidquam veniat.

3. Ut tanta inter oos, Domino cooperante, veræ charitatis benignitas abhinc inante ſemper manet de corde puro, conſcientia bona, & fide oon ficta, ſine dolo & ſimulatione, ut nemo ſuo fratri ſuum regnum, aut ſuos fideles, & quod ad ſalutem ſive proſperitatem ac honorem Regum pertinet, diſcupiat, aut forconſiliet, aut per occultos ſuſurrones libenter compoſita mendacia ſeu detractiones acceptet.

4. Ut unusquisq; fideliter ſuum fratrem, ubicunque neceſſitas illi fuerit, & ipſe potuerit, aut per ſe, aut per filium, aut per fideles ſuos & conſilio & auxilio adjuvet, ut regnum fidele, proſperitatem, atque honorem regium debitè valeat obtinere; & veraciter unusquisq; erga alterum certatim demonſtret, quia in fratris ſui adverſitate, ſi ſic venerit, fraterno modo contriſtetur, & in proſperitate illius lætetur; & talem fidem ſicut inter nos modo abhinc inante conſervaturos confirmatum habemus, ſic unusquisque infantibus fratris ſui, ſi obierit, qui ſuperfuerit, conſervabit.

5. Et quia per vagos & tyrannica conſuetudine irruentes homines pax & tranquillitas regni perturbari ſolet: volumus, ut ſi ad quemcumque noſtrûm talis venerit, ut in his quæ egit, rationem ac juſtitiam ſubterfugere non poſſit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat & retineat, niſi ut ad rectã rationem & debitam emendationem perducatur. Et ſi rationem rectam ſubterfugerit, omnes in commune, in cujus regnum venit, illum perſequantur, donec ad rationem perducatur, aut de regno deleatur. Similiter de eo agendum eſt, qui pro aliquo capitulo & publico crimine à quolibet Epiſcopo corripitur & excommunicatur, aut de excommunicatione crimen faciens, regnum & Regis regimen mutat, ne debitam pœnitentiam ſuſcipiat, ut ſuſceptam legitimè peragat; interdum etiam inceſtam propinquam ſuam, aut ſanctimonialem, & raptam, ſive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens ſecum duxit: hic talis cùm Epiſcopus, ad cujus curam pertinebit, nobis notum fecerit, diligenter perquiratur, ne morandi & latitandi locum in regno alicujus noſtrum inveniat, & Dei ac noſtros fideles ſuo morbo inficiat, ſed à nobis & miniſtris Reipub. conſtringatur, ut & ſimul cum diabolica præda, quam ſecum duxit, ad Epiſcopum ſuum redeat, & de quocumque crimine publico pœnitentiam, ut ſuſceptam legitimè peragat, compellatur.

6. Ut nemo Epiſcoporum hominem peccantem ab Eccleſia Chriſtiana alienet, donec illum ſecundum Evangelicum præceptum, ut ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccans ſi commonitus inobediens & incorrigibilis permanſerit, & ad emendationem redire noluerit, Regiam & Reip. poteſtatem per ſe ipſos & per miniſtros ſuos adeant, ut conſtringatur, & ad emendationem & pœnitentiam peccator redeat. Qui etiam ſi ita ad correctionem perduci nequiverit, tunc ſecundum leges Eccleſiaſticas medicinali ſeparatione communionis Eccleſiaſticæ ſegregetur.

7. Ut illis hominibus, qui in talibus perturbationibus (ſicut in his præteritis annis accidit) in Deum & in ſanctam Eccleſiam atque in eos peccaverunt, ſi ex veritate recognoſcentes veniam petierint, & deinceps nobis veraciter fideles eſſe voluerint. & in regnis noſtris pacifici & quieti, & legibus ac juſtitiæ obedientes extiterint, rationabilis miſericordia impendatur, non ſolùm in indulgentia commiſſorum & in conceſſione proprietatum, verum etiam & in largitione honorum ſecundum noſtram rationabilem poſſibilitatem.

8. Ut de rapinis ac deprædationibus, & de conſpirationibus, ac ſeditionibus, & de raptis fœminarum, ſicut Eccleſiaſticæ & Chriſtianæ leges atque progenitorum Capitula continent, ita in omnibus & ab omnibus conſerventur.

9. Ut alia etiam Capitula eorundem progenitorum noſtrorum de ſanctæ Eccleſiæ honore & immunitate ac conſervatione, & de Regis etiam honore, & populi nobis commiſſi lege & juſtitia in omnibus & ab omnibus conſerventur.

10. Ut noſtri fideles unusquisque in ſuo ordine & ſtatu veraciter ſint de nobis ſecuri, quia nullum abhinc inante contra legem, juſtitiam, & auctoritatem, ac juſtam rationem aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, & indebitis machinationibus affligemus, ſed illorum ſcilicet veraciter nobis fidelium communi conſilio, ſecundum Dei voluntatem & commune ſalvamentum, ad reſtitutionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad ſtatum regni, & ad honorem Regium, atque pacem populi commiſſi pertinenti aſſenſum præbebimus in hoc, ut non illi ſolùm non ſint nobis contradicentes & reſiſtentes ad iſta conſequenda verùm etiam ſic ſint nobis fideles & obedientes, ac veri adjutores atque cooperatores vero conſilio atque ſincero auxilio ad iſta peragenda quæ præmiſimus, ſicut per rectum in ſuo ordine ac ſtatu ſuo Principi & Seniori eſſe debent.

11. Ut ſic ſimul & conjuncti & nos fratres & nepos noſter ad invicem, & nos cum fidelibus noſtris, & fideles noſtri nobiſcum, & omnes ſimul cum Deo nos conjungamus, & ut nobis ſit propitius, illi pro devoto munere offeramus, & unusquisque omnium noſtrûm absq; ſua propria excuſatione & juſtificatione recognoſcamus, in quibus aut ſigillatim, aut communiter, aut contra illius mandata, & decreta ſuorum Sanctorum fecimus, aut conſenſimus in ordine Eccleſiaſtico & ſtatu regni, & per ſingula in medium illa producamus; & nemo noſtrûm ſuo aut amico aut propinquo & confœderato, imo nec ſibiipſi ſæculariter parcat, ut ſpiritualiter & ſalubriter parcere poſſit; quoniam, ſicut præmiſimus in præcedenti capitulo, vero conſilio & ſincero auxilio illa in commune certatim emendari totis viribus procuremus, quantocyus rationabiliter poterimus.

R   12. Et

12. [illegible] ſub[illegible] quocunque ordine & ſtatu de hac convenientia exierit, aut ſe re-[illegible]xerit, [illegible] decreto contradi[illegible]; Seniores cum veraciter fidelibus ſuis hanc ſecundum Dei voluntatem & legem & juſtam rationem, velit nolit ille, qui divino conſilio & decreto, & huic convenientiæ [illegible]ſiſtens & contradicens fuerit, exequantur. Et ſi aliquis de Senioribus de hac convenientia exierit, aut ſe retraxerit, & huic communi decreto (quod abſit) contradixerit; complurium Seniorum noſtrorum conſilio, & Epiſcoporum judicio, ac communi conſenſu, qualiter de eo, qui [illegible] admonitus incorrigibilis perſeveravit, agendum ſit, favente Domino decernatur, & ut obnoxius [illegible] præſcripta Capitula à nobis, auxiliante Domino inviolabiliter obſerventur, & nos illa obſervaturos ut certius credatur, manibus propriis ſubterfirmavimus.

ANNVNTIATIONES DOMNI LVDOVICI REGIS apud Confluentem, lingua Theotiſca.

13. Vos ſcitis, quid in iſto Regno evenit. Et ideò huc convenimus, ut de Dei voluntate, & ſanctæ ejus Eccleſiæ ſtatu & noſtra ac veſtra communi ſalute & honore, & de pace populi Chriſtiani cum Dei adjutorio & fidelium noſtrorum conſilio tractaremus. Et miſimus hoc ſuper Epiſcopos & cæteros fideles noſtros, ut illi hoc invenirent, qualiter nos ad hæc quæ diximus exequenda adunaremus. Et volumus ut ſciatis, quia ſicut illi invenerunt, & ſcripto nobis nunciaverunt, ad invicem adunati ſumus, ſicut fratres per rectum eſſe debent, & vos ſimul cum iſto nepote noſtro, & ille nobiſcum, & etiam ſuos fratres & nepotes noſtros in hac adunationis firmitate nobiſcum recepimus, ita tamen ut ſi ipſi hanc firmitatem erga nos fecerint & obſervaverint.

14 Et ſciatis, quia non volumus, ut ullus inter nos abhinc in ante alia verba portet niſi talia, quæ Deo ſint placita, & ad noſtram communem ſalutem & ad noſtrum honorem pertineant; ut ſic ſimus ſicut fratres invicem, & patrui cum nepotibus, & nepotes cum patruis eſſe debent. Et ſi aliquis fuerit, qui hoc facere tentaverit, perducatur in medium ad rationem, & taliter inde caſtigetur, ut nemo alius ſimiliter agere tentet.

15. Volumus ut Eccleſiæ & Caſæ Dei, & Epiſcopi, & Dei homines, Clerici & Monachi & Nonnæ, talem mundeburdem & honorem habeant, ſicut tempore noſtrorum anteceſſorum habuerunt.

16. Et volumus, ut vos & cæteri homines fideles noſtri talem legem & rectitudinem, & tale ſalvamentum in regnis noſtris habeatis, ſicut anteceſſores veſtri tempore anteceſſorum noſtrorum habuerunt: & juſtitia & lex omnibus conſervetur; & pauperes homines talem defenſionem habeant, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum lex & conſuetudo fuit, & ſicut fideles noſtri communiter conſenſerunt, & ſcripto nobis demonſtraverunt, & nos cum illorum conſilio conſentimus, & communiter volumus. Et ſi aliquis hoc perturbare voluerit, à nullo noſtrûm recipiatur, niſi ad rectam rationem aut rationabilem indulgentiæ conceſſionem deducatur.

17. Sed de iſtis rapinis & deprædationibus, quas jam quaſi pro lege multi per conſuetudinem tenent, ab hoc die & deinceps de Dei banno & noſtro bannimus, ut nemo hoc amplius præſumat, ſed unusquiſque intra patriam cum pace & ſine oppreſſione pauperum & circummanentium conſiſtat, & in hoſtem, & ad placitum, ſeu ad curtem veniens de ſuo ſicuvarintaes, & de domo ſua moveat, ut cum pace venire & nobiſcum ſtare, & ad domum ſuam redire poſſit. Et qui hoc transgreſſus fuerit, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum fuit, & in illorum Capitulis continetur, volumus ut hoc in iſtis transgreſſionibus emendetur.

18. Similiter & de conſpirationibus, & de raptis fœminarum tam viduarum quàm puellarum atque nonnarum, bannimus ex Dei & noſtro verbo, ut nullus hoc in noſtris regnis agere præſumat. Et ſi quis hoc præſumpſerit, ſecundum legem & ſicut in Capitularibus progenitorum noſtrorum continetur, ſic hoc emendare cogatur.

19. Hæc eadem CAROLUS Romana lingua pronuntiavit, & maxima parte lingua Theotiſca recapitulavit.

20. Poſt hæc Domnus Ludovicus ad Domnum Carolum fratrem ſuum lingua Romana dixit: Hoc ſi vobis placet, veſtrum verbum habere volo de illis hominibus, qui ad meam fidem venerunt. Et Domnus Carolus excelſiore voce lingua Romana dixit: Illis hominibus, qui contra me fecerunt, &, ſicut ſcitis, ad meum fratrem venerunt, propter Deum & propter illius amorem, & pro illius gratia totum perdono quod contra me nimis fecerunt; alodes de hæreditate & de conquiſitu, & quod de donatione noſtri Senioris habuerunt; excepto illo, quod de mea donatione venit, illis concedo, ſi mihi firmitatem fecerint, quod in regno meo pacifici ſint, & ſic vivant ſicut Chriſtiani in Chriſtiano Regno vivere debent: in hoc ſi frater meus meis fidelibus, qui contra illum nihilo minus fecerunt, & me, quando opus fuit, adjuverint, ſimiliter illorum [illegible]des, quos in Regno illius habent, conceſſerit. Sed & de illis alodibus, quos de mea donatione habuerunt, & etiam de honoribus, ſicut cum illo melius conſiderabo, illis, qui ad me [illegible]ctornabunt, voluntariè faciam.

21. Et Domnus LOTHARIUS lingua Theotiſca in ſupra annunciatis Capitulis ſe conſentire dixit, & ſe obſervaturum illa promiſit. Et tunc Domnus Carolus iterum lingua Romana de pace commonuit, ut cum DEI gratia ſani & ſalvi irent, & ut eos ſanos revideret oravit, & annuntiationi finem impoſuit.

LUDO-

LUDOVICI II. ET CAROLOMANNI REGG. AUGG.

Anno Chriſti 863.

Receſſus SYNODI Wormatienſis, contra cultum imaginum à Græcis & Papa Rom. aſſertum.

ECCLESIASTICUS conventus Teutonum & Venedorum, juſſu Regis, apud Vangiones actus eſt. Myſtæ & Pontifices Germaniæ, Græcorum ineptiis, quas ad eos Romanus Epiſcopus retulerat, reſponſa reddiderunt. Aventin. fol. 326.

LUDOVICI II. REGIS AUG. DIFFIDATIO

Anno Chriſti 870.

Decreta in Comitiis Francofurtenſibus contra CAROLUM CALVUM Gallorum Regem, Regni Lotharingii invaſorem & uſurpatorem.

LUDOVICUS Calendis Februariis Francofordiam feſtinat. Confugiunt ad eum plerique omnes ex Gallia, Germania, Belgio & Celtica, quibus Rex CAROLUS cordi non erat. Luitpertus Archiepiſcopus Moguntinus, Adelfridus Saxonum Hyldeshaimenſis Pontifex, vitæ probitate, morum ſanctimonia, ſapientiaq; nobiliſſimi, ad Carolum Legati proficiſcuntur: hancque orationem habuerunt: Quoniam hactenus tibi ludibrio fuimus, tuque animo indulgens conſilia, poſtulata noſtra floccifacis, neque ulla juris, pietatis, ſanguinis ratione habita aliena intercipis, nihil ultra, verbis fruſtra tempus teremus, factis opus eſt, armis prærepta repetemus, vi ablata ferro adſeremus. Vulgò apud nos dici ſolet: Qui aliena appetit, ſui eſt negligens: & nimis multa concupiſcens, perpauca adipiſcitur. Proinde pacem & bellum hìc offerimus. Utrum vis, mox tibi ſume, aut continuò cum omnibus comitibus in tuum Regnum, quo vis gentium ex hiſce diſcede terris, aut jam aciem inſtrue. Jam jam invictiſſimus Rex noſter, Regiique juvenes, CAROLUS, LUDOVICUS, CAROLOMANNUS, fulmina belli, victrices copiæ aderunt. Ingruent cum bis bellicoſiſſimi & ferociſſimi Germaniæ pugnacis populi, nationesque ne ſociis ſatis quidem notæ, Sclavi, Venedi, Cimbri, Dani, Nordmanni, Abroditæ, Bojemi, Zechi, Sorabes, Moravi, Bohi, Velatabi, Turogi, Franci, Saxones, Boii, Suevi, Chariones, & cæteri, quos ſcrupuloſiùs referre ſupervacuum eſt. Hi, ſuperis faventibus, frenos aviditati imponent, te ferro docebunt, quidnam periculi ſit fratrem fallere, & alienam hæreditatem præripere.

EJUSDEM

DECRETUM CONCILII COLONIENSIS DE anno DCCCLXX.

COgitur VI. KL. Octobris juſſu Regis Conventus Eccleſiaſticus apud Coloniam Agrippinenſem. Interfuere Archiepiſcopi Luitperdus Mogontinus, Bertulphus Treverorum, Willebertus Agrippinenſis, Adelvinus Juvavenſis, cum Epiſcopis, Sacrificulis, Sacerdotibus, Monachis ſuis. Divi Pauli ad Timotheum Titumque de libro epiſtolæ recitatæ ſunt. Sacerdotes, Epiſcopi, avari, Veneri ventrique dediti, ignominia notati, tribuque moti ſunt. Cæteri juſſi ſunt vivere juxta Chriſti Servatoris noſtri placita. Imperatum Myſtis, ut literis ſacræ philoſophiæ operam darent, ut oves paſcerent, néve gregem à Deo creditum malis exemplis trucidarent, neu lac conſumerent, de lanis ſe contegerent. Ante omnia ut curam pauperum agerent Epiſcopi, Parrochique præceptum fuit.

LUDOVICI II. IMPER. AUG. RESCRIPTUM

Anno Chriſti 871.

AD BASILIUM IMPERATOREM CONSTANTINOPOLITANUM.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni, LUDOVICUS divina ordinante providentia Imperator Auguſtus Romanorum, dilectiſſimo ſpiritualique fratri noſtro Baſilioglorioſiſſimo ac piiſſimo æquè Imperatori Novæ Romæ.

1. Probabile quidem & laudabile conſtat, aliquem fratrem fratris monitis, quaſi quibusdam flatibus ad ignem charitatis accendi: probabilius autem eſt, ſic ipſius ultroneæ voluntatis ad hoc motibus inflammari; ſed probabiliſſimum eſt, quandocumque viam quemquam virtutis arripere, & magis magisque miris ſucceſſibus in ſublime proficere. Nam ille ſemper miles à Duce magis diligitur, qui poſt veniens hoſtium vires fortiter premit, quàm is qui maturus quidem acceſſit, ſed forte aut nihil, aut certè modicum geſſit. Secundum quam regulam divinitùs ſtabilitum Imperium noſtrum, ex die qua cœpit erga fraternitatem tuam dilectionis radicem in corde ſuo plantare, multiplices fructus exhibere non deſtitit, non minus quæ veſtra tanquam quæ noſtra ſunt procurans & vendicans. Quamvis quæ circa Miſſos noſtros in cauſa familiaritatis & benignitatis te gloriaris egiſſe: nos priùs erga Joannem famoſiſſimum Patricium geſſiſſe pateſcat; quem reverâ non ſicut amicum, vel quemadmodum fratris, id eſt

Imperii tui hominem, ſed quaſi conſanguineum noſtrum, & tanquam excellentiæ tuæ ſobolem tra[ctavimus] & dileximus: nec hunc penes nos poſitum aut tarditas umquam temporis, aut intima locorum à penetralibus noſtris fecere extorrem.

2. Cæterùm ſpiritualem fraternitatem tuam miramur, tot ſermonum ambages contentioſius adverſus

1. Corinth. 11. Apoſtolum prætendentem, qui dicit; *Si quis vult contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus*: nec Eccleſia Dei, cum Imperii dignitas apud Deum non in vocabuli voce, ſed in culmine pietatis glorioſa exiſtat; nec nobis quid appellatu mirandum, ſed quid ſumus providendum. Verùm quia de Imperatorio nomine multa nobis ſcripſiſti, cogimur & nos quoq; ad ſcripta tua quædam reſcribere, ne ſi usquequaque ſuper hoc ſiluerimus, non ut contentionem vitantes, ſed quaſi ratione convicti ſiluiſſe ab inſipientibus videamur.

* Deuter. 59 3. Indicat itaque dilectio tua, ſe * maledictum legis paveſcere, & idcirco terminos æternos transferre, & veterum Imperatorum formas commutare, ac præter Canonica & paterna præcepta converſari, renuat & recuſet. Et tamen qui ſunt illi, vel ubi, aut unde fuerunt prolati termini æterni, vel veteres formæ, aut illa Canonica & paterna præcepta, minùs apertè declarat. Niſi fortè ſuper Imperatoris nomine velit hæc cuncta ſentiri. Verum apud nos multa lecta ſunt, multa quidem indefeſsè leguntur, nunquam tamen invenimus terminos poſitos, aut formas, aut præcepta prolata, neminem appellandum BASILEA, niſi eum, quem in urbe Conſtantinopoli Imperii tenere gubernacula contigiſſet, cum gentium ſingularum monumentis interim poſtpoſitis, ſacræ nobis affluenter hiſtoriæ monſtrent plurimos fuiſſe Baſileos nuncupatos, & non ſolum electos quosque, quales fuère Melchiſedech & David, verum etiam reprobos, quales primores Aſſyriorum, Ægyptiorum, Moabitarum & cæterarum nationum, quas enumerare longum eſt, extitiſſe probantur.

4. Ergo cum ita ſit, fruſtra cauſandum ducit prudentia tua, alios præter ſe Baſileos appellandos niſi fortè radendos ducat totius codices mundi, in quibus pene cunctarum gentium Principes à priſcis temporibus & deinceps Baſilei inveniuntur ſcripti. Et certè, ut de Latinis codicibus interim taceamus, ſi Græcos & noviter editos revolvas codices, invenies procul dubio plurimos tali nomine vocitatos, & non ſolum Græcorum, ſed & Perſarum, Epirotarum, Indorum, Bithynienſium, Parthorum, Armeniorum, Sarracenorum, Æthiopum, Vuandalorum, & Gothorum, & aliarum gentium Prælatos Baſileorum appellatione veneratos. Intuere igitur, Frater, & conſidera, quod multi fuerunt, qui Baſilei diverſis temporibus, & in diverſis locis & nationib. nuncupati ſunt, vel hactenus nuncupentur: & noli vel nobis, quod dicimur, invidere, vel tibi ſingulariter uſurpare, quod non ſolùm nobiſcum, ſed & cum pluribus Præpoſitis aliarum gentium poſſides. Grave namque vitium eſt ſingularis dignitatis faſtigium, quod qui in principio ambierit, quid ei ambiendo talia contigerit, commemorare nolumus, ne fraternitas tua commemoratum ad injuriam ſuam exiſtimet.

5. Dicis autem, quod quatuor Patriarchales ſedes, unum Imperium inter ſacra myſteria memorari, à Deiferis Apoſtolis usq; nunc traditum habeant; moxq; hortaris, ut perſuadeamus eis, quod nos Imperatorem appellent. quod tamen nec ratio dictat, nec eſt opus: Primò quidem, quia nobis non congruit, alios quomodo nos vocent inſtruere; deinde vero, quia nobis etiam minimè ſuadentibus, tam Patriarchas ſingulos, quã cæteros homines, qui ſub cœlo ſunt, excepta fraternitate tua, tam honoratos quamq; privatos, tali nos nomine appellare cognomine, quoties eorum accepimus epiſtolas & litteras, invenimus. Præſertim cum & ipſi patrui noſtri, glorioſi Reges, abſque invidia Imperatorem nos vocitent, & Imperatorem eſſe proculdubio fatentur, non profectò ad ætatem, qua nobis majores ſunt, attendentes, ſed ad unctionem & ſacrationem, qua per ſummi Pontificis manus impoſitionem divinitus ſumus ad hoc culmen provecti, & ad Romani Principatus Imperium, quo ſuperno nutu potimur, aſpicientes. Porro ſi unum Imperium Patriarchæ inter ſacroſancta ſacrificia memorant, laudandi ſunt, non utique inconvenienter agentes. Unum eſt enim Imperium Patris & Filii & Spiritus Sancti, cujus pars eſt Eccleſia conſtituta in terris; quam tamen Deus nec per te ſolum, nec per me tantùm gubernari diſpoſuit, niſi quia tanta ſumus ad invicem charitate connexi, ut non jam diviſi, ſed unum eſſe videamur.

1. Timoth. 2. 6. Non autem credimus, ſanctiſſimos Patriarchas ſic tui mentionem facere, ut aliorum quoq; Principum (ut omittamus noſtram) mentionem prætereant, cùm pro hujusmodi etiam * Apoſtolus orare juſſerit, cùm perſequerentur Eccleſiam, ut ſecuram & tranquillam vitam agerent cum omni pietat[e], præſertim cùm eos etiam pro impiis orare non diffidamus, ſub quorum ditione conſiſtunt, ſicut Judæ[u]s quoque populus in Babyloniam ductus pro Rege Babyloniæ per * Jeremiam jubetur orare. Nam in illorum pace etiam populi conſtituit pacem. Baruc. 1.

7. Illud autem mirari meritò poſſumus, quod ſublimitas tua ad novam & recentiorem appellationem aſpirare nos autumat; cum quantum ad lineam generis pertinet, non ſit novum vel recens, quod jam ab avo noſtro non uſurpante, ut perhibes, ſed Dei nutu, & Eccleſiæ judicio, Summique Pontificis per[im]poſitionem & unctionem manus obtinuit, ſicut in codicibus tuis invenire facile poteris. Verum quid mirum, ſi novum ſit, cum omne vetus à novo principium habeat, & non novum à veteri? Et certè cum primi Romani Principes imperare cœperunt, novũ fuit, ſed de die in diem devenit in vetuſtatem. Non ergo quæcumque novitas in culpa eſt, ſcilicet irreprehenſibilis novitas. Unde & Apoſtolus cum dilecto filio ſcriberet, non ait vocum novitates devita, ſed *profanas vocum novitates devita*. Sanè antiquam

1. Timoth. 6. eſſe Imperii noſtri dignitatem nullus ambigit, qui vel nos ſucceſſores antiquorum Imperatorum e[ſſ]e non neſcit, vel divinæ pietatis divitias non ignorat. Nam quid mirum, ſi in fine temporis palam exhibuit, quod ante tempora in abdito conſilio ſuo prædeſtinavit?

8. Sed nec hoc admiratione caret, quod aſſeris, Principem Arabum Protoſymbolum dici, cum in voluminibus noſtris nihil tale reperiatur, & veſtri codices modo Architon, modò Regem, vel alio quoli-

quolibet vocabulo nuncupent. Verùm nos omnibus litteris Scripturas ſanctas præferimus, * quæ per Pſalm. 71.
David non Protoſymbolos, ſed Reges Arabum & Saba perſpicuè confitentur. Chaganum verò non
Prælatum Avarum, non Cazarorum, aut Northmannorum nuncupari reperimus, neque Principem
Bulgarum, ſed Regem vel Dominum Bulgarum. Quæ omnia idcirco dicimus, ut quam aliter ſe habe-
ant, quæ ſcripſiſti, legens in Græcis voluminibus ipſe cognoſcas. Quos nimirum ſuis cognominibus
acquieſcere perhibes, nec tamen propria ipſorum cognomina recolis. Verùm idcircò ab iis & ab omni-
bus Baſilei debitum vocabulum adimis, ut hoc tibi ſoli non tam propriè quàm violenter inflectas.

9. Illud autem ridere libuit, quod de IMPERATORIS nomine dixiſti, neque paternum eſſe, ne-
que genti convenire. Quomodo enim paternum non eſt, quod jam in avo noſtro paternum fuit?
Quomodo autem genti non convenit, cùm ſciamus (ut de cæteris brevitatis cauſa taceamus) ex Hi-
ſpanorum, Iſaurorum, & Cazarorum gente Imperatores Romanos effectos? Neque enim veraciter
aſſeverabis nationes has gente Francorum aut religione aut virtutibus clariores, & tamen admittere
non rennuis Imperatores, & eos prædicare non deſpicis. Porrò de eo quod dicis, non in tota nos
Francia imperare, accipe, Frater, breve reſponſum. In tota nempe imperamus Francia, quia nos
procul dubio retinemus, quod illi retinent, cum quibus una caro & ſanguis ſumus & unus per Domi-
num ſpiritus.

10. Præterea mirari ſe dilecta fraternitas tua ſignificat, quod non Francorum, ſed Romanorum
Imperator appellemur; ſed ſcire te convenit, quia niſi Romanorum Imperator eſſemus, utique nec
Francorum. A Romanis enim hoc nomen & dignitatem aſſumpſimus, apud quos profectò primo
tantæ culmen ſublimitatis & appellationis effulſit, quorumque gentem & Urbem divinitus gubernan-
dam, & matrem omnium Eccleſiarum Dei defendendam atque ſublimandam ſuſcepimus, ex qua & re-
gnandi priùs, & poſtmodum imperandi auctoritatem prolapiæ noſtræ ſeminarium ſumpſit. Nam
Francorum Principes, primò Reges, deinde verò Imperatores dicti ſunt, ii duntaxat qui a Romano
Pontifice ad hoc oleo ſancto perfuſi ſunt, in qua etiam Carolus Magnus abavus noſter unctione ejus-
modi per Summum Pontificem delibutus, primus ex gente & genealogia noſtra, pietate in eo abun-
dante, & Imperator dictus, & Chriſtus Domini factus eſt. Præſertim cum tales ſæpe ad Imperium
ſunt adſciti, qui nulla divina operatione per Pontificum miniſterium, propoſiti ſolum à Senatu & po-
pulo nihil horum curantibus, Imperatoria dignitate potiti ſunt; nonnulli vero nec ſic, ſed tantum a mi-
litibus ſunt clamati, & in Imperio ſtabiliti ſunt, ita ut etiam eorum quidam à fœminis, quidam autem
aut hoc aut alio modo ad Imperii Romani ſceptra promoti ſunt.

11. Porrò ſi calumniaris Romanum Pontificem, quod geſſerit, calumniari poteris & Samuel, quòd
ſpreto Saule, quem ipſe unxerat, David in Regem ungere non rennuerit. Verùm ſuper hoc ſi eſt, qui
Summo Pontifici ſaltem unum ſaciat muttum, congruo profectò illius non carebit reſponſo. Sed in-
terim ſi paginas revolvas Græcorum Annalium, utique diſcriminatos ab alienis, per quos nequaquam
deſenſi: & ſi quæ à veſtratibus Pontifices Romani pertulerunt, perſcruteris, profectò invenies unde il-
los juſtè non valeas redarguere. Verùm hæc illi, quæ extrinſecus agebantur, facilè parvipenderunt, niſi
& intrinſecus, quæ per diverſas hæreſes perimere conantium molimina deprehenderunt. Unde meritò
apoſtatis deſertis (quæ enim * communicatio Chriſti cum Belial?) adhæſerunt genti adhærenti Deo, 2. Cor. 6.
& ipſius regni fructus facienti: quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed (ut eximius Apoſto- Actor. 10.
lorum * innuit) *in omni gente, qui timet Deum, acceptus eſt illi*. Ergo cum ita ſit, cur nos ſatagis repre-
hendere, quoniam ex Francis oriundi, Romani moderamur habenas Imperii, cùm in omni gente, qui ti-
met Dominum, acceptus eſt illi? Et certè Theodoſius major, & filii Arcadius & Honorius, & Theodo-
ſius minor Arcadii filius, ex Hiſpanis ad Imperii Romani culmen aſſumpti ſunt, & non invenimus quòd
aliqui clamaverint vel reprehenderint Theodoſium, quòd non Romanus, ſed Hiſpanus exiſteret, vel
reſtiterint, vel probibuerint filios ejus in locum patris & honores ſuccedere, quemadmodum (ut cum
tua pace dicamus) nunc tua conari videtur diligenda fraternitas & ſuſtinenda dilectio, quaſi gens Fran-
corum non pertineat ad hæreditatem, de qua Pater ad Filium loquitur; * *Poſtula* (inquiens) *a me, & da-* Pſalm. 2.
bo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Et alibi; * *Glorificantes me glorificabo*. Et alia innumerabilia. 1 Reg. 2.

12. Ergo, Frater chariſſime, deſine in hoc contentioſius agere; deſine adulatoribus quibuſcunque
aures tuæ puritatis inflectere. Deniq; gens Francorum juſtos & fœcundiſſimos Domino attulit fructus,
non ſolùm citò credendo verùm etiam nullos alios ſalutiferè convertendo. Verùm vobis à Domino
jure prædictum eſt; * *Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus ejus*. Sicut ergo potuit Matth. 21.
Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, ita potuit de Francorum duritia Romani ſuſcitare ſucceſſores
Imperii. Et ſicut, ſi Chriſti ſumus, ſecundùm * Apoſtolum, Abrahæ ſemen exiſtimus, ita ſi ſumus Chri- Galat. 3.
ſti, omnia poſſumus per gratiam ipſius, quæ poſſunt illi, qui evidenter exiſtunt Chriſti. Et ſicut nos per
fidem Chriſti Abrahæ ſemen exiſtimus, & Judæi per perfidiam Abrahæ filii eſſe deſierunt, ita quoq; nos
propter bonam opinionem, id eſt orthodoxiam, regimen Imperii Romani ſuſcepimus; Græci verò
propter cacodoxiam, videlicet malam opinionem, Romanorum Imperatores exiſtere ceſſaverunt: de-
ſerentes ſcilicet non ſolum urbem & ſedem Imperii, ſed & gentem Romanam, & ipſam quoque linguam
penitus amittentes, atque ad aliam urbem, ſedem, gentem, & linguam per omnia tranſmigrantes.

13. Sed ne, Frater deſiderabilis, triſtitia cor tuum repleat, audi ſequentia, quia * *non repulit Deus ple-* Roman. 11.
bem ſuam, quam præſcivit. Dic ergo, *nunquid ſic offenderunt, ut caderent? Abſit: ſed illorum delictum* ho-
nor noſter, & diminutio ipſorum plenitudo noſtra effecta eſt. Cum enim fracti ſunt rami, nos inſerti
ſumus in illis, cùm oleaſtri quidem amodò fuiſſemus, & ſocii radicum & pinguedinum olivæ ſumus
effecti. Dicimus ergò: Fracti ſunt rami, ut nos inſeramur. Et bene. Non enim niſi propter credulita-
tem non rectam fracti ſunt. Nos autem fide ſtamus. Qui habet aures audiendi, audiat.

14. Sed dicis, quòd eſſet tempus ſecundùm quod fraternitati noſtræ promiſeris, quando & hac poti-remur appellatione, ſi Deus ad finem ea, quæ conſiliati ſumus, perducere voluiſſet. Equidem de [illegible]lio quod aſſeris, quæ diximus, hæc ipſa & nunc dicimus. Non enim eſt in nobis, Eſt & Non; & a verbo noſtro neque ad dexteram neque ad ſiniſtram divertimus, ſed in ipſo immoti perſiſtimus. Appellationem autem illam, ſicut hactenus nec nos nec patres noſtri per carnem & ſanguinem poſſediſſe dignoſcimur, ita quoque de cætero non immeritò poſſidere contendimus. Per patres etenim nos non per [illegible] conſuevimus honorari, & apud nos gloria non à filiis ad patrem, ſed à patribus in filios derivatur. Quod

Jacob. 1.

enim nos * *à patre luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum* ſumpſimus, neque à filio, neque per hominem aut ab hominibus accipere volumus.

* Ῥῆγα, id eſt, Regem.

15. Poſtremò ſcito, quia qui * Riga quemque appellat, quid dicat, nec ipſe novit. Si quidem etiamſi linguis omnibus, more Apoſtolorum, immò Angelorum loquaris, cujus linguæ ſit Riga, vel cui dignitati ſonus ille barbarus congruit, quod Rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim ſort[illegible] ad idioma propriæ linguæ, tractum Riga, Regem ſignificare monſtraveris. Quod ſi ita eſt, quia non [illegible] Barbarum, ſed Latinum eſt, oportet ut cùm ad manus veſtras pervenerit, in linguâ veſtram fideli tranſlatione vertatur. Quod ſi factum fuerit, quid aliud niſi hoc nomine βασιλεὺς interpretabitur? Quod non ſolùm veteris, ſed & novi Teſtamenti omnes Interpretes atteſtantur. Unde ſi in alienis perſonis hoc deteſtaris vocabulum, ſtude ex omnibus tam Latinis libris quàm Græcis, ſive Regis, ſive βασιλέως nomen eradere.

16. His igitur ſuper hoc ita prælibatis, obſtupeſcimus in iis, quæ Serenitas tua proſequitur, dicens, ſuis, id eſt Græcis Barim ex parte ſua debellantibus, & elidere decertantibus, noſtros vel ſolum intuitos, vel prandiis diſſolutos nullum auxilium præſtitiſſe: hancque ideò civitatem minimè capi potuiſſe cum noſtri ſive intuendo tantum, ſive prandendo, ſive aliud quid agendo Barim tamen licet perpau[illegible], & hactenus impugnaſſe, & ope divina cepiſſe noſcantur. Veſtri autem ſicut bruchi multitudine apparentes, & ſicut locuſtæ primum impetum dantes, eo ipſo, quo conatum ſuum in prima fronte monſtraverunt, puſillanimitate ſuperati, protinus infirmati ſunt, & more locuſtarum repentè quidem ſalierunt, ſed confeſtim fatigati, quaſi à niſibus volandi deciderunt, ac per hoc neque intuendo, neque prandendo, neque bellando, quibuslibet inſignibus triumphi monſtratis, motu ſubitaneo & cland[illegible]no receſſerunt & inefficaces; nonnulli è contra, Chriſtianis ſolummodò captivatis, ad propria repe[illegible]runt. Ergo, Frater, noli de cætero Francos ridere, quia etiam inter mortis vicina ſtudent & prandi[illegible] & omnia charitatis indicia proximis exhibere, & tamen à propoſito non leneſcere, quoniam, ſecundùm

Philip. 4.

* Apoſtolum, ſciunt abundare & penuriam pati, & ſaturati & eſurire. Et (ut compendio dicamus) omnia poſſunt in eo, qui illos confortat.

17. De paucitate verò, quid miraris ſi pauci fuerunt, & tamen multa lucra detulerunt? Præterea qua de re pauci fuerunt noſtri, pridem patefecimus dilectioni tuæ. Sed quoniã nos ſuper hoc pulſaſti, denuò

* .i. claſſe, armada.

noſtrum ſume reſponſum. Cum enim diu demorante * ſtolo fraternitatis tuæ, & illius jam minimè præſtolaremur adventum, & in anno ipſo de obſidione Bari nihil omninò fieri putaremus, omnes ad ſua redire permiſeramus, his ſolum retentis, quos ad prohibitionem recipiendorum alimentorum ſufficere credebamus. Et hoc eſt quòd ſtolus inſperatus apparens, non niſi paucos noſtros invenerunt. Veruntamen iſti pauci & adhuc pauciores, quibusdam horum diverſo languore gravatis, effecti, antequam Baris caperetur, tres Ammiredas, qui totam Calabriam depopulabantur, & numeroſam multitudinem Saracenorum proſtraverunt, & magnam veſtratibus ſalutem divino beneficio contulerunt. Quare non ſolum Calabritanorum Iſmaelitarũ ingens ex tunc facta eſt diminutio, ſed & Barenſium potentatu omnimodò diſſoluto, ac per id ad capiendum facilis adinventio. Cujus facti trophæa veſtros credimus imo imperio retuliſſe, & opera Dei, quæ taceri non debent, mirabiliter enarraſſe.

18. Cæterùm fraternitatis tuæ dilectionem rogamus, nullam Nicetæ Patricio moleſtiam irrogare, pro eo quòd noſtrum inſolenter offenderit animum. Nam licet adeò protervus & contumax in noſtrum fuerit Imperium, ut fidelium quoque noſtrorum numeroſa multitudo in eum ſeveriore mente commoveretur, niſi à nobis cauſã tui honoris pariter & amoris præventa compeſceretur, tamen malum pro malo retribuere non tulimus, nec debemus. Et idcircò depoſcimus, ſi quid minarum ſuper ipſum poteſtatis tuæ fortaſſis imminet, celeri benignitatis tuæ manu pro noſtro removeatur amore.

19. Non autem tales Apocriſarios Apoſtolicæ Sedis eſſe, vel profeſſio docet, vel eruditio dictat, vel converſatio anteacta demonſtrat: quales illos ſcripta prædicant, quæ nobis fraternitas tua direxit. Electos enim & approbatos eos tam ſpiritualis pater noſter Summus Pontifex, quam Eccleſia per diuturna tempora ſcientes, & Eccleſiaſticæ correctionis negotia ſtrenuè peragentes, ad preces ſublimis a Deo ſervandi Imperii tui illos direxiſſe noſcuntur. Unde & decuerat excellentiã tuam ita munitos eos remittere, ut in nullos vel piratarum vel aliorum pravorũ incurſus inciderent. Grave namq; contra ſe ſuper[illegible] tam ſpiritualis patris noſtri Apoſtolici Papæ, quam totius Eccleſiæ Romanæ murmur accenditur, eò quod illos a Sede Apoſtolica tam deſiderabiliter expetieris, ſed tam improvida diſpenſatione remi[illegible]

20. Et Nicetas quidem Patricius, Hadriatici freti ſervator, cum claſſibus deſtinatus, accepta quaſi per hujusmodi rem occaſione, multas prædas ab ipſis Sclavinis abſtulit, & quibusdam caſtris dirept[illegible]rum homines captivos abduxit, nec tamen quæ præfati venerabiles Apocriſarii perdiderunt, hact[illegible] reſtituta ſunt. Sane ſpiritalem tuam nolumus ignorare fraternitatẽ, ſuper caſtra noſtra deſtructa [illegible]pulis Sclavoniæ noſtræ in captivitate ſine qualibet parcitate ſubtractis, ſupra quam dic poteſt an[illegible] noſtrum commotum. Non enim congruè geſtum eſt, ut iisdem Sclavinis noſtris cum navibus ſuis apud Barim in procinctu communis utilitatis conſiſtentibus, & nihil ſibi adverſi aliunde imminere putantibus,

tam

tam impiè domus ſuæ quæq; diriperentur, ſibique contingerent, quæ ſi prænoſcerent, nequaquam pro... ſus incurrerent. Qua de re deſiderabilem dilectionem tuam hortamur & admonemus, ut mox id corrigere jubeat, & ipſos captivos ad propria cum ſuis reduci præcipiat, ſi charitatis vinculum nunquam inter nos forte cupiat diſſolvendum. Nullus mortalium hactenus Imperium veſtrum talia commiſiſſe recolit, ac per hoc niſi correctionem juſſio tua præveniat, juſtæ ſeveritatis noſtræ proxima ultio proculdubio ſubſequatur; nec poterit remanere penitus impunitum, quod in contemptum noſtrum tanta temeritate conſtat fuiſſe patratum.

21. Nihilominus etiam te exiſtimare ſcimus, obſtupuiſſe nos talia de Miſſis noſtris audientes, qualia tuæ nobis dulcedinis litteræ intimarunt: adeò quippe illos inordinatè ſignificans ambulaſſe, ut ſemper evaginato gladio deportato, non ſolùm jumenta ſed & homines interficerent. Quæ res ſi ita ſe habuit, manſuetudini noſtræ valde diſplicet, & ut ad certitudinẽ perducatur, vehementer exoptat. Verùm & ipſi diligenter à nobis inquiſiti, tale quid egiſſe modis omnibus negaverunt. Et quia non eſt, qui illos in faciem arguat, non eſt profectò eis neq; convictis neq; confeſſis juſtæ correctionis aliquid ingerendum. Verùm nos illos nec ita educavimus, nec ita docuimus, ut ad talia, qualia perhibes, laberentur, & ideò de illis quidquam eorum credere non facilè judicamus. Cæterùm indecorum ſonuit, quod fraternitas tua perhibuit, dicens, non gladiis ſed dentibus noſtros dilaniandos eſſe, niſi cauſa timoris tui minimè coercerentur; cùm ſi non eſſent in Imperio tuo, nihil tale ſibi prætenderent. Sed nec in regno tuo poſiti quidquam horum penitus formidarent, quin immò nec tanti numeri viros & adhuc alios totidem, Deo gratias, expaveſcerent.

22. Poſtremò de Neapoli nobis in Chriſto fraternitas tua monuit, quaſi miſerimus populum noſtrum ad incidendas arbores, & meſſes igne cremandas, & hanc ditioni noſtræ ſubdendam. Cùm licet ab olim noſtra fuerit, & parentibus noſtris, piis Imperatoribus, tributa perſolverit; verùm nos ab ejus civibus preter ſolitas functiones nihil exegimus, niſi ſalutẽ ipſorum, videlicet ut deſererent contagia perfidorum, & plebem deſiſterent inſequi Chriſtianorum. Nam infidelibus arma, & alimenta, & cætera ſubſidia tribuentes, per totius Imperii noſtri litora eos ducunt, & cum ipſis toties beati Petri Apoſtolorum Principis fines furtim deprædari conantur: ita ut facta videatur Neapolis Panormus vel Africa ſedes Sarracenorum. Cumq; noſtri quiq; Sarracenos inſequuntur, ipſi ut poſſint evadere, Neapolim fugiant. Quibus non eſt neceſſarium Panormum repetere, ſed Neapolim fugientes, ibidemq; quouſq; perviderint latitantes, rurſus improviſò ad certamina redeunt. Super quibus ſæpe illos monuimus, ſed ex admonitione pejores effecti ſunt, adeò ut Epiſcopum proprium (quoniam eos, ut vitarent conſortia malignorum, monitabat) ex urbe projicerent, illuſtres ac proceres civitatis compedibus obſignarent. Ergò ſi ſocietatem non diſſolverint infidelium (ſecundùm Apoſtolum, qui præcepit dicens; *Nolite jugum ducere cum infidelibus*) & Epiſcopum proprium & paſtorem non receperint, portionem eorum ponemus cum iis, quorum libenter amplexi ſunt unionem, & uno lance appendemus utroſque. Quoniam non ſolùm qui faciunt talia, ſed qui conſentiunt facientibus, dignos morte judicat memoratus inſignis Apoſtolus, præſertim cum unanimiter arma contra Chriſtianos ferant, & dimicent, & ſi quos fidelium capere poſſunt, Sarracenorum manibus tradant, cum ipſis ad bella uno impetu procedentes.

De Athanaſio Epiſcopo Neapolitano expulſo.

2. Corinth. 6.

Rom. 1.

23. De cætero, Frater chariſſime, noveris, cùm virtute ſummi Opificis noſtri exercitum noſtrum ordine prænotato, Bari triumphis noſtris ſubmiſſa, Sarracenos Tarenti pariter & Calabriæ mox mirabiliter humiliaſſe, ſimul & comminuiſſe, ac hos celeriter, duce Deo, penitus contriturum, ſi à mari prohibiti fuerint eſcarum admittere copias, vel etiam claſſibus à Panormo vel Africa ſuſcipere multitudines. Quapropter ſpiritalis fraternitas tua, *a* quia per totum noſtrorum cunei populorum in utriſque locis vix aut nunquam ſtudeat, neceſſe eſt ſufficientem ſtolum deſtinare, qui illos ab accipiendis alimentis à mari coerceat: & ſi plurimas contigerit (ſicut ſæpe nuntiatur) peſſimæ gentis advenire catervas, faciliùs illis reſiſtere, divino munitus brachio, valeat. Nam iſte *b* ſtratigus Georgius licet ſolerter invigilet, & ſtrenuè pro ſuo poſſe decertet, non tamen ſufficit obviare, ſi plures inimicorum naves ex parte qualibet apparerent, non videlicet niſi pauca prorſus *c* chalendina poſſidens. Et quia nonnulli Sarracenorum Panormi latrunculi cum *d* ſagenis, ſolatio & refugio jam memoratorum Neapolitanorũ freti, per Tyrrhenum mare debacchantur, oportet ut ad hos capiendos tuæ fraternitatis ſtolus ſine dilatione mittatur. Iſti ſunt, qui cum Calabritanis Sarracenis indefeſſa ſtipendia præbent, & iis, qui Panormi ſunt, auxilia quotidiana miniſtrant. Unde ſi capiantur ſagenæ, maxima ex parte Sarraceni tam Panormi quàm Calabriæ conſtringentur.

a Locus depravatus.

b στρατηγὸς. i. magiſter militum.

c Navigii genus.

d i. navibus.

24. Nos enim Calabria, Deo auctore, expugnata, Siciliam diſpoſuimus, ſecundùm commune placitum, libertati reſtituere. quod tantum erit utrumq; faciliùs, quantum illi, divina dextera captis navibus & latrunculis, fuerint ampliùs & celeriùs infirmati. Nulla ergo tarditas, nulla mora, Frater chariſſime, in mittendo ſtolo proveniat, ne vel per eſcarum à mari receptarum abundantiam, vel per adventantium Agarenarum claſſium numeroſitatem horum vires non infirmentur, ſed roborentur: & ſic roborentur, ut poſtcà difficilius infirmentur, ſed & fruſtrà noſtræ per ſiccum indefeſsè certamen arripient, ſi ſic ipſi per æquora fuerint aliqua ſtipendia vel copioſam multitudinem conſequuti.

25. Poſtremò miſimus deſiderabili fraternitati tuæ Autprandum fidelem & familiarem hominem noſtrum, qui quædam, quæ huic deſunt epiſtolæ, viva voce tuo à Deo tuendo Imperio reſerabit, qui à diligenda nobis in Chriſto fraternitate tua ſuſceptus benignè, non, exceptis octo diebus, quæſumus ullo modo retardetur, ſed celeriùs ad nos, quia ita convenit, nulla impediente mora, Chriſto propitio, remittatur.

Anno Chriſti 871.

CAROLI II. REGIS AUG. RESCRIPTUM

DE POTESTATE REGIA SEU IMPERATORIA, auctoritate Papæ, & juriſdictione utriuſque regiminis.

* ejus nominis Secundo.

SANCTISSIMO ac reverentiſſimo Patri * Hadriano, Summo Pontifici & Papæ, CAROLUS Dei gratia Rex & Spiritualis filius veſter.

Legimus in libro Paralipomenon, filios Iſrael *mente pacifica iviſſe ad prælium*, quia non livoris vindicta, ſed obtinendæ pacis gratia dimicarunt. Quod rurſum dicimus, quia cogitis nos, indecentibus poteſtati Regiæ literis veſtris inhonoratum, inconvenientibus Epiſcopali modeſtiæ veſtræ mandatis gravatum, contumeliis & opprobriis dehoneſtatum, aliter quàm vellemus mente pacifica reſcribere, ut tandem animadvertatis, quanquam perturbationibus humanis obnoxium, in imagine tamen Dei ambulantem eſſe nos hominem, habere ſenſum paterna & avita ſucceſſione, Dei gratia, Regio nomine ac culmine ſublimatum; & quod his majus eſt, Chriſtianum, Catholicum, fidei orthodoxæ cultorem, ſacris litteris ac legibus, tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, ab infantia eruditum, nullo crimine publico in audientia Epiſcopali legaliter ac regulariter accuſatum, minimè autem convictum. Et ut quæ ſuperaddere poteramus, alia taceamus, ne nos potiùs jactare quàm vera dicere videamur, licet legamus Apoſtolum plura de ſe dixiſſe ob aliorum ſalutem neceſſitate compulſum: quoniam ſæpe humiliter vobis locuti, benigna & pacifica atque honorabilia nobis ſcripta impetrare nequivimus, ut quietem pacis & venerationem, quam apud anteceſſores veſtros noſtri deceſſores & nos habuimus, quoquo modo obtinere poſſemus. Scripſimus vobis per Actardum Epiſcopum & manſuetudinis noſtræ legatum ſingillatim ac viritim, quàm inconvenientia pro Hincmaro quondam Laudunenſi Epiſcopo ex nomine veſtro nobis ſcripta fuerunt: quæ nos à vobis proceſſiſſe non credebamus, putantes nos ratione comperta ab incompetentibus, quæ aliorum inſtinctu nobis catenus ſcripta fuerunt, calamum revocare. Sed ſpe vana fruſtratis aliter nobis, quàm ſperabamus, evenit. In capite quippe litterarum, quos per præfatum Actardum Epiſcopum nobis veſtra direxit paternitas, auditam laudabilem charitatis & ſapientiæ noſtræ magnitudinem vos prætuliſſe invenimus, & mox de comperto murmure & tumultuoſo clamore indebitæ reprehenſionis adverſus paternitatem veſtram nos denotatos reperimus: ſicq; auditam noſtram ſapientiam collaudaſtis, ut quaſi honeſtiùs & reverà onuſtiùs nos ſolitis contumeliis afficere volueritis, quem non per inſipientiam, ſed per induſtriam in murmuratione & clamore contra debitam charitatem delinquere demonſtrabatis, & quaſi ad ora vaſculi melle illiti, & de eodem fonte, quo & ante miſſæ litteræ iſtæ poſteriores, nobis pernitioſum poculum propinaverunt, fatentes illa, quæ aliorum inſtinctu & non à vobis proceſſiſſe credebamus, veſtra fuiſſe.

2. Corinth. 11.

2. Nam in præcedentibus litteris nos perjurum, tyrannum, ac perfidum, & diſtractorem rerum Eccleſiaſticarum, non confeſſum nec ordine judiciario legaliter ac regulariter convictum, vocaſtis: in iſtis autem murmurationis crimen nobis impegiſtis, & tumultuoſi clamoris nævum impoſuiſtis, arguente Domino carnalem Iſraël per Prophetam, unde nos coarguitis; *Quia non fecerit judicium ſed clamorem*. Et Apoſtolus; *Omnis*, inquit, *clamor & indignatio tollatur à vobis*. Et non levius malum eſt murmuratio his, quibus nos anteà denotaſtis, dicente Apoſtolo; *Neq; murmuraveritis, ſicut quidam illorum murmuraverunt, & à ſerpentibus perierunt*. Et, ut beatus dicit Gregorius; *Nullus murmurans regnum Dei intrare permittitur*. Hinc colligendum eſt, quantum peccatum ſit murmuratio, quæ regnum Dei intercludit; ſicut & illa peccata gravia, poſt quorum enumerationem dicit Apoſtolus, *qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt*. Et non, ut ſcripſiſtis, tumultuoſo clamore paternitatem veſtram indebitè reprehendimus, ſed quæ nobis ex veſtro nomine ſcripta fuerunt, non multorum vocibus, quibus tumultus fieri ſolet, ſed noſtra tantum voce reſcripſimus. Et quoniam talia vos miſiſſe, & à ſancta Romana Eccleſia, in omnibus ſemper diſcretiſſima atque cautiſſima, dictata fuiſſe nequaquàm credidimus: quia ipſa ſancta Sedes cum modeſtia & diſcretione ſemper corripere & ſalubriter corrigere, ſecundum uniuſcujuſq; perſonam & ordinem ſolita ſit, ſuggeſſimus. Igitur ſi malè locuti ſumus, teſtimonium perhibete de malo; ſi autem bene, quid nobis ſuccenſetis?

Eſai. 5. Epheſ. 4. 1 Cor. 10. Galat. 5.

3. Scriptum eſt, Abraham licet ſanctum, ut à Deo ſanctificatum hominem, tamen eidem Deo dixiſſe: *Num perdes juſtum cum impio? non hoc eſt tuum, qui judicas omnem terram*: & non ingratè hoc Dominum ſuſcepiſſe. Et nos arguitis, quoniam humili placatione vobis ſuggeſſimus, non eſſe veſtrum non confeſſo vel legaliter ac regulariter convicto, Regia etiam poteſtate (gratia Dei) prædito, talia ſicut plebejo & de criminibus confutato, ſcribendo impingere: ſcientes, quàm grave ſit fratri (quod nobis impactis minus eſt) dicere *fatue*, nullique detrahendum, vel contra fas maledicendum minimè autem Regi, *a* Apoſtolica doctrina, atq; *b* ſancti David in Saulis jam à Domino reprobati reverentia, & *c* Salomonis Sapientia, ac *d* Nabuhæ prodit hiſtoria.

Geneſ. 18. Matth. 5. a Act. 23. v. 5. Rom. 13. & 1. Pet. 2. b 1. Reg. 24. & 25. c Sapient. 1. d ſort. Nabalæ. ex 1. Reg. 25. adde & 2. Reg. 16. & 3. Reg. 2.

4. Invenimus etiam in eiſdem litteris nobis datum conſilium, (ſi fortè dici poteſt conſilium, quod eſt Domini exemplis contrarium, & Decretis Sanctorũ invenitur adverſum) ſcilicet (ut verbis veſtris dicamus) *omnia, quæ à Sede Apoſtolica, cui per Dei gratiã præſidetis, directa ſunt, alacri mente percipere, animo grato amplecti, & humili ſemper debemus intentione recipere*. Scriptum eſt enim nobis ex veſtro nomi-

nomine, nos perjurum, tyrannum, ac perfidum, & diſtractorem eſſe rerum Eccleſiaſticarum. Et hæc
alacri mente percipere, animo grato amplecti, & humili ſemper debemus intentione recipere? Niſi
ſcriptor fortè velit nos cum vulgo *Æthiopes* vocare argenteos: & ideò quis nobis pulcher videatur, Satyr. 3. v. 40.
quia nomine *Bellus* vocatur, & ſibi cantare cum Perſio * al. calcave-

——— *Quicquid* * *calcaverit hic, roſa fiat:* rit, roſ.

Illudque Propheticum incurrere: *Væ his, qui ponunt amarum in dulce:* cum Dominus dicentibus ad ſe Eſai. 5.
Judæis: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes?* quod recognovit, ta- Joh. 8. v. 48.
cendo conſenſit; & patienter repulit, quod fallaciter audivit, dicens; *Ego Dæmonium non habeo.* Cujus ibid. v. 49.
pro modulo noſtro in hoc exemplum ſecuti, qui nos dedignatus eſt ex ratione oſtendere ſe peccatorē
non eſſe, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores juſtificare: de his, quæ in nobis non recogno-
vimus, humiliter & patienter apud paternitatem veſtram excuſavimus, ne ſi penitus taceremus, tales,
quales denotabamur, tacendo & conſentiendo eſſe nos fateremur, & quaſi confeſſi & noſtra confeſ-
ſione convicti judicaremur.

5. Et hoc hortamentum, quod in litteris ex nomine veſtro ab Actardo Epiſcopo nobis delatis
invenimus, ſcilicet ut *omnia, quæ à Sede Apoſtolica nobis veniunt, humili ſemper debeamus intentione re-
cipere,* non ſolum (ut præmiſimus) Evangelicæ veritati ſed etiam decretis Sanctorum invenitur ad-
verſum. In quorum Decretis legimus, cum abſolvi non poſſe, qui in ſe ipſum dixerit mortis cauſam, * c. 7 diſt. 50.
quæ edicta in alium puniretur, * falſum videlicet teſtimonium: cùm omnis, qui ſibi fuerit mortis cau- c. 4. 7. 8. & i cir
ſa, major homicida ſit. Et hinc decreverunt, ut quicumq; ſub ordinatione vel Diaconatus vel Presby- totam d. diſt.
terii vel Epiſcopatus, mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, à ſupradictis ordinationibus ſubmo- 50.
vendos. Et nos, ſi ad talia nobis impacta tacendo conſentiremus, non ſolùm à regimine Regio, verùm
& à Catholicæ Eccleſiæ communione nos ipſos ſequeſtraremus. Non igitur talia nobis ex parte Se-
dis Apoſtolicæ & nomine veſtro ſcripta, *mente alacri percipere, & animo grato amplecti, & humili
ſemper debemus intentione recipere,* quæ, ſicut in eiſdem literis ex ſententia Salomonis ſubjungitur,
quaſi ſtimuli & ſicut clavi in altum defixi eſſe viderentur, quia culpas delinquentium neſciunt palpare Eccleſiaſt. ult.
ſed pungere. Cui ſententiæ item † Sapientis verba * referimus, quibus dixit: *Priuſquam interroges, ne*
vituperes quemquam; & cum interrogaveris, (id eſt, probaveris) *corripe juſtè.* Sicut † Nathan David † ſc. Jeſus Si-
Regem prius interrogavit, & interrogatione probatum corripuit: & cum cauſa correptioni deſuit, rachi, Eccle-
humiliter adoravit, veluti in ſacra Hiſtoria legimus. Mandate & ſcribite, quæ veſtro & noſtro mini- ſiaſtic. 11.
ſterio congruunt, ut deceſſores veſtri nobis & noſtris deceſſoribus mandaverunt, atq; ſcripſerunt, & * ſcr. regeri-
alacri mente gratoq; animo accipiemus. mus.
† 2. Reg. 12.

6. Litteræ autem ex nomine veſtro ſemper ſine interrogatione, id eſt probatione, nos pungunt,
& peccata, pro quibus invitum pungunt, ſponte confeſſa vel ordine judiciario legaliter ac regulariter
comprobata, non oſtendunt: & cùm peccata manifeſta & probata deſint, fomentis benignæ adhor-
tationis & allocutionis non refovent: reprehendente hinc Domino populorum Rectores aſpero,
atq; dicente: *Vos autem cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia.* Quibus Apoſtolus regulam Ezechiel. 34.
dedit commonitionis, ſingulis dicens: *Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina, miſcens* 2. Timoth. 4.
temporibus tempora, terroribus blandimenta. Dirum magiſtri, & pium patris oſtendentes affectum, id
eſt, indiſciplinatos & inquietos debent durius arguere; obedientes autem ac patientes, ut in melius
proficiant, obſecrare; negligentes autem & contemnentes debent utiq; increpare atq; corripere; &
de criminalibus peccatis aut ultrò confeſſos, aut ordine judiciario comprobatos atq; convictos, ſe-
cundùm modum culpæ legaliter ac regulariter judicare. *Noluit Apoſtolus,* inquit beatus Auguſtinus,
*hominem ab hoc homine judicari ex arbitrio ſuſpicionis, vel etiam extraordinario uſurpato judicio: ſed
potius ex lege Dei ſecundùm ordinem Eccleſiæ,* ſive ultrò confeſſum, ſive accuſatum atq; convictum. A-
lioquin illud cur dixit: *Si quis cum frater nominatur, aut fornicator, aut idolis ſerviens* &c? niſi quia eam
nominationem intelligi volunt, quæ fit in quemquam, cum ſententia ordine judiciario atq; integrita-
te profertur. Nam ſi nominatio ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes; quia ſæpe falsò in quem-
quam crimen nominatur. Pleriq; autem boni Chriſtiani propterea tacent & ſufferunt aliorum pec-
cata, quæ noverunt, quia documentis ſæpe deſeruntur, ut ea quæ ſciunt, judicibus Eccleſiaſticis pro-
bare non poſſint. Quamvis autem vera ſint quædam, non tamen indici facilè credenda ſunt, niſi certis
indiciis demonſtrentur, niſi ordine judiciario comprobentur. ut, ſi per judicium mali ab Eccleſiæ
communione auferri non poſſunt, tolerentur potiùs, ne perversè malos evitando quisq; ab Eccleſia
ipſe diſcedens, eos, quos fugere videtur, vincat ad gehennam.

7. Quod ſcriptum eſt in eiſdem ex nomine veſtro litteris, quia ſanè non patienter Pontificii veſtri
monita & correctiones nos audiſſe comperiſtis, liquidò patet adhuc perfectæ aliquid charitatis mi-
nus duntaxat habere, de qua dicit Apoſtolus: *Charitas patiens eſt, benigna eſt, non inflatur, non irrita-* 1. Cor. 13.
tur, non agit perperam, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Cujus charitatis modum & perfectionem in be-
nignitate ac patientia, in humilitate & ſufferentia, exemplo ſanctæ paternitatis veſtræ in litteris ve-
ſtris diſcere admodùm cuperemus, ſi Deus nos inde honorare dignaretur.

8. Quod & in hoc poſſemus addiſcere, ſi in his, quę ex nomine veſtro nobis ſcripta ſanctitati veſtrę
reſcripſimus, ſuſtineretis modicū quid inſipientiæ noſtræ, & ſupportaretis nos, ſicut magnus Petrus,
Apoſtolicę & primę Sedis primus Epiſcopus non ſolū patienter ſed & gaudenter adeò ſuſcepit repre- Galat. 2.
henſionē ſuam à coapoſtolo ſuo Paulo ſibi oſtenſam, ut ejus epiſtolas, in quibus ſe reprehenſum lege- 2. Petr. 3.
rat, cum maximo favore laudaverit. Non enim ita ſupputatè eas laudare poterat, niſi legiſſet; & quia
legit

legit ſcriptum, reprehenſum ſe in eis invenit: & quoniam eas tam granditer laudavit, quàm grat
Actor. 11. juſtam reprehenſionem ſuam accepto tulerit patienter, oſtendit. Et cùm à minoribus ſuis repreh-ſus fuit, cur ad Gentiles intraverit, non eis nudo & tumido ſermone reſpondit, ut omnia, quæ rat, patientiſſimè ſuſtinerent; nec aliquid in eorum querela de ſua poteſtate dixit, ſed humili ejus ratione placavit, atq; in cauſa reprehenſionis ſuæ etiam teſtes adhibuit. *Quia ſi in querela fidelium*, ut beatus dicit Gregorius, *aliquid de ſua poteſtate diceret, profectò doctor manſuetudinis non fuiſſet.*

9. Si igitur *paſtor Eccleſiæ Apoſtolorum Princeps, ſigna & miracula ſingulariter faciens, non dedignatus eſt in cauſa reprehenſionis ſuæ rationem humiliter reddere, quanto magis*, inquit Gregorius Apoſtolicæ Sedis Pontifex, *nos peccatores, cùm de re aliqua reprehendimur, noſtros ratione humili placare debemus?* Litteræ autem ex nomine veſtro nobis directæ non humili nos ratione placarunt, ſed indebita increpatione os noſtrum oppilare ſtuduerunt, quum, Deo gratia, libera adhuc fronte de his, quæ nobis per litteras ex nomine veſtro directas impacta ſunt, loqui poſſimus.

10. Scriptum eſt etiam in præfatis litteris nobis ex nomine veſtro directis de Hincmaro, hoc modo: *Volumus & auctoritate Apoſtolica jubemus, ipſum Hincmarũ Laudunenſem Epiſcopum, veſtra fretum potentia, ad limina Sanctorum noſtramq; venire clementiam. Quo ſanè veniente, veniat pariter accuſator idoneus, qui nulla poſſit auctoritate legitima reſpui. Et tunc in præſentia noſtra, & totius Sedis Romanæ Synodali Collegio, cauſa illius prudenti ventilata examine, ac diligenter inquiſita, ſecundum Deum & ſacrorum canonum conſtitutiones Spiritu Dei prolatas, ſine protelatione aliqua finietur.* Quæ relegentes, licet contra morem deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum invenerimus, id eſt, umbroſum ſeculi typhum inducere in Eccleſiam ſuam, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem Domini videre deſiderantibus præfert, tamen de voluntate non dubitavimus. Quia humano animo facilè poteſt ſubripi, quod ea deliberatione conveniat immutari. Sed valde mirati ſumus, ubi hoc dictator epiſtolæ, nobis per Actardum Epiſcopum delatæ, ſcriptum invenerit, eſſe Apoſtolica auctoritate præcipiendum, ut Rex corrector iniquorum & diſtrictor reorum, ac ſecundum leges Eccleſiaſticas atq; mundanas ultor criminum, reum legaliter ac regulariter pro exceſſibus ſuis damnatum, ſua fretum potentia, Romam dirigat; maximè autem illum, qui & ante depoſitionem contra cuſtodiam publicam & contra quietem moliri in tribus Synodis extitit deprehenſus, ſicut in Geſtis Epiſcopalibus paternitati veſtræ directis continetur; & poſt depoſitionem ſuam, & per ſe & per quoſcumque potuit, à ſua pervicacia non quievit. Sed non miramur, ſi in poſterioribus litteris ex nomine veſtro nobis directis, eſt inſulcitum, ut legaliter ac regulariter damnatus, qui nullis legibus decernitur à quoquam gradu ſeu rebus ac facultatibus redonandus, antequam ſi contra cuſtodiam & pacem publicam moliri non fuerit deprehenſus, renovato Apoſtolicæ Sedis auctoritate judicio in Provincia, qua fuerat judicatus, fortè inveniatur innoxius, Regia noſtra potentia ad veſtrum veniat fretus, cùm ſe auctore damnato debeatur zelus rectitudinis, non clementia reſolutionis. Quæ ſi non de eodem foramine, de eodem tamen conamine manarunt, de quo & anteriores fluxerunt, in quibus continetur, ut res omnes Hincmaro commiſſæ Eccleſiæ, donec ad propria reverteretur, nobis committeretis, ut indemnes conſiſterent, & aliquod diſpendium non incurrerent.

11. Unde, ſicut vobis reſcripſimus, & nunc iterum vobis ſcribere non piguit, ſed ea igente cauſa neceſſarium eſt: quia Reges Francorum, ex Regio genere nati, non Epiſcoporum Vicedomini, ſed terræ domini hactenus fuimus computati. Et, ut Leo ac Romana Synodus ſcripſit, *Reges & Imperatores, quos terris divina potentia præcepit præeſſe, jus diſtinguendorum negotiorum Epiſcopis ſanctis juxta Divalia conſtituta permiſerunt*, non autem Epiſcoporum villici extiterunt. Et ſanctus Auguſtinus dicit: *Per jura Regum poſſidentur poſſeſſiones*, non autem per Epiſcopale imperium
a Matth. 22. Reges villici fiunt actoreſque Epiſcoporum. Et Dominus, *a Quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; &*
Marc. 12. Luc. 20. *quæ ſunt Dei, Deo reddi* præcipit, qui etiam *b* Cenſum Regi reddidit. Et *c* Apoſtolus vo-
b Matth. 17. luit ſerviri * Regibus: voluit honorari & non conculcari Reges: *Regem*, inquit, *honorificate.*
c 1 Petr. 2. Et iterum: *d Omnis*, inquiens, *anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Et: *Reddite ergo o-*
* al. legibus. *mnibus debita.* Et paulò ſuperiùs: *Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter*
d. Roman. 13. *conſcientiam.* Et ſi revolveritis Regeſta deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum, talia mandata, ſicut habentur in litteris ex nomine veſtro nobis directis per Actardum Epiſcopum, deceſſores noſtros à deceſſoribus veſtris accepiſſe nullatenus invenietis. Unde pauca de pluribus vobis ſcribere neceſſarium duximus.

12. Sanctus Gregorius meritò vitæ & ſapientiæ doctrina Apoſtolicæ Sedis Pontifex, & toti orbi colendus ac imitandus, Francorum Regibus Theodorico & Theoberto, prædeceſſoribus noſtris, de præjudicio cujuſdam Epiſcopi non ita, ut vos nobis ſcripſiſtis pro eo, qui pro meritis ſuis legaliter ac regulariter juſtè depoſitus eſt, ſcripſit hoc modo: *Frater & Coepiſcopus noſter Urſicinus, Taurinæ civitatis Antiſtes, in parrochiis ſuis, quæ intra Regni veſtri ſunt terminos conſtituta, grave omninò dicitur præjudicium ſuſtinere, adeò ut contra Eccleſiaſticam obſervantiam, contraq; ſacerdotalem gravitatem, & contra ſacrorum canonum definita, nullo ejus exigente crimine, alter illic meruerit ordinari. Et quia parum viſum eſt, ſi inlicitis non jungerentur illicita, etiam res Eccleſiaſticæ, ut fertur, ablatæ ſunt. Quod ſi ſe veritas habet, quoniã nimis intolerabile eſt, ut virtute opprimeretur, cui culpa non nocuit, præmiſſo paternæ ſalutationis alloquio petimus, ut quod Excellentia veſtra, amore Eccleſiaſticæ reverentiæ & æquitatis contemplatione, ſponte poteſt impendere, noſtra ſtudeat benignius interceſſioni concedere, & juſtitiam illi,*

ſicut

ſicut de [illegible] *in*[illegible]
ctum [illegible]*,corri*[illegible]

13. Sc[illegible] o[illegible]*,*[illegible]*os* [illegible]
tis,de quod [illegible] hoc modo. [illegible]
longo jam tempor [illegible] *Exc*[illegible]*ſis* [illegible]
pulus quaſi [illegible] *ibidem* [illegible] *pro pcc*[illegible]*atis abſq; bap*[illegible] *mo*[illegible]
Quia non cre[illegible]*,quod eum Excellen*[illegible]*,*[illegible] *ex aliqua probabil*[illegible] *exceſſus can*[illegible]
ut habita Sy[illegible] *palam fiat, ſi quod in eum crime intenditur,* [illegible] *talis in eo culpa reperitur, quæ* [illegible] *de-*
gradationẽ Sacerdotii deducatur: alia ordinationem nece[illegible] *eſt requiramus, ne* [illegible] *ccl*[illegible] *Dei* [illegible]
bus eam Chriſtiana non patitur eſſe religio, inculta ac deſtituta maneat. Sin a. Excellentia veſtr[illegible] *ſe*
habere, quàm de eo quod dicitur eſſe, perſpexerit, cum ad eccleſiam ſuam reverti concedat, ut officium [illegible]
in commiſſis ſibi animabus adimpleat. Quibus mandatis beati Gregorii prædeceſſoris veſtri de his, qui necdum judicio Synodali legaliter ac regulariter pro criminibus ſuis fuere depoſiti, collatis cum ſcriptis ex nomine veſtro nobis directis, ex eo qui legaliter ac regulariter pro ſuis exceſſibus judicio Synodali habetur depoſitus, ut eum noſtra fretum potentia Romam mittamus, quæ potius ſequenda ſint, judicate. Nos autem autoritatem veſtram judicaturam potius credimus, ut ea ſequamur, quæ deceſſores ac prædeceſſores veſtri ſecundum ſcripturarum tramitem prædicationemque majorum ſcripſerunt, quam illa, quæ ſcriptor ſæpe dictæ epiſtolæ ex nomine veſtro nobis directæ, continuit.

14. Ait enim beatus Auguſtinus libro ad Januarium: *Omnia talia, quæ neq; ſanctarum ſcripturarum authoritatibus continentur, nec conciliis Epiſcoporum ſtatuta inveniuntur, nec conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, reſecanda exiſtimo.* Et ſanctus Leo de his: *quæ à ſacris canonibus habentur ita præfixa, & eiſdem Apoſtolicæ Sedis ſunt promulgata decretis, ut nulla poſſint ratione convelli, conſtituitur ut omni penitus autoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.* Ac ſi cum Paulo diceret, quia ſibi ipſi Apoſtolica Sedes in ſuis conſtitutionibus non poteſt eſſe contraria, *licet nos aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præter quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* Sed, ut in Galat. 1.
controverſia Quintiliani legitur, *floribus vafricia nebulonum veneficatis apes mortuas, quibus mellificandum fuerat.* De ſcripturis ſacris beatus Petrus agi demonſtrat, loquens de Pauli epiſtolis; *quæ in-* 2. Petr. 3
docti & inſtabiles, inquit, *depravant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.* Et de traditionibus Eccleſiaſticis ſanctus Innocentius: *Dum,* inquiens, *unuſquiſq; non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc exiſtimat eſſe tenendum, inde diverſa in diverſis locis vel eccleſiis aut teneri aut celebrari cernuntur, ac fit ſcandalum populis: qui dum neſciunt traditiones antiquas humana præſumptione corruptas, putant ſibi aut Eccleſiis non convenire, aut ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris contrarietatem inductam.* Contra quem morbum ſanctus Cæleſtinus ſalubre cunctis celebravit antidotum, dicens:
Nulli ſacerdoti ſuos liceat canones ignorare, nec quicquam facere, quod Patrum regulis poſſit obviare. dist. 38. c. 4.
Quæ enim à nobis res digne ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur? Et ſanctus Gelaſius in Decretis ſuis: *Patres noſtri, Catholici videlicet & docti Pontifices, in unaquaq; ſecta quolibet tempore ſuſcitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione Catholica atq; Apoſtolica, ſecundum ſcripturarum tramitem prædicationemq; majorum, facta ſemel congregatione ſanxerunt, inconvulſum voluerunt deinceps firmumq; conſtare, nec in hac eadem cauſa denuo, quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recenti præſumtione permiſerunt.*

15. Videndum eſt igitur, quid hic trames ſanctarum Scripturarum & prædicatio majorum definiant. Scriptum quippe legimus in ſacra Hiſtoria, dixiſſe Dominum per Prophetam Joſaphat Regi:
Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia jungeris: & idcirco iram quidem Domi- 2 Paralip. 19.
ni merebaris, ſed bona opera inventa ſunt in te, eò quod abſtuleris lucos de terra Juda. Et in Evangelio ſe- Matth. 18.
mel & ſecundò ac tertiò monitum & non obedientem ad correctionem debitam, Dominus ſicut Ethnicum & publicanum jubet haberi.

16. Et beatus Gregorius in Decretis ſuis, ſicut in geſtis Synodi invenire poteſtis, pervaſorem non ſolum rerum alienarum, ſed etiam eccleſiæ ſibi commiſſæ, anathematizatum definit: verùm & ſi [illegible]us hoc egerit, is qui præeſt eccleſiæ, ſi hoc vel ipſe fieri præcipit, vel ſine ſua præceptione factum d[illegible] punire animadverſione neglexerit, eum anathematizat. Satis ergo mirari non poſſumus, unde ſc[illegible]tor epiſtolæ nobis ex nomine veſtro delatæ hanc legem apud ſe auro ſculptam produxit, quam Dominus digito ſuo non ſcripſit, nec ſcribendam cuiquam inſpiravit, neque ordinatam per Angelos in manu Mediatoris illius dedit: quam non Paganus indixit, non Chriſtianus ſeduxit, non Eccleſiaſticus vir decrevit, quæ de ſe ſub iſto cœlo ſicut non atramento manu juſtitiæ, ita nec Spiritu Dei vivi ſcripta perſonuit: quæ me Regem à Deo conſtitutum, & gladio ex utraque parte acuto, ultore ſcilicet
nocentium & def[illegible]ſore innocentium inſignitum *ad vindictam malefactorum*, ut [illegible]ponit Apoſtolus, 1 Petr. 2
laudem verò bono[illegible] rei atque damnati atque anathematizati fautorem eſſe præcipit, jubens ut Hincmarum ſa[illegible] legum prævaricatorem, ſancti Sacerdotii vituperatorem, Regiæ dignitatis contr[illegible] regulam Apo[illegible]licam dehortatorem, regni perturbatorem, perjurum, & ſeditionum authorem, Eccleſiæ ſibi [illegible]miſſæ afflictorem, facultatum eccleſiaſticarum ſacrilegii fundatorem, ac ſtirpatorem Epiſcopo[illegible], ac totius populi noſtrarum partium ſcandalizatorem, alienarum rerum perva[illegible]o[illegible], & ve[illegible] contra ſubſcriptiones & profeſſiones ſuas à ſcriptó damnatum, potentia Regia [illegible] Romam v[illegible] faciamus.

17. Qu[illegible] igitur hanc inverſam legem Infernus evomuit? Quis Tartarus de ſuis abditis & tenebro-

n[illegible] C[illegible] a quam [illegible] ſacris oſtenſa nobis eſt via, quam [illegible]amur, appo-
[illegible] 20 ſita [illegible], cu[illegible] *[illegible]it, inquit, Propheta ad Regem Iſrael, & ait: Servus tuus egreſſus eſt
*ad prœliandum [illegible], adduxit eum quidam ad me, & dixit: Cuſtodi [illegible]rum
iſtum, qui fuerit [illegible] pro anima ejus, aut talentum argenti appendes. Dum autem ego
turbatus huc illucq; me verterem, ſu[illegible] non comparuit. Et ait Rex Iſrael ad eum: Hoc eſt judicium tuum,
quod ip[illegible]cre[illegible]ſti. At ille ſtatim ad[illegible] pulverem de facie ſua, & cognovit eum Rex Iſrael, quod eſſet de
Prophetis. [illegible] ait ad eum: Hæc tibi dicit Dominus: quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit
anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. Reverſus eſt igitur Rex Iſrael in domum ſuam
audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.*

——— *Quæ* nam *vos dementia cepit?*

Virgil. Eclog. 2. ſcientes dixiſſe Chriſtum, Dei virtutem & Dei ſapientiam; *Per me Reges regnant, & conditores legum*
Proverb 8 *juſta decernunt?* Et ſacri Canones, ſicut credimus, & in Apoſtolicis litteris ſæpiùs legimus, Spiritu
Dei conditi, & totius mundi reverentia ſunt conſecrati. Propterea videamus, quid de hujuſmodi ſan-
infrà § 23 cti Canones & ſacræ Leges decernant.

18. Ait enim ſanctum Aphricanum Concilium: *Et illud petendum, quin apud terræ Principes ſta-
tuere dignentur, ut ſi quis cujuslibet honoris Clericus judicio Epiſcoporum quocumq; crimine fuerit da-
mnatus, non liceat eum ſive ab eccleſiis, quibus præfuit, ſive à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna
damni, pecuniæ & honoris; quo nec ætatem nec ſexum excuſandum eſſe præcipiant.*

• l 14. C de Epiſcop. & Cleric. lib 36 C Theod. li. 16 tit 2 unde & huc eſt tralata. 19. Et tunc Valens, Gratianus, & Valentinianus conſtituerunt, ut * *quicumq; reſidentibus Sacer-
dotibus fuerit Epiſcopali loco detruſus & nomine, ſi aliquid contra cuſtodiam publicam vel contra quie-
tem moliri fuerit deprehenſus, rurſumq; ſacerdotium petere, à quo videtur expulſus, procul ab urbe, quam
a infecit, ſecundum legem divæ memoriæ Gratiani, centum millibus vitam agat; ſit ab eorum cœtibus ſepa-
ratus, a quorum eſt ſocietate diſcretus; ſitq; hujuſmodi perſonis illicitum, hujus legis tenore, ſacra noſtra
adire ſecreta, & impetrare* b *ſcripta; omnibus abjectis per culpam ſacerdotii perſonis, quæ impetrata ſunt,
infecta* c *permaneant, ſciturus his, quorum defenſione nituntur, abſq; ſui* d *prehenſione non futurum, ſi hoc
eis pollicentur ſuffragium, qui divinum non videntur meruiſſe judicium.* Unde & Leo Papa apud Prin-
cipalem poteſtatem petiit de Eutyche ſcandali & pravitatis authore, ut ab eo loco, qui Conſtantino-
politanæ urbi nimis vicinus erat, longius transferretur, ne frequentioribus ſolaciis eorum, quos ad
impietatem ſuam traxit, uteretur.

a. d l 14. conturbaverit.
b dd. l. reſcripta.
c. al. permoveant.
d C. Th. reprehenſione.

20. Et Gregorius Paulum Diadinæ civitatis quondam Epiſcopum quousque omne, quod di-
lapidavit vel de ſubſtantia tulit Eccleſiæ, reſtitueret, in Monaſterium mittendum eſſe decrevit. Et ſi
fortè poſt depoſitionem ſuam inverecundè ac mente perverſa aliquando de Epiſcopatu loqui, aut
rurſus ad hoc qualibet aſpirare præſumptione tentaverit, Dominici corporis & ſanguinis commu-
nione privatum, in Monaſterio cum usq; ad diem obitus ſui ad agendam pœnitentiam retrudi, ſtudio
Joannis Primæ Juſtinianæ Epiſcopi juſſit, ut perpetrati ſceleris maculas dignis diſceret fletibus emen-
Novel. 121 C. 11. in fi. auth. ſi quis Epiſc. C de Epiſc. & Cleric. dare, juxta legem Juſtiniani Imperatoris; qui in libro Conſtitutionum decrevit, ut *ſi quis Epiſcopus ex-
ploſus auſus fuerit ingredi civitatem, de qua repulſus eſt, vel exire de loco, in quo degere juſſus eſt, jubemus
eum in Monaſterio alia provincia conſtituto tradi, ut quæ in ſacerdotio peccavit, degens in Monaſterio
corrigat.*

2[illegible]. Quas leges ab Imperatoribus & Regibus, noſtris videlicet prædeceſſoribus, promulgatas & de-
cretas nos immutilatè & irrefragabiliter convenit conſervare, ſicut Apoſtolicæ Sedis Antiſtites ad Do-
minos & terræ Principes ſcripſerunt. Ait enim Leo ad Leonẽ Auguſtum: *Debes*, inquiens, *incunctan-
ter advertere Regiam poteſtatẽ tibi non ad ſolũ mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidiũ eſſe colla-
tam, ut auſus nefarios comprimendo, quæ bene ſunt ſtatuta, defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turba-
ta, reſtituas.* Et Gelaſius ad Anaſtaſium: *Etenim Imperator Auguſte, ſi contra leges publicas aliquid
(quod abſit) quiſpiam fortaſſe tentaret, nulla id ratione potuiſſet admitti.*

Papa legibus Imperialibus ſubjectus. 22. Quas etiam leges Principali authoritate promulgatas non ſolùm à quibuſcumq; Epiſcopis,
ſed etiam ab ipſis Apoſtolicæ Sedis Pontificibus, ipſius primæ Sedis Antiſtites obſervari debere ſcri-
pſerunt, ſicut B. Leo ad Leonem Auguſtum ſcribens demonſtrat, dicens, non ſe refragari debere edi-
cta Imperialia vel ea, quæ ſui deceſſores ſecundùm tramitem ſcripturarum prædicationemq; majo-
rum ſtatuerant: *Si quæ*, inquiens, *deſtruxi, hæc ædifico; prævaricatorem me conſtituo, & eis me ultionum
conditionibus ſubdo, quas non ſolùm authores beatæ memoriæ Principis Martiani, ſed etiam ego mea con-
ſenſione firmavi.* Et ſanctus Gelaſius ad Anaſtaſium Imperatorem: *Si*, inquit, *quantum ad ordinem pu-
blicæ pertinet diſciplinæ cognoſcentes Imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoq;
parent religionis Antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ: quo, oro te,
affectu eis convenit obedire, qui pro erogandis venerabilibus ſunt attributi myſteriis?*

Imperii & Eccleſiæ diſtincta officia. 23. Quod & nos, juxta hortamentum B. Gelaſii, iocunctanter atq; libénter exequi cupimus in his,
quæ ad ſuum miniſterium pertinent, cunctis generaliter Sacerdotibus rectè divina tractantibus, &
potiſſimæ Sedis illius Præſulis, quẽ cunctis Sacerdotibus divinitas ſumma voluit præeminere, & [illegible]
quens [illegible]ccleſiæ jugi[illegible] pietas celebravit: ſicut noſtri deceſſores ac progenitores orthodoxi Impe[illegible]-
res & Reges egerunt, ut & Apoſtolicæ Sedis Pontifex, & reliqui Domini Sacerdotes, nobis, quæ [illegible] Deo
ſunt cõſ[illegible]cuta, exhibeant: ſcientes, ſicut idem B. Gelaſius dicit, quoniã Chriſtus memor fragi[illegible]tatis hu-
manæ, quod ſuorũ ſaluti cõgrueret, diſpẽſatione magnifica temperavit, ſic actionibus propriis d[illegible]gni-
tatibusq; diſtinctis officia poteſtatis utriusq; diſcrevit, ſuosq; volens medicinali humilitate ſalvari, nõ
humana ſuperbia rurſus intercipi, ut & Chriſtiani Principes pro æterna vita Pontificibus indigerent, &
Pontifices pro temporaliũ curſu rerum Imperialium diſpoſitionibus uterentur, quatenus ſpiritualis

actio

actio à carnalibus diſtaret incurſibus: & ideò militans Deo minimè ſe negotiis ſecularibus implica-
ret; ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſecularibus implicatus, ut
& modeſtia utriusq; ordinis curaretur, ne extolleretur utroq; ſuffultus, & competens qualitatibus
actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur. *Omnis Pontifex*, inquit Apoſtolus, *ex hominibus aſſumptus*, Heb. 5.
pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis, videl. non
ſolùm pro populi, ſed *quia & ipſe circumdatus eſt infirmitate*, pro ſuis. Et Regis eſt, regni negotia di-
ſpenſare, ſicut inculcant litteræ divinitus inſpiratæ. Quia ergo ſanctarū Scripturarum tramite, & præ-
dicatione majorum oſtenditur, ſancto etiam atteſtante Gelaſio, quia *duo ſunt, quibus principaliter* c. 10. diſt. 96.
mundus hic regitur, authoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas: & per Regem Regum, ac Sum-
mum Pontificem cunctorum Pontificum, qui ſolus Rex & Sacerdos fieri potuit, conditores legum
juſta decernunt. Quas leges Principales poteſtates appellâverunt *æternas*: & ſacri Canones Spiritu ſupra § 17.
Dei ſunt conditi, & totius mundi reverentia conſecrati. Et, ut B. Ambroſius ad Valentinianum
dicit; *Leges Imperator, quas primus ipſe cuſtodiat, quia quod præſcripſit aliis, præſcripſit ſibi, ne cui eſſet
liberum aliud judicare*. Et B. Auguſtinus dicit; *Quia poſtquam leges ſubſcriptæ fuerint & firmatæ, non
licet judici de ipſis judicare, ſed ſecundum ipſas.*

24. Quia ſecundum Pontificale miniſterium veſtrum Regio miniſterio noſtro monita veſtræ pa-
ternitatis obedienter ac libenter cupim' obaudire, patimini nos ea ſervare, quæ prædeceſſores veſtri
ac noſtri de hujusmodi, unde agitur, conſtituerunt; & roborantes ſervando, quæ geſta ſunt, rata do-
ceamus eſſe debere quæ gerimus. Nam quomodo leges Principum ritè vocabuntur æternæ, ſi trans-
euntibus Principibus unà cum eis conſtitutio legis tranſibit? Et Papa Symmachus ad Eonium: *Dum*,
inquit, *ad Trinitatis inſtar, cui una eſt atq; individua poteſtas, unum ſit per diverſos Antiſtites ſacerdo-
tium, quomodo priorū ſtatuta à ſequentibus convenit violari?* Huc accedit, quod ſi hæc eveniat ſenten-
tiarum varietas, ad ipſam ſacroſanctam religionem credimus pertinere, cujus omnis poteſtas infrin-
gitur, niſi univerſa, quæ à Domini Sacerdotib' ſemel ſtatuuntur, perpetua ſint. Quid aliàs contingere
poterit, ſi ſucceſſor deceſſoris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ geſta ſunt, faciat
rata eſſe quæ geſſerit? Quanta enim Vicariis B. Petri Apoſtoli judicabitur eſſe reverentia, ſi quæ in
ſacerdotio præcipiunt, eisdem tranſeuntibus diſſolvantur? *Univerſa*, inquit, *perpetua ſint, quæ à Do-
mini ſacerdotibus ſtatuuntur*: qui, ut Moyſes, ea, quæ ſtatuunt, ab Oraculo divino ſuſcipiunt: non quę
ab his ſtatuuntur, de quibus per Prophetā dicitur: *Væ his, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes injuſti-* Eſai. 10.
tiam ſcripſerunt. Ea nihilominus, quæ à Vicariis B. Petri conſtituuntur, maneant inconvulſa: quia, ut
Leo dicit, *nec nimia eſt ſeveritas vel remiſſio, ubi nil conſtituitur, niſi quod ex B. Petri æquitate profertur.*

25. Hæc enim ſcimus eſſe canonicè, ſcimus eſſe Apoſtolica authoritate roborata, & Apoſtolicæ
Sedis decreta, quæ, ut Gelaſius dicit, *Unamquamq; Synodum & ſua autoritate confirmat, & continua
moderatione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu, quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce perceptum Ec-
cleſiam nihilominus ſubſequente & tenuit & ſemper retinet.* Et paulò ſuperius: *Confidimus, quod nullus
jam veraciter Chriſtianus ignorat, uniuscujusq; Synodi conſtitutum, quod univerſalis Eccleſiæ probavit
aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris oportere quàm primam.* Et item idem: *Cumq; nobis con-
tra ſalutarium reverentiam regularum cupiamus temerè licere, & cùm Sedes Apoſtolica ſuper his omni-
bus, favente Domino, quæ paternis canonibus ſunt præfixa, pio devotoq; ſtudeat tenere propoſito, ſatis indi-
gnum eſt, quemquam vel Pontificum vel ordinum ſubſequentium hanc obſervantiam refutare, quam
B. Petri Sedem & ſequi videat & docere, ſatisq; conveniens ſit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet
obſervatione concordet, quam illic videre conſpiciat, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum.* Et
de ſacris Legibus, quas una cum ſanctis Canonibus Catholica obſervat Eccleſia, idem Gelaſius, ut
præmiſimus, dicit in epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem: *Quantum*, inquiens, *ad ordinem publicæ
pertinet diſciplinæ, cognoſcentes Imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoq; parent
religionis Antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ.*

26. Et cùm ita ſacræ leges, tam Eccleſiaſticæ quàm mundanæ, de damnato Epiſcopali & Synoda-
li Concilio decernant, non eſt noſtri Regii miniſterii, reum & ſacrorum Canonum judicio conde-
mnatum, atque Apoſtolicæ Sedis definitione, ſicut in geſtis Synodi invenire poteſtis, anathemati-
zatum, noſtra potentia fretum quoquam dirigere: cùm apertiſſimè ſacri Canones definiant, & leges
Juſtiniani, ac cæterorum Imperatorum Catholicorum edicta, qualiter, & pro quibus, & à quibus
debeat Epiſcopus judicari; & poſt judicium, quid, & qualiter, & per quos ſit inde Apoſtolicæ Sedis
agendum, quæ non abnuimus, ſed incunctanter ac competenter annuimus. A quibus definitioni-
bus nulli eſt licitum deviare, quia, ut S. Hilarius dicit, *non minus in ſanctarum traditionum delinqui-
tur ſanctiones, quàm in injuriam ipſius Domini proſilitur.*

27. Quocirca, quia Dominus dicit per Prophetam: *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem* Malach. 2.
requirent ex ore ejus, quia Angelus, (i. e. nuncius) *Domini exercituum eſt*: nolite permittere nobis
ſcribi ex veſtræ authoritatis nomine, quæ in legibus ſacris Dei ſapientia conditis, & in ſanctis regulis
ejusdem Spiritu non promulgatis non continentur, dicente item Propheta, i. e. Sacerdoti præcipien-
te; *Audiens nunciabis eis ex me. ex me*, inquit, & non, *ex te*: & redarguuntur, qui de corde ſuo loquun-
tur: quoniam qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Nolite igitur, ut præmiſimus, ex
veſtro nomine vel Apoſtolicæ Sedis authoritate, * viſiones vel excommunicationum intentationes
contra ſacrarum Scripturarum tramitem, prædicationemq; majorum, ac ſacrarum legum ſancto-
rumq; Canonum conſtitutiones, nobis de cætero ſcribi cujuscunq; inſtinctu permittere precamur.

28. Quia ſcitis, & ſcimus, totum eſſe irritum, quicquid ab eorum fuerit conſtitutione diverſum.
Dicitur, inquit ſanctus Leo, *à Domino beatiſſimo Petro: Tibi dabo claves regni cœlorum, & quæcunq;*

* Viſiones, ut ſunt Conſtantini Magni, & Stephani Papæ, quas hic non obſcurè perſtringit.

ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Tranſivit quidem etiam in alios Apoſtolos jus iſtius poteſtatis, & ad omnes Eccleſiæ Principes decreti hujus conſtitutio commeavit: ſed non fruſtrà uni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim ideo hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma præponitur. Manet ergo Petri privilegium, ubicumq; ex ipſius æquitate fertur judicium. Qua ſententia conſtat, quia non manet Petri privilegium, ubi ex ipſius æquitate non fertur judicium. Cum enim *ubicumq;* dicitur, ſicuti nullus locus, ita nemo rector Eccleſiæ, ex Petri æquitate judicium ferens, excipitur: vel contra illius æquitatem judicium proferens commendatur. Et quia *ubicumq;* ſine ulla exceptione non manet Petri privilegium, ibi ex ipſius æquitate non fertur judicium prolatum, obaudiemus juſſum, vel recipiemus judicium, quod non ex Petri æquitate fuerit prolatum, ac per hoc ipſius privilegio fuerit deſtitutum. De quo Epiſcopali judicio quid cunctis Epiſcopis ſequendum, & quid Eccleſiæ filiis ſit tenendum atque ſervandum, B. Gregorius ſufficienter inculcat.

29. Ergo jubete & judicate privilegio magni Petri, juxta æquitatis ejus judicium, quæ jubenda & judicanda ſunt, *ne*, ut dicit ejus coapoſtolus, *vituperetur miniſterium veſtrum*: quia & nos ſecundum Regium miniſterium noſtrum, quantum ex nobis eſt, cupimus ſervare quod ſcriptum eſt: *Filii, obedite parentibus veſtris in Domino*, videlicet quod fuerit juſſum vel indicatum à Domino, dicente illo ſingulis, qui pro patribus Apoſtolis Eccleſiæ nati ſunt filii Apoſtolici viri: *Tu autem audiens nunciabis eis ex me.* Divina quippe nos lectio docet, quia nec etiam Balaam ſatis ſuperque à Rege Balaach petitus, licet medicamento avaritiæ delinitus in conſilio dando corruptus oſtenderit, ullo tamen aut ullius inſtinctu in judicio juſtitiæ aliud loqui adverſus Iſrael perſuaderi vel extorqueri potuit, quàm quod à Domino audivit.

a Corinth. 6.
Epheſ. 6
Num 22. & ſeqq.

30. De eo quod in litteris ex nomine veſtro nobis directis habetur, ut veniente Hincmaro Romam, *veniat accuſator idoneus, qui nulla poſſit authoritate legitima reſpui*, reſcribimus: quia licet hæc commendatio nulla ſit ratione atque authoritate ſuffulta, ſi fortè apud vos exlex ſolus Hincmarus nova lege, priſcis tam publicis quàm eccleſiaſticis contraria, imò ordine novoque more habetur, ut non niſi à vobis & Romæ valeat judicari pro his exceſſibus, de quibus habentur certa ſacrorum canonum ac legum decreta, *quæ*, ut Leo ait, *nulla poſſunt ratione convelli*, cùm etiam *de cauſa fidei*, ut dicit Gelaſius, *cuicumq; Pontifici licet ſecundum regulam erroris ante damnati quemlibet Catholica communione diſcernere*: & ego ita exors ab omnibus accuſationibus non ſolùm ab his, quibus legaliter & regulariter accuſandi adverſus ſeipſum denegatur licentia, verùm & ab his, quibus in propriis cauſis accuſatio non negatur: ut ſicut leges & regulæ jubent in Provincia, in qua ſunt orta negocia, terminari non valeant, & ſecundum Antiochenos canones, Provincialium Synodorum non debeant experiri examen; ſi vobis vias cum voluntate & conſenſu dilectiſſimi nepotis noſtri, Imperatoris veſtri, contra cujus dilectionem & debitum honorem, ſi tamen mutuam dilectionem & congruum honorem nobis exhibere ſtuduerit, illuc ire non volumus, obtinueritis, cooperante Domino, pace in regno noſtro contra Paganos virtute vel quacumque diſpoſitione Dei obtenta, Romam venire congruo tempore non differemus. Et quia illum legaliter aut regulariter in Synodo Epiſcoporum plurimarum Provinciarum de certis cauſis accuſavimus, idoneum nos accuſatorem illius oſtendemus, & tantos teſtes idoneos diverſi ordinis ac dignitatis nobiſcum ducemus, cum quibus eum legaliter ac regulariter nos accuſaſſe & comprobaſſe ſufficientiſſimè comprobabimus.

Imperatore invito Rex Francorum Romam ad accuſationem venire recuſat.

31. Tandem quia vos non legiſſe vel audiſſe collegimus ex litteris ab Actardo Epiſcopo nobis delatis, quæ anteà per illum paternitati veſtræ direximus, iteratò ſcribimus ea, quæ tunc ſcripſeramus, deprecantes vos in omnipotentis Dei honore, & ſanctorum Apoſtolorum veneratione, ut tales inhonorationis noſtræ epiſtolas taliaque mandata, ſicut hactenus ex nomine veſtro ſuſcepimus, nobis & regni noſtri Epiſcopis ac primoribus de cætero non mandetis, & non compellatis nos mandata & epiſtolas veſtras inhonorandas contemnere, & Miſſos veſtros dehonorare, qui nobis in his, quæ ad veſtrum miniſterium pertinent, ſi tamen miniſterium veſtrum cupimus obtemperare..... Quæ pro veſtri honore privilegii vobis dicimus: quia vobis, ſicut revera Vicario B. Petri Apoſtolorum principis, in omnibus debitè ac competenter obedire deſideramus, & ne aliter eveniat cavere per omnia cupimus, ac veſtram ſanctitatem id ipſum cavere humili prece depoſcimus: ne nos & noſtros ſatis invitos ad id cogatis convertere, quod in quinta univerſali Synodo à Sede Apoſtolica, ut in Apoſtolicis litteris, præcipuè autem in Synodica B. Gregorii ad quatuor Patriarchas, & in aliis ejus epiſtolis unà cum quatuor præcedentibus, legimus collaudatum atque ſuſceptum, invenitur nobis tenendum: quod adhuc noſtris litteris ad exemplum inſerere noluimus, donec ſciamus, ſi duritiam mandatorum veſtrorum erga nos aliter ad benignitatem inflectere poterimus. Quia quod ex Apoſtolicæ Sedis nomine ſecundum ſanctarum ſcripturarum tramitem prædicationemque majorum & orthodoxorum decreta ſcribuntur, ſequendum & tenendum non ignoramus; & quod ſecus à quoquam fuerit compilatum ſive confictum, non ſolùm reſpuendum, ſed & redarguendum eſſe cognoſcimus. Si denique aliter, quàm & nos & vos decuerat, reverentiſſimæ paternitati veſtræ reſcribendo factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Petimus autem omnipotentem Dominum, ut inſpiret cordi veſtro ſic nos benignè tractare, quatenus ulterius nobis non ſit neceſſe vobis ita reſcribere; ſed, ut cupimus in venerationem Apoſtolorum, Apoſtolico Pontificio veſtro humiliter ac devotè colla & corda ſummittere. Deus omnipotens, ad honorem & ſalvationem atque exaltationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, vos per multa annorum curricula conſervare dignetur, Domine ſanctiſſime & reverentiſſime Pater in Domino.

Papa ſacris ſcripturis, Decretis Patrum & Legibus Imperialibus contraria præcipiens non eſt audiendus.

ADDITIO

SANCTISSIMO AC REVERENTISSIMO PATRI HADRIANO SVMMO Pontifici & univerſali Papæ, CAROLUS *Dei gratia Rex & ſpiritualis filius veſter.*

QVIA litteris ex nomine ſanctæ paternitatis veſtræ ab Actardo venerabili Archiepiſcopo nobis delatis, neceſſitate cogente, prolixiùs reſpondere compulſi ſumus, contra morem noſtrum in quaterniunculo annulo noſtro ſignato, reſponſionem noſtram ſcribere neceſſarium duximus, quatenus legi planiùs valeat, & quæ vobis ratio reſpondere coegit, legenti pleniùs innoteſcat. Quam reſponſionem ſancta paternitas veſtra non aſpernanter ſed benignè ſuſcipiat, quæ à nobis non eſt contumaciter ſed mente pacifica, ut in eodem quaterniunculo invenietis, contexta. Deprecamur autem vos in omnipotentis Dei honore, & ſanctorum Apoſtolorum veneratione, ut tales inhonorationis noſtræ epiſtolas, taliaque mandata, ſicut hactenus ex nomine veſtro ſuſcepimus, nobis & regni noſtri Epiſcopis ac Primoribus de cætero non mandetis: ſed liceat nobis Apoſtolico Pontificio veſtro, in veneratione Dei & ſanctorum Apoſtolorum, humiliter ac devotè, ut cupimus, colla & corda ſummittere. Deus omnipotens ad honorem & ſalvationem atque exaltationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, vos per annorum curricula conſervare dignetur, Domine ſanctiſſime atque reverentiſſime pater in Domino.

LUDOVICI BALBI IMPERATORIS ET REGIS FRANCORUM CONSTITUTIO.

Anno Chriſti 878.

CONTRA SACRILEGOS: LATA IN CONCILIO TRECASENSI coram Joanne VIII. Papa & LIII. Epiſcopis.

QVISQUIS inventus fuerit reus ſacrilegii, Epiſcopis, vel Abbatibus, ſive perſonis, ad quas querimonia ſacrilegii juſtè pertinuerit, triginta libras examinati argenti puriſſimi componat. c. 21. cauſ. 17. q. 4.

2. Sacrilegium committitur, ſi quis infregerit eccleſiam, vel triginta eccleſiaſticos paſſus, qui in circuitu eccleſiæ fuerint, vel domos, quæ intra prædictos paſſus fuerint, aliquid inde diripiendo vel auferendo: ſeu qui injuriam, vel ablationem rerum intulerit Clericis arma non ferentibus, vel Monachis, ſive Deo devotis, omnibusque eccleſiaſticis perſonis. Capellæ, quæ ſunt intra ambitum murorum, caſtellorum, non ponuntur in hac triginta paſſuum obſervatione. Similiter ſacrilegium committitur auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, ſive ſacrum de non ſacro.

3. Si quis domum Dei violaverit, & aliqua ſine licentiâ illius, cui commiſſa eſſe dignoſcitur, inde abſtulerit, vel eccleſiaſticis perſonis injuriam fecerit, donec in conventu admonitus legitimè ſatisfaciat, ſciat ſe communione privatum. Si verò poſt ſecundam & tertiam conventionem coram Epiſcopo ſatisfacere detrectaverit, ſacrilegii periculo ab omnibus obnoxius teneatur, ita ut ſecundum Apoſtolum, nemini fidelium miſceatur. 1. Cor. 5.

4. Si qui monaſteria, & loca Deo dedicata, & eccleſias infringunt, & depoſita, vel alia quælibet exinde abſtrahunt, damnum novies componant, & emunitatem tripliciter, & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubigantur. Dat. Trecaſſibus, Anno Domini DCCCLXXVIII. Indict. II.

CAROLI III. IMPER. AUG. CONSTITUTIO.

Anno Chriſti 881.

DE EXPEDITIONE ROMANA.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

KAROLUS divina favente gratia, Rex Francorum & Romanorum.

1. Si prædeceſſorum noſtrorum morem ſequimur, non ſolùm præſentibus, ſed & ſuccedentibus ſubvenire nitimur. Hac de cauſa univerſorum cognoſcat experientia, qualiter dum pro noſtra conſecratione coronæque perceptione proficiſcendi tempus ad Apoſtolicam Sedem inſtaret, cum quàm multis Principibus annum Vvormatiæ tranſegimus, ibique omnem Reipubl. ſtatum utilem & honeſtum confirmare; nocivum atq; contrarium radicitùs extirpare decrevimus. Interim dum hæc agerentur, caſu contigit, Principes cum Militibus de Romana expeditione, quæ tunc inſtabat, acerbè contendere, conſtringentes eos multò plures halſpergas de beneficiis ſuis ducere, quam ill. fatentur ſe poſſe vel jure debere. Sed quando hoc non ab aliquo anteceſſorum noſtrorum terminatum fuerit, duximus dignum, ut eorum altercationi finem commodum imponeremus, atque decretum & certam aliquam legem ſuper omni ROMANA EXPEDITIONE concederemus.

2. Statuimus ergo & decrevimus cum conſenſu tam Spiritualium quàm Sæcularium Principum, ibidem nobiſcum aſſidentium, quando pro corona noſtra vel aliqua regni utilitate aut honore Ro-

mana expeditio à nobis vel à ſucceſſoribus noſtris præparetur, ad omnium nobiſcum eum[illegible] parationem annus cum ſex hebdomadibus pro induciis detur, & per totum taliter regnum [illegible] noſtris indicetur. Cuicunque autem ſecundum hanc legem eadem expeditio imperetur, [illegible] riam Gallorum, hoc eſt, in Campum, qui vulgò Rungalle, Dominum ſuum non comitetur, [illegible] cum militari apparatu non repræſentetur, feodo, præter hos, qui cum gratia Dominorum ſuoru[illegible] manſerunt, in conſpectu noſtro absque ſpe recuperationis privetur.

3. Qui autem per hominium ſive liberi ſive famuli Dominis ſuis adhæſerint, quot decem m[illegible] in beneficio poſſideant, tot brunias cum duobus ſcutariis ſingulas marcas accipiant: & ſic eundo & redeundo cum hoc ſtipendio ſine omni Dominorum damno vel expenſa, niſi quantum ipſis D[o]minis placuerit, fideliter ſerviant.

4. Si autem forte (quod abſit) accidat, ut iidem Milites diverſos Dominos propter diverſa beneficia acquirant, ne aliquod beneficium indebitum vel ſine ſervitio remaneat, ſinguli ſingula deb[i]ta ſingulis Dominis perſolvant: videlicet quantum ab ipſis, ſi irent, accepturi erant, tantum ſe daturos cognoſcant, vel in præfato loco (ut dictum eſt) feodum amittant: ſed ſtipendia, niſi voluntate D[o]minorum, non prætermittant.

5. Similiter de Eccleſiarum filiis vel domeſticis, id eſt miniſterialibus, vel quorumcunque Pri[n]cipum clientela, qui quotidie ad ſerviendum parati eſſe debent, ſtatuimus, ut quicunque quinque manſos in beneficio poſſideant, Domino ſuo, ad quem pertinent, bruniam cum uno ſcutario ducant & hoc in arbitrio Dominorum pendat, quos ducant, à quibus ſtipendia accipiant, quibus hal[i]gas concedant. Ipſis & ad itineris præparationem quinque libræ ſuæ monetæ in ſtipendium tri[b]uantur, & duo equi, unus currens, alter ambulans, addantur; ac duobos ſociis ſoumarius victualibus hoc oneratus comitatur, qui ab ipſis ad opus Dominorum diligenter cuſtodiatur. Ipſi quoque in Dominorum tam diu vivant procuratione, quàm diu in incœpta vadant expeditione: & quicquid a rebellibus regni pugnando acquiſierint, partes duas ad Dominos deferant, tertiam ſibi pro conſ[o]latione retineant. Quos autem non paſcunt Domini, ad ipſos reportent tertiam partem ſui acquiſiti.

6. Singuli verò Principes ſuos habeant officionarios ſpeciales, Marſcalcum, Dapiferum, Pincernam, & Kamerarium. Qui quatuor quanto plus ſunt laboraturi, tanto plus in ſtipendio, in veſtitu, in equitatu, præ cæteris ſunt honorandi ſcilicet; & unicuique iſtorum decem libræ cum tribus equis tribuantur; quartus Marſcalco addatur: quorum unum ad præcurrendum, alterum ad pugnandum, tertium ad ſpatiandum, quartum ad loricam portandum. Iſti verò tales remanere cupientes, ſi apud Dominos impetrare valeant, quot manſos poſſideant .... monetæ, vel totum fructum feodi in illo anno pro ſtipendio perſolvant.

7. Ut autem noſtrum Imperium ab omnibus habeat ſupplementum, hoc conſtituimus & firmiter præcipimus, ut ſioguli buringi decem, cum duodecim ſunibus de canapo, ſolidos Dominis ſuis impendant, & inſuper ſoumarium cum campiſtro concedant, quem, ſi Domini voluerint, ipſi ad primam navalem aquam usque perducant. Manſionarius quinque ſolidos, Abſarius triginta denarios, Bunajarius quindecim, quorumlibet larium poſſeſſores ſex ſuppleant.

8. Et ut hæc noſtri Decreti auctoritas inviolabilem & incorruptam in Dei nomine apud omnes ſucceſſores noſtros obtineat emunitatem, cunctis Principibus, qui aderant, aſtipulantibus, manu propria ſubter eam roborare decrevimus, & annuli noſtri ſigno aſſignari juſſimus.

Signum Karuli glorioſiſſimi Regis.

Hernuſtus Notarius ad vicem Lutvvardi Cancellarii recognovi. Data VIII. Idus Junii, anno ab incarnatione Domini N. I. X. DCCCXC. Regni autem ejus XXII. ante conſecrationem. Actum VVormatiæ feliciter, Amen.

Anno Chriſti 890.

ARNULPHI IMP. AUG.

DECRETUM COMITIORUM FRANCOFURTENSIUM IN REBELLES IMPERIO REGES AC TYRANNOS PER GALLIAM ET ITALIAM.

BERENGARIUS Forovilianus Præſes Italiam intercipit, ſe Regem adpellat. Ranulphus Aquitaniæ ſibi diadema imponit. Radulphus Dux Galliæ Lugdunenſis, ſuperiorem Burgundiam inter Juram montem & Alpes Cottias invadit, Rex ſalutatur. Galliam Narbonen[ſem] Ludovicus Arelatenſis Comes ambit. Belgis inhiat Vido Dux Spoletanus. Otto Franciæ Occidentalis Procurator à Celtis Galliæ Lugdonenſi imponitur. ARNULPHUS Imp. intellecta perfidia hominum, Francofordiæ Concilium agit: ſuperiores Tyrannos, niſi ad præſcriptum diem p[o]ſtò VVormatiæ ſint, proſcibit: eos contra Rempublicam Francorum feciſſe videri judicat.

Anno Chriſti 895.

EJUSDEM.

EDICTUM AD PRINCIPES IMPERII IN EXPEDITIONE ROMANA.

* Angeltruda Imperatrix, Lamberti Imp. mater figura Papæ hodierni.

INVICTI orbis Chriſtiani Proceres, * meretrix impudica, paucorum ſcelere, Romam terrarum caput, mercedem ſtupri tenet: Pontificem Maximum, communem mundi parentem, in vinculis habet, veſtrasque victrices dextras ſcortum contemnit. Agite Principes & Milites Optimi more veſtro,

veſtro, facinus antehac inauditum, ne ſyncera pars trahatur, ad vivum ferro reſecate. Quæ ſit imbecillitas adverſariorum, ſatis fœmina imbellis, quæ eis dominatur, oſtendit. ipſi ne vultum quidem veſtrum atque aciem oculorum, nedum arma ferre poterunt: modò expugnationem ſimulate, & diffugient.

ARNULPHI IMP. AUG.
CONFIRMATIO

CONTRACTUS CONCAMBIALIS, CUM ECCLESIA FACTI, QUI ſine auctoritate Imperatoris ratus eſſe non poterat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ARNULPHUS divina favente clementia [illegible]rator Auguſtus. Regalem condecet dignitatem, ut facta fidelium ſuorum, quæ communi [illegible]rum congruunt utilitati, & piè eis conſulendo proſpiciat, & in poſterum manſura gratanter c[illegible]roboret. Inde omnium Chriſtianæ religionis fidelium, inſtantis temporis ac futuri, agnitum [illegible] volumus noticiæ, qualiter Tuto honorabilis Radeſponenſis Eccleſiæ Præſul, & commiſſi greg[illegible] nomine ac merito tutiſſimus proviſor, & femina quædam N.. quandam complacitationis inter ſe more populari perpetratæ chartam noſtris præſentarunt obtutibus, ſupplicantes noſtri edicti tenore eam conſolidari: quod ita fieri decrevimus. Juſſimus igitur hoc præſens muniminis noſtri præceptum inde fieri, per quod decernimus, atque omninò præcipimus, ut hujusmodi complacitationis confirmatio à nullo unquam ſucceſſore noſtro violetur, ſed in Chriſti nomine usque in finem conſolidetur, manu noſtra ſubtus eam roborantes, annulo noſtro juſſimus inſigniri.

ZUENDEBOLDI REGIS AUG.
DECRETUM.

Anno Chriſti 898.

DE RESTITUENDA POSSESSIONE PER INJUSTITIAM ablata.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

ZUENDEBOLDUS [a] divina providentia [b] Rex. Si anteceſſorum noſtrorum, glorioſorum Regum, pium morem ſequentes, eccleſiarum ſtatum Regalis auctoritatis rigore inviolatum ſervamus, ac ſervorum Dei utilitatibus provida diſpoſitione conſulimus, id nobis ad tranquillitatem Regni noſtri, & ad beatitudinem æternam promerendam liquidò credimus profuturum.

1. Noverit igitur omnium noſtrorum fidelium, præſentium & futurorum, notitia, qualiter de Abbatia S. Servatii Trajectenſis Monaſterii, in pago Hiſpanienſi juxta Moſam, & in Comitatu Maſeland, quam Dominus genitor noſter ARNULPHUS glorioſus Rex ad Eccleſiam B. Petri Trevericæ ſedis, Regiæ poteſtatis jure tradiderat, ac perpetua ſtabilitate firmaverat, Rathbodus ejusdem Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus in generali placito noſtro querelosis ſe precibus proclamavit, plangens eam à Ragennario ſub obtentu precariæ contra libitum ſuum. ſuorumque fidelium uſurpatam, ac de ſupradicta Eccleſia violenter abſtractam. Protulit quoque quomodo in ſupradicto Monaſterio Miſſi noſtri accepti per poteſtatem, in Numagam ad noſtram præſentiam deducti, ibique minis territi & violentia oppreſſi ob aſſenſum ex ſua parte, illo Cleroq; ſibi commiſſo neſciente, hujuſcemodi uſurpativæ precariæ invitè aſſenſum præbuerunt, ac per argumentoſas ſuggeſtiones (id) noſtra auctoritate retulit firmatum.

2. Nos verò omnia tranſacta per ordinem recolentes, fallentium jam calliditatibus detectis, quemoniam illius veram eſſe agnovimus. Perpendentes igitur & verentes, ne fortè (quod abſit) de eleemoſyna genitoris noſtri detrimentum animæ noſtræ faceremus, pro conſervanda ejus pietatis munificentia ipſam Abbatiam cum conſilio & judicio Epiſcoporum & Comitum noſtrorum memoratæ Treverenſi Eccleſiæ reddidimus, & venientes ad ipſum Monaſterium, in quo B. Servatii corpus quieſcit, manu propria cum aſſiſtentibus pluribus fidelibus noſtris reſtituimus, & hos noſtræ redditionis ac confirmationis apices exinde fieri juſſimus, per quos enixius jubemus firmiterque ſancimus, ut neque in præſenti, neque per ſuccedentia tempora ulla teous alicui in precariam concedatur, nec aliquo alio ordine cuiquam ex ea quidpiam largiatur, præterquam iis, qui eidem Treverenſi Eccleſiæ deſervierint: & qui dederit, & qui acceperit, anathematis periculo perpetualiter conſtringatur. Ut autem præſens noſtræ reformationis ſcriptum inviolabilem per ſuccedentia tempora in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini ZUENDEBOLDI glorioſiſſimi Regis

Waltgerus Notarius ad vicem Rathbodi Archiepiſcopi Archique cancellarii recognovi.

[a] Arnulphi Imperatoris filius, vivente patre à Principib. in Conventu VVormatienſi electus, 1594.

[b] Reges Franciæ Orientalis, Carolomannus, Ludovicus III. Carol. Craſſus, Arnulphus, Zuentiboldus, Ludovicus IV. Conradus I. & cæteri abinde conſequi ἁπλῶς & κατ' ἐξοχὴν quandã REGES ſeſe ſcribebant, ut apud Græcos Perſarum Reges βασιλεῖς. Hic autem Zuentibold[9] Rex dicitur, qui olim Cæſar, hodie Rex Romanorũ; ob tyrannidẽ tamẽ rejectus fuit, & frater ejus Ludovicus puerulus coronatus.

Data

Data 3. Idus Maij, ipſa die S. Servatii feſtivitatis, anoo Dominicæ incarnationis DCCCXCVIII. Indict. prima. anno verò Regis piiſſimi quarto. Actum Aquisgrani palatio: inveſtitura verò in ... Monaſterio a Rege cum multitudine populi facta, in Dei nomine, Ameo.

Anno Chriſti 904.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.
LEGES PORTORIÆ,

SANCITAE IN COMITIIS RASVELSTADIANIS, LOCUMTENENTE Aribone Marchione Auſtriæ, cum frequentiſſimo Conſilio Epiſcoporum & Optimatum Regni; Anno Domini DCCCCIV.

MERCES, naves improfeſſæ publicæ ſunto.

2. Navis, quæ ab Occidentali Regno venit, poſteaquam ſylvam Bathavenſem prætergreſſa eſt, ſive Rosdorphii, ſive alibi venundandi gratia appellitur, ſemidrachmam, hoc unum ſcutatum pendat: ſi infra Lintzium tendit, ſemimodios tres, hoc eſt, tres ſcaphulas ſalis ſolvat: copia poſteà ſit cuique, quò libet verſus Boiemiam, diſtrahendi gratia vehi.

3. De mancipiis cæteriſque rebus nihil penditur. Boius domum ſalem transvehens, nihil pendit. Boii, Sclavi, bobus, caballis, clitellis, ut victum emant commeantes, immunes ſunto.

4. Naves *a* Tranorum nihil præſtant.

a eorum, qui ad Traunum amnem habitant.

5. Carri, clitellarii, qui Anaſſum tranſeunt, ſcaphulam præbent.

6. Venedi, qui de Rugiis, Boiemis mercandi gratia veniunt, de clitella unum ſcutatum tribuunt: de mancipio, caballis venditis, ſaicam unam. Venedi verò in Boiaria incolentes, ementes, vendentes nil tribuunt.

7. Naves ſalinariæ ſylvam Bathavenſem egreſſæ, nihil pendant, donec ad Eberſperg veniant. ſi quis ad Moraviam navigat, de nave ſolidum ſolvat.

8. Mercatores, Judæi, undecumque ſint, de rebus & mancipiis juſtum pendant vectigal.

Anno Chriſti 916.

CONRADI I. IMPER. AUG.
DECRETA CONCILII ALTHAIMENSIS
de anno DCCCCXVI.

QVISQVIS Regi fidem non ſervarit, aut eidem rebellare conatus fuerit, diris devotus eſto.

2. Erchingerus quandoquidem cum ſociis vitæ Regis, Domini ſui, & Chriſti Dei inſidiatus eſt, à claſſibus Reipublicæ armorumque exurs eſto, in monaſterio captus perpetuò arctioris religionis diſciplina ſcelus expiato.

3. Richuinus Argentoratenſis ædis occupator Herigero Moguntino Archimyſtæ ſatisfacito. Quod ſi contempſerit, curia Sacerdotum exauguratoɾ.

4. Epiſcopi Saxonum, qui præſtù eſſe recuſarunt, ſacrificiis abſtinentor, donec Romam ad eluendum facinus perveniant.

5. *a* Erchingerus, *a* Berchtoldus, *b* Burckhardus, *c* Arnulphus, quod noſtro Decreto non ſteterunt, nec dicto audientes fuerunt, in numero impiorum atque ſceleratorum habentur: nemo non eorum aditum atque ſermonem defugito, ne quid ex contagione incommodi accipiatur.

a Duces Sueviæ, fratres. b Dux Alamanniæ. c Dux Bavariæ.

Apud Althaim in pago Rhetiæ, anno ab orbe ſervato, noningenteſimo ſuper ſextumdecimum, Indictione quarta, duodecimo Calendas Octobris, Regni CONRADI piiſſimi & Chriſtianiſſimi Regis quinto.

CHUONRADI I. IMPER. AVG.
CONFIRMATIO.

CONCAMBII PRÆDIORUM CUM ECCLESIA INITI, QUOD SINE licentia Imperatoris ratum eſſe non poterat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, CHUONRADUS Dei gratia Rex. Si Dei Eccleſiis noſtro videlicet regimine procurandis dignos adhibere curamus honores, non ſolùm terreni, ſed & cœleſtis regni non dubitamus honore & faſtigio nos ſublimari. Inde volumus ... noſtrorum, præſentium futurorumq; pervenire noticiam, qualiter convenit inter Venerabilē virum Radeſponenſis Eccleſiæ Epiſcopum Tutonem, & quendam *a* hominē noſtrum, ut ... res eorum ... , pro ambarū opportunitate partiū, concambire deberent: quod & fecerunt. Tradidit igitur N.. proprietatem ſuam ſancto Emmerammo Martyri, qualem viſus eſt habere, cum omnibus ad prædictum locum ritè pertinentibus, in manum Epiſcopi & Advocati ſui N.. in perpetuā proprietatem: è contrario vero retradente eodem Advocato unà cum manu Epiſcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerammi locum N.. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem. Et ut hujus concambii præce-

a i. vaſallum, miniſterialē.

præceptum firmum ſtabileq; permaneat, manu propria ſubtus illud firmavimus, annuliq; noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

HAINRICI I. IMP. AUG.

RESCRIPTUM

DE SVA ELECTIONE ET PROMOTIONE AD IMPERIVM,

Arnulpho Duci Boiariæ, rebelli ac æmulo ſuo.

Anno Chriſti 918.

NON te tam barbarum aut imperitum religionis noſtræ exiſtimo, quin plane intelligas, Regem non à fortuna temerè dari, nec à fatis imponi, ſed à ſupremo cœli numine conſtitui. Cujus mandata qui non facit, is haud dubiè cœlo naturæq; repugnat. Senatus, Proceres, populus, plebes, quæ multorum capitum bellua eſt, me Regem uno omnium conſenſu declararunt. Horum mentibus niſi unus & ſummus Deus author pacis & concordiæ incubaret atq; moderaretur, haud unquam fieri poſſet, ut non ſuus cuiq; mos eſſet: non tot ſententiæ, quot homines eſſent. Undiq; inimici imminent, Galli, Burgundi, Itali, Ugri lacerant, diripiunt, in nos ſæviunt, incurſant. Si quis gregem ab immortali majeſtate ſibi creditum non tutaretur, non universa ad plebis utilitatem, veluti parens communis à Deo datus refert, nihil aliud quàm latro, & ejus Regnum publicum eſt latrocinium. Proinde ſi Senatus Populusq. Francus me hoc faſce levarit, tibiq; hoc oneris impoſuerit, libens ceſſero, libentiſſimè tibi paruero. Atq; ut apertè tute ſentias, quàm nihil minus mihi cordi, quàm dominandi libido ſiet, non ſolùm Boiariæ Regnum locupletiſſimum, Nariſcos, Alemannos, Chamabos, Boethos, Sudinos, Iliſſos, Marcomannos, Quados, Vindelicos, Noricos, Auſtriacos, Tyrolbos, Atheſinos, Vennonas, Stirios, Charinos, Venedos, Carnos, Pannonias tibi, ſicuti poſſides, permitto: verùm ſacratarum ædium quoque, opum eccleſiaſticarum, Epiſcoporum, Sacerdotum, Myſtarum, Monachorum, Antiſtitum omnium curatorem te eſſe jubeo & patronum. illos tibi in clientulos dico, modò nomen Regis inutile abdicato: Cuncta alia tibi habeto. Quid nunc aliud tibi vis? Quid ultrà deſideras? quæ concupiſcis? quæ poſtulas? Universa tibi favore & gratia mea abſq; periculo, ſine vi, ſine armis obtinere licet.

HENRICI I. IMP. AUG.

INSTITUTA.

Anno Chriſti 924.

JUBEMUS ex militibus, qui in villis ſunt, nonum quemq; in oppidis collocari; cui reliqui agrum colendo victum quærant: nonus tertiam omnium frugum partem conditam aſſervet, ſuisque ſociis intra muros, horrea & domicilia extruat: ſed vice cæterorum ipſe, quoties opus erit, militet; & pro patriâ pericula ſuſcipiat, aliis domi ſervantibus. Hujus inſtituti commoda hæc ſunt, primùm, ut propter incurſiones perpetuas, agris ſpoliatis, non ſit timenda penuria: deinde ut in urbibus miles ne deficiat, quæ bellis jam pluribus exhauſtæ habitatoribus ſunt.

2. Suburbia jubemus eſſe nulla, aut exigua: ruri caſas raras & viles.

3. Conventus ſolennes volumus eſſe tantùm in oppidis; quales ſunt dierum feſtorum, nuptiarum, encæniorum, mercatuum: ut ea ratione oppidorum incrementa fiant: quæ aut diruta refici, aut minùs firma præcipimus muniri.

4. E fratribus natu maximum militare volumus, ut homines certos & exercitatos habeat.

5. Cives itaq; faciendo opere cotidiano, in pace diſcant eas artes, quibus neceſſitate compulſi, ad ſui incolumitatem utantur. Diſciplina enim & labor magnum ad virtutem afferunt momentum.

HENRICI I. IMP. AUG.

STATVTA ET PRIVILEGIA LVDORVM EQVESTRIVM,

ſive Haſtiludiorum.

Anno Chriſti 938.

PRIMUM, ut urbs, oppidum, civitas, municipium, pagus, locus deniq; quicunque, ludis hujusmodi deſignatus, hoſpitiaq; ipſius, non intra muros tantum, ſed extra muros etiam, quà ſe jus & limites ejus porrigunt, liberè pateant omnibus & quibuſcunq; ludos illos concelebrare, ſpectareve cupientibus, exceptis hæreticis, latronibus & proditoribus. Aliis omnibus cujuscunque ſtatus hominibus immunitas ſit, & liber commeatus, non tantum iis diebus, quibus ludi edentur, ſed & quatuordecim ante, ac totidem poſt eosdem ludos; de quo voce præconis omnes ſint admonendi.

II. Inde ut area ludorum, octo diebus ante ſolennem & indictum eorum diem ſepiatur & muniatur; inferneque etiam æquetur, præparetur, ſternatur, ut ſepiri, muniri, æquari, præparari, ſterni loca ſimilia ab omni tempore moris eſſet.

III. Ut eodem hoc temporis ſpatio non alio jure decurſuri, quàm equeſtribus ludis ſolito & familiari utantur; exceptione adverſus eos tuti, qui aliud eos ſubire jubeant.

IV. Uti ne quis ſub ſacramenti violatione areæ equeſtri decurſurus ſe immittat, qui non priùs peccata ſua expiaverit, & Deo ſe reconciliaverit.

V. Uti ne quis ignobilis galeam ſortitioni offerat, aut ad decurrendum ſe præparet; niſi incurrere velit pœnam viginti marcarum argenti; præter armorum, & equi jacturam; quorum hic cedet familiæ, illa Heroltis ſive Regibus armorum.

VI. Ut qui à ſtirpe nobilis duxerit uxorem imparem, & non ex nobilitate; perinde ſciat interdictos ſibi hos ludos, atq; ignobilibus, impunitate data, ſi talis aliquis eis ſe inmiſcuerit, hunc more ſolemni verberibus mulctandi, & aliis conſuetis pœnis afficiendi, cum neque filii ex hujusmodi inæqualibus nuptiis nati, neque nepotes in tertiam usque ſtirpem ad eosdem ludos admittendi, conantesque ſe intrudere, iisdem quibus parentes pœnis plectendi ſint: niſi ſi hi tales fratrem aut conſanguineum habeant, ludorum jure fruentem, quod ex inſignium ratione palam fit, quo caſu is vicem agnati ſui luere poterit.

VII. Ut in ludis ſingulis ſinguli quoque ex unaquaque familia tantum admittantur, niſi ſi qui alii erunt, qui jam antè equeſtri dignitate condecorati, pro ſe rem peculiariter gerant, cùm alii pro familiæ ſuæ fama & gloria in certamen prodire cogantur.

VIII. Uti in ludis, communibus expenſis & ſumptibus, nemo comitatior prodeat, quàm ſextus in equo, ſi Comes ſit; quartus, ſi Baro; tertius, ſi Eques; ſecundus, ſi ex Nobilitate quilibet; præter quos ſi plures quis adduxerit, privatis eos ſibi ſumptibus alendos ne ignoret.

* Quos habes tom 2 hujus Collectionis.

IX. Uti ſi quis ratæ nobilitatis erit, qui in unum aut plures * Duodecim Articulorum, in ludis equeſtribus obſervandorum, commiſerit, & nihilominus cum reliquis decurrere præſumat, pro familiæ ſuæ gloria: hunc Sodalitii, in quo nomen dederit, ſervus publicus uni ex Heroltis indicet; ut ſimul inſignia ejus in harenâ conſpecta fuerint, verberibus de more mulctetur; niſi ſi quis ex eadem familia culpam conſanguinei ſui purgare paratus erit; quod Heroltus Regi Circuli, ſub quo ſuccedaneus is cenſetur, indicare tenetur, ut ita cum priore illo mitiùs agatur. Similiter idem Heroltus, ubi arma inſigniaque ejus agnoverit, qui pro altero pœnæ & decurſioni ſe offert, proclamare debet, talem aut talem, adjecto nomine & cognomine ejus, pro alio conſanguineo ſuo, cum & ſub his armis pœnæ & juri equeſtri ſe ſubmittere; ut ſpectatores, & præcipuè matronæ virginesque Aulicæ pro alio eum hæc pati, non pro ſe, intelligant. Quod ſi verò aliquis animadverſione dignus pro ſe ipſe decurrere velit, ejus rei facilè ei ſit gratia; ſed ita, ut priore loco de incurſa pœna admoneatur. Cujus devitandæ cauſa ſi mox emanſerit, & decurſum, ut ſpoponderat, non venerit, ad proximos inde ludos citatur. quos ſi item non obierit, rurſum ad alios proximos ludos citatur familia ejus univerſa, admonita, ut aut ipſum emanſorem, aut ejus loco duos alios ſuæ familiæ, nominis & inſignium, pœnæ ludorum ſiſtat; ſciens, ſi ſecus fecerit, ſe jure decurrendi in talibus ludis in poſterum ſpoliandam, nec ſe tantum, ſed & eos, qui ex ea conjuges ſibi optaverint, liberosque ex tali conjugio natos; licet primi illi retrò in ludis hujusmodi certaverint. in quibus deinde admittendi non ſunt, niſi ritè Regi ſui Circuli ſe purgaverint, & digni venia viſi fuerint; quod cùm accidit, perinde ac ſi nunquam ludis adhuc decurriſſent, pro novitius excipiendi & ſeptis inducendi ſunt.

X. Die verò ipſo ludorum, tenentur decurſuri ad ſuum quisq; Regem devenire, & nomen profiteri, non minus tribus Heroltis præſentibus, ut illud matricibus inſcribatur. atque ibi monentur, ne in ludis equo mordaci, calcitroſo, ſternacique utantur; niſi pœna huic rei ſtatuta, & verberibus mulctari velint: deinde ita optata omnia ſua arma habeant, ut nemini illa nocere poſſint, aut extantibus acuminibus, præacutisque extremitatibus lædere quenquam valeant. Telis etiam non aliis utantur, quàm clava equeſtri, & gladiò; quæ ipſa quoque ad ſolitum ludis morem haberi & inſpici debeant. Hæc qui ita, ut diximus, providerit, is demum galeam ſortitioni offerre, in certamen deſcendere, & obſervato ludorum jure ac cerimoniis, cum quovis decurrere, & vires ſuas periclitari poterit.

XI. Atque hactenus de iis, quæ ante decurſionem fieri par eſt; quæ ubi erit celebrata, rurſum quisque ad ſui Circuli Regem accedet, teſtimonium decurſionis ſcripto comprehenſum petiturus; quod tamen non niſi duobus Regibus ludorum, duobusque Heroltis præſentibus datur, qui in hac re ei, qui ipſe non decurrerit, ſub perjurii & violati ſacramenti pœna gratificari prohibentur. Scriptum autem hujusmodi ipſi Reges, cum adjectione Circuli, cujus nomine præſident, nominis ſui ſubſcriptione muniunt. Sed hoc Regiæ, Ducalis, aut Principalis dignitatis perſonæ non idigent: quoniam Reges ſui Regni corona, Principes & Duces ſerto caput adumbrare contenti, non ſolent perinde ut alii in his ludicris pugnis illud adornare; quemadmodum nec ſodalitati ulli ſe inſerere; quod tamen inferioris dignitatis omnes non ſolum faciunt, verum etiam facere tenentur.

2. Poſt ſolemnes autem hos ludos, qui ſunt gravis armaturæ; aliæ quoque digladiationes ſequi ſolent, & puris haſtis concurſiones, deque curſu certamina. Chori item, & tripudia, ad numerosque ſaltationes.

3. Præterea gratiarum actiones dicuntur, & bravia donantur iis, qui de ſingulis Circulis armorum laude primi judicati fuerint.

4. Reges quoque ludorum, novis ad hoc officium deſignatis, adminiſtrationis ſuæ rationes reddunt; præſentibus ex quoque Circulo minimùm tribus, qui iis ludis decurrerint; quorum etiam eſt acta Regum ſuorum ſuis ſubſcriptionibus & ſignis communire.

XII. Hoc quoque obſervandum, ut omnibus jam ad ludos exhibendos præparatis, deligantur ex ſingulis Circulis duo, quorum quatuor diſciplinæ ludicræ, quatuor ſeptorum cuſtodiæ deputentur, ut hi, ordinibus jam partitis & diſtributis, funes incidant, atq; ita viam decurſuris aperiant, animadvertantq; in eos, qui animadverſione dignum aliquid admiſerint; iſti cum videbitur ſignum receptui

tuba

[illegible] dari jubeant; quo au[illegible] pugnantes om[illegible]ſſis clavis ſuis, gladiis rem gerere incipiant, & alii aliorum [illegible] [illegible]nodia c[illegible] [illegible]ndere & [illegible]oncare contendunt. quo facto ſepta recluduntur, utpote ritè omnibus, quæ ad ludorum ſolemnia pertinent, adminiſtratis. Statutum in Maidenburgo, die Sabathi poſt octavam Trium Regum, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXVIII. in præſentia omnium Procerum & Optimatum Imperii ex Germania, Gallia & Sclavorum gentibus convocatorum, quorum hæc ſunt nomina juxta diſtributionem exercituum, quos Imperator contra hoſtes Imperii ordinaverat ad ejus magnitudinem conſervandam & augmentandam:

HENRICUS IMPERATOR ET REX FRANCORUM.

Duces & Principes.

Gotſchalcus Dux Hollandiæ,
Barnimus Princeps Pomeraniæ & Vinidarum,
Arnoldus Palatinus Saxoniæ,
Joannes Palatinus Thuringiæ,
Fridericus Burggravius Meydburgenſis,
Theodo Princeps & Comes Wittenſis,
Bilmarus Princeps Ruſſiæ,
Boleslaus Princeps Delmantziæ,
Reineros Comes Provincialis Thuringiæ,
Otho Comes Limitaneus ſeu Marchio Stadenſis,
Otho Comes & Princeps Aſcaniæ.

Comites & Barones.

Ulricus Comes Aldenburgenſis,
Philippus Comes Valeſius,
Reinerus Comes Harracortius,
Guntherus Comes Schvvartzburgenſis,
Erneſtus Comes à Weiſſenfels,
Sigiſmundus Comes à Gleichen,
Joannes Burggravius à Leisneck,
Wilhelmus Comes à Greutſch,
Ludovicus Comes ab Eberſtein,
Joannes Comes ab Eyſenburg,
Rupertus Comes Rettelius,
Henricus Comes à Winſenburg,
Fridericus Comes à Wunſsdorff,
Wilhelmus Comes Uffenſis,
Wilhelmus Comes à Louuenrode,
Theodorus Comes à Rochlitz,
Henricus Comes Pedemontanus,
Sigiſmundus Comes Alenconius,
Henricus Comes a Brenn,
Joannes Comes à Leiſneck,
Rudolphus Rhaugravius à Caſſel,
Erneſtus Comes à Woldenburg,
Bruno Comes ab Eckersberg,
Erricus Comes a Pein,
Wilhelmus Comes ab Arnſhag,
Andreas Comes à Lobdiburg,
Philippus Comes Norttingenſis,
Wernerus Comes à Ployſſigk.

CONRADUS PALATINUS RHENI.

Duces ac Principes.

Eberardus Dux Alſatiæ,
Paulus Dux Barrenſis,
Antonius Marchio Pontamouſonii,
Arnoldus Dux Borboniorum,
Joannes Dux Limburgenſis,
Ligorius Comes Burgundiæ,
Henricus Comes Molleſinii.

Comites & Barones.

Weckerus Comes Bipontinus,
Joannes Comes à Sarbrucken,
Dieterus Comes à Witgenſtein,
Fridericus Comes à Lone,
Paulus Comes ab Horn,
Wilhelmus Comes Limburgenſis,
Wilhelmus Comes à Deckelnburg,
Wilhelmus Comes Solmenſis,
Wilhelmus Comes à Manderſcheid,
Philippus Comes a Veldentz,
Wilhelmus Comes à Dieſt,
Joannes Comes à Blanckenburg,
Wolffgangus Comes Dagſsburgenſis,
Wolffgangus Comes Benrhemius,
Philippus Comes à Rheingravenſtein,
Henricus Comes Salmenſis.

HERMANNUS DUX SUEVIÆ.

Duces ac Principes.

Erticho Dux Bavariæ ſuperioris,
Henricus Dux Lotharingiæ,
Princeslaus Dux Croatiæ,
Fridericus Dux Arduennæ,
Gerardus Marchio Juliacenſis,
Gotvvaldus Comes & Dominus Hennebergenſis,
Radeboto junior, Dux Meronis & Comes ab Andechs,
Carolus Princeps Aſcaniæ,
Ludovicus Comes Montisbeliardi.

Comites & Barones.

Fridericus Comes ab Helffenſtein,
Joannes Comes Pedemontanus,
Rodolphus Comes à Zollern,
Ulricus Comes ab Urach,
Georgius Comes a Feldkirch,
Ludovicus Comes Tubingenſis,
Wilhelmus Comes à Maſax,
Wilhelmus Comes à Juſtingen,
Joannes Dominus à Brandis,
Rudolphus Comes à Werdenberg,
Emichus Comes Gruningenſis,
Ernfridus Comes ab Herraberg,

Ludovi-

Ludovicus Comes à Phirdt & Dominus à Rochio,
Wilhelmus Comes ab Achelm,
Henricus Comes à Dalfalta,
Gotfridus Dominus à Stoeffeln,
Fridericus Dominus ab Hohenſtauffen.

BERCHTOLDUS DUX BAVARIÆ.

Duces ac Principes.

Eberardus Dux Bavariæ,
Albertus Landtgravius Alſatiæ,
Joannes Princeps Sampaniæ,
Arnoldus Princeps à Scheyern,
Wenceslaus Dux Bohemiæ,
Melchior Marchio Iſtriæ,
Otho Princeps Uchtlandiæ,
Ludovicus Marchio Seſſæ, & Comes Sabaudiæ.

Comites & Barones.

Reinerus Comes Hanoniæ,
Fridericus Comes ab Hohenvvard,
Conon Comes à Reinfelden,
Haugvvaldus Comes à Kiburg & Thuling,
Rupertus Comes Andegavenſis & Pariſiorum,
Joannes Comes à Thrumberg,
Burchardus Comes à Veringen,
Fridericus Comes ab Hohendruchading,
Lberhardus Comes à Sempt,
Erneſtus Comes ab Hirsberg,
Eberardus Comes Oningenſis,
Conradus Comes à Lutzelſtein,
Philippus Comes ab Eberſtein,
Ecbertus Comes Veromanduæ,
Fridericus Comes à Veldentz,
Radebotto Comes ab Hohenbogen,
Ludovicus Comes à Sarvverden,
Albertus Dominus ab Eynenberg.

CONRADUS DUX FRANCIÆ ORIENTALIS.

Duces ac Principes.

Vicetislaus Dux Bohemiæ,
Dedo Dux Weſtphaliæ,
Henricus Dux Meronis,
Etthico Dux ab Engern.

Comites & Barones.

Arnoldus II. Comes Flandriæ,
Claudius Comes Tholoſanus,
Fridericus Comes Montisbeliardi,
Wilhelmus Comes Vaudemontius,
Henricus Burggravius Neoburgenſis,
Otho Comes à Rineck,
Fridericus Comes Aſpermontenſis,
Alberus Comes à Firnenberg,
Rupertus Comes Schluſſelburgenſis,
Arnoldus Comes Hollandiæ,
Joannes Comes Genevenſis,
Antonius Comes Bononienſis,
Ludovicus Comes Armeniacus,
Joannes Comes à Caſtel,
Otho Comes Arnsbergenſis,
Wilhelmus Comes Pfavvenburgenſis,
Ulricus Comes ab Hanavv,
Wolffgangus Comes ab Hohenloë,
Wilhelmus Comes Waldeccenſis,
Eberhardus Comes Raffenſpergenſis,
Philippus Comes Montiey,
Henricus Comes à Kammerſtein.

OTHO DUX THURINGIÆ, MAJOR NATU FILIUS IMPERATORIS.

Duces ac Principes.

Voldemarus Dux Jutlandiæ,
Vatislaus Dux Croatiæ,
Artuvinus Dux Surbenſis,
Philippus Comes Arteſiæ,
Radebotto Dux Ruſſiæ,
Vinceslaus Princeps Rugiæ,
Carolus Marchio Pontamonſonii,
Fridericus Comes Eylnburgenſis, Burggravius à Seuſſelitz.

Comites & Barones.

Wilhelmus Comes Niverſius,
Rodolphus Comes Avergnius,
Otho Comes Altenburgenſis,
Fridericos Comes à Rietberg,
Georgius Comes Homburgenſis,
Siboldus Comes à Ringelen,
Henricus Comes à Biberſtein,
Fridericus Comes à Kolditz,
Henricus Comes Hoyæ,
Wernerus Comes à Gutsgavv,
Otho Comes Mansfeldiæ,
Philippus Comes Blieſſenſis,
Wilhelmus Comes à Wolckeſtein,
Gerardus Comes à Seyn,
Reinerus Comes Zutphaniæ,
Wilhelmus Comes à Dieffalden,
Wilhelmus Comes à Bryanny,
Wiprechtus Comes à Leiningen,
Wilhelmus Comes à Kirburg,
Erneſtus Comes à Spigelberg,
Henricus Comes ab Arnſtein,
Erneſtus Dominus Marbergenſis,
Erneſtus Dominus à Waringrod.

ARNOLDUS DUX BAVARIÆ.

Duces ac Principes.

Rupertus Dux Burgundiæ,
Fridericus Dux Barrenſis,
Otho Marchio Franciæ Orientalis & Nortgoviæ,
Crotomislaus Marggravius à Merbern.

HENRI-

HENRICUS DUX SAXONIÆ, ALTER IMPERATORIS FILIUS.

Duces ac Principes.

Rodolphus Dux Bavariæ ſuperioris,
Eſico Princeps Aſcaniæ,
Joannes Burggravius à Zorbick,
Aldebertus Comes à Morsberg,&c.

PRINCIPES IMPERII SEORSIM VOCATI.

Uratiſlaus Dux Sileſiorum,
Eberardus Dux Lotharingiæ,
Meſſico Dux Poloniæ,
Gotfridus Dux Thungrenſis & Bullonenſis,
Meſtebæus Princeps Vinidarum,
Uratiſlaus Dux Pomeraniæ & Vinidarum,
Neſtrico Dux Sileſiæ,
Uratiſlaus Dux Bohemiæ,
Rudigerus Marchio Auſtriæ,
Poliſlaus Marchio à Merbern,
Viſlaus Princeps Milſiniorum.

COMITES IMPERII SEORSIM VOCATI.

Theodoricus II. Comes Hollandiæ,
Eſico Comes Aſcaniæ,
Gunthramus Comes Habſpurgenſis,
Wilhelmus Comes Montfortenſis,
Conradus Comes à Kalb,
Ludovicus Comes à Furſtenberg,
Henricus Comes Werthemiæ,
Henricus Comes Hennenbergenſis,
Arnoldus Comes Cliviæ,
Otho Comes Naſſavienſis,
Wolffgangus Comes à Katzenelnbogen,
Adolphus Comes à Reineck.

PROCESSUS IN OTTONIS I. IMP. AUG. INAUGURATIONE AQUISGRANENSI OBSERVATUS, Anno Domini DCCCCXLVI.

Anno Chriſti 946.

ANNO Dominicæ Nativitatis DCCCCXLVI. Indictione X. OTTO Primus per manus Hildeberti Archiepiſcopi Moguntini, Aquisgrani in Regem unctus eſt. Cum enim duo Pontifices, Treverenſis videlicet & Colonienſis inter ſe contenderent, quis hoc munus conſecrationis jure peragere debuiſſet, Procerum judicio ad Hildebertum Moguntinum Pontificem delatum eſt. Ex Trithemii Chronic. Hirſaugienſi, fol. 29.

2. Qui accedens ad altare, & ſumens inde gladium Imperialem cum baltheo, converſusq; ad Regem ante ſe genua flectentem, dixit: *Accipe hunc gladium, in quo dejicias omnes adverſarios, barbaros, & malos Chriſtianos, tibi authoritate divina traditum, cum omni poteſtate totius Imperii Francorum, ad firmiſſimam pacem omnium Chriſtianorum, Amen.* Deinde ſumptis armillis & chlamyde induit eum, dicens: *His corymbus humerotenus demiſſis, monearis quo zelo fidei fervere debeas, & in tuenda pace usq; in finem conſtans perſeveres.* Exinde ſumpto ſceptro baculoque, dixit: *Hu ſignum monitus eſto, quatenus paterna caſtigatione ſubjectos corripias, primumq; te Dei Miniſtris; deinde etiam viduis, orphanis & pupillis protectorem ac defenſorem ſemper exhibeas, eisq; manum miſericordiæ clementer porrigas.* Poſthæc fuſo ſuper caput ejus oleo conſecrationis, ait; *Unxit te Dominus in Regem ſuper populum ſuum, ut numquam de capite tuo oleum miſerationis deficiat, quo hic & in futuro miſericordiam ab ipſo creatore tuo conſequaris, Amen.* Poſtremò impoſuit capiti ejus Regalem coronam, dicens: Coronavi te corona juſtitiæ, qua monearis te juſtitiam debere ſubditis, quatenus hoc ornamento Regali præmunitus, & tuis reverendus, & inimicis terribilis appareas, & poſt hujus vitæ terminum ſempiterno cum Angelis prœmio coroneris, Amen.

3. Completa benedictione Pontificis, Regem in ſolium Regale cum omni lætitia poſuerunt.

OTTONIS I. IMP. AUG. CONSTITUTIO DE LOCATIONE ET PRIVILEGIO CAMERÆ IMPERIALIS *Magdenburgenſis.*

Anno Chriſti 947.

IN nomine Domini, amen. Nos OTTO, Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ſignificamus hoc ſcripto noſtro omnibus, qui illud vel viſuri vel audituri fuerint, quod accedentes noſtram Cæſaream Majeſtatem fideles ac ſtrenui, Imperii Romani ſubditi egregii Saxones declararunt conſtituiſſe in animo, in tranquillitate Dei ſedes ſimul locare ſuas, civitatemque extruere, ubi & auctoritate noſtra locum ſibi delegerunt, quem colere inhabitareque vellent, ſupplicantes, ut gratiæ prærogativis primùm condonati, ſimul & perpetua pace firmata à Majeſtate noſtra, legibus quoque & juri-

juribus inſtituerentur. Nos illorum precibus moniti, ſimulque expendentes, tum illorum amorem & ardorem, quem erga fidem Chriſtianam gerunt, tum etiam illorum ſtrenuè geſta atque indefeſſa obſequia, quæ & nunc præſtant, & antea Romano Imperio præſtiterunt, cum ſcientia ſanctiſſimi Patris noſtri Papæ Martini, qui ad hæc auctoritate ſua & Sancti Petri, pacem ſuam largitus eſt, quam & nos confirmamus de ſcitu & conſilio Principum Imperii, & accedente conſenſu terræ; eisdemq; Saxonibus, fidelibus noſtris dilectis, facultatem conceſſimus concedimusque civitatem extruendi ac muniendi, atque in ea jus municipale inſtituendi, ita ut antiquitus jam municipale obſervari ſolitum eſt.

2. Concedimus præterea fidelibus noſtris dilectis atque illorum ſucceſſoribus, perpetuam in ea civitate pacem, gratiam & libertatem, quòd eo jure, prout à nobilibus & generoſis CONSTANTINO & CAROLO, egregiis Saxonibus atque Provinciæ datum eſt, uti & frui debeant ad bonorem & emolumentum civitatis, ſecundum juris formam, generaliter & ſpecialiter, niſi forte quis juribus carere declaratus fuerit, jureq; exiſtat privatus.

3. Inſuper liberos pronunciamus illos perpetuò à nobis & ſucceſſoribus noſtris, ita ut civitas atque ejus incolæ perpetuò liberi ſint ab Imperio, quamdiu ipſi ſuam libertatem, ut juris eſt, ſervaverint.

4. Adhæc illi civitati, quæ Maydeburgum vocatur, ex noſtra conceſſione liberum eſſe volumus, ut quidquid illius Præfecti cum inſigniorum ac prudentium conſilio & populi aſſenſu, ad civitatis honorem, emolumentum, tum & tranquillitatem ſtatuerint, id firmum & ſtabile eſſe debebit, perinde ac ſi ab ipſo Imperio conceſſum & ſtatutum foret, atque illud ipſum plebiſcitum, ſi annum & diem duraverit, ſervari debet, ſi ipſimet voluerint. Quod ſi pacificè poſt id tempus judicialiter ſervatum ſit, robur juris ſcripti obtinebit, ſiquidem non repugnet juri ſcripto & ſacroſanctæ fidei Chriſtianæ.

5. Quare auctoritate noſtrâ Cæſarea mandamus omnibus Principibus noſtris & Imperii ſubditis, Dominis, Equitibus Auratis, Miniſterialibus, & omnibus Officialibus tam ſpiritualibus quàm ſæcularibus, ne eandem civitatem Maydeburgenſem atque ejus incolas, in illorum jure, libertatibus & immunitatibus à nobis gratioſè conceſſis impediant, aut ulla ratione gravent, ſive violentia, mandatis, exactionibus, ſive etiam bellicis ſubſidiis, aut aliis quibusvis gravaminibus.

6. Damus inſuper illis poteſtatem dominandi jure municipali, circa quod conſervare illos volumus; & proinde nemo huic contravenire audeat. Alioquin quisquis id fecerit, ſuccumbet poteſtati noſtræ Cæſareæ: & ſi quid præjudicii eis iode accideret, volumus nos & ſucceſſores noſtri, eandem civitatem atque ejus incolas indemnes reddere.

7. Ceterum damus eidem civitati atque ejus incolis in verum tutorem, ſacroſanctum jus, juſtitiam, Romanum denique Imperatorem cum Principibus, [Electoribus] ſpiritualibus & ſæcularibus, qui adſtent clypeo militari in omnibus utilitatibus atque emolumentis.

8. Ad perpetuam igitur memoriam, cum aſſenſu ſacri Romani Principum Imperii, cumq; voluntate terræ, juxta illorum laudum, omnes gratiarum prærogativas, libertates, jura, articulos, inſtituta, & plebiſcita confirmavimus, ratificamus, & obſignavimus ſigillo aureo Majeſtatis noſtræ Cæſareæ, quod appenſum eſt. Datum à Nativitate Chriſti, anno noningenteſimo quadrageſimo ſeptimo; Imperii noſtri anno ſecundo, die ſeptima menſis Junii, eo in loco, ubi nunc civitas Maydeburg ſituata eſt.

Anno Chriſti 954.

LUDOLPHI REGIS ROMANORUM

SUPPLICATIO AD OTTONEM I. IMP. UNDE LIQUERE poteſt, in quantum Rex Romanorum debeat eſſe Imperatori fidelis & ſubjectus.

UNDE initium dicendi faciam? nam, quod ſolet ad deprecandum aliis eſſe ſubſidio, nomen paternum; id me nunc exhorreſcere facit. Filii tui nomine indignus ſum, qui nullam filio dignam pietatem præſtiti. Tu mihi, Pater, honores Regni dediſti: tu Imperium daturus eras: ſed omnibus beneficiis contrate uſus ſum. Membrum Imperii appellari non debeo, qui * gentes externas, & immanes barbaros in mediam Germaniam immiſi: qui meâ manu ſacra prophanaque violavi: qui nulli dignitati aut religioni peperci: qui armis impiis urbes exhauſi, cæde agros & urbes ſtavi. Nullus hoſtis tantum mihi dedecoris infligere, tantum turpitudinis afferre potuit, quantum mea mihi temeritas & inſania nunc conflavit: nec peccati excuſationem, nec maleficiorum præteitum invenio. Utere tu (audebo enim ſeriò dicere) Pater, tuo ſummo jure in me, modò ſupplices non planè averſeris: & quo pacto ſatisfacere tibi debeam, per infimum aliquem ex miniſtris tuis, qui meæ miſeriæ hic ſunt ſpectatores, nutu ſignifica: modò tantum veniæ impetrem, ut in tua gratia moriar.

* Ungarorũ.

OTTO-

OTTONIS I. IMP. AUG.

Anno Chriſti 963.

RESPONSUM

DE IOHANNIS XII. PAPAE ROMANI INIQUITATE,

datum Legatis ejus Leoni S. Rom. Eccl. Protoſcrinario, & Demetrio Optimati Romanæ Civitatis.

PRo correctione ac morum immutatione, quam promittit, gratias ago. De *a* promiſſis verò fidem mutare, cujus me arguit, an verum ſit, ipſi perpendite. Omnem terram ſancti Petri, quæ noſtræ poteſtati ſubjecta eſt, Eccleſiæ promiſimus reddere; atque id rei eſt, quod ex hac *b* munitione BERENGARIUM cum omni familia pellere laboramus. Quo enim pacto *c* terram hanc ei reddere poſſumus, ſi non prius eam ex violentorum manibus ereptam poteſtati noſtræ ſubdamus?

a factis ſuper reſtituendis terris Eccleſiæ.
b montis feretrari
c. Rave nnatenſis Exarchatus.

2. Leonem Epiſcopum, & Joannem Cardinalem Diaconum, ſuos infideles, quos nos ſuſcepiſſe accuſat, his temporibus non vidimus, nedum ſuſcepimus. Conſtantinopolim Domino Papa eos ad injuriam noſtram proficiſcentes dirigente, Capuæ ſunt, ut audivimus, capti. Quibus cum etiam Saleccum, natione Bulgarum, educatione Hungarum, Domini Papæ familiariſſimum, & Zachæum virum reprobatum, divinarum atque humanarum inſcium literarum, à Domino Papa Epiſcopum noviter conſecratum, & Hungaris ad prædicandum, ut ſuper nos irruant, deſtinatum, eodem captos eſſe loco audivimus.

3. Hæc Dominum Papam nullis narrantibus feciſſe crederemus, niſi literæ fidem admitterent, quæ plumbo ſignatæ ejus nominis characteres monſtrant.

RECESSUS.

CONCILII ROMANI PRÆSIDENTE OTTONE I. IMPERATORE AUGUSTO CELEBRATI

Anno Chriſti 963.

Anno Domini DCCCCLXIII.

Super depoſitione IOHANNIS XII. PAPAE, & electione LEONIS VIII.

* * * *
* *
*

POſt triduum rogantibus tam Romanis Epiſcopis, quam plebe, magnus in ſancti Petri Eccleſia fit Conventus: ſederuntque cum Imperatore Archiepiſcopi.

Concilii Patrum nomina

Ab Italia:

Pro *a* Angelfrido Aquileienſi Patriarcha, quem in Urbe languor repente (ut fit) ortus arripuerat,

a. al. Engelfrido.

Rodulphus Diaconus,
VValbertus Mediolanenſis,
Petrus Ravennas.

A Saxonia:

Adeltac Archiepiſcopus, Hamaburgenſis,
b Landohardus Epiſcopus Numedenſis.

b. al. Landolardus Epiſc. Mindenſis.

A Francia:

Otgerius Epiſcopus Spirenſis,
c Buptus Paderbornenſis,

c. al. Bubrus Bremenſis al. Parmenſis.

Ab Italia:

Luitprandus Cremonenſis,
d Hermelandus Regenſis.

d. al. Hermenaldus.

A Tuſcia:

Conradus Lucenſis,
Everarius Aricienſis,
Piſanus * Senenſis,
Forentius Piſtorienſis.

* al. Saonenſis.

e Ex aliis Italiæ locis:

e. hæc verba deſunt aliis.

Petrus Camerinenſis,
Romanus Spoletinus,
Gregorius Albanenſis,
Sico Oſtienſis,
Benedictus Portuenſis,
Lucidus Caunenſis,

Theophylactus Præneſtinus,
VVido Silvæ Candidæ,
f al. Velitrienſis.
Leo *f* Velitrenſis,
g al. Blebenſis.
Sico *g* Blerenſis,
h al. Serenſis.
Stephanus *h* Senenſis.
Joannes Nepeſinus,
Joannes Tiburtinus,
i al Forocludenſis.
Joannes *i* Forojulienſis,
Romanus Ferentinenſis,
k al. Normenſis.
Joannes *k* Hormenſis,
l al. Berulenſis.
Johannes *l* Verulenſis,
Martinus Sutrinus,
Joannes Narnienſis,
m al Sapinienſis.
Joannes *m* Sabinenſis,
Joannes Gallacenſis,
. . . . Phalarenſis.
n al. Alatrenſis.
. . . . *n* Alatrenſis,
o al. Ortanus.
. . . . *o* Hortanus,
Joannes Anagnienſis,
. . . . Trebenſis,
p al. . . . . Salibatinus, ... Tarraconenſis.
p Salibatinus Tarraconenſis.

Cardinales.

Stephanus Cardinalis Archipresbyter titulo Balbinæ,
Dominicus titulo Anaſtaſiæ,
Petrus titulo Damaſi,
Theophylactus titulo Chryſogoni,
Joannes titulo Equitii,
Joannes titulo Suſannæ,
Petrus titulo Pammachii,
q al. Calixti.
Adrianus titulo *q* Callilti,
Joannes titulo Cæciliæ,
r al. Lucinæ.
Adrianus titulo *r* Lucinæ,
Benedictus titulo Sixti,
. . . . titulo quatuor Coronatorum,
Stephanus titulo Sabinæ,
Benedictus Cardinalis Archidiaconus,
Joannes Diaconus,
s al Bonofilius.
s Bonſilius Diaconus Cardinalis Primicerius,
Georgius Secundicerius,
Stephanus Adminiculator,
Andreas Arcarius.
Sergius Primicerius Defenſorum,
Joannes Sacellarius,

Stephanus,
Theophylactus,
Adrianus,
Stephanus,
Benedictus,
Azo,
Adrianus,
Romanus,
Leo,
Benedictus,
item Leo,
& Leo,
} Scriniarii.

Leo Primicerius Scholæ Cantorum,
Benedictus Subdiaconus & Oblationarius,

Azo,
Benedictus,
Demetrius,
Joannes,
Amicus,
Sergius,
Benedictus,
Urſo,
Joannes,
} Subdiaconi.

Benedictus Subdiaconus & Subpulmentarius,
Stephanus * Archiacolythus, cum omnibus Acolythis & Regionariis. * al. Archidiaconus.

Ex primatibus Romanæ civitatis:

Stephanus filius Joannis Superiſta,
Demetrius Melioſi,
Creſcentius Caballi Marmorei,
Joannes cognumento Nuzina,
Stephanus de Muza,
Theodorus de Rufina,
Joannes de Primicerio,
Leo de *a* Carmizuli, a al. Camiszuli
Ricbardus . . . .
Petrus de Canaparia,
Benedictus cum Bulgamino filio ſuo.

Ex plebe:

Petrus, qui & Imperiola eſt dictus, aſtitit cum omni Romanorum militia.

1. His itaque reſidentibus, ſilentiumque ſummum tenentibus, ita ſanctus eſt Imperator exorſus: Quoniam decorum eſſet, tam claro ſanctoque Dominum Papam Joannem intereſſe Concilio, qur tantum declinaverit cœtum, vos, ô ſancti Patres, conſulimus, quibus communis labor Eccleſiaſticus, ac commune negotium exiſtit.

2. Tunc Romani Pontifices, [Epiſcopi ſcilicet Suffraganei,] & Cardinales Presbyteri ac Diaconi cum univerſa plebe dixerunt: Miramur ſanctiſſimam prudentiam veſtram nos hoc velle percontari, quod nec Ibericos, nec Babylonicos, nec Indicos incolas latet. Non hic jam de illis eſt, qui veniunt in veſtimentis ovium, intus autem ſunt lupi rapaces: ita apertè Diabolica pertractat negotia, ut nihil circuitionis utatur. Imperator reſpondit: Juſtum nobis videtur, ut accuſationes nominatim exprimantur. Deinde quod agendum eſt, communi conſilio pertractetur. Incluſa deſunt aliis.

3. Tunc conſurgens Petrus Cardinalis Presbyter, ſe vidiſſe illum miſſam celebraſſe, & non communicaſſe, teſtatus eſt. Joannes Epiſcopus Narnienſis, & Joannes Cardinalis Diaconus, ſe vidiſſe illum, Diaconum ordinaſſe in equorum ſtabulo non certis temporibus, ſunt profeſſi. Benedictus cum cæteris Condiaconis & Presbyteris dixit, ſe ſcire quòd ordinationes Epiſcoporum faceret pretio, & quod annorum decem Epiſcopum in Tudertina civitate ordinarit. De ſacrilegio non eſt neceſſe percontari, *c* quia plus videndo quàm audiendo ſcire potuiſſemus. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderant, ſed pro certo ſcirent, viduam *d* Rainarii, & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam cum nepte ſua abuſum eſſe, & ſanctum Palatium lupanar & proſtibulum feciſſe. Venationem dixerunt publicè exercuiſſe. Benedictum ſpiritualem patrem ſuum lumine privaſſe, & mox mortuum eſſe. Joannem Cardinalem Subdiaconum, virilibus amputatis occidiſſe: incendia feciſſe; enſe accinctum, galea & lorica indutum fuiſſe, teſtati ſunt. Diaboli in amorem vinum bibiſſe, omnes tam Clerici quam Laici, acclamarunt. In ludo aleæ, Jovis, Veneris, cæterorumque Dæmonum auxilium popoſciſſe dixerunt. Matutinas & Canonicas horas eum non celebraſſe, nec ſigno Crucis ſe muniſſe profeſſi ſunt. c al. dixit, quia. d al. Rainerii. al. Raineriam

4. His auditis Imperator, quia Romani ejus loquelam propriam, id eſt Saxonicam, intelligere nequibant, Luitprando Cremonenſi Epiſcopo præcepit, ut Latino ſermone hæc Romanis omnibus, quæ ſequuntur, exprimeret. Surgens itaque ſic cœpit:

5. Perſæpè contigit, & nobis expertis credimus, ut in dignitatibus conſtituti invidorum infamia maculentur. Diſplicet bonus malis, quemadmodum & malus bonis. Atque hoc rei eſt, quod hanc in Papam accuſationem, quàm modo Benedictus Cardinalis Diaconus legit, & vobiſcum fecit, amphibolam retinemus, incerti utrum è zelo juſtitiæ, an impietatis livore proruperit. Unde mihi indigno ſecundum conceſſæ dignitatis auctoritatem omnes obteſtor per Deum, quem fallere, etſi vult, nemo poteſt, ſanctamque ejus Genitricem intemeratam Virginem Mariam, perque pretioſiſſimum Apoſtolorum Principis corpus, in cujus hæc recitantur Eccleſia, ut nulla in Dominum Papam jaculentur convicia, quæ non ſint ab ipſo patrata, atque à viris probatiſſimis viſa.

6. Tunc Epiſcopi, Diaconi, Clerus, & cunctus Romanorum populus, quaſi vir unus, dixerunt: Si non & quæ per Benedictum Diaconum lecta ſunt, hiſque turpiora & ampliora Joannes Papa indigna commiſit facinora; non nos à peccatorum vinculis abſolvat Apoſtolorum Princeps B. Petrus, qui verbo cœlum indignis claudit, juſtis aperit: ſimus anathematis vinculo innodati, atque in die noviſſima in ſiniſtra parte poſiti cum eis, qui dixerunt Domino meo: *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus:* Quòd ſi fidem nobis non adhibetis, exercitui Domini Imperatoris ſaltem debetis credere, cui ante quinque dies enſe accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit. Solus Tyberis, qui interfluxit, ne ſic ornatus ab exercitu caperetur, impedivit. Mox S. Imperator dixit: Tot ſunt hujus rei teſtes, quot ſunt noſtro in exercitu bellatores. S. Synodus dixit: Si placet Domino Imperatori, mittantur litteræ Domino Papæ, ut adveniat, ſeque ex his omnibus purget. Tunc eidem ſunt litteræ deſtinatæ, quæ ſic ſe habent: Publica omnium conclamatio de facinoribus Papæ. Job. 21.

SVMMO PONTIFICI ET VNIVERSALI PAPAE, DOMINO IOANNI, OTTO divina reſpectu Clementiæ Imperator Auguſtus, cum Archiepiſcopis Liguriæ, Tuſciæ, Saxoniæ, Franciæ, in Domino ſalutem.

7. Romam ob ſervitium Dei venientes, dum filios veſtros, Romanos ſcilicet Epiſcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & univerſam plebem de veſtra abſentia percontaremur, & quid cauſæ eſſet, quod nos Eccleſiæ veſtræ veſtriq; Defenſores videre noluiſſetis, talia de vobis tamque obſcena

a al. vobu. protulerunt, ut ſi de hiſtrionibus dicerentur, *a* nobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem veſtram lateant omnia, quædam vobis ſub brevitate deſcribimus, quoniam ſi cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non ſufficeret unus. Noveritis itaque, non à paucis, ſed ab omnibus tam veſtri quàm alterius ordinis, vos homicidii, perjurii, ſacrilegii & ex propria cognatione, atque ex duabus ſororibus inceſti crimine eſſe accuſatos. Dicunt & aliud auditu ipſo horridum, Diaboli vos in amorem vinum bibiſſe: in ludo aleæ, Jovis, Veneris, cæterorumque Dæmonum auxilium popoſciſſe. Oramus itaque paternitatem veſtram obnixè, venire, atque ex his vos omnibus purgare non diſſimuletis. Si forte vim temerariæ multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamus, nihil fieri præter ſanctorum canonum ſanctionem. Data VIII. Idus Novembris.

8. Hanc Epiſtolam quum legiſſet, hujuſmodi apologeticum ſcripſit.

Papæ brevis reſcriptio ad Synodum.

IOANNES Epiſcopus Servus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis.

Nos audivimus dicere, quòd vos vultis alium Papam facere. Si hoc feceritis, excommunico vos de Deo omnipotenti, ut non habeatis licentiam nullum ordinare, & miſſam celebrare.

9. Quum hæc epiſtola in ſancta Synodo legeretur, advenerunt, qui prius defuerant, religioſi à Lotharingia, Herricus Trevirenſis Archiepiſcopus, ab Æmilia & Liguria VVido Mutienſis, Gezo Tertonenſis, Sigulfus Placentinus. Quorum conſilio Domino Papæ ita reſcribunt:

SVMMO PONTIFICI ET VNIVERSALI PAPAE DOMINO IOANNI, OTTO divina reſpectu Clementiæ Imperator Auguſtus, ſed & ſancta Synodus Romæ ob ſervitium Dei congregata, in Domino ſalutem.

10. Præterita Synodo, quæ celebrata eſt octavo Idus Novembris, litteras vobis direximus, in quibus accuſatorum veſtrorum verba atque accuſationis cauſæ continebantur. Rogavimus etiam iiſdem litteris magnitudinem veſtram, quemadmodum juſtum eſt. A vobis, non quales temporis qualitas, ſed inconſultorum vanitas expoſcit hominum, litteras accepimus. Non veniendi ad Synodum rationabilis eſſe excuſatio debuit: ſed & præſentes magnitudinis veſtræ debuerunt Nuntii intereſſe, qui aut ægritudinis, aut certæ difficultatis cauſa ſatisfacerent ſanctam vos Synodum declinaſſe. Eſt & aliud

Excommunicatio Papæ puerilites inepta. veſtris in litteris ſcriptum, quod non Epiſcopum, ſed puerilem ineptiam ſcribere deceret. Excommunicaſtis enim omnes, ut non habeamus licentiam canendi miſſam, ordinandi Eccleſiaſticas diſpoſitiones, ſi alium Romanæ ſedi conſtitueremus Epiſcopum. Ita enim ſcriptum erat: *Non habeatis licentiam nullum ordinare.* Nunc uſque putavimus, immo credimus, duo negativa unum facere dedicativum, niſi veſtra auctoritas priſcorum ſententias infirmaret auctorum. Nos vero intentioni veſtræ, non verbis, reſpondeamus. Si ad Synodum venire, & objecta purgare non differtis, auctoritati veſtræ proculdubio obediemus: ſed ſi (quod abſit) venire, & objecta vobis capitalia crimina purgare diſſimulatis, quum præſertim vos venire nihil impediat, non maris navigatio, non corporis ægritudo, non itineris longitudo; tunc excommunicationem veſtram parvipendemus: eam potius in vos retorquebimus, quoniam quidem juſtè facere poſſumus. Judas Domini noſtri Jeſu Chriſti proditor, immo venditor, cum cæteris priùs ligandi atque ſolvendi poteſtatem à Magiſtro in hæc verba acceperat:

Matth. 18. *Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis ſuper terram,* &c. Quamdiu enim bonus inter diſcipulos fuit, ligare atque ſolvere valuit: poſtquam vero cupiditatis veneno homicida factus, vitam occidere voluit, quem poſteà ligatum ſolvere, ſolutum ligare potuit, niſi ſeipſum, quem infeliciſſimo laqueo ſtrangulavit? Data X. Kalend. Decemb. & miſſa per Hadrianum Cardinalem Presbyterum, & Benedictum Cardinalem Diaconum.

11. *Qui quum ad Tyberim perveniſſent, eum non invenerunt (Pharetratus enim in campeſtria jam abierat:) nec quiſquam erat, qui his ubi ipſe eſſet, indicare poſſet. Quumque eum invenire non poſſent, cum eiſdem litteris ad ſanctam Synodum, quæ tunc tertio eſt habita, ſunt reverſi.

Imperatoris de Papa accuſatio. 12. Mox Imperator ait: Expectavimus adventum ejus, ut præſente eo, quod nobis egerit, quereremur. Verum quoniam eum non affuturum certo ſcimus, quàm perfidè nobiſcum egerit, ut diligenter agnoſcatis, etiam atq; etiam flagitamus. Notum itaque vobis facimus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, reliquoque Clero, nec non & Comitibus, & Judicibus, omnique Plebi, quod idem Joannes Papa oppreſſus à Berengario atque Adelberto rebellibus noſtris, miſit in Saxoniam Nuntios, rogans, ut pro amore Dei in Italiam veniremus, & Eccleſiam S. Petri ac ſeipſum ex faucibus eorum liberaremus. Nos verò, Deo adjuvante, quantum fecerimus non eſt neceſſe dicere, ut in præſentiarum videtis. Ereptus verò mea opera ex eorum manibus, & honori debito reſtitutus, oblitus juramenti & fidelitatis, quam mihi ſupra corpus S. Petri promiſit, eumdem Adelbertum Romam venire fecit, & contra me defendit, ſeditiones fecit, & videntibus noſtris militibus Dux belli factus, lorica & galea eſt indutus. Quid ſuper hoc ſancta Synodus decernat, edicat.

Sententia contra Joannem Papam. 13. Ad hæc Romani Pontifices, [Suffraganei ſcilicet Epiſcopi] reliquuſq; Clerus, & cunctus Populus dixerunt. Inauditum vulnus inaudito eſt cauterio exurendū, Si corruptis moribus ſibi ſoli, & non cunctis ub-

ctis obeſſet, quoquo modo tolerandus eſſet. Quot prius caſti, hujus facti ſunt imitatione inceſti? Quot probi, hujus exemplo converſationis ſunt reprobi? Petimus itaque magnitudinem Imperii eſtri, monſtrum illud nulla virtute redemptum à vitiis, à ſancta Romana Eccleſia pelli, aliumque loco ejus conſtitui, qui nobis exemplo bonæ converſationis præeſſe valeat, & prodeſſe ſibi: rectè vivat, ac bene vivendi nobis exemplum præbeat.

14. Tunc Imperator: Placet, inquit, quod dicitis; nihilque gratius nobis, quàm ut talis, qui huic ſanctæ & univerſali Sedi præponatur, inveniri poſſit.

15. His dictis omnes una voce dixerunt: Leonem venerabilem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Protoſcriniarium, virum approbatum, ad Summi Sacerdotii gradum nobis in paſtorem eligimus, ut ſit Summus & Univerſalis Papa Romanæ Eccleſiæ, reprobato ob mores improbos Joanne Apoſtata. Quum hoc omnes tertio dixiſſent, annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranenſe Palatium, ſecundum conſuetudinem cum *a* Cardinalibus ducunt, & certo tempore in Eccleſia ſancti Petri ad Summum Sacerdotium ſancta conſecratione attollunt, & fideles ſe ei affuturos jurejurando promittunt. Imperator confirmat Papam electum a al. laudibus.

SENATUSCONSULTUM ROMANUM.

Anno Chriſti 964.

DE LEGE REGIA, QUA A PAPA, SENATU POPULOQUE Romano jus omne & poteſtas OTTONI I. Imperatori & in eum confertur: item de electione Romani Pontificis, & inveſtituris Epiſcoporum, &c.

CUM SCHOLIIS

THEODORICI A NIEM EPISCOPI VERDENSIS & Cameracenſis, Protonotarii quondam Apoſtolici &c.

CONVENIT Apoſtolico moderamini, petentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione præbere aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud conditorem omnium reperitur. Deinde quoque & cunctum Clerum, & omnem populum aſſerimus eſſe concordem, & ad meliorem ſtatum fore productum. Atque ideo, quia juſtè & rationabiliter veſtra humilitas à noſtro Apoſtolatu humiliter poſtulat, quatenus gratulanter peragentes ſanctam Synodum veſtro conſilio congregatam in Patriarchio Lateranenſi, in Eccleſia ſancti Salvatoris conſtitutam à pluribus viris Catholicis, Epiſcopis, & Abbatibus, inſuper Judicibus, & Legis Doctoribus, promulgantes qualiter quiete & pacificè ſtare & vivere valeamus, præſentibus omnibus & ſingulis regionibus hujus almæ urbis Romæ, & ex omnibus ordinibus Cleri & populi, aſſerentibus & confirmantibus per omnia, ut hæreſi & altercatione ac omni errore expulſo (quoniam his temporibus error ex hoc accreſcere cernitur,) diſcernatur tam de Romano Imperio, quam de Apoſtolica Sede ac dignitate Patriciatus, & de inveſtituris Epiſcopatuum. Idcirco ad exemplum beati Adriani, Sedis Apoſtolicæ *b* hujuſmodi Epiſcopi, cujus vitam & actionem ſatis diſcretam audivimus, & rationabilem admodum in ſuis ſpiritualibus ſanctionibus recognovimus. Idem enim ſanctus vir ſanctam Synodum congregavit, & in præſentia omnium, eorumque auctoritate, Domino CAROLO inviĉtiſſimo Regi Francorum & Longobardorum, ac Patricio Romano, ſuiſque ſucceſſoribus, Regnum Italiæ, Patriciatus dignitatem ac ordinationem Sedis Apoſtolicæ conceſſit: inſuper & Epiſcopatuum inveſtituras, velut ipſi eum diſcretione & reverentia libitum fuerit, [præter quos tam Pontifici ſummæ Sedis, quàm Archiepiſcopis ipſe Carolus reliquit.] b al. Apoſtolicæ ſedis Antiſtitis.

2. Igitur nos LEO Servus ſervorum Dei, Epiſcopus, ad idem exemplum beati Adriani, cum cuncto ſimiliter Clero & univerſo populo Romano, omnibuſque ordinibus hujus almæ Urbis, ſicut in ſuis ſcripturis apparet, conſtituimus, confirmamus, & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus atque largimur Domino Otthoni Primo Auguſto, Teutonicorum Regi providentiſſimo, c incluſa deſunt apud Niemium. * vet cod per manum Apoſtolicam, dignitatem.

SCHOLIUM.

*Vocat eum Otthonem Primum, quia voluit eſſe certus, quod regnum Italia ſibi ſuiſque ſucceſſoribus, Imperatoribus Germanis, qui eſſent pro tempore uſque in perpetuum, per eundem Papam & ſuos ſucceſſores, etiam qui eſſent pro tempore, nunquam poſſet aut deberet conferri. Nihil enim aut modicum invenit, quod ſpectaret ad jus & proprietatem Romani Imperii, dum illud in ſe aſſumpſit. Erat enim propter impotentiã & negligentiam Gallicorum, deſcendentium ab ipſo Carolo Rege, Græcis & Barbaris nationibus atq; Paganis illud ubiq; impugnantibus, quaſi totaliter diſſipatum atq; confuſum. Eratq; iſte Otho Primus Auguſtus, filius Henrici Primi, ad quem Ludovicus tunc Imperator & Rex Francorũ, qui ultimus fuit de ſucceſſione dicti Caroli Primi Auguſti, tunc debilis, accerſivit * Encceardũ Comitẽ Elzatiæ, & quarundã vicinarũ partiũ, dicens ei: Frater chariſſime, video res noſtras de die in diẽ male procedere, & Saxonũ negocia multivariè proſperari. Fac igitur, quod tibi mando, & accede ad Henricũ Ducẽ Saxoniæ, & illi inſignia veterũ Regum Francorũ mei parte præſenta, quia meliorẽ & utiliorẽ eo ad defendendũ Rempublicã nõ cognoſco * modo. Qui quidẽ Comes fraternũ ſequendo mandatũ, dictũ Ducẽ ad oppidũ Frizlaren Maguntinæ diœceſis convocavit: cui venienti illic mentẽ dicti fratris ſui aperuit, eumq; rogavit ut* * Eburhardum Com. Francorum vocant alii. * al. modum.

 tantum

tantum donum ſibi oblatum nullatenus refutaret. Ipſe a. Henricus, convocatis illic Prælatis & Proceribus regni Galliæ & Saxoniæ, & eorū omniū accedentibus exhortationibus & precibus, ſe de regimine Imperii & regni Galliæ intromiſit. Noluit tamen in Regem ungi, aſſerens non mereri ungi, pro eo quod dictor quo obviis aliquando extitiſſet. Qui ſic aſſumpto in ſe regno, laudabiliter & ſtrenue ipſum rexit Imperium Almaniam reintegrando quoad omnia dominia, quæ prius Reges Francorum & Imperatores illius nationis in ipſa Germania aut jure belli vel alias quomodolibet usq; ad illa tempora tenuerunt. Et ultrà dictus Otho Primus Auguſtus, filius (ut prædicitur) dicti Henrici Primi, tanquam fidelis & conſtans Imperator, ſuo addit Imperio Lotharingiam, & etiam regnum Burgundiæ in partibus Gallicanis, quæ extunc ſub jure & proprietate Romani Imperii hactenus permanſerunt.

3. Spirituali in Chriſto filio noſtro, ejusque ſucceſſoribus hujus regni Italiæ in perpetuum, tam ſibi facultatem eligendi ſucceſſorem, quam ſummæ Sedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi: ac per hoc Archiepiſcopos ſeu Epiſcopos, ut ipſi tantum ab eo inveſtituram accipiant, & conſecrationem ubicunq; pertinuerit; exceptis his, quos Imperator Pontifici & Archiepiſcopis conceſſit. Ita demum aſſerimus, quod nemo deinceps, cujuscunque gradus vel conditionis, aut dignitatis ſeu religionis, eligendi Regem vel * Patricium ſive Pontificem ſummæ Sedis Apoſtolicæ, aut quemcunque Epiſcopum, vel ordinandi habeat facultatem, a ſed ſoli Regi Romani Imperii hanc reverendam tribuimus facultatem, quam absque omni pecunia diſponet,

* al. Principem.
a al. abſque conſenſu ipſius Imperatoris, quod tamen abſque omn.

S C H O L I U M.

Nota quod ſemper excipitur Simonia in conceſſionibus Epiſcopatuum, & etiam majorum ſedium. Et cum ita ſit, cur igitur ita introductum ſit per Eccleſiam & Eccleſiaſticos, qui Romanæ Eccleſiæ præfuerunt, ſcilicet Papam & Cardinales, qui tunc in Avinione reſiderunt, quod per eos promovendi in Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates concordarent cum Camera Apoſtolica, & pro communi ſervitio Dominorum Cardinalium: & alias nulli extunc providebatur, vel nullus creabatur Antiſtes, niſi hæc ſolveret ſeu ſe ſub horribilibus pœnis ad id obligaverit?

4. Ac regei, utpote Rex, & Patricius Romanus. Quod ſi à cuncto Clero & univerſo populo quis eligatur Epiſcopus, niſi à dicto Rege laudetur & inveſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc regulam, & authoritatem Apoſtolicam & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliquo repertus fuerit, ſive contra hoc noſtrum * Concilium agens, ſciat ſe in iram ſancti Petri Principis Apoſtolorum, & filii noſtri Domini Otthonis, ejusque ſucceſſorum, & omnium prædeceſſorum noſtrorum cenſuram, & anathematis vinculum incurſurum, ac per hoc excommunicationi univerſalis Eccleſiæ omnisque populi Chriſtiani eum ſubjacere decernimus. Inſuper, niſi a malo reſipuerit, irrevocabili exilio puniatur, vel ultimis ſuppliciis feriatur. Qui vero pio intuitu cultos & obſervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam cum omnibus Sanctis ſine fine mereatur habere in ſecula ſeculorum, Amen. In his actis interfuere Senatores, Proconſules, Exarchatus Vicemtenentes, Regionarii Scholæ Græcorum,

* al. Conſilium.

S C H O L I U M.

Et nunc eſt titulus Cardinalis prædicta Schola, & olim in ea legebantur Septem artes liberales, & præcipuè Rhetorica. Et etiam in ea legit quandoque beatus Auguſtinus, & Joannes vocatus de Anglia. Et fuit mulier de Moguntia nata, quæ ſtuduit Athenis ſub virili habitu, & in tantum profecit in artibus ipſis, quod tandem veniens ad Romam, & per biennium in eadem Schola artes ipſas liberales legit, & adeo ſufficiens fuit, quod etiam majores & nobiliores Urbis ejus lectiones frequenter audiverunt. Et poſtea in Papam eligitur concorditer à Romanis, & Papatum biennio & amplius tenuit. Sed tunc diutius ocio & deliciis vacans non potuit continere, ſicut prius fecit, dum ardenter in paupertate poſita literarum ſtudio inſiſtebat. Unde dum quadam die in rogationibus cum Clero Romano, ſicut tunc moris erat, in ſolenni proceſſione incederet, Papalibus ornata divitiis, edidit filium ſuum primogenitum, ex quodam ejus Cubiculario conceptū, prope templum Pacis in Urbe, ut adhuc vetus ſtatua marmorea illic poſita figurativè monſtrat. Unde Summi Pontifices, dum ad Lateranenſem de baſilica Principis Apoſtolorū & è contra vadunt, illud rectū iter non faciunt, imo per alias vias per indirectū tranſeunt, illud aliquantulū prolongando.

5. Arabum, Judæorum, & Paganorum, & de majoribus omnium platearum: inſuper Cardinales, Archiepiſcopi, omnes Presbyteri & Epiſcopi de finitimis civitatibus, Proceſſionarii, Notarii, Cancellarii, & ex omni plebe Romani Imperii. Datum in Patriarchio Lateranenſi, indict. VI. anno *** & dicti Domini Otthonis ſecundo, fœliciter.

Anno Chriſti 964.

SENATUSCONSULTUM ROMANUM.

DE RESTITUENDIS ROMANO IMPERIO OMNIBUS temporalibus, quæ per Reges ac Imperatores Eccleſiæ Romanæ in damnum Imperii ſimul & ipſius Eccleſiæ collata fuerant.

CUM SCHOLIIS *THEODORICI A NIEM EPISCOPI VERDENSIS & Cameracenſis, &c.*

NOS LEO, ſervus ſervorum Dei, Epiſcopus, OTTHONI ſpirituali filio noſtro in Chriſto, Imperatori Auguſto, & omnibus ſucceſſoribus ſuis Imperatoribus ac Regibus regni Italiæ.

1. Quæ-

1. Quæcunque Dominus Karolus Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanus, necnon Pipinus pater ejus, de regalibus regni Italiæ tribuerunt in ſancta Romana Eccleſia beato Petro Apoſtolo, ſive per inſtrumenta, quæ ſcripta fuerunt per Etherium Notarium ſuum, ſive per * ſacrā. ſive donationes, ſeu per alios modos ſibi obvenerunt à Juſtiniano Imperatore, & Atiperto Rege: hæc omnia largimur & diffinimus vobis Othoni Imperatori, & Alheidæ conjugi tuæ regnique conſorti, veſtriſque utriusque ſucceſſoribus regni Italiæ in perpetuum, præſentibus ſacroſanctis Evangeliis, & patrociniis plurimorum Sanctorum, (videlicet

* al. ſacramēta vel donat.

SCHOLIUM.

Nota, quomodo Papa in generali Concilio ſuper iſtis venerabilibus reliquiis abjuravit perpetuo illa regalia & temporalia, quæ tranſtulit in ipſum Otthonem Primum Auguſtum ejusq; ſucceſſores, ac Romano Imperio reſtituit irrevocabiliter & in perpetuum. Et advertendum eſt, cum quanta authoritate & ſolennitate etiam illa reſtitutio proceſſit, propter rationes & cauſas potiſſimè, prout habetur in textu: ſed fuerunt multa alia majores & potiores, ſicut præcipuè in Geſtis Saxonum continetur.

2. De Cruce Domini, & de Caligis pedum ſuorum, & de veſtimento inconſutili, & ſuper Corpus beati Petri, cum terribilibus ſacramentis, à Papa prædicto & ſuis Cardinalibus,) per conſenſum & authoritatem totius populi Romani, tam Clericorum quam Laicorum, de omnibus ordinibus Romanis ex unaquaque regione præſentibus, laudantibus & confirmantibus pro nimia perſecutione Paganorum.

3. Et Deus omnipotens tibi victoriam largiri dignetur, & expellere eos de Provinciis Romani Imperii. Prædictas autem donationes, quas ſpecialiter hic nominabimus, & perpetualiter in regalibus rebus ſubjacere volumus per noſtram Apoſtolicam traditionem: Surrianum, Montem Bordenſem, & Lunæ inſulam, Corſicæ regnum, Parmam, Mantuam, Montenſelete, inſulam Venetiarum, Ducatum Ferrariæ, Gavellum, *a* Caniodam, Ducatum Hiſtriæ, Dalmatiam, Exarchatum Ravennæ-tenſem, Faventiā. Ceſenam, caſtrū Tiberiatus, Roccam Modilanam, Roccā Comiza, Roccam Cornicularīam, Civitadellam, arcem Mediolanam, arcem Comenſem, Terminum Terminum, caſtrum Ceperianum, terram Cornulariam, Roccam Favillam, Petram de Applaſeu caſtrum Tuſinianum, Petram *b* Mauri, Cernutullam, Ducatum Arimini, Contam, montem Ferretum, montem *c* Capiniam ſeu Olympicum, caſtrum Exforii, Bobium, Eugubium, Urbinum, forum Semporii, Galli & Senogalli, Anconam, Auximanam, Guſam, Ducatum Peruſii, Urbeneram & Tudrium, Amelia, Ortum montis Sarapti cum oppidis ſuis, caſtrum Ciminum, caſtrum Gallera, caſtrum Sutrianum, Caſtellanum, Tiburtinum, Ducatum Spoletanum, Marcham Marlii & *d* Anchar, *e* Theanum, Locumbarem terram, Termulanenſem, Drogonajam, Liſima montis Gargani, & Capitenacam Apuliam, Calabriam, *f* Bar, Theantrum, Ducatum Neapolim, Ducatum Beneventi, Capuam, Salernum, Otrenti inſulam, Sardiniam inſulam, Meſanam, Aticiæ Inſulam ſcumontis Lucreti, montis Argentarii, territorium Cuſitanum, territorium Præneſtinum, & Cornetum prope mare cum multis caſtris, terram Silandis, terram Cluſinam prope Peruſiam, terram Fundanam, terram Caſſipate, terram *g* Vegetanenſem, terram Claudianam, terram Camilinam, terram Sabinenſem, terram *h* Sirani, terram Coranii, terram Portuenſem cum Inſula Archis, terram Oſtienſem cum maritimis, caſtrum Lucolis, & Montisbobium cum tota Campania. civitatem Fundis, civitatem Aquinenſem, Ferentium & Terracium, civitatem Lamenium, & Sufforariam, *i* Liſuuairas, Septimi, *k* Tranueicies, civitatem Nephiſii, civitatem Faliſenam, Fidenam, Villam magnam, Ferctrum, Clycernam, Vitrialam. Pontealongum, Geſſum, Roccam Bergalli, Roccam Farianam, Roccam Pallioli, caſtrum ruptum, Alborum, caſtrum Rubeum, Neapolim, *l* Galinpolim, Cotronum, Regium *m* Almæ Sitonis, Trsnspadum, caput Apuliæ, Melphim, *n* Belleum, Pineum, Fortomini, civitatem Maritimam Territanenſem in regno Trinacriæ, Patarenſem, Meranenſem, *o* Catanienſem, Athenarium, Monaſterium ſancti Benedicti in monte Caſino, Monaſterium Farſenſe, Monaſterium Imbellimarum, Monaſterium ſancti Vitalis Ravennæ, Monaſterium ſancti Hilarii, Monaſterii ſancti Archangeli Bononienſis, Monaſterium Aula Regia, Monaſterium Novanculæ, Monaſterium Martyrum conſtitutum in Tuſcia; ut hæc omnia habeatis, teneatis,

a Camaclum
b al. Mauri Servitealoi.
c al. Carpiminu.
d al Zangar.
e Theatium.
f al Borteranrum.
g al. Vegeranam
h al. Suzaienſem.
i al. Liſutunas.
k al. Framicies civit. Nephiſii civ.
l al. Saliopolim.
m al Almeficonis.
n Belbuiſe.
o al. Cachamenſem Athenatum. Ablano dictorum dominorum.

SCHOLIUM.

Quare igitur iſta ſunt oblata eidem Imperio Romano, & nunc per diverſos tenentur occupata, tanquam ſi ſint de jure & proprietate Eccleſiæ Romanæ? Et illa forſan eſt cauſa, quare tam ſiniſtrè procedunt in capitibus negotia Catholicæ fidei.

NB Fidei Catholicæ negotia quare inſeliciter ſuccedant.

4. Et poſſideatis in perpetuum ad uſus Curiæ & militiarum veſtrarum ad bellandum & expugnandum contra prædictos Paganos, & contra rebelles Romani Imperii. Ideoque per hujus noſtri authoritatem inſtrumenti confirmamus, & corroboramus in omnibus progeniebus veſtris, de generatione in generationem in perpetuum. Quod ſi quiſquam hanc authoritatem noſtram deſtruxerit, & hujus violator eſſe repertus fuerit, ſive contra hoc agens, ſciat ſe in iram beati Petri Principis Apoſtolorum, & noſtram noſtrorumque prædeceſſorum caſurum. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, * ſubjacebit Legi Juliæ, reus Regiæ Majeſtatis & Reipublicæ, ut hii, qui contra Rempublicam, vel contra Imperatoriam Majeſtatem aliquid moliti fuerint, animæ amiſſionem ſuſtineant, & bona eorum publicentur. Fiat, fiat.

* al ſubjaceat L.I & ejus Reg. poteſtari.

Actis iſtis interfuere Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii de vicinis Comitatibus,

5 Archiepiſcopus Calaritanus.

Ciconatus Epiſcopus.

a al. Euſtachius.
Hic deeſt in exemplari Niemiano editionis Baſilienſis per Schardium.
* al. Tiburtinus.
b al. Beardus.
c al. Perusinus.
d al. Ottenenſis.
e al. Nomentanenſis.
* al. Menenſis.
f al. Miletenſis.
g al. Sanc Feranſ.
h al. Lucerinus.
i al. Geordinus.
k al. Andreas.

a Euſtaſius Albaneoſis Epiſcopus.
Gratioſus Præneſtinus Epiſcopus.
[Martinus Narnienſis Epiſeopua.]
Benedictus * Tudertinua Epiſcopus.
b Boardus Caſtrenſis Epiſcopus.
Joannes c Peruſienſis Epiſcopua.
Georgius d Ortenſis Epiſcopus.
Andreas e Mamentanenſis Epiſcopus.
Georgiua Tudertinus Epiſcopus.
Valentinus * Merenenſis Epiſcopus.
Theodoſius f Melitenſia Epiſeopus.
g Savianus Feraneoſis Epiſcopus.
Albertus h Lucerinenſis Epiſcopus.
Damianus Alanus, Epiſcopus.
Hi omoes Archiepiſcopi & Epiſcopi in his actis interfuere.

Cardinales Presbyteri.

i Georgius Cardinalis ad vincula.
Benedictus Cardinalis de Præſepe ſanctæ Mariæ.
Cardinalia Presbyter Leo ſanctæ Hieruſalem.
Januarius Presbyter Cardinalis ſanctæ Cæciliæ.
Cardinalis Presbyter Fauſtinus ſancti Petri Apoſtoli.
k Marcus Presbyter Cardinalis Patriarchatus Lateraneoſis,
Julianua item Lateranenſis Presbyter,
Hi omnes Cardinales biaactis interfuere,
* Omnes Scholæ Romanæ.

* al. ſubſcriptio Romanorum civium.

Deinde Proſcrinarii, Satellarii, ex omoi Ordine Romaoenſi, atqoe minoris populi Romani.

Item:

l al. Protribunus. al. Probonus Exc. Palatinus.
m al. Lucianus Romanenſis.
n al. Palatii, al. Palatini.
o al. Claudiana.
p al. Aurelia.
q al. Scaniphus al. Stephanus. al. Stanphus.
r al. Ardeatium.
s al. Menanus. al. Mecianus.
t al. Vicoprinch.
u al. Violeta.
x Celimonte. al Celiomonte.

Fauſtinus, caput Senatus Exconſul.
l Probinus, Exconſul de Palatio Luciano.
m Romanus de Forma Trajana.
Paulus de templo n Palatino.
Joannes de Via o Claudia.
Leo de Via Salaria.
Remigius de Via p Amelia.
q Scaniphus de Via Mamertina.
Romulus de Via r Ardeatina.
Sardus de Via Flaminia.
Marcus de Via Portuenſi.
Garbus de Via Latina.
Savinus de Via Appia,
s Marianus de Via Tiburtina.
Gardua de Macello Lydiæ,

In his actis etiam interfuere de omnibus iſtis Regionibus.

Regio t Vico Patricii.
Regio u Violata.
Regio Caput Tauri.
Regio x Cælimontis.
Regio Rivi Argentarii.
Regio Prima Aventini.
Regio ad duos montes,
Regio Urbis Ravennæ.
Regio Octava ſub Capitolio.
Regio ad Gallinas albas.
Regio * Labantica.
Regio * Horea.
Regio * Fuctim.
Regio * Secunda Mamertini.
Regio ſecus * Portam Metroni.

al. Lybani.
al Herca.
al Sictim.
al Fundana,
* al. Pormetronis.

y al nota.
z al. Trojanus de Ponte Molbis. reg. Mulvio.
a al. Palio Soſoritan. al. Soſort.
b al. Jobianus
c al. Cuto. al, Circo.

Januarius ex y Neta Græcorum.
z Trajanus de Moote Molbio.
Joannes Conſul de a Palatio Soſaritano.
Amacius Conſul de Palatio Vaticano,
b Joannes de Monte aureo.
Petrocius de c Cirio.
Gregorius de Cella nova.
Scripta per manum Gregorii Archinotarii noſtri. Datum in Patriarchio Lateranenſi, tertio Kalend Maji. Indict. VI. Anno Sedis noſtræ ſecundo, & dicti Domini Otthonis Secundo, fœliciter.

OTTO-

OTTONIS I. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 966.

DECRETA COMITIORUM WORMACIENSIUM.

ANno Chriſti ſupra noningenteſimum ſexageſimo ſexto, Imperator Principes Germaniæ Wormaciam vocat. Ibi de rebus duabus præcipuis conſultatum eſt: primum de confirmatione OTHONIS filii in Imperio: deinde de nova rurſus in Italiam expeditione. Prima deliberatione itum eſt in ſententiam Imperatoris, quam ipſe propoſuit, nullo homine diſſentiente: altera decretum, ut Principes Imperatorem in Italiam ſequantur, aut dignos Legatos mittant.

EIUSDEM EDICTA ROMAE PROPOSITA.

Eodem anno

NE quis aut Imperatoris aut Pontificis juſſa decretave violet, aut otium Urbis turbet, aut factiones alat, aut clandeſtina arma inferat, aut loca munita ſine conſenſu teneat.

2. Similiter pœnas ſtatuimus capitales in contumaces, ſeditioſos, rebelles.

3. Qui Magiſtratus aut Decuriones poteſtate ſua publica nimis libidinoſè utuntur, neque præſcripto legum, ſed ſuo libitu agunt, non ſolum in civitate, ſed etiam in eccleſia, factis ipſorum & impunitate examinatis debito rigore juſtitiæ, nocentes reperti reſtibus jugulentur.

4. Qui templis Divorum, aut laribus domeſticis, aut fortunis civium vim infert, capite luat.

5. Qui tanto obſcœnitatis furore & licentia abripitur, ut nec corporibus hominum ingenuorum parcendum putet, propter criminis fœditatem ſtrangulatus flammis è medio populi Dei auferatur.

OTTONIS I. IMPERAT. AUG.

Anno Chriſti 968.

EDICTUM

AD DUCES ET PRAEFECTOS GERMANIAE.

OTTO divino nutu Imperator Auguſtus, Hermanno & Theodorico * Ducibus, cæterisq; publicæ rei noſtræ Præfectis omnia amabilia.

* Sc. Saxoniæ.

Deo volente, ſalus omniaq; proſperè ſuccedunt. Cæterum nuntii Conſtantinopolitani Regis dignitate ſatis inſignes nos adeunt, pacem (ut intelleximus) admodùm quærentes. Quoquo modo res geratur, bello, Deo volente, nos nullo modo temptare audebunt. Apuliam & Calabriam provincias, quas hactenus tenuere, niſi conveniamus, dabunt. Si verò voluntati noſtræ paruerint, præſenti æſtate conjugem cum æquivoco noſtro Ottone ſcilicet Juniore in Franciam dirigentes, per Fraxinetum ad deſtruendos Sarracenos, Deo comite, iter arripiemus, & ſic ad vos diſponemus.

Prætereà volumus, ſi * Redares (ſicut audivimus) tantam ſtragem paſſi ſunt, (ſcitis enim quàm ſæpe ſidem fregerint, quas injurias attulerint) ut nullam nobiscum pacem habeant. Unde hæc cum Hermanno Duce ventilantes totis viribus inſtate, ut in deſtructione eorum finem operi imponatis. Ipſi, ſi neceſſe fuerit, ad eos ibimus.

* Gens Sclavica nunc ſub dmone Electoris Brandeburgi, ut putatur.

Filius noſter in Nativitate Domini coronam à Domino Apoſtolico in Imperii dignitatem ſuſcepit. Scripta decimo quinto Kal. Febr. in Campania, juxta Capuam.

OTTONIS II. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 978.

CONSTITUTIO

Super confirmatione juris municipalis Maydeburgenſium, ac prærogativa Scabinorum.

NOs OTTO Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, ſignificamus publicè per præſentes, quod honeſti & fideles civitatis noſtræ Maydeburgenſis incolæ ad nos venientes, humiliter declararunt nobis, patrem noſtrum vita functum, Cæſarem OTTONEM Magnum, civitatem Maydeburgum jure municipali inſtituiſſe, ad utilitatem & emolumentum regionis Saxoniæ, ut Dei atque Imperii nomine illud jus manuteneant, & injuſticiam comprimant omnium civitatum & terrarum, quæ à Maydeburgo initium & fundationis originem ducunt ſuam, utique omnibus jura petentibus ſententiam ſuam pronuncient: rogaruntque nos, ut ea illis confirmaremus. Nos itaq; habentes rationem illorum fidei & prudentiæ confirmamus Maydeburgenſibus, & potiſſimum terræ Saxoniæ, omnes libertates & privilegia, quibus ſunt nominanter à patre noſtro inſtituti: & præſertim concedimus illis, quod debeant civitatis commodo conſulere, & civitatis noſtræ officia ſub juramento conferre; quod equidem juramentum ſeniores & prudentiſſimi quique ejusdem civitatis ſuſcipere debent ea cum auctoritate, perinde ac ſi nos præſentes adeſſemus.

2. Adhæc concedimus ejusdem civitatis Scabinis eam facultatem, quod poſſint & debeant feudum ſuſcipere ab Epiſcopo, ſiquidem ille ſua regalia ſeu feudum à Romanorum Rege collatum habuerit.

3. Porrò

3. Porrò Scabini nulla ratione à functione ſua rejiciendi ſunt, niſi eorum quiſpiam contra jura ſua deliquerit, vel jus amiſerit ſuum. Verùm ad Sedem Scabinalem ſuccedere debent jure feudali.

4. Quin eam quoque gratiam illis concedimus. Si contingat Scabinales ſententias reprehendi, illos non poſſe propterea ad ulla alia loca pertrahi, præterquam ad Palantiam noſtram, ante Principes noſtros, qui ad eam citandi ſunt. quòd ſi Principes non comparuerint, Imperio erunt obnoxii.

5. Præterea hac prærogativa & auctoritate eos inſignitos eſſe volumus, quòd propter latas ſententias nihil prorſus damni perpeti cogantur; imò quicquid ipſi pro jure invenerint, huic nos & omnes ſucceſſores noſtri aſſenſum præſtare, & id pro rato habere volumus

6. Quare mandamus omnibus Imperii ſubditis, ſive ſint ſpirituales, ſive ſæculares, ne ſupramemoratæ Civitatis juribus & libertatibus voluntate, verbis, operibus aut permiſſione aliqua incommodent. Omnes verò edictum hoc noſtrum transgredientes, pœna corporis & facultatum omnium erunt mulctandi, perinde ac ſi convicti forent.

7. Et ad perpetuum hujus rei teſtimonium præſens hoc privilegium cum appenſili Majeſtatis noſtræ ſigillo corroboravimus. Datum cum conſilio Præfectorum Imperii, & prudentiſſimorum quorumvis, denique cum conſenſu etiam terræ, anno poſt Chriſti nativitatem DCCCCLXXVII. anno primo Imperii noſtri, feria ſecunda ante Pentecoſten, in Palantia Maydeburgenſi.

Anno Chriſti 982.

OTTONIS II. IMPER. AUG.

DECRETA COMITIORVM VERONENSIVM.

a Illata per Saracenos in Italia, & Sclavos in Germania.

IMPERATOR in Conventu Veronenſi, quo Principes vocari præceperat, calamitate *a* publica expoſita, Principes rogat & hortatur, in commune ut conſulerent: ne Reſpublica domi foriſque afflicta majoribus incommodis afficeretur, aut magna ex parte interiret. Capita deliberationis erant, quo modo eſſet Italia defendenda; & quibus rationibus poſſit Germania eſſe ſalva. Una omnium Principum mens & ſententia fuit, non deſerendam Italiam: & Germaniam viro alicui virtute & meritis ſpectato, tanquam Imperatoris Vicario committendam.

b Otthonem III Regem Rom.

2. In hæc verba cum conſenſiſſent Duces & Præſules; & eſſent operam, induſtriam, fidem ſe dignam, polliciti: Imperator ſe in Italia manſurum dicit: ipſis ſuum commendat *b* filium, & nominatim Othoni Suevo, & Bernhardo Luneburgio, viris fortunatis & fortiſſimis.

3. Matri Adelheidi Papiam habitandam concedit: eique cuſtodes ac miniſtros præſidiaque aſſignat, & poteſtatem in Inſubres tribuit.

c Qui poſteà imperavit hoc nomine Secundus.

4. Henrico patrueli Bavariæ Duci, ne quid novi ſuo more agitaret, metum omnem demit, eique planè ignoſcit: tum filio ejus *c* Henrico jus ſuccedendi in avita ditione tradit.

5. Othonem Sueviæ Ducem, cum poteſtate Legati atque Vicarii remittit in Germaniam.

6. Deliberatis aliis rebus quàm plurimis, & conſtituto Reipublicæ ſtatu, cum valedixiſſet ſingulis & univerſis Imperator, patriam eis ſumma gravitate & contentione commendat: ipſe Romam cum ſelecta manu militum proficiſci ſtatuit, ut retineret in officio Italiam; & hoſtibus religionis Saracenis terrori in propinquo eſſet.

Anno Chriſti 997.

OTTONIS III. IMPER. AUG.

CONSTITUTIO

De otioſis Civibus.

SANCIMUS, ne otioſi in civitate locum habere permittantur. Dat. Florentiæ ad mandatum Imperatoris.

Hugo Marchio Brandenburgenſis & Vicarius Imperii in Tuſcia & Hetruria.

Anno Chriſti 998.

OTTONIS III. IMPER. AUG.

CONSTITUTIO

De Iure ac poteſtate Imperii, de donatione Conſtantini & Caroli Calvi, de aſſignatione bonorum, quibus Pontifices Romani ad ſui ſuæq; Eccleſiæ ſuſtentationem uti frui debeant.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO ſervus Apoſtolorum, & ſecundum voluntatem Dei Salvatoris Romanorum Imperator Auguſtus. Romam caput mundi profitemur: Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum eſſe teſtamur; ſed incuria & inſcientia Pontificum, longè ſuæ claritatis titulos obſuſcâſſe. Nam non ſolùm, quæ extra Urbem eſſe videbantur, vendiderunt, & quibusdam colludiis à lare ſancti Petri alienaverunt, ſed (quod abſque dolore non dicimus) ſi quid in hac noſtra urbe Regia habuerunt, ut majori licentia evagarentur, omnibus indicantes pecu-

pecunia in commune dederunt, & ſanctum Petrum & ſanctum Paulum, ipſa quoque altaria ſpoliaverunt, & pro reparatione ſemper confuſionem duxerunt. Confuſis vero Papaticis legibus, & jam abjecta Eccleſia Romana, in tantum quidam Pontificum irruerunt, ut maximam partem Imperii noſtri Apoſtolatui ſuo conjungerent, jam non quærentes quæ & quanta ſuis culpis perdiderunt, non curantes quanta ex voluntaria vanitate effuderunt; ſed ſua propria, utpote ab illis ipſis dilapidata, dimittentes, quaſi culpam ſuam in Imperium noſtrum retorquentes ad aliena, id eſt, ad noſtra & noſtri Imperii, maximè migraverunt.

2. Hæc ſunt enim commenta ab illis ipſis inventa, quibus Johannes Diaconus cognomento Digitorum mutuis præceptum aureis literis ſcripſit, ſub titulo Magni Conſtantini, longi mendacii tempora finxit. Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt quendam *a* Carolum ſancto Petro noſtra publica tribuiſſe. Sed ad hæc reſpondemus ipſum Carolum nihil dare jure potuiſſe, utpote jam à *b* Carolo meliore fugatum, jam Imperio privatum, jam deſtitutum & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit; ſic dedit, ſicut nimirum dare potuit, utpotè qui malè acquiſivit, & dici ſe poſſeſſurum non ſperavit.

a Eo nomine II. cognomento Calvum.

b Qui integrè vocabatur Carolomannus, qui patri Ludovico II. in Imperio ſucceſſit, & heredem reliquit fratrē ſuum Carolum III cognomento Craſſum.

3. Spretis ergo commentitiis præceptis & imaginariis ſcriptis, ex noſtra libetalitate ſancto Petro donamus, quæ noſtra ſunt; non ſibi, quæ ſua ſunt, veluti noſtra conferimus. Sicut enim pro amore ſancti Petri Dominum Silveſtrum, magiſtrum noſtrum, Papam elegimus, & Deo volente ipſum ſereniſſimum ordinavimus & creavimus, ita pro amore ipſius Domini Silveſtri Papæ, ſancto Petro de publico noſtro dona conferimus, ut habeat magiſter, quod principi noſtro Petro à parte ſui diſcipuli offerat. Octo igitur Comitatus pro amore Magiſtri Domini Silveſtri Papæ, ſancto Petro offerimus & donamus, ut ad honorem Dei & ſancti Petri cum ſua & noſtra ſalute habeat & teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus noſtrique Imperii ordinet. Hos autem ſibi ad ordinandum concedimus, Piſaurium, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſabrum, Callium, Heſium, & Auſimum, ut nullus unquam ei & ſancto Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut cum aliquo ingenio fatigare. Quicumque vero præſumpſerit, omnia, quæ habet, amittat: & ſanctus Petrus, quæ ſua ſunt, recipiat.

4. Ut hoc autem in æternum ab omnibus conſervetur, hoc præceptum manu noſtra diu (Deo adjutore) victura confirmavimus, & noſtro ſigillo præcepimus inſigniri, ut ſibi ſuisque ſucceſſoribus valeat. Datum Romæ, &c.

Signum Domini Ottonis invictiſſimi Romanorum Imperatoris Aug.

In autographo Bulla eſt appenſa plumbea, in cujus una parte ſcriptum, ODDO IMPERATOR ROMANORUM.

In altera caput eſt hominis cum pilis criſpis cumque ſpatulis & inſcriptione, AUREA ROMA.

HENRICI II. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1002.

RESPONSUM AD CONSILIARIOS, SUADENTES, UT Hermanno Duci Alemanniæ æmulo ſuo, & Epiſcopo Conſtantienſi, qui Argentinam ſpoliarant, in Conſtantiæ direptione recompenſaret.

ABSIT, ut pro Herimanni inſania in *a* illum retorqueatur vindicta, à quo mihi Regni eſt conceſſa corona. Forsaſſis etſi pro Argentina Conſtantiam vaſtarem, non mihi damnum minuerem, ſed *b* duplicarem. Inſuper malè comparat Regnum, qui in ejus adeptione animæ poſtponit detrimentum. Coronavit me Deus non ad violationes Eccleſiarum, ſed ad puniendos violatores earum.

a. i. in Deum, cujus ſunt res Eccleſiarum.

b Quia Conſtantia æquè fuit civitas Imperii quam Argentina.

HENRICI II. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1014.

CONSTITUTIO.

De Regalibus beato Petro conceſſis.

IN nomine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

Ego HENRICUS, Dei gratia Imperator Auguſtus, ſpondeo atque promitto per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi beato Petro Principi Apoſtolorum & clavigero regni cœlorum, & per te Vicario tuo Donno Benedicto Summo Pontifici & univerſali Papæ, ſicut à prædeceſſoribus veſtris usque nunc in poteſtate veſtra ac ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis, civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis, ac maritimis *a* litoribus ac portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac viculis Tuſciæ *b* partibus, id eſt Portum, Centumcellas, *c* Ceram, Bledam, *d* Maturianum, Sutrium, Nepem, Caſtellum, *e* Galliceſe, Orthem, Polimartium, *f* Ameriam, *g* Tudam, Peruſiam, cum tribus inſulis ſuis, id eſt, *h* Majorem & Minorem, Pulvenſim & lacum, Narniam & Utriculum, cum omnibus finibus & territoriis ad ſupradictas civitates pertinentibus; nec non & Exarchatum Ravennatem ſub integritate, cum *i* urbibus, civitatibus, *k* oppidis, & caſtellis, quæ piæ recordationis *l* Dominus Pipinus, & *l* Dominus Carolus, & *l* Dominus Ludovicus, & Otto, & itidem Otto filius ejus, prædeceſſores videlicet noſtri beato Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jamdudum per donationis *m* paginacon-

a al. lateribus.

b al. pertinentibus.

c al. Caram.

d al. Marturnam. al. Maturanum.

e al. Galiſenſe.

f al. Ameliam.

g al. Tudertū.

h al. Majore & Minore. i omnibus urbibus. k al. civit. pertinentibus, nec non & opp. l al. Donnus ubique. m gratiam.

contulerunt, hoc eſt civitatem Ravennam. & Æmiliam, Bobium, Ceſenam, Forum *a* populi Livii, Faventiam, Imulam, Bononiam, Ferrariam, *b* Comaclum, Adrianis, atque Gabellum omnibus finibus, territoriis atque inſulis terra marique ad ſupradictas civitates pertinentibus & Pentapolim, videlicet Ariminum, *c* Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, *d* Auſ... Humanam, *e* Eſim, Forum Sempronii, montem Feltri, Urbinum, & territorium *f* Balnenſe, ...lem, *h* Luciolis, & Eugubium, cum omnibus finibus & territoriis ad eaſdem civitates pertine... Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à prædictis Imperatoribus anteceſſoribus noſtris Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, & eſt in partibus Tuſcis ...gobardorum, caſtellum Felicitatis, Urbem Veterem, Balneum Regis, Ferenti caſtrum, Viterb... Orthem, Martam, *i* Bledam, Tuſcanam, Suanam, Populonium, *k* Roſelles, cum ſuburbanis ac viculis, & omnibus territoriis, ac maritimis oppidis, ſeu finibus omnibus. Itemque *l* Almus inſula Corſica in Suriano, deinde in montem Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, ... de in Regium, exinde in Mantua, atque in monte Silicis, atque Provincia Venetiarum, & Iſtria, non & cunctum Spoletanum Ducatum, ſeu Beneventanum, una cum Eccleſia ſanctæ Chriſtinæ ſita prope Papiam juxta Padum in v. milliario. Item in partibus Campaniæ, *m* Sora, Arces, A...num, Arpinum, Theanum, Capuam, nec non & patrimonium, ad *n* poteſtatem & ditionem v... pertinentia, ſicut eſt patrimonium Beneventanum & Neapolitanum, atque patrimonia Calabriæ ſuperioris & inferioris. De civitate autem Neapolitana cum caſtellis & territoriis, ac finibus & in... ſibi pertinentibus, ſicut ad *o* eaſdem aſpicere videntur: nec non patrimonium *p* Siciliæ, ſi Deus ...ſtris illud tradiderit manibus. Simili modo civitatem Cajetanam, & Fundum, cum omnibus earum pertinentiis.

2. Super hoc confirmamus vobis *q* Fuldenſe monaſterium, & Abbatis ejus conſecrationem, atque omnia monaſteria, curtes & villas, quas in *r* Ultramontanis partibus ſanctus Petrus habere gnoſcitur, *s* abſq; Aterna, Vumiteringa, ſive Wilmbach, quæ à ſancti Petri Eccleſia per conventionis paginam Epiſcopo noſtro Babembergenſi collatæ ſunt: pro quibus ſæpedictæ Eccleſiæ ſancti transſcribimus, concedimus & confirmamus omnem illam terram, *t* quæ inter Narniam Teramnem vel Spoletum ex regni noſtri parte habuimus.

3. Sub tuitione præterea ſancti Petri, & veſtra veſtrorumq; ſucceſſorum prætaxatum *u* Epiſcopum Babembergenſem offerimus; unde ſub penſionis noſtræ debito equum unum album phaleratum ex ejuſdem loci Epiſcopo *x* vos annualiter ſuſcepturos *y* ſancimus.

4. Offerimus inſuper, firmamus, & corroboramus tibi beato Petro ac Vicario tuo Domino Benedicto, & ſucceſſoribus ejus, prout bonæ memoriæ Papæ Joanni, ſuiſque ſucceſſoribus à prædeceſſoribus noſtris Ottonibus factum eſt, civitates & oppida cum piſcariis ſuis, Reatem, Amiternum, *z* Furconem, Narſiam, Balvam, & Marſiam, & alibi civitatem Teramnem cum pertinentiis ſuis.

5. Has omnes ſupradictas provincias, urbes, & civitates, oppida, atque caſtella, viculos, ac territoria, ſimulq; patrimonia pro ſtatu regni noſtri, cunctoque Chriſtianorum populo conſervando jam dictæ Eccleſiæ tuæ, beate Petre, Vicarioque tuo Benedicto ac ſucceſſoribus ejus, uſq; in finem ſæculi eo modo confirmamus, ut in ſuo detineant jure, principatu, atq; ditione. Simili modo per hoc noſtræ delegationis pactum, confirmamus donationes, quas piæ recordationis Pipinus Rex, & poſtea Dominus Carolus excellentiſſimus Imperator, ac deinceps Ottones piiſſimi beato Petro Chriſti Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt: nec non & cenſum, vel penſionem, ſeu ceteras *a* donationes, quæ annuatim in *b* Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcis, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut in ſuprascriptis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam & Dominum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem *c* de ſupradictis Ducatibus, id eſt. Tuſcano, & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis prædictus cenſus ad partem Eccleſiæ ſancti Petri perſolvatur, ſalva ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem ſubjectione. Ceterùm, ſicut diximus, omnia ſuprascripta nominata ita ad veſtram partem per hoc noſtræ confirmationis pactum *d* corroboravimus, ut in veſtro permaneant jure, principatu, atque ditione; & neque à nobis, neque à ſucceſſoribus noſtris, per quodlibet argumentum ſive machinationem, in quacumque parte veſtra poteſtas imminuatur, aut à *e* vobis inde aliquid ſubtrahatur.

6. De ſupradictis verò provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, caſtris, viculis, territoriis, ac patrimoniis, nec non & penſionibus, atque cenſibus, ſed potiùs omnia, quæ ſuperiùs leguntur, id eſt provinciæ, civitates, urbes, caſtella, oppida, terræ, patrimonia, atq; inſulæ, cenſuſque, & penſiones, ad partem Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, atq; Pontificum in ſacratiſſima Sede illius reſidentium, nos in quantum poſſumus defenſores eſſe *f* teneamur, ad hoc ut eam illi ditionem ad utendum atque diſponendum firmiter valeant obtinere, ſalva in omnibus poteſtate noſtra poſterorumq; noſtrorum, ſecundum quod in pacto & conſtitutione ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis ſucceſſorumq; illius continetur, ut omnis Clerus & univerſi populi Romani nobilitas propter diverſas neceſſitates, & Pontificum irrationabiles erga populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas ſacramento ſe obliget, quatenus futura Pontificum electio, quantum uniuſcujuſq; intellectus fuerit, canonicè & juſtè fiat, & ut ille, qui ad hoc *g* ſanctum regimen eligetur, nemine *h* conſentiente conſecratus fiat Pontifex, priuſquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum vel univerſæ *i* generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, ac futura conſervatione, qualem Dominus & venerandus ſpiritualis Pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.

a al. Pompilii. b al. Comaclum. c al. Piſaurum. al. Piſaurum. d al. Auximū. e al. Eſium. f al. Balnenſe. al. Baluēſem. g al. Callis. h al. Tuccolos. i al. Pledam. k al. Roſcellas. l al. Alunis. al. alimentis. m al. Sira. n al. pot noſtram, & dit. veſt. o al. ad Eccleſiam vid. & tenentur. p al. in Sicilia. q al. Fundenſe. r al. Ultramarinis. s atq; Amenſura, Umixringa. t al. quam i. N Interamnē & Spol. u al. Epiſcopum. x al. nos. y al. ſanximus. z al. Furcovium.

a al. dationes. b al. Palatium. c al. pro tempore de ſup. d al. corroboramus. e al. nobis. f al. tenemur. al. teſtamur. Electus Pontifex non conſecretur ſine Imperatoris confirmatione. g al. Apoſtolicum. h al. contrariante. i fort. genuli. tatis. i. nobilitatis.

7. Præterea alia minora huic operi *a* inſerendum prævidimus, videlicet ut in electione Pontificum neque liber neque ſervus ad hoc venire præſumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per *b* conſtitutionem ſanctorum Patrum *c* antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod ſi quis contra hanc noſtram conſtitutionem *d* venire præſumpſerit, exilio tradatur.

8. Inſuper etiam, ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuſcumque impeditionis argumentum componere audeat *e* in præfatam electionem, prohibemus.

9. Nam & hoc omnimodò inſtituere placuit, ut qui ſemel ſub *f* ſpirituali defenſione Donni Apoſtolici ſive noſtra fuerint ſuſcepti, impetrata juſtè utantur defenſione. Quod ſi quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe *g* incurſum.

10. Illud etiam confirmamus, ut *h* Donno Apoſtolico juſtam in omnibus ſervent obedientiam, ſeu Ducibus & Judicibus ſuis, ad faciendam juſtitiam.

11. Huic enim inſtitutioni hoc neceſſariò annectendum eſſe perſpeximus, ut Miſſi Donni Apoſtolici ſeu noſtri ſemper ſint conſtituti, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter ſinguli Duces ac Judices populo juſtitiam faciant.

12. Hanc Imperialem conſtitutionem quomodo obſervent, qui Miſſi, decernimus ut primùm cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum vel Judicum fuerint inventi, ad noticiam Donni Apoſtolici deferant, & ipſe unum è duobus eligat, aut ſtatim per eoſdem *i* Miſſos fiant neceſſitates emendatæ, aut Miſſo noſtro nobis renunciante per noſtros Nuntios à nobis directos emendentur.

13. Hoc ut ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & veſtris firmum eſſe credatur, propriæ manus ſignaculo, & nobilium Optimatum noſtrorum ſubſcriptionibus hoc pactum confirmationis noſtræ roboravimus, & ſigilli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

✠ Signum Donni Henrici glorioſiſſimi *k* Romanorum Imperatoris Auguſti.
Signum *l* Erchanbaldi Maguntini Archiepiſcopi.
Signum Heriberti Colonienſis Archiepiſcopi.
Signum Bobonis Trevirenſis Archiepiſcopi.
Signum Thiederici Metenſis Epiſcopi.
Ego Eberhardus Bambergenſis *m* Eccleſiæ Epiſcopus *n* Romanæ Sedis ſubditus *o* ſubſcripſi.
Ego *p* Mazelinus Wirzeburgenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Walterius Spirenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego *q* Ruodardus Conſtantienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego *r* Rodalricus Curienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Adalbertus Baſilienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hemmo *s* Werdunenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Walter Heichſtedenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Signum *t* Richardi Fuldenſis Abbatis.
Signum Arnoldi *u* Herfendenſis Abbatis.
Signum Brucardi Abbatis.
Signum Gottifridi Ducis.
Signum Beringardi Ducis.
Signum Thiederici Ducis.
Signum Simonis Comitis.
Signum *x* Welphonis Comitis.
Signum Cunonis Comitis.
Signum Kunradi Comitis.
Signum Ottonis Comitis.
Signum *y* Bobonis Comitis.
Signum Frederici Comitis.
Signum Bezelini Comitis.
Signum Ezonis Comitis Palatini.
Signum Frederici Camerarii.
Signum *z* Ezonis Inſertoris.
Signum *a* Heuzonis Pincernarii.
Signum *b* Huzis.
c Alimunbereger.
Adilnan.
Adilbero.
Ego Wizelius *d* Aſtrazburgenſis Epiſcopus.
Signum Ryodhois Fluyanenſis Abbatis.

Gratian. diſt. 63 c. 132. v. a.
a al. interda.
b al. inſtitutionem.
c al. ſequa.
d al. [illegible]
Gratian. d. diſt. 63 c. 132. infr.
e al. in electione Romani Pontificis comp. vel omnino prohib.
f al. ſpeciali.
g al. incurſurum.
h al. in dominio.
i al. Nuntios.

k al. Romani.
l al. Erkinbaldi Maguntinenſis.
m al. addunt, Apoſtolicæ Eccl.
n al. Apoſtolicæ.
o al. addunt, Servus.
p al. Mazelinus Wirtumbergenſis Epiſc ſervus ſub.
q al. Rodonardus.
r al. Joldaricus. al. Zadalricus
s al. Verdunenſ.
t al. Ricaldi Faldenſis.
u leg. Herſfeldenſis.
x al. Vulponis.
y al. Boybonis.
z al. Mezonis inſertorum al. inſercore.
a al. Hemmonis.
al. Bunponis.
b al. Huchs.
c al. Alumnum Roriger.
d leg. Strazaburgenſis.

Anno Chriſti 1022.

HENRICI II. IMPER. AUG.

DECRETA COMITIORVM ALSTETENSIVM.

IMPERATOR Conventum indicit Alſtetam: ibiq; & cum Principibus aliis, & in primis cum Saxoniæ Ducibus deliberat, de Italia vendicanda, cum victi ante annos decem Saraceni, novos jam motus cieviſſent.

2. In illis Comitiis, cùm alia multa cum Saxonibus eſt honorificè locutus, tum illud dixit præcipuè, ſe poſt ſceptrum Imperii, nihil habere in terris gente Saxonica carius.

3. Facta deinceps mentio eſt collocutionis, quæ ante biennium ſuper Carum fluvium hab'ta fuerat, inter Imperatorem & Robertum Galliæ Regem: in qua de conſtituenda & conſervanda pac in Italia fuerat actum. ejus fœderis Regem rurſus eſſe admonendum Principibus placuit.

4. In Saracenos arma decreta, qui urbem * Trojam denuò tentaverant.

* Quæ ſita eſt in Campania Italica.

Anno Chriſti 1024.

CHVNRADI II. IMPER. AUG.

RESPONSUM

Quod Imperator juſtitiam petentes audire & judicare rebus relictis omnibus debeat.

IN * proceſſione Regis ad coronationem, tres venerunt ante illum, cum ſingulis querimoniis; unus erat colonus Eccleſiæ Moguntinenſis; alter pupillus fuit; & quædam vidua. Dum Rex eorum cauſas audire cœpiſſet, quidam de Principibus ſuis avertebant eum, dicentes, ne conſecrationis ſuæ aliquam moram faceret, & maturè divina officia audiret; reſpiciens ad Epiſcopos, ut Vicarius Chriſt Chriſtianiſſimè reſpondebat; Si meum eſt regimini inſiſtere, & id viri conſtantis eſt, nequaquam d ferre, quod aptè fieri valet, rectius videtur mihi facere quod debeo, quàm quid faciendum ſit audire ab alio. Memini vos ſæpe dixiſſe, non auditores legis, ſed factores juſtificari. Si autem ad conſecrationem, ut dicitis, feſtinandum eſt, tantò cautiùs in opere Dei greſſus meos convenit mihi firmare, quantò me arduæ dignitati cognoſco propinquare. Hæc dicens, in eadem ſtatione moratus, ubi primum occurrerant illi calamitoſi, paſſibus immotis legem præfecerat illis.

2. Hinc paululum procedens, venit ante illum quidam, dicens, ſe expulſum eſſe patria omninò ſine culpa, quem Rex per brachium apprehendens, ſuper omnes circumſtantes attraxit uſque ad locum ſuum, ibique cauſam miſeri, cuidam Principum ſuorum diligenter commendavit. Moguntiæ in die Coronationis.

* Moguntiæ, ubi conſecratus fuit.

Anno Chriſti 1025.

CHUNRADI II. IMPER. AVG.

DECRETUM.

In Papienſes rebellionis reos, quòd Palatium Imperiale deſtruxerunt.

ERat in civitate Papienſi palatium à Theodorico Rege quondam miro opere conditum, ac poſteà ab Imperatore Ottone III nimis adornatum. Cognito obitu Imperatoris Heinrici, anteceſſoris CHUONRADI Regis, ſtatim Papienſes inconſulto ad imbellem aulam ruentes Regia mœnia fregerunt, totumque palatium uſque ad imum fundamenti lapidem eruebant, ne quiſquam Regum ulterius infra civitatem illam palatium ponere decreviſſet. Ex qua audacia diu magna controverſia * inter Regem & Papienſes habita eſt. Dicebant Papienſes; Quem offendimus? Imperatori noſtro fidem & honorem usque ad terminum vitæ ſuæ ſervavimus, quo defuncto, cum nullum Regem haberemus, Regis noſtri domum deſtruxiſſe non jure accuſabimur. E contrario Rex; Scio, inquit, quod domum Regis veſtri non deſtruxiſtis. cum eo tempore nullum haberetis: ſed domum Regalem ſcidiſſe non valetis inficiari. Si Rex periit, Regnum remanſit: ſicut navis remanet, cujus gubernator cadit. Ædes publicæ fuerant, non privatæ; juris erant alieni, non veſtri. Alienarum autem rerum invaſores Regi ſunt obnoxii. Ergo vos alienæ rei invaſores fuiſtis. Igitur Regi obnoxii eſtis. Actum in Conſtantia civitate Alemanniæ poſt diem ſanctum Pentecoſtes.

* ſc. in comitiis Conſtantienſibus.

Anno Chriſti 1028.

CHVNRADI II. SALICI IMP. AVG

RESCRIPTUM

Quòd virtute hoſtes, & non fraude ſint ſuperandi.

MILZKO Polonus, pulſo fratre Ottone, Regem ſe appellat: & Ulricus quoque Bojem occiſo fratre ſuo, Jacomaro, nova molitur. Hi ambo jugum Imperii noſtri rigida ce excutere, & ſui juris eſſe conantur. Otto à fratre Polonia pulſus ad CONRADUM f ab eoque armis reſtituitur. Milzko externæ opis egens in Bojemiam ad Ulricum Regulum a quem cum Ulricus CONRADO Auguſto prodere, ab eoque gratiam inire vellet, Imperat ſcripſit, ſolere Germanos virtute cum hoſtibus, non fraude certare, nihilque acrius, quam perfidiam ulciſci, ſceleribus non nomini hoſtium iraſci: oportere armatum eſſe, quem oderint.

SENA-

SENATUSCONSULTUM ROMANUM.

Anno Chriſti 1040.

DE LEGE REGIA, QUA A PAPA, SENATU POPULOQUE Romano jus omne & poteſtas HENRICO III. Imperatori & in eum collata eſt: item de electione Romani Pontificis, & inveſtituris Epiſcoporum, &c.

Ex diſceptatione Synodali inter Regium Advocatum & Romanæ Eccleſiæ Defenſorem, cujus auctor habetur Petrus Damianus Cardinal. Rom.

NEgari non poteſt, quod pater Domini Regis Henrici piæ memoriæ HENRICUS Imperator, factus eſt Patricius Romanorum, à quibus accepit in electione ſuper ordinando Pontifice principatum. Huc accedit, quòd Nicolaus Papa hoc Domino Regi *a* HENRICO privilegium, quod ex paterno jam jure ſuſceperat, præbuit, & per *b* Synodalis inſuper Decreti paginam confirmavit.

a cognominis Quarto.
b c. 1. diſt. 23.

HENRICI III. IMP. AUG. CONSTITUTIO

De juſtitia Babenbergenſium miniſterialium.

SI quem ex his Dominus ſuus accuſaverit, de quacunque re, liceat illi juramento ſe cum ſuis coæqualibus abſolvere, exceptis tribus; hoc eſt, ſi in vitam Domini ſui, aut in Cameram ejus conſilium habuiſſe arguitur, aut in munitiones ejus. Cæteris verò hominibus de quacunque objectione, abſque Advocato cum ſuis coæqualibus juramento ſe poterit abſolvere. Et cæteris hominibus non plus debent, quam ſeptem perſonas; ſuis verò ſociis duodecim.

2. Si occiſus fuerit, recompenſatio ejus, decem libræ ſunt, quæ ad alios non pertinent, niſi ad cognatos occiſi.

3. Si beneficium ab Epiſcopo non habuerit, & repræſentaverit ſe in ejus miniſterio, & beneficium non potuerit obtinere, cui vult, militet, non beneficiarius, ſed liberè.

4. Si abſque liberis obierit, & uxorem prægnantem habuerit, expectetur dum pariat. Et, ſi maſculus fuerit, ille habeat beneficium patris. Si non; proximus agnatus defuncti loricam ſuam, vel equum, quem meliorem habuerit, Domino ſuo offerat, & beneficium cognati ſui accipiat.

5. In expeditionem iturus ex ſuo ſumptu ad Dominum veniat: deinceps ex ejus impenſa alatur. Si expeditio in Italia eſt, Dominus per ſingulas loricas unum equum det, & tres libras. Si verò aliò, dum ex illis tertio dent impenſas.

6. Beneficium habentes a Domino ſuo non conſtringantur, niſi ad quinque miniſteria, hoc eſt, ut aut dapiferi ſint, aut pincernæ, aut cubicularii, aut marſchalci, aut venatores.

HEINRICI IV. IMPER. AUG. RESCRIPTA

Anno Chriſti 1056.

I.

Pro dimiſſione & recompenſatione haranſcaræ.

HEINRICUS Dei gratia Rex, Alberto ſanctæ Babebergenſis Eccleſiæ venerando Pontifici ſuo ſcilicet dilecto *a* nepoti, gratiam ſuam & debitum dilectionis donum. Si omnia veſtra proſperitatis tenore diriguntur, ut juſtum eſt, congaudemus: & ſi quid adverſi vobis occurrerit quod divina tepellat obumbratio, ut decens eſt, condolemus: & hanc eandem charitatis vicem vos erga nos ſervaturum, non dubitamus. Quapropter dilectionis veſtræ rogamus privilegium; quia quidam militiæ veſtræ N... nomine, miſericordiam noſtram & auxilium petens venit, ut ſibi illam haranſcaram cum vadimonio, quam vobis jurejurando promiſit, noſtri amoris, & rogatus cauſa dimittatis; ut ego ex parte mea vobis compenſem, *b* patremque meum, ut & ipſe vobis compenſet, inſtigem.

a Nepte. erat enim Comes a Bogen.
b Henricum III. Imp.

II.

De Comitiis Moguntinis pro diſſenſionibus Imperii componendis.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ruperto Babebergenſis Eccleſiæ Epiſcopo gratiam & omne bonum. Notum eſt tibi, quanto periculo tota fluctuat Eccleſia; quantus error in omni fugit Saxonia; quantaq; deſolatione nobilis illa Metenſis penitus deſtruitur Eccleſia. Et non ſolum ibi, ſed & in diverſis partibus Eccleſia noſtri dividitur Imperii. Igitur conſilio noſtrorum fidelium ſtatuimus fieri Moguntiæ colloquium in Dominica die ante proximum S. Andreæ feſtum. Huic Colloquio omnes Regni Principes noſtri fideles interſunt: & præterea omnes, quorum nobis [illegible] declaratur aut fides, aut conſilii providentia. Ad quod venire te quam intimè rogamus, quia nullatenus tam ardua negotia Regni & diviſio Eccleſiæ, coadunari poterit ſine tua maxima ſapientia, & [illegible] conſilio & fide, quæ hactenus nobis frequenter in neceſſitatibus, & in hujuſmodi controverſiis [illegible], prout [illegible] vovimus, & res exaggerat, præſto ſunt. Ad quod Colloquium omnes Saxones [illegible] venient, rogantes ſummoperè, nos in Saxoniam venire, & hos novos errores compone-

re. Metenſes autem e contrario Metim clamant nos tranſire, quatinus illic tandem pax & ſecuritas reddatur Eccleſiæ.

2. Nos quoq; invitante Archiepiſcopo, Coloniæ nativitatem Domini celebraturi ſumus. Et idcirco ſtatuimus hoc Colloquium ante fieri, ut hujusmodi diſſenſiones Regni priùs componeremus, quàm nos in remotiora tranſiremus loca. Sed idcircò prædictam expeditionem diſtulimus, quatinus communi omnium noſtrorum conſilio, quæ nobis agenda ſint, conſiderentur.

3. Ergo rogamus te per eam, qua compater nobis effectus es, dilectionem, ne te corporis ægritudo, vel quælibet alia res impediat, quin ad præfatum Colloquium tempore ſtatuto venias: & ibi juxta magnam ſapientiam, & ſolitam fidem tuam, de noſtra & Regni utilitate, quæ neceſſaria ſunt nobiscum diſponas.

III.

De fide Imperio ſervanda; & de controverſo feudi decreto per Imperatorem facto.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Hartuuico Magdeburgenſi Archiepiſcopo, gratiam & omne bonum. 1. Laborem tuum & ſtudium circa honorem noſtrum quam maximum eſſe audivimus: ideoq; dignas tibi gratias, prout juſtum eſt, referimus, nunc quidem paucis verbis, multis autem factis, cùm (Deo annuente) ad te venerimus. Tu tantum, ſicut cœpiſti, in tantum pro obtinendo nobis Regni honore in his partibus ſis ſolicitus. Nos enim, qui ſpecialem tibi præ cæteris fidem habemus, proximè, quando à te diſceſſimus, omnia noſtra tuæ fidei commiſimus. Quod quia fideliter erga nos hactenus obſervaſti, & adhuc te conſervaturum veraciter credimus. Fac igitur ut bonus ac diſcretus, & fidem, quam in te firmam eſſe credimus, uſq; ad finem perduc in omnibus. Nos verò in loco intimi amici te habemus: & quodcunque habet perfecta fides, de te nobis fieri confidimus. In hujus itaque fidei teſtimonium, iterum tibi nos & omnia noſtra committimus, ut ita agas in omnibus, ſicut bene tibi confidimus.

2. Beneficium autem N. Præpoſiti, fidelis noſtri, quod & anteà tibi commiſimus, iterum tibi committimus, ut ad utilitatem ejus illud conſerves, & illi, qui injuſtè tenet, ex noſtra parte interdicas; quia dominos ejus, qui modò beneficium ſibi illicitè uſurpavit, nobis, dum querimonia inde eſſet, reddidit.

IV.

De hoſtibus & bannitis Imperii perſequendis.

* for. Boemiæ.

HEINRICUS Dei gratia Imperator Auguſtus, A. glorioſo * Duci & Amico fideli, quidquid in amici affectibus poterit eſſe fidelius. 1. Cùm aliquis privatum commodum ſuum poſtponit, & in amici utilitatibus inſudat, ea eſt firma amicitia. Quam amicitiæ benevolentiam te nobis impendiſſe gaudemus: &, ſicut optimo fideli & intimo amico, dignam facere remunerationem intendimus. Nam cùm velles contra Græcos ire, & cum Dux Poloniæ, tuus & amicus & conſanguineus, auxilium tuum contra hoſtes ſuos peteret, propter nos, ſicut amicus fideliſſimus, remanſiſti, ut noſtris inimicis reſiſtens, tuum commodum pro nihilo computans, tantummodò noſtram cauſam promovendo adjuvares. Quid igitur reſtat, niſi maximas tibi grates referentes, ſicut noſtro optimo fideli, votis omnibus exoptemus eam nobis dari occaſionem, qua tibi amantiſſimè viciſſitudinem meritam rependamus? Et ſicut in nos bono uſus es principio, ita rogamus dulcedinem tuæ dilectionis, ut perſeveres, & deleas & conculces adverſarios noſtros; non parcas eis, donec ex toto conterantur. Nam nos, ſimili modo, ſicut tuos amicos amplectimur, ita inimicis tuis erimus infeſtiſſimi inimici: & fœdus, quod cum patruo tuo inivimus, ab hac die inanteà volumus tibi illibatum ſervare omni tempore vitæ noſtræ.

2. Rogamus & te chariſſime, ut te interveniente frater tuus futura opera emendet, ſi quid hactenus propter ſuas neceſſitates in cauſa noſtra negligentiùs egit. Et quia victrici dextera ſuas anguſtias recuperavit, ad noſtras injurias, ſicut fidelis amicus, reſpiciat. Nam quia ſe cum præſidio in illas

* Intelligit Othonem Bavariæ Ducē, quem Imperator proſcripſerat & Ducatu privarat. aſc. a fratre.

partes contulit, ubi inimici noſtri morantur, & bona eorum ſita ſunt; ecce locus, ecce occaſio, qua & inimicis noſtris nocere, & ſibi nos poterit amiciſſimos comparare. Tu ergo, Dilectiſſime, id modis omnibus, quibus vales, fr[illegible] tuo perſuade, ut * N. non Ducem, ſed judiciario ordine abjudicatum perſequatur, & in omnibus ei adverſetur, ſicut infeſtiſſimo hoſti noſtro.

3. Quicumque autem de familia Salzeburgenſis Archiepiſcopi, & aliorum fidelium noſtrorum, ducti ſunt captivi, rogamus ut cauſa noſtræ dilectionis facias a reddi.

V.

De obedientia urbis Romæ Imperio debita.

b Imperator.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum *b* Rex, Conſulibus, Senatui, populo Romano, majoribus & minoribus, gratiam ſuam cum bona voluntate. Divina diſponente gratia, poſtquam Regnum patrium noſtrum intravimus, Urbem, caput & ſedem noſtri Imperii pio affectu viſere optavimus, &

c al. Magnorum.

eam, more c majorum prædeceſſorum exaltare, honorare, ditare, ut Dominus fideles, ut pater filios, ut civis concives decrevimus. Hujus autem propoſitum deſiderii, non voluntatis, iterum diverſa ſiuq, diſturbata retardavere Regni negocia. Quibus tandem Dei nobis favente clementia, ſedatis, compoſitis, ſubjectis, expediti in Italiam venimus, illamque præ cæteris terris diſcordem & diviſam pro tempore, ad juſtitiam & concordiam coegimus. Ad vos ergo properantes, & jam diu deſideratum inc[illegible]eptum ad effectum perducere conantes, ut Legati noſtri, juſſu noſtro, laudaverunt, nosq; invitati ſumus, Eccleſiæ & ab Eccleſia, vobis & a vobis pro facienda & recipienda juſtitia, pacificè venimus. Volumus, quatenus idoneos Nuncios, veſtræ voluntatis providos, & noſtri honoris devotos, nobis obviam mittatis, quorum conſilio & noſtrorum unito, ad vos vobis commodè & nobis apertius veniamus.

VI.

VI.

De beneficio vacante per Epiſcopum non concedendo ſine Imperatoris ſcitu & voluntate.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ruperto Babebergenſi Epiſcopo gratiam & omne bonum. Quoniam ſemper nobis fuiſti fidelis, quemadmodum debuiſti, & noſtrum honorem ſicut vir ſapiens & fidelis egregius retinere & amplificare ſtuduiſti; grates tibi quàm maximas referimus; & inde proculdubio ſcias, dignam tibi facere remunerationem intendimus. Tuam igitur rogamus fidelitatem confidenter, ut beneficio, quod fuit Oudalrici *a* divitis, nullam promiſſionem vel conceſſionem alicui facias, donec nobis loquaris, aut inde noſtram ſentias certis litteris voluntatem. Si enim hoc attenderis, nos faciemus propter tuam charitatem, quod nos rogaſti in tuis litteris. Et tu ſtude honori noſtro, ſicut in te confidimus providere.

a Comitis.

VII.

De beneficio paterno in filium conferendo.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ruperto Babeburgenſium Epiſcopo gratiam ſuam & omne bonum. Novit optimè Dilectio tua, quanto tempore quàm optima fide nobis ſervierit Oudalricus, & filius ejus G... qui nuper miſeranda omnibus bonis, quia immatura morte receſſit à ſeculo. Urget itaque nos tam humanitatis compaſſio, quàm juſtitiæ neceſſitudo, ut in parpulos ejusdem G... avitæ & paternæ *b* ſervitutis memores ſimus, & orbitati eorum debitæ pietatis ſuffragio conſulamus. Unde te ſolicitè commonemus, & ſummis precibus obſecramus, ut filio ejus, patris beneficium benignè pro reſpectu Dei, & noſtra interventione concedas, nulla hoc differens occaſione, nulla excuſans vel abnuens ratione. Commendationem autem pueri usque in præſentiam noſtram ut differas rogamus, ſicut de nobis curas.

b i ſervitii miniſterii, obſequii.

VIII.

De Cuſtodia Eccleſiæ, & alio beneficio vacante.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ruperto reverendiſſimo, & patrino ſuo in Chriſto dilectiſſimo, gratiam ſuam & plurimam in Chriſto ſalutem. Cùm præ omnibus maximam habeam in te fiduciam, miror quòd totiens te pro una eademque re rogavi, & nihil mihi dignum pro mea ſpe reſpondiſti; præſertim cum nihil unquam ita ſit arduum, quod putaverim abs te mihi denegari. Sed & adhuc iteratas preces ingeminando itentidem Dilectionis tuæ dulcedinem velim exoratam, ut de Cuſtodia Eccleſiæ tuæ inclinatiùs mihi aurem præbeas, & eam mihi per præſentem Nuncium tranſmittas.

2. Prætereà quia Comes Oudalricus obiiſſe dicitur, non aliter te rogo, quàm ut revocem tibi in memoriam, ſiquid pro amore & voluntate tua fecerim, ita ut apertè in hac petitione experiar, quantum me diligas. Nec te rogo, niſi talia, quæ honori & proficuo tuo erunt profutura. Rogo, inquam, ut beneficia, quæ ex te habuit, nulli promittas, nec aliquid inde facias, ſed totam ipſius rei actionem differas usque ad noſtram utriusque ad invicem præſentiam.

IX.

De Præpoſito vel Cuſtode Eccleſiæ.

HEINRICUS Dei gratia Imperator Auguſtus, Ruperto venerabili Epiſcopo & dilecto compatri, gratiæ ſuæ optimam voluntatem. Quia in Cuſtodia Babebergenſi per effectum operis noſtrã impleſti voluntatem, magnas tibi grates, ſicut optimo fideli noſtro, referimus. Quod ſupereſt, rogamus, & firmiter tibi præcipimus, ut prohibeas, ne ejusdem Eccleſiæ Cuſtos alicujus inde aut calumniã in bonis ſuis patiatur; & illos, qui ſe de illa Cuſtodia beneficiatos aſſerunt, Epiſcopali autoritate conſtringe, beneficia de ipſorum manibus excute, & reſtitue. Nam id Principum noſtrorum decreto indultum atq; conceſſum & confirmatum eſt, ut nullus Præpoſitus vel Cuſtos Eccleſiæ, poteſtatem habeat quidquam de bonis Eccleſiæ in beneficium alicui præſtare: &, ſi factum fuerit, irritum haberi.

X.

De officio Epiſcopali.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ottoni Babenbergenſis Eccleſiæ Epiſcopo, gratiam, dilectionem & omne bonum. Perfectus amor, cum utiq; domeſticus cordis ſit, non ad oculum tantum valet, non ad oculum ſpectat, non pendet ex tempore, per quem abſentes quantò longiùs ſeparantur, tantò arctius mutua pro ſe ſolicitudine conſtringuntur. Nos certè abſentis tui ampliorem, quàm dum *c* affuiſti, curam gerimus; eodem, quo te proveximus, animo cuncta tibi proſpera cupientes; adverſa, etſi non accidant, quia poſſunt accidere, verentes. Unde maximo nobis gaudio eſt, quod adhuc de rebus tuis optata comperimus, te videlicet ab Eccleſia tua honorificè receptum, grata omnibus reſponſionum habitibus, & actuum temperantia placuiſſe, & in præſtandis beneficiis neceſſariam laudabiliter exhibuiſſe cautelam. Qua de re conſulimus, hortamur, & petimus, ut quod facis facias, ne primitias bonæ famæ, ſi manum remiſeris, perdas, quia bona inceptio ſine fine,

c Fuit enim Cancellarius Imperatoris

ſpecioſi corporis inſtar eſt ſine capite. Nemo te à delectu Eccleſiaſticæ ſecundum juſtitiam utilitatis terrore detorqueat, pretio flectat, ſuadendi fellito melle ſeducat; quoniam tentatus his omnibus, ſi probatus fueris, facilè omnia propulſabis. Si quid autem grave tuis viribus æſtimabis, ad nos tibi proculdubio ſuccurſuros ex noſtri diſtrictas occaſione præcepti.

XI.

De Comitiis Imperialibus Spiram indictis pro reformando ſtatu Romani Imperii.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ottoni Babenbergenſium dilecto Epiſcopo gratiam abunde & omne bonum. Roma noſtri Nuncii rediere, & Dei gratia ex parte maxima nobis læta & proſpera retulere. Mandant etiam nobis noſtri fideles, quod tempus habemus acceptabile, ut Romanæ Sedi & Reipublicæ conſulamus. Quapropter neceſſario noſtros Principes convocamus, ut inde, ſicuti juſtum eſt, eorum conſilium & auxilium habeamus. Ad quod plurimum indigemus tuæ fidei præſentis, & tui conſilii prudentia; quoniam & te cordetenus diligimus, & tibi de omni honore noſtro, prout nobiſmetipſis, indubitanter confidimus. Confidenter igitur & intimè tuam rogamus dilectionem, ut die Veneris poſt proximum feſtum ſanctæ Mariæ, venias ad nos Spiram, & ibi ſuper his tuo & aliorum noſtrorum Principum conſilio ad Dei honorem & Regni, & Chriſtianæ pacis ſtatum tractabimus. Et hilariter facias hoc, ſciens quod te citò dimittemus. Et hoc libenter tibi parceremus, niſi tam alti negocii nos urgeret inſtantia.

2. Præterea mandamus tibi, ut mittas pro Comite N... quem tibi commiſimus, & eum nobis repræſentes.

XII.

De expeditione Imperiali in rebellem Comitem Flandrenſium.

Anno Chriſti 1102.
a Lotharichiæ, ſive Lotharingiæ inferioris; aut certè Brabantiæ.
b An Boloniæ.
c Flandrenſium ſive Atrebatum.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ottoni Babenbergenſi Epiſcopo, ſuo fideli chariſſimo gratiam & omne bonum. Cum Dei providentia & magnæ pietatis ejus conſilio de noſtro Regno ubique pacificato gauderemus, advenerunt nobis nuncii ex parte Godefridi *a* Ducis, & Balduini *b* Comitis, aliorumq; fidelium noſtrorũ Marchiæ Flandrenſis, intimantes eos diutius non poſſe ſuſtinere moleſtias Roberti *c* Comitis, qui Regnum noſtrum invaſit, & ad ignominiam omnium, qui in eo ſunt, ſibi noſtrum Cameracenſem Epiſcopatum uſurpavit. Unde, quemadmodum res hortabatur, noſtros Principes convocatos conſuluimus, & ab eis ſapienter re notata, conſtituimus eorum conſilio nos facturos expeditionem in Flandriam ſupra tam præſumptuoſum hoſtem, qui noſter miles debet eſſe, ne diutius de imminutione & dedecore Regñi noſtri impunè ſuperbiat. Hoc ſiquidem tam manifeſtum & tam commune Regni noſtri dedecus tibi fieri, ſi tuum honorem diligis, penſare debes cordetenus. Ut igitur fideliter hoc facias & prudenter, rogamus te ſub ſpe remunerationis gratiſſimæ, & per fidelitatem, quam nobis & Regno debes, monemus, ut omni occaſione deſtructa, ſicut honor eſt Regni atque tuus, ad expeditioñe venias; ſciens quod in proximo feſto Sanctorum omnium Tungris juxta Leodium conveniemus, parati ſuper Flandriam equitare. Nec mireris, mutatum eſſe adventum noſtrum Radiſponam, ſicut intellexeras, quando nobiſcum eras; quia hujus rei neceſſitas intervenit, & utiliter ad dedecus Regni firmiter eſt laudata ab omnibus noſtris expeditio noſtra ſuper hoſtes in Flandriam.

XIII.

Ad Epiſcopum Bambergenſem, ut in fide perſiſtat; & beneficium quoddam Eccleſiaſticum in quendam Imperii fidelem conferat.

Anno Chriſti 1105.
a Propter rebellionem filii Henrici Regis Rom. qui tyrannidem Imperii invaſerat.
b Preces Imperiales pro beneficio Eccleſiaſtico.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator, Othoni Babenbergenſi Epiſcopo, ſuo dilecto & certo fideli, gratiam & omne bonum.

1. Nunc imminente *a* neceſſitate debet apparere, qui ſint fideles nobis, & ipſa evidentia rei manifeſtandum eſt, quantum nos diligant & honorem noſtrum. Scias igitur, quod nos uſq; Wirzeburc venimus cum multis militibus; & adhuc ibidem plures exſpectamus, cupientes cum Dei adjutorio inimicos noſtros invadere, & caſtrum noſtrum Nurenberc, quod obſident, liberare. Quapropter tibi, ſicut optimo fideli, rogando mandamus, ut ad nos venire feſtines cum omnibus, quos habere poteris, ſicut tibi confidimus.

2. Inſuper etiam diligenter te *b* rogamus, ut in præſenti noſtram conſideres neceſſitatem, & A... qui nobis eſt neceſſarius, concedas beneficium, quod à te poſtulat, animadvertens, quod modo nos præſens periculum compellit multis ſupplicare, & eorum voluntatem faciendo ipſos in noſtra fidelitate confirmare; & hac ratione conſtrictos, de his & de aliis multis oportet nos te rogare aliter, quam vellemus: ſed nos, Deo volente, ſi proſperitas advenerit, te & Eccleſiam tuam, ſicut dignum eſt, reſpiciemus. De hac re fac, ſecundum quod tibi dicet N... ex noſtri parte.

XIV.

Pro fide legitimo Imperio ſervanda adverſus Tyrannum invaſorem.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Othoni Babenbergenſi Epiſcopo gratiam & omne bonum.

1. Scimus, quia legationibus filii noſtri frequenter fatigaris, ſicut nobis per tuũ Nuncium mandaſti. Confidimus autem de tuæ bonitatis fide, quod nec precibus, nec minis, nec perſuaſionibus, nec blanditiis, acquieſcas

acquieſcas noſtris contra nos inimicis, ſed ſemper fideliter nobiſcum permaneas. Quantaſcunque autem perſecutiones ab inimicis noſtris ſuſtineas, nullatenus tamen terrearis, ſed certus eſto, quod te non deſeremus ſive in pace, ſive in periculo, & fiduciam habeas in omnipotente Domino, quod nobiſcum citò à præſenti liberaberis periculo. Sicut ergo de te confidimus, & per Nuncium tuum tibi mandavimus, ad diem & locum, quem condiximus, venire non dubites.

2. Igitur per fidem, quam nobis debes, neque precibus, neque minis aliquatenus terrearis, ut ad filium noſtrum transferaris: & ab omni Eccleſia, atque per omnes Congregationes tibi commiſſas, orationes ſine intermiſſione fac fieri ad Deum pro nobis.

3. Caſtrum etiam tuum ita diligenter cuſtodiri facias, ne aliquis ex cuſtodibus ab eo deſcendat.

4. Nuncium etiam tuum ad conſolandos mittas Nurenbergenſes.

HENRICI IV. IMPERAT. AUG. RESCRIPTUM

Anno Chriſti 1069.

Ut Abbati propter contumaciam Abbatia Imperialis abdicetur.

HEINRICUS Dei gratia Rex, Udalrico Monacho.

Miramur, quo auſu cujusve ſolatio Abbatiam noſtram contra nos retinere volueris, nec nobis inde ſerviens, nec patrono noſtro * Adelberto, cui hanc dedimus, quicquam ſubjectionis impertiens. Quapropter volumus, firmiterque tibi ſub interminatione propriæ ſalutis præcipimus, ut abſque morâ noſtra relinquere non differas, nec ulterius aliquid de hiſce intromittere præſumas. Virgam quoque Nuncio noſtro portandam tradas. Dat. &c.

* Archiepiſcopo Bremenſi.

EJUSDEM MANDATUM

Anno Chriſti 1069.

Ad Monachos Laureshamenſes de obedientia Abbatis depoſiti nullatenus ulterius exhibenda.

SICUT de veſtra ſemper obedientia accepimus, ſic & modò probare volumus. Præcipimus quidem Udalricum quondam dictum Abbatem veſtrum, quem nos propter inobedientiam & malum exemplum, temerarium judicavimus, nihil vobis debere jubere, nec vos ultra ei obedire debere. Ergo ſi noſtræ voluntati obſecundatis, in nullo ſibi amplius obediatis.

DECRETA COMITIORUM WORMATIENSIUM IN CAUSA HENRICI V. IMPERATORIS, & GREGORII VII. P. R. celebratorum Anno Domini M. LXXVI.

Anno Chriſti 1076.

HENRICUS, Dei gratia Rex, * gratiam, ſalutem, dilectionem non omnibus ſed paucis eandem. In maximis negotiis, maximis maximorum opus eſt conſiliis, qui & facultatem habeant exterius, & voluntate non careant interius, ut rei, cui bene cupiunt, bene conſulere, & velint & poſſint. Quia in cujuslibet profectu nec facultas ſine voluntate, nec voluntas ſine facultate proderit. Quod utrumque Tu N. fideliſſime, ut arbitramur, æqualiter poſſides: vel, ut veriùs dicamus, licet maximo tibi maxima non deſit facultas, major tamen adhuc maxima facultate, ſi bene te novimus, & fidem tuam diligenter notavimus, in noſtram & regni utilitatem exuberat voluntas. De præteritis enim fideliter exhibitis, in futuris creſcit ſpes fidelius exhibendis. Tuæ autem dilectioni committimes, ne * ſpei noſtræ deſit fides tua, quia de nullius regni Principum vel Epiſcoporū fidelitate, quàm de tua, majora ſperamus: ſicut hactenus non modò in præteritarum rerum exhibitione, verùm etiam in ſperandarum promiſſione tua gaviſi ſumus. Aſſit ergo in tempore hoc opportuno tua cum facultate voluntas, quam non modò noſtra, verùm etiam omnium Coëpiſcoporum fratrumque tuorum, immò totius oppreſſæ Eccleſiæ exoptat neceſſitas. Non enim hanc oppreſſionem ignoras, tantùm vide ne oppreſſæ Eccleſiæ ſolatium ſubtrahas, ſed Regno & Sacerdotio condoleas: quo utroque ſicut hucusque Eccleſia eſt exaltata, ita nunc heu humiliatur utroque viduata. Nam unus dum utrumque ſibi vendicavit, utrumque diſſipavit: nec in uno profuit, qui in neutro prodeſſe voluit nec potuit. Et ne diutius notati nomine te ſuſpendamus, accipe quem dicimus, * Hildebrandum ſcilicet, Monachum quidem habitu, dictum Apoſtolicum, non paſtoris cura ſed invaſoris violentia; Apoſtolicæ Sedi præſidentem, & de ſede pacis Catholicæ, pacis unicæ vinculum diſſipantem, ut tibimet ipſi in promptu eſt ſcire. Ut enim de pluribus pauca referamus, Regnum & Sacerdotium Deo neſciente ſibi uſurpavit, in quo piam Dei ordinationem contempſit, qui non in uno ſed in duobus duo, id eſt Regnum & Sacerdotium principaliter conſiſtere voluit: Sicut ipſe Salvator in paſſione de *a* duorum gladiorum ſufficientia typica intelligi innuit. Cui cum diceretur: *b Domine, ecce duo gladii hic*: reſpondet, *Satis eſt*; ſignificans, hac ſufficiente dualitate ſpiritualem & *c* materialem gladium in Eccleſia eſſe gerendum, quibus omne nocivum foret amputandum; videlicet Sacerdotali, ad obedientiam Regis pro

* Hoc diploma generale eſt ad omnes Epiſcopos Imperio fideles. Exſtant etiam ſpecialia ad ſingulos hisdem ipſiſſimus verbis. Ut unum, cujus initium: Henricus Dei gratia Rex, Hildolpho Colonienſi Archiepiſcopo gratiam, ſalutem & dilectionem In max. &c.

* al. ſpes noſtra major ſit fide tua.

* Qui ſe Gregorium VII. ab electione nominavit.

a vide Specul. Saxon, mitto.

b Luc. 22.

c al. carnalem.

 Deo;

Deo; Regali verò gladio, ad expugnandos & expellendos Chriſti inimicos exteriùs, & ad obedientiam Sacerdotii interiùs, omnem hominem docens fore *a* conſtringendum, ut ita de alio in alium charitate tenderetur, dum nec Sacerdotii Regnum, nec Sacerdotium Regni honore privaretur. Hanc Dei ordinationem qualiter Hildebrandica confuderit inſania, tu ipſe noſti, ſi ſcire noviſti, vel voluiſti. Nam nullum ejus judicio licet eſſe Sacerdotem, niſi qui hoc à faſtu ſuo emendicaverit. Me quoque, quem Deus in Regnum, non autem illum vocavit ad Sacerdotium, quia me de Deo, & non de illo regnare velle vidit, quia ipſe me Regem non conſtituit, Regno privare ſtuduit, minitans Regnum animamque mihi ſe tollere. quorum neutrum conceſſit. Hæc & iis ſimilia quum ſæpius in noſtram, ut ipſe noſti, contumeliam ſtruxerit, non tamen adhuc ſufficere credit. qui de die in diem nova & exquiſita confuſionis genera nobis ingerit, ut in noſtris Nunciis noviter argumentum dedit. Nam charta exponere non ſufficit, qualiter eoſdem noſtros Nuncios tractaverit, quàm indignis modis affecerit, quàm crudeliter eos incarceraverit, & carceratos nuditate, frigore, fame, ſiti, ac plagis contriverit, ſicque demum ad exemplum per medium civitatis circumductos omnibus ſpectaculum præbere juſſerit, ita ut eundem cum Decio tyranno inſanire, & Sanctos aſſare credas & dicas. Unde ne pigeat, Chariſſime, communi noſtrûm, ſcilicet meæ & Coëpiſcoporum tuorum, petitioni ſatisfacere, ut in Heptacoſten Wormaciam venias, & ibi plura, quorum pauca docet Chartula, cum centum Principibus audias, & quid agendum ſit doceas, rogatus per dilectionem Coepiſcoporum, oratus per utilitatem Eccleſiæ, obligatus per vitæ noſtræ & Regni totius honorem. Valete.

a al. caſtigandum.

DILECTIS IN CHRISTO FRATRIBUS ET DOMINIS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS,

Principibus, Romani Imperii Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Majoribus & Minoribus, Clero & Populo, Sanctæ Eccleſiæ Cultoribus, THEODORICUS VERDUNENSIS EPISCOPUS Dei gratia, id quod eſt, fraternam dilectionem, debitam ſervitutem, perpetuam in Domino Salutem.

REGNI noſtri perturbatio &, ut verius dicam, niſi Dominus avertat, proxima nimis annullatio, in maximum dolorem nos excitat. in lachrymas vocat, in miſerabilem querimoniam coram Deo & hominibus nos animat. Hildebrandus, qui dicitur caput, jam ex cauda Eccleſiæ: qui fundamentum, jam detrimentum eſt Eccleſiæ. Hic diſpergit, qui dicebatur congregare: hic Eccleſiam odit, qui dicebatur diligere: jam uſque ad omnimodam hæreſim infirmat, qui dicebatur Eccleſiam Sanctam confirmare. O inaudita arrogantia hominis, ſupra omnem Eccleſiam in ſe gloriantis, ſupra omnem maliciam malè agentis, unitatem Eccleſiæ ſcindentis; quod inauditum eſt, Regnum & Regem Catholicum deſtruere præſumentis, impios juſtificantis, pios injuſtiſſimè damnantis, Decreta Patrum pervertentis,* Regem adulterinum extollentis, Regem liberum & legitimum etiam cum memoria nominis Regii extinguere meditantis. Perjuria, fidelitatem dicit; fidem, ſacrilegium facit. imoque ab initio fuit mendax* pater ejus, per omnia mentitur, & in omnibus veritati contradicit. Videat Deus & judicet: videte vos, & judicate. Hominem impium, hominem abominatum, membra Eccleſiæ ſubvertentem, caput noſtrum faceremus? Nos omni Eccleſiaſtico honore veriſſimè deſtituentem, patrem nobis conſtitueremus? Vita ſua illum accuſat, perverſitas damnat, obſtinatio maliciæ illum anathematizat. In qua re vobiſcum eſſe, vobiſcum facere, vobiſcum laborem ſubire, aſſenſum, conſilium, auxilium veſtrum non recuſo. De eligendo autem Pontifice, qui errata corrigat, qui deſtructa reſtituat, qui hujuſmodi fortia confundat, Deo cooperante vobiſcum operabimur, Deo conſentiente vobiſcum ſentiemus, & pro honore Eccleſiæ, & pro recuperatione Regis & Regni, in nullo vobis deerimus. Valete.

* Lotharium II.
* ſc. Diabolus Johan. 8.

PATRIBUS NON FRATRIBUS; DOMINIS NON AMICIS, ENGELBERTUS DESIGNATUS

Treverenſis Epiſcopus Eccleſiæ, devotiſſimas Orationes in Chriſto.

FERRE ſententiam contra Apoſtolicum, non eſt tutum; imò inſanum & omninò nefarium, aliquid audere in illum, qui in vice ſancti Petri fungitur legatione ipſius Chriſti. Iſte autem, qui invaſit ſedem Apoſtolicam, qui inaudita elatione effertur, qui prophanis novitatibus ſtudet, amplo nomine delectatur, quem neque Chriſtianum appellem, quia non habet characterem, id eſt pacem & charitatem, quam *b* Chriſtus ſuis militibus impreſſit, qua Chriſtus ſuos notavit: non occurrere contra hunc, non inſurgere, magnum ſanctæ matris Eccleſiæ eſt periculum; & planè eſt contra Deum. Quis enim neſcit, ex hoc quaſi fonte omnis diſſenſionis, & capite omnis ſchismatis, excluſa pace Eccleſiæ, diſcordiam totius mundi emerſiſſe? Quis, inquam, non videt, per hunc quaſi ſigniferum, tantum ſanguinem mundi effuſum eſſe? De multis rationibus, qui non ſequitur Chriſtum, nequeo vel appellare Chriſtianum: ita certè nec Papam, quem video toties & tam manifeſtum homicidam. En bonus & ſanctus Papa, cujus conſiliis, cujus inſtinctu & ductu, membra Chriſti tot & tam perditis modis ſunt dilacerata. En bonus paſtor, qui in illos tanta crudelitate graſſatur, pro quibus Chriſtus in cruce pe-

b Joh. 13. 15. & 1. Joh. 2.

te pependit, quos ipſe proprio ſ nguine redemit. En verus Pontifex, & juſtus Sacerdos, qui ſicut dubitat, ſi illud quod ſumitur in Dominica menſa ſit verum corpus & ſanguis Chriſti, ita non pœnitentibus etiam ea, quæ juſtè fracta ſunt, condonat ſacramenta. Nihil certè ita eſt impium & nefarium, nihil ita deteſtabile & execrabile, quod ipſe curet, dum alios contra Regem armet; dum alios ad bellum, quod ipſe omnibus intendit, excitet. Inter has multiplices calamitates & miſerias, quas patitur & conqueritur ſancta Eccleſia, mihi quoque illata eſt ab eo tam ſuperba quàm violenta injuria. Cùm enim Treveris pari conſenſu tam Cleri quàm plebis eſſem electus Epiſcopus, tamen eo impediente, nullam culpam obtendente, ferè per biennium conſecrationem obtinere non potui, omnibus ejusdem Eccleſiæ filiis & Suffraganeis intercedentibus, & inuſitatam ſuæ Metropoleos viduitatem multum querentibus. Nihil mihi profuit ſyncerus introitus, & legitima mea electio apud illum, nihil valuit conſona authoritas Epiſcoporum; & ſtudioſa loci interceſſio. Ut taceam mea, ut prætermittam privata: quia malus & non purus ejus introitus, quæ minatus eſt, pervenit ad perditiſſima exempla. Ne plus per hunc ſancta, quæ modò extremum trahit ſpiritum, periclitetur Eccleſia, ex medico, quod nullam ei obedientiam poſthac ſervabo, nec meo judicio amplius ſedebit in loco & in vice ſancti Petri, quem ipſe non ſequitur obſtupendâ abuſione novitatis ſuæ, & inauditi * decreti. * Quo abdicavit Imperio Imperatorē.

SENTENTIA
EPISCOPORUM IMPERIALIUM, DAMNANS HILDEBRANDUM PAPAM.

Sigifridus Moguntinus
Udo Treverenſis
} Archiepiſcopus

Wilhelmus Trajectenſis,
Herimannus Metenſis,
Henrichus Leodienſis,
Richardus Verdonenſis,
Bibo Tullenſis,
Huzmannus Spirenſis,
Burcardus Halberſtadenſis,
Wernherus Strasburgenſis,
Burckhardus Baſilienſis,
Otto Conſtantienſis,
Adelbero Wirtzburgenſis,
Rudbertus Babenbergenſis,
Otto Ratilponenſis,
Elingardus Friſingenſis,
Udalricus Eyſtetenſis,
Fridericus Monaſterienſis,
Eilbertus Mindenſis,
Hezil Hiltinesheymenſis,
Beno Oſeneburgenſis,
Eppo Neapolitanus,
Imardus Paderbrunnenſis,
Thiedo Brandenabrugenſis,
Burckhardus Loſannenſis,
Bruno a Unenſis,
} Epiſcopus

a An Verdenſis? an Genevenſis.

HILDEBRANDO fratri &c. Cum primum Eccleſiæ gubernacula invaſiſſes, etſi bene nobis cognitum eſſet, quàm illicitam & nefariam rem contra jus & fas familiari tibi arrogantia præſumpſiſſes, diſſimulanda tamen, diſpenſatoria quadam taciturnitate, tam vitioſa introitus tui exordia putavimus, ſperantes videlicet tam criminoſa principia conſequentis regiminis tui probitate & induſtria emendanda, & aliquatenus obliteranda. Verùm nunc, ut lamentabilis univerſalis Eccleſiæ ſtatus clamat & deplorat, malis initiis tuis per pejores actionum decretorumque tuorum progreſſus, infœlici reſpondes tenore & pertinacia. Cum enim a Dominus & Redemptor noſter, pacis & charitatis bonum quaſi ſingularem fidelibus ſuis characterem impreſſerit, cujus rei teſtimonia exiſtunt plura, quam ut epiſtolari brevitate comprehendi valeant: tu è contrario, dum prophanis ſtudes novitatibus, dum magis amplo quàm bono nomine delectaris, dum inaudita elatione diſtenderis, velut quidam ſignifer ſchiſmatis, omnia membra Eccleſiæ, quæ ſecundum Apoſtolum quietam & tranquillā vitam ante hæc tua tempora agebant, ſuperba crudelitate, crudeliq; ſuperbia lacerasti: flammasq; diſcordiæ, quas in Romanam Eccl. diris factionibus excitaſti per omnes Eccleſias Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & Hiſpaniæ furiali dementia ſparſiſti. Sublata enim, quantum in te fuit, omni poteſtate ab Epiſcopis, quæ eis divinitus per gratiam Sp.S. qui maximè in ordinationibus operatur, collata eſſe dinoſcitur, omniq; rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione plebejo furori per te attributa, dum nemo jā b alicui Epiſcopus aut Presbyter eſt, niſi qui hoc indigniſſima aſſentatione à faſtu ſuo emendicaverit, omnem

a Joh. 13.15. & 1. Joan. 2.

b al. alicubi.

or[illegible]em Apoſtolicæ inſtitutionis vigorem, illamque pulch[illegible]r man[illegible] membrorum [illegible] ne[illegible], [illegible] Do[illegible] ut [illegible] tres commend[illegible] inculcat, mi[illegible] bili confuſion[illegible] hæc tua gl[illegible] ria dec[illegible] non poteſt) Chriſti [illegible] rè nomen [illegible] illu[illegible] pro indignitate [illegible] qu[illegible] quandam inſolitam atque potē[illegible] arrogas, ut deb[illegible]ta univ[illegible] jura [illegible]? Aſſeris enim, cujuſcunque noſ[illegible] ni aliqu[illegible] del[illegible]ctum ad[illegible] tua pe[illegible], utraque non habere quemquam [illegible] pot[illegible] vel [illegible]gandi vel [illegible] endi præter t[illegible] ſolum aut eum, quem tu ſpecialiter ad h[illegible] lente[illegible] quod omnem i[illegible] exceda[illegible] crud[illegible] non videat?

Gregorius VII. Papa Romanus condemnatur, a [illegible] nominis [illegible].

Qua ergo p[illegible] alios que præſumptio[illegible] Eccleſiam Dei tam graviter [illegible] tam [illegible] ferè poſſendam, diutius tolerar[illegible] omni malo deterius judicavimus, placuit, ut co[illegible] nio[illegible] conſilio tibi, quod ha[illegible] tecum [illegible] oteſcat, quare obrem ne[illegible] nec umquam potu[illegible] Apoſtolicæ ſedi præeſſ[illegible]: Tu ipſe bonæ memoriæ HENRICO Imperatori iplum corporali ſacr[illegible] conſtrinxiſti, quod numquam vivente ipſo Imperatore, aut filio e[illegible] noſtro glorioſo R[illegible], qui modo ſumma rerum præeſt, Papatum aut ipſe ſuſciperes, aut quant[illegible] patereris, abſqu[illegible] aſſenſu & laudamento vel patris, dum viveret, ve[illegible] dum ipſe viveret. At[illegible] hujus ſacramenti ſunt hodie teſtes plerique Epiſcopi, qui hoc tunc & ſuis videre & auribus [illegible] re. Illud etiam recordare, quomodo tu ipſe aliquos ex Cardinalibus, [illegible] ambitio Papatus ti[illegible] ad tollendam æmulationem hac occaſione & conditione, ut ipſi hoc facerent, ſacramento [illegible] gaſti, quod numquam Papatum habiturus eſſes. Utraq; hæc ſacra[illegible]rum quam ſanctè, quam[illegible] obſervaveris, tu videris. Præterea cum tempore Nicolai Papæ Syno[illegible] celebraretur in qua centum viginti quinque Epiſcopi conſederant, ſub anathemate id ſtatutum & [illegible] tum eſt, ut nullus unq[illegible] Papa fieret, niſi per electionem Cardinalium, & approbationem po[illegible] li, & per conſenſum & authoritatem Regis. Atque hujus conſilii ſeu Decreti tu ipſe [illegible] uthor & p[illegible] ſor [illegible] ſubſcriptor que fuiſt[illegible]. Ad hæc quaſi fœtore qu[illegible] dam graviſſimi ſcandali totam Eccleſiam [illegible] convictu & co[illegible] ratione aliena mulieris familiariori quam neceſſe ſit. In qua verecun[illegible] ma[illegible] quam cauſa laborat; quamvis hæc generalis querela ubique perſonuerit, omnia judi[illegible] decreta per fœm[illegible] in ſede Apoſtolica actitari, denique per hu[illegible] fœmina[illegible] Senatum [illegible] us orbis & Eccleſiæ [illegible] adminiſtrari. Nam de injuriis & contumeliis Epiſcoporum, quos fornica[illegible] & filios meretricum, & cætera id genus indigniſſimè appellas, nulla quærimonia ſufficit. Quia [illegible] introitus tuus tantis perju[illegible] inſtitutus eſt, & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem nov[illegible] tum t[illegible] periclitatur, & vitam per converſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtas, obedientiam, quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos eſſe, renuntiamus. Et q[illegible]a nemo noſtrum, ut tu publicè declamas, tibi hactenus fuit Epiſcopus, ita tu quoque nulli noſtrum am[illegible] do eris Apoſtolicus.

DECRETA

Anno Christi 1077.

COMITIORUM FORCHEIMENSIUM DE LEGE REGIA, ET NE IMPERIUM PROcedat ſucceſſione, ſed electione,

*STATUTA A RUDOLPHO REGE AB ARCHIEPISCOPIS, EPISCOpis, Ducibus, Comitibus, * Majoribus & Minoribus electo in Conventu apud Forcheim, Anno Domini MLXXVII.*

* Herren und Knechten. vel, Baronibus & Civib[illegible] [illegible] Henri[illegible] cus ſinp Ba[illegible] variam ademit, & in Welphonem contulit. b quos inter Bertholdus Carinthiæ & Z[illegible] Dux, cui Imp Carinth[illegible] ademerat.

SAXONES & Suevi Forcheim convenit[illegible], ſed & de aliis regionibus Legati aderant, quicquid iſti de Republica commodè definierint, idem laudare ſuos indicant. Aderat etiam Legatus Apoſtolici, qui cuncta, quæ de Regno Principes utiliter diſponerent, Apoſtolicæ ſublimitatis auctoritate firmaret. Ex multis, quos probitate dignos in electione propoſuerunt, tandem RODULPHUM Ducem Suevorum Regem ſibi Saxones & Suevi concorditer elegerunt.

2. At cum ſinguli deberent eum Regem laudare, quidam voluerunt aliquas conditiones interponere, ut hac lege eum ſuper ſe levarent Regem, quatenus ſibi de ſuis injuriis ſpecialiter prom[illegible] juſtificationem. Otto namque *a* Dux non prius volebat eum ſibi Regem conſtituere, niſi promi[illegible] honorem ſibi injuſtè ablatum reſtituere. Sic & *b* alii multi ſuas ſingulares cauſas interponunt, q[illegible] [illegible] ſe corre[illegible] promitt[illegible] ret, volunt. Quod intelligens Apoſtolici Legatus fieri prohibuit, & o[illegible] [illegible] non ſingulorum, ſed univerſorum fore Regem, ut univerſis juſtum ſe promitteret, ſat[illegible] p[illegible]. Ait etiam, ſi eo modo, quo cœptum fuerat, promiſſionibus ſingillatim præmiſſis eligeretur, ipſa electio non ſincera, ſed hæreſis Simoniacæ veneno polluta videretur.

3. Tamen quædam ſunt ibi cauſæ ſpecialiter exceptæ, quas quod injuſtè viguerant, deb[illegible] em[illegible]dare: ſcilicet ut Epiſcopatus non pro precio nec pro amicitia daret, ſed unicuique Eccleſi[illegible] ſuis electi[illegible] ſicut jub[illegible] Canones permitteret.

4. Hoc etiam ibi conſenſu communi comprobatum R[illegible] Pontificis auctoritate eſt [illegible] b[illegible] Regia poteſtas nulli per hæreditatem, ſicut ante [illegible] conſuetudo, cederet, ſed filius R[illegible] [illegible] dignus eſſet, per electionem ſpontaneam, quam per ſucceſſionis lineam, Rex pr[illegible] [illegible] non eſſet dignus filius, vel ſi nollet eum populus, q[illegible] Regem facere vellet, habe[illegible] [illegible] populus.

5. Hæc

5. Hæc omnia legaliter conſtituta ſunt in conventu apud Forcheim, anno Dominicæ incarnationis MLXXVII. anno IV. Venerabilis Papæ Gregorii in hoc nomine Septimi, Indictione XV. Idibus Martii.

Hæc ita commemorat Bruno in Hiſtor. Belli Sax[illegible] . pag. 134 & ſeq. qui quidem Bruno cum Epi[illegible] Conſtant[illegible] ipſi Conventui interfuit. Hujus Conventus & Decretorum etiam meminit Paulus Bernrie[illegible] Gregorii Papæ VII. [illegible] 214 [illegible]:

Facto Conventu apud Forecheim, Legati Romanæ Eccleſiæ (Bernhardus Cardinalis Diaconus, & Bernbardus Abbas Maſſilienſis, cum Chriſtiano polleà Averſanæ Eccleſiæ Epiſcopo) literas Apoſtolicas in medium protulerunt: quàm parum Dominus Papa de promiſſione Regis lætatus fuerit, cum adverſarii Eccleſiæ plus audaciæ quàm terroris ex præſentia Regis acciperent. Ad hoc, ajebant, eum petere, ut novi Regis electionem, de qua audierat, in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe perpenderent.

Peracta igitur Legatione, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, Majores atq; Minores, debitam reverentiam Legatis inpendentes, per conſeſſum ſinguli ſurrexerunt; &, quot contumeliis, & quot periculis jam à Henrico Rege affecti eſſent, vel ſe afficiendos fore non dubitarent, Legatis lamentari cœperunt, ſeque totiens inſidias ejus inter ipſa pacis oſcula vix evaſiſſe, ut nec juramento ejus deinceps aliquam fidem exhibere poſſent: hoc quoq; addentes, ſe tamdiu eum poſt depoſitionem toleraſſe, non utique ut correctionem ejus, utpote penitus deſperatam, exſpectarent, ſed ut quibusdam occaſionem calumniandi auferrent, qui fortaſſe ei, ſi non tamdiu exſpectaretur, correctionem interclusam fore conquererentur, totaque illa die cum hujusmodi querimoniis transacta, nec medietatem injuriarum ſibi illatarum enumerare potuerunt.

In craſtinum vero iterum ad hoſpitia Legatorum convenientes, pro ſua neceſſitate ſublevanda, eos conſuluerunt, ſuggerentes eis periculoſiſſimum & irrevocabile ſchiſma in toto Regno futurum, niſi in eodem Conventu, ut deliberaverant, in alicujus novi capitis ſublevatione Confœderati illud anticipare feſtinarent. Legati autem Legationis ſuæ non immemores, latis compendioſè ad hæc reſponderunt, ſibi quidem optimum videri, ſi Regis conſtitutionem, juxta eorum Legationem, in adventum Domini Papæ ſine periculo differre poſſent. Cæterum proviſionem Regni non tam in eorum conſilio, quam in Principum arbitrio ſitam eſſe dixerunt, qui Rempublicam in manibus tenerent, ac totius Regni damnum ſive proficuum optimè prænoſſent. Itaq; Principes Regni de adventu Papæ incerti, ſed de maxima diſſenſione eventura, & periculo, ſi differrent, certiſſimi, acceptalicentia à Legatis apud Moguntinum Archiepiſcopum convenerunt, & quid eis agendum eſſet, ſingulari diligentia invicem tractaverunt: conſiderantes quidem, ſe ad nullam dilationem ab Apoſtolico coactus, ſed hoc in eorum arbitrio poſitum eſſe; nec alicui, niſi ſibi ipſis deinceps imputandum fore, ſi dilatio noceret.

Inſuper ſe nullius ſubjectionis exhibendæ Henrico Regi obnoxios, imò per Apoſtolici banni transgreſſionem damnandos, ſi aliquam ſubjectionem Regi deinceps exhiberent. Nam Papa, priusquam eum anathematizaret, ex parte omnipotentis Dei, & S. Petri, & ſua, illi Regnum interdixit, & omnes Chriſtianos juramento, quod * ſibi feciſſent, vel facturi eſſent, abſolvit; &, ut nullus ei, ut Regi ſerviret, interdixit, qui poſtea ab eo communionem tantum, non Regnum, falſa correctionis promiſſione recuperavit. * pro illi, ſc. Henrico.

Hoc igitur Principes Regni diligentiſſimè perſcrutati, ſe quidem à Regis Henrici poteſtate penitus, ut prædictum eſt, emancipatos, nec ſe illi plus, quàm illum illis, alicujus fidelitatis vel ſubjectionis obnoxius, ut liberi homines, Rudolphum Ducem Suevorum fruſtrà multùm renitentem, fruſtraque vel unius horæ inducias ad conſulendum petentem, Regia dignitate ſublimaverunt, virum ſanè in humilitate præcipuum, Regio honori ætate & moribus idoneum; eique ſe debito fidelitatis ſacramento ſubdiderunt. Qui utique Regnum non ut proprium, ſed pro diſpoſitione ſibi creditum reputans, omne hæreditarium jus in eo repudiavit, & vel filio ſuo ſe hoc adoptaturum fore penitus abnegavit, juſtiſſimè in arbitrio Principum eſſe decernens, ut poſt mortem ejus liberè, non magis filium ejus, quàm alium eligerent, niſi quem ad id culminis ætate & morum gravitate dignum inveniſſent.

Hunc igitur Rudolphum tam legitimè electum Archiepiſcopi *a* Moguntinus & *b* Magdeburgenſis cum eorum Suffraganeis Legatis Sedis Apoſtolicæ præſentibus, & Regni Principibus, Regali unctione conſecrarunt. Electus eſt autem ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Majoribus atque Minoribus, in Conventu apud Forcheim anno Dominicæ incarnationis MLXXVII. anno IV. venerabilis Papæ Gregorii in hoc nomine Septimi, indictione XV. Idibus Martii. a Sigefridus. b Wecil.

HENRICI IV. IMPERAT. AUG. JURAMENTUM GREGORIO VII. P.R. CORporaliter præſtitum in oppido Canuſii.

Anno Chriſti 1077.

EGo Henricus Rex de murmuratione & diſſenſione, quam nunc habent contra me Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Duces, Comites, ceteriq; Principes Regni Teutonicorum, & alii, qui eos in eadem diſſenſionis cauſa ſequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa Gregorius conſtituerit, aut juſtitiam ſecundum judicium ejus, aut concordiam ſecundum conſilium ejus, faciam, niſi certum impedimentum mihi vel ſibi obſtiterit. Quo transacto ad peragendum idem paratus ero.

Item ſi idem Dominus Papa Gregorius ultra montes, ſeu ad alias partes terrarum ire voluerit, ſecurus erit ex mei parte, & eorum quos conſtringere potero, ab omni læſione vitæ aut mem-

membrorum ejus, ſeu captione, tam ipſe quàm qui in ejus conductu & comitatu [illegible] lo mittuntur, vel ad eum de quibuscumque terrarum partibus venerint, in eundo & ibi [illegible] inde redeundo: neque aliud aliquid impedimentum habebit ex meo conſenſu, quod contra [illegible] ſuum ſit. Et ſi quis ei [illegible], cum bona fide ſecundum poſſe meum illum adjuvabo.

Actum Canuſii, quinto Kal. Februarii, Indictione decima quinta.

Anno Chriſti 1079.

HENRICI IV. IMPERAT AUG.

ET RUDOLPHI PSEUDOREGIS ROMANI JURAMENTA IN CONCILIO ROMANO præſtita.

[illegible] Concilio.

[illegible]

HIs itaque piè & feliciter actis, inter multas proclamationes conqueſti ſunt Legati Regis RUDOLPHI ſuper HENRICO, quod nulli loco nullique perſonæ parcens, * regionem T[illegible]nam contereret & conculcaret; neminem debitus honor, vel reverentia, vel dignitas tuer[illegible] & ceu viba mancipia non modò Sacerdotes, ſed etiam Epiſcopi Archiepiſcopique caperentur, vi[illegible]liſque mancipatentur, partimque trucidarentur. Decreverunt ergò quam plures Concilii, in [illegible]rannidem gladium Apoſtolicum debere evaginari: ſed diſtulit Apoſtolica manſuetudo. Juraverunt igitur Legati Henrici Regis illud, quod in ſequentibus ſcriptum reperitur.

SACRAMENTUM NUNTIORUM HENRICI REGIS.

LEgati Domini mei Regis ad vos venient infra terminum Aſcenſionis Domini, exceptis leg[illegible]ſoniis, id eſt morte, vel gravi infirmitate, vel captione, abſque dolo, qui Legatos Romanæ Sedis [illegible]curè ducent & reducent. Et Dominus Rex obediens erit illis in omnibus, ſecundum juſtitiam & judicium illorum. Et hæc omnia obſervabit abſque dolo, niſi quantum ex juſſione veſtra remanſerit. Et hæc jure ex præcepto Domini mei Regis Henrici.

ITEM JUSJURANDUM NUNTIORUM RUDOLPHI REGIS, ITIDEMQUE RUDOLPHI, QUOD SEQUITUR.

SI colloquium ex veſtro præcepto conſtitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco & tempore a vobis definito ante præſentiam veſtram, vel Legatorum veſtrorum, Dominus noſter Rex RUDOLPHUS vel ipſe veniet, vel Epiſcopos & fideles ſuos mittet, paratoſque erit judicium, quod ſancta Romana Eccleſia decreverit, de cauſa Regni ſubire, nulloque malo ingenio conventum a vobis ſive Legatis veſtris conſtitutum impediet. Et poſtquam certum, inde veſtrum Nuntium videbit de pace in Regno conſtituenda & confirmanda, ſtudebit ut Legatio veſtra provenire ad pacem Regni & concordiam poſſit. Hæc omnia obſervabuntur, niſi quantum ex veſtra certa licentia remanſerit, vel ex impedimento legitimo, ſcilicet morte, vel gravi infirmitate, vel captione, ſine dolo.

Anno Chriſti 1080.

RUDOLPHI REGIS ROMANORUM ET PRINCIPUM IMPERII PROPOSITIO

IN SYNODO ROMANA CONTRA HENRICUM IV. Imperatorem.

NOs ex Legatione Domini noſtri Regis RUDOLPHI, & Principum ejus, conquerimur Deo & Sancto Petro, veſtræque Paternitati, & cuncto huic ſanctiſſimo Concilio, quod ille HENRICUS, quem vos Apoſtolica auctoritate depoſuiſtis à Regno, idipſum Regnum contra [illegible]ſtrum interdictum tyrannicè invaſit, omnia circumquaque ferro, præda, incendio devaſtavit: Archiepiſcopos, Epiſcopos, de Epiſcopatibus ſuis impia crudelitate expulit, & eorum Epiſcopatus ſuis fa[illegible]ribus in beneficia diſtribuit. Per cujus etiam tyrannidem piæ memoriæ Werinharius Magdebur[illegible]ſis Archiepiſcopus occiſus eſt: Adelbertus Wormacienſis Epiſcopus adhuc ab eo contra Sedis Apoſtolicæ præceptum in captione cruciatur. Multa hominum millia ejus factione ſunt occiſa; quam plures Eccleſiæ, ablatis reliquiis, incenſæ, ac penitus deſtructæ.

2. Innumerabilia quidem facinora ſunt, quæ idem HENRICUS in Principes noſtros perpetra[illegible] eò quod ſibi contra Sedis Apoſtolicæ decretum, ut Regi, obedire noluerunt: & Colloquium, qu[illegible] vos pro inquirenda juſtitia, & pace componenda fieri decreviſtis, ex culpa HENRICI, & fautorum e[illegible] remanſit.

3. Quapropter veſtram humiliter imploramus clementiam, ut nobis, imò ſanctæ Dei Eccleſ[illegible] deceptam ſacrilego pervaſori Eccleſiarum juſtitiam faciatis.

Actum Romæ, anno ab Incarnatione Domini MLXXX. Pontificatus verò Domini G[illegible]rii Papæ Septimi anno VII. Indictione III.

DEC[illegible]

D E C R E T U M

COMITIORUM BRIXINÆ NORICÆ CELEBRATORUM,

Anno Chriſti 1080.

CONTRA GREGORIUM VII. PAPAM.

ANNO DOMINI MLXXX. cum apud Brixinam Noricam triginta Epiſcoporum conventus, nec non & optimatum exercitus non ſolum Italiæ ſed & Germaniæ, juſſu HENRICI Regis congregaretur, factus eſt omnium conſenſus adverſus Hildebrandum Papam, cognominatum Gregorium Septimum, quem Pſeudomonachum, totiuſque væſaniæ peſtiferum principem, & præcipuè ſanctæ Romanæ Sedis invaſorem affirmantes, ab Apoſtolica Sede depellendum, quamvis abſentem, dijudicabant; & Wigbertum Ravennenſem Archiepiſcopum ipſi ſubrogandum eligebant.

Hujus Decreti concluſio hæc eſt: Quia, inquiunt, illum conſtat non à Deo electum, ſed à ſeipſo in fraude ac pecunia impudentisſimè objectum: qui Eccleſiaſticum ſubvertit ordinem, qui Chriſtiani Imperii perturbavit regnum, qui Regi Catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem; qui perjurum defendit * Regem; qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia, & quicquid quiete inter piè viventes ſtare videbatur, concuſſit: nos, authore Deo, congregati in unum, legatis ac literis freti decem & novem Epiſcoporum, die ſancta præteritæ Pentecoſtes Moguntiæ congregatorum contra eundem Hildebrandum procaciſſimum, ſacrilegia ac incendia prædicantem, perjuria & homicidia defendentem, Catholicam & Apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtione ponentem, Hæretici Berengarii antiquum diſcipulum, divinationum ac ſomniorum cultorem, manifeſtum necromanticum, Phytonico ſpiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem, judicamus canonicè deponendum & expellendum: & niſi ab ipſa Sede his auditis deſcenderit, in perpetuum condemnandum. Facta ſunt hæc VII. Kal. Julii, feria V. Indict. III.

* Rudolphū Rheinfeldenſem.

HENRICI IV. IMPERATORIS AUG. SENTENTIA

Anno Chriſti 1080.

CONTRA HILDEBRANDUM PAPAM LATA *in Comitiis Brixinenſibus.*

Qui Gregorius VII.

HENRICUS non *a* uſurpativè, ſed pia Dei ordinatione Rex, Hildebrando non jam Apoſtolico, ſed falſo Monacho.

a al. uſurpatione.

1. Hanc talem pro confuſione tua ſalutationem promeruiſti, qui nullum in Eccleſia ordinem prætermiſiſti, quem confuſionis non honoris, maledictionis non benedictionis participem non feceris. Ut enim de multis pauca & egregia loquamur: Rectores ſanctæ Eccleſiæ, videlicet Archiepiſcopos, Epiſcopos, vel Presbyteros, non modò tangere ſicut Chriſtos Domini, non timuiſti, quin ſicut ſervos, neſcientes quid faciat Dominus eorum, ſub pedibus tuis calcaſti. In quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparaſti, quos omnes nihil ſcire, te autem ſolum omnia noſſe judicaſti. Qua utiq; ſcientia non ad ædificationem, ſed ad deſtructionem uti ſtuduiſti: ut jure hoc beatum Gregorium, cujus nomen tibi vendicaſti, de te credamus propheraſſe, ſic dicentem: *Ex affluentia ſubjectorum plerumque animus Prælati extollitur; exiſtimat ſe plus omnibus noſſe, cum ſe videt plus omnibus poſſe.*

2. Et nos quidem hæc omnia ſuſtinuimus, dum Apoſtolicæ Sedis honorem conſervare ſtuduimus: ſed tu humilitatem noſtram timorem fore intellexiſti; ideoq; in ipſam Regiam poteſtatem nobis a Deo conceſſam exurgere non timuiſti, quam te à nobis auferre auſus es minari, quaſi nos à te regnum acceperimus, quaſi in tua & non in Dei manu ſit Regnum vel Imperium. Quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus nos ad Regnum, te autem non vocavit ad Sacerdotium. Tu enim his gradibus aſcendiſti, ſcilicet aſtutia & fraude, quodque Monachica profeſſio abominatur, pecunia favorem, favore ferrum, ferro Sedem pacis adiſti, & de Sede pacis pacem turbaſti, dum ſubditos in Prælatos armaſti, dum Epiſcopos noſtros à Deo vocatos tu non vocatus ſpernendos docuiſti; dum Laicis *b* miniſterium eorum ſuper Sacerdotes uſurpaſti, ut ipſi deponant vel condemnent, qui ipſos de manu Domini per impoſitionem manuum Epiſcoporum docendos acceperant.

b uſus

3. Me quoq; (licet indignus inter Chriſtianos ſim ad Regnum unctus) tetigiſti, quem ſanctorum Patrum traditio ſoli Deo judicandum docuit; nec pro aliquo crimine, niſi à fide (quod abſit) exorbitaverimus, deponendū coaſſeruit. Ipſe verò quid verus Papa beatus Petrus clamat? *Deum timete, Regem honorificate.* Tu autem, quia Deum non times, me conſtitutum ejus inhonoras. Unde beatus Paulus, ubi Angelo de cœlo, alia ſi prædicaverit, non pepercit, te quoq; in terris alia docentem non excepit. Ait enim: *Si quis vel ego, vel Angelus è cœlo, præter id quod evangelizavimus vobis, evangeliza-*

1. Petr. 2. Galat. 1.

[illegible] Tu igitur hoc anathemate, & omnium Epiſcoporum [illegible] judicio damnatus [illegible], vendicatam tibi Sedem Apoſtolicam relinque, alius [illegible] tri aſcendat, qui nulla violentiam religione palliet, ſed beati Petri ſanam doctrinam d[illegible]

Ego Henricus Rex Dei gratia, cum omnibus Epiſcopis [illegible] tibi dicimus; Deſcende, Deſcende.

HENRICI IV. IMPERAT. AUG.

EDICTUM

AD CLERUM POPULUMQUE ROMANUM,

ut à Papæ obedientia recedant, ex Comitiis Brixinenſibus.

Anno Chriſti 1080.

HENRICUS Dei gratia Rex, univerſæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Clero & Populo gratiam, ſalutem, & omne bonum.

Hæc fides firma & inconcuſſa creditur, quæ ſemper & eadem & præſenti ſervatur & abſenti, diuturna ejus, cui debetur, abſentia nec longi temporis tædio immutatur. Quam talem vos n[illegible] ſervare ſcimus, & gratias agimus: &, ut eadem perſeveret, petimus, videlicet ut (ſicut facitis) am[illegible] noſtris amici, inimicis noſtris inimici jugiter exiſtatis. Inter quos ſcilicet Hildebrandum Monachum notantes, vos in ejus inimicitiam excitamus, quod hunc & Eccleſiæ invaſorem & oppreſſorem, & Romanæ Reipubl. vel Regni noſtri inſidiatorem comprehendimus, ut in ſubſequenti epiſtola [illegible] nobis directa pernoſcere in promptu eſt.

Anno Chriſti 1080.

HENRICUS DEI GRATIA REX, HILDEBRANDO.

QUum hactenus à te ea, quæ ſunt Patris, expectarem, tibique in omnibus magna fidelium noſtrorum indignatione obedirem; recepi à te viciſſitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ regnique noſtri pernicioſiſſimus hoſtis eſſet. Nam quum primùm omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa Sede Apoſtolica debebatur, ſuperbo auſu rapuiſſes; longiùs inde progrediens, regnum Italiæ peſſimis artibus alienare tentaſti. Neque hoc contentus, in reverendiſſimos Epiſcopos, qui nobis velut dulciſſima membra uniti ſunt, manum mittere non timuiſti, eoſque ſuperbiſſimis injuriis acerbiſſimiſque contumeliis contra divina & humana jura (ut ipſi ajunt) exagitaſti. Quæ omnia quùm ego quadam patientia diſſimularem, tu hoc non patientiam ſed ignaviam æſtimans, in ipſum caput inſurgere auſus es, mandans quæ noſti, ſcilicet (ut tuis verbis utar) quod *aut tu morereris, aut mihi animamq; regnumq; tolleres.* Hanc inauditam contumaciam ego non verbis ſed re confutandam dijudicans, generalem conventum omnium Regni Primatum, ipſis ſupplicantibus, habui. Ubi, quum ea quæ hactenus metu & reverentia tacebantur, in medium deducta fuiſſent, veris aſſertionibus illorum, quas ex ipſorum literis audies, palam factum eſt, te nullatenus in Apoſtolica Sede poſſe perſiſtere. Quorum ſententiæ, quòd juſta & probabilis coram Deo hominibuſque videbatur, ego quoque aſſentiens omne tibi Papatus jus, quod habere viſus es, abrenuncio, atque ut a ſede Urbis, cujus mihi Patriciatus, Deo tribuente, & jurato Romanorum aſſenſu, debetur, deſcendas edico.

HUCUSQUE EPISTOLA.

2. Hæc ſeries noſtræ epiſtolæ ad Hildebrandum Monachum. Quam idcirco & vobis ſcripſimus, ut & vobis noſtra voluntas, & nobis, immò Deo & nobis veſtra ſatisfaciat caritas. Exurgite igitur in eum fideliſſimi, & ſit primus in fide primus in ejus damnatione. Non autem, ut ſanguinem ejus fundatis, dicimus (quippe quum major ſibi ſit poſt depoſitionem pœna, vita quàm mors) ſed ut eum, ſi nolit, deſcendere cogatis, & alium communi omnium Epiſcoporum & veſtro conſilio a nobis electum in Apoſtolicam Sedem recipiatis, qui, quod iſte in Eccleſia vulneravit, curare velit & poſſit.

Anno Chriſti 1082.

HERMANNI REGIS ROMANORUM JURAMENTUM,

Principibus Imperii præſtitum in electione.

AB hac hora & deinceps fidelis ero per rectam fidem, beato Petro Apoſtolo, ejuſque Vicario beato Gregorio, qui nunc in carne vivit; & quodcunque ipſe mihi præceperit, ſub [illegible] delicet verbis, PER VERAM OBEDIENTIAM, fideliter, ſicut oportet Chriſtianum obſervabo.

2. De ordinatione vero Eccleſiarū, & de terris, vel Cenſu, quæ CONSTANTINUS Imperator [illegible] CAROLUS ſancto Petro dederunt, & de omnibus Eccleſiis, vel prædiis, quæ Apoſtolicæ Sedi [illegible] a [illegible] quibus

[illegible] vel mulieribus aliquo tempore ſunt oblata, vel conceſſa, & in mea ſunt vel fuerint pote-[illegible] ita conveniam cum Papa, ut periculum ſacrilegii, & perditionem animæ meæ non incurram, & [illegible] ſanctoque Petro, adjuvante Chriſto, dignum honorem & utilitatem impendam.

3. Et eo die, quando illum primitùs videro, fideliter per manus meas miles ſancti Petri & illius efficiar.

HENRICI IV. IMPERATORIS AUG. RESCRIPTUM

Anno Chriſti 1083.

DE RECEPTIONE CLEMENTIS PAPAE, ET *Rejectione Hildebrandi Antipapæ.*

REx HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus Theodorico * Epiſcopo dilectionem nulli majorem. In primis te ſcire volumus, quia nulli melius, quam tibi, confidimus, nec Epiſcopum Trajectenſem fidei monitorem, ſed ad honorem Regni tractandum tibi miſiſſe cooperatorem. Deinde ad ſingula, quæ mandaſti, negotia, ſingula damus reſponſa, ſed breviſſima, quia infinita tibi reſervamus ore ad os dicenda.

* Virdunenſi.

2. Sed quidem hoc, quod in margine epiſtolæ tuæ de Romano negotio nobis mandaſti, in primis tibi dicimus: Romam in die S. Benedicti intravimus. Qualiter a Romanis recepti ſumus, qualiter cum Romanis ſteterimus, qualiter à Romanis receſſerimus, ab aliis multis te audiſſe credimus, Tum etiam literis noſtris tibi indicamus, quas te nondum vidiſſe putamus: ſed etiam mallemus alio quam noſtro ore te reſciſſe, quæ nobis Dominus fecit. Incredibile enim videtur, quod veriſſimum probatur. quod factum eſt in Roma, ut ita dicam, cum decem hominibus, in nobis operatus eſt Dominus, quod anteceſſores noſtri ſi feciſſent cum decem milibus, miraculum omnibus eſſet. Nam cum in Theutonicas partes de acquirenda Roma jam deſperantes redire vellemus, ecce Romani miſſis Legatis, ut Romam intraremus, rogaverunt, ſeque in omnibus nobis obedituros promiſerunt, quod & fecerunt. Summo namque gaudio nos intrantes receperunt, ſummo ſtudio ſecum manentes adjuverunt, ſummo triumpho & fide ab eis recedentes proſecuti ſunt, in tantum ut in Domino fiducialiter dicamus, quia tota Roma in manu noſtra eſt, excepto illo caſtello, in quo incluſus eſt Hildebrant, ſcilicet in domo Creſcentii.

3. Quem Hildebrandum legali omnium Cardinalium ac totius populi Romani judicio ſcias abjectum, & elatum Papam noſtrum Clementem in Sede Apoſtolica ſublimatum, omnium Romanorum acclamatione, noſque à Papa Clemente ordinatum, & conſenſu omnium Romanorum conſecratum in die ſancto Paſchæ Imperatorem, totius populi exultatione.

4. His itaque factis benedictione Dei & S. Petri omnium gaudio à Roma receſſimus, & quantocius poſſumus ad has partes properamus: & in via reditus invenit nos tuus nuncius. Gaudeant, qui velint; doleant, qui velint: nos, Deo propitio, aſſumus.

5. Dominus *a* ille quid agat, ſcire non curamus, ſed quod tu monuiſti, libenter, ne nobis damnū faciat, providebimus. De Saxonibus verò, de *b* Salzburgenſe Archiepiſcopo, de Comite *c* Adelberto, & de aliis ad nos redire volentibus, id tibi reſpondemus, quia conſiliis tuis libenter acquieſcimus, ut tantummodo pax vera fiat in noſtris temporibus, videlicet ut fideles ſint, cum ad nos redierint.

6. Tu autem, ſi non gravaris facere quod volumus, Auguſtam ad nos venire poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli rogamus, quia Deo volente in feſtivitate eorum Ratiſponæ erimus. Studeas ergo ad nos venire, ut tuo adventu poſſis lætificare.

7. Inſuper mandat tibi Apoſtolicus Clemens & Imperator HENRICUS, ut ſicut nos diligas, ita Archiepiſcopum Treverenſem conſecrare properes. Vale.

a Hermannus Luzelburgenſis Comes, à Pontificus electus Romanorum Rex contra Henricum imp.
b Gebehardo.
c de Kalwe in Suevia.

HERMANNI REGIS ROMANORUM ET PRINCIPUM IMPERII RECESSUS

Anno Chriſti 1085.

COMITIORUM GOSLARIENSIUM, DE ABDICAtione HENRICI IV. Imperatoris.

HERMANNUS Rex Nativitatem Domini Goslare celebravit, ad quem Oſtienſis Epiſcopus Apoſtolici Legatus poſt Epiphaniam pervenit in Saxoniam, & Colloquio interfuit, quod Saxones contra HEINRICI fautores condixerunt, ut hoc illis probarent, ſe jure HEINRICUM vitare ut excommunicatum. Quod & facto Colloquio, decimo quinto poſt Epiphaniam, firmiſſimè probaverunt: ea videlicet ratione, quia Romanus Pontifex illum eis à ſe in Romana Synodo anathematiſatum, literis denunciavit.

Ex Bertholdo Conſtantienſi in Append. ad Hermannum Contract.

2. Adverſarii autem eis objecerunt, quod Papa eum nequiverit excommunicare, eò quòd expoliatus non potuerit vocari, judicari, ſive damnari. Ad hæc Saxones reſponderunt, ſe judicium Sedis Apoſtolicæ nec debere retractare, nec poſſe; hoc cum illo potius tractandum, qui illum damnaverit, non cum Saxonibus, quòd damnationi ejus non interfuerint, qui Sedis Apoſtolicæ judicio nullam retractationem, ſed obedientiam debuerint. Ita ergo ſoluto Colloquio diſceſſum eſt ab invicem. Actum anno Domini MLXXXV.

Anno Chriſti 1085.

DECRETA COMITIORUM QVEDELINBVRGENSIUM DE ANNO MLXXXV

Bertholdus Conſtantienſis in Chronic. ad hunc annum.

HERMANNUS Rex in Quintilineburg Paſcha celebravit, ubi & Legatus domini Apoſt... ipſa Paſchali hebdomada, generalem ſynodum cum Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbati... S. Petri fidelibus, ſolenniter celebravit. Interfuit autem huic Synodo, Gebehardus rev... ſimus Juvavienſis Archiepiſcopus, item venerabilis Hartvvigus Magideburgenſis Archiepiſ... cum ſuis ſuffrageneis, item ſuffraganei Moguntinæ ſedis de Saxonia. Nam Wirceburgenſis & VV... matienſis, Auguſtenſis quoq; & Conſtantienſis de Alemannia, quiq; ipſi canonica neceſſitate im... diti, venire non potuerunt, per legationem ſuam ſe S. Concilio repræſentaverunt; ſeq; per om... juſdem ſynodi ſtatutis aſſenſuros, mandaverunt. Rex etiam Hermannus cum ſuis Principibus eidem Synodo interfuit.

2. Cum ergo omnes juxta ordinem ſuum conſediſſent, prolata ſunt in medium decreta ſanctorum Patrum, de primatu ſedis Apoſtolicæ, quòd nulli unquam liceat ejus judicium retractare, & ... ejus judicio judicare. Quod de totius ſynodi publica profeſſione laudatum & confirmatum eſt: & hoc utiq; contra Heinricianos, qui fideles S. Petri conſtringere voluerunt, ut excommunicationem domini Papæ Gregorii, ſuper Heinricum cum illis retractare præſumerent.

3. Quidam autem Babenbergenſis clericus, nomine Gunibertus, Romani Pontificis primatu derogare volens, in mediam ſynodum ſe contulit, aſſerens, Romanos Pontifices hunc ſibi primatu... aſcripſiſſe, non aliunde conceſſum hæreditaſſe, videlicet, ut nullus de eorum judicio judicare deb... nec illi alicujus judicio ſubjaceant. Qui cum apertè à tota ſynodo confutaretur, præcipue tamen quodam laico convictus eſt, per illud Evangelicum: *Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum.* Cum enim hoc generaliter in omnibus eccleſiaſticis ordinibus obſervandum deputetur, ne major à minore judicetur: quis hoc Vicario S. Petri denegare potuit, quem omnes Catholici pro domino & magiſtro venerantur?

4. In eadem Synodo ordinatio VVecilonis, Moguntini invaſoris & Sigefridi Auguſten... & Norberti Curienſis, imò omnes ordinationes & conſecrationes excommunicatorum, penitus irritæ judicatæ ſunt, juxta decretum ſanctorum Patrum Innocentii, Leonis primi, Pelagii, atque ejus ſucceſſoris Gregorii primi.

5. Item ſecta prædicti VVecilonis ejusque ſociorum, ſub anathemate damnata eſt, quæ aſſerit, ſeculares ſuis rebus exſpoliatos eccleſiaſtico non ſubjacere judicio, nec excommunicari poſſe, pro ſuis exceſſibus: quæque excommunicatos absque reconciliatione recipi poſſe, contendit.

6. Statutum autem eſt ibi, ut quicunque ab Epiſcopo ſuo, nec officio nec communione privato, excommunicatus eſſet, etſi injuſtè; nullatenus tamen reciperetur ad communionem, niſi abſolutus eccleſiaſtico more. Similiter & pro ſacrilegio excommunicatos decrevit ſancta ſynodus non recipiendos, abſque ſolita reconciliatione, & niſi dudum, quæ ſacrilegè ſibi vendicaverant, reddidiſſent. In eadem Synodo, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, perpetua, juxta decretum ſanctorum Patrum, indicta eſt continentia.

7. Item ſtatutum eſt, ne laici pallas altaris & ſacra vaſa contingant.

8. Item, ne laici decimas ſibi vindicent in proprietatem, nec etiam in beneficium, niſi conceſſione legitimorum poſſeſſorum.

9. Item, ut vernum jejunium in prima hebdomada Quadrageſimæ, æſtivum in Pentecoſte ſemper celebretur.

10. Item, ne quis Caſeum & ova comedat in Quadrageſima.

11. Item ſynodali judicio confirmata & laudata eſt ordinatio domini Gebehardi Conſtantienſis Epiſcopi, imò omnia quæ præfatus ſedis Apoſtolicæ legatus, cum eſſet Conſtantiæ ordinavit.

12. Item, ibi mota eſt quæſtio, de conſanguinitate Regis & uxoris ſuæ. Unde & Rex in media ſynodo ſurrexit, ſeque de hac re judicium S. Synodi, per omnia obſervaturum profeſſus eſt. Sancta autem ſynodus hanc cauſam in præſenti canonicè examinari non poſſe judicavit, eò quod legitimi accuſatores non eſſent.

13. In fine autem ſynodi ſententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata eſt, in G... bertum hæreſiarcham, ſedis Apoſtolicæ pervaſorem, & in apoſtatas S. Petri, Hugonem Albanenſem, Johannem Portuenſem Exepiſcopos Petrum Excancellarium item in Leomarum Bremenſ... Utonem Hildinesheimenſem, Ottonem Conſtantienſem, Burchardum Baſilienſem, Huzmann... Spirenſem, Exepiſcopos. item in VVecilonem Moguntinum invaſorem, Sigefridum Auguſt... ſem Nortbertum Curienſem, in hos (inquam) & in omnes eorum complices, inevitabilis ſente... anathematis promulgata eſt. Subſcripſerunt per ſe aut per Legatos ſuos:

Hermannus Rex Romanorum.

Otto Monachus Cluniacenſis, Legatus Gregorii Papæ.

Gebhardus Salisburgenſis,
Hardvvicus Maydenburgenſis, } Archiepiſcopi.

Adalbero VVirtzburgenſis,
Altmannus Batavenſis,
Bernardus Mersburgenſis,
Guntherus Citicenſis,
Benno Mœſianus, } Epiſcopi.

Al...

Albertus Vangionus,
Burckhardus Halberſtatenſis,
Hermannus Mediomatricus,
Reginardus Mindenſis,
Wigoldus Auguſtanus,
Gebhardus Conſtantienſis.
Heinricus Bambergenſis,
} Epiſcopi.

Eckertus Marchio Saxonum Brunovicenſium.
Heinricus Craſſus, filius Ottonis Ducis Bavariæ,
Coradus Comes à Beuchlingen.

DECRETA COMITIORUM MOGUNTINENSIUM ANNO DOMINI MLXXXV.

Anno Chriſti 1085.

MEſſe Majo Moguntiæ, ubi conſtitutum fuerat, HEINRICUS Imperator, Proceres, Duces, frequentes coëunt. Item Petrus Portuenſis Epiſcopus, duo Flamines Romani, Legati CLEMENTIS Tertii Pontificis Maximi Archimyſtæ hi atque minores Pontifices Galliæ, Germaniæ, Ex Aventino lib. 5. Annal. Bojor. fo 465

Wezilo Moguntinus,
Angelbertus Treverenſis,
Segivinus Agrippinenſis,
Luitmarus Bremenſis,
} Archiepiſcopi.

Theodericus Virdunenſis,
Hainricus Leodienſis,
Conradus Trajectenſis,
Udalricus Aichſtetenſis,
Meginardus Fruxinenſis,
Otto Reginoburgenſis,
Rupertus Bambergenſis,
a Hermannus Spirenſis, a Leg. Hozmannus.
Otto Conſtantienſis.
Burckhardus Loſanienſis,
Sigefridus Auguſtanus,
Gebhardus Pragenſis,
Uto Hildeshaymenſis,
Hainricus Badebornenſis,
Erpho Monaſterienſis,
Volckmarus Mindenſis,
Bibo Tullenſis,
Burckhardus Baſilienſis,
Otto Argentoratenſis,
} Epiſcopi.

Conveniunt. Adſunt Legati aliorum Pontificum Galliæ, Italiæ, Germaniæ. Communi conſenſu Hyldebrandi ſecta pietati Chriſtianæ repugnans, exploſa, exibilata eſt. Ottonem, qui & Urbanus, ſuperiores Patres, ſacrilegii, irreligioſitatis accuſant, convincunt, in numeroque impiorum computant. Superioris quoque Conciliabuli quatuordecim Epiſcopos albo Pontificum eradunt, ſenatu Sacerdotum movent; crimine perduellionis, perjurii, perfidiæ, homicidii, patricidii, eoſdem condemnant. Hermannum Regem, Eckbertum Saxonem, Welphonem Bojum, proſcribunt, eadem cenſura devovent. Senatusconſultum proſcribitur tale: Devota capita, quæ numeravimus, velut contagio ab omnibus vitentur Chriſtianis: quandoquidem à nobis ſeceſſionem fecerunt, non nos ab illis. Ad concionem ſacram, quemadmodum promiſere, venire detrectant; pietatem Chriſtianam polluunt; concordiam contaminant; ovibus deſertis ad hoſtes Reipublicæ profugiunt; ad bella, incendia, homicidia, parricidia, latrocinia, rapinas non ſolum cohortantur, verùm etiam duces ſunt. Crebrò benignè vocati, reverti noluerunt; verſutos, obſcuros, veteratores, vafros ſe eſſe factis produnt, & nos experimentis ſentimus. Egregii ſanè paſtores, quibus gregem tutum crederes. Nemo oves perſequitur, nullo viſo lupo tamen fugiunt. Quidnam deſignaſſent, ſi eos fortuna ad tempora Domitiani Deciique ſervaſſet? Hildebrandi Papæ ſecta exploſa. Urbanus Papa impietatis damnatus. Hildebrandinorum ſcelera.

In eodem Concilio Pragenſis ditio, ſicut ab imperatore Ottone Secundo, Benedicto Octavo Pontifice Maximo, conſenſu D. Wolffgangi Reginoburgenſis Epiſcopi inſtituta fuerat, certis limitibus deſcribitur, in quibus Cracovia quoque comprehendi reperitur. Clemens Papa atque Heinricus Auguſtus diploma dederunt.

Uratiſlaus quoq; Bojemiæ atq; Poloniæ Rex conſtitutus eſt. Ipſum cum uxore Suatava, Pragæ xvii. Calendas Julii, Angelbertus Archimyſta Trevetorum juſſu Cæſaris inauguravit, acclamante Senatu, Equitatu, populoq; Bojemo: *Vratislao pacifico Bojemiæ atq; Poloniæ Regi, à Deo coronato, vita, laus, victoria.*

R E C E S S U S.

Anno Chriſti 1093.

COMITIORUM ULMENSIUM, CUJUS DECRETA HISCE VERBIS REFERT BERTHOLDUS CONSTANTIENſIS IN CHRONICO, ANNO MXCIII.

a ex familia Ducum Zeringenſium ... Helvetiæ & Sueviæ.

c Sunt hæc decreta Papiſticorum Principum. Nam Arnoldus non fuit invaſor, ſed legitimus Epiſcopus ab Imperatore, ordinario Domino ac patrono, legitime inveſtitus.

GEBEHARDUS *a* Conſtantienſis Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Welphonem Ducem Bajoariæ per manus in Militem accepit, ſicut & proprium fratrem Bertholdum Ducem *b* Alemanniæ jamdudum fecit. Cum quibus & reliquis Alemanniæ Principibus magnum Conventum apud Ulmam habuit.

1. In quo Conventu firmiſſimè laudatum eſt, ut Conſtantienſi Epiſcopo omnimodis ſecundum ſtatuta Canonum obediretur, & ut Duci Bertholdo & Comitibus ſecundum Legem Alemannorum obſecundaretur.

2. Deinde firmiſſimam pacem tam Duces quàm Comites, tam majores quàm minores, ſe obſervaturos a VII. Calend. Decembris uſque in Paſcha & a Paſcha in duos annos juraverunt, videlicet omnibus Monachis ſuis converſis & Clericis, Catholico Epiſcopo ſubjectis, Eccleſiis & earum [illegible] & do[illegible] earum, mercatoribus, & omnibus eodem juramento obligatis: excepto *c* Arnoldo invaſore Conſtantienſis Eccleſiæ, & omnibus ejus fautoribus. Hanc pacem ſinguli Principes, qui convenerunt, unusquisque per poteſtatem ſuam uſquequaque viritim jurare fecerunt.

D E C R E T U M

Anno Chriſti 1094.

COMITIORUM CONSTANTIENSIUM ANNO DOMINI MXCIV.

Fuit hoc conventiculum Principum Hildebrandinæ hæreſi adhærentium & invito Imperatore congregatorum. Decreta autem iſta refert Bertholdus in Chronic.

GEBEHARDUS Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopus, magnam Synodum Conſtantiæ, in hebdomada majore ante Paſcha, cum Abbatibus & Clericis innumerabilibus, & cum prædictis Ducibus, (Welphone Bajoariæ, & Bertholdo Alemanniæ ac Carinthiæ) & reliquis Alemanniæ Principibus canonicè celebravit, ibique multa, quæ corrigenda erant, correxit.

2. Ibi etiam incontinentiam Presbyterorum & violentiam Symoniacorum adeò prohibuit, ut etiam populum ab eorum officio ſub banno prohibuiſſet, ſi ipſi in tali facinore poſiti contra fas ad miniſtrare præſumpſiſſent.

3. Statuit etiam ibi juxta ſtatuta ſanctorum Patrum, ut jejunium Martii in prima hebdomada Quadrageſimæ, & jejunium Junii in hebdomade Pentecoſtes ſemper celebretur.

4. Item ſtatuit, ut tam in hebdomada Pentecoſtes, quàm in hebdomada Paſchali, tres tantùm dies feſtive celebrarentur. Nam uſque ad illud tempus Conſtantienſis Epiſcopatus morem Comprovincialium non eſt ſecutus, videlicet integram ſeptimanam in Paſcha, & unum diem tantum in Pentecoſte obſervando: quamvis utræque ſeptimanæ ejusdem obſervationis eſſe debuerint, & quamvis alii Epiſcopatus penè omnes prædictam conſtitutionem jam ab antiquo tenuerint. Hæc, inquam, ipſe in proprio Epiſcopatu, & ex Epiſcopali authoritate, & ex Apoſtolica legatione, canonicè potuit inſtituere. Nam Legatus fuit ſedis Apoſtolicæ, per totam Teutonicam terram uſquequaque.

a i.e. Imperatricis.
b Henrico IV Imp.

5. Querimonia Praxidis *a* Reginæ, quæ dudum ad Welphonem Ducem Italiæ a *b* marito ſuo diſceſſit, ad Conſtantienſem Synodum pervenit. Quæ ſe tantas tamque inauditas fornicationum ſpurcitias, & à tantis paſſam fuiſſe conqueſta eſt, ut etiam apud inimicos fugam ſuam facillimè excuſaret, omnesque Catholicos ad compaſſionem tantarum injuriarum ſibi conciliaret.

c al. ſt. Schaphuſenſi.
** f. ad illud.*

6. In hac Synodo venerabilis Abbas Sigefridus *c* de Cella ſancti Salvatoris ſuper Dudonem obedientiarium ſuum ſe proclamavit, qui ſe & bona ſua * ad aliud Monaſterium liberè contradidit: ſed non multò poſt ſacrilegè, ſe & ſua inde penitus abalienare tentavit. Unde ſancta Synodus juxta ſtatuta Canonum judicavit, ut vir ille abſque omni contradictione ad obedientiam Abbatis ſui rediret, eique cum ſuis bonis jure perpetuo humiliter ſubjaceret, & de tranſacta inobedientia juxta præceptum Abbatis dignam pœnitentiam exequi ſtuderet. Sicque factum eſt, ut Synodus faciendum eſſe judicavit.

Anno Chriſti 1095.

CONRADI REGIS ROMANORUM PACTUM CUM ROMANO PONTIFICE.

CONRADUS Rex, filius HEINRICI IV Imperatoris, Domino Papæ URBANO, Cremonam venienti, obviam progreditur, eique ſtratoris officium exhibuit, quarto Idus Aprilis.

2. Deinde fecit ei fidelitatem juramento, de vita, de membris, & de Papatu Romano.

3. Dominus autem Papa in filium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ recepit illum, eique conſilium & adjutorium ad obtinendum Regnum, & ad coronam Imperii acquirendam, coram populo firmiſſimè promiſit, ſalva quidem juſtitia illius Eccleſiæ & ſtatutis Apoſtolicis, maximè de inveſtituris in ſpiritualibus officiis a laico non uſurpandis.

DECRE-

DECRETUM COMITIORUM AQUISGRANENSIUM, DE DEPOSITIONE CONRADI Regis Romanorum, Papæ Urbano contra Imperatorem adhærentis; & electione HAINRICI V. Regis, Anno Domini MXCVI.

Anno Chriſti 1096.

HAINRICUS IV. Cæſar Auguſtus, ubi filium CONRADUM, ſibi inſtinctu Machthyldis *a* Comitiſſæ & Urbani Papæ rebellantem, ad ſanitatem reducere non potuit, VIII. Idus Januarii ad Aquas Graneas, ad Conventus Procerum Imperii agendos concedit. Ibi habito eorum, quibus venire, ſententiam dicere jus erat, conſilio, in Senatu ita verba fecit:

Ex Aventino lib. Annal. Boior. lib. 5. 471.
a Quæ fuit ... Tuſciæ.

O fidiſſimi civium, piiſſimique amicorum Romani Imperii Proceres, Chriſtianæque familiæ columen, id vos oro & per Deum immortalem, per majeſtatem Imperii, per ſalutem & dignitatem veſtram, per jurisjurandi religionem, qua nobis & Reip. aſtricti eſtis, obteſtor, ut poſitis gratia atq; odio, in commune conſulatis, & Rempub. capeſſatis: pietatem, pacem jam pridem, factione atque perfidia paucorum terris depulſam, veſtro labore veſtraque induſtria reducem habuite: ſævior tempeſtas rurſus fluctibus obruit. Me in Imperio natum educatumque, quem Deus ſummus rerum arbiter, & vos Imperatorem rebus humanis impoſuiſtis, non inimicus, neque hoſtis, ſed quod falſum eſſe, & neminem credere percupiam, filius meus illecebris fœmineis captus, quem genui, participem Regni feci, ſucceſſorem declaravi, contra jus gentium, adverſus jus naturæ & ſanguinis neceſſitudinem, contra divinum edictum, immemor beneficiorum, oblitus naturæ, non ſolum dignitate, ſed & vita privare conatur parentem; cui vitam, dignitatem, quidquid denique habet, acceptum referat neceſſe eſt, extinguere conititur. Dux facti fœmina eſt: diutius, quàm filio placet, me Deus ſervat. Vitam, quam natura mihi donat, proles mea mihi invidet. Expectare ſenis fata recuſat. Quæ ſanè noſtræ ſunt injuriæ, nihil ad vos. Verum nunc veſtrum duce fœmina occupavit *b* Regnum, vi & armis tenet. Vos in mea injuria deſpectieſtis; veſtra beneficia mihi erepta ſunt; non me, ſed vos contemnit. Veſtra res agitur, audaciam hominum ſpectate. Non opus eſt malis Geniis, homini ex homine plurima mala. Uni animalium homini ambitio honoris, avaritiæ immenſa cupido: nulli rerum major libido, nulli rabies acrior. Quid reliquum eſt, niſi ut cæteri omnes ab hoc quaſi in loco illuſtri conſtituto exempla ... mant, parricidia paſſim impunè committant? Si ulla apud vos eſt memoria CONRADI avi atque HAINRICI parentis mei, majorumque veſtrorum, nolite pati, Imperium veſtro ſanguine atque ſudore partum, per ſcelus & parricidia tabeſcere; per amplitudinem, ſalutemque veſtram, per immortalem majorum gloriam obſecro, auferte procul in ultimas terras ex Germania, victrice gentium, flagitium hocce, hactenus inauditum. Defeſſum tot civilibus prœliis orbem Romanum aſſerite a vinis, ſcelere immaniſſimo Rempub. Chriſtianam vindicate. pœnas impietatis ſcelerati reddant, ſentiant ſacrilegi impoſtores, Germanicam virtutem nondum à majoribus degeneraſſe; vos majorum veſtigiis inniti decet, terrori peſſimis quibusque, bonis patrocinio eſſe. Quod tum fiet, ſi uno conſenſu filium meum minorem natu, majore ob ſcelera exhæredato atque proſcripto, Cæſarem declaraveritis.

b ſc. Italiæ.

Hæc ubi Auguſtus dixit, pauci, quibus omnia alia, atque fides & Reſpublica, chariora erant, contrà nitebantur. Cæteri omnes indignitate facinoris commoti, æqua poſtulare Auguſtum cenſent, ejusque poſtulatis annuunt: ex conſilii decreto more majorum, HAINRICUM filium Auguſti impuberem adhuc, Cæſarem conſalutant; isque ſe nunquam à patre defecturum ſolenni ritu jurat.

DECRETA NORTHUSENSIA HENRICO V. IMPERATORE,

Anno Chriſti 1105.

Anno Domini MCV.

HAINRICUS nominis illius Quintus Rex, Epiſcopis atq; Clericis Conventum generalem in villam Regiam, quæ Northuſum dicitur, quarto Kalendas Junii, ubi ſuper Eccleſiaſticæ inſtitutionis jam depravata diſciplina tractaretur, indixit.

1. In quo Conſilio ſuper ſententiis inſtantibus Patrum decretis primò relictis, quæq; poterant ad præſens laudabiliter corrigebantur: quædam verò, quæ & graviora videbantur, ad Apoſtolicam audientiam differebantur.

2. Simoniaca quippe hæreſis Patrum conſuetudine condemnata: Nicolaitarum quoque fornicaria commixtio ibidem eſt ab omnibus abdicata.

3. Jejunium menſis Martii hebdomada Quadrageſimæ; jejunium verò menſis Junii in ipſa hebdomada Pentecoſtes Romano more celebrandum, à præſcriptis Præſulibus Apoſtolica authoritate indicitur.

4. Et Pax Dei confirmatur.

5. His vero, qui a Pſeudoepiſcopis fuerant conſecrati, per Catholicam manus impoſitionem reconciliatio proximo jejunio danda fore promittitur.

6. Inter hæc Rex HEINRICUS, cùm ſervorū Dei Conventui non niſi vocatus intereſſe vellet, (ingens n. ibi cū Epiſcopis & Clericis, & Abbatū atq; Monachorū Eccleſiaſticā litiēs unitatē turba confluxerat)

Henricus iſte Cæſar a Papa & Papiſticis in Imperio Principibus adverſus Dominum ac Imperatorem ſuum ut rebellaret inductus, Conventiculum hoc in Saxonia celebravit, Papiſticum magis quam Imperiale. Extat in Chronic. Abbatis Svvarzahenſis, qui ei Synodo interfuit.

tandem in abjecto productus habitu, locoque ſtans editiori, omnibus juxta Principum decreta, ſi ... ges atq; juxta rationabiliter innovavit: ſi qua verò irrationabilia rogabantur, mira ac ultra ſuos annos prudenti reſponſione, & avita magnanimitate confutavit: in omnibus his & ſibimet miro modo ſervans adoleſcentiæ verecundiam, & Chriſti ſacerdotibus dignam exhibens reverentiam.

7. Inter hæc obortis lachrymis, ipſum Regem cœli, cunctamq; militiam cœli teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate paternum ſibi regimen uſurpare: neque Dominum & patrem ſuum à Romano deponi Imperio ea optare, imò debitam pertinaciæ & inobedientiæ ejus ſemper compaſſionem exhibere: ſique ſancto Petro ſuisq; ſucceſſoribus lege Chriſtiana ſubjici velit, ſive Regno cedere, ſive ſerviliter ipſi ſe ſubeſſe promiſit. Quod auditum omnis multitudo collaudans, lachrymas ſimul & preces, tam pro patris converſione, quàm pro filii proſperitate fundere cœpit, voce magna *Kyrie eleiſon* declamans.

8. Eadem hora Uto Hildiniaheimenſis, & Heinricus Paderbrunenſis, ac Fridericus Halberſtatenſis, Præſules veſtigiis Metropolitani proſtrati, ipſius atq; Regis ſtantis totiusq; præſentis Eccleſiæ teſtimonio, Apoſtolicæ ſe dederunt obedientiæ. Quorum etiam commiſſa Apoſtolico nihilominus judicio reſervantur, ſub officii ſui tantùm ſuſpenſione.

Anno Chriſti 1106.

HENRICI IV. IMPERAT. AUG.

RESCRIPTUM

AD FILIUM HENRICUM V. REGEM ROMANORUM, NE PAPAE & ejus aſſeclis obediat impia & innaturalia ſuadentibus.

SI interrogem te, Fili dulciſſime, traditio hominum an mandatum Dei præſtantius, magisq; tenendum ſit, reſpondebis, niſi à vero deductus ſis, ſimilem eſſe jumentis, qui cœleſtia terrenis, humanis divina non præferat. Cur ergo magis audis eos, qui tibi ſuggerunt, *perſequere patrem tuum*, quàm verbum ipſius Dei, *honora patrem tuum?* Iſti te decipiunt non inſtruunt: iſti honori tuo non provident, ſed invident: iſti ſub ſpecie fidei, perfidiæ laqueos nectunt: non aliter pervenire potuerunt ad deſtructionem honoris tui niſi per deſtructionem noſtri. Fuerit ſanè, ut peccatis meis exigentibus (quæ ſententia adverſariorum meorum eſt) abjecerit me Deus, ne regnem; attamen tuum non erat in abjectionem meam operam dediſſe, & Regnum, quod tibi paraveram, mihi præripuiſſe. Barbara Regna tam inhumanum facinus damnant ac devovent, ipſi Pagani abhorrent, & qui Deum neſciunt quid in diligendis hominibus naturæ debeant recognoſcunt. Sed quid mirum, ſi maligna ſurreptio ſeductilem & immaturam ætatem decepit, cum etiam ſenes & fixum animi ſtatum ad malum mala conſilia nonnunquam inflectant? Fortuna mea alieni potius, quàm tui ſceleris eſt. Nam tu in manibus ſuadentium eras, non illi in tuis. Si autem injuriam addideris, non jam excuſari poteris, cum & factam crimen eſſe ſcias, & infectam non facere queas.

2. Audivi enim, quòd Paſcha Leodii celebrandum decreveris: quo in loco fides & pietas Epiſcopi me recepit, cum non eſſet, qui vel beneficiorum noſtrorum recordaretur, vel fortunæ compateretur: cujus profectò beneficiis in me te decet Regia liberalitate reſpondere, tantoq; certior de ejus fide poteris eſſe, quanto fidelius erga nos probatur egiſſe. Hic, niſi te fortè domo recepetit, me ſecum in feſtivitate Paſchali retinendum decrevit. At dicis, dignum & conveniens eſſe, ut ea feſtivitas nos jungat potius quàm dividat: te velle, te cupere, ut ibi tecum agam dies Paſchalis lætitiæ: quod quidem & ego cuperem, ſi non eſſet, quod timerem. Neq; n. non poſſum timere eos, quos mihi vitam permiſiſſe pœnitet, dum in manibus eorum mors & vita fuiſſet. Omnia mihi ſuſpecta ſunt, omnia timenda ſunt, maximè in turba, ubi tanto difficilior eſt periculi cautio, quanto major ſceleris occaſio. Inde eſt, quod ex medio eorum, qui me oderunt, longè receſſi, & in extremis Regni tui finibus me contraxi, ut vel receſſu loci tutus ſim, vel ſi fortuna mea poſtulaverit extraneam humanitatem expetere, citius Regno tuo cedere poſſim. Precor ergo ut cauſa patris tui Paſchalem Curiam alibi diſponas, & in domo ejus, qui me humanitatis gratia recepit, cum non liceat Imperatorem, ſaltem hoſpitem eſſe ſinas, ne vel in meum ludibrium, vel in tuum opprobrium narretur, quòd in ſolennitate Dominicæ Reſurrectionis incerta hoſpitia fortuna mea quærere cogatur. Si feceris, quod poſtulo, maximas grates habeo: ſin autem, malo villicus eſſe in extremis Regnis, quàm ludibrio haberi in Regnis quondam meis. Ex Leodio.

Anno Chriſti 1106.

HENRICI V. CÆSARIS AUG.

EDICTUM

DE VINDICANDIS INIURIIS IN CAESAREAM MAIESTATEM illatis.

HENRICUS REX PRINCIPIBUS IMPERII.

SI per invaſionem Regnum occupaſſem, tamen reſiſtentes poteſtati noſtræ retunderem, in quantum poſſem. Nunc autem cum in ſumpta Regni dignitate veſtris paruerim præceptis, auſ... eſt quiſpiam impunè in publicam contumeliam Regnũ & Nos armis vexare. Cum n. Leodium ... ubi

[illegible]s Curia Paſchalis habenda fuerat, ad fluvium Moſam veniſſemus, Epiſcopus Leodienſis & [illegible]enricus, de quorum fide & obſequii devotione multum præſumebamus, nobis latenter inſidias [illegible]unt, & noſtros inſcios & ad pugnam imparatos cædebant, capiebant, fugabant. Quæ & quanta [illegible]des ibi acciderit, jam pudet referre, quam multum dimittere. Igitur conſtrictus & eventus aſperita- [illegible] & temporis articulo Coloniam diverti. Quæ cum me recipere ſatis ſuperbè refutaret, apud villam [illegible]nnam ſanctum diem Paſchæ utcunq; peregi. Cui unquam Regiæ perſonæ tanta contumelia facta [illegible]? Nec ſolum me petit hæc contumelia, vos deſpecti eſtis; iſti præſumptores decreta veſtra authori- [illegible] habere nolunt, ſua tantum ſtatuta firma eſſe volunt; deniq; in quos totum Regni pondus ſe re- clinet haberi cupiunt; Regem, quem conſtituiſtis, deſtituere parant, ut nihil eorum, quæ vos decerni- tis, ratum ſit. Igitur hæc injuria mea Regni potius eſt, quàm mea. Nam unius capitis licet ſummi deje- ctio, reparabile Regni damnum eſt: Principum autem conculcatio, ruina Regni eſt. An hæc impunè feremus? & ex ignobili patientia noſtra magis tumebit eorum ſuperbia? Abſit, ut qui dicimur inho- norati, dicamur & multi; pauca dixiſſe ſat eſt; deſides animi prolixæ cohortationis ſtimulo opus ha- bent: ſtrenuis cauſa magis ad incitamentum facit, quàm verba. Quia igitur contra tam ſuperbos ho- ſtes R.P. viribus utendum eſt, expeditionem vobis & rogando præcipimus, & præcipiendo rogamus: cujus collectioni tempus ad Calendas Julias, locum Wirtziburgenſem urbem præfinimus,

---

HENRICI IV. IMPERAT. AUG.

Anno Chriſti 1106.

RESCRIPTUM

AD FILIUM HENRICUM V. REGEM DE PERFIDIA ET impietate ejus in ſe Imperatorem patrem.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, HENRICO filio ſuo. Si ea nos debita affectione tractaſſes, qua deberes, lubentiſſimè tecum loqueremur, & paterna tibi mandare- mus: verum quia longè alius quàm paternæ affectionis & humanitatis circa nos animus tibi ſu- it, nequimus aliter tecum loqui, quam quod ipſa rei manifeſtiſſimæ veritas habet. Tu enim ipſe ſcis, ſicut ipſe publico experimento facti tibi conſcius es, qualiter data fide & ſecuritate perſonæ & hono- ris noſtri, omni affectione devotionis promiſiſti nos ducere Moguntiam coràm Principibus, & inde nos ſecuriſſime reducere quocunq; vellemus. Hac fiducia cum tecum amanter & indubitanter aſcen- deremus, contra datam fidem apud Bingam nos cepiſti, ubi nec paternæ lacrymæ, nec patris mœror, nec triſtitia, qua ad pedes tuos aliorumq; advolvebamur, te commovit ad miſericordiam, quin nos ca- peres, & captum mortalibus inimicis illudendum & cuſtodiendum traderes, ubi multimodo genere contumeliæ & terroris afflicti, compulſi ſumus fermè venire uſq; ad ipſum mortis articulum.

2. Ante captivitatem abſtuliſti nobis Epiſcopatus, & quicquid de honore Regni potuiſti, & præ- dia noſtra, & ipſam familiam: in captivitate verò quicquid reſiduum erat, ut Lanceam, & Crucem, & omnia Regalia inſignia vi & timore mortis, ut ipſe bene ſcis, & omni ferme notum eſt Chriſtianitati, à nobis extorſiſti, relicta vix ipſa vita. Cum hoc tibi de nobis non ſufficeret, poſtea ſemper ubicunque fuimus, modis omnibus, quibus potuiſti, nos perſequi non ceſſaſti, ut vel perderes vel de Regno ex- pelleres.

3. Verum nos ſatis mirari non poſſumus, qua ratione vel occaſione tam obſtinatè facias, cum de Domino Papâ & Romanâ Eccleſiâ nulla tibi reſidua ſit occaſio. Nos n. Nuncio Domini Papæ & Ro- manæ Eccleſiæ te præſente parati fuimus & ſumus obedire, & omnem debitam obedientiam & reve- rentiam ei coram & ſemper exhibere, & conſilio Principum, & ſpiritualis patris noſtri a Hugonis Clu- niacenſis Abbatis, aliorumq; Religioſorum virorum de ſtatu Eccleſiæ & honore Regni libentiſſimè agere. a al. Henrici.

4. Te ergo rogamus pro honore Regni, & tua & paterna devotione, & per autoritatem Romani Pontificis & Romanæ Eccleſiæ, ut de injuria nobis illata, & de his, quæ nobis vi & injuſtè abſtuliſti, ju- ſtitiam facias. Rogamus etiam, ut cum nil rationis tibi ſit, quare nos proſequaris, nos & fideles noſtros ceſſes infeſtare, imò permittas nos pacificè & quietè vivere, ut integrè & cum tranquillitate poſſimus omnia ſupradicta agere. Recognoſce etiam, & tecum cogita, quia Deus juſtus judex eſt, cui commiſi- mus cauſam noſtram & vindictam: cujus etiam judicia ſunt occulta, velut abyſſus multa. Quoniam quantumcunq; ſuper afflictionem & infortunia glorieris, & ſuper humilitatem te extollas, forſitan de ſede ſancta ſua inter me & te gratuita miſericordia aliud jam definivit, intercedente juſtitia, quam tu ipſe cogites & diſponas. Quod ſi nulla alia vel reverentia vel interceſſio nobis valet, opto ut juſticiam conſequi poſſimus, vel ut tuæ perſecutionis impetus ceſſet. Ad hoc idem Romanum Pontificem, & ſanctam univerſalem Romanam Eccleſiam appellamus.

HENRICI IV. IMPER. AVG.

Anno Chriſti 1106.

PROTESTATIO

AD PRINCIPES IMPERII, Super injuſta ſua depoſitione.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, a Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, cæteriſque Regni Principibus, gratiam & dilectionem, dignantibus eam recipere. a al. Archiepiſcopis, cæteris Saxoniæ Principibus, ac etiam reliquo populo, grat.

Con-

Conquerimur Deo omnipotenti, & Dominæ meæ ſanctæ Mariæ, & beato Petro Pri... A-ſtolorum, patrono noſtro. & vobis Principibus omnibus, quòd injuſtè & inhumanè & crudeliter, c... ſiſi in illa fide, in qua dubitare non debueramus, tractati ſumus, & tam honore Regni quàm prædii... omnibus, quæ habebamus, contra divinum & humanum jus, ad infamiam & *a* improperium Re... ita expoliati ſumus, ut nihil penitus præter ſolam vitam nobis relictum ſit. Ubi cum fermè omnes e... tis, magna pars veſtri viſa eſt dolere & contriſtari. ſed (proh dolor) nihil nobis veſtra contulit tri... cia, quin de nobis ſibi ſatisfaceret voluntas inimicorum noſtrorum odioſa. Et quia cum con... rogatu filii noſtri, fide & ſecuritate vitæ & honoris ab eo primùm accepta, fiducialiter & deſiderant... Moguntiam in præſentiam Legati Romani & Principum tenderamus, ut eorum diſpoſitione ag... mus tam de ſtatu Eccleſiæ & honore Regni, quàm de ſalute animæ noſtræ, ipſe non eſt veritus i... ha... voluntate & obedientia nos contra datam fidem capere, & usq; ad articulum mortis fermè duc... non auſi ſumus ita nos illi credere, ut injuriis & contumeliis nos pro voluntate ſua, ſicut prius, valeat tractare.

a al. vituperium.

Quapropter multum rogamus vos, & obnixè precamur, ut pro timore Dei, & honore Regni, & honeſtate veſtra dignemini ſtudere, quomodo de injuria in manibus veſtris nobis illata per vos poſſ...mus recuperare juſticiam. Nos *b* quoque pro conſilio veſtro & aliorum, qui nos odio non habent, ... ligioſorum virorum, parati ſumus tam filio noſtro, ſi in aliquo eum offendimus, quam alicui in Regno, libenter *c* emendare. Præterea ſicut Domino Papæ in præſentia Legati ſui & veſtra obedire ... rati fuimus, ita & nunc parati ſumus ei omnem debitam reverentiam & obedientiam ſincero cord... & devotione præſentialiter exhibere, & tam conſilio veſtro quàm ſpiritalis patris noſtri, *d* Hugon... Cluniacenſis Abbatis, ac aliorum religioſorum virorum, de ſtatu Eccleſiæ & honore Regni, quan... in nobis eſt, diſponere.

b al. autem

c al. rationem dare.

d al. Henrici.

Cùm igitur ad hæc omnia parati ſimus, rogamus vos & obnixè deprecamur, quatenus pro Deo & honore Regni & veſtro inſtanter moneatis filium noſtrum, quum ſecundùm præfatam ſententiam nulla ei adverſum nos reſidua ſit occaſio, amodò deſiſtat nos & fideles noſtros perſequi, & quietè & pacificè vivere permittat, ut ſupradicta integrè & cum tranquillitate perficiantur. Quod ſi noluer... rogamus vos per authoritatem Romanæ Eccleſiæ, cui nos committimus, & honorem Regni, ne ſuper nos & ſuper fideles noſtros veniatis: quia manifeſtum eſt eum non divinæ legis zelo, vel Romanæ Eccleſiæ dilectione, ſed concupiſcentia Regni, patre injuſtè eo privato, hoc incepiſſe. Apud quem ſi ...terpellatio veſtra, nullaque alia interventio ad præſens prodeſſe poterit, appellamus Romanum Pontificem, & ſanctam univerſalem Romanam Sedem & Eccleſiam, Ex Leodio.

Anno Chriſti 1106.

PRINCIPUM IMPERII RESCRIPTUM

AD HEINRICUM QUONDAM IMPERATOREM.

Ex Caſtris apud Coloniam Agrippinam.

POST inveteratam, id eſt, per annos circiter quadraginta, diſciſſionem Imperii Romani, quæ tam divinas quàm humanas jam penè leges abolevit, & exceptis mortibus omnimodis, ſacrilegiis, perjuriis, rapinis, & incendiis, ipſum regnum noſtrum non tantùm in ſolitudinem, ſed etiam ad Apoſtaſiam Catholicæ fidei, ſive in ipſum Paganiſmum, propemodùm redegit: reſpiciente tandem ſuam Eccleſiam divina clementia, nos, ejuſdem CHRISTI ſponſæ filii, per Spiritum ſanctum in unitatem fidei æquanimes reſipuimus; ipſum incorrigibile ſchiſmaticum illorum caput, HEINRICUM ſcilicet, dictum Imperatorem noſtrum, zelo Dei & Apoſtolicæ fidei obedientia abdicavimus, Catholicum nobis (licet ipſius de ſemine natum) Regem elegimus. Cujus regni principium ſui finem eſſe conſpiciens, etiam ipſe tanquam voluntarius, ſed (ut jam ejus fatentur literæ) nimis invitus collaudavit, regalia reddidit, filii curam cum regno noſtræ fidei lachrymando commiſit, de reliquo nullam ſe regni pompam, ſed animæ potius ſuæ medelam ulteriùs affectaturum ſpopondit.

At nunc ecce priſtinis ſe reddens tergiverſationibus, præjudicium ſe paſſum per orbem terrarum conqueritur: Gallorum, Anglorum, Danorum, cæterarumque finitimarum gentium gladios cor...bus noſtris infigere meditatur: ſuper illatis etiam injuriis recuperari ſibi juſticiam precatur: conſ... quoque noſtris amodò promptum obedire ſe pollicetur. Re autem vera ſolitis argumentis caſtra Domini diſpergere, Chriſti exercitum exarmare conatur, & (ut in propatulo eſt) vineam Dom... quæ jam ſerò floreſcere cœpit, tam per ſe ſingularem utique ferum denuò depaſcere, quàm per v...pes, illos nimirum, qui ſibi adhærent, peſtilentes homines, demoliri, ac per ſacrilegia Sacerdotum ...lial anathemati reciduo reddere, imò (quod dictu nephas eſt) Chriſtum jam iterum in Eccleſia ſua ſurgentem in omnium cordibus crucifigere meditatur.

Quapropter placet tam * Regi quàm univerſis Regni Principibus, imò cuncto exercitui orthodoxo, quo ſenior idem, ne ulla ſibi pateat adverſum nos juſta querela, quacunque elegerit ...

* Henrico V. hujus filio.

ra-

[illegible], ne, [illegible] c[illegible]ram [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nihil [illegible] diceuſt, [illegible] [illegible] ſuo propon[illegible] poſt [illegible] [illegible]ductas, [illegible] omnibus contro-[illegible] .E Caſtris.

HENRICI IV. IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTUM

Anno Chriſti 1106.

AD PRINCIPES IMPERII.

HENRICUS Dei gratia Imperator Auguſtus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, cæteriſq; Regni Principibus, gratiam & dilectionem, dignantibus ea recipere.

1. Rogamus filium noſtrum, & vos multum precati ſumus, ut dimiſſo exercitu ordinaretur, quomodo poſſemus convenire, ut de injuria noſtra & pace componenda ad honorem Regni poſſet digne & decenter definiri. Placuit vobis remandare. Unde nobis longe gravior [illegible] oritur querimonia, quod dimiſſa obſidione Coloniæ vultis ſuper nos & fideles noſtros ſub ſpecie colloqui cum exercitu venire, datis induciis octo dierum: quæ numquam datæ ſunt homini alicujus conditionis, ut bene ſcitis, usque ad hanc diem pro legitima definitione alicujus minoris negotii, nedum pro tanta re, ſecundum legem divinam vel humanam, vel etiam ſecundum uſum hominum. Oporteret enim nos habere, ſi vobis placeret, ſaltem tales inducias, intra quas poſſemus convocare, & pr[illegible] invitare ad hanc eandem cauſam, ut ſunt vobiſcum, Moguntinum, & Trevirenſem, & Bremenſem Archiepiſcopos; Friſingenſem, Auguſtenſem, Curienſem, Baſilienſem Epiſcopos; Ducem Magnum cum Duce Theodorico, & Ducem Bohemicum, & Comitem Flandrenſem cum Comite Burgundiæ, & alios, qui ad præfatum negocium, ut bene ſcitis, ſunt valde neceſſarii.

2. Quapropter, ſicut prius, rogamus & obnixe precamur, quatenus pro Deo & anima veſtra, & pro appellatione Domini Romani Pontificis Paſchalis, & Romanæ Eccleſiæ, & pro honore Regni dignemini apud filium noſtrum efficere, ut dimiſſo exercitu ceſſet nos perſequi, & ordinetur quomodo ſecure & absque omni ambiguitate poſſimus nos cum cæteris ſupradictis ad agendum de noſtra injuria, & pace in regno componenda, quiete & pacifice convenire. Quod ſi nullatenus ceſſare voluerit, proclamationem inde fecimus, & ſemper facimus, Deo, & ſanctæ Mariæ, & beato Petro patrono noſtro, & omnibus Sanctis, & omnibus Chriſtianis, & vobis maxime, omni devotione precantes, ut dignemini ceſſare eum proſequi ad perſecutionem tantæ injuriæ, & vos eum imitari.

3. Appellavimus, & tertio appellamus Dominum Romanum Pontificem Paſchalem, & ſanctam & univerſalem Sedem & Romanam Eccleſiam.

4. Quod ſi hoc tantum nobis, & ad hoc, ut ipſe ceſſet nos perſequi, prodeſſe non poterit, committimus nos omnipotenti Patri & Filio ſanctoq; Spiritui Paracleto, & beatæ Mariæ perpetuæ Virgini, & beato Petro & Paulo, & ſancto Lamperto, omnibusq; Sanctis, ut divina miſeratio, omniumque ſanctorum interceſſio, humilitatem noſtram reſpicere, nosq; contra tantum tamq; injurioſum imperium defendere dignetur, Amen.

HENRIC. V. IMPERAT. AUG. EDICTUM

Anno Chriſti 1109.

Contra impia & turbulenta decreta Paſchalis Papæ & Conciliabuli Tricaſſini.

PASCHALIS Papa Auguſtobonæ in Trecaſſiorum & Galliæ Lugdunenſis urbe, conciliato ſibi Galliæ Epiſcoporum favore, ad captandam plebis auram, leges turbulentiſſimas rogat atq; perfert. Cæſarem de creandis Pontificibus ad disquiſitionem vocat: ipſum Pontificalibus Comitiis excludit, ea ad plebem transfert; nempe communem omnium a Paſtorem, communiter omnium ſuffragio capiendum eſſe ſtatuit; polllui religionem, ſi quisquam ſacris addictus cœleſtis atq; immortalis imperatoris cæremoniarum conſors ſit, terreno atq; mortali Regi ſe in clientelam atq; ſervitutem dicaverit. Sacerdotiorum adminiſtrationem ad Pontificem Maximum, armorum ad Cæſarem pertinere. A ſingulis igitur Epiſcopis jusjurandum exactum, futuros in poteſtate Romani Pontificis.

Ex Aventino lib. 6. Annal. Bojor. fol. 485

a i.e. Papam Romanum.

HEINRICUS Quintus Cæſar Auguſtus per edicta ita obnunciat: Non licere Gallis curioſis aliena, quæ nihil ad eos attinent, curare: cuilibet facile eſſe de alieno largiri. Chriſtiani orbis imperium ſibi Deo optimo maximo impoſitum eſſe; proinde ſe de veteri more & ritu priſcæ religionis, [illegible] ſupremæ Majeſtatis placitis non defuturum, daturumque jure ſuo operam, ne quid Reſpublica detrimenti capiat. extare vetuſtiſſimam ſanctiſſimorum Patrum legem, tempore CAROLI MAGNI perlatam, qua Paſchalis, atq; cum eo ſentientes, per omnium Sacerdotum religiones devoventur, [illegible] proſcribuntur. Nullo pacto fas jusq; eſſe faſtuoſo Pontifici, leviſſimis Gallis, magis ſuperſtitioſis [illegible] religioſis, tot Divos, tot pientiſſimos, Pontifices maximos, minores, Myſtas, Monachos, Reges, Imperatores, ſuperos atq; cœlites impietatis condemnare, ſe quoad vita ſuppetat, non paſſurum, ut inſtitu-

[illegible] accepta per tot annos hactenus obſervata, fraude & aſtu paucorum, [illegible] ma[illegible] Chriſtianorum morem pernicie oblitterentur Pontifices, Epiſcopos, Myſtas, Monachos ab Imperatoribus atq; Regibus collocupletatos eſſe. Ubi his pares opibus facti ſunt, more perduorum, quo[illegible] ra donata fuerint, plura concupiſcere; illisq; ſordere prima quæq;, ubi majora ſperarint, titulo [illegible] ſto libertatis Eccleſiaſticæ fraudulentos homines graſſari, illud conari, ut ſe excluſo, paulatim [illegible] populum, Sacerdotes, Epiſcopos, alios in ordinem atque ſervitutem tandem redigant, atque arma [illegible] eos, quorum beneficia poſſident, ne hæc aliquo pacto repeti queant, vertant. Pontifices Rom[illegible] orbis Imperium animo cogitare, Regnum Chriſtiani populi affectare, non quieturos, donec oppr[illegible] ſo Cæſare, omnibus jugum ſervituris, quod ipſi excuſſere, imponant: Chriſti cruciamenta declarare, quænam ſit rabies Sacerdotum: adverſus immodicam concupiſcentiam, cui ſe ſemel animus devoverit, nullum ſtare terminum: ſe ſanè impuberem, imperitum omnium rerum ab illis egregiis Paſtoribus dolo circumventum in patrem chariſſimum concitatum eſſe, armaq; horum conſilio ſumpſiſſe. Nunc genitore oppreſſo, adverſus ſe conſpiraſſe, neq; modum ambitioni ponere, niſi alios omnes dignitate, honore expolient, &, quò ipſis quidquid lubeat, liceat, ab ſingulis juramentum, ſe futuros in eorum poteſtate, quicquid illi dicant, pro legibus habituros, atque tandem pro Deo adoraturos, exigant.

Anno Chriſti 1110.

HENRICI V. IMPERAT. AUG. RESCRIPTUM

Ad Paſchalem Papam, ut Eccleſiaſtici regalia & feuda ſua Imperio ac Cæſari reſignent, & decimis contenti in Eccleſia vivant.

CÆſar Paſchali Papæ noviſſimè reſcripſit: quamvis veterem conſuetudinem atq; ritum, à tot ſanctiſſimis Patribus per tot annos obſervatum, jure atq; armis retinere poſſit, nihil tamen ſua referre, ſi a Pontificalibus Comitiis excidat, modò Epiſcopi, Myſtæ, Monachi, prædia ſtipendiaria, fiſcos, nervos Reipublicæ, arces, civitates, urbes, oppida, vicos Regios, caſtella, Reipublicæ atque Cæſari reddant, decimis contenti vivant, Dei & pauperum, populiq; cauſam, philoſophiam divinam interpretando, vota illuſtrando, crucem Chriſti præferendo, agant; atq; univerſis Chriſtianis paupertatem atq; ſimplicitatem Servatoris noſtri, b Comitum ejus æmulando præluceant.

a Id eſt, electionibus, collationibus & inveſtituris Papæ. Epiſcoporum, Abbatum, &c

b ſc. Apoſtolorum.

Convenit itaq; inter Pontificem Maximum atq; Cæſarem, uti Sacerdotes, Flamines, Pontifices Maximi, minures, medioximi, omiſſis hujuſcemodi Reipublicæ (ut Chriſtus magiſter noſter appell[illegible] ſpinis, victu parabili ac parco contenti, Chriſti præceptoris noſtri, quoad liceat, modeſtiam, paupertatem ſectentur, ſtudio literarum operam navent.

Anno Chriſti 1110.

PACTUM HENRICI V. IMPERATORIS ET PASCHALIS II. PAPÆ

DE PACE ET IVRIBVS IMPERII ET ECCLESIAE.

INter Nuncios Imperatoris, & Petrum Leonis & cæteros Nuncios Pontificis, in Porticu ſancti Petri convenit, ut Imperator die Coronationis ſuæ omne malè uſurpatum Eccleſiaſticum jus in manibus Pontificis, aſtante Clero & populo, per ſcriptum deponeret, cum ipſum Papa de negociis regalibus faceret, idq; ſacramento firmaret, dimitteret Eccleſias liberas cum oblationibus & poſſeſſionibus ſuis, quæ ad Regnum non pertinent, abſolveret Papa ab juramentis populos, quæ contra Epiſcopos facere compulſi ſunt; patrimonia poſſeſſionesque beati Petri reſtitueret, ſicut à Carolo, Ludovico, Henrico, aliisq; Imperatoribus conceſſa ſunt libera, ſervaretq; ea beato Petro pro juribus; nihil faceret aut diceret ut Papa Pontificatum amittat, nihilq; ipſe patiatur in vita vel in membris, vel capiatur mala captione, aut per ſe, aut per ſuſpectam perſonam, nec ipſe, nec fideles ejus, qui pro ipſo fidem ei dederunt, id eſt, Petrum Leonis cum filiis ſuis, quorum bona nullum patiantur detrimentum, & ſi quis malum fecerit, Rex fideliter ipſos adjuvaret. Pro hujusmodi obſervandis Pontifici prædes dabit

Fridericum ſororis ſuæ filium,
Engilbertum & Theobaldum Marchiones,
Hermannum & Goifridum Comites,
Fridericum Palatinum Comitem Saxonum,
Berengarium de Bajoaria,
Fridericum Saxonem,
Albertum Cancellarium,
Cononem Berengarii fratrem,
Siceborh Bajoarium,
Henricum Carinthiæ Ducem,
Bertulfum Bertulfi Ducis filium,

Qui jurabit Papæ ſecuritatem de vita, de membris, de Papato, de captione. Quæ niſi In[illegible] pera[illegible] ſervaret, ad Romanam Eccleſiam cum ſuis honoribus teneretur. Obſides pro ſecuritate Pon[illegible] Rex dare pollicitus eſt proxima V. feria, eosque ſecurè ad inſulam mittere in poteſtatem Papæ,

F[illegible]

Fridericum Ducem nepotem ſuum,
Brunonem Epiſcopum Spirenſem,
Conradum nepotem Comitis Herimanni, & filium ejus
& Henricum Friderici Comitis fratrem.

Obſides ſi recepiſſet, eos redderet in die Coronationis ſuæ, ponte transmiſſo: & ſi fortè coronatus non fuiſſet, aut non tranſiſſet, ſimiliter redderet apud Caſtellum Sancti Angeli. Legatos, quos ad eum Papa dirigeret, dum irent & redirent, ſecuros à ſe ſuiaque redderet, & ſi eis ſcienter aliquid injuriæ illatum eſſet, emendaturum fideliter.

2. Quæ poſtquam omnia implèverit Rex, Papa juberet Epiſcopis adſtantibus in die Coronationis ejus, ut regalia Imperatori dimitterent, quæ à temporibus Caroli, Ludovici, Henrici, aliorumque prædeceſſorum ad Regnum pertinebant; ſcripto firmaret ſub anathematis pœna, auctoritate ſua, ne quis eorum vel præſentium vel abſentium, vel ſucceſſores eorum Regni ſe intromitterent juribus, neque invaderent civitates, Ducatus, Comitatus, monetas, vectigalia, mercata, Advocationes Imperii, Centurionum jura, curtesque eſſent Imperii cum pertinentiis ſuis, & militaria Imperii caſtra. Nec ipſe Imperatorem, nec Romanum Imperium, ſuper his ulterius inquietaret, & privilegio ſub anathemate iſta confirmaret, ne poſteri ſui ultra inquietare præſumerent. Imperatorem benignè & cum honore ſuſciperet, & more prædeceſſorum ipſius Catholicorum Imperatorum, ſcienter & non a ſub tecto coronaret, & ad tenendum Imperium officii ſui juvaret auxilio. Hoc ſi Papa non impleret, Petrus Leonis cum ſuis omnibus ſe ad Imperatorem teneret. Obſides, niſi effugerent, altero poſt Coronationem die reſtitueret: ſi ex ipſius Papæ parte remanſerit, ut non coronetur, ſimiliter redderet. Hæc ita conſtituta jure jurando firmavit Imperator, al. ſubtracto.

Albertus Cancellarius,
Herimannus, Fridericus & Gothfridus Comites,
Fridericus Saxo,
Cono Berengarii frater,
Siceboth de Bavaria,
Henricus Carinthiæ Dux,
Bertulfus Bertulfi Ducis filius.

Hi omnes poſt Imperatorem eo ordine jurarunt, ut ſi Imperator hæc implere nollet, ipſi cum omnibus ſuis cum Romana Eccleſia tenerent.

TRANSACTIO
INTER HENRICUM V. IMPERATOREM ET PASCHALEM II. PAPAM
DE INVESTITURIS ECCLESIASTICORUM.

Anno Chriſti 1110.

EX verbo Pontificis juratum eſt in agro juxta Pontem Mammeum, qui Romanos Teutonesque dirimebat, hoc videlicet modo: Quod ulterius non inquietaret Imperatorem ejusque Imperium de præſumpto de temerato Eccleſiarum jure, & de injuria ſibi ſuiaque irrogata in perſona Imperatoris, ac bonis malum aliquod ſibi vel alicui perſonæ non redderet, neque pro hac cauſa Imperatorem unquam anathemati ſubderet, eidemque Imperatori privilegio ſub anathemate confirmaret, ut Epiſcopos, & Abbates liberè electos abſque Symonia, idem Imperator annulo & virga inveſtiat, Epiſcopusque ſic inveſtitus liberè conſecrationem ab Archiepiſcopo, ad quem pertinuerit, ſumat. Si quis vero à populo & Clero eligatur, & non ab Imperatore inveſtiatur, à nemine conſecretur, & Archiepiſcopi & Epiſcopi libertatem habentem ſicurandi ita amiſſos ab Imperatore, Regnumque & Imperium ac Principatum officii ſui auxilio illi conſervabit.

2. Et cum hæc ſacramento firmaſſet, Imperator demum, quod eundem Pontificem cum Epiſcopis & Cardinalibus, & omnes, qui cum eo vel pro eo capti eſſent, obſidesque & ſecuros perduceret intra portas Transtyberinæ civitatis, neque ulterius aut caperet aut capi permitteret, juravit his, qui in fide ſedis Apoſtolicæ manerent; & Populo Romano tam per ſe, quam per ſuos, pacem ſervaret, eundem Papam fideliter juvaret, ut Papatum ſecurè & quietè teneret, patrimonia & poſſeſſiones Eccleſiæ Romanæ reſtitueret, cætera, quæ de jure habere debet, more anteceſſorum recuperare ac tenere adjuvaret bona fide, & eidem Pontifici fideliter obediret, ſalvo honore Imperii & Regni, ſicuti Catholici Imperatores Catholicis Romanis Pontificibus ſolent. Poſthæc

Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus,

Gebehardus Tridentinenſis, } Epiſcopi,
Burcardus Monaſterienſis, }
Bruno Spirenſis, }

Albertus Cancellarius,

Fridericus, } Comites,
Herimannus, }
Albertus, }
Fridericus, }

Y Beren-

Berengarius,
Fridericus,
Gothfridus,
& Guarnerius } Comites,
ac Bonifacius Marchio,
in hunc modum juraverunt.

Anno Chriſti ...

HENRICI V. IMPER. AVG. ET PASCHALIS II. PAPÆ CONVENTIONES

DE PACE PVBLICA, ET INVESTITVRIS Eccleſiaſticorum.

JURAMENTUM IMPERATORIS.

EGo HENRICUS Imperator liberos dimittam quarta vel quinta feria proxima Dominum Papam Paſchalem, & Epiſcopos, & Cardinales, & omnes captivos & obſides, qui pro eo & cum eo capti ſunt, & liberos ſecurè produci faciam intra portam Transtiberinæ civitatis: nec ulterius capiam, aut capi faciam vel permittam eos, qui in fidelitate Domini Papæ Paſchalis per ... anent: & populo Romano, & Transtiberinæ inſulæ civitati pacem & ſecuritatem ſervabo tam per me quàm per meos, & in perſonis & in rebus, qui pacem mihi ſervaverint.

2. Patrimonia & poſſeſſiones ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ abſtuli, reſtituam; & cuncta ... habere debet, more antecelſorum meorum recuperare & tenere adjuvabo bona fide. Et Domino Papæ Paſchali obediam, (ſalvo tamen honore Regni & Imperii) ſicut Catholici Imperatores Catholicis Pontificibus Romanis. Hæc omnia obſervabo bona fide, ſine fraude & malo ingenio.

Et iſti ſunt juratores ex parte Imperatoris HENRICI:

Fredericus Colonienſis Archiepiſcopus,
Gebehardus Tridentinenſis Epiſcopus,
Bruno Spirenſis Epiſcopus,
Brochardus Monaſterienſis Epiſcopus,
Albertus Cancellarius,
Herimannus *a* Comes, [*al.* Dux.
Berengarius Comes Sultzbachenſis,
Fredericus Comes Palatinus,
Item Fredericus Comes,
Bonifacius Marchio Tuſciæ,
Albertus Comes de Blandriaco,
Godefridus Comes Palatinus Rheni,
Warnerius Marchio.

CONCESSIO PAPAE DE INVESTITVRIS Epiſcopatuum.

DOMNUS Papa PASCHALIS concedit Domno Imperatori HENRICO, & Regno ejus, privilegio ſuo ſub anathemate, & confirmabit, & corroborabit, Epiſcopo vel Abbate liberè electo ſine ſymonia aſſenſu Imperatoris, quòd Domnus Imperator eum annulo & virga inveſtiat. Epiſcopus autem vel Abbas ab Imperatore inveſtitus liberè accipiat conſecrationem ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit. Si quis verò à Clero & à populo eligatur, niſi ab Imperatore inveſtiatur, & à nemine conſecretur, & Archiepiſcopi & Epiſcopi libertatem habeant conſecrandi ab Imperatore inveſtitos. Super his etiam Domnus Papa Paſchalis non inquietabit Imperatorem HENRICUM, nec ejus Regnum & Imperium.

SACRAMENTVM EX PARTE PAPAE.

DOMNUS Papa PASCHALIS non inquietabit Domnum Imperatorem HENRICUM, nec ejus Regnū, de inveſtitura Epiſcopatuum & Abbatiarum, neque de injuria ſibi illata & ſuis in perſonis & bonis, neque aliquod malum reddet ſibi vel alicui perſonæ pro hac cauſa; & penitus in perſonam Imperatoris HENRICI nunquam anathema ponet; nec remanebit in Domno Papa, quin coronet eum, ſicut in * Ordine continetur, & Regnum & Imperium officii ſui auxilio eum tenere adjuvabit pro poſſe ſuo. Et hæc adimplebit Domnus Papa ſine fraude & malo ingenio.

* Ordo Romanæ Eccleſiæ, qui hodie vocatur Ceremoniale Romanum.

Hæc ſunt nomina illorum Epiſcoporum & Cardinalium, qui præcepto Domini Papæ Paſchalis privilegium & amicitiam ſacramento confirmaverunt Domno Imperatori HENRICO:

Petrus Portuenſis Epiſcopus,
Centius Sabinenſis Epiſcopus,
Robertus Cardinalis Sancti Euſebii,
Bonifacius Cardinalis Sancti Martini,

Anaſtaſius

Anaſtaſius Cardinalis Sancti Clementis.
Gregorius Cardinalis Apoſtolorum Petri & Pauli.
Item Gregorius Cardinalis Sancti Chryſogooi.
Joannes Cardinalis Sanctæ Potentianæ.
Riſus Cardinalis Sancti Laurentii.
Rainerus Cardinalis Sanctorum Marcellini & Petri.
Vitalis Cardinalis Sanctæ Balbinæ.
a Dinzo Cardinalis Sancti Marci. — a al. Cuzo. ſor. Cunzo.
Theobaldus Cardinalis Joannis & Pauli.
Joannes Diacones Sanctæ Mariæ in Schola Græcâ.
Leo b Diaconus Sancti Vitalis Martyris. — b al. Decanus.
Abbo c Diaconus Sanctorum Sergii & Bachi. — c al. Decanus.

PRIVILEGIVM

PASCHALIS PAPÆ, QUOD FECIT IMPERATORI HENRICO DE INVESTITURIS EPISCOPATUUM ET ABBATIARUM.

Anno Chriſti 1111.

PASCHALIS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, HENRICO Teutonicorum Regi, & per Dei omoipotentis gratiam Romanorum Imperatori Auguſto, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

1. Regnum veſtrum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſingulariter cohærere diſpoſitio divina conſtituit. Prædeceſſores ſiquidem veſtri probitatis & prudentiæ amplioris gratia Romanæ Urbis coronam & imperium conſecuti ſunt. Ad cujus videlicet coronæ & Imperii dignitatem, tuam quoq; perſonam, Fili cariſſime HENRICE, per noſtri ſacerdotii miniſterium Majeſtas divina provexit. Illam igitur dignitatis prærogativam, quam prædeceſſores noſtri veſtris prædeceſſoribus Catholicis Imperatoribus conceſſerunt, & privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque tuæ Dilectioni concedimus, & præſentis privilegii pagina confirmamus, ut Regni tui Epiſcopis & Abbatibus liberè præter violentiam & ſymoniam electis, inveſtituram virgæ & annuli conferas; poſt inveſtionem verò canonicè conſecrationem accipiant ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit.

2. Si quis autem à Clero, vel à Populo præter aſſenſum tuum electus fuerit, niſi à te inveſtiatur, à nemine conſecretur: [exceptis nimirum illis, qui vel in Archiepiſcoporum, vel in Romani Pontificis ſolent diſpoſitione conſiſtere.] — à al. Clero & Populo. inclusa deſunt in editione Jureti.

3. Sanè Archiepiſcopi & Epiſcopi libertatem habeant à te inveſtitos Epiſcopos & Abbates canonicè conſecrandi.

4. Prædeceſſores enim veſtri Eccleſias Regni ſui tantis regalium ſuorum beneficiis ampliarunt, ut Regnum ipſum Epiſcoporum maximè & Abbatum præſidiis oporteat communiri, & populares diſſenſiones, quæ in electionibus ſæpè contingunt, regali oporteat Majeſtate compeſci. Quamobrem prudentiæ veſtræ & poteſtati cura debet ſollicitiùs imminere, ut & Romanæ Eccleſiæ magnitudo; & cætera ſalus, tuis (præſtante Domino) beneficiis & ſervitiis conſervetur.

5. Si qua igitur Eccleſiaſtica vel Secularis potentia aut perſona hanc noſtræ conceſſionis paginam ſciens contra eam temerario auſu venire tentaverit, anathematis vinculo, niſi reſipuerit, innodetur, honoriſque ac dignitatis ſuæ periculum patiatur. Obſervantes autem hoc miſericordia divina cuſtodiat, & perſonam ac majeſtatem poteſtatemque tuam ad honorem ſuum & gloriam fœliciter imperare concedat.

CONFIRMATIO.

HÆc ſunt verba, quæ dixit Domnus Apoſtolicus Domno Imperatori HENRICO in communione corporis & ſanguinis Chriſti, die Coronationis ſuæ: Domne Imperator HENRICE, corpus Domini natum ex Maria Virgine, paſſum in cruce pro nobis, ſicut ſancta Catholica tenet Eccleſia, damus tibi in confirmationem veræ pacis & concordiæ inter me & te, Amen. Anno Verbi incarnati MCXI. hoc confirmatum eſt in baſilica Sancti Petri, XVI. Cal. Martii, regnante in cœlis Domino noſtro Jeſu Chriſto cum Patre æterno & Spiritu ſancto, Amen.

HENRICI V. IMPERATORIS AUG. EDICTUM

Anno Chriſti 1111.

DE INVESTITVRIS ECCLESIASTICORVM.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus Chriſti fidelibus in Eccleſia.

1. Notum eſſe volumus dilectioni & diſcretioni veſtræ ea, quæ inter nos & Dominum il-

lum Paſchalem erant, quomodo incepta tractata ſint: ſcilicet de conventione inter me & ipſum, de traditione Romanorum in me & meos, ut audita intelligatis, intellecta examinetis, examinata dijudicetis.

2. Igitur dum in eo totus eſſem, ut me ad Eccleſiæ utilitatem & ipſius votum, ſi juſtum eſſet, componerem, cœpit exaltationem & dilatationem regni ſuper omnes anteceſſores meos promittere. Studebat tamen ſubdolè, quomodo Regnum & Eccleſiam à ſtatu ſuo diſcinderet, tractare. Quod ſic facere aggreſſus eſt. Regno quidem jam à Carolo quadringentis & amplius annis, & ſub ſexaginta tribus Apoſtolicis inveſtituras Epiſcopatuum, eorundem authoritate & privilegiorum firmitate reocenti, abſque omni audientia auferre volebat.

3. Et quum per Nuncios noſtros ab eo quæreremus, quid de Nobis fieret, in quo Regnum noſtrum conſtat, quomodo ferè omnia anteceſſores noſtri Eccleſiis conceſſerunt & tradiderunt, ſubjunxit: *Fratres, Eccleſia decimis & oblationibus ſuis contenta ſint: Rex verò prædia & regalia, quæ à Carolo & Ludovico, Ottone & Henrico Eccleſiis collata ſunt, ſibi & ſucceſſoribus ſuis recipiat & detineat.* Ad hoc quum noſtri reſponderent, Nos quidem nolle violentiam Eccleſiis inferre, nec iſta ſubtrahendo tot ſacrilegia incurrere, fiducialiter promiſit, & ſacramento pro eo firmavit Dominica *Eſto mihi*, ſe omnia hæc cum juſtitia & authoritate Eccleſiis auferre, Nobisque & Regno cum juſtitia & authoritate reddere. Noſtris itidem firmantibus, ſi hoc, ut præmiſſum eſt, ita compleſſet, quod tamen nullo modo fieri poſſe ſciebat: me quoque, uti quærebat, inveſtituras Eccleſiarum reſignaturum: ſicut in Charta conventionis pleniùs poteritis videre.

HAEC EST CHARTA CONVENTIONIS EIUS AD ME.

DOminus *Papa præcipiet Epiſcopis præſentibus in die coronationis Regis, ut dimittant regalia Regno, quæ ad Regnũ pertinebant tempore Caroli, Henrici, & aliorũ prædeceſſorũ ejus; & ſcripto firmabit ſub anathemate, ne quis eorũ vel præſentium, vel abſentium, vel ſucceſſorum eorum, intromittant ſe ullo modo, vel invadant eadem regalia, id eſt, civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, monetas, teloneum, mercatum, Advocatias, omnia jura Centurionum, id eſt Villicorum, turres & Villas, quæ Regni erant, cum omnibus pertinentiis ſuis, militiam & caſtra. Nec ipſe Regem & Regnum ſuper his ulterius inquietabit, ſed privilegio ſuo ſub anathemate confirmabit, ne poſteri ſui inquietare præſumant: Regem benignè & honorificè ſuſcipiet, & more prædeceſſorum ſuorum Catholicorum ſcienter non ſuberactò coronabit, & ad tenendum Regnum cum his omnibus officii ſui auxilio adjuvabit.*

Si Dominus Papa hæc Regi non adimpleverit; ego Petrus Leonis juro, quod tota potentia mea tenebo ad Dominum Regem. Obſides autem, niſi effugerint, reddemus altero die poſt coronationem Regis. Si per Papam remanſerit, ut non coronetur, ſimiliter reddemus Dominico die quum Rex ad proceſſionem venerit. Obſides dabo Gratianum filium meum, & filium Vizonis filii, & filium ſororis meæ, ſi eum habere potero.

HAEC SUNT SACRAMENTA EX PARTE DOMINI Papæ:

EGO *Petrus Leonis juro vobis, quia Dominus Papa proximo die Dominico adimplebit Regi, quod in Charta conventionis ſcriptum eſt.*

HAEC SUNT SACRAMENTA EX PARTE REGIS:

Ego Comes Hermannus:
Ego Comes Gofridus:
Ego Volmarus:
Ego Adelbertus,

Juro vobis, quia Dominus Rex proxima quarta vel quinta feria ita Principes jurare faciet, & obſides dabit, ſicut in Charta conventionis ſcriptum eſt. Et ſic obſervabunt Domino Papæ, eo tenore, ſi Dominus Papa proximo die Dominico ſic adimpleverit Regi per omnia, ſicut in Charta conventionis ſcriptum eſt.

4. Ego verò, ut oſtenderem, nullam Eccleſiarum Dei diſturbationem ex velle noſtro procedere, in cunctorum oculis aſtantium & auribus hoc Decretum promulgavi:

Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, affirmando & beato Petro, omnibus Epiſcopis & Abbatibus; & omnibus Eccleſiis omnia, quæ anteceſſores mei Reges vel etiam Imperatores eis conceſſerunt vel tradiderunt, & quæ illi pro ſpe æternæ retributionis obtulerunt, do. Ego peccator pro timore terribilis judicii ullo modo ſubtrahere recuſo.

5. Hoc Decreto à me lecto & ſubſcripto, petiit ab eo, ut, ſicut in Charta conventionis ejus ſcriptum eſt, mihi adimpleret. Quum ergo ſupradictæ poſtulationi inſiſterem, ſcilicet ut cum juſtitia & authoritate, promiſſa mihi conventione, firmiter univerſis in faciem ejus reſiſtentibus, & Decreto ſuo palàm hæreſim ineſſe clamantibus, ſcilicet Epiſcopis, Abbatibus, tam ſuis quam noſtris, & omnibus Eccleſiæ filiis: hoc, ſi ſalva pace Eccleſiæ dici poteſt, privilegium proferre voluit.

PASCHALIS PAPAE DECRETUM.

PASCHALIS *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio* HENRICO *Regi, & ejus ſucceſſoribus Imperatoribus*, &c.

Divinæ legis inſtitutionibus ſancitũ eſt, & ſacris canonibus interdictũ, ne Sacerdotes curis ſecularibus occupẽtur, neve ad Comitatũ, niſi pro damnatis eruendis, atq; pro aliis, qui injuriã patiũtur, accedãt. Unde
1. Corinth. 6. *& Apoſt. Paulus inquit: Judicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccl., illos conſtituite ad judicãdũ.*

In veteri autem Regni partibus Epiſcopi vel Abbates adeo curis ſecularibus occupantur, ut Comitatum aſſiduè frequentare, & militiam exercere cogantur: quæ nimirum aut vix aut nullo modo ſine rapinis, ſacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibetur. Miniſtri vero altaris, miniſtri curiæ facti ſunt: quia civitates, Ducatus, Marchionatus, monetas, turres, & cætera ad Regni ſervitium pertinentia à Regibus acceperunt. Unde etiam mos Eccleſiæ intolerabilis inolevit, ut electi Epiſcopi nullo modo conſecrationem acciperent, niſi prius per manum Regiam inveſtirentur. Aliquando etiam vivis Epiſcopis inveſtiti ſunt.

His & aliis plurimis malis, quæ per inveſtituram plerumq; contigerant, prædeceſſores noſtri Gregorius Octavus & Urbanus Secundus, felicis memoriæ Pontifices, excitati, collectis frequenter Epiſcopalibus Conciliis, inveſtituras illas manus Laicæ damnaverunt: & ſi qui Clericorum per eam tenuiſſent Eccleſias, deponendos; datores quoque communione privandos percenſuerunt, juxta illud Apoſtolicorum Canonum capitulum, quod ſe ita habet: Si quis Epiſcopus ſeculi poteſtatibus uſus Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregetur, omneſq; qui illi communicant. Quorum veſtigia ſubſequentes & nos eorum ſententiam Epiſcopali Concilio confirmamus. Can. 29.

Tibi itaq;, fili chariſſime Henrice Rex, & nunc per officium noſtrum Dei gratia Romanorum Imperatori, & regno regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & cæterorum prædeceſſorum tuorum. Interdicimus etiam & ſub anathematis diſtrictione prohibemus, ne quis Epiſcoporum ſeu Abbatum, præſentium vel futurorum, eadem regalia invadant, id eſt civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, monetas, teloneum, mercatum, Advocatias, jura Centurionum, & turres, quæ Regni erant, cum pertinentiis ſuis, militiam & caſtra: & ne ſe deinceps, niſi per gratiam Regis, de ipſis regalibus intromittant. Sed nec poſteris noſtris liceat, qui poſt nos in Apoſtolica Sede ſucceſſuri erunt, aut Te aut Regnum ſuper hoc inquietare negocio.

Porrò Eccleſias cum oblationibus & hæreditariis poſſeſſionibus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant, liberas manere decrevimus, ſicut in die coronationis tuæ Omnipotenti Domino in conſpectu totius Eccleſiæ promiſiſti. Oportet enim Epiſcopos curis ſecularibus expeditos, curam ſuorum agere populorum, nec Eccleſiis ſuis abeſſe diutiùs. Ipſi enim, juxta Paulum Apoſtolum, pervigilant, tanquam rationem pro animabus eorum reddituri.

6. De traditione verò in nos vel in noſtros, ſic ſe res habet. Vix portas civitatis ingreſſi ſumus, cum noſtris infra muri mœnia ſecurè vagantibus, quidam vulnerati, alteri interfecti, omnes vero ſpoliati aut capti ſunt. Ego tamen quaſi pro levi cauſa non motus, bona & tranquilla mente uſque ad Eccleſiæ beati Petri januas cum proceſſione perveni. Quod ſic geſtum fuiſſe, rei veritas multorum aſtipulata teſtimoniis, qui interfuere, proteſtatur.

HENRICI V. IMPER. AUG.
EDICTUM
UT ARCHIEPISCOPO PROPTER REBELLIONEM ET perfidiam per Imperatorem damnato, nulla obedientia præſtetur.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Præpoſitis & Decanis, & omni congregationi, cunctis etiam Moguntinenſis Eccleſiæ civibus, tam majoribus, quàm minoribus ſibi fidelibus, gratiam & omne bonum.

1. Confiteantur Domino miſericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum, quia non eſt prudentia, non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum: qui, ſancti Spiritus inſpirante gratia, jam convertit corda patrum in filios, & corda filiorum ad patres ipſorum. Unde & nos non ceſſamus Deo gratias agere pro vobis, cujus gratia & dono amara veſtra dulcia facta ſunt nobis. Et ideò, licet per ineffabilem divinæ pietatis inſpirationem luctum noſtrum in gaudium, & amaritudinem verteritis in dulcedinem, pro antiqua tamen fidelitate, quam in cordibus veſtris divinitùs jam incaluiſſe cognovimus, dilectionem veſtram admonere potius, quàm rogare decernimus.

2. Memores eſſe debetis in omnibus, qua fide, quo pacto, quibus ſacramentis & obſidibus a Adelbertum illum perjurum & traditorem, qui non meritis, ſed nomine dicitur Epiſcopus, fidelitati veſtræ diligentiſſima conventione tradiderimus. Et cùm vos omnia bona promitteretis nobis ab eo, & nos ex veſtro promiſſo nihil, niſi bonum, ſperaremus, ab ipſo exſpectavimus pacem; & ecce turbatio. Poſtquam enim Spiram ad nos redintegrata ſibi corporis & honoris ſui poteſtate veniens obſides ſuos manu ad manum ipſe nobis præſentavit, & ſuis ſacramentis veſtra firmavit, ſtatim inde diſcedens, miſſis ubique litteris ac nunciis, nos & honorem noſtrum impugnavit, ac per totam Saxoniam & Turingiam, Bavariam & Alemanniam, amicos noſtros, tanquam inimicos, contra nos ubique ſollicitare cœpit; ſicque quaſi canis, qui revertitur ad vomitum, antiquæ ſuæ perfidiæ recepit venenum, quod quaſi vipera, quæ virus reſumit poſt coitum, à mari uſque ad mare per totum Regnum diffudit & Imperium. Pro his igitur & aliis malis, nobis reſponſurum, ſtatutis induciis eum ad nos venire juſſimus, & non venit. Sed inſuper apponens iniquitatem ſuper iniquitatem, Spiram, quod in cor noſtrum altiùs aſcendit, armata manu & erectis militaribus ſignis violenter invadere voluit; ſed fruſtrato (Deo gratias) labore rediens, & congregatis, quos potuit, caſtrum noſtrum Stroumburc funditus deſtruxit. deinde alia caſtra noſtra contumaciter obſedit. Invaſorem Virdunenſis Eccleſiæ contra jus & fas conſecrari fecit: Regnum noſtrum & Imperium rapinis & homicidiis, cæde & incendiis, quaſi aper de ſilva ſic ubique devaſtavit, ut nihil jam in diverſis ipſius reſtet erroribus, niſi ut fiant novîſſima hominis pejora prioribus.

a Archiepiſcopum Moguntinum, qui ab Imperatore ad Papam defecerat.

3. Hæc igitur & alia mala, quorum non eſt numerus, licet ab Oriente uſque in Occidentem nota ſint omnibus, vobis tamen nota ſunt eò meliùs, quò ſecretis ejus omnibus præ cæteris vos ſemper interfuiſtis familiariùs. Sed & omnes, qui in Regno noſtro ſunt, ſciunt, omnes clamare poſſunt: & ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Et ideo, dilectiſſimi nobis tam clerici, quam laici; tam milites, quam cives, qui hæc omnia vidiſtis & audiſtis, diligenter apud vos cogitare & recogitare debetis, quam fidem & dilectionem pro Sacramentis & obſidibus veſtris veſtra ſibi dilectio debeat, qui nec proprio ſanguini ſuo, filiis ſcilicet fratrum ſuorum, debitam fidem ſervavit.

4. Verùm, quia inter alia ſpecialiter hoc in noſtra conventione fuit, ut quando aliquid contrarii moliretur noſtræ dignitati, ſtatim determinatis induciis tranſactis, veſtro ſtudio & labore expelleretur ab *b* urbe: idcirco ſi veri fidejuſſores crediti negotii eſſe deſideratis, monemus vos omnes per fidem & obſides, quos dediſtis, & Sacramenta, quæ feciſtis, quatenus obſidibus veſtris conſulentes, & ſacramentis præcaventes, eundem perjurum veſtrum ac noſtrum, Adelbertum ſcilicet dictum Epiſcopum, civitatem nullatenus intrare permittatis, ſed quaſi ſcopis ab eo mundatam, cum Friderico *c* Duce & Guthefrido Palatino Comite, aliisque fidelibus noſtris, diligentiſſimè ſervare ſtudeatis. Quod ſi feceritis, & hæc omnia diligenter ſervaveritis, præ omnibus, quos in Regno noſtro habemus, ex amicis amiciſſimos vos ſemper habebimus.

b ſcilicet Moguntina.

c ſc Suevia.

5. Et, ſi quid unquam peccaſtis in nos, exemplo illius peccatricis mulieris, totum tranſibit inultum, cui dimiſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Quid plura? Deus, qui ad hoc venit in mundum, ut filios, qui erant diſperſi, congregaret in unum, ita diſperſos noſtros ſub jugum fidei jam coacervando revocet, & revocando coacervet, ut in charitate Chriſti & diſperſa congreget, & congregata conſervet. In hæc igitur verba Deo vos, & nos Deo & vobis intimè commendamus, optantes, ut cum reverſi ad vos fuerimus, meliores vos filios invenire, quam reliquiſſe gaudeamus.

Anno Chriſti 1122.

HENRICI V. IMPERAT. AUG.

ET CALLIXTI PAPÆ

CONVENTIONES

DE INVESTITURIS EPISCOPORUM ET ABBATUM;

pacta, accordata & publicata in Comitiis VVormatienſibus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro amore Dei, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Callixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & Sanctis ejus Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctæque Catholicæ Eccleſiæ, omnem inveſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus eccleſiis, quæ in Regno vel Imperio meo ſunt, canonicam fieri electionem & liberam conſecrationem.

2. Poſſeſſiones & regalia beati Petri, quæ à principio hujus diſcordiæ usq; ad hodiernam diem, ſive tempore patris mei, ſive etiam meo, ablata ſunt, quæ habeo, eidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo; quæ autem non habeo, ut reſtituantur, fideliter curabo.

3. Poſſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & Principum, & omnium aliorum tam Clericorum quàm Laicorum, quæ in guerra iſta amiſſæ ſunt, conſilio Principum & juſtitia, quas habeo, reddam; quas non habeo, ut reddantur, fideliter juvabo.

4. Et do veram pacem Domno Papæ Callixto, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, & omnibus, qui in partibus ejus ſunt, vel fuerunt: & in quibus ſancta Romana Eccleſia auxilium poſtulaverit a me, fideliter juvabo, & de quibus fecerit mihi querimoniam, debitam ſibi faciam juſtitiam.

Hæc omnia acta ſunt conſenſu & conſilio Principum, quorum nomina ſubſcripta ſunt:

Adelbertus Archiepiſcopus Moguntinus.
Fridericus Archiepiſcopus Colonienſis.
H. . . . . . Ratiſponenſis Epiſcopus.
Otto Babenbergenſis Epiſcopus.
Bruno Spirenſis Epiſcopus.
H. . . . . Auguſtenſis Epiſcopus.
Godebaldus Trajectenſis Epiſcopus.
Udalricus Conſtantienſis Epiſcopus.
H. . . . . . . Fuldenſis Abbas.
a Henricus Dux Bavariæ.
Fridericus Dux Sueviæ.
Bruno Dux Saxoniæ.
Dietboldus Marchio Cambienſis à Vochburg.
Bonifacius Marchio Tuſciæ.
Theobaldus Marchio.
b Gotfridus Palatinus Comes Rheni.
c Otho Palatinus Comes à Wietelsbach.
Engelbertus Marchio Iſtriæ.
d Beringarius Comes Habspurgi.
Theodoricus Comes Montisbellicardi, & alii complures.

a al. Hermannus Dux, ſine adjectione loci.
b al. Ernulfus Comes Palatinus, ſine adjectione loci.
c al. Othbertus Comes Palatinus, ſine adjectione loci.
d Sultzbachenſis.

PRO-

PROFESSIO PAPAE.

EGo Ca[illegible]us ſervus ſervorum Dei, tibi dilecto filio HEINRICO Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto. Concedo electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni, qui ad Regnum pertinent, in præſentia tua fieri abſque ſimonia & aliqua violentia, ut, ſi qua inter diſcordia inerſerit, Metropolitani & Provincialium conſilio vel judicio, ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas. Electus autem regalia per ſceptrum a te recipiat, & quæ ex his jure tibi debet, faciat. Ex aliis verò partibus Imperii, conſecratus intra ſex menſes regalia à te per ſceptrum recipiat, & quæ ex his jure tibi debet, faciat: exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur. De quibus verò mihi querimoniam feceris, & auxilium poſtulaveris, ſecundum officii mei debitum, auxilium meum præſtabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua ſunt vel fuerunt tempore hujus diſcordiæ. Data Anno MCXXII. nono Calendas Octobris.

FORMULAE.

JURAMENTORUM FIDELITATIS ET HOMAGII, QUÆ A FIDELIBUS IMPERII IN Italia exigere mandavit Imp. HENRICUS V. Aug.

ADJURATIO SEU PROMISSIO, QUAE REGIBUS DEBET FIERI.

AB hac hora inanteà fidelis ero N. Imperatori per rectam fidem, ſecundùm meum ſcire & poſſe. Non ero in conſilio, ut vitam aut membra perdat, Italicum Regnum, & ſuam rectam poteſtatem adjutor ei ſecundùm meum ſcire & poſſe, ad tenendum & defendendum contra omnes homines, qui ſibi tollere voluerint.

ALLOCUTIO EIUS, QUI JURAVIT.

SI ea, quæ ſuprà ſcripta ſunt, juraſti, aut juraveris, & per rectam fidem adimpleveris, Senior meus neque per ſe, neque per ſubjectam perſonam tollet tibi vitam, aut membra, nec te capiet propter hoc, quòd usque modò contra eum feciſti; niſi inanteà ſis contra eum, & convictus fueris.

2. Prædia & proprietates, quæ juſtè & legaliter habes, non tibi tollet, niſi juſto judicio per veram legem ſit judicatum.

3. Si beneficium de Regno aut de Eccleſiis non habueris, & legem & juſtitiam ante M[iſſ]um mei Senioris feceris, non te diſtringet ad curiam venire, niſi tu ſponte volueris.

PRINCIPUM IMPERII EDICTUM

Anno Chriſti 1126.

DE OBITU IMPERATORIS HENRICI V. AUG. ET NOVA electione facienda.

Adalbertus Moguntinus,
Fridericus Colonienſis,
Oudalricus Conſtantienſis, } Per Dei miſericordiam Archiepiſcopi
Buggo Wormatienſis,
Arnolphus Spirenſis
Oudalricus Fuldenſis Abbas:
Henricus quoque Dux [Bavariæ,
Fridericus Dux [Sueviæ,
Godefridus Palatinus Comes,
Beringerus Comes de Sultzbach,

& cæteri utriusque *b* profeſſionis Principes, qui exequiis Imperatoris interfuerant, Venerabili fratri Ottoni Epiſcopo [Babebergenſi,] hoc fraternas in Chriſto orationes, inde fideliſſimum devotæ ſervitutis obſequium.

Hinc diſcimus, jus eligendi Imperatorem ceu penes univerſos Imperii Principes extitiſſe, non vero penes ſolos Septemviros Electores, ut hodie.

b id eſt, tam Eccleſiaſtici quam Seculares.

1. Poſtquam Dominus Imperator viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, & nos exequias ejus cum juſta devotione & reverentia complevimus, ipſe ordo rei, & temporis qualitas, exigere videbatur, ut de ſtatu & pace Regni aliquid conferremus, ſi non abeſſet præſentiæ veſtræ conſilium, & aliorum Principum, tanto negocio utile & pernéceſſarium. quam expectare quia grave erat & difficile, ſedit omnium noſtrûm ſententiæ, ſi veſtræ tantùm non diſplicet concordiæ, Curiam in feſto B. Bartholomæi apud Moguntiam celebrare, & ibidem convenientibus Principibus de ſtatu & ſucceſſore Regni, ac negotiis neceſſariis, prout Spiritus Sanctus aſpiraverit, ordinare. Nullum tamen præjudicium deliberationi & voluntati veſtræ facientes, nihil nobis ſingulare ac privatum in hac re uſurpamus; quin potius diſcretioni veſtræ hoc apprimè intimatum eſſe cupimus, quatenus oppreſſionis, qua Eccleſia cum univerſo Regno usq; modò laboravit, diſpoſitionis divinæ providentiam invoceris, ut in ſubſtitutione alterius perſonæ, ſic Eccleſiæ ſuæ & Regno provideat, quod tanto ſervitutis jugo amodò careat, & ſuis legibus uti liceat, nosq; omnes cum ſubjecta plebe, temporali perfruamur tranquillitate.

2. Conteſtamur etiam Dilectionem veſtram, ut pacem credito nobis cœlitùs popul... infra præſcriptum Curiæ terminum, & ultra ad quatuor hebdomades ordinetis, quatenus omnibus tutior fiat concurſus ac reditus, & ut cuitaliter, more videlicet antiquorum Principum, cum propria impenſa, neminem pauperum lædeote a conveniatis.

Ex Andrea Abbate in vita Otton. l. 3. c. 32.

LOTHARII III. IMPERAT. AVG.

MANDATVM AD EPISCOPVM BAMBERGENSEM, VT AD ECCLEſiam ſuam redeat, ſub pœna confiſcationis, bonorum Eccleſiaſticorum.

a Ex Pomerania, ubi gentilibus evangelium prædicabat.

LOTHARIUS Rex auctoritate ſua Otthoni Epiſcopo, ut celerius a redeat, præcipiendo ſimul & petendo mandavit; adeò, ut jurejurando aſſirmaret, ſe res Eccleſiaſticas in ſuum redigere velle dominium, niſi quantocyus ſponſam ſuam Eccleſiam Babebergenſem diu viduatam paſtor pius deſiderato reditu, conſolando recrearet.

b Oportuit ergo magis obedire Imperatori, quam Papæ, qui eum bullis ſuis imbutum ad Sclavos miſerat.

Apoſtolus itaque Pomeranorum his legationibus b contraire non valens, antequam reſponſum Archiepiſcopi Danorum reciperet, ad ſedem ſuam redire compulſus eſt.

Anno Chriſti 1139.

LOTHARII III. IMPERAT. AUG.

PROCESSUS

IN EXAMINATIONE ABBATIS CASINENSIS à Fratribus accuſati.

IMPERATOR direxit Hannonem Abbatem Cœnobii Lunæburgenſis, & Petrum Diaconum ad Monaſterium, per eos Fratribus mandans, ne quid incompoſitum aut indiſciplinatum in habitu, in inceſſu ſeu locutione præferrent: venturum ſe ad Monaſterium cum Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus, Ducibus, Religioſiſque ex omni Imperio viris. Ac ſi quidem invenirent Rainaldum tanto ordine indignum, confeſtim eum removeret, atque in B. Benedicti ſede idoneum præponere omni ſtudio quæreret.

2. Reſidente itaque Imperatore in Capitulo, cum Imperii Proceribus, conſedente quoque Peregrino Aquilegienſi Patriarcha cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Cardinalibus, Abbatibus, juſſerunt Electum Abbatem introduci; multa contra eum proferentes, rebellem hoſtemq; Imperii clamantes. Tunc quidam exurgens in medium dicere cœpit, eum poſteaquam cum Henrico Duce convenerat, hoſtem Pontificis atque Imperatoris claruiſſe. Contradicente illo, jubet Imperator utramque partem Capitulum ingredi, ut cum Patriarcha & Cardinalibus inde conſultaret. Tunc Peregrinus Patriarcha, Aimericusque Diaconus Cancellarius, dixerunt, illum tanto Cœnobio præeſſe non poſſe multis ex

* Pſeudopapa a Siciliæ.

cauſis, quòd ſcilicet a * filio Petrileonis Subdiaconus ordinatus eſſet, ſacramentumq; Rogerio a Regi præbuiſſet; tum quia contra præcepta Canonum excommunicati eligere non potuiſſent. Poſtremò quod contra Eccleſiaſtica inſtituta Subdiaconum elegiſſent, proferentes Eugenii Papæ capitulum ita ſcribentis: *Abbates per monaſteria tales eligantur & ordinentur, qui Sacerdotali vel Levitico honore ſint præditi, &c.* Sed cum jam Sol ad occaſum vergens noctem indiceret terris, Imperatore jubente ſolutus conventus eſt.

3. Die altero, Imperatore reſidente in Capitulo cum Prælatis atque Magnatibus, Electus in medium ſurgens cum vellet objecta diluere, priuſquam verba finiret, ſurgentes Fratres accuſare illum cœperunt, ſicut & prius, dicentes, electionem ejus ſeditioſè non canonicè fuiſſe celebratam. Hi autem, qui ex parte ejus erant, eos mendacii inſimulabant, ſicque coram omnibus variis ſe verborum contumeliis afficiebant. Imperator his motus ſurrexit, & manu ſilentium indicens, multum ſe mirari dixit tantam congregationem adeò inordinatè loqui, negociaque ſua tam indiſciplinatè agere. Præcepit itaque, ut rationabiliter negocia ſua exequerentur. His dictis reſedit, & reliquis conſedere juſſis Congregationem ita affari cœpit; electionem Abbatis in tanta diſcordia ſe plenè examinare non poſſe, niſi ambæ ſeorſum partes audirentur, juſſitque ut omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi & Abbates, parsque quæ Electo favebat, januis obſeratis convenirent. Quod cum factum eſſet, Hanno Epiſcopus Baſilienſis dixit: Si quid contra Electum habetis, rationabiliter & non tumultuoſè proferte. Tunc quidam ex eis illum accuſare cœperunt, quòd electionem ſuam munere linguæ & manus promiſſione redemiſſet. His ita proſequentibus Pandulfus Veſterarius exurgens dixit: Sunt quidem multa, quæ adverſus Electum proferri poſſunt, ſed illud intolerabile, quod a filio Petrileonis ordinatus eſt, indignumque valde ducimus, ut in tanta Eccleſia, quæ Monaſteriorum omnium caput ac mater eſt, Abbas Subdiaconus ſit, qui nec Miſſarum ſolemnia celebrare, nec poſſit à delictis abſolvere. Tunc Anſelmus Epiſcopus: Multa (inquit) adverſus Electum proferuntur, ſed hoc potiſſimùm ad deponendum illum objicitur, quia teſte Domino fundamentum, quod ſuper arenam collocatur, durare non poteſt. Unde, ſi placet, ſepoſitis cæteris, hoc unum teneamus. Quod cum placuiſſet, cæteris Fratribus egredi juſſis, Rainaldum cum ſuis ad ſe purgandum introduci præcipiunt. Et cum diu moras traherent, mandat Imperator his, qui ad diſcutiendum convenerant, ut Electo ſuaderent, ſe ipſum in po-

in poteſtatem Imperatoris ac Pontificis ponere, ut quicquid illi ſtatuerent, hoc ipſe abſque dilatione ſequeretur. Ad hæc ille diu cunctatus tandem conſenſit, ſeque illis liberè ex toto promiſit. Poſt hæc omnibus ad Imperatorem reverſis Baſilienſis Epiſcopus geſta omnia cunctis per ordinem pandit. Demum Imperatore ſciſcitante, an qui Electo faverant, idem facere vellent? ad omnia eos paratos invenit: ſicque ſecundi diei coventus ſolutus eſt. Acta ſunt hæc quartâ & quintâ feria tertiæ hebdomadis, menſe Septembrio, ſecundo poſt feſtum S. Crucis die.

SENATUSCONSULTUM ROMANUM

Anno Chriſti 1140.

DE RECUPERANDIS IMPERII ROMANI IURIBUS PER ELECTUM Imperatorem, ab injuſta Papæ uſurpatione & tyrannide.

EXCELLENTISSIMO ATQUE PRÆCLARO URBIS ET ORBIS TOTIUS DOMINO, CONRADO DEI GRATIA ROMANORUM Regi Semper Auguſto, S.P.Q.R. Salutem & Romani Imperii fœlicem & inclytam gubernationem.

REGALI excellentiæ per plurima jam ſcripta, noſtra facta & negotia diligenter expoſuimus, quo modo in veſtra fidelitate permaneamus, ac pro veſtra Imperiali corona exaltanda & omnimodo augenda quotidiè decertemus. Ad quæ, quia Regalis induſtria, ut poſtulavimus, reſcribere dignata non fuit, planè tanquam filii & fideles de Domino & patre ſatis miramur. Nos enim quicquid agimus, pro veſtra fidelitate & honore facimus. Et quidem Regnum & Imperium Romanorum, veſtro à Deo regimini conceſſum, exaltare atque amplificare cupientes, in eum ſtatum, quo fuit tempore Conſtantini & Juſtiniani, qui totum orbem vigore Senatus & Populi Romani ſuis tenuere manibus, reducere, Senatu pro his omnibus Dei gratia reſtituto, & eis, qui veſtro Imperio ſemper rebelles erant, quique tantum honorem Romani Imperii ſubripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea, quæ Cæſari & Imperio deberentur, per omnia & in omnibus obtineatis, vehementer atque unanimiter ſatagimus atque ſtudemus. Et ob hujus rei effectum, bonum principium ac fundamentum fecimus. Nam pacem & juſticiam omnibus eam volentibus obſervamus: fortitudines, id eſt, turres & domos potentum Urbis, qui veſtro Imperio unà cum Siculo & Papa reſiſtere parabant, cepimus; & quaſdam in veſtra fidelitate retinemus, quaſdam verò ſubvertentes ſolo coæquavimus.

Sed pro his omnibus, quæ veſtræ dilectionis fidelitate facimus, Papa Frangipanes, & filii Petri-Leonis, homines & amici Siculi, excepto Jordano noſtro, fidelitate in veſtra vexillifero & adjutore, Tolomæus quoque & alii plures undique nos impugnant, ne liberè, ut decet, Imperialem Regio capiti valeamus imponere coronam. At nos, quoniam amanti nullus labor gravis eſt, licet inde plurima damna ſuſtineamus, pro veſtro amore & honore gratanter patimur. Scimus namque nos à vobis proinde prœmium, ſicut à patre, accepturos; vòſque in eos, ſicut in Imperii hoſtes, vindictam daturos.

2. Cum tanta igitur noſtra in vobis fidelitas ſit, tantaque pro vobis ſuſtineamus, precamur ne ſpes iſta nobis deficiat, ne Regia dignitas nos veſtros fideles & filios deſpiciat. Neque ſi in Regalibus auribus aura ſiniſtra de Senatu & nobis flaverit, in eam intendat aut reſpiciat. Qui enim de nobis veſtræ Altitudini mala ſuggerunt, de veſtra & noſtra (quod abſit) diſſenſione lætari volunt, & utroſque (ut ſoliti ſunt) callidè opprimere moliuntur. Sed circa hæc, ne fiant, Regalis prudentia, ut decet, ſolicita ſit & provida: reminiſcaturque veſtra ſolertia, quot & quanta mala Papalis Curia, & dicti quondam cives noſtri, Imperatoribus, qui fuerunt ante vos, fecerint, & nunc deteriora vobis cum Siculo facere tentaverunt. Sed nos Chriſti gratia in veſtra fidelitate viriliter eis réſiſtimus, ac plures ex illis ab Urbe, ſicut peſſimos hoſtes Imperii, ut ſunt, pepulimus.

3. Appropinquet itaque nobis Imperialis celeriter vigor. Quoniam, quicquid vultis, in Urbe obtinere poteritis: &, ut breviter ac ſuccinctè loquamur, potenter in Urbe, quæ caput mundi eſt, ut optamus, habitare, toti Italiæ ac regno Teutonico, omni Clericorum remoto obſtaculo, liberiùs & meliùs quàm omnes ferè anteceſſores veſtri, dominari valebitis. Sine mora ergo precamur, ut veniatis: & interim de ſtatu veſtro, quem ſemper deſideramus ſalubrem & proſperum, de his Regalibus literis ac nunciis nos lætificare dignemini. Sumus enim per omnia veſtræ voluntati ſemper obtemperare parati.

4. Sciatis præterea, quia pontem Mylvium extra Urbem parum longè per tempora multa pro Imperatorum contrario deſtructum, nos, ut exercitus veſter per eum tranſire queat, ne Petri-Leones per caſtellum Sancti Angeli vobis nocere poſſint, ut ſtatuerant cum Papa & Siculo, magno conamine reſtauramus, & in parvo temporis ſpacio muro fortiſſimo & ſilicibus juvante Deo complebitur. Concordiam autem inter [a] Siculum & [b] Papam hujuſmodi eſſe accepimus. Papa conceſſit Siculo virgam & anulum, dalmaticam & mitram atque ſandalia, & ne ullum mittat in terram

ſuam

[a] Petrum-Leonem antipapam, qui ſe Anacletum nominari voluit.

[b] Innocentium II.

2. Conteſtamur etiam Dilectionem veſtram, ut pacem credito nobis cœlitùs populo, inter præſcriptum Curiæ terminum, & ultra ad quatuor hebdomades ordinetis, quatenus omnibus tutior ſit ac concurſus ac reditus, & ut curialiter, more videlicet antiquorum Principum, cum propria impenſa, neminem pauperum lædentes conveniatis.

Ex Andrea Abbate in vita Otton. l. 3. c. 32.

LOTHARII III. IMPERAT. AVG.

MANDATVM AD EPISCOPVM BAMBERGENSEM, VT AD ECCLEſiam ſuam redeat, ſub pœna confiſcationis, bonorum Eccleſiaſticorum.

a Ex Pomerania, ubi gentilibus evangelium prædicabat.

b Oportuit ergo magis obedire Imperatori, quam Papæ, qui eum bullis ſuis imbutum ad Sclavos miſerat.

LOTHARIUS Rex auctoritate ſua Otthoni Epiſcopo, ut celerius a redeat, præcipiendo ſimul & petendo mandavit; adeò, ut jurejurando affirmaret, ſe res Eccleſiaſticas in ſuum redigere velle dominium, niſi quantocyus ſponſam ſuam Eccleſiam Babebergenſem diu viduatam paſtor pius deſiderato reditu, conſolando recrearet.

Apoſtolus itaque Pomeranorum his legationibus b contraire non valens, antequam reſponſum Archiepiſcopi Danorum reciperet, ad ſedem ſuam redire compulſus eſt.

Anno Chriſti 1139.

LOTHARII III. IMPERAT. AUG.

PROCESSUS

IN EXAMINATIONE ABBATIS CASINENSIS à Fratribus accuſati.

IMPERATOR direxit Hannonem Abbatem Cœnobii Lunæburgenſis, & Petrum Diaconum ad Monaſterium, per eos Fratribus mandans, ne quid incompoſitum aut indiſciplinatum in habitu, in inceſſu ſeu locutione præferrent: venturum ſe ad Monaſterium cum Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus, Ducibus, Religioſiſque ex omni Imperio viris. Ac ſi quidem invenirent Rainaldum tanto ordine indignum, confeſtim eum removeret, atque in B. Benedicti ſede idoneum præponere omni ſtudio quæreret.

2. Reſidente itaque Imperatore in Capitulo, cum Imperii Proceribus, conſedente quoque Peregrino Aquilegienſi Patriarcha cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Cardinalibus, Abbatibus, juſſerunt Electum Abbatem introduci; multa contra eum proferentes, rebellem hoſtemq; Imperii clamantes. Tunc quidam exurgens in medium dicere cœpit, eum poſteaquam cum Henrico Duce convenerat, hoſtem Pontificis atque Imperatoris claruiſſe. Contradicente illo, jubet Imperator utramque partem Capitulum ingredi, ut cum Patriarcha & Cardinalibus inde conſuliaret. Tunc Peregrinus Patriarcha, Aimericusque Diaconus Cancellarius, dixerunt, illum tanto Cœnobio præeſſe non poſſe multis ex cauſis, quòd ſcilicet à * filio Petrileonis Subdiaconus ordinatus eſſet, ſacramentumq; Rogerio a Regi præbuiſſet; tum quia contra præcepta Canonum, excommunicati eligere non potuiſſent. Poſtremò quod contra Eccleſiaſtica inſtituta Subdiaconum elegiſſent, proferentes Eugenii Papæ capitulum ita ſcribentis: *Abbates per monaſteria tales eligantur & ordinentur, qui Sacerdotali vel Levitico honore ſint præditi*, &c. Sed cum jam Sol ad occaſum vergens noctem indiceret terris, Imperatore jubente ſolutus conventus eſt.

* Pſeudopapa

a Siciliæ.

3. Die altero, Imperatore reſidente in Capitulo cum Prælatis atque Magnatibus, Electus in medium ſurgens cum vellet objecta diluere, priusquam verba finiret, ſurgentes Fratres accuſare illum cœperunt, ſicut & prius, dicentes, electionem ejus ſeditioſè non canonicè fuiſſe celebratam. Hi autem, qui ex parte ejus erant, eos mendacii inſimulabant, ſicque coram omnibus variis ſe verborum contumeliis afficiebant. Imperator his motus ſurrexit, & manu ſilentium indicens, multum ſe mirari dixit tantam congregationem adeò inordinatè loqui, negociaque ſua tam indiſciplinatè agere. Præcepit itaque, ut rationabiliter negocia ſua exequerentur. His dictis reſedit, & reliquis conſedere juſſis Congregationem ita affari cœpit; electionem Abbatis in tanta diſcordia ſe plenè examinare non poſſe, niſi ambæ ſeorſum partes audirentur, juſſitque ut omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi & Abbates, parsque quæ Electo ſavebat, januis obſeratis convenirent. Quod cum factum eſſet, Hanno Epiſcopus Baſilienſis dixit: Si quid contra Electum habetis, rationabiliter & non tumultuoſè proferte. Tunc quidam ex eis illum accuſare cœperunt, quòd electionem ſuam munere linguæ & manus promiſſione redemiſſet. His ita proſequentibus Pandulfus Veſterarius exurgens dixit: Sunt quidem multa, quæ adverſus Electum proferri poſſunt, ſed illud intolerabile, quod à filio Petrileonis ordinatus eſt, indignumque valde ducimus, ut in tanta Eccleſia, quæ Monaſteriorum omnium caput ac mater eſt, Abbas Subdiaconus ſit, qui nec Miſſarum ſolemnia celebrare, nec poſſit à delictis abſolvere. Tunc Anſelmus Epiſcopus: Multa (inquit) adverſus Electum proferuntur, ſed hoc potiſſimùm ad deponendum illum objicitur, quia teſte Domino fundamentum, quod ſuper arenam collocatur, durare non poteſt. Unde, ſi placet, depoſitis cæteris, hoc unum teneamus. Quod cum placuiſſet, cæteris Fratribus egredi juſſis, Rainaldum cum ſuis ad ſe purgandum introduci præcipiunt. Et cum diu moras traherent, mandat Imperator his, qui ad diſcutiendum convenerant, ut Electo ſuaderent, ſe ipſum in po-

in poteſtatem Imperatoris ac Pontificis ponere, ut quicquid illi ſtatuerent, hoc ipſe abſque dilatione ſequeretur. Ad hæc ille diu cunctatus tandem conſenſit, ſeque illis liberè ex toto promiſit. Poſt hæc omnibus ad Imperatorem reverſis Baſilienſis Epiſcopus geſta omnia cunctis per ordinem pandit. Demum Imperatore ſciſcitante, an qui Electo faverant, idem facere vellent? ad omnia eos paratos invenit: ſicque ſecundi diei conventus ſolutus eſt. Acta ſunt hæc quartâ & quintâ feria tertiæ hebdomadæ, menſe Septembrio, ſecundo poſt feſtum S. Crucis die.

SENATUSCONSULTUM ROMANUM

Anno Chriſti 1140.

DE RECUPERANDIS IMPERII ROMANI IURIBUS PER ELECTUM Imperatorem, ab injuſta Papæ uſurpatione & tyrannide.

EXCELLENTISSIMO ATQUE PRÆCLARO URBIS ET ORBIS TOTIUS DOMINO, CONRADO DEI GRATIA ROMANORUM Regi Semper Auguſto, S.P.Q.R. Salutem & Romani Imperii fœlicem & inclytam gubernationem.

REGALI excellentiæ per plurima jam ſcripta, noſtra facta & negotia diligenter expoſuimus, quo modo in veſtra fidelitate permaneamus, ac pro veſtra Imperiali corona exaltanda & omnimodo augenda quotidiè decertemus. Ad quæ, quia Regalis induſtria, ut poſtulavimus, reſcribere dignata non fuit, planè tanquam filii & fideles de Domino & patre ſatis miramur. Nos enim quicquid agimus, pro veſtra fidelitate & honore facimus. Et quidem Regnum & Imperium Romanorum, veſtro à Deo regimini conceſſum, exaltare atque amplificare cupientes, in eum ſtatum, quo fuit tempore Conſtantini & Juſtiniani, qui totum orbem vigore Senatus & Populi Romani ſuis tenuere manibus, reducere, Senatu pro his omnibus Dei gratia reſtituto, & eis, qui veſtro Imperio ſemper rebelles erant, quique tantum honorem Romani Imperii ſubripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea, quæ Cæſari & Imperio deberentur, per omnia & in omnibus obtineatis, vehementer atque unanimiter ſatagimus atque ſtudemus. Et ob hujus rei effectum, bonum principium ac fundamentum fecimus. Nam pacem & juſticiam omnibus eam volentibus obſervamus: fortitudines, id eſt, turres & domos potentum Urbis, qui veſtro Imperio unà cum Siculo & Papa reſiſtere parabant, cepimus; & quaſdam in veſtra fidelitate retinemus, quaſdam verò ſubvertentes ſolo coæquavimus.

Sed pro his omnibus, quæ veſtræ dilectionis fidelitate facimus, Papa Frangipanes, & filii Petri-Leonis, homines & amici Siculi, excepto Jordano noſtro, fidelitate in veſtra vexillifero & adjutore, Tolomæus quoque & alii plures undique nos impugnant, ne liberè, ut decet, Imperialem Regio capiti valeamus imponere coronam. At nos, quoniam amanti nullus labor gravis eſt, licet inde plurima damna ſuſtineamus, pro veſtro amore & honore gratanter patimur. Scimus namque nos à vobis proinde prœmium, ſicut à patre, accepturos; vôſque in eos, ſicut in Imperii hoſtes, vindictam daturos.

2. Cum tanta igitur noſtra in vobis fidelitas ſit, tantaque pro vobis ſuſtineamus, precamur ne ſpes iſta nobis deficiat, ne Regia dignitas nos veſtros fideles & filios deſpiciat. Neque ſi in Regalibus auribus aura ſiniſtra de Senatu & nobis flaverit, in eam intendat aut reſpiciat. Qui enim de nobis veſtræ Altitudini mala ſuggerunt, de veſtra & noſtra (quod abſit) diſſenſione lætari volunt, & utroſque (ut ſoliti ſunt) callidè opprimere moliuntur. Sed circa hæc, ne fiant, Regalis prudentia, ut decet, ſolicita ſit & provida: reminiſcaturque veſtra ſolertia, quot & quanta mala Papalis Curia, & dicti quondam cives noſtri, Imperatoribus, qui fuerunt ante vos, fecerint, & nunc deteriora vobis cum Siculo facere tentaverunt. Sed nos Chriſti gratia in veſtra fidelitate viriliter eis reſiſtimus, ac plures ex illis ab Urbe, ſicut peſſimos hoſtes Imperii, ut ſunt, pepulimus.

3. Appropinquet itaque nobis Imperialis celeriter vigor. Quoniam, quicquid vultis, in Urbe obtinere poteritis: &, ut breviter ac ſuccinctè loquamur, potenter in Urbe, quæ caput mundi eſt, ut optamus, habitare, toti Italiæ ac regno Teutonico, omni Clericorum remoto obſtaculo, liberiùs & meliùs quàm omnes ferè anteceſſores veſtri, dominari valebitis. Sine mora ergo precamur, ut veniatis: & interim de ſtatu veſtro, quem ſemper deſideramus ſalubrem & proſperum, de his Regalibus literis ac nunciis nos lætificare dignemini. Sumus enim per omnia veſtræ voluntati ſemper obtemperare parati.

4. Sciatis prætereà, quia pontem Mylvium extra Urbem parum longè per tempora multa pro Imperatorum contrario deſtructum, nos, ut exercitus veſter per eum tranſire queat, ne Petri-Leones per caſtellum Sancti Angeli vobis nocere poſſint, ut ſtatuerant cum Papa & Siculo, magno conamine reſtauramus, & in parvo temporis ſpacio muro fortiſſimo & ſilicibus juvante Deo complebitur. Concordiam autem inter a Siculum & b Papam hujuſmodi eſſe accepimus. Papa conceſſit Siculo virgam & annulum, dalmaticam & mitram atque ſandalia, & ne ullum mittat in terram

ſuam

a Petrum-Leonem antipapam, qui ſe Anacletum nominari voluit.

b Innocentium II.

ſuam Legatum, niſi quem Siculus petierit: & Siculus dedit ei multam pecuniam pro detrimento veſtro & Romani Imperii, quod Dei gratia veſtrum exiſtit. Hæc omnia ſolicitè veſtra animadvertat, optime Rex, prudentia.

Rex valeat, quicquid cupit obtineat, ſuper hoſtes
Imperium teneat, Romæ ſedeat, regat orbem,
Princeps terrarum ceu fecit Juſtinianus.
Cæſaris accipiat Cæſar, quæ ſunt ſua Præſul,
Ut Chriſtus juſſit, Petro ſolvente tributum.

Nos de cætero Legatos noſtros precamur, ut benignè recipiatis, & quod vobis dixerint, credatis, quia ſcribere cuncta nequivimus. Sunt enim Nobiles viri, Guido Senator, Jacobus filius Sixti Procuratoris, & Nicolaus eorum ſocius.

Anno Chriſti 1142.

CONRADI III. IMPERAT. AUG.
RESCRIPTUM
AD IOANNEM COMNENUM IMPERATOREM Conſtantinapolitanum.

CONRADUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Joanni eadem gratia Conſtantinopolitano Imperatori ſalutem & dilectionem fraternam, amicitiam, honorem, & gloriam.

1. Ut parentes noſtri, videlicet Romanorum Imperatores, anteceſſores noſtri, ad anteceſſores veſtros, ſcilicet regnum & populum Græcorum conſtituerunt, coostituo 1 & ſicut ſervaverunt, conſervabo.

2. Non eſt gens, regnum, aut populus, qui non noverit, ooſtræ Romanæ Reipub. veſtram novam Romam & dici & fore filiam, ex hujusque radice ramos & fructus ejus proceſſiſſe. Propter quod hæreditatem, quæ à matre debetur filiæ, conſtituimus, æternamque volumus; & eò amplius, quod quæ matri debentur, filiam velle cernimus, ſcilicet ut auctoritas materna præcinat conſilio, auxilio; reſpondeat autem gloria & honore filiaſtina dilectio.

3. Sint ergo res utriusque communes, utriusque amicus idem, idem inimicus, ſive in terra ſive in mari: & cognoſcat ac timeat matris virtutem & valentiam, qui non honoraverit filiam, ſive Nortmannus, ſive Siculus, ſive quis alter quicunque, ubicunque. Neque enim obliti ſumus, vel ego vel Priocipes noſtri Imperii, quoscunq; hoſtium noſtrorum incurſus vel invaſiones in Imperium & magnificentiam Romanam. Sed cùm divina clementia ſubveniet, retribuemus unicuiq; ipſorum ſecundum multitudinem ipſorum malitiæ. Videbit ergo & audiet univerſa regnorum latitudo, quàm facili manu proſternentur latrones, qui inſurrexerunt in utriusq; Imperii noſtri monarchiam: quia cooperante Deo, ſi alas excutiemus, hoſtem modò volitantem capiemus, & cordis ejus eviſcerabimus audentiam, quæ modò extollitur contra utriusq; Imperii noſtri honorem & gloriam. Conſervamus igitur quæ juſta & amicabilia ſunt ad vos, eadem vos ad nos: & tanto ſtudioſius, quanto per conjugium ſororis dilectiſſimæ conjugis noſtræ, Imperatricis videlicet nobiliſſimæ, & filii tui confœderati ſumus propinquiùs.

4. Verum quia de noſtris hilareſcere ſucceſſibus, dilectionis & nobilitatis tuæ credimus experientiam, quid poſt diſceſſum prudentiſſimorum Apocriſiariorum tuorum, in generali & ſolenni curia cum univerſis Imperii noſtri Principibus celebrata, cui eos intereſſe voluimus, Deo auxiliante actum ſit, tibi ſicut unico fratri noſtro & amico dilectiſſimo dignum duximus intimare. Noveris igitur, quòd omnes, qui Imperium noſtrum offendiſſe videbantur, cooperante Deo, potenter in noſtro Imperiali jure inclinavimus, eosque in plenitudinem gratiæ noſtræ ſuſcipientes, univerſas Imperii noſtri partes abundanti pace ditavimus. Ad hoc Francia & Hiſpania, Anglia, Dania, cæteraq; regna Imperio noſtro adjacentia, quotidiana legatione ſua, cum debita reverentia & obſequio nos frequentant, ad ea, quæ Imperii noſtri mandata ſunt, ſe prompta eſſe tam obſidibus quàm Sacramentis affirmantes.

5. Nolumus etiam latere diſcretionis tuæ prudentiam, quòd Dominus Papa, totaque Apulia, Italia, & Longobardia, de die in diem adventum noſtrum deſiderant: & ut noſtra eis Imperiali ſubveniamus potentia, cum omni devotione expoſtulant. Hujus rei gratia dilectiſſimum & præcordialem Imperii noſtri Principem Embriconem, venerabilem Herbipulenſem Epiſcopum, amicum tuum, ad exquirendam Domini Papæ voluntatem Romam miſimus. Cognita verò ipſius circa nos voluntate, communicato Principum noſtrorum conſilio, ea quæ ad utriusque Imperii noſtri honorem ſpectant, per chariſſimos & prudentes Nuncios noſtros, Robertum ſcilicet Principem Capuanum, illuſtrem utique virum ac nobilem nobisque fidelem, nec non Albertum dilectum Capellanum noſtrum & in fide conſtantem, tuæ ſignificamus nobilitati.

6. Hos igitur tanquam nos audias, & quæ tibi dixerint, ſicut decet excellentiam tuam, & ſicut de te ſperamus & credimus, ad effectum perducas, & honeſtos & idoneos Apocriſiarios tuos unà cum Nunciis noſtris ſine dilatione ad nos remittas.

7. Prætereà de Rutenis, qui ad contemptum Imperii noſtri occiſis hominibus noſtris, pecuniam noſtram ſibi uſurpaverunt, ſicut convenit in cauſa amici & propinqui tui, & ſicut nobis ſcripſiſti, ita facias.

8. Militibus quoque Imperii noſtri, Alemanis ſcilicet, qui apud te ſunt, ſicut decet excellentiam tuam, benignus exiſtas.

9. Nihilumi-

Nihilominus etiam te rogamus, ut hominibus Imperii noſtri Teutonicis videlicet, qui Conſtantinopoli morantur, locum, in quem ad honorem Dei Eccleſiam ædificent, concedas, tum reſpectu divinæ remunerationis, tum & interventu & petitione noſtræ dilectionis. Recordari quoq; debet tua diſcretio, quòd nos in literis prioribus, per præfatum Capellanum noſtrum tuæ nobilitati præſentatis, hoc idem à te pro Dei amore & honore petivimus: quia ſi ipſe, qui dat ſalutem Regibus, fuerit in medio noſtri, certum eſt quòd non gaudebunt inimici noſtri.

Datum XVIII. Kal. Aprilis, MCXLII. Ratiſponæ, in Chriſto feliciter, Amen.

Anno Chriſti 1156.

FRIDERICI I. IMPERAT. AUG. RESCRIPTUM

DE IVRIBVS IMPERII, ET POTESTATE IN PAPAM, CARDInales, & cæteros Status Eccleſiaſticos.

EPISTOLA PAPÆ.

HADRIANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, FRIDERICO Imperatori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Lex Divina, ſicut parentes honorantibus longævitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri ſententiam mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, quia *omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur.* Quapropter, Dilecte in Domino Fili, ſuper imprudentia tua non mediocriter admiramur, quòd beato Petro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, non quantam deberes, reverentiam exhibere videris. In literis enim ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis: in quo inſolentiæ, ne dicam arrogantiæ, notam incurris. Quid dicam de fidelitate beato Petro & nobis à te promiſſa & jurata, quomodo eam obſerves? quum ab hiis, qui *Dii ſunt, & filii Excelſi omnes,* homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum ſacratas manibus tuis innectis, & manifeſtè nobis factus contrarius, Cardinalibus à latere noſtro directis non ſolùm Eccleſias, ſed & Civitates Regni tui claudis. Reſipiſce ergò, reſipiſce, tibi conſulimus. Quia, dum à nobis conſecrationem & coronam merueris, dum inconceſſa captas, ne conceſſa perdas, Nobilitati tuæ timemus. Vale.

RESCRIPTUM IMPERATORIS.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus, Hadriano Romanæ Eccleſiæ Pontifici, omnibus illis adhærere, quæ *a* cœpit Jeſus facere & docere. a Act. 1.

1. Lex *b* juſtitiæ unicuique, quod ſuum eſt, reſtituit. Non enim parentibus noſtris derogamus, quibus in hoc Regno noſtro debitum exhibemus honorem, à quibus & Regni dignitatem ſuſcepimus & coronam. Numquid tempore CONSTANTINI Sylveſter regale aliquid habuiſſe dignoſcitur? Sed ejus pietatis conceſſione libertas data eſt Eccleſiæ, pax reſtituta, & quicquid regale Papatus veſter habere dignoſcitur, largitione Principum obtinet. Unde cum Romano Pontifici ſcribimus, jure & ex antiquo nomen noſtrum præponimus, & ad juſtitiæ normam eidem nobis ſcribenti concedimus. Revolvite Annales, & ſi lectum neglexiſtis, quod aſſerimus, illic invenitur. b l. 10. D. de juſt. & jur. §. 1. Inſtit. cod.

2. Ab hiis autem, qui Dii ſunt per adoptionem, & regalia noſtra tenent, cur homagium & regalia ſacramenta non exigamus? cum ille noſter & veſter inſtitutor, ab homine Rege nihil accipiens, ſed omnia bona omnibus conferens, tamen pro ſe & Petro *c* cenſum Cæſari perſolvit, & exemplum vobis dedit, ut & vos ita faciatis. Docet itaq; vos, dicens: *d Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Aut igitur regalia noſtra nobis dimittant, aut ſi hæc ſibi utilia judicaverint, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari perſolvant. c Matth. 17. d Matth. 11.

3. Cardinalibus utique veſtris clauſæ ſunt eccleſiæ, & non patent civitates; quia non videmus eos Cardinales, ſed Carpinales; non prædicatores, ſed prædatores; non pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores; non orbis reparatores, ſed auri inſatiabiles corraſores. Cum autem viderimus eos, quales requirit Eccleſia, portantes pacem, illuminantes patriam, aſſiſtentes cauſæ humilium in æquitate, neceſſariis ſtipendiis & commeatu eos ſuſtentare non differemus.

4. Humilitati autem, quæ eſt cuſtos virtutum, & manſuetudinis veſtræ, non minimam notam inuritis, cum hujuſmodi quæſtiones, religioni non multum conferentes, ſecularibus perſonis proponitis. Provideat itaque Paternitas veſtra, ne, dum talia movet, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem ſerotinum ori veſtro aures ſuas arrigere feſtinant. Non enim non poſſumus reſpondere auditis, cum ſuperbiæ deteſtabilem beſtiam usque ad Sedem Petri reptaſſe videamus, paci Eccleſiæ bene ſemper providentes. Valete.

Anno Chriſti 1157.

FRIDERICI I. IMPERAT. AUG. EDICTUM

DE IVRIBVS ET DIGNITATE IMPERII ATQVE ECCLESIAE VINdicandis à tyrannide Papæ & Cardinalium ejus.

CUm divina potentia, à quo omnis poteſtas in cœlo & in terra, nobis Chriſto ejus regnum & Imperium regendum commiſerit, & pacem Eccleſiarum Imperialibus armis conſervandam

ordinaverit, non ſine maximo dolore cordis conqueri cogimur Dilectioni veſtræ, quòd à capite Sanctæ Eccleſiæ, cui Chriſtus pacis ac dilectionis ſuæ characterem impreſſit, cauſæ diſſenſionum, ſeminarium malorum, peſtiferi morbi venenum manare videntur. De quibus, niſi Deus avertat, totum corpus Eccleſiæ commaculari, unitatem ſcindi, inter regnum & ſacerdotium ſchiſma fieri pertimeſcimus. Cum enim nuper in Curia Biſuntii eſſemus, & de honore Imperii & ſalute Eccleſiarum debita ſollicitudine tractaremus, venerunt Legati Apoſtolici, aſſerentes ſe talem legationem noſtræ afferre Majeſtati, unde honor Imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cum prima adventus ſui honorificè ſuſcepiſſemus, & ſecunda (ut mos eſt) ad audiendam legationem eorum cum Principibus noſtris conſediſſemus, ipſi quaſi de Mammona iniquitatis inflati, de altitudine ſuperbiæ, de faſtu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem Apoſtolicis literis conſcriptam nobis præſentaverunt, quarum tenor talis erat; quòd præ oculis mentis ſemper deberemus habere, qualiter Dominus Papa inſigne Imperialis coronæ nobis contulerit: neque tamen pœnitentia moveretur, ſi majora Excellentia noſtra ab eo beneficia ſuſcepiſſet.

2. Hæc erat illa paternæ dulcedinis legatio, quæ unitatem Eccleſiæ & Imperii confovere debuit, quæ vinculo pacis utrumque colligare. Ad vocem illam nefandam & omni veritate vacuam, non ſolum Imperialis Majeſtas debitam indignationem concepit, verùm omnes Principes, qui aderant, tanto furore & ira ſunt repleti, quòd ſine dubio illos duos iniquos Presbyteros mortis ſententia damnaſſent, niſi hoc noſtra intercepiſſet præſentia. Porrò quia multa paria literarum apud eos reperta ſunt, & ſchedulæ ſigillatæ ad arbitrium eorum ſcribendæ adhuc, quibus (ſicut hactenus conſuetudinis eorum fuit) per ſingulas Eccleſias Teutonici regni conceptum iniquitatis ſuæ virus reſpergere, altaria denudare, vaſa domus Dei aſportare, cruces excoriare, nitebantur, ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem, qua venerant, via ad Urbem eos redire fecimus. Cumque per electionem Principum à ſolo Deo regnum & imperium noſtrum ſit, qui in paſſione Chriſti filii ſui *a* duobus gladiis neceſſariis regendum orbem ſubjecit; cumq; Petrus Apoſtolus hac doctrina mundum informaverit, *b Deum timete, Regem honorificate*; quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit.

a Luc. 22.
b 1. Pet. 2.

3. Quia verò hactenus honorem ac libertatem Eccleſiarum, quæ jam diu indebitæ ſervitutis jugo depreſſa eſt, à manu Ægyptiorum ſtuduimus eripere, & omnia eis dignitatum ſuarum jura conſervare intendimus, univerſitatem veſtram ſuper tanta ignominia nobis & Imperio condolere rogamus; ſperantes, ne honorem Imperii, qui à conſtitutione Urbis, & Chriſtianæ Religionis inſtitutione, ad veſtra uſque tempora glorioſus & imminutus extitit, fidei veſtræ indiviſa ſynceritas tam inaudita novitate, tam præſumptuoſa elatione imminui patiatur: ſciens omni ambiguitate remota, quòd mortis periculum antè vellemus incurrere, quàm noſtris temporibus tantæ confuſionis opprobrium ſuſtinere. Valete.

Anno Chriſti 1157.

FRIDERICI I. IMPER. AUG.
EDICTUM

DE PAPAE ROMANI TYRANNIDE ET USURPATIONE IN IMPERIO, ET Pſeudovicariatu in Eccleſia reprimendis: & de Primatu Sedis Treverenſis.

FRIDERICUS IMPERATOR ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI.

CUm Imperatoria dignitas Imperialibus armis pacem Eccleſiarum ubique tueri debeat, Imperialem manum adverſum ſe commovet, qui pacem Eccleſiarum diſturbat. Judicium quippe portabit, quicunq; eſt ille. Diſturbat autem pacem Eccleſiarum, qui reus eſt Majeſtatis. Reus eſt Majeſtatis, qui Imperatoriæ derogat dignitati. Cùm enim pax Eccleſiarum ex Imperatoria dignitate vigeat, paci Eccleſiæ ſtudet, qui Imperatoriæ non derogat dignitati.

Imperium non eſſe a Papa, ſed immediatè a Deo.

2. Itaque cum paria ſint, pax ſcilicet Eccleſiarum, & Imperatoria dignitas (quia unum abſque altero non conſiſtit: utpote nec Imperatoria dignitas ſine pace Eccleſiarum, neque pax Eccleſiarum ſine Imperatoria dignitate: qui unum offendit, offendit & aliud: quia qui dixit; *Deum timete*, idem ſtatim ſubjunxit: *Regem honorificate*: ut per hoc clareſceret, quòd Dei timor, Regis eſſet honor, & è converſo Regis honor Dei eſſet timor) qui Regem inhonorat, Deum non timet. Inhonorat autem, qui dicit, eum ab homine accepiſſe illud. Cum enim (juxta Apoſtolum) *Omnis poteſtas a Deo ſit*, mendacii reus eſt, qui dogmatiſat, ab homine eſſe, quod à Deo conſtat eſſe.

3. Pax itaque noſtra, & Regnum à Deo eſt, qui etiam ante mundi conſtitutionem elegit nos, ut per nos adminiſtraretur pax Eccleſiarum. Sed quia vos plurima pars eſtis de numero lætantium in pace Eccleſiarum, utpote columna & baſis Eccleſiarum, quam S. Petrus aliquando ſuo ditavit baculo, ut ipſe poſt Deum, ita vos poſt Petrum gubernate res Eccleſiæ. Hoc mare magnum & ſpacioſum manibus, ubi reptilia, quorum non eſt numerus, animalia puſilla cum magnis, in baculo Petri remigetis, in tranquillum charitatis portum anchoram fidei veſtræ figatis, innixiq; baculo Petri, non ſitis arundo vento agitata, nec ut quidam ajunt vos eſſe baculum arundineum, cui ſi innixi fuerimus, perforabit manum noſtram.

4. Conquerimur Dilectioni veſtræ, quòd nuper in Curia Biſantii, dum de ſtabilitate R[illegible]

ꝛe Eccleſiarum, debita ſolicitudine tractaremus, Apoſtolicus ſcripto nobis mandavit, quod præ oculis mentis haberemus, quomodo ipſe nos in thronum Regni coronaverit. & oeq; inde pœnituerit eum, ſi majora etiam beneficia noſtra Excellentia ab eo ſuſcepiſſet. Ecce audiſtis blaſphemiam. Recolite libraríos, & percunctamini antiquarios veſtros, & videte ſi auditum ſit hujuſcemodi verbum in diebus eorum, in diebus antiquis. Sed nec patres noſtri annunciaverunt nobis, quod unquam Regnum alicui Auguſtorum ab aliquo Apoſtolicorum beneficiatum ſit, ſicut iſte veſanæ mentis vir ſcripſit, ſe nos inbeneficiaſſe, pro eo ſolo, quòd ſolùm unctionem per reverentiam B. Petri ab eo accepimus.

5. Ecce ſchiſma, quod, niſi Deus avertat, inficiet totum corpus Eccleſiæ, juxta illud; *Neceſſe eſt ut veniant ſcandala.* Sed quid ſequitur? *Væ autem illi, per quem veniunt ſcandala.* Per nos igitur non veniunt, ſed per illum, qui ſe dicit Vicarium Petri, & non eſt. quia ſi in viridi ligno hoc facit, quid in arido fiet? Tribus toxicatis nos de Mammona iniquitatis ſuæ appetiit, videlicet, quod nos in Regnum coronaverit, & neque inde pœnituerit eum, ſi majora beneficia ab eo ſuſcepiſſemus. Videamus igitur ſi hæc vera ſunt.

6. Certè nobis coronam per electionem Principum impoſuimus: nihil niſi ſolam unctionem ab eo accepimus: & ubi eſt beneficium, quod ab eo conſecuti ſumus? Quæ eſt ergo illa pœnitentia? & ubi ſunt majora beneficia? An poteſt eſſe majus beneficium, quam Romanum Imperium? Nos ipſi nobis coronam impoſuimus, & quomodo tum coronavit, dum coronam Regni nobis ipſi impoſuimus? Regnum non ab eo, ſed à Deo ſuſcepimus. Videte ergo, qualiter mentitus ſit. Sed quia ipſe ſibi beneficia uſurpavit, ſine conſenſu noſtro; & Viterbium, Cameram Regni, ſibi fecit ſedem; præponens caudam capiti, & ancillam præferens dominæ.

7. Et quia, te teſte, nuſquam pejus agitur divinum ſervitium, quàm Romæ, ubi domus Petri facta eſt ſpelunca latronum, & habitatio Dæmonum: & ubi ille alter Simon hæreſiarcha, quærens ſua non quæ Jeſu Chriſti, cuncta ſpiritualia habet venalia: nos judicabimus eum in virga Regni noſtri, & requiremus ab eo, quæ noſtræ ditionis ſunt, urbes & caſtella, munitiones & oppida, quæ in tota tenet Apulia, & videbimus, quis liberet de manu noſtra.

8. Excommunicationem ejus non timebimus, quæ ter tantum apud ſuos vilipenditur, deſpicitur, negligiturque. Numquid poteſt nos excommunicare paries dealbatus? tumens in ſupercilio Phariſæorum, mortificans animas, quæ non moriuntur, & vivificans quæ non vivitant. Nonne magis ſecundum B. Gregorium ligandi ſolvendique poteſtate ſe privat, qui hanc pro ſuis voluntatibꝰ, non pro ſubjectorum meritis exercet? Quid ejus cis Alpes timemus excommunicationem? dum trans Alpes ipſi vulgares parvi pendunt ſuam excommunicationem. Romæ in ſede ſua vilipenditur cum ſua excommunicatione; & nobis tam gravis eſt ſua indignatio?

9. Ecce qualis ſubſannatio? Certè vos ipſi vidiſtis & audiſtis, quam deriſui nos habuerint, vocantes nos ſtultos Allemannos, quod ad præceptum ejus ſtaremus ſubjecti, quorum dexteras totus orbis ferre non poſſet. Igitur quia vos Primas eſtis cis Alpes, & cor Regni, & Metropolis illa veſtra, Treveris inquam inclyta, quæ inconſutili præpollet tunica Domini, veſtro conſilio & auxilio ſummam & myſterialem inconſutilem tunicam Domini, id eſt, Emath, de manu illius Amorrhæi, videlicet Apoſtolici, à quo huculque ſciſſa & diviſa ſorte, & in jus Ægyptiorum iterum vendita eſt; eruemus. Non enim per oſtium, ſed aliunde aſcendit in ovile: fur quippe eſt & latro.

10. Nos in brachio Regni & arcu extento cameruemus: & vobis, qui ideò ſecundæ Romæ præeſtis, ut ſi ille deviaverit, vos converſus confirmetis fratres veſtros: quod & vobis in baculo ſuo Petrus tradidit, ſicut ipſe à Domino accepit, ut ſolus ſitis inter omnes poſt Petrū, ſicut ipſe poſt Chriſtum; Emath Dei regendam in vice Petri Imperiali authoritate committimus, ut omnes de Regno noſtro cis Alpes, non Viterbii ad novam Romam, ſed Treverim ad ſecundam Romam veniant, qui in cauſa ſua ſecundum judicium & juſtitiam, non nummo cooperante, ſicut Romæ, ubi nummus regnat & imperat, quæſtiones ſuas exequantur, dum Deus tantum ſit in cauſa; & ideò Deus merces operis.

11. Nonne & hoc Petrus factis oſtendit, dum vobis baculum ſuum præſcius futurorum tradidit? quod adhuc tota dignitas Apoſtolici ad vos tantum Metropolitanum quaſi hæreditario jure derivaretur. Nonne ideò adhuc Apoſtolicus ſine baculo eſt, ut vos ſitis in baculo ejus? Igitur hæres Petri contra eum, qui ſe dicit Vicarium Petri, & non eſt, inſurgite, & Suffraganeos veſtros, Metenſem, Tullenſem & Virdunenſem, ut vobis & Regno ſubſcribant, efficite: & vos columna Regni, pro Regno, quod jam titubat, viriliter ſtate, & ſtando, quis & quid ſitis, factis oſtendite, ut per vos cæteri nobis fideliter aſſiſtant, & filiis Belial unanimiter, prout Dominus dederit, reſiſtant.

FRIDERICI I. IMPER. ET EPISCOPORUM IMPERIALIUM RESCRIPTA *Anno Chriſti 1158.*

De diſtinctione Imperii & Eccleſiæ; & quòd Imperium non habeatur à Papa.

HADRIANUS IV. PAPA AD EPISCOPOS GERMANIÆ.

QUoties *aliquid in Eccleſia contra honorem Dei & ſalutem fidelium attentatur, fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum, & eorum præcipuè, qui ſpiritu Dei aguntur, cura debet exiſtere, ut ea, quæ male geſta ſunt, gratam Deo correctionem debeant invenire. Hoc autem tempore, quod abſque nimio mœrore non dicimus, cariſſimus filius noſter* Fridericus *Romanorum Imperator, tale quid egit,*

qualetemporibus anteceſſorum ſuorum non legimus perpetratum. Cum enim nos duos de melioribus ... tribus noſtris, Bernhardum tit. S. Clementis & Rolandum Cancellarium noſtrum tit. S. Marci Presbyteros Cardinales ad ipſius præſentiam miſerimus, ipſe cum primum ad ejus præſentiam pervenerunt, alacriter viſus eſt eos recepiſſe. Sequenti vero die cum rediſſent ad eum, & litera noſtra in ejus auribus legeretur, accepta occaſione cujuſdam verbi, quod ipſarum literarum ſeries continebat, inſigne *videlicet* coronæ beneficium tibi contulimus, *in tantam animi commotionem exarſit, ut convicia, quæ in nos & Legatos noſtros dicitur conjeciſſe, & quàm inhoneſtè ipſos à præſentia ſua recedere, ac de terra ſua velociter exire compulerit, & audire opprobrium & lamentabile ſit referre. Eis autem ab ipſius præſentia excedentibus, facto edicto, ne aliquis de regno veſtro ad Apoſtolicam ſedem accedat, per omnes fines ejuſdem regni cuſtodes dicitur poſuiſſe, qui eos, qui ad Sedem Apoſtolicam venire voluerint, violenter debeant revocare. Super quo facto licet aliquantulum perturbemur, ex hoc tamen in nobis ipſis majorem conſolationem accipimus, quod ad id de veſtro & Principum conſilio non proceſſit. Unde confidimus eum à ſui animi motu, conſilio, & perſuaſione veſtra facilè revocandum. Quocirca, Fratres, quoniam in hoc facto non ſolum noſtra, ſed veſtra & omnium Eccleſiarum res agi dinoſcitur, caritatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, quatenus opponatis vos murum pro domo Domini, & præfatum filium noſtrum ad viam rectam quam citius reducere ſtudeatis: attentiſſimam ſollicitudinem adhibentes, ut à Reinaldo Cancellario ſuo, & Palatino Comite, qui magnas blaſphemias in præfatos Legatos noſtros, & matrem veſtram ſacroſanctam Romanam Eccleſiam evomere præſumſerunt, talem & tam evidentem ſatisfactionem faciat exhiberi, ut ſicut multorum aures amaritudo ſermonis eorum offendit, ita etiam ſatisfactio multos ad viam rectam debeat revocare. Non acquieſcat idem filius noſter conſiliis iniquorum: conſideret noviſſima & antiqua, & per illam viam incedat, per quam Juſtinianus & alii Catholici Imperatores inceſſiſſe noſcuntur. Exemplo ſiquidem & imitatione illorum & honorem in terris & felicitatem in cælis ſibi poterit cumulare. Vos etiam, ſi eum ad rectam ſemitam reduxeritis, & beato Petro Apoſtolorum Principi gratum dependetis obſequium, & vobis & Eccleſiis veſtris conſervabitis libertatem, alioquin noverit antedictus filius noſter ex admonitione veſtra, noverit ex promiſſionis Evangelicæ veritate, quod ſacroſancta Romana Eccleſia ſuper firmiſſimam petram, Deo collocante, fundata, quantocunq; ventorum turbine quatiatur, in ſua firmitate, protegente Domino, in ſeculum ſeculi permanebit. Nec autem, ſicut noſtis, deceret eum tam arduam viam abſq; veſtro conſilio attentaſſe. Unde credimus, quod auditis admonitionibus veſtris faciliimè poterit ad frugem ſanioris ſtudii, ſicut vir diſcretus & Imperator Catholicus, revocari.*

Anno Chriſti 1158.

ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM GERMANIÆ RESCRIPTUM AD PAPAM.

QUamvis ſciamus & certi ſimus, quod Eccleſiam Dei fundatam ſupra firmam petram neque venti neque flumina tempeſtatum poſſint dejicere: nos tamen infirmiores & puſillanimes, ſi quando hujuſmodi contigerint impetus, concutimur & contremiſcimus. Inde nimirum graviter conturbati ſumus, & conterriti ſuper his, quæ inter veſtrã ſanctitatem & filium veſtrum devotiſſimum Dominũ noſtrum Imperatorem, magni mali, niſi Deus avertat, ſeminarium præbitura videntur.

2. Equidem à verbis illis, quæ in literis veſtris continebantur, quas per Nuncios veſtros prudentiſſimos & honeſtiſſimos, Dominum Bernhardum & Dominum Rolandum Cancellarium, venerabiles Presbyteros Cardinales, miſiſtis, commota eſt univerſa Reſpubl. Imperii noſtri: aures Imperialis potentiæ ea patienter audire non potuerunt, neq; aures Principum ſuſtinere: omnes ita continuerunt aures ſuas, quòd nos, ſalva gratia veſtræ ſanctiſſimæ paternitatis, ea tueri propter ſiniſtram ambiguitatis interpretationem, vel conſenſu aliquo approbare, nec audemus nec poſſumus, eò quod inſolita & inaudita fuerunt uſque ad hæc tempora.

3. Literas autem, quas nobis miſiſtis, debita cum reverentia ſuſcipientes & amplectentes, commonuimus filium veſtrum, Dominum noſtrum, Imperatorem, ſicut juſſiſtis; & ab eo reſponſum, Deo gratias, accepimus tale, quale decebat Catholicum Principem, in hunc modum.

FRIDERICI IMPERATORIS RESCRIPTUM AD Epiſcopos Germaniæ.

DUo ſunt, quibus noſtrum regi oportet Imperium, leges ſanctæ Imperatorum, & uſus bonus prædeceſſorum & patrum noſtrorum. Iſtos limites Eccleſiæ nec volumus præterire nec poſſumus. Quicquid ab his diſcordat, non recipimus. Debitam patri noſtro reverentiam libenter exhibemus: liberam Imperii noſtri coronam divino tantum beneficio aſcribimus: electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem Principibus, recognoſcimus. Regalem unctionem Colonienſi, ſupremam verò, quæ Imperialis eſt, Summo Pontifici: quicquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt. Cardinales in contemptum dilectiſſimi & reverendiſſimi Patris noſtri & conſecratoris, à finibus terræ noſtræ coegimus non exire: ſed cum his & pro his, quæ & ſcripta & ſcribenda ferebant, in dedecus & ſcandalum Imperii noſtri, ultra eos prodire pati noluimus. Introitum & exitum Italiæ nec clauſimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus, vel pro ſuis neceſſitatibus rationabiliter cum teſtimonio Epiſcoporũ & Prælatorũ ſuorum Romanam Sedem adeuntibus: ſed illis abuſionibus, quibus omnes Eccleſiæ regni noſtri gravatæ & attenuatæ ſunt, & omnes pene Clauſtrales diſciplinæ emortuæ & ſepultæ, obviare intendimus. In capite orbis Deus per Imperium exaltavit Eccleſiam: in capite orbis Eccleſia (non per Deũ, ut credimus) nunc demolitur Imperiũ. A pictura cœpit: ad ſcripturã pictura proceſſit: ſcriptura in auctoritatẽ prodire conatur. Non patiemur, non ſuſtinebimus: coronã antè ponemus, quam Imperii coronam unà nobiſcũ ſic deponi conſentiamus. Picturæ deleantur, ſcripturæ retractentur, ut inter Regnum & Sacerdotiũ æterna inimicitiarum monumenta non remaneant.

HVC-

HUCUSQUE EPISTOLA.

4. Hæc & alia, utputa de concordia Rogerii & Guilhelmi Siculi, & aliis, quæ in Italia facta ſunt, conventionibus, quæ ad plenum proſequi non audemus, ab ore Domini noſtri Imperatoris audivimus.

5. Abſente autem Palatino Comite, & in præparatione expeditionis in Italiam [illegible]ſſo, à Cancellario ibidem adhuc præſente aliud non audivimus, niſi quod humilitatis erat & pacis, præter quod eis pro periculo vitæ, quod à populo imminebat, pro viribus ſuis aſtiterit, cunctis, qui ibi aderant, hujus rei teſtimonium ei perhibentibus.

6. De cætero ſanctitatem veſtram ſuppliciter rogamus & obſecramus, ut noſtræ parcatis infirmitati, ut magnanimitatem filii veſtri, ſicut bonus paſtor, leniatis ſcriptis veſtris ſcripta priora ſuavitate mellita dulcorantibus, quatenus & Eccleſia Dei tranquilla devotione lætetur, & Imperium in ſuæ ſublimitatis ſtatu glorietur: ipſo medtante & adjuvante, qui mediator Dei & hominum factus eſt, homo Chriſtus Jeſus.

HADRIANUS PAPA IMP. FRIDERICO AUG. DE SENTENTIA EPISCOPORUM cogitur interpretari, quomodo Imperium dicatur & ſit beneficium Papæ.

Anno Chriſti 1159.

EX quo univerſalis Eccleſiæ curâ, Deo (prout ipſi placuit) diſponente, ſuſcepimus, ita in cunctis negociis magnificentiam tuam honorare curavimus, ut de die in diem animus tuus magis ac magis in amore noſtro & veneratione Sedis Apoſtolicæ debuiſſet accendi. Unde ſine grandi admiratione non ferimus, quod cum audito ex ſuggeſtione quorundam animum tuum aliquantulû contra nos fuiſſe commotum, duos de melioribus & majoribus fratribus noſtris, Rolandum ſcilicet, Cancellarium tit. S. Marci & Bernhardum tit. S. Clementis Presbyteros Cardinales, qui pro tuæ Majeſtatis honore in Romana Eccleſia ſolliciti ſemper extiterant, pro voluntatis tuæ cognitione ad tuam præſentiam deſtinavimus, alter quàm Imperialem decuerit honorificentiam, ſint tractati.

2. Occaſione ſiquidem cujusdam verbi, quod eſt *Beneficium*, tuus animus (ſicut dicitur) eſt commotus, quod utiq; nedum tanti viri, ſed nec cujuslibet minoris animum merito commoviſſet. Licet enim hoc nomen, quod eſt *Beneficium*, apud quosdam in alia ſignificatione, quàm ex impoſitione habeat, aſſumatur: tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam nos ipſi poſuimus, & quam in inſtitutione ſua noſcitur retinere. Hoc enim nomen ex *bono* & *facto* eſt editum, & dicitur *beneficium* apud nos non feudum, ſed bonum factum. In qua ſignificatione in univerſo ſacræ Scripturæ corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo, ſed velut ex benedictione & bono facto ipſius gubernari dicimur & nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoſcit, quod nos ita bene & honorificè Imperialis dignitatis inſigne tuo capiti impoſuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde quod quidam verbum hoc, & illud ſcilicet, *contulimus tibi inſigne Imperialis Coronæ*, à ſenſu ſuo viſi ſunt ad alium retorquere, non ex merito cauſæ, ſed de voluntate propria, & illorum ſuggeſtione, qui pacem Regni & Eccleſiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum, *contulimus*, nil aliud intelleximus, niſi quod ſuperius dictum eſt, *impoſuimus*.

3. Sanè quod poſtmodum perſonas Eccleſiaſticas à debita ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ viſitatione (ut dicitur) revocare juſſiſti, ſi ita eſt, quàm inconvenienter actum ſit, tua, Fili in Chriſto chariſſime, diſcretio (ut credimus) recognoſcit. Nam ſi aliquid apud nos amaritudinis habebas, per nuntios & literas tuas nobis fuerat intimandum, & nos honori tuo curaviſſemus, ſicut filii cariſſimi, providere. Nunc igitur quoniam ad commonitionem dilecti filii noſtri Henrici Bajoariæ & Saxoniæ Ducis, duos de fratribus noſtris, Henricum tit. S. Nerei & Achillei & Jacinctum tit. S. Mariæ in Coſmidin Diaconos Cardinales, prudentes ſiquidem & honeſtos viros, ad tuam prudentiam deſtinavimus, Celſitudinem tuam monentes & hortantes in Domino, quatenus eos honeſtè & benignè recipias, & quod ab eis ex parte noſtra tuæ magnificentiæ fuerit intimatum, à ſinceritate cordis noſtri noverit tua Excellentia proceſſiſſe, ac per hoc cum eisdem filiis noſtris, mediante jam dicto filio noſtro Duce, ita Celſitudo tua ſtudeat convenire, ut inter te ac matrem tuam ſacroſanctam Romanam Eccleſiam nullius diſcordiæ ſeminarium debeat remanere.

FORMULA

SACRAMENTI FIDELIUM IMPERII.

Anno Chriſti 1158.

EGo N. juro quod amodo inanteà ero fidelis Domino meo FRIDERICO Romanorum Imperatori contra omnes homines, ſicut jure debeo Domino & Imperatori, & adjuvabo eum retinere coronam Imperii, & omnem honorem ejus in Italia, nominatim & ſpecialiter civitatem illam, & quicquid in ea juris habere debet, vel in omni virtute Comitatus vel Epiſcopatus N. Regalia ſua ei non auferam ibidem, nec alibi; & ſi fuerint ablata, bona fide recuperare & retinere adjuva-

bo. Neque in conſilio ero neque in facto, quod vitam, membrum, vel honorem ſuum perdat, vel mala captione teneatur. Omne mandatum ejus, quod ipſe mihi fecerit, per ſe vel epiſtolam ſuam, aut per Legatum ſuum, de facienda juſtitia, fideliter obſervabo, & illud audire vel recipere vel complere nullo malo ingenio evitabo. Hæc omnia obſervabo fide bona ſine fraude: ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta quatuor Evangelia.

FRIDERICI I. IMPERATORIS AUGUSTI

Anno Chriſti 1159.

LEGES CASTRENSES, LATAE APUD BRIXIAM IN Conventu Principum Imperii Anno Domini M C LIX.

STatuimus & firmiter obſervari volumus, ut nec miles, nec ſerviens, litem audeat movere. Quòd ſi alter cum altero rixatus fuerit, neuter debet vociferari ſigna caſtrorum, ne inde ſui concitentur ad pugnam. Quod ſi lis mota fuerit, nemo debet accurrere cum armis, gladio ſcilicet, lancea, vel ſagittis: ſed indutus lorica, ſcuto, galea, ad litem non portet niſi fuſtem, quo dirimat litem. Nemo vociferabitur ſigna caſtrorum, niſi quærendo hoſpitium ſuum. Sed ſi miles vociferatione ſigni litem commoverit, auferetur ei omne ſuum harnaſcha, & ejicietur de exercitu. Si ſervus fecerit, tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, vel Dominus ſuus redimat eum cum omni ſuo harnaſcha.

2. Qui aliquem vulneraverit, & hoc ſe feciſſe negaverit, tunc ſi vulneratus per duos veraces teſtes, non conſanguineos ſuos, illum convincere poteſt, manus ei abſcindatur. Quod ſi teſtes defuerint, & ille juramento ſe expurgare voluerit, accuſator, ſi vult, poteſt juramentum refutare, & illum duello impetere.

3. Si quis homicidium fecerit, & à propinquo occiſi, vel amico, vel ſocio, per duos veraces teſtes non conſanguineos occiſi convictus fuerit, capitalem ſententiam ſubibit. Verùm ſi teſtes defuerint, & homicida ſe juramento expurgare voluerit, amicus propinquus occiſi duello eum poteſt impetere.

4. Si extraneus miles pacificè ad caſtra acceſſerit, ſedens in palefrido ſine ſcuto & armis, ſi quis eum læſerit, pacis violator judicabitur. Si autem ſedens in dextrario, & habens ſcutum in collo, lanceam in manu, ad caſtra acceſſerit, ſi quis eum læſerit, pacem non violavit.

5. Miles, qui mercatorem ſpoliaverit, dupliciter reddet ablata, & jurabit quod neſcivit illum mercatorem. Si ſervus, tondebitur, & in maxilla comburetur, vel Dominus ſuus reddet pro eo rapinam.

6. Quicunque aliquem ſpoliare Eccleſiam vel forum viderit, prohibere debet, tamen ſine lite: ſi prohibere non poteſt, reum accuſare debet in curia.

i. exauctoratus. 7. Nemo aliquam mulierem habeat in hoſpitio. Qui vero habere præſumpſerit, auferetur ei omne ſuum harnaſch, & * excommunicatus habebitur, & mulieri naſus abſcindetur.

8. Nemo impugnabit caſtrum, quod à Curia defenſionem habet.

9. Si ſervus furtum fecerit, & in furto fuerit deprehenſus, ſi priùs fur non erat, non ideo ſuſpendetur, ſed tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, & ejicietur de exercitu, niſi Dominus redimat eum cum omni ſuo harnaſch. Si priùs fur erat, ſuſpendetur.

10 Si ſervus aliquis culpatus non in furto fuerit deprehenſus, ſequenti die expurgabit ſe judicio igniti ferri, vel Dominus juramentum pro eo præſtabit. Actor verò jurabit, quòd aliam ob cauſam non interpellat eum de furto, niſi quod putat culpabilem.

11. Si quis invenerit equum alterius, non tondebit eum, nec ignotum faciet, ſed dicet Marſcalco, & tenebit non furtivè, & imponet ei onus ſuum. Quòd ſi ille, qui amiſit equum, in via deprehenderit oneratum, non dejiciet onus illius, ſed ſequens ad hoſpitium recipiet equum ſuum.

12. Si quis vero villam vel domum incenderit, tondebitur, & in maxillis comburetur, & verberabitur.

13. Faber non comburet carbones in villa, ſed portabit ligna ad hoſpitium ſuum, & ibi comburet. Quod ſi in villa fecerit, tondebitur, verberabitur, & in maxillis comburetur.

14. Si quis aliquem læſerit, imponens ei quod pacem non juraverit, non erit reus violatæ pacis, niſi ille probare poſſit duobus idoneis teſtibus, quod pacem juraverit.

15. Nemo recipiet ſervum, qui ſine Domino eſt. quod ſi fecerit, reddet in duplo, quicquid ille abſtulerit.

16. Quicunque foveam invenerit, liberé fruatur ea. Quod ſi ablata fuerit ei, non reddet malum pro malo, non ulciſcetur injuriam ſuam, ſed conqueretur Marſcalco juſtitiam accepturus.

17 Sed ſi mercator Teutonicus civitatem intraverit, & emerit mercatum, & portaverit ad exercitum, & cariùs vendiderit in exercitu, Camerarius auferet ei omne forum ſuum, & verberabit eum, & tondebit, & comburet in maxilla.

18. Nullus Teutonicus habeat ſocium Latinum, niſi ſciat Teutonicum: ſed ſi habuerit, auferetur ei quicquid habet.

19. Si

19. Si miles militi convicia dixerit, negare poteſt juramento: ſi non negaverit, componet ei X. libras monetæ, quæ tunc erit in exercitu.

20. Si quis invenerit vaſa plena vini, vinum inde extrahat ita cautè, ne vaſa confringat, vel ligamina incidat vaſorum, ne ad damnum exercitus totum vinum effundatur.

21. Si caſtrum aliquod captum fuerit, bona, quæ intus ſunt, auferantur: ſed non incendantur, niſi fortè hoc Marſcalcus faciat.

22. Si quis venatus fuerit cum canibus venaticis, feram, quam invenerit, & canibus agitaverit, ſine alicujus impedimento habebit.

23. Si quis per canes leporarios feram fugaverit, non erit neceſſariò ſua, ſed erit occupantis.

24. Si quis lancea vel gladio feram percuſſerit. & antequam manu levaverit, alter occupaverit, non occupantis erit, ſed qui occiderit eam, ſine contradictione obtinebit.

25. Si quis birſando feram baliſta vel arcu occiderit, ejus erit.

26. Hanc treugam Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, datis pro ſe dextris firmaverunt, & violatores pacis Pontificalis officii ſeveritate coercendos promiſerunt.

FRIDERICI I. IMPERATORIS AUG.
EDICTUM

De rebellibus Imperii per Italiam in ordinem redigendis: & de honore Germanici Imperii tutando & conſervando contra Papiſequas.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, dilecto ſuo Alberto Friſingenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Cum cœli ſtupeant, & totus orbis contremiſcat, & cuncta turbari conſtet elementa à facie ſceleſtiſſimæ perfidiæ, à nece piacularis malitiæ, ab auditu nefandæ traditionis, quam quædam * civitates Longobardiæ, Mediolanum ſcilicet, Placentia, Cremona, Bergomum, Brixia, Parma, Mantua, & Marchia Veronenſis, contra noſtram Majeſtatem, contra Imperii honorem, ſine cauſa, ſine aliqua præcedenti culpa commiſerunt, ſuper re tam horrida credimus nimirum * fidem tuam condolere, & omnia viſcera tua conturbari. Non enim in noſtram ſolummodo redundat rebellio perſonam, quia jugo dominationis noſtræ projecto, Teutonicorum Imperium, quod multo labore, multiſque diſpendiis, ac plurimorum Principum & Illuſtrium virorum ſanguine emptum, & hactenus conſervatum eſt, refutare & exterminare conantur, dicentes; *Nolumus hunc regnare ſuper nos, nec Teutonici amplius dominabuntur noſtri.* Quia verò, antequam noſtris temporibus Imperium deſtrui patiamur, & in poſteros noſtros tantæ confuſionis & jacturæ diſpendia transmittamus, malumus honeſtam mortem, ...

* Quas Papa Hadrianus in ſuas partes pertraxerat, & contra Imperium concitarat.

* i. e. fidelitatem.

FRIDERICI I. IMPERATORIS AUGUSTI
CONSTITUTIO.

Anno Chriſti 1159.

De pactis conventionis & conditionibus pacis cum Mediolanenſibus facta.

IN nomine Domini noſtri JESU CHRISTI. Hæc eſt conventio, per quam Mediolanenſes in gratiam Imperatoris redituri ſunt & permanſuri.

1. Cumas & Laudam civitates ad honorem Imperii relevari non prohibebunt, & amodò non impugnabunt, nec deſtruent; & à fodro, & viatico, & ab omnimoda exactione ſe ibidem per omnem eorum ditionem continebunt, & ultra ſe non intromittent, ut ſint liberæ illæ civitates, ſicut Mediolanenſes ab ipſis ſunt liberi: excepto reſpectu juris Eccleſiaſtici, quod habent ad Archiepiſcopum & Eccleſiam Mediolanenſem.

2. Omnes Mediolanenſes communiter à minoribus uſque ad majores, ab annis * XIV. & ſuprà uſque ad annos L X X. fidelitatem Domino Imperatori jurabunt, & ſine malo ingenio, & obſervabunt.

* leg. XVIII. Cujac. ad lib. 5. Feudor.

3. Palatium Imperiale ad honorem Domini Imperatoris arbitratu bonorum elevabunt, & cum debito honore bona fide obſervabunt.

4. Pecuniam pro emendatione injuriarum Domino Imperatori, vel Dominæ Imperatrici, ſive Curiæ promiſſam, ſtatutis temporibus perſolvent, hoc eſt tertiam partem infra xxx. dies, ex quo hæc pactio confirmata fuerit: aliam verò tertiam partem infra octavam beati Martini: tertiam autem reſiduam partem infra octavas Epiphaniæ. Hiſque ſic perſolutis, nullis privatis teneantur promiſſionibus. Pecuniæ promiſſæ ſumma hæc eſt: novem milia marcarum argenti ſive auri vel monetæ ejuſdem æſtimationis & pretii.

5. Pro his tantùm prætaxatis capitulis bona fide complendis & conſervandis, c c c. obſides dabunt Capitaneos, valvaſſores, populares, quales approbati fuerint à Domino Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Comite Blandratenſi, & Marchione Guilhelmo Montisferrati, & tribus Conſulibus, ſi hæc Domino Imperatori placuerint, juramento aſtrictis ad hanc electionem fideliter faciendam. Obſides verò in partibus Italiæ omnes ſerventur, præter L. vel pauciores, per interventum Regis Bohemorum

Ladeslai & aliorum Principum, ultra montes, ſi Domino Imperatori placuerit, deferendnv. Quibus autem commiſſi fuerint obſides in Iislia, jurent in præſentia Mediolanenſium ad hæc prædeſtinatorum, quod præfixo tempore transacto infra octo dies, ex quo requiſiti fuerint à Mediolanenſibus, eos eis liberè reddant, ut illi ſecurè eos habeant, ſi prætaxata capitula ab eis obſervata fuerint. Tres verò Principes Alemaniæ dextras dabunt, quòd obſides illi, qui ultra montes deferentur, ſi qui erunt, eodem pacto fideliter reddentur.

6. Conſules verò, qui nunc ſunt, ex auctoritate & conceſſione Domini Imperatoris uſque ad Kal Februarii proximè venturas perſeverent, & pro Conſulatu ſuo Domino Imperatori jurent. Venturi verò Conſules à populo eligantur, & ab ipſo Imperatore confirmentur quorum medietas ad ipſum veniat, dum in Longobardia fuerit: alibi autem eo exiſtente, duo ad eum ex Conſulibus veniant & juramento facto officium Conſulatus ſui à Domino Imperatore recipiant pro ſe & sociis ſuis facturia idem juramentum Domino Imperatori coram communi ſuæ civitatis. Si autem Legatus à Domino Imperatore deſtinatus fuerit in Italiam, eadem coram ipſo & per ipſum fiant.

7. Legati verò Domini Imperatoris in Italiam directi, ſi civitatem adierint, io Palatio ſedeant, & placita sd eos delata ad honorem Imperii diffiniant.

8. Antequam caſtra ab obſidione moveantur, captivi omnes reddantur in poteſtatem Regis Boemorum, qui & ſecuritatem per ſe & honeſtos Principes eis faciat, quòd captivos illos Domino Imperatori reddat, ſi eis Dominus Imperator pacem fecerit cum Cremonenſibus, Papienſibus, Novarienſibus, Cumanis, Laudenſibus, Vercellenſibus; oon ſolùm autem Mediolanenſibus, verùm etiam confœderatis eorum, Terdonenſibus, Cremenſibus, & Inſulanis: ſalvo honore Domini Imperatoris, & illibatis amicitiis Mediolanenſium, & in ſuo ſtatu permanentibus. Si verò pax ei cum prædictis civitatibus facta non fuerit, captivi veteres eis reddantur, nec ob id gratia Domini Imperatoris ipſi & amici eorum priventur.

9. Regalia, veluti monetam, telonium, pedatieum, portus, comitatus, & alia ſimilia, ſi qua ſunt, commune Mediolsnenſium dimittet, & ultrà ſe non intromittet: & ſi quis per violentiam hæc obtinere voluerit, & juſtitiam inde coram Domino Imperatore vel Nuncio ejus facere noluerit, Mediolanenſes vindictam de eo pro ſua poſſibilitate ſument in perſona & poſſeſſione, & regalia Domino Imperatori reſtituent ſine fraude & malo ingenio.

10. Hoc pacto & ordine Dominus Imperator Mediolanenſes & Cremenſes cum cxx. marcarum emendatione in gratiam ſuam recipiet, & eos & amicos eorum in plena curia publicè à banno abſolvet. & captivos eorum omnes, veteres & novos, eis reddet ſtatim poſtquam obſides Imperatori dederint, & captivos tam veteres quàm novos in manum Regis Boemorum reddiderint.

11. Datis autem obſidibus & captivis, altera die vel tertia exercitus ab obſidione recedet, & Dominus Imperator Mediolanenſes & eorum res clementer tractabit.

12. Commune Mediolani præfatas conditiones ſervabit plenariè, bona fide, ſine fraude & malo ingenio, quantum non permanſerit per juſtum impedimentum, & per parabolam Friderici Romanorum Imperatoris, vel Nuncii ejus, aut ejus ſucceſſoris.

13. Collectam prædictæ pecuniæ liceat modò facere Mediolanenſibus ab his, quos in ſua ſocietate habere conſueverant, præter Cumanos, Laudenſes, & eos qui de Comitatu Sefrenſi fidelitatem Domino Imperatori nuper juraverunt.

FRIDERICI I. IMPER. AUG.
EDICTUM

De electione novi Pontificis Romani; & de concordia Germanorum, Francorum & Anglorum.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, dilecto & fideli ſuo, Eberhardo Venerabili Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Intimamus Dilectionis tuæ auribus, quòd Nuncium tuum idcò tamdiu detinuimus, ut aliqua nova de negotiis noſtris, quæ per Legatos noſtros Romæ tractabantur, per apices noſtros tuæ charitati panderemus. Cum autem eſſemus io eorum quotidiana expectatione, & interim Nuncii Papæ cum ipſis de verbo pacis & concordiæ agerent, divina providentia, quæ in ſui diſpoſitione nunquam fallitur, ipſum a Papam in nocte beati Egidii de medio transtulit. De cujus obitu litteras accepimus: & verò ſubſtituenda neceſſariò eſſet talis perſona, quæ ad univerſorum ſalutem fidelium, Eccleſiarum Dei ſtatum in unionem pacis reformaret, & ipſum Imperium ac Fideles Imperii honeſtius tractaret.

a Hadrianum IV.

2. Pro electione Pontificis facienda, jam in Romana Eccleſia partes eſſe audivimus, & plurimum inde dolemus. Inde eſt, quod pro hujus rei novitate tibi nuncianda, Nuncium tuum Dilectioni tuæ remittimus, fidelitatis tuæ ſinceritatem commonentes, intimè hortantes, & quàm maximè rogantes, ut ſi fortè pro aliquo Romanæ Sedis electo aſſenſus diſcretionis tuæ requiſitus fuerit, non ſtatim, quaſi præcipitata ratione, vel nobis inconſultis, favorem tuum adhibeas, ſed ne Imperium noſtris temporibus in ſe ipſum diviſum deſoletur, ad unitatem nobiſcum ſtudeas operam dare. Idem quoque tuis Suffraganeis & Coepiſcopis nunciandum & præcipiendum attentiùs rogamus.

3. Prætereà Dilectionem tuã volumus nõ latere, quod juxta petitionẽ Regis Francorũ, Venerabilẽ Legatum

gatum noſtrum Papicenſem Epiſcopum, prudentem ac diſcretum magnæque ſanctitatis virum, à Curia noſtra transmiſimus, qui duo tanti nominis Regna, Anglorum videlicet ac Francorum, ipſosq; Reges ad firmam pacem & ſtabilem amicitiam vice noſtra commoveat, auctoritate reformet, & ſupra firmiſſimum dilectionis & amicitiæ noſtræ fundamentum cum omni plenitudine & integritate ſtabiliat. Noveris etiam, quòd hæc *b* tria Regna in tantam noſtræ voluntatis & dilectionis unitatem inclinata firmabuntur, quod ex quo primum ſtabilita fuerunt, nunquam in tam concordi pace ligata manſerunt.

4. De cætero noſter prædictus Legatus hoc verbum electionis de Romano Pontifice in cordibus eorum ita firmabit, ut ipſi unà nobiſcum unum inde velint ſapiantque, nec in aliquam perſonam favorem ſuum tam ſubitò ponant, niſi quam noſtrûm trium unicus laudaverit aſſenſus.

5. De his autem omnibus per Alemanniam & *c* Burgundiam & Aquitaniam apices noſtros direximus, univerſitatem fidelium hoc ſcire volentes, quod ad Kathedram tanti regiminis, aliam perſonam nullatenus recipere intendimus, niſi quam ad honorem Imperii, & quietem & unitatem Eccleſiæ, unanimi & concordi aſſenſu fideles elegerint.

6. Poſt reditum verò Legatorum noſtrorum, quæcunq; de negotiis Imperii & Eccleſiæ nobis attulerint, per majores Nuncios noſtros fidelitati tuæ inſinuabimus, & ex conſilio diſcretionis tuæ univerſa tractabimus. Data in obſidione Cremæ, 16. Kal. Octobris.

b ſc. Alemannicum, Francicum & Anglicanum.

c ſub nomine Burgundiæ & Aquitaniæ intelligit Regnum Arelatenſe, cujus Archicancellarius eſt Trevirenſis Archiepiſcopus.

FRIDERICI I. IMPERAT. AUG.
EDICTUM

De deſtruenda rebelli civitate.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilecto ſuo Reimundo Gurcenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Dilectioni tuæ ſignificare dignum duximus, quòd Cremam 6. Kal. Febr. divina nobis auxiliante dextera, devictam funditus deſtruximus, ita tamen, quod habitatoribus ſuis, vitam tantum ſuppliciter a nobis poſtulantibus, in perſona propria pepercimus. Quod quia tibi gratum eſſe indubitanter ſcimus, mandamus tibi, quàm intimè rogantes, quatenus unà nobiſcum omnipotenti Deo grâtes condignas agas, & ut is, qui ſalutem dat Regibus, hoſtium victoriam nobis tribuat, inceſſanter implores. Prætereàte ſcire volumus, quòd in omnibus gravaminibus & adverſitatibus tuis tibi, tanquam dilecto ac fideli noſtro, condolemus, & in reditu noſtro, vita comite, omnia mala tibi adverſantia ſedare intendimus. Data in triumpho Cremæ, 6 Kal. Februarii.

FRIDERICI I. IMPERAT. AUG.
EDICTUM

Anno Chriſti 1159.

De indictione Concilii Papienſis ad ſchisma Papale tollendum.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, Herimanno Brixinenſi Epiſcopo ſalutem & omne bonum

1. Quod in paſſione ſua Chriſtus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana Eccleſia & in Imperio credimus mirabili providentia declaraſſe, cum per hæc duo rerum capita & principia totus mundus tam in divinis quam in humanis ordinetur. Cumque unus Deus, unus Papa, unus Imperator ſufficiat, & una Eccleſia Dei eſſe debeat, quod ſine dolore dicere non poſſumus, duos Apoſtolicos in Romana Eccleſia habere videmur. Defuncto itaque Adriano Papa in Kal. Sept. Cardinales, qui columnæ immobiles eſſe videbantur, quibus ſancta & univerſalis firmiſſimè inniteretur Eccleſia, non quæ Dei ſunt ſed ſua quærentes, & unitatem Eccleſiæ ſcindentes, duos Pontifices elegerunt, & amboa conſecraverunt. Pro tanta oamque & tam pernicioſa Eccleſiæ jactura, tota nimirum Italica Eccleſia conturbatur, & diſſenſionis ſchismate orto in capite, jam in inferiora membra defluxiſſet, & totum Eccleſiæ corpus defœdaſſet, niſi nos conſilio & auxilio Religioſorum virorum, qui ſpiritu Dei aguntur, tam impudicæ iniquitati juſticiæ rigorem oppoſuiſſemus.

2. Ne itaq; in tantæ diſcrimine diſcordiæ univerſalis Eccleſia periclitari poſſit, Romanum Imperium, quod ad remedium tam pernicioſi morbi divina Clementia providit, univerſorum ſaluti debet ſollicitè providere, & ne tanta mala in Eccleſia Dei præemineant, futuris caſibus ſolerter obviare.

3. Coadunatis itaq; in unum omnibus Epiſcopis, tam Italicis quàm Teutonicis, cæteriſq; Principibus ac viris religioſis, qui zelum Dei & Eccleſiæ habere videbantur, quod facto opus eſſet diligenter inveſtigavimus, ex decretis Romanorum Pontificum & ſtatutis Eccleſiæ veraciter accipientes, quòd exorto ſchismate in Romana Eccleſia ex duorum Apoſtolicorum diſſenſione, ambos vocare, & ſecundum ſententiam & conſilium orthodoxorum litem decidere deberemus.

4. Ex conſilio itaq; omnium, qui aderant, Epiſcoporum, cæterorumq; Principum, curiam ſolennem & generalem conventum omnium Eccleſiaſticorum virorum, in octava Epiphaniæ, Papiæ celebrandam indiximus: ad quam ambos, qui ſe dicunt Romanos Pontifices, vocabimus, omneſque Epiſcopos Imperii noſtri, & aliorum regnorum, Franciæ videlicet, Angliæ, Hiſpaniæ, atque Ungariæ, ut eorum in præſentia noſtra juſto declaretur examine, quis illorum regimen univerſalis Eccleſiæ de jure debeat obtinere.

5. Quia verò ad unitatem Eccleſiæ reformandam ſapientia admodùm nobis neceſſaria eſt, ut ea nequaquam carere valcamus, dilectionem tuam attentiſſimè rogamus, & rogando commonemus, quatenus pro fidelitate Eccleſiæ & Imperii ad prædictam curiam omni occaſione remota venias, ut in adventu tuo unitas & pax & tranquillitas Eccleſiæ reformetur. Interim autem prædictæ ſciſſuræ in neutram partem aſſenſum tuum declines, nec tanquam juſtam & rationabilem aliquatenus recipias. Data Cremæ, x. Kalend. Nuvembris.

Anno Chriſti 1159.

FRIDERICI I. IMPERAT. AUG.

MANDATUM

AD PSEUDOPAPAM ET CARDINALES ROMANOS, UT SE ſiſtant in Concilio Papienſi, ubi de juſtitia electionis novi Papæ cognoſcatur.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, Rolando Cancellario, cæteriſque Cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem, ſalutem & omne bonum.

1. Quoniam divina præordinante Clementia, Romani Imperii gubernacula ſuſcepimus, oportet ut in omnibus viis noſtris ipſius legem cuſtodiamus, cujus munere, cujus voluntate dignitatis noſtræ apicem adepti ſumus.

2. In hoc itaque ſacratiſſimo propoſito conſtituti, cum omnibus Eccleſiis in Imperio noſtro conſtitutis debeamus patrocinari, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tantò propenſius debemus providere, quanto ipſius cura & defenſio à divina providentia creditur nobis eſſe commiſſa ſpecialius.

3. Eapropter de diſcordia, quæ in ſubſtituendo Romanum Pontificem inter vos ſuborta eſt, plurimum dolemus, timentes ne occaſione hujus ſchismatis Eccleſia Chriſti ſanguine redempta debeat dilacerari, præſertim cum rebus Eccleſiæ foris titubare videatur, quoniam unitas ipſius ſciſſurâ domeſticâ interius dilaniatur.

4. Ut autem huic peſti competens & Deo gratum exhibeamus remedium, Religioſorum virorum conſilio generalem curiam & conventum, in octava Epiphaniæ, Papiæ indiximus celebrandam. Ad quam evocavimus totius Imperii noſtri & aliorum regnorum, ſcilicet Angliæ, Franciæ, Ungariæ, Daciæ, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & viros religioſos ac Deum timentes, quatenus remoto omni ſeculari judicio hoc tam magnum Eccleſiæ negocium Eccleſiaſticarum tantum perſonarum ſententia ita ſopiatur, ut & Deo debitus exinde honor deferatur, & Eccleſia Romana ſuâ integritate & juſticiâ non poſſit à quoquam privari; vel ſtatus Urbis, quæ caput Imperii noſtri eſt, inquietari.

5. Proinde eruditioni veſtræ mandamus, & ex parte Dei omnipotentis & totius Eccleſiæ Catholicæ præcipimus, ut ad eandem curiam ſive conventum veniatis, Eccleſiaſticarum perſonarum ſententiam audituri & recepturi. Teſtis enim nobis eſt Deus, quia in hac curia nec amore nec odio alicujus perſonæ quicquam aliud quærimus, quàm honorem Dei & Eccleſiæ ſuæ unitatem.

6. Quòd ſi ad tam celebrem Eccleſiæ conventum examinationis cauſa venire volueritis, Cariſſimi Principes noſtri & Eccleſiæ Catholicæ, Hermannus Verdenſis, Daniel Pragenſis, patres & Epiſcopi venerabiles, quos de Palatio noſtro ad vos tranſmiſimus, unà cum Comite Palatino, conſanguineo noſtro, aliisq; Legatis noſtris, ſecurum vobis conductum præſtabunt.

7. Si verò juſticiam Dei & Eccleſiæ in tam ſolenni conventu recipere nolueritis, videat Deus & judicet. Nos autem ipſius favente gratia, qui dat ſalutem Regibus, juſticiam Dei, quæ nullum magis quàm Imperatorem Romanum decet proſequemur.

Anno Chriſti 1160.

FRIDERICI I. IMPERAT. AUG. ET CONCILII GENERALIS PAPIENSIS

EDICTA

Super depoſitione Pſeudopapæ, & electione novi Papæ.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilectiſſimo ſuo Eberhardo venerabili Saltzburgenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus, Alberto Friſingenſi Epiſcopo, Hartmanno Brixinenſi, & Romano Gurcenſi, totiq; Provinciæ Saltzburgenſi, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Si ſacro Concilio Papiæ interfuiſſetis, omnia, quæ ibidem geſta vel in Romana Eccleſia facta ſunt, oculata fide cognoſcere poſſetis. Ne autem ab his, qui pravis delationibus & mendaciis jam ferè totum orbem reſperſerunt, veritas poſſit obnubilari, vel veſtra ſinceritas trahi in contrarium, quanto brevius poſſumus, ſeriem totius rei, ſine aliqua falſitatis commixtione, mera veritate vobis ſignificare dignum duximus.

2. Luce clarius conſtat, quod Papa Adriano adhuc vivente, Rolandus Cancellarius & quidam
Math. 5. Cardinales, non attendentes illud Dominicum; *Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non*, conſpiratione facta cum Wilhelmo Siculo, prius ab eis excomunicato, & cum cæteris hoſtibus Imperii, Mediolanenſibus, Brixienſibus, Placentinis, ne fortè per mortem Papæ Adriani tam iniqua factio evaneſceret, juramenti vin-

ti vinculo invicem ſeſe conſtrinxerunt, ut defuncto Papa nullus alius ei ſubſtitueretur, niſi qui in eadem conſpiratione cum eis conveniſſet. Hac de cauſa duodecimo die poſt electionem Domini Victoris Papæ, eo ſedente in Sede beati Petri, jam dicti conſpiratores egreſſi ab Urbe ad Ciſternam Neronis, derelinquentes venam aquarum viventium, ſe contulerunt, & idolum ſibi Rolandum Cancellarium erexerunt, dicentes, hunc eſſe Simonem Petrum, qui Apoſtolicæ dignitatis apicem tam nefaria invaſione attingere præſumebat. Quod hæc conſpiratio facta fuerit, & ille jam dictus Rolandus per eam hoc modo intraverit, non eſt ficticium, ſed religioſis viris ab illo, qui facit manifeſta conſilia cordium, mirabiliter eſt declaratum.

3. Dum hæc Romæ agerentur, & nos, quid ſuper tanto ſchismate agendum eſſet, viros religioſos, Archiepiſcopos videlicet & Epiſcopos conſultaremus, ſupervenerunt quaſi miſſi à Deo, Tarentaſinus Archiepiſcopus, Abbas Claravallenſis, Abbas Moremundenſis, & alii Abbates numero decem, poſtulantes pacem Mediolanenſibus, Qui recepto à nobis verbo, dum Mediolanum pro inveſtiganda eorum voluntate redirent, acceperunt ab eis tale reſponſum: Domini Patres, nos tenemur aſtricti juramento Domino Papæ & Cardinalibus, quod non debeamus redire ad gratiam Imperatoris ſine eorum voluntate, & ipſi è contra ſine noſtra voluntate nullam pacem facere poſſunt. Reſponderunt eis Abbates: Vos de cætero non tenemini Domino Papæ, quia mortuus eſt. Et illi ſtatim ſubjunxerunt: Si mortuus eſt Papa, nos ideò non ſumus abſoluti; quia nihilominus tenemur Cardinalibus, & ipſi tenentur nobis. Hæc prædicti Patres Abbates in reſponſis à Mediolanenſibus teſtificati ſunt coram multis religioſis viris. Præter hæc, multa experimenta factæ conſpirationis per literas in via deprehenſas accepimus, ſicut nuncius iſte plenius vidit & audivit.

4. Sane ex conſilio Orthodoxorum, ſicut alia vice meminimus vobis mandaſſe, generalem conventum Religioſorum Papiæ indiximus, ad quem ambos, qui ſe dixeruut Romanos Pontifices, non ad judicium ſeculare, ſicut ora mendacium aſtruunt, ſed ad examen Eccleſiæ per duos venerabiles Epiſcopos, Verdenſem videlicet & Pragenſem, convocavimus. Alter verò, quod puriorem haberet conſcientiam, Dominus Victor videlicet, judicio Eccleſiæ ultro ſe obtulit: altero, videlicet Rolando, contumaciter renitente, & dicente, quia cum ipſe omnes deberet judicare, ipſe à nullo vellet judicari.

5. Habito itaque venerabili Concilio, in quo Patriarcha Aquileienſis, & multi Archiepiſcopi & Epiſcopi religioſi convenerant, per octo continuos dies maxima gravitate, diligentiſſima examinatione, ſemota omni laica perſona, tractatum eſt, quis ex duobus ſummi Pontificatus apicem de jure deberet obtinere.

6. Poſt longam itaque deliberationem, quia illa neſandiſſima conſpiratio, Deo & Eccleſiæ admodum odibilis, manifeſtis indiciis non ſolum probata, verum in facie totius Eccleſiæ coram poſitæ revelata eſt: & in Domino Victore nihil reprehenſibile inventum eſt, niſi quod pauciores numero Cardinales omninò à conſpiratione illa exortes, eum pro bono pacis inter Regnum & Sacerdotium conciliando, elegerunt: & invocata S. Spir. gratia, Eccleſia Dei Rolandum Cancellarium, conſpiratorem & ſchismaticum, diſcordias & lites & perjuria bona eſſe evangelizantem, condemnavit, & Dominum Victorem Papam in patrem ſpiritalem & univerſalem Pontificem confirmavit. Quem nos Eccleſia duce ſecuti approbamus, & univerſalis Eccleſiæ patrem & rectorem, cooperante divina Clementia, fore denunciamus.

7. Hoc itaque factum divinis ſuffultum præſidiis, & in Apoſtolica ſtabilitate ſupra petram, Chriſtum videlicet, firmiter fundatum, à veſtra beatitudine, pro pace totius Eccleſiæ & ſalute Imperii, approbari, & ab omni Eccleſia veſtræ ſanctitati commiſſa teneri & conſervari rogamus & præoptamus, Data Papiæ, xv. Kal. Martii.

EDICTUM GENERALE A SYNODO PRÆSIDENTIBUS PER PARTES MUNDI DIRECTUM.

QUIA Sedis Apoſtolicæ turbatio Chriſtianorum animos admodum ſauciavit, nos, qui ad reſecanda ſchismata & pacem Eccleſiæ reformandam, Papiæ ſuimus congregati, qualitatem cauſæ modumque negocii & ſacri Concilii diſpenſationem univerſitati veſtræ plenariè duximus intimandum: quatenus per ſcripta præſentia merâ veritate monſtratâ auditorum animi falſitatem, quam fortè conceperant, vehementer expellant, & amodò per ſcripta ſchismatica non ſeducantur.

2. Cum igitur Orthodoxorum Papiæ congregatorum Univerſitas in nomine Domini conſediſſet, cauſa per * VII dies continuos, omni remoto ſeculari judicio, legitimè & canonicè agitata, ac diligenter inſpecta, ſufficienter & canonicè in conſpectu Concilii per teſtes idoneos eſt comprobatum, Dominum Papam Victorem, & nullum alium, in baſilica beati Petri à ſaniori parte Cardinalium, petitione populi, & conſenſu ac deſiderio Cleri fuiſſe electum & ſolenniter immantatum: quod præſente & non contradicente Rolando quondam Cancellario, in cathedra B. Petri fuerit collocatus: & quod ibi ei à Cardinalibus & Clero Romano, *Te Deum laudamus*, glorioſè decantatum: & inde ad Palatium cum bandis & aliis Papalibus inſignibus eſt deductus: & Clerus & populus ſecundum conſuetudinem interrogatus per Scriniarium, ſi placeret? tribus vicibus clara voce reſpondit, *Placet*.

* leg. VIII.

3. Probatum eſt etiam, quod Rolandus XII. die poſt Domini Victoris promotionem ab Urbe egreſſus, apud Ciſternam, in qua Nero Imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primo eſt immantatus. Probatum eſt, quod in ſecundo die poſt promotionem Domini Victoris, Rolandus interrogatus à Rectoribus & Clero Romano ac Clericis de ſua Cardinalia, ſi Domino Victori eſſet obediendum, expreſſè confeſſus eſt, ſe nunquam fuiſſe immantatum, & expreſſè dixit; *Ite & obedite ei,*

quem

quem immantatum eſſe videtis. Super his capitulis fuerunt teſtes, & ſub ſtola tactis ſacroſanctis Evangeliis juraverunt:

Dominus Petrus Chriſtianus, Decanus Baſilicæ beati Petri, & in perſona ſua, & omnium fratrum ſuorum.

Juraverunt etiam venerabiles Archipresbyteri & Rectores Cleri Romani:

Blaſius & Manerius Presbyteri,
Joannes Presbyter Gentilis,
Aimeradus Archipresbyter,
Berardus Archipresbyter,
Joannes Archipresbyter,
Benedictus diaconus,
Magiſter Ptolemæus Archipresbyter,
Magiſter Gerardus, &
Nicolaus. & alii honeſti Clerici Romani.

Prætereà Petrus Illuſtris Urbis Præfectus,

Stephanus de Thebaldo,
Stephanus Normannus,
Gimundus de domo Petri Leonis,
Joannes de Stephano, & alii Principes & Nobiles Romani, qui ad vocationem Sereniſſimi Imperatoris venerant, in conſpectu Concilii ſuper jam dictis capitulis, ex maxima parte teſtimonium ſimiliter perhibuerunt, & jurare voluerunt. Sed nos, quia religioſorum Presbyterorum multorum teſtimonium ſufficiens & abundantiſſimum habebamus, duximus laicis in hac parte parcendum.

4. Deinde venerabiles Epiſcopi, Hermannus Verdenſis, Daniel Pragenſis, & Otto Palatinus Comes, & Magiſter Heribertus Præpoſitus, quos Dominus Imperator ex conſilio xxii. Epiſcoporum, & Ciſtercienſis & Claravallenſis Abbatum, aliorumque religioſorum tunc præſentium, Romam delegaverat, ut partes ante Concilii præſentiam Papiam evocarent, in Conſpectu Concilii teſtimonium perhibuerunt, quod Rolandum Cancellarium & partem ejus trinis edictis per intervalla peremptoriè & ſolenniter, ad præſentiam Eccleſiæ Papiæ congregandæ, *remoto omni ſeculari judicio, vocaverunt, & quòd* Rolandus Cancellarius & ſui Cardinales viva voce & ore proprio judicium vel examen aliquod Eccleſiæ ſe nolle recipere manifeſtè dixerunt. Vidimus etiam ſcripta Henrici Piſani Cardinalis ad Dominum Imperatorem directa, in quibus expreſſè continebatur. quod nullum vellent Eccleſiæ ſubire judicium vel examen. Super hæc omnia idem Henricus, & Otto Cardinalis ſancti Nicolai de carcere Tulliano, qui tempore Concilii & antè apud Januam morabantur; & Joannes Anagnius Cardinalis, & Joannes Piozutus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, qui tunc apud Placentiam erant, per octo dies à Concilio ſunt expectati, & per literas & nuncios Concilii ſunt vocati, & contempſerunt venire.

5. Ex his igitur omnibus ſufficienter inſtructi. & veritate hinc inde plenariè declarata, placuit reverendo Concilio, ut electio Domini Victoris, qui tanquam agnus manſuetus & innocens venerat, Eccleſiæ judicium humiliter ſuſcepturus, approbaretur & confirmaretur, & electio Rolandi penitus caſſaretur. Et factum eſt ita. Electione itaque Domini Victoris, remoto omni ſeculari judicio, Sancti Spiritus gratia invocata, confirmata atque recepta, Chriſtianiſſimus Imperator, poſt omnes Epiſcopos & poſt omnem Clerum ultimus, conſilio & petitione Concilii electionem Domini Victoris recepit & approbavit: & poſt eum omnes Principes, & innumerabilis hominum multitudo, quæ præſens erat, tribus vicibus interrogata, ſi eis placeret, reſpondit cum gaudio magna voce, *Placet.*

5. Sequenti die proxima, id eſt prima ſexta feria Quadrageſimæ. Dominus Victor cum proceſſione ab Eccleſia ſancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat ejus hoſpitium, ad Catholicam Eccleſiam religioſè deductus eſt Ibi religioſiſſimus Imperator ante januas Eccleſiæ eum ſuſcepit, & deſcendenti de equo ſtrepam humiliter tenuit, & apprehenſum per manum usque ad altare conduxit, & pedes ejus eſt oſculatus: & nos omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, & omnes Principes cum univerſa multitudine, quæ præſens erat, pedes Apoſtolicos ſumus oſculati.

6. Proxima autem die ſequenti, id eſt Sabbato, habito generali Concilio, Dominus Papa & nos cum illo, Rolandum Cancellarium ſchiſmaticum, & ejus principales fautores accenſis candelis anathematizavimus, & *tradidimus eum Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini.*

7. Illud etiam diſcretionis veſtræ prudentiam volumus non latere, manifeſtè eſſe deprehenſum, quod Rolandus Cancellarius, & ejus ſequaces quidam Cardinales, vivente adhuc Papa Adriano conjuraverunt. Fuit autem tenor conjurationis: quod ſi eis viventibus Papam Adrianum mori contingeret, Cardinalem unum de illis eligerent, qui in eadem conjuratione eſſet aſtrictus.

8. De cætero ex parte Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſanctorum & virorum Orthodoxorum, qui divino intuitu ad reſcindenda ſchiſmata convenerunt, univerſitatem veſtram humiliter imploramus & monemus in Chriſto, ut ea, quæ Eccleſia Dei Papiæ congregata, ad honorem Creatoris & ſponſæ ſuæ, matris veſtræ, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tranquillitatem, & ad ſalutem omnium Chriſtianorum fideliter ordinavit, vos omni dubio & ambiguitate remota, irrefragabiliter rata & firma teneatis: orantes, ut redemptor noſter Chriſtus Jeſus univerſalem Pontificem & Papam noſtrum Victorem, de cujus ſanctitate & religione omninò confidimus,

mus, per tempora longa conſervet, & præſtet ei omnimodam tranquillitatem & pacem, ita quod per eum Deus omnipotens honoretur, & Eccleſia Romana, omniſque Chriſtiana religio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis actio plenius legentibus eluceſcat, dignum duximus, ut omnium noſtrum conſenſus & nomina ſubſcribantur.

Ego Peregrinus Aquileienſis Archiepiſcopus cum Suffraganeis meis interfui & conſenſi.
Ego Arnaldus Archiepiſcopus Moguntinus cum XIV. Suffraganeis interfui & conſenſi.
Ego Artuicus Bremenſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
Ego Hellinus Treverenſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
Ego Reinaldus Colonienſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
Ego Wickmannus Magdeburgenſis Archiepiſcopus cum meis Suffraganeis conſenſi.
N. Bizuntinus Archiepiſcopus per Legatum & Epiſcopum Baſilienſem conſenſit.
N Arelatenſis Archiepiſcopus conſenſit.
E. Lugdunenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis conſenſit.
N. Viennenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis conſenſit.
Henricus Rex Anglorum per litteras & Legatos ſuos conſenſit.
Ladislaus Rex Boëmorum conſenſit.
Waldemarus Rex Danorum conſenſit.
Guido Electus Ravennas Archiepiſcopus conſenſit.
N. Epiſcopus Firminus conſenſit.
N. Epiſcopus Ferentinus conſenſit.
N Epiſcopus Mantuanus conſenſit.
N. Epiſcopus Pergamenſis conſenſit.
N. Epiſcopus Faventinus conſenſit.

Abbatum verò & Archipresbyterorum multitudo innumerabilis multorum Regnorum interfuit & conſenſit.

Longobardorum inæſtimabilis multitudo interfuit & conſenſit.

Univerſi ferè Principes Romani Imperii, tam Teutonici quàm Italici, tam in Urbe quàm extra Urbem, interfuerunt, & aſſenſum cum ingenti deſiderio præbuerunt.

FRIDERICI I. IMPER. AUG.
MANDATA ET RESCRIPTA.

I.

De expeditione Italica adverſus Alexandri Papæ fautores Imperio Teutonico rebellantes; & de receptione Papæ Victoris per Imperatorem confirmati.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, dilecto & fideli ſuo Piligrino Venerabili Aquileiæ Patriarchæ, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Litteras à tua Dilectione tranſmiſſas ea, qua decuit, benignitate ſuſcepimus: quarum tenore diligentius inſpecto, tuæ devotionis deſiderio ſatisfacientes, de ſtatu noſtro tibi reſcribimus & eventu, ut ſi fortè aliter, quàm res acciderit, apud te divulgatum fuit, veritatem tu ipſe cognoſcas & referas. 43

2. Sumus itaque per gratiam Dei in bono ſtatu, quia ſalus, & vita, & proſperitas nos & noſtra cum gaudio comitantur. Quia verò ſecundùm varium eventum belli, diverſi diverſa referunt, hanc veritatem rei de nobis accipias; quod Mediolanenſes caſtrum quoddam, nomine Sarkanum, ſitum juxta Cumas, cum ſua fortitudine obſederunt, & nos fideles noſtros, qui in caſtro erant, liberare volentes, congregata multitudine Longobardorum infinita, ad locum acceſſimus, eoſque, qui noſtros obſederunt, ex omni latere obſedimus, ita quod nullatenus manus noſtras evadere poterant, niſi fortè ex deſperatione, vel ex periculo mortis, per nos & per medium exercitum noſtrum impetum facerent, & tranſire fugientes tentarent. Quod & ita contigit. Mane enim in vigilia B. Laurentii, ipſi armati per medios noſtros irruperunt, & quaſdam acies noſtrorum Longobardorum violenter penetraverunt. Quibus nos cum Teutonicis noſtris quamvis paucis, adjunctis & aliquibus Longobardis, audacter & viriliter reſiſtentes obviam venimus, & ex utraque parte multi corruentes interierunt. Præterea à vexillum eorum, quod in *a* curru ſuperbè erexerant, in lutum dejecimus & deſtruximus, ibique plus quam XXX. eorum milites, qui ad cuſtodiam ſolius vexilli fuerant deputati, truncavimus, ipſoſque per Dei adjutorium viribus noſtris in fugam convertimus, & ad caſtra ſua retrocedere compulimus, campumq; cum honore & victoria tenuimus, quamvis Longobardi innumerabiles à latere noſtro per fugam receſſiſſent, quamvis etiam interfectis aliquibus de noſtris magnum damnum recepiſſemus; illi profectò tot & tanta damna ſuorum acceperunt, quod nos damna noſtra, reſpectu illorum, nulla reputavimus. Cum enim corpora ſuorum occiſorum ipſi recolligerent, in XXV. currus ad civitatem Mediolanenſium transferrent, non fuit currus aliquis, in quo tres vel quatuor mortui non jacerent. Sic hoſtibus fugatis, nox ad Cumanam civitatem cum multis captivis reverſi ſumus. Qui aliter de nobis prædicant, ſcias non eſſe Evangelii, quod evangelizant.

3. Quicunq; etiam ſtatum Reverendiſſimi Papæ Victoris minorari & attenuari prædicant, ſcias omninò falſum eſſe; quia jam multa Regna Hiſpaniæ, Ungariæ, Daciæ, Boëmiæ, Comes quoq; Barholi, & Comes S. Egidii, *b* cum tota Provincia & Burgundia, ei obediunt, & de die in diē dilatatur & creſcit.

4. Scire prætercà debet tua Dilectio, quod omnes Principes Alemanniæ expeditionem noſtram promiſerunt & juraverunt, omnemq; ornatum *c* garſiorum & variorum communi conſilio poſtpoſuerunt, ſolis cibariis & armis contenti in ipſa expeditione. Unde quia, ſicut perſona tua grata nobis eſt, ita & ne-

a carrodo.
b i.e. cum toto Regno Arelatenſi.
c garzionum.

& neceſſaria, mandamus Dilectioni tuæ & fidem tuam monemus, ut de honore Imperii noſtri, ſicut alii Principes & fideles noſtri, cogites & diſponas, & XIV. die poſt Paſcha cum honeſta militia ad nos Papiæ venias, certus exiſtens, quod nulli Principum expeditionem remittemus, quamvis multi quærant abſolvi: & quicunq; remanebit, contra noſtram voluntatem remanebit. Si verò ante hunc terminum nos videre volueris, gratum valde eſt nobis. Veruntamen hoc pro conſtanti habere debes & tenere, quod ab expeditione tuam perſonam nullo modo abſolvemus.

II.

Super eadem expeditione Italica.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, Eberhardo Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Tuam experientiam minimè latere credimus, qualiter non pro cumulandis divitiis ad uſum noſtrum aut filiorum noſtrorum, ſed ſolummodò ad pacis reformationem, & augmentum Imperii, diſpendio tam rerum noſtrarum, quàm fidelium noſtrorum inſtantia, etiam attritione proprii corporis laboraſſemus inceſſanter. Nunc verò, quia contumacia Mediolanenſium à primævo pacis inimicorum, & Eccleſiarum temeratorum, bono noſtro propoſito, inſtinctu Diaboli, obſtare pro viribus nititur, te unà cum aliis Principibus, cæterisque Imperii fidelibus, in ſubſidium noſtrum evocare decrevimus. Unde dilectioni tuæ mandamus, atque ſub debito fidelitatis præcipimus, quatenus omni occaſione poſtpoſita, cum membrum Imperii cenſearis, & hactenus ſibi fidelis extitiſti, ne Regnum aliquatenus in tempore noſtro vacillet, & diminutionem ſentiat, cum militia tua XIV. die poſt Paſcha Papiæ exercitui noſtro accedas. Namquicunque nobis in auxilium occurrerint, nos & ſucceſſores noſtros ditare & ſublimare diligenter intendere incunctanter ſcias, quia finem toti negocio noſtro cum victoria brevi (ut arbitramur) Dei nutu imponemus. Si quis autem ſe nunc temporis aliquatenus ſubtraxerit, hunc nec nobis nec Imperio noſtro fideles eſſe cenſeamus.

III.

De Concilio per Imperatorem Cremæ indicto ad tollendum ſchisma Papale.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, fideli ſuo Eberhardo Venerabili Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Quanto majori largitate anteceſſorum noſtrorum, Regum & Imperatorum, Eccleſiam Saltzburgenſem decoratam fuiſſe cognovimus, eò majori pietate & ampliori dilectione, dignitatem Saltzburgenſis Eccleſiæ ſemper fovere ſtuduimus, & omnibus modis promovere. Inde cum nos de te, tanquam de excellentiori & clariſſimo Principe noſtro, plurimum ſperaremus, & in tuæ ſanctitatis Reverentia, in neceſſitatibus ſanctæ Eccleſiæ Dei & Imperii, non modicam fiduciam haberemus, cum ſtatus Eccleſiæ Dei in pendulo nutaret, ad Papienſem Curiam, ubi tam Eccleſiaſtici Principes quàm Seculares, pro gloria Dei & honore Imperii promovendo ſolenniter convenerant, tuam perſonam ſacris apicibus noſtris & nunciis evocavimus; & quare non veneris, admodum nos admirati ſumus.

2. Præterea indicto generali Concilio pro neceſſitatibus Imperii & Eccleſiæ celebrando in Dominica *Vocem jucunditatis* tuam ſanctitatem, tuam reverentiam ſcriptis & nunciis iteratò ſollicitavimus, & attentiſſimè rogavimus, ut diligenter perſpectis ſchiſmatibus & preſſuris, in quibus ſancta Dei Eccleſia fluctuans laborabat, tuam laudabilem præſentiam ſacro Conventui exhiberes, & ad tollenda de medio tanti mali ſcandala prudentiæ tuæ conſilium opemque neceſſariam negocio tam arduo non negares: ſed ne ſic tuam perſonam evocare valuimus.

3. Unde quia—*tua res agitur, paries cum proximus ardet*, & quia publica res iſta fuit, non privata, (nam de animarum ſalute agebatur) miramur nos primitùs, mirantur & univerſi Principes noſtri, tam Seculares quàm Eccleſiaſtici, qui ad excolendam vineam Dei non timuerunt portare pondus diei & æſtus, quare te ſubtraxeris, & magna ſuſpicione te ſuſpectum habent, quòd in tempore tribulationis te ipſum quaſi murum inexpugnabilem pro domo Iſraël non oppoſueris. Mandamus itaque tuæ diſcretioni, monentes & ſtudioſius te rogantes, ut remota omni occaſione & dilatione tuam ipſius præſentiam in proxima Nativitate ſanctæ Dei Genetricis Mariæ nobis & Curiæ noſtræ exhibere non differas Cremæ, aſſumpto tecum fideli noſtro Venerabili Epiſcopo Brixienſi.

IV.

Archiepiſcopus ad expeditionem evocatur ſub pœna proſcriptionis & depoſitionis.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, Eberhardo Venerabili Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Cum ſacri Imperii noſtri diſpoſitio conſilio Principum, & maximè Religioſorum, frequenter indigeat, cur toties rogatus à nobis & diligenter invitatus, ſemel ſaltem ad feſtum beatæ Mariæ Virginis venire nolueris, de prudentia tua ſatis mirari non poſſumus, ſed & univerſis Principibus Imperii admodum videtur extraneum.

2. Præterea cum Saltzburgenſis Eccleſia tanto amplioris ſervitii debito teneatur Imperio, quanto amplius ab Imperiali munificentia præ cæteris ditata & exaltata, collatis ſibi beneficiis & honoribus gaudere dinoſcitur, miramur, & de ratione non videmus, quare in ſummis Imperii neceſſitatibus, quibus tanto jam tempore tam fortiter, auxiliante Deo, inſudavimus & inſudamus, tanti ſervitii intolerabilem defectum perferre debeamus.

3. Cum igitur quantumcunq; Religioſi ab ipſa veritate, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddere jubeantur,

antur, & tua dignitas non ſolùm qualicunque pecunia, ſed & perſonis & armatura laboribus noſtris adeſſe debeat; per hæc Imperialia ſcripta tuæ fidelitati tam præcipiendo quam rogando mandamus, quatenus ad proximum Paſcha pro magnitudine facultatis & debiti, cum militia nobis ſuccurras, & XV. die poſt diem Paſchæ in campo Veronæ cum reliquis exercitibus te præſentes, teque ita facturum nunc ſtatim in manu præſentium latoris, Capellani & Nuncii noſtri Burenſis Colon. fideli & firma promiſſione certificare non differas. Quòd ſi animum prudentiæ tuæ ab his averteris, & omninò nolueris venire, indubitanter ſcire te volumus, quòd nos, favente & ſemper nos præcedente Dei clementia, cum conſilio Principum & Religioſorum ita de Saltzburgenſi Eccleſia ordinabimus, ut & honor Dei & religio oon imminuatur, & debitum ſervitium Imperio de cætero rationabiliter exſolvatur.

V.

Super eadem re.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, fideli ſuo A. Venerabili Gurcenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum,

1. Cùm ab ipſa veritate omnis homo, ſed & quantumcunque Religioſus, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddere jubeatur; & Saltzburgenſis Eccleſia quàm maximi ſervitii debito, ſacro teneatur Imperio, mirari non ſufficimus, quare Saltzburgenſis Archiepiſcopus toties rogatus & vocatus ooo ad conſilium, non ad expeditionis auxilium venire voluerit, & terminum, quem per proprium Capellanum ſuum nobiſcum in feſtum B. Mariæ condixerat, tam incuratè neglexerit. Nunc autem per præſentium latorem, fidelem Capellanum noſtrum, Burenſ. Colon. iterum ad expeditionis auxilium cum perſonis & armaturis ipſum evocavimus, & ut tua diligentia ad id faciendum eum ſtudioſè commoneat, ſolerter & intenſiſſimè rogamus. Quòd ſi pro conſuetudioe ſua venire nolue it, de contemptu & injuria tam tuæ dilectioni conquerunur, quàm & omnibus Imperii Principibus ibi conqueri neceſſarium babemus.

2. Nos autem, ſi neceſſe fuerit, de Saltzburgenſi Eccleſia ita cum conſilio Principum & Religioſorum ordioabimus, quod & honor Dei non diminuetur, & religio Eccleſiæ non ſubvertetur, ſi (Deo volente) Imperio debitum ſervitium exſolvetur. Novit Deus, qui corda ſcrutatur, quod nos virtutē in quolibet hnmine, magis autem in eo, cujus propoſitū in virtutibus decoratur, diligimus & reveremur; &, niſi ſupremis injuriis coacti, ad moleſtiam cujusquam, non niſi multùm inviti provocamur.

3. De cætero præfatum Capellanum noſtrum dilectioni tuæ committimus, ut ex parte noſtra diligenter audias, & ad ea, quæ ei dedimus in præceptis, ipſum conſiliis & conductu adjuves, quatenus & pro his & pro omnibus fidelibus ſervitiis tuis & multa dilectione tua, vobis ad promerendum ſemper ſumus atteoti.

VI.

Ut Archiepiſcopus ad Curiam Imperialem evocatus ſe in perſona Imperatori ſiſtat, nec ulla pecunia abſentiam ſuam redimere poſſit.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorū Imperator Semper-Auguſtus, Eberhardo Venerabili Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & nmne bonum. Inter anxias & innumeras tribulationes, quibus, exigentib' peccatis hominū, jamdiu univerſalis laborat Eccleſia, conſilium religionis tuæ multo tempore requiſivimus, ut diſcretio tua, quæ directo tramite ad ſumum bonum attingere nititur, iter ſalutis nobis oſtenderet, & ab errore minùs eruditorum animos declinaret. Non ſolùm autem præſentiam tuam admodùm neceſſariam Imperio ſubtraxiſti, verùm nos & omnes Priocipes & fideles noſtros, ſecus quàm decet honeſtatem tuam immoderatis verbis cum offenſione aggravaſti. Sanè cùm legationis tuæ Nuncius ad nos veniſſet, & ſervitium pecuniæ tuæ pro redemptione expeditionis nobis obtuliſſet, nos cōmunicato cum Principibus noſtris conſilio, pecuniā tuam cum honore non potuimus accipere, quia noſtræ cooſuetudinis non eſt alicujus pecuniā accipere, & odium etiā inter eum retinere. Cùm autem, ſicut decet Imperialem Excellentiam, nobis perſonam tuam exhibueris, tunc nos magis de tuo adventu gaudere poterim', & de inſtante neceſſitate Imperii & Eccleſiæ, tecum & cum cæteris Imperii Principibus tuo conſilio ſalubriùs tractare poterimus & ordinare.

VII.

In rebellem Imperio Civitatem Mediolanenſem lata, & de forma executionis in recipiendis deditis rebellibus.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, Eberhardo Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne booum.

1. Dignum æſtimamus, ut hi, qui tribulationibus noſtris & Imperii, perſonarum ſervitio & rerum diſpendio hactenus fideliter cōmunicaverunt, à Domino, qui conſolatur nos in tribulatione noſtra, conſolationis gaudia recipiant, & feliciſſimis eventibus noſtris, ac glorioſiſſimis triumphis, quales nulli anteceſſorum noſtrorū conceſſos eſſe credimus, grata viciſſitudine participent & congratulentur. Tuæ ergo dilectioni, quæ omnem honorem noſtrum ſitibundo pectore anhelare, luce clariùs conſtat, ſignificandum duximus: quia in virtute Dei, *per quem Reges regnant, & potentes faciunt juſtitiam*, felicem & glorioſam de Mediolano victoriam cum plenitudine honoris adepti ſumus. In Kal. enim Mart. prima videlicet die menſis, hoſtis Imperii Mediolanum, ſubmota omni ſimulatione, fraudis, qua in prima deditione doloſè nos circumvenit, ſumma neceſſitate famis & inediæ coacti ad Curiam noſtram apud Laudam venerunt, & nudos gladios in cervicibus ſuis deferentes, & Majeſtati noſtræ

noſtræ reos ſe eſſe profitentes, perſonas, res, ipſamque civitatem absque omni tenore, & ſine qua conditione interpoſita, in noſtram poteſtatem cum plena deditione reddidêre.

2. Præterea IV. Nonas ejusdem menſis, Mediolanenſes cum omni militia & virihus civitatis ad nos redeuntes, vexilla & univerſa ſigna bellica, clavesque civitatis, & Conſulatus dignitates Majeſtati noſtræ reſignaverunt, refutantes omnia genera armorum, omnem poteſtatem, niſi quam cum gratia & permiſſione noſtra poſſent obtinere. Juraverunt inſuper, quæcumque eos jurare fecimus, ſcilicet quod univerſa mandata noſtra, ſicut de perſonis & rebus & de ipſa civitate ordinaremus, bona fide & ſine fraude obſervarent; & de his omnibus obſervandis CCCC. obſides *a* meliores & majores de civitate nobis dederunt.

a. i. e. nobiliores & magis primarios.

3. Ex ſententia ergo divina, cujus judicia abyſſus multa, qui frangit omnem ſuperbum, ne de cætero prædictis hoſtibus occaſio malignandi, & facultas rebellandi præſtetur, foſſata complanamus, muros ſubvertimus, turres omnes deſtruimus, ipſamque civitatem in ruinam & deſolationem damus: ſicque ad promovenda alia negotia, & ad plenariam Imperii reformationem, exercitum noſtrũ & victrices aquilas feliciter convertemus.

4. De cætero, dilectos, & fideles noſtros Nuncios O. Veronenſem Epiſcopum, & C. Capellanum noſtrum in occurſum ſibi apud Tridentum transmittimus, qui juxta magnificentiam Imperii & honorem tuum ad Curiam noſtram te perducant.

VIII.

Super eadem re.

Anno Chriſti 1162.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, dilecto ſuo Romano Gurcenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Dignum æſtimamus, ut ii, qui tribulationibus noſtris & Imperii, perſonarum periculo & rerum diſpendio hactenus fideliter communicaverunt, ab eo, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, & conſolationis gaudia recipiant, & feliciſſimis eventibus noſtris, ac glorioſiſſimis triumphis quales nulli anteceſſorum noſtrorum conceſſos eſſe credimus, grata viciſſitudine participent & glorientur.

2. Tuæ igitur Dilectioni, quoniam omnem honorem noſtrum ſitibundo pectore anhelare luce clariùs conſtat, ſignificandum duximus, quòd in virtute Dei, per quem *Reges regnant, & potentes faciunt juſtitiam*, felicem & glorioſam de Mediolano victoriam cum omni plenitudine honorum adepti ſumus. In Kal enim Martii, videlicet prima die menſis, hoſtes Imperii Mediolanenſes, ſummota omni ſimulatione fraudis, qua in prima deditione nos circumvenerunt, ſumma neceſſitate famis & inediæ coacti ad Curiam noſtram apud Laudam venerunt, & nudos gladios in cervicibus ſuis ferentes, & Majeſtatis reos ſe profitentes, perſonas, res, ipſamque civitatem, absque omni tenore, & ſine conditione interpoſita, in noſtram partem cum plenaria deditione reddiderunt.

3. Ex ſententia igitur divina, cujus judicia abyſſus multa, qui frangit omne ſuperbum; ne de cætero prædictis hoſtibus occaſio malignandi, vel facultas rebellandi præſtetur, foſſata complanavimus, muros ſubvertimus, turres omnes deſtruximus, & totam civitatem in ruinam & deſolationem ponimus; ſicque ad promovenda alia negocia, & ad plenariam Imperii reformationem exercitum noſtrum & Aquilas triumphales, prout voluerimus, convertemus.

X.

De Pace Imperatoris & Regis Francorum.

Anno Chriſti 1161.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, à Deo Coronatus, Magnus & Pacificus, Inclytus, Victor ac Triumphator, Semper-Auguſtus, dilecto conſanguineo ſuo LUDOVVICO eadem gratia Francorum Regi glorioſo, ſalutem & intimæ dilectionis ſinceritatem. Poſtquam divina clementia, *per quam Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt*, ad Romani Imperii nos ſublimavit gloriam, & ex pacis abundantia, quam mundus dare non poteſt, feliciter regnandi felicia nobis conceſſit tempora, deſiderio deſideravimus faciem tuam videre, & familiaritatis tuæ perfrui dulciſſima alloquutione, ſed præpedientibus magnis ac multimodis valde dilacerati Imperii noſtri negotiis, quod pia mente concepimus, effectui mancipare non potuimus. Quia vero per Legatos tuos, & per epiſtolam tuam hoc ipſum æque te optare cognovimus & credimus, non modicè gaudemus, ſperantes in eo, qui dat ſalutem Regibus, quod ex noſtra ſalutiſera colloquutione, univerſo orbi pacis & tranquillitatis non modicum, & Eccleſiis Dei emergendi, reſpirandi, multiplicandi præbeatur incrementum. Sed quod voluntatis bonæ benignum deſiderium hinc inde nondum compleri potuit, nec tuæ tarditati, nec noſtræ videtur imputandum receſſioni. Nunc autem, quia in præcinctu Italicæ expeditionis jam ſumus, & Principes Imperii noſtri ad eandem unanimiter intendunt, quo in loco, quo tempore convenire & colloqui poſſimus, incertum habemus, niſi forte ſi completa expeditione vita comes fuerit, ſuper hoc cum Principibus noſtris diligentiſſime ordinabimus. Volumus etiam, ut quod tu de nobis, nos de te ſperare ſemper poſſimus. Vera enim amicitia nunquam fallit.

XI.

De Unitate Imperii & Regni Franciæ.

Anno Chriſti 1161.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, dilecto conſanguineo ſuo LUDOVVICO, Illuſtri Francorum Regi, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Literas & Legatum Nobilitatis tuæ, qua debuimus alacritate, ſuſcepimus, benigne Imperiales aures accommodantes his, quæ à ſinceritate tua nobis nunciata ſunt. Placet igitur & ſublimitati noſtræ

ut inter

ut inter nos tanquam conſanguineos, & inter cognata Regna noſtra, deterſâ totius rancoris nebula, ſinceræ dilectionis ſplendor refulgeat; & fœdus amicitiæ, quod facit utraque unum, indiſſolubilem ſemper conſervet amorem. Sane quæcunque neceſſaria ſunt ad conſervandam inter nos mutuæ dilectionis integritatem, cum dilecto conſanguineo noſtro fideli tuo Henrico Comite Trecarum amice & plenarie ordinavimus, & ſicut condictum eſt, inviolabiliter obſervare curabimus. Datum Papiæ poſt deſtructionem Mediolani, 11. Kal. Junii.

XII.

De Pſeudopapa in Franciam transfugio.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, dilecto amico ſuo, *Anno Chriſti* 1162.
Venerabili N. Epiſcopo Sueſſionenſi, & Regis Francorum Cancellario, ſalutem cum intima & ſincera dilectione. In veritate audivimus, quod Rollandus quondam Cancellarius, qui propter fideles noſtros circa Romam non habet nec invenit, ubi caput ſuum reclinet, periculo maris ſeipſum cum ſuis pſeudoſequacibus commiſerit, ut terram Francigenarum intret, eamque ſchiſmaticæ pravitatis errore, utpote manifeſtus Dei & Eccleſiæ ac Imperii inimicus, commaculet & ſpoliet; ut etiã quomodocunque corrodat viginti mille libras, & amplius, unde creditoribus ſuis debita perſolvat; quia ſub alieno ære valde graviter ipſe laborat. Rogantes itaq; tuam dilectionem intimo & pleno affectu monemus, quatinus prædictum Schiſmaticum, noſtrum & totius Imperii atrocem inimicum, nullo modo recipias, nec recipi ab alio permittas, Regique Francorum bona fide conſulas, ne ipſum, vel aliquem de ſuis Pſeudocardinalibus vel Nunciis recipiat. Tantum enim ac tale odium inter noſtrum Imperium & ſuum Regnum exinde poſſet oriri, quod non de facili compeſcere poſſemus aut ſedare.

XIII.

De Concilio in Burgundia inter Imperatorem & Regem Franciæ, & inter utriusq; communes Proceres celebrando pro confirmatione electi Papæ.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, dilecto ſuo ** Ar- *Anno Chriſti* 1163.
chiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Inter innumeras & tumeſcentes tempeſtatum procellas, quibus jamdiu navicula B. Petri quaſſata, & inter preſſuras diverſas, quibus ſancta Dei Eccleſia frequenter afflicta & tribulata eſt, tandem verus ille Mediator Dei & hominum Jeſus Chriſtus, qui Eccleſiam ſuam velut unicam ſponſam proprio charactere ſui pretioſi ſanguinis inſignivit & redemit, conſolationis gratiam, quam aſcendens in cœlum fidelibus ſuis repromiſit, inquiens: *Non relinquam vos orphanos, ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi*, evidentibus & manifeſtis declarat indiciis. Ipſe enim ſicut ſtella matutina in medio nebulæ oriens, ſolita pietate Eccleſiam ſuam in tribulatione reſpexit, & ſurgens imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Pro illa ſiquidem controverſia, quæ inter Nos & Regem Francorum pro ſchiſmate Romanæ Eccleſiæ jamdiu agitabatur, aſpirante Spir. S. gratia, quæ facit habitare unanimes in domo Domini, mediantibus hinc inde Legatis tandem pari voluntate, & unanimi conſenſu inter nos convenit, quod nos videlicet una cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Patribus Orthodoxis ac viris Religioſis, Baronibus & univerſis utriusque Regni Principibus, IV. Kal. Septemb. in die videlicet Decollationis Joannis Baptiſtæ, ſuper fluvium Saonam in Epiſcopatu Bizantino *a* Concilium *a Conſilium.*
generale pariter celebraturi ſumus, in quo Rex Francorum dilectus conſanguineus noſter cum univerſis Archiepiſcopis ſuis, Epiſcopis, & cum omnibus Regni ſui Principibus, & tota Gallicana Eccleſia Reverendum Patrem noſtrum Dominum Papam Victorem, ſicut per ſacramenta & firmiſſimas ſecuritates præordinatum eſt, in Apoſtolicum & Univerſalem ſanctæ Dei Eccleſiæ Pontificem recipiet, & debitam ei exhibebit reverentiam. Verum quia hoc negotium tam arduum, tamque ſalubre, & jam neceſſarium, ubi de reconciliatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis in commune agitur, ſine tuæ diſcretionis cæterorumque Principum ac Chriſti fidelium præſentia conſummari nec debet, nec poteſt, exoramus te, & monemus in ea fide, quam debes Imperio, & ſanctæ Dei Eccleſiæ, & animæ tuæ, quatinus omni occaſione ſummota cum ſapientioribus & magis idoneis & literatis perſonis tui Epiſcopatus apud Biſantium, IV. die ante prædictum terminum
familiariter, more Curiæ, nobis occurras, ad *b* Concilium nobiſcum proceſſurus. Et quia abun- *b Conſilium.*
dans cautela non nocet, milites tui, quos tecum adduces, in armis & clypeis ſint muniti. Inſuper tentoria deferas, quæ propter domorum raritatem neceſſaria erunt. Ibi enim per gratiam Dei totum negotium Domini Papæ Victoris ad gloriam Dei, & ad pacem, & unitatem ſanctæ Eccleſiæ, & omnimodum honorem Imperii honeſto fine terminabitur.

XIV.

Super eadem re.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, dilecto ſuo E. Ve- *Anno Chriſti* 1163.
nerabili Lugdunenſi Archiepiſcopo & Primati Galliarum, gratiam ſuam & omne bonum. Imperialis noſtræ ſollicitudinis propoſitum, quod Lugdunenſem Eccleſiam ac Civitatem à diutinis laboribus ſuis exuere, & in antiquæ dignitatis ſuæ ſtatum reformare decrevimus, pro tua fideli erga nos devotione in pectore noſtro inceſſanter vigilat, quoad uſq; (Deo opitulante) debitum ſortiatur effectum. Unde & propitia divinitas, quæ piis omnium conſiliis intereſſe, & ea promovere conſuevit, congruam nobis hoc tempore opportunitatem obtulit, ut partes Burgundiæ, immò ipſam Civitatem Lugdunenſem in propria Majeſtatis noſtræ perſona quantocyus adeamus, ac ruinas ejus in

ſtatus ſui decorem cooperante Deo erigamus. Comes ſiquidem Trecenſis, quum ad Curiam noſtrum in legatione Domini ſui Regis Francorum veniſſet, & reverendum Patrem noſtrum Papam Victorem humili vocatione honoraſſet, ſtudiosè à nobis poſtulavit, quatinus ad Colloquium inter nos & eum Regem habendum accederemus; tantumque huic verbo inſtitit, quoadusque univerſorum noſtrorum Principum conſilio Colloquium indiximus, IV. Kalend. Septembris, ad Pontem Laone, inter Divionem & Dolum, cum Archiepiſcopis, Abbatibus, aliisque Cleri noſtri Prioribus illò venturi. Quia ergo tua diligens prudentia in eodem Colloquio nobis plurimum neceſſaria eſt, Venerabilitati tuæ ſtudioſe mandando injungimus, quatinus ad idem Colloquium omnes Suffraganeos tuos evoces, & cum univerſis Prioribus, Abbatibus, & Cleri celebritate, omni remota occaſione, venias, quia nos ibidem, divina gratia promovente, ſuper Eccleſiæ DEI reſtituenda unitate, & ſuper Domini Papæ Victoris confirmatione finem imponemus. Intereà verò conſilium non fuit, ut militiam (prout dictum erat) transmitteremus, quia quæcunque ſunt in bellicis rebus agenda ſeu diſponenda, per præſentiam noſtram convenienter adimplere curabimus. Dominus quidem Papa nobiſcum aderit, & oportebit propter defectum domorum in tentoriis babitare.

XV.

Super eadem re.

Anno Chriſti 1163.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, fideli ſuo M. Duci Lotharingiæ gratiam ſuam & omne bonum. Quoniam in ſchiſmate, quod eſt in Romana Eccleſia, univerſus orbis in ſe ipſum diviſus eſt, & tota Chriſtianitas in modica turbatione concutitur, nos tota animi compaſſione ſanctæ Dei Eccleſiæ doloribus condolemus, totius conſilii & auxilii propenſiorem curam & ſollicitudinem adhibere cupientes, ut totius diſſenſionis diſcrimine ſublato, Eccleſia Dei, ſicut in unitate fidei, ita ſub unius Paſtoris regimine in unum ovile congregetur. Inde eſt, quod ex conſilio Principum, cum dilecto conſanguineo noſtro LUDOVVICO Illuſtri Rege Francorum, IV. Kalend. Septembris, in die videlicet Decollationis Sancti Johannis Baptiſtæ, ſuper fluvium Saonam* Concilium celebrare ſtatuimus: in quo, aſpirante Spiritu ſancto, qui facit unanimes habitare in domo Domini, ſperamus, ut Eccleſiaſticæ pacis & unitatis ſtatus reformetur, & Dominus Papa Victor Apoſtolicæ Sedis gubernacula debeat obtinere. Verum quia hoc negotium tam arduum, tamque ſalubre, & tam neceſſarium, ubi de reconciliatione ſanctæ Eccleſiæ, & ſalute totius Chriſtianitatis in commune agitur, ſine tuæ diſcretionis præſentia conſummari nec debet, nec poteſt, exorantes commonemus te in ea fide, quam debes Imperio & ſanctæ Dei Eccleſiæ, & animæ tuæ, quatinus omni occaſione ſummota apud Biſantium quarto die ante prædictum terminum familiariter, more Curiæ, nobis occurras, ad Concilium nobiſcum proceſſurus, &c.

* Conſilium.

XVI.

De Concilio generali apud Biſantium celebrando pro recipiendo Victore Papa per Imperatorem confirmato, ab Eccleſiis Gallicanis.

Anno Chriſti 1161.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, fideli ſuo C. Auguſtanenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Inter varias & tumeſcentes tempeſtatum procellas, quibus jam diu navicula beati Petri quaſſata; & inter preſſuras diverſas, quibus ſancta Dei Eccleſia frequenter afflicta & tribulata eſt, tandem verus ille mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus, qui Eccleſiam ſuam velut unicam ſponſam proprio charactere ſui pretioſi ſanguinis inſignivit & redemit, conſolationis gratiam, quam aſcendens in cœlum fidelibus ſuis repromiſit, inquiens: *Non relinquam vos orphanos, ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi*, evidentibus & manifeſtis declarat indiciis. Ipſe enim ſicut ſtella matutina in medio nunc oriens, ſolita pietate Eccleſiam ſuam in tribulatione reſpexit, & *ſurgens imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Pro illa ſiquidem controverſia, quæ inter Nos & Regem Francorum pro ſchiſmate Romanæ Eccleſiæ jam diu agitatur, aſpirante Spir. S. gratia, quæ facit habitare unanimes in domo, mediantibus hinc inde Legatis, tandem pari voluntate, & unanimi conſenſu inter nos convenit, quod nos videlicet, una cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Patribus orthodoxis ac viris Religioſis, Baronibus & univerſis Regni utrinsq; Principibus, IV. Kal. Septemb. in die videlicet Decollationis S. Johannis Baptiſtæ, ſupra fluvium Saona, in Epiſcopatu Biſuntino, Concilium generale pariter celebraturi ſumus: in quo Rex Francorum, dilectus conſanguineus noſter, cum univerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cum omnibus Regni ſui Principibus. & tota Gallicana Eccleſia, Reverendum Patrem noſtrum Dominum Octavianum Papam, ſicut per ſacramenta & firmiſſimas ſecuritates præordinatum eſt, in Apoſtolicum Univerſalem ſanctæ Dei Eccleſiæ Pontificem recipiet, & debitam ei reverentiam exhibebit.

2. Verum quia hoc negotium tam arduum, tamq; ſalubre, & tam neceſſarium, ubi de reconciliatione S. Dei Eccleſiæ, & totius ſalute Chriſtianitatis in commune agitur, ſine tuæ diſcretionis, cæterorumq; Principum ac Chriſti fidelium præſentia, conſummari nec debet nec poteſt, exoramus te & monemus in ea fide, quam Imperio & S. Dei Eccleſiæ & animæ tuæ debes, quatenus omni occaſione ſummota, cum ſapientioribus & magis idoneis perſonis tuæ dioceſeos apud Biſuntium IV. die ante prædictum terminum familiariter, more Curiæ, nobis occurras, ad Concilium nobiſcum proceſſurus. Et quia abundans cautela non nocet, Milites tui, quos tecum adduces, in armis & clypeis ſint muniti.

muniti. Inſuper & tentoria deferas, quæ propter domorum raritatem neceſſaria ſunt. Ibi enim per gratiam Dei totum negocium Domini Victoris Papæ ad gloriam Dei, & ad pacem & unitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & omnimodum honorem Imperii honeſto fine terminabitur.

3. Denique omnibus in Ordine Clericali conſtitutis ſcribimus, ſuadendo & rogando, quatenus ad præfatum Concilium veniant, aut ruentibus rebus ſuis ſuccurrant.

XVIII.

De exſequendis Decretis Comitiorum Herbipolenſium ſuper confirmatione & receptione Paſchalis Papæ, & damnatione Alexandri Pſeudopapæ.

FRIDERICUS Dei gratia Romanus Imperator & Semper-Auguſtus, dilecto fideli & conſanguineo ſuo Henrico Comiti Trecarum, gratiam ſuam & omne bonum. *Anno Chriſti 1166.*

1. Cunctis populis, quos clementiæ noſtræ regit Imperium, jam dudum innotuiſſe credimus, qualiter exorta quondam inter Eccleſiæ Romanæ Cardinales de Apoſtolatu diſcordia, in Reges & Regna impetu peſtifero eſt diffuſa, pro qua ad optabile pacis bonum revocanda, quantos poſt beatæ memoriæ Papæ Victoris electionem ac confirmationem Catholicam, Papiæ, Laudæ, Mediolani, Laone, atque in diverſis Imperii finibus, in corpore noſtro labores tam nos, quàm invicti Principes noſtri pertulerimus, quantas rerum copias zelo juſtitiæ impenderimus, in extremis quoque mundi partibus jam auditum non dubitamus. Denique beatiſſimo Papa Victore ad Paradiſi gaudia aſſumpto, & in ejus locum ab Epiſcopis Cardinalibus almæ Sedis Apoſtolicæ, Domino Paſchali viro Chriſtianiſſimo in præſentia Epiſcoporum & Religioſorum Lombardiæ ac Tuſciæ, Illuſtris quoq; Præfecti Urbis Romæ, ac multorum Nobilium Romanorum, Catholicè ſubſtituto, ipſum etiam Dominum Paſchalem, ex Eccleſiæ ac Principum Imperii judicio atque conſilio in Papam & Patrem Catholicum ſolenniter recepimus, debitoque honore venerari ſemper intendimus. Proinde obſtinata Schiſmaticorum perfidia, mortem viri juſti ſuis ſucceſſibus aperta fronte adſcribens, Syreneis ſuis blanditiis fidelium quorundam noſtrorum animos adeò molita eſt de novo immutare, ut niſi morbis novis nova maturiùs remedia objicerentur, pars noſtrorum non modica videretur ex fiducia noſtræ lenitatis ſeducenda.

2. Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accenſi, cum Regem Francorum, qui nulla noſtra culpa præeunte, unà cum Rulando Imperii noſtri hoſte publico, ejusque ſequacibus, Imperialem noſtrum honorem manifeſtè molitur auferre, poſt multos noſtros ammonitus irrevocabilem perſenſiſſemus, univerſis Imperii noſtri Principibus in ſancto Pentecoſtes Curiam generalem Wirzeburc indiximus, quorum cœtu celeberrimo ibidem ſolenniter præſidente, Eccleſiæ Dei ſtatum, ac Domini Paſchalis Papæ negotium, ſeriò ac magnificè duximus roborandum. Invocata igitur devotiſſimè Spiritus ſancti gratia, & univerſorum qui aderant conſilio communicato, ad removendam pro parte noſtra omnem ambiguitatem ipſi nos manu propria ſuper Sanctorum reliquias juramentum publicè præſtitimus, quod Rollandum Schiſmaticum, vel ejus ſucceſſorem, quem pars ipſius elegerit, in Papam nunquam recipiemus, nec ad eum recipiendum aſſenſum unquam alicui præbebimus. Nulli etiam fautorum ejus gratiam noſtram unquam* reſcindemus, niſi ab errore viæ ſuæ ad unitatem Eccleſiæ ſuæ fuerit converſus. Dominum vero Paſchalem Papam manutenebimus ſemper atque promovebimus, eique tanquam Patri Catholico & univerſali Pontifici obedientiam, honorem ac reverentiam exhibebimus, & ab ipſo ejusque parte (vita comite) nunquam recedemus. Electos quoque, qui ſub eo aut ejus ſucceſſore, quem pars ipſius elegerit, conſecrationem receperint, honore aut ordinibus ſuis pro ejus obedientia privari nunquam permittemus, & hujus abſolutionem ſacramenti nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus. *leg. reddemus.

3. Præterea noſter in Imperio ſucceſſor, quem Principes univerſi elegerint, hunc honorem Eccleſiæ Dei & Imperio, & hanc partem noſtram ſub eodem juramento tuebitur ſemper atque tenebit.

4. Idem quoq; juramentū Archiepiſcopi omnes & Epiſcopi, atq; Electi, qui interfuerunt numero XL. ſuper ſancta Dei Evangelia manu propriâ, unusquisque ſub ſtola ſua præſtiterunt, & publicè firmaverunt. Nihilo minus Principes ſeculares univerſi. Dux videlicet Saxoniæ, ac Bavarus, Marchiô Albertus ſenior, Conradus Palatinus Comes de Rheno, & Ludovicus Landgravius, & reliqui omnes ſuper Sanctorum reliquias publicè id ipſum juraverunt. Repente autem Spiritus ſanct. mentes omnium adeò fecit unius voluntatis, quod Electi omnes, qui præſentes aderant, primò Reinoldus Colonienſis Electus & Italiæ Archicancellarius, deinde cæteri omnes in Sabbatho Quatuor temporum, ad laudem Dei & honorem Imperii, ſacros Ordines devotiſſimè ſuſceperunt.

6. Firmiter quoque à nobis & ab univerſis decretum eſt, ut quicunque ſuperſunt ordinandi, in proximis Quatuor temporibus ſimiliter exequantur: alioquin dignitatis, ad quam electi ſunt, honore, omni remota dilatione, priventur.

6. Adhoc Honorabiles Legati Illuſtris amici noſtri Henrici glorioſi Anglorum Regis, ad nos ab ipſo transmiſſi, in totius Curiæ noſtræ præſentia, ſuper Sanctorum reliquias ex parte Regis Angliæ publicè nobis juraverunt, quod Rex ipſe cum toto Regno ſuo in parte noſtra fideliter ſtabit, Dominum Papam Paſchalem, quem nos tenemus, tenebit: de Rolando autem Schiſmatico manutenendo nullatenus de cætero ſe intromittet.

7. Quia verò juſtitiæ, quam hoſtes Eccleſiæ ac noſtri, ſive ſuperbia, ſive ex cauſæ ſuæ diffidentia devitaverunt, nos ſemper hactenus ſtare parati, nunc tandem ad inſolita ſacramenta, ex eorum manifeſta

niſeſta obſtinatione, ſimus impulſi, à Schiſmaticorum communione omnis homo, omnis ordo caveat. Favor enim illorum, etſi aliquo modo viſus eſt venialis, in poſterum prorſus erit irremiſſibilis.

8. Ad perfectum verò hujus negotii firmamentum, ex totius Herbipolenſis Concilii decreto firmiſſime præcipimus, ut ſi quis ad 'ui mandatum Antiſtitis aut Præſidis Provinciæ, vel Domini ſui, ſacramentum ſupradictum non præſtiterit, ſi Clericus ſit aut Monachus, Eccleſiaſtico privetur honore; ſi Laicus, allodia & beneficia, quæcunque poſſidet, noſtra ipſi auctoritate à ſuo Judice vel Domino prorſus adimantur.

XIX.

De Duce Burgundiæ adverſus injurias Regis Franciæ per Imperium tuendo.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, dilecto & fideli ſuo Henrico Comiti Trecarum gratiam ſuam & omne bonum. Audivimus, unde plurimum gravamur & dolemus, quod Rex videlicet Franciæ in proximo feſto ſancti Johannis terram Ducis Divionenſis, noſtri dilecti, & noſtri obligati, hoſtiliter intrare atque deſtruere proponit. Quod nos nulla ratione poſſumus aut debemus ſuſtinere. Unde tuam dilectionem, cui plenariè confidimus, toto affectu ſollicitamus, & ſummoperè poſtulamus, quatinus pro noſtro amore ipſum Regem ab hoc propoſito modis omnibus retrahas & impedias, & ne per te vel per tuos ipſi Duci aliquod damnum vel gravamen proveniat, te ipſum à conſilio & auxilio Regis ſubtrahas, nec Duci noceas. Quod ſi Rex ipſe ab hac intentione deſiſtere vel ſuperſedere noluerit, ſcias pro certo, quod non patiemur nec ſuſtinebimus, immò ei reſiſtendo amicum noſtrum Ducem cum toto robore Imperii noſtri juvare curabimus & defenſare. Veruntamen ſi inter Ducem & matrem ejus aliqua quæſtio, quæ tendit ad diſcordiam, orta eſt vel fuerit, nos una tecum ad eandem quæſtionem componendam ſatis ex abundanti ſufficere poſſumus.

XX.

De mercatorum pace publica.

De Repreſaliis contra Regis Franciæ ſubditos in Imperio concedendis, ſi Imperiales homines in Francia lædantur.

GLORIOSO & Magnifico LUDOVVICO Regi Francorum, N. Chriſti Dei gratia Imperialis Curiæ Cancellarius, & Legatus Italiæ, ſalutem & ſervitium ſuum. Ratio ſuggerit, & Principum conſuetudo depoſcit, ut quemadmodum Regni veſtri negotiatores per Romanum Imperium pace & ſecuritate fruuntur, ita verſa vice noſtri nullatenus ſub veſtra jurisdictione lædantur. Quia igitur Maſconenſis Vicecomes quoſdam noſtros mercatores injuſtè exſpoliavit, & unum ex eis in captivitate retinet compeditum, petimus & ex parte Auguſti Sereniſſimi veſtram Excellentiam commonemus, ut hominem & res detentas reddi faciatis. Alioquin ſi damna illiusmodi per veſtros negotiatores fuerint reſarcita, aut ſi novum teloneum ad damnum reſarciendum ſuper veſtros mercatores fuerit conſtitutum, veſtra diſcretio non gravetur.

Anno Chriſti 1166.

FRIDERICI I. IMPER. AUG. LAUDUM.

Super Ducatu Bavariæ & Marchionatu Superioris Auſtriæ.

FRIDERICUS divina favente clementia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus. Quanquam rerum commutatio ex ipſa corporali inſtitutione poſſit firma conſiſtere, vel ea, quæ legaliter leguntur vel geruntur, nulla valeant refragatione convelli; ne qua tamen poſſit eſſe geſtæ rei dubietas, noſtra debet Imperialis auctoritas præcavere.

1. Noverit igitur omnium Chriſti Imperiique noſtri fidelium præſens ætas, & futura poſteritas, qualiter nos, ejus cooperante gratia, à quo cœlitus pax miſſa eſt hominibus ſuper terram, in generali noſtra Curia Ratiſponæ, in nativitate ſanctæ Mariæ celebrata, in præſentia multorum Religioſorum & Catholicorum Principum, litem & controverſiam, quæ inter dilectiſſimum patruum noſtrum Heinricum Ducem Auſtriæ, & Kariſſimum nepotem noſtrum Heinricum Ducē Saxoniæ, diu agitata exſtitit ſuper Ducatu Bavariæ, & ſuper Marchia à ſuperiori fluminis parte Anaſi, terminavimus hoc modo. Quòd Dux Auſtriæ reſignavit nobis Ducatum Bavariæ & dictam Marchiam, quatenus tenebat. Qua reſignatione facta, mox eundem Ducatum Bavariæ in beneficium contulimus Duci Saxoniæ. Dux autem Bavariæ reſignavit nobis Marchiam Auſtriæ cum omni jure ſuo, & cum omnibus beneficiis, quæ quondam Marchio Liupoldus habebat ad Ducatum Bavariæ.

2. Ne autem in hoc facto honor & gloria patrui noſtri chariſſimi aliquatenus minuatur, de conſilio & judicio Principum, Illuſtri Uladislao Duce Bohemiæ ſententiam promulgante, & omnibus Principibus approbantibus, Marchiam Auſtriæ in Ducatum commutavimus, & eundem Ducatum cum omni jure, præfato patruo noſtro Heinrico & prænobiliſſimæ uxori ſuæ Theodoræ, in beneficium conceſſimus, perpetuali jure ſancientes, ut ipſi & liberi eorum poſt eos indifferenter filii & filiæ eundem Ducatum Auſtriæ hæreditario jure à Regno teneant & poſſideant.

3. Si

3. Si autem prædictus Dux Auſtriæ, patruus noſter, & uxor ejus absq; liberis deceſſerint, libertatem habeant eundem Ducatum affectandi, cui voluerint.

4. Statuimus quoque, ut nulla magna perſona in ejusdem Ducatus regimine ſine Ducum conſenſu vel permiſſione, aliquam juſtitiam præſumat exercere.

5. Dux verò Auſtriæ de Ducatu ſuo aliud ſervitium non debet Imperio, niſi quòd ad Curias, quas Imperator præfixerit in Bavaria, evocatus veniat: nullamq; expeditionē debeat, niſi fortè quam Imperator in Regna vel provincias Auſtriæ vicinas ordinaverit.

Cæterum ut hæc noſtra inſtitutio omni ævo rata & inconvulſa permaneat, præſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, adhibitis teſtibus idoneis, quorum nomina ſunt hæc:

Pilgrinus Aquilegienſis Patriarcha.
Eberhardus Archiepiſcopus Salisburgenſis.
Otto Epiſcopus Friſingenſis.
Conradus Epiſcopus Brixinenſis.
Heinricus Epiſcopus Ratisbonenſis, & Tridentinenſis.
Dominus Welpho Dux Spoletæ.
Conradus frater Imperatoris [Dux Sueviæ.]
Fridericus Filius Regis * Conradi [Dux Sueviæ.] * Eo nomine Tertii.
Heinricus Dux Carinthiæ.
Marchio Engelbertus de Iſtria.
Marchio Albertus de Baden. [alii habent, de Stachen, ſive Staden.]
Dietpoldus Marchio de Voburg.
Otto Comes Palatinus [ſc. de Witilinespach] & frater ejus Fridericus.
Gebhardus Comes de Sultzbach.
Engelbertus Comes de Hall.
Gebhardus Comes de Burckhauſen:
& alii quàm plures.

Signum Domini FRIDERICI Imperatoris invictiſſimi.

Ego Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntinenſis Archiepiſcopi & Archicancellarii, recognovi. regnante Domino FRIDERICO *Rom. Imp. in Chriſto. Datum Ratisbonæ 15. Cal. Octobr. indiction. quarta, anno Dominicæ Incarnationis MCLVI. anno Regni ejus quinto, Imperii ſecundo.*

PACTUM QUOD PEPIGERUNT ROMANI CUM DOMINO FRIDERICO IMPERATORE ET SEMPER AUGUSTO.

Anno Chriſti 1167.

JURAVERUNT præſentes, & jurabunt futuri SENATORES & totus POPULUS ROMANUS Domino FRIDERICO Imperatori fidelitatem, & quòd juvabunt eum coronam Imperii Romani retinere, & defendere eum contra omnes homines: & juſtitias ſuas tam intra Urbem, quàm extra Urbem juvabunt eum retinere, & quod numquam erunt tam in conſilio quàm in facto, ubi Dominus Imperator malâ captione capiatur, vel membrum perdat, vel aliquod detrimentum in perſona patiatur: & quod Senatum non niſi per eum vel per Nuncium ſuum ordinabunt, ſine fraude & malo ingenio.

2. Dominus Imperator confirmabit Senatum perpetuo in eo vigore, in quo nunc eſt, & augebit eum tali tenore, ut Senatus per eum ordinetur, & ei ſubjectus fiat, & faciet inde privilegium cum ſigillo auri, in quo contineantur hæc, videlicet confirmatio Senatus, & quod faciet ſalva omnia juſta teſtamenta Populi Romani, quantum ad Imperatorem pertinet, quod ea illis non aufferet, & bonos uſus Urbis, & locationis libellos tertii & quarti generis conſervabit, & præcipiet in eodem privilegio non aufferri Romanis in toto Imperio ſuo plateaticum, portaticum, aut ripaticum: & * ſi aufferre præſumpſerit, incidat in pœnam centum librarum auri. * fort. qui.

3. Hæc omnia cum ſubſcriptione Principum Curiæ fient.

FRIDERICI I. IMPER. AUG. DECRETUM

Anno Chriſti 1177.

De duobus ſchiſmaticis Archiepiſcopis Salisburgenſibus removendis, & novo ab ſe confirmato & inveſtito recipiendo.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, dilectis ſuis omnibus Prælatis ac Miniſterialibus Salzburgenſis Eccleſiæ, & univerſo clero & populo ipſius Eccleſiæ, per Karinthiam & Marchiam (Stirenſem) conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Cùm Deo pacis auctori & amatori placuit Romanum Imperium in unam vocare concordiam cum Romana Eccleſia, & pacis jocunditate poſt diutinos labores univerſam reſpirare Eccleſiam, ſubiit animum pro Salzburgenſis Eccleſiæ ſtatu ſolicitos eſſe, & ejus reſtaurationi diligenter intendere. Et quoniam per duos ſibi invicem oppoſitos Eccleſia graviter diſtracta fuerat, nec aliqua ſpes ſuperetat, ut manus, quæ diſtraxerant, in integrum poſſent diſtracta reſtituere, tam Domino *a* Papæ, quàm fratribus ejus Dominis Cardinalibus, nobis quoq; & majoribus Imperii Principibus, viſum fuit utile, utroſq; removeri; & alium, per quem faciliùs reformari poſſet Eccleſia, ſubſtitui. Poſt multam igitur deliberationem, in gratia & beneplacito Domini Papæ ac noſtro, uterq; ſuper hoc verbo ſe poſuit, ſuoq; juri, quod in Salzburgenſi Eccleſia quisq; videbatur habere, in manus Domini Papæ ac noſtras penitùs abrenunciavit.

a Alexandro III.

2. Vacante ſic Eccleſia Prælatos Salzburgenſes & alios, qui cum ipſis aderant, de facienda in alium electione diligenter convenimus. Sed, licet nobis magna ſupplicarent inſtantia, ut ad veſtram usque omnium præſentiam differretur electio, tamen Domini Papæ mandato ac noſtro, & omnium Principum conſilio, quoniam

——— *ſæpe nocet differre paratis*,

ad electionem acceſſerunt, & de gremio Eccleſiæ Romanæ, Domnum videlicet Chunradum conſanguineum noſtrum Palatinum, in Eccleſia veſtra enutritum, in Paſtorem & Epiſcopum animarum ſuarum concorditer & unanimi voce elegerunt. Quam utiq; electionem Domnus Papa totaq; Curia ratam habuit & confirmavit, nosq; de regalibus ipſum inveſtivimus cum ea integritate, qua Archiepiſcopus Eberhardus decedens illa tenuiſſe dinoſcitur. Nam generali Principum ſententia judicatum eſt, quidquid vel per nos, dum ejusdem Eccleſiæ bona in noſtra teneremus poteſtate, vel per quoslibet alios infeudatum, vel quocunque modo ſub hoc tempore eſt alienatum, inane prorſus eſſe debere & irritum.

3. Quamvis ergò Majeſtas noſtra ſæpenumerò à vobis graviter læſa ſit, & acriter ultrà, quam vellemus, provocata, tamen divini amoris intuitu, ac beati Ruodberti reverentia, & ex conſueta Imperialis manſuetudinis clementia, tam vos quàm Salzburgenſem Eccleſiam ſerena pietate proponimus reſpicere, & in antiquum ſtatum noſtræ auctoritatis munimine revocare. Univerſitatem igitur veſtram diligenter commonitam eſſe cupimus, ut, quod tam à Domno Papa, quàm à nobis, ad honorem & reſtaurationem Eccleſiæ Salzburgenſis in ſpiritualibus & in temporalibus modò factum eſt, debita reverentia & alacritate recipiatis, ac ratum teneatis; & Domno Chunrado Archiepiſcopo veſtro, dilecto conſanguineo noſtro, ea fide & devotione & obedire & ſervire ſtudeatis, ut noſtræ benignitatis affectum meritò ſuper hoc experiri debeatis. Si quis verò, quod non credimus, his, quæ magna conſilii maturitate ad utilitatem & reformationem Salzburgenſis Eccleſiæ nunc ordinata ſunt, contraire præſumpſerit, & à Domno Papa excommunicationis ſententiam recipiet, & noſtræ Majeſtatis indignationem proculdubio ſentiet. Datum Venetiæ, V. Idus Auguſti, Anno Dominicæ incarnationis MCLXXVII.

Anno Chriſti 1177.

FRIDERICI I. IMPER. AUG.
RESCRIPTUM
AD EMANUELEM PORPHYROGENETUM, IMPERATOREM Conſtantinopolitanum,

Quod Græcorum Imperator de jure ſubditus eſſe debeat Romano Imperio.

FRIDERICUS divina favente clementia, inclytus Triumphator, Romanorum Imperator, à Deo coronatus, ſublimis in Chriſto, Fidelis, Magnus, Pacificus, Glorioſus Cæſar, Græcorum Moderator, & ſemper Auguſtus, ſalutem & fraterni amoris affectum.

1. Sicut ille Rex Regum, à quo omnis poteſtas, Romanum Imperium caput totius orbis conſtituit, ita etiam Sedem Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum unicam matrem, dominam, magiſtramq; ordinavit. quod utiq; duorum numero gladiorum ſignavit, quos dixit orbi ſufficere ipſe author fidei Chriſtianæ.

Luc. 22.

2. Quapropter tuam prudentiam commonemus, quatinus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoſcas, & Summo Pontifici, quem nomine *Sanctum* appellas, debitam exhibeas obedientiam & honorem.

Anno Chriſti 1180.

FRIDERICI I. IMPER. AVG.
DECRETUM
De translatione fori remittenda: & de libera bonorum traditione ad Eccleſias ab Imperatore obtinenda.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus.

1. Quæ Imperiali conſtituuntur authoritate, literis competit anootari, ne vel tranſeuntium temporum antiquitate in oblivionem deveniant, vel pravorum hominum fraudulentis machinationibus indignam ſui mutationem incurrant.

2. Noverint igitur univerſi, tam præſentes, quàm poſtfuturæ ætatis, fideles Imperii, qualiter dilectus noſter Adilbertus Friſingenſis Epiſcopus, ad Majeſtatis noſtræ præſentiam accedens, humiliter

nobis

nobis conquerendo ſignificavit, quòd Nobilis vir, Henricus de Brunſvvick, quondam Dux Bavariæ & Saxoniæ, forum in Vergen cum ponte, quod Eccleſia ſua a longè retroactis temporibus quietè poſſederat, deſtruxerit, & illud in villam Munchen violenter tranſtulerit. Cujus ſiquidem rei veritas, etſi noſtræ conſtaret Serenitati, ipſe tamen eam ſeptem legitimis teſtibus, in noſtra comprobavit audientia. Sunt autem hi: Conradus Saltzburgenſis Archiepiſcopus, Chuno Ratisbonenſis Epiſcopus, Berchtoldus Marchio Iſtriæ, Gebehardus Comes de Sultzbach, Otto Palatinus major, & frater ejus Otto minor, Fridericus Burggravius.

3. Conſequenter igitur ſuper eadem cauſa à Principibus Curiæ noſtræ, requiſita ſententia, judicatum eſt, quòd præfati Henrici factum temerarium in irritum ducere Imperialis deberet autoritas.

4. Quocirca ſecundum juris tenorem, translationem prædicti fori in vacuum revocantes, ipſum forum cum ponte memorato, fideli noſtro Epiſcopo Friſingenſi, ſuisq; ſucceſſoribus, reſtituimus, & præſentis ſcripti privilegio eis & ſuæ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus.

5. Item ad inſtantem prætaxati venerabilis Epiſcopi poſtulationem ex indulgentia Imperialis Clementiæ permiſimus & benevolo approbamus aſſenſu, ut prædia quæcunq; ſumptibus ſuis ipſe conquiſivit, pro libitu ſuo Eccleſiis vel aliis religioſis locis, ſeu ad Altaria quælibet poſſit contradere, & de earundem præ aliorum reditibus pro ſuo arbitrio ordinare.

6. Et ut hæc noſtra conſtitutio in omne ævum rata permaneat & inconvulſa, per præſentē paginā in memoriam facti conſcribi fecimus, & Majeſtatis noſtrę bulla cōmuniri. Teſtes hujus rei prædictus

Conradus Saltzburgenſis Epiſcopus.
Chuno Ratisbonenſis Epiſcopus.
Berchtoldus Marchio Iſtriæ.
Otto Palatinus Major. } ſc. de Scheiren & Witteslpach.
Otto Palatinus minor. }
Gebhardus Comes de Sultzbach.
Fridericus *a* Burggravius....... *fort. Ratisbonenſis.*
Item alii teſtes, qui eidem negotio interérant:
Diethpoldus Patavienſis Epiſcopus.
Henricus Curienſis Electus,
Geſſiodonius Mantuenſis Epiſcopus.
Gotefridus Cancellarius Imperialis.
Rudolphus Notarius Imperialis.
Romanus Præpoſitus Halberſtattenſis.
Henricus Burggravius.....
Siberto Comes de Nuivvenburg.
Heinricus Comes de Altendorff.
Degenhard Comes de Holenſtain,
Conrad Burggravius de Nurmberg.
Amelbrecht de Lochhofen.
Heinricus Marſchalch de Papenheim.
Burckhardus Camerarius.
Atzo Camerarius.
Regilo Camerarius.
Rudolphus de Waldecke.
Heinricus Felix Prior.
Adilold de Dombach.
Engelram de Achdorff, & frater ejus Heinricus.
Rudolphus de Ried.
Hartinus Malſcadus.
Berchtholdus de Reihemhauſen.
Sibot de Holtzhauſen.

Ego Gottfridus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Chriſtiani Moguntiæ Sedis Archiepiſcopi, Germaniæ Archicancellarii, recognovi.

Signum Domini FRIDERICI Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCLXXX. indictione XIII. Regnante FRIDERICO Romanorum Imperatore glorioſiſſimo: anno Regni ejus XXIX. Imperii verò XXVI. Datum Ratisbonæ in ſolenni Curia, III. Idus Julii, feliciter: AMEN.

ISAACI ANGELI IMPERATORIS CONSTANTINOPOLITANI MANDATUM *AD FRIDERICUM IMPERATOREM ROMANORUM.* *Anno Chriſti 1189.*

De Superioritate recognoſcenda.

SAcratiſſimus Imperator Conſtantinopolitanus, mandat tibi Advocato Romanæ Urbis gratiam ſuam, ſi dignaris: eam ſi dedigneris, ſcire tamen te oportet, Monarchiam Romanæ Urbis penes eum eſſe,

eſſe, eum ſuperiorem tibi imperitare debere, quod nunc ut cedas oportet, quia te & exercitum tuum terminis ſuæ ditionis tanquam retibus concluſit.

FRIDERICI I. IMPER. AUG. RESPONSUM

De ſuperioritate Romani Imperii ſuper Latinos & Græcos, & cunctos orbis populos.

SCIAT ille tuus, quem Sacratiſſimum Imperatorem vocas, me electione Principum & conſecratione univerſalis Papæ Urbis Romæ, nomen Imperatoris & Romani Imperii dignitatem ſuſcepiſſe, ab Imperatoribus, avis ſcilicet meis & proavis, ſanguine Ducem, ſanctitatis nomen, ſicut ille arrogans canis, mihi non aſcribere, qui me peccatorem agnoſco. Pro peccatis verò meis ob defenſionem Chriſtianæ gentis iter hoc aggredior, & nulla prorſus apud eum, ſed penes nos, auctore Deo, hîc & in omnibus terris Romani majeſtas Imperii conſiſtit. Retia, quibus nos concluſos applaudit, ac ſi tela aranearum eſſent, facilè rumpemus, eoq; vilipendimus. Id cani tuo refer, è conſpectu noſtro celerrimè recedens: quia ſi Romani offuſcaretur glória Imperii, ſignum forſitan tu referres, qualia vanitas Domini tui exigit.

Anno Chriſti 1189.

FRIDERICI I. IMPER. AUG. RESPONSUM

In Regem Græcorum, qui in litteris, quas tribus vicibus Domino Imperatori miſit, nomen ejus tacuit, nec eum Imperatorem vocavit, pronunciatum publicè Philippopoli in Imperiali habitu & tribunali, circumſtantibus S. Rom. Imperii Principibus, in præſentia Legatorum Græcorum.

NON poſſumus ſatis mirari, & indignum valde gerimus, quòd frater noſter nomen noſtrum, quod multis Regibus, & Principibus, & Provinciis notum eſt, quod FRIDERICUS dicitur, in literis ſuis ponere non conſuevit. Anteceſſor verò ipſius piæ recordationis EMMANUEL & quando inimici eramus ad invicem nomen noſtrum expreſsè poſuit in literis ſuis, nec in aliquo dignitatibus noſtræ Majeſtatis derogavit. Quod & nos ei verſa vice fecimus. Prædeceſſor ſiquidem noſter divæ memoriæ KAROLUS victoria felix monarchiam urbis Romæ obtinuit, & plus quàm quingentis annis ſine interruptione ad tempora noſtra usq; derivata eſt. Et nos, auctore Deo, & Principum libera electione, celſitudine ſacri Romani Imperii fermè XXXVIII. annis poteſtative gloriamur. In urbe enim Roma, quæ Domina & caput orbis dicitur, coronam & Imperium totius Chriſtianitatis de altari B. Petri Apoſtolorum Principis accepimus, à Domino Adriano Papa ſucceſſore Petri ſolenniter unctus oleo exultationis præ participibus noſtris, & nomen noſtrum celebre & glorioſum in ea habetur. Hæc idcircò diximus, ſi fortè Dominus veſter nomen & dignitatem noſtram ignorat. Scire debetis, de cætero literas ejus non recipiemus, niſi ſolennitas nominis & Majeſtatis noſtræ expreſsè in eis contineatur. Nos enim cum nomine ſuo appellavimus, & appellamus.

2. Dominus veſter Sanctum ſe appellat: mirabilis eſt ſanctitas, quæ ſanctos viros, honeſtos & religioſos, benignè, utpote fideles Nuncios, in oſculo pacis exceptos, in quorum ore non eſt inventum mendacium, nec iniquitas, deſubitò conſuevit incarcerare, & fame ac nuditate usq; ad mortem macerare. Longè faciat à nobis Deus talem ſanctitatem.

Anni Chriſti 1190.

EJUSDEM IMPERATORIS

Reſponſum Legatis Soldani, & filii ejus, necnon & Admiralis, datum Iconii, communicato conſilio Principum.

SOldanus juxta amicitiam diu cum Imperio noſtro habitam Legatos ſuos ad nos miſit, & ad terram ſuam invitavit, & ſecuritatem viæ, & bonum forum, nobis & exercitui noſtro pollicebatur. Præterea alii Nuncii ipſius, & filii ſui præſentiam noſtram Adrianopoli adierunt, uberiora & ampliora prioribus beneficiorum promiſſa nobis offerentes. Sed, qui nobiſcum terram iſtam ingreſſi ſunt, viderunt nobis pro ſecuritate viæ, arcus & tela, gladios & lanceas, & omne genus armorum, & inſultationes & inſolitos clamores exhiberi, & pro bono foro nobis ſub ſpecie fidelis amicitiæ pollicito, magnus Melech cum omni fortitudine & virtute gentis ſuæ in manu hoſtili nos & exercitum noſtrum circumdederunt ſicut apes, & exarſerunt in nos ſicut ignis in ſpinis: & tamen in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Romanus Imperator & Advocatus ſpecialis terræ Hieroſolymitanæ hoſtium cuneos penetravit ſecurus, & fugato multitudinis veſtræ exercitu, tradidit Deus noſter civitatem hanc in manum noſtram. Sed quia Romanus Imperator, cui collaterales ſemper eſſe debent miſericordia & veritas, novit magis parcere, quàm ferire; hanc gratiam Dominis veſtris & vobis impertiri decrevimus, ut pax noſtra ſit ſuper vos, dummodò detis obſides ad arbitrium noſtrum, quòd in bona pace, & bono foro, terram veſtram exire debeam.

HENRI-

HENRICI VI. IMP. AUG.
EDICTUM

Anno Chriſti 1195.

De Indicendis Militiæ Sacræ Privilegiis.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator, Rex Siciliæ & ſemper Auguſtus, dilectis ac fidelibus ſuis Archiepiſcopis, Abbatibus, Eccleſiarum Prælatis, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Univerſitati veſtræ duximus ſignificandum, quòd per gratiam Dei regno Siciliæ nobis ſubjugato, & in bonum ſtatum redacto, ad honorem ejus, qui brachia ſua extendit in crucem pro nobis immolatus, recolentes miſeriam & anguſtias, quæ Terra promiſſionis, peccatis exigentibus, feritate Paganorum intolerabiliter oppreſſa ſuſtinet, in ſolemni Curia apud Barum in feſto Reſurrectionis Domini celebrata pro redemptione ejusdem terræ mille quingentos milites, & totidem ſargantos, in expenſis noſtris à Martio usque ad annum transmittere decrevimus, & hoc manifeſtè ſpopondimus, unicuiq; militi triginta uncias auri; & tantum annonæ, quæ ei ad annum ſufficiet, daturi. Pecuniam verò, ubicumq; nâves aſcendent, eis dabimus: annonam autem traduci faciemus, & ex illa parte maris, ubi applicuerint, eis præſentabimus.

2. Milites itaq; & ſarganti jurabunt obedire illi, quem Magiſtrum eis ac Ducem conſtituemus: & per annum ſtare in ſervitio Dei.

3. Et ſi aliquem eorum ex hoc mundo migrare contigerit, quidquid de pecunia vel annona ei data reliquerit, nulli aſſignare poterit, ſed pro conſilio Magiſtrorum ac Ducum exercitus alii, qui vicem ejus compleat & pro ipſo ſerviat, aſſignabitur.

4. Mandamus ergo univerſitati veſtræ rogantes, ut hanc voluntatem noſtram militibus & bonis hominibus in dioceſi veſtra conſtitutis inſinuare curetis: ut ſi qui eorum ad propulſandas injurias Chriſto & Chriſtianitati illatas inſtinctu divino ire voluerint, infra terminum prædictum ad iter ſe præparent.

Datum apud Tranum, 11. Idus Aprilis.

HENRICI VI. IMP. AUG.
CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1197.

Imperium ut procedat ſucceſſione, non electione, & alia quædam capitula.

Receſſus Comitiorum Francofurdianorum.

Ex Joanne Monacho refertur ab Auctore Magni Chronici Belgici, pag. 205.

ISTE Imperator HENRICUS videns, Regnum Almanniæ, & Imperium Romanorum, propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala perpeſſum, priusquam vota Principum in perſona Imperatoris poſſent convenire, ordinavit, ut amplius electio non fieret, ſed per ſolam ſanguinis ſucceſſionem Imperium conferretur, ita, ut qui propinquior Imperatori eſſet, hæreditariè fieret Imperator.

2. Ut autem HENRICUS à filio ſuo FREDERICO, quem de Conſtantia uxore ſua habuit, ſumeret exordium, *a* Regnum Siciliæ & Calabriæ, & Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, quæ filius ejus ab avis hæres acceperat, Romano Imperio univit, ut perpetuò terrarum iſtarum unus Dominus eſſet.

a Innuere videtur Epithaphium Porphyreticum Panormi poſitum.

3. Ordinavit etiam, ut mulieres, maſculis deficientibus, ſuccederent in hæreditatem.

4. Et ne Imperator mortuas manus Eccleſiaſticarum perſonarum ultra expoſtularet.

5. Conſtitutioni igitur huic profuturæ conſentit Curia Romana, & Principes LII. qui Imperatorem eligere conſueverunt, quorum ſigilla literis ſuper hoc confectis ſunt appenſa.

Imperio adjecit Siculos Henricus utrosq; &c.

PRINCIPVM IMPERII
DIPLOMA

Anno Chriſti 1200.

DE ELECTIONE OTTONIS IV. IMPERATORIS *Auguſti.*

SANCTISSIMO Patri ac Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Sedis Summo Pontifici, PRINCIPES & BARONES Alemanniæ, Clerici & Laici, debitam in Chriſto reverentiam & ſinceritatem obſequii.

1. Cùm placuiſſet ei, qui aufert ſpiritum Principum, & magnus & terribilis eſt ſuper Reges terræ, Dominum HENRICUM Imperatorem de medio auferre, neceſſarium nobis fuit viſum, de ſubſtituendo Rege tractatum & colloquium habere. Convenimus ergò ſæpiùs, & miſerias & oppreſſiones, quas hacte-

hactenus ſuſtinueramus, recenſentes, per univerſos regni. . . . . animos noſtros ereximus, [illegible] honori Eccleſiæ Dei, & paci ac quieti ſubjectorum expediret, deliberantes, nunc unum, nunc [illegible] quaſi finaliter eligere putabamus. Verùm quia non eſt prudentia, non eſt potentia, non eſt [illegible] um, niſi per Deum, placuit ei, qui Abrahæ filium immolare volenti victimam providit, & Da[illegible] tribus juniorem de poſtfœtantes accepit, atq; Mathiam ex diſcipulorum numero ad ſortem A[illegible] latus elegit, Sereniſſimum Dominum noſtrum OTTONEM, quondam Henrici Duci Saxon[illegible] lium, ad regimen Romani Imperii de terra peregrinationis ſuæ ex inopinato offerre nobis. Invo[illegible] itaque Sancti Spiritus gratia, prædictum Dominum Ottonem, Chriſtianæ fidei cultorem devot[illegible] mum atq; ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Advocatum & defenſorem fideliſſimum, & judiciariæ pot[illegible] obſervatorem juſtiſſimum, de longa & antiqua Regum proſapia ex utraq; linea ſpecialiter editu[illegible] Romani Regni faſtigium juſtè & rationabiliter elegimus; & ſicut debuimus, ipſius electioni con[illegible] ſimus ipſumq; in Auguſtorum ſede à Carolo Magno apud Aquisgranum huic dignitati deputata l[illegible] cavimus, & corona, & regni diademate per manum Domini Adolphi Colonienſis Archiepiſcopi c[illegible], qua decuit, ſolemnitate feliciter coronavimus.

2. Nos autem Principes, qui jam dictum Dominum in Regem elegimus, feuda noſtra, quæ ab Imperio tenemus, a manu ipſius recipientes, hominium ſibi fecimus, & fidelitatem juravimus. Tantæ igitur dignitatis munus excellentiſſimus Princeps divinæ potiùs gratiæ, quàm ſuis meritis, adſ[illegible] bens, primitias hujus honoris afferens Domino, propria voluntate juramento firmavit, in primi[illegible] croſanctæ Romanæ Eccleſiæ, deinde omnia Eccleſiarum jura bonâ fide ſervare & manutenere, & ſubjectos Imperii, exheredatos maximè & à ſuis poſſeſſionibus violenter ejectos, in ſua juſtitia pro poſſe juvare & conſervare. Pravam illam conſuetudinem inſuper, quam Imperatores antec[illegible]ores ſui in occupandis rebus mobilibus vel ſe moventibus decedentium Epiſcoporum vel Abbatum Principum hucusque ſervaverunt, penitus extirpans, nos Eccleſiaſticos Principes ex hac indebita vexatione Regali benevolentia liberos dimiſit, & decedentium bona ſuis ſucceſſoribus ſervanda liberaliter ſtatuit.

3. Paternitati ergo veſtræ dignum ſupplicare duximus, quatenus fidem & devotionem Domini noſtri Regis attendentes; merita quoque Illuſtriſſimi patris ſui Henrici Ducis Saxoniæ, qui ab obſequio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ numquam receſſit, memoriter tenentes, paci & quieti noſtræ & veſtræ, intuitu Dei & noſtri obſequii, providentes, ipſius electionem & conſecrationem auctoritate veſtra confirmare, & Imperiali coronatione armare, paterna pietate dignemini. Sanctitatem inſuper veſtram obnixè rogamus, quatenus Principes & Barones, à tam rationabili electione diſcordes, Eccleſiaſtica cenſura ad concordiam revocetis, & ab illicita fidelitate partis adverſæ clavo ſancti Petri reſolutos, ad præſtandam Regi Domino noſtro fidelitatem & ſubjectionem, auctoritate veſtra compellatis. Ut autem à Domino Rege noſtro jura Romanæ Eccleſiæ (ut prædictum eſt) integra & illibata ſerventur, nos in bona fide ſpondemus, & pro Domino Rege noſtro fidejubemus.

Ego Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus elegi & ſubſcripſi.
Ego Berardus Paderbornenſis Epiſcopus elegi & ſubſcripſi.
Ego Thietmarus Mindenſis Epiſcopus elegi & ſubſcripſi,
Ego Witichindus * Condejenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
Ego Gerardus Tudenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
Ego Eribertus Werdenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ, Marchio Romani Imperii, elegi & ſubſcripſi.
Ego Henricus Comes de Kuke conſenſi & ſubſcripſi.

* ſ. Corbejenſis.

Anno Chriſti 1212.

OTHONIS IV. IMPER. AUG.
DECRETUM

De bonis Eccleſiaſticis in neceſſitatem publicam erogandis; de perſonarum Eccleſiaſticarum reformatione; & de bello Papæ ac Regi Francorum inferendo. Facta in Comitiis Valentianis Anno Domini MCCXII.

SI Rex Francorum non eſſet, tuti à quolibet hoſte in toto mundo haberi poſſemus, & totum mundum gladiis noſtris ſupponere. Sed hoc ſolo contra nos favorem impendente, & Cleri cauſam ſemper quaſi propriam habente, Papa Romanus nos ita præſumit anathemate ferire, atq; noſtros Proceres fide noſtra abſolvere. Qui dum Sicamoiſti Regi ſe amicum præſtat, audet is vires in noſtru[illegible] Imperium extendere, qui ſemper graſſatus eſt in genus noſtrum, & ipſum Regem JOHANNEM, qui tam largus opes & denaria nobis pluit, exhæredare præſumit. Contra hunc igitur ſolum toto conatu expedit inſiſtere, hic primus coerceatur & dometur oportet, qui ſolus impedit noſtros provectus, & ſe nobis opponit, & in omni hoſte, qui ſe contra nos levat, ipſe quoq; hoſtis fit. Quo ſuperato & do[illegible]ito reliquos vincere facile poterimus, Regnumq; Francorum jugo Imperii noſtri ſupponere & ad libitum vobis partiri.

2. Cl

2. Clerum autem & Monachos, quos Rex Francorum PHILIPPUS ſic exaltat, amat, protegit, & vigili corde defendit, aut deponamus, aut deportemus oportet, ſic tamen ut pauci maneant, quibus ſatis ſit arcta facultas, & qui oblata tantummodo ſtipe vivant, villas autem & decimas majores Miles recipiat, illique habeant, quibus Reſpublica curæ eſt, qui pugnando faciunt populos & Clerum in pace quieſcere. Illo quippe die, quo nos Papa Romanus primum Imperiali diademate inſigne reddidit, hanc promulgavimus legem, & in ſcriptis redactam per totum orbem firmiter ſervari juſſimus: a *Eccleſia decimas tantum & oblata munera poſſideant, villas autem & prædia nobis relinquant, ut hinc populus vivat, & milites habeant ſtipendia ſua.* a Anno 1210.

3. Nunc quia mihi Clerus in iſta lege non paret, nunquid non debemus gravare manus, & illi magnas decimas cum villis licenter auferre? Nunquid non poſſumus legem ſuperaddere legi? KAROLUS b TUDITES, etiamſi noluit illis villas tollere, quia tamen decimas ipſis tulit, nobis non licebit eisdem villas cum decimis auferre? Qui poſſumus leges condere & jura novare, qui ſoli tenemus totius orbis Imperium, non licebit nobis Clerum hac lege ligare, ut primitiis rebusque oblatis contenti, jam diſcant eſſe magis humiles & minus ſuperbi? Quantò ſatiùs, quanto commodiùs, nobis jura novantibus, hæc tam culta novalia, & villas tot delitiis opibusq; fluentes, impiger Miles habebit, quàm genus hoc pigrum & fruges conſumere natum, quod otia ducit, quodque ſub tecto marcet, & umbra, qui fruſtra vivunt, quorum omnis labor in hoc eſt, ut Baccho Venerique vacent, quibus crapula obeſis poris colla inflat, ventresque abdomine onerat? Unde nos, quamprimùm Papa nobis in dicta lege rebellis fuit, Montem flaſconis, Aquampendentem, Bitral, Radichoſonem, Arduam, Sancti Quirici caſtrum, Biſterbium, Biccum, vicosque innumeros & plurima caſtella, quibus dives Roma circumvallatur, protinus ipſi eripuimus, quæ fortiter potenterque armis adhuc ipſo nolente tenemus, diuque tenebimus: quamvis nobis Imperium ſupplantare laboret, & jus noſtrum præſumat FRIDERICO Regi Siciliæ promittere. b al. Martellus nominatur.

4. Tunc Proceres uno ore concorditer legem confirmantes, bellum fore promittunt, omnesque fideliter jurant, obſervaturos ſe quicquid Imperator dixerat.

✠ {
Otho Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ſubſcripſit.
Johannes Rex Angliæ, Franciæ & Hiberniæ per Guillermum Comitem Saleſberienſem ſubſcripſit.
Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, Marchio Romani Imperii, ſubſcripſit.
Otho Comes Palatinus Burgundiæ ſubſcripſit.
Ferrandus Comes Flandriæ & Henoniæ ſubſcripſit.
Reginaldus Comes Boloniæ ſubſcripſit.
Willelmus Comes Holandiæ ſubſcripſit.
N. Comes de Limburg ſubſcripſit.
N. Comes Barrenſis ſubſcripſit.
Herveus Comes Nivernenſis ſubſcripſit.
Petrus Comes Altiſiodorenſis ſubſcripſit.
Henricus Comes de Kuke ſubſcripſit.
Hugo Baro de Boves ſubſcripſit.

Et multi alii tam Proceres, quàm Comites de Alemannia, de Henonia, de Brabantia, & de Flandria, ſubſcripſerunt. Actum in oppido Valencienæ in Comitatu Henoniæ, anno ab Incarnatione Domini MCCXV. anno Imperii Domini OTHONIS invictiſſimi Imperatoris XV.

FRIDERICI II. ROMANORUM REGIS

Anno Chriſti 1213.

AUREA BVLLA,

DE LIBERTATE ECCLESIASTICA.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. FRIDERICUS divina favente Clementia Romanorum Rex & Semper Auguſtus & Rex Siciliæ.

1. Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus, cùm Altiſſimum, de cujus manu ea, quæ poſſidemus, bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias operis & devotionis aſtringimur, quantò ipſum miſericordem in nobis & mi-

rabilem experimur. Cognoſcentes igitur gratiam, quæ data eſt nobis ab ipſo. habentes quoque præ oculis immenſa & innumera beneficia veſtra, Domine & reverentiſſime Pater, protector & benefactor noſter, Domine* Innocenti, DEI gratia Summe Pontifex venerande, per cujus beneficium, operam, & tutelam aliti ſumus, protecti pariter & promoti, poſtquàm in ſollicitudinem noſtram mater noſtra felicis memoriæ Conſtantia Imperatrix & Siciliæ Regina ex ipſo quaſi utero nos jactavit; vobis, beatiſſime Pater, & omnibus ſucceſſoribus veſtris Catholicis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ ſpeciali matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam, atque reverentiam ſemper humili corde ac devoto ſpiritu impendimus, quam prædeceſſores noſtri Reges & Imperatores Catholici veſtris anteceſſoribus impendiſſe noſcuntur, nihil exinde volentes diminui, ſed magis augeri, ut major devotio eniteſcat.

* Ejus nominis III.

2. Illum igitur volentes abolere abuſum, quem quidam prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, decretum in electionibus Prælatorum: concedimus & ſancimus, ut electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major & ſanior pars ipſius duxerit eligendum, dummodo nihil deſit ei de canonicis inſtitutis.

3. Appellationes autem in negotiis & cauſis Eccleſiaſticis ad Sedem Apoſtolicam liberè fiant; earum perſecutionem ſive proceſſum nullus impedire præſumat.

4. Illum quoque dimittimus & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium noſtri conſueverunt anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis. Omnia nos ſpiritualia vobis & aliis Eccleſiarum Prælatis relinquimus liberè diſponenda, ut quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo recta diſtributione reddantur.

5. Super eradicando autem Hæreticæ pravitatis errores, auxilium dabimus & operam efficacem.

6. Poſſeſſiones etiam, quas Eccleſia Romana recuperavit, ab anteceſſoribus noſtris ſeu quibuslibet aliis detentas, liberas & quietas ſibi dimittimus, & ipſam ad eas obtinendas bona fide promittimus adjuvare. Quas verò nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adjutores: & quæcumque ad manus noſtras devenient, ſine difficultate ac mora eas reſtituere ſatagamus. Ad has pertinet tota terra, quæ eſt à Radicoſano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitiſſæ Mathildis, Comitatus Bertinoris, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Maſſa Trebaria, cum adjacentibus terris, & omnibus aliis ad Romanam Eccleſiam pertinentibus, cum omni juriſdictione, diſtrictu, & honore ſuo.

7. Veruntamen cùm ad recipiendum coronam Imperii, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede vocati venerimus, de mandato Summi Pontificis recipiemus procurationes ſive fodrum ab ipſis. Omnia igitur ſupradicta, & quæcumque alia pertinent ad Romanam Eccleſiam, de voluntate & conſcientia, conſilio & conſenſu Principum Imperii liberè illi dimittimus, renuntiamus, & reſtituimus; nec non ad omnem ſcrupulum removendum, prout melius valet & efficacius intelligi, concedimus, conferimus, donamus, ut ſublata omnis contentionis & diſſenſionis materia, firma pax & plena concordia in perpetuum inter Eccleſiam & Imperium perſeverent.

8. Adjutores etiam erimus ad retinendum & ad defendendum Eccleſiæ Romanæ regnum Siciliæ, cum omnibus ad ipſum ſpectantibus, tam citra Pharum quam ultra, nec non Corſicam & Sardiniam, ac cetera jura, quæ ad eam pertinere noſcuntur, tanquam devotus filius & Catholicus Princeps.

9. Ut autem hæc omnia memorato ſanctiſſimo Patri noſtro Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, ejusque ſucceſſoribus per nos & noſtros ſucceſſores Romanorum Reges & Imperatores obſerventur, firma & inconvulſa ſemper permaneant, præſens privilegium conſcriptum Majeſtatis noſtræ aurea bulla juſſimus communiri. Teſtes autem ſunt hi:

Sigefridus Moguntinus Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus.
Eberhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus.
Conradus Ratiſponenſis Epiſcopus.
Otto Wirzburgenſis Epiſcopus.
Manegoldus Patavienſis Epiſcopus.
* Citicenſis. — Engerardus* Ziſenſis Epiſcopus.
Gradiacus Bohemorum Rex.
Ludovicus Dux Bavariæ.
Leopoldus Dux Auſtriæ & Stiriæ.
Hermannus Landgravius Turingiæ.
Comes Albertus de Eberſtein.
Comes Adolphus de Sonneberch.
Comes Burchardus de Mannesvelde.
Berardus Bers . . . . .
Comes Ludovicus de Vuirtemberg.
leg. Burgravius. — Gebehardus* Buſclavius Magdeburgenſis.
Henricus de Stahenvverch.
Vualterus de Langenberg.
Henricus de Calandina Mareſcalcus Imperii.

Vualte-

Walramus de [illegible] Pincerna Imperii, & alii quam plures.

Signum Domini Friderici Secundi Romanorum Regis invictiſſimi, & Regis Siciliæ. ✠ Locus ſigilli.

Ego Conradus Dei gratia & Apoſtolicæ Sedis Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Sigefridi Moguntini Archiepiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Legati, ac totius Germaniæ Archicancellarii recognovi.

10. Acta ſunt hæc Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo decimo tertio, indictione prima, regnante Domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioſo, & Rege Siciliæ, anno regni ejus, Romani primo, regni verò ejus Siciliæ decimo ſexto.

Datum apud Egram per manus Bertholdi de Niſe, Regalis Aulæ Protonotarii, quarto Idus Julii.

Poſt annos ſex huic per omnia ſimilem AUREAM BULLAM *dediſſe reperitur Honorio Papæ Tertio, totidem verbis conceptam, quæ Romæ exſtat in Caſtello S. Angeli & in Bibliotheca Vaticana.*

FRIDERICI II. IMPER. AUG. RECESSUS SIVE CONSTITUTIONES

Anno Chriſti 1219.

COMITIORUM FRANCOFURDIANORUM. de anno MCCXIX.

Ex Alberico refert Auctor Magni Chronici Belgici, pag. 221.

REX FRIDERICUS Curiam apud Franckfordiam quatuordecim diebus habuit, ubi pluribus adunatis Principibus, multa de ſtatu & utilitate Regni tractata ſunt: injuſta telonea, injuſtæ monetæ, bella civilia, niſi de conſenſu & conſilio Regis & Principum, & omnes injuſtitiæ ſub judicio & pœna vitæ, à Regibus & Principibus interdictæ ſunt.

2. Ibique congregato exercitu Italiam intrare Imperator diſpoſuit, ut benedictioni Imperiali ſublimaretur.

FRIDERICI II. IMPER. AUG. CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1219.

De juribus ac privilegiis Civitatis Norimbergenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. FRIDERICUS II. divina favente Clementia Romanorum Rex & Semper-Auguſtus, & Rex Siciliæ. Cum ex debito Regiæ eminentiæ omnium Imperii fidelium jura piè debeamus & velimus favore tueri atq; gubernare ex abundanti Serenitatis noſtræ benevolentia eorum intendimus jura non ſolummodò roborare, verum quoque Regali augere potentia, quorum continua obſequia nobis ex ſuis meritis grata admodum ſunt & accepta.

1. Ad evidentiam igitur ſpecialis gratiæ ac dilectionis, quam gerimus ad charisſimam civitatem noſtram Nuremberg, antiqua jura à Divis prædeceſſoribus ac progenitoribus noſtris, inclitis Romanorum Imperatoribus & Regibus Semper Auguſtis eidem loco tradita, non ſolummodò confirmamus. Imò ſi quem habere videntur defectum, cum locus ille nec habeat vineta neque navigia, imò in duriſſimo ſit ſitus fundo, de mera benignitate ſupplemus.

2. Statuentes & profuturis temporibus incommutabiliter obſervari ſancientes, quòd quilibet ejusdem loci civis, nullum habere debeat Advocatum, præterquam nos & ſucceſſores noſtros Romanorum Reges & Imperatores.

3. Item quicunque civis antedictæ civitatis fecerit ſe alicujus muntman, tam civis ille, quàm qui hoc modo receperit eum, gratiam noſtram demeruit, & in utroque pax non violatur.

4. Item nemo aliquem civem loci illius duello impetere debet in toto Romano Imperio.

5. Item quicunq; alicui civi Norimbergenſi aliqua bona ſua ſive prædia, ſive feuda obligaverit aut impigneraverit, quocunq; illa bona obligata devolventur, ſive ad dominos ſive ad hæredes, civis ille, cui anteà fuerunt obligata, in quieta permaneat poſſeſſione, quousq; à ſucceſſore redimantur.

6. Item quicunque aliquem Norimbergenſem bonis ſuis, ſive prædiis, ſive feudis quocunque modo inbeneficiaverit; ſi forte Dominus feudi aliquo tempore illi feudum negaverit, vel ſi aliquis ipſum civem ſuper hoc impetierit, & civis cum ſuis concivibus teſtimonio legitimo comprobaverit ſe eſſe inbeneficiatum, in quieta permaneat poſſeſſione.

7. Item nullus Dominus aliquem Nurembergenſem compellere debet ad jus, quod appellatur *Lehenrecht*.

8. Item quicunque Dominus aut creditor alicui Nurembergenſi accommodata reddere renuerit, manſionarius illius aut mercator vel ſuus vogtman, erit pignus Norimbergenſibus.

9. Nullus Norimbergenſis ſit alienjus hominis gaphant de jure, nec unus mercator pro alio.

10. Item quicquid aliquis Norimbergenſis ibidem deliquit, pro quo delicto puniendus eſſet in perſona aut rebus, ſi ſatisfecerit Sculteto noſtro, nulli ampliùs reſpondere debet de hoc delicto, & gratiam noſtram percipiet.

11. Ad[illegible] ſæp[illegible] dis gratia pro jure ab omnibus prædec[illegible] Romanorum Regibus t[illegible] ad[illegible] & in luſta dinoſcitur, quam nos quoq[illegible] nus Imperii ab ipſis ſteuram exigit, non particulatim ſed in communi qu[illegible] vere debeat.

a Donavverdenſibus.

12. Item in nundinis *a* Werde, civis Norimbergenſis cum denariis [illegible] cambiet & emet aurum & argentum, & nemo prohibebit.

13. Similiter in nundinis Nortlingenſibus cum denariis Nurembergenſ[illegible] bient aurum & argentum; & Magiſter monetæ Nurembergenſis illuc ibit, ſi vo[illegible] ſuæ monetæ ibi formabit.

14. Nullus Norimbergenſis in celebratione Curiæ Regalis ibidem de aliqu[illegible] ſolvet theloneum.

b Auff der Aiſch.

15. In *b* Aſcha Nurembergenſes non magis ſolvent thelonei de rebus ſuis, quàm nauta [illegible] vi ſua.

16. De Ratiſpona usque Pataviam nullum ſolvent theloneum.

17. In civitate Wourmacenſi, in feſto Joannis Baptiſtæ, ſi unus Norimbergenſis dabit ib[illegible] libram unam piperis & duas chirothecas, anno illo nihil aliud ſolvent vel amplius Norimberge[illegible]

18. In civitate Spirenſi nihil ſolvent Nurembergenſes: è converſo Spirenſes nihil ſolvent ap[illegible] Nuremberg.

19. Ut igitur hæc noſtræ renovationis largitas & confirmationis ſanctio perpetuum recipi[illegible] gorem, atque in poſterum inviolabiliter obſervetur, hoc ſcriptum inde fieri juſſimus, ſigillo [illegible] Majeſtatis communitum, ſancientes, & interminatione gratiæ noſtræ diſtrictius, nec non [illegible] riculo rerum & perſonarum præcipientes, ne ulla omninò perſona alta vel humilis, ſecular[illegible] eccleſiaſtica, ullo unquam tempore ei contradicere præſumat, vel aliquo auſu temeritatis co[illegible] venire. Teſtes

Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus.
Otho Freiſingenſis Epiſcopus.
Henricus Eyſtetenſis Epiſcopus.
Seyfridus Auguſtanus Epiſcopus.
Aquenſis Præpoſitus.
Ludovic. Comes Palatini Rheni & Dux Bavariæ.
Leupuldus Dux Auſtriæ & Styriæ.
Bernhardus Dux Carinthiæ.
Comes Egeus Junior de Urach.
Henricus Nobilis de Nyfe.
Comes Conradus Burggravius de Nuremberg, Marchio de Baden.
Anshelmus de Juſtingen, Marſchalcus Imperii.
Philippus de Bonnl, & alii plures.

Ego Conradus Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Seyfridi ſanctæ Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopi ac totius Germaniæ Archicancellarii, recognovi. Actum incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo decimo nono: regnante piiſſimo Domino noſtro FRIDERICO II. divina favente clementia Romanorum Rege Semper-Auguſto, & glorioſo Rege Siciliæ, anno Romani Regni ipſius ſeptimo, Siciliæ verò viceſimo ſecundo, feliciter. Datum apud Nuremberg, anno ſupraſcripto, VI. Idus Novembris, VII. Indictione.

Anno Chriſti 1220.

FRIDERICI II. IMPER. AUG.
EDICTUM

De caſſandis ſtatutis adverſus libertatem Eccleſiæ editis.

Extat inter Honorii III Papæ Epiſtolas, libr. 5. epiſt. 483.

NOS FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, hac e[illegible] ctali lege irritamus, & præcipimus irritari omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates, [illegible] loca, Poteſtates, Conſules, vel quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel [illegible] ſonas Eccleſiaſticas edere, vel ſervare tentaverint adverſus Canonicas vel Imperiales ſan[illegible] Et ea de Capitularibus infra duos menſes poſt hujusmodi publicationem edicti penitus aboler[illegible] Datum Romæ in die Coronationis, &c.

Anno Chriſti 1220.

FRIDERICI II. IMPER. AVG.
CONSTITUTIO

Pro Eccleſiaſtica libertate.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus, & Rex Si[illegible] teſtatibus, Conſulibus, ac Comitibus univerſorum Comitatuum, & Caſtrorum [illegible]

Cum divæ memoriæ Imperatores Romani ſacroſanctam Eccleſiam multiplici lib[illegible] tarint, nos diſponente Deo, à quo eſt omnis poteſtas, ad faſtigium culminis Imp[illegible] pie ab illis, & a ſanctiſſimæ Sedis Præſulibus pro ſtatu Eccleſiarum & Eccl[illegible] edita, conſervare volumus inconcuſſa; & illis contraria, ſicut ad nos ſpectare [illegible] gnoſcitur a[illegible]

[illegible] noſtræ pervenerit, nonnullos ve[illegible] os quæ [illegible] præjudicantia Eccleſiaſticæ liber[illegible] juri [illegible] tanquam de radice pravitatis hær[illegible]cæ pro[illegible] præ[illegible]rium [illegible] mille marcharum, diſtrictiùs inhibentes, ne quis veſtrû [illegible] [illegible] inh[illegible] eorum prætextu Eccleſias & Eccleſiaſticos [illegible] contra [illegible] canonicas & [illegible] moleſtare. Quinimmo ea de noſtris Capitularibus ſeu breviariis [illegible] na[illegible] penitus ab[illegible] Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas permittatis indulta ſibi libertate gaudere, [illegible] vultis pœnam [illegible] re prænotatam, & indignationem Regiam evitare.

Datum in caſtris apud ſanctum Leonem, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo, Indictione octava, Kalendis Octobris.

FRIDERICI II. IMPER. AUG. CONSTITUTIONES

Anno Chriſti 1221.

CONTRA HAERETICOS.

FREDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, Semper-Auguſtus, dilectis Principibus, cunctiſque populis, quos Clementiæ noſtræ regit Imperium, ſalutem & gratiam.

1. Commiſſi nobis cœlitus cura regiminis, & Imperiale, cui dante Domino præſidemus, faſtigium dignitatis, materialem, quo diviſim à Sacerdotio fungimur, gladium adverſus hoſtes fidei & in exterminium Hæreticæ pravitatis exigunt exerendum, ut vipereos perfidiæ filios contra Deum & Eccleſiam inſultantes, tanquam materni uteri corroſores, in judicio & juſtitia perſequamur, maleficos vivere non paſſuri: per quorum a ſententiam ſeducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oves morbidas gravior infligitur corruptela. *a al. ſcientiā.*

2. Statuimus itaq; ſancientes, ut Hæretici, quocumque nomine cenſeantur, ubicumq; per Imperium damnati fuerint ab Eccleſia, & ſeculari Judici aſſignati, animadverſione debita puniantur. Si qui verò de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, juxta canonicas ſanctiones ad agendam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur.

3. Præterea quicumque Hæretici reperti fuerint in civitatibus, oppidis, ſeu aliis locis Imperii, per inquiſitores ab Apoſtolica Sede datos, & alios Orthodoxæ fidei zelatores, ii, qui juriſdictionem ibidem habuerint, ad inquiſitorum & aliorum Catholicorum virorum inſinuationem eos capere teneantur, & eos captos artiùs cuſtodire, donec per cenſuram Eccleſiaſticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta & gloriam æternæ vitæ damnabant.

4. Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes, quos ad fovendum Hæreticorum errores callidus hoſtis ſuſcitat advocatos, vel parat illicitos defenſores, maximè cùm idem facinus, quos inquinat, æquat, niſi monitione præmiſſa deſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum.

5. Eos præterea, qui convicti in uno loco de hæreſi ad alia loca ſe transferunt, ut cautiùs poſſint effundere virus Hæreticæ pravitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam: ut ſuper hoc per viros ab eodem errore converſos ad fidem, nec non & per alios, qui eos de hæreſi convicerunt, quod & in hoc caſu concedimus licitè faciendum, evidens teſtimonium habeatur.

6. Item mortis ſententiæ ducimus addicendos, ſi quos Hæreticorum ad judicium tractos, in extremo vitæ periculo hæreſin abjurantes, poſtmodùm de falſo juramento conſtiterit & de fide mentita convinci, ac eos contigerit ejuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidivam, ut ſibi damnabiliùs iniquitas ſit mentita, & pœnam debitam mendacium non evadat.

7. Omne inſuper proclamationis & appellationis beneficium ab Hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem, penitus amovemus, volentes ut de finibus Imperii, in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, Hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur.

8. Cæterùm quia, quanto majora divinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filiis hominum obtinemus, tanto devotiora debemus obſequia gratitudinis conferenti. ſi quando igitur in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excandeſcat auctoritas, ſi reos læſæ majeſtatis in perſonis eorum & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus; multo fortius juſtiuſque contra Dei blaſphematores nominis, & Catholicæ fidei detractores provocamur, eorundem Hæreticorum, receptatorum, fautorum, & advocatorum ſuorum, ac eorundem hæredes & poſteros uſque ad ſecundam progeniem, cunctis beneficiis temporalibus, publicis officiis, & honoribus Imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoria criminis continuo mœrore tabeſcant, verè ſcientes, quòd Deus zelotes eſt, & peccata patrum in filios potenter ulciſcens, nec quidem à noſtræ miſericordiæ finibus duximus excludendum; ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces latentem patrum perfidiam revelarint, quacumque reatus illorum animadverſione plectantur, prædictæ puniti omnino non ſubjaceat innocentia filiorum. *Exod. 34. Jerem. 32.*

9. Adhæc notum fieri volumus, Fratres Prædicatores & Minores, pro fidei negotio in partibus Imperii noſtri contra Hæreticos deputatos: cæteros quoque, qui ad Hæreticos judicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum ab Imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo ſub noſtri Imperii ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes ſub ope ac recommendatione fidelium Imperii eſſe volumus inoff[illegible]ſos · univer[illegible] veſtræ mandantes, quatenus quocumque & apud quemcumq; veſtrum pervenerint, benignè recipiatis eoſdem, & perſonas eorum ab incurſu Hæreticorum eis inſidian-

[illegible] ducatum, [illegible] Hæreti[illegible] vero, quos [illegible] [illegible] do[illegible] [illegible] rentur [illegible], quod [illegible] ipſius [illegible] [illegible] ad exp[illegible]ndam de [illegible] [illegible] famam, opem & operam una cum [illegible] [illegible] ens vel remiſſus ac etiam in[illegible] [illegible] pabil[illegible] apparere. Datum * Paduæ XXII. Feb. [illegible]

CONSTITUTIO II.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus, Hi[illegible] Rex, dilectis Principibus ſuis, Venerabilibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, ali[illegible] cleſiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Poteſtatibus, Scult[illegible] Advocatis, Judicibus, Miniſterialibus, Officialibus, & omnibus per totum Im[illegible] præſentes litteras inſpecturis, fidelibus ſuis, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Inconſutilem tunicam Dei noſtri diſſuere conantur Hæretici, & vocabuli [illegible] quod ſignificationem diviſionis denunciat, in ipſius indiviſibilis fidei unitate nituntur [illegible] ctionem, & oves à Petri cuſtodia, cui paſcendæ à paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. [illegible] [illegible] rapaces intrinſecus, eo uſque manſuetudinem prætendentes ovium, quouſque ovi[illegible] [illegible] are Dominicum, quod poſt ipſorum interitum deſiderant demoliri: hi ſunt ang[illegible] pravitatum ſunt filii a patre nequitiæ & fraudis auctore ad ſimplices animas deſtinati [illegible] columbas decipiunt: hi ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine v[illegible] mere, ut vitæ cibum ſe ſimulent miniſtrare, à cauda feriunt, & mortis poculum velut quo[illegible] [illegible]mum venenum immiſcent. Horum ſectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, n[illegible]

a al. concepræ.

tatæ nominibus, vel (quod eſt fortè nephandius) non a contentæ, ut velut ab Arrio Ar[illegible] Neſtore Neſtoriani, aut à ſimilibus ſimiles nuncupentur: ſed in exemplum Martyrum, qu[illegible] Catholica martyrium ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni.

2. Hujuſmodi verò miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas Divinitatis ætern[illegible] uno contextu nequitiæ inſimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & ſeipſos. D[illegible]

b ms. Filium.

Dei fidem & b conſilium non cognoſcunt: decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpecie ſpiri[illegible] moniæ, Hæreticæ pravitatis oblectamenta miniſtrant: crudeliùs etiam ſæviunt in ſeipſos, d[illegible] animarum diſpendium, corpora denique ſeveræ mortis illecebris, quam per agnitionem v[illegible] veræ fidei firmitatem poſſent evadere, vitæ prodigi & necis improvidi ſectatores, involun[illegible] quod eſt ipſo dicto duriſſimum, ſuperſtites etiam non terrentur exemplo.

3. Contra tales, Deo, ſibi & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus n[illegible] quin debitæ ultionis in eos gladium exeramus, tanto ipſos inſtantiùs perſequentes, quanto in[illegible] deteriorem deluſionem fidei Chriſtianæ prope Romanam Eccleſiam, quæ caput omnium E[illegible] rum judicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latiùs exercere dinoſcuntur, adeò quod ab It[illegible]æ f[illegible] præſertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorum ne[illegible] [illegible] re, jamque uſque ad regnum noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ rivulos deriva[illegible]

4. Quod acerbiſſimum reputantes ſtatuimus in primis, ut crimen hæreſeos & damnatæ [illegible]

* l. manichæos, C. de hær.

cujuſlibet, quocunque cenſeantur nomine ſectatores, prout * veteribus legibus eſt indictum, [illegible] ter publica crimina numerentur, immo crimine læſæ majeſtatis noſtræ debet ab omnibus [illegible] bilius judicari, quod in divinæ majeſtatis injuriam noſcitur attemptatum, quamvis in recti ju[illegible]

* l. pen. C. ad l. Jul. majeſt. § interdum, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. c. al. tegantur.

poteſtate alterum alteri non excellat. Nam ſicuti * perduellionis crimen perſonas adimit damna[illegible] torum & bona, & damnat poſt obitum memoriam defunctorum: ſic & in prædicto crimine, q[illegible] Patareni notantur, per omnia volumus obſervari, ut ipſorum nequicia, qui quia Dominum n[illegible] ſequuntur, in tenebris ambulant, detegatur. Nemine etiam deferente inveſtigari volumus d[illegible]g[illegible] ter hujuſmodi ſcelerum patratores, & per Officiales noſtros ſicut & alios malefactores inquiri, in vinculis detineri inquiſitione notatos; & ſi levis ſuperſtitionis argumento [illegible] tangantur, à v[illegible] Eccleſiaſticis & Prælatis examinari jubemus. Per quos ſi inventi fuerint à fide Catholica ſal[illegible] articulo deviare, ac per ipſos paſtorali more commoniti, tenebroſi diaboli relictis inſidii[illegible] nol[illegible] rint agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepta * inſtantia perſeverent, præſentis noſtræ [illegible]

* ms. in ſtria.
* ms. dampnando fore [illegible] Patar.

edicto * damnatos mortem pati Patarenos alioſque Hæreticos, quocumque nomine cenſean[illegible] decernimus, ut (quod adfectant) vivi in conſpectu hominum comburantur, flammarum co[illegible] judicio animarum incendia patiantur. Nec dolemus, quod in hoc ipſorum ſatisfacimus vol[illegible] ex quo pœnam ſolummodò, nec fructum alium conſequuntur erroris: volumus tamen, [illegible] nos pro talibus nemo intervenire præſumat. Quod ſi qui fecerit, in ipſum noſtræ indignat[illegible] nis aculeos non immeritò convertemus. Datum Paduæ XXII. Febr. XII. Indictione.

CON[illegible]

CONSTITUTIO III.

[illegible] Dei gratia [illegible] Semper Augustus [illegible] oc [illegible] utores, qui [illegible] vel [illegible] is omnibus bonis [illegible] nle [illegible] quos [illegible] nus admittantur. [illegible] modi d [illegible] de cujus [illegible] manifestè probatur & liquet, [illegible] quam [illegible] de Imperiali clementia restitutionis beneficium in integrum consequatur.

[IN]CIPIUNT CAPITULA CONSTITUTIONIS CONTRA *Patarenos edita per Dominum Fredericum Illuſtrem virum, Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem & Siciliæ Regem.*

1. Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, Circumciſos, Paſſaginos, Joſeppinos, *a* Car[ca]enſes, Albanenſes, Franciſcos, *b* Bennaroles, Comiſtas, Waldenſes, *c* Burga[r]os, *d* Commmellos, *e* Barrinos & Ortholenos, cum illis de Aqua nigra, Pauperes de Lugduno, & omnes Hæreticos utriusq; ſexus, quocumq; nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atq; bannimus, cenſentes, ut bona talium confiſcentur, nec ad eos ulterius revertantur, ita quòd filii eorum ad ſucceſſiones pervenire non poſſint, cùm * longè ſit gravius æternam quam temporalem offendere majeſtatem. Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, juxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quòd ſi ſic banniti per annum permanſerint, extunc eos ſicut Hæreticos condemnamus.

a al. [illegible] *ſes.* *b al.* Ba[illegible]rolos. *c al.* Ro ca[illegible]. *d al.* Cummunellos. *e al.* Varinos. * vergens, de hæret.

2. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut † Poteſtates & Conſules ſeu Rectores, quibuscumq; fungantur officiis, pro defenſione fidei præſtent publicè juramentum, quòd de terris ſuæ *f* ditioni ſubjectis, univerſos Hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quod amodò, quandocumque quis fuerit in perpetuam Poteſtatem vel temporalem aſſumptus, hoc teneatur juramento firmare capitulum: alioquin neque pro Poteſtatibus, neque pro Conſulibus, ſeu conſimilibus habeantur, eorumq; ſententias extunc decernimus inutiles & inanes. Si verò Dominus temporalis, requiſitus & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab Hæretica pravitate, poſt annum à tempore monitionis elapſum terram ipſius exponimus Catholicis occupandam, qui eam exterminatis Hæreticis abſq; ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent, ſalvo jure Domini temporalis, dummodò ſuper hiis nullum præſtet obſtaculum, neq; aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege ſervata contra eos, qui * non habent Dominos temporales Principales.

† Concil. Biterrens. ca. 12. *f al.* juriſdictioni. * Abeſt negativa in mſ.

3. Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores Hæreticorum bannimus, ſtatuentes, ut ſi, poſtquam quilibet talium fuerit fidelium excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo jure ſit factus infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad tractatus aliquos eligendos hujusmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis alicujus ſucceſſionem accedat. Nullus ei præterea ſuper quocumq; negocio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quòd ſi Judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat roboris firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus *a* notitiam perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio autem fuerit, inſtrumenta confecta per manum ipſius, nullius penitus ſint momenti.

a al. audientiam.

4. Adjicimus inſuper, quòd Hæreticus per Hæreticum convinci poſſit: & quod domus Patarenorum, receptatorum, defenſorum, & fautorum, ſive ubi docuerint, ſive ubi aliis manus impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reparandæ. Datum Paduæ, XXII. Febr. XII. Indictione.

Hæreticus per Hæreticum convinci poteſt.

FRIDERICI II. IMPER. AUG. DECRETUM

Anno Chriſti 1223.

Proſcriptionis Comitum Haſpurgenſium propter vim Eccleſiæ Beronenſi illatam.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, & Rex Siciliæ, univerſis Principibus Alamanniæ, tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, & aliis Imperii fidelibus, ad quos literæ iſtæ pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum. Univerſitati veſtræ tenore præſentium volumus eſſe notum, quod veniens ad præſentiam noſtram Dietricus Beronenſis Eccleſiæ Præpoſitus, fidelis noſter, [illegible] Celſitudini noſtræ conqueſtione monſtravit, qualiter Wernherus & Hartmannus Comites de K[illegible]bu[rg], e[illegible]m Eccleſiæ ſuæ damna enormia irrogantes, cum & alios Canonicos ſu[os] in eadem Ecc[le]ſia Domino famulantes, de gremio ipſius Eccleſiæ turpiter ejecerunt, quòd [illegible] ipſ[illegible], nec ali[q]uis Canonicorum, ſex jam annis elapſis, ad ſerviendum DEO ibidem audeat [illegible]rere. [illegible] licet per Conſtantienſem videlicet Dioceſanum Epiſcopum excommunicationis ſen[tentia] contra eos propter hoc fuerit promulgata, & terra eorum ſuppoſita interdicto, ipſi nihilominus in c[ontem]ptum DEI & Eccleſiæ adverſus ipſum, & Eccleſiam ſuam in nullo ſa[tisf]ac[e]r[e] procurarunt, in eadem contumacia contumaciter permanſerunt, ſic quòd eadem

 excom-

excom[illegible] ſententia per Summum Pontificem extitit [illegible] Præpoſ[illegible] Venerabilium Ciccnſis, Tridentini & Brixinenſis [illegible] quàm plu[illegible] tam Imperii quàm * Regni Magnatum, Excellentiæ noſtræ h[illegible] quod ad Imperiale ſpectat officium, exinde proſequi dignaremur. Nos igitur pro[illegible] rum Comitum contumaciam attendentes ad petitionem quoq; prædi[illegible] Conſtan[illegible] Epiſcopi, cujus cenſuram eccleſiaſticam, Dei timore poſtpoſito, dicti Comites per[illegible] aſſeritur, contemnentes, ab infeſtatione ipſius Eccleſiæ non deſiſtunt, cùm abſonum [illegible] ſtro, tam enormes Eccleſiis Dei violentias irrogari, quas ex collata nobis plenitudin[illegible] ſenſare modis omnibus & fovere tenemur, præſentibus prædictis Principibus & cæt[illegible] quàm Regni Magiſtratibus, prædictos Comites excommunicationis ſententiam cont[illegible] tentialiter proſcriptos denunciamus, mandantes ipſos de cetero velut proſcriptos ab om[illegible] ri. Prætereà HEINRICO Romanorum Regi filio noſtro per literas noſtras dedimus in[illegible] eosdem Comites pro prædictis memoratis exceſſibus proſcriptos denunciet, & ab ipſa pro[illegible] ipſos decernimus non ſolvendos, niſi prædicto Præpoſito condignè ſatisfaciant & Eccleſiæ ſuæ debent. Data in Campania, apud Muntem S. Joannis, die XXIII. Februarii, XI. Indict.

*Siciliæ, quod pater ejus Henricus VI Imp. cum Imperio reduniverat.

Anno Chriſti 1226.

FRIDERICI II. IMPER. AUG.
PRÆCEPTUM

De Pataviensi Decano, Papæ adverſus Imperium adhærente, capiendo & plectendo.

IMP. FRIDERICUS Auguſtus, Ottoni Bojorum Duci & Palatino Comiti Rheni, gratiam & omne bonum. Certior factus ſum literis Eberhardi Archiepiſcopi Juvavenſis, atq; Frideri[illegible] cis Auſtriæ, a Albertum quendam Sacerdotulum, authoritate Gregorii, qui dicitur Papa, in [illegible] vicia jactare eumq; in vicis, oppidis, caſtellis tuis habitare. Quàm id impium ſit, tute exiſtimare p[illegible] Morte moriatur, qui maledicit Principi ſuo. Te atq; tuum avum ex infimo loco, ego & avus m[illegible] faſtigium ſummum eveximus; hujuſcemodi crimini læſæ Majeſtatis obnoxius exigatur. Data [illegible] dione Faventiæ, quarto Nonas Octobris.

a Decanum Pataviensem, ex familia de Behaim.

Anno Domini 1227.

FRIDERICI II. IMPER. AVG.
EDICTUM

De Papæ Romani tyrannide & Antichriſtianiſmo, adverſus conjurationem Principum Imperii in Comitiis Budiſſinis congregatorum.

FRIDERICUS Auguſtus ubi reſcivit, pleroſque conjuratorum Principum apud * Budeſin, ut condictum erat, Comitia Cæſarea habere, Principibus cunctis, maximè Ottoni Bojorum Regulo, Præfectoque prætorio Rheni, literas mittit. Illarum literarum hæc ſententia fuit:

*Aventin. Annal. Bojor. lib. 7. fol. 541.

Pleraq; crimina ſibi objecta a Romano Pontifice negando diluit, alia in illum retorquendo confutat. Pontifices Romanos auctos divitiis & dignitate a ſe atq; cæteris Imperatoribus, æmulos eſſe pertinaciſſimos omnium Regum atq; Principum, neq; parem ultra ferre poſſe. Manibus pedibu[illegible] qu[illegible] noctes diesq; id eos conari, ut non tam ſe, quàm SS. Romano Imperio, tanquam capite oppreſſo, facile cæteris membris omnibus ſervitutem imponant: affectare eos dominationem atq; di[illegible]nitatem nempe ut ab omnibus haud aliter, imò magis, quàm Deus timeatur. Nam multos Antichriſtos ine[illegible]e Romanenſibus illis, nec ullos alios, quemadmodum opera oſtendunt, exitio Chriſtianæ religioni eſſe. Se quidem optimè ſentire de Chriſto atq; ejus religione prædicat, nihilq; magis cupere, quam ut ſuo tempore Reſpublica Chriſtiana priſtinam majeſtatem, ſimplicitatem & pacem recuperet. Quod fieri nequaquam poteſt, niſi ſpinæ eradicentur, hoc eſt, ambitio, ſuperbia, faſtus, luxus Sacerdotum Romanorum, ſubtractis opibus atq; divitiis extirpentur radicitùs. Copia rerum ſapientiſſimos quoque corrumpere ſolet: in rebus divinis non ſolum Romanum Epiſcopum, ſed unumquemq; Sacer[illegible]tem ſibi patrem fore, modò rebus prophanis ſibi commiſſis abſtineat, proponit. Imperium Chriſtianum, cujus ipſe caput conſtitutus ſit à Deo, non armis, non vi opprimi poſſe: ſed luxuria, cupid[illegible] quæ radix omnium malorum eſt, enervari, adulterari, corrumpi. Quod ne fiat, ſe obviam iturum ſummoperè pro commiſſo ſibi à Deo negotio, poteſtate enſeq; divinitùs tradito contra eni[illegible] ovili paſtorem, populo Pontificem, mundo parentem, detracta perſona lupi, Tyranni, atq; D[illegible] reſtituat; ut eundem abdicata Regnorum, humanarum litium cura, prophanorum negoti[illegible]rum a[illegible]niſtratione, quibus illi interdictum ſit, ad æmulanda pauperis Chriſti, cujus Vicarium ſe ja[illegible]itat, [illegible]gia cogat: ſe ampliùs neq; paſſurum, ut Chriſtianæ plebi lupus ovina pelle tectus diutius impon[illegible] pus vel maximum pietatis eſſe atq; charitatis, gratiſſimum immo[illegible] Deo, opes & aurum, [illegible] malorum, Sacerdotibus auferre. Namq; hæc (inquit) perniciem eſſe religionis, adeo u[illegible] ho[illegible] qui dicitur Papa, divitiis nimiùm auctus, maximo pietatis Chriſtianæ detrimento, omnia [illegible] more Tyrannorum peſſimorum putet, rationem actuum nemini, quaſi ſit Deus, re[illegible]d[illegible] quod ſoli Deo convenit, uſurpet; ſe errare, ullave mendacii religione aſtringi non poſſe,

[illegible] ſimulque imperioſè poſtulat. Fraudes, dolos, com[illegible] [illegible] intus & in cute notum eſſe. Proinde quicunq; rem Chri[illegible]amesse ve- a ſc. Imperatoris.
[illegible], & cauſſam Chriſti Servatoris noſtri, omnium denicq; Chriſtianorum agenti, bene [illegible] in obſidione Æſculi, Julii duodevicesimo die, Indictione tertia decima.

[illegible] formâ, mutatis mutandis, ad cæteros Imperii Principes perſcripſit, in primis Wenceslaum Bohemiæ Regem, ad quem & aliam adjecit a Legatis perferendam, quæ ſequitur.

* *De quibus conjuratorum Comitiis pro electione novi Imperatoris indictis, ſic ſcribit Aventinus l. 7. Annal. Bojorn. fol. 536.* Primus Imperatorum, ſicuti & in libris Pontificalibus legimus, & diplomata oſtendunt, FRIDERICUS ille Secundus tanta immunitate Sacerdotum genus condonavit, quâ mox adverſum eum abuſi ſunt Romanenſes. Matthæo igitur Dominicano (ut nihil hoc genus hominum, ſicuti vulgò dici ſolet, non audet) potiſſimum conſultore, dum Imperator Germanis rebus intentus, devictâ Auſtriâ Tauriſu hyemat, Romani Flamines cum Jacobo Teupolo Duce Venetiarum, quem Dominum Croatiæ atq; Dalmatiæ, quartæ partis & dimidii totius Romani Imperii, in epiſtola cohortatoria ad eum data, nuncupant: cum Mediolanenſibus, Bononienſibus, Brixienſibus, Civibus, Epiſcopis, item cæteris Longobardis, quibus utilius bellum quam pax videbatur, dato his Gregorio à Montelongo Duce, valentiſſimè conſpirant, occaſionem rebellionis faciendæ præſtolantur. Et ne Germania ſuppetias ferre poſſet, bona concordiæ pellere, diſcordiæ mala ſerere, in Germania orbeq; Romano decernunt. Principes, Equites, avariſſimum quemq; & maximè honorum, pecuniæ ſtudioſum, decimis, Eccleſiaſticis opibus eisdem diſtributis, adverſus Pontifices concitare conſtituunt. Hocq; conſilium magis Gregorium tentare voluiſſe, quàm quòd æquum aut juſtum cenſeret, aut deniq; ex animi ſententia votoq; ſucceſſurum ſperaret, ejus epiſtolæ indicant. Quippe conquerente etiam Nuncio ſuo, Epiſcopos, quos hic devoverat, ipſe nihilo ſeciùs benignè datis ad eosdem literis, diſſimulatâ devotione *fratres* ſuos *venerabiles* appellat. Nec legatum tanto tempore, efflagitantibus conſciis, virum gravem, aut Senatorem quempiam mittere voluit: maxima ex parte ipſe Suevorum conatus fruſtratus eſt, complorante id Alberto, inſtitore hujus negotii tragico modo. Poſteaquam ergo Italiæ pleriq; cives, Epiſcopi, Dynaſtæ conjurarunt, vulturii Romanenſes (res antè cum *b* filio Auguſti tentata non proceſſit) alia via aggrediuntur. Fridericus Auſtriacus proſcriptus ab Auguſto, pulſus patria, exutus urbibus, vicis, caſtellis, Neoſtadii in confinio Auſtriæ, Stiriæ circumſidebatur. Is primus haud gravatim, ſpe recuperandi perdita, ſocius acceſſit. Eadem tempeſtate Conradus Tulloſius Fruxinenſis Epiſcopus ob limites, uti fit, cum Ottone Regulo Bojorum, Præfecto prætorio Rheni, diſceptabat, ut ſuaq; ditione omnes non ſuæ partis à ſacris arcebat, clauſiſq; templis, nemine niſi ſuis admiſſis, rem divinam fieri præcipiebat. Moguntinus quoq; Archimyſtes itidem Ottoni ob præreptum ſibi *c* Laureacum, vetuſtiſſimum Monachorum contubernium, diras atq; inferias dixerat. Pontifex Romanus, invitis hiſce Epiſcopis, Moguntino atq; Fruxinenſi, atq; inconſultis, Ottonem ad ſe provocantem ſolvit; fama ſimul diſſipat, Ludovicum patrem Ottonis, Principem in orbe Romano pietate, ſapientia, armis, eloquentia, opibus, virtute nulli ſecundum, crudeliter ſcelere Imperatoris FRIDERICI, ſpecie amicitiæ, coram familia conutatuq; nihil mali ne ſuſpicantem quidem trucidatum eſſe. Idcircò ejus filius Otto, qui principatum inter Germaniæ Regulos obtinebat, credulus his & ob ſuperiora beneficia operam ſuam pollicetur; plus etiam, quam petebatur, promittit. Ultrò arces, urbes, caſtella, quò conjurati tutò ſe reciperent, atq; ibi de ſumma rerum conſultarent, aperit. Wentzeslaum quoq; Regem Bojemiæ cognatum ſuum in parteis trahit. Hiq; anteſignani primas ſibi parteis conjurationis in Germania ſumpſere, ſociosq; Belum IV. Regem *d* Ugrorum affinitate; Hainricum Ducem Poloniæ, filium D. Hedvvigæ, ſanguine Ottoni conjunctum, adſciſcunt. Mater hujus ex Bojaria ab Andechs oriunda erat: ille filiam ſuam Eliſabetham Hainrico filio Ottonis deſponderat: & Ludomia mater Ottonis Bojema erat. Filium deinde *e* Cimbrorum Regis ſpe Imperii alliciunt. Ottocaro Regis Bojemiæ filio, Friderici Auſtriaci, qui liberis careret, neptis deſpondetur, hocq; connubio viam ſibi ad Auſtriam, Stiriamq; Bojemi aperiebant. Hi omnes invicem ſibi jurejurando ſacramentiq; religione fidem aſtringunt. Ipſis potentia Friderici Auguſti atq; opes formidoloſæ erant. Prætereà Pontificum dignitatem atq; vires moleſtè ferebant animo, hoc novo aucupio inhiantes eorum divitiis inhiabant. Ubi ſe pares viribus Imperatoris fore exiſtimarunt, Budeviſſii (oppidum eſt Bojemiæ) convenire; filium Regis Danorum rebus imponere ſtatuunt: à Pontifice Romano poſtulant, ut eodem Legatos fortes, graves, ſapientes mittat, qui hiſce Comitiis Cæſareis interſint.

b Conrado IV. Rege Romanor.

c Laurishaim.

d Hungarorum.

e Filius Regis Danorum ad Imperium expetitur.

Anno Chriſti 1227. Avent lib 7. Annal Bojor. fol. 542.

FRIDERICI II. IMPER. AUG.
MANDATA

A[illegible] Regem Bohemiæ, ut Imperio fidem adverſus Papæ tyrannidē & iniquas machinationes conſervet.

IMPERATOR cum ſuperiori Epiſtola Legatos, Conventu in Bojaria indicto, ad Wentzeslaum Regem proficiſci jubet, qui illum officii admoneant, beneficia a majoribus Imperatoribus in gentem Bojemiæ collata commemorent. Duces Bojemiæ ab avo patruoq; Imperatoribus Regio diademate [illegible]tos eſſe, quorum tertius ſit Wentzeslaus; ſpectandam eſſe audaciam Romanorum Flaminum, ne ho[illegible] in fallacia ſeductus, ſe atq; Rempublicam diſcordiæ malis perditum eat. Pontificem Romanum in[illegible]ari nationi orbis reginæ. Ideò dare [illegible] illum operam, ut ejus valentiſſimas gentes, Bojemos, Teu[illegible], Vened[illegible]s, Sclavos, Danos, Cimbros, Ugros, committere quovis queat modo. Cives ad[illegible]rius civ[illegible], Monachos adverſus Myſtas, hos in Epiſcopos ab eodem concitari. Præſules Pontificios, divi[illegible] cultu illis cultu, mitra, pedo, lituoq; Pontificio æquari; prophanos, avariſſimum quemq; atq; [illegible] maxime

* ſc. Germaniæ.

a ſc. Pontificem Rom. Papa per diſcordiam civilem & bella inteſtina quærit Imperium Francicū & Germanicū deſtruere.

maximè ſtudiorum [illegible] is diſtributis, contra Sacerdotes bene ſentientes ſollicita [illegible] nenſes illi, opera eorum oſtendere. Chriſtum mundo pacem dediſſe; illos bella civilia [illegible] ces, Regulos, Tetrarchas, eisdem ſalſis Chriſtis cohortantibus, invicem ſævire, & ve [illegible] guſto capiti ſuo repugnare, atq; divinæ majeſtati reſiſtere; Gregorium IX. captum Imperii [illegible] dine, ut ſolus regnet, omnia perturbare atq; commiſcere, cuncta tumultu complere, ut [illegible] ſum univerſa f[illegible]antur. Jam pridem eos, qui Babyloniæ, hoc eſt, Romæ templo Dei incuben[illegible] tatem affectare, & aſtutè id diſſimulare; ſolasq; Germanicas vires ab his timeri, quas u[illegible] ſibi paria componant, Vulpeculas illas conari: ut Germania illa victrix terrarum, ejus bellico[illegible] populi, Venedi, Sclavi, Ugri, Dani, Teutones, ſuis viribus, mutuis vulneribus corruant, ſum [illegible] illos ſtudere. Ita exangues atq; defeſſos prædæ effœminatis illis, libidini atq; ſervituti primarii [illegible] dotis proculdubio obnoxios fore. Aliter non orbem terrarum, neq; cunctas gentes conglobatas, [illegible] buſtiſſimis Germaniæ gentibus quicquam officere poſſe. Omnes homines naturâ proclives ad mal[illegible] omnia mala exempla ex bonis initiis orta eſſe. Ubi ſemel Romanus Sacerdos gladium nactus eduxerit, neminem licentiæ ejus atq; furori finem aut modum ſtatuere auſurum, neq; illum ceſſaturum, donec omnes, juxta bonos ac malos, in ſervitutem redigat. Ac nos tandem ſero eventu rerum, malisque noſtris edocti ſapere cogamur.

Hæc ubi dicta ſunt à Legatis, Rex Bojemus commutato aoimo, alioqui Pontificis Maximi conatus, quòd Legatum *a* petentibus non miſerat, ſuſpectos habens, cœpta improbat, ſe in poteſta[te] Auguſti atq; Cæſaris fore reſpondet, atq; fœdus novis ſacramentis, datis obſidibus, Egræ conſil[io] habito, redintegrandum decernit. Idem cæteri Principes cenſent. Ottonem Bojum, qui aberat, hujus diſcordiæ auctorem, contra Rempublicam feciſſe, crimine perfidiæ, proditæ Majeſtatis, popul. Chriſtiani, accerſendum eſſe *b* ſtatuunt.

a ſc. Principibus ad comitia Budiſſina conventuris.

b. ſc. in Comitiis Egranis

Anno Chriſti 1229.

FRIDERICI II. IMPER. AVG.
PRÆCEPTUM
De metallifodinis in Comitatu Palatino Rheni.

FRIDERICUS SECUNDUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, & Rex Siciliæ. Dignum eſt & conſentaneum rationi, ut hi, qui ad exaltationem noſtram votis fidelibus & ſervitiis præclaris aſpirant, à munificentiâ noſtrâ ampliora beneficia conſequantur. Hac itaque conſideratione inducti, univerſis Imperii fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, notum facimus, quòd nos attendentes ſinceram fidem & devotionem, nec non & obſequia, quæ dilectus conſanguineus noſter Ludvvicus Dux Bavariæ Palatinus Comes Reni, Majeſtati noſtræ frequenter exhibuit, & inantea poterit exhibere, ex vera ſcientia & de mera liberalitate noſtra donavimus ſibi & hæredibus ſuis, & in rectum feudum conceſſimus, omne genus metalli tam in auro & argento, quàm in aliis, quod in terris patrimonii & feudi ſui fuerit repertum, cum omni jure & utilitate exinde perveniente, & quam nos & Imperium percipere deberemus. Statuimus igitur & auctoritate Regia diſtrictè præcip[i]mus ut nulla unquam perſona, alta vel humilis, eccleſiaſtica vel ſecularis, contra hanc noſtram conceſſionem venire præſumat; quod qui præſumpſerit, offenſam noſtram & gravem indignatinnem incurret, & pro pœna temeritatis ſuæ centum libras auri componat, quarum medietas Cameræ noſtræ, altera verò paſſis injuriam perſolvatur. Ad hanc autem noſtræ donationis & conceſſionis memoriam præſens privilegiũ inde ſcribi, & ſigillo Magnificentiæ noſtræ juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt:

Cunradus Ratiſponenſis Epiſcopus.
Otto Friſingenſis Epiſcopus.
Otto Dux *a* Moraviæ, Palatinus Comes Burgundiæ.
Comes Cunradus de *b* Sosburch.
Genehardus Landgravius de Luikenberg.
Diepoldus frater ejus.
Anshelmus Mareſcalcus de *c* Finſtingen.
Ramungus de Svvabach.
Albertus *d* Lupus.
Albertus Rindeſmul, & alii quàm plures.

a leg. Meraniæ.

b. [illegible]ulenberg.

c. leg. Juſtingen. et

d. Wolf.

Ego Cunradus Metenſis Epiſcopus & Spirenſis, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Sifridi Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopi & totius Germaniæ Archicancellariæ, recognovi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCCXCIX. Indict. VIII. regnante Domino noſtro FRIDERICO Dei gratia Illuſtriſſimo Romanorum Rege ſemper-Auguſto, & Rege Siciliæ; anno Regni ejus in Germania ſeptimo, & in Sicilia viceſimo ſecundo, feliciter.

Anno Chriſti 1232.

FRIDERICI II. IMP. AUG.
CONSTITUTIO
De Metallifodinarum privilegio Dominis Plauenſibus conceſſo.

FRIDERICUS II. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper-Auguſtus, Hieruſolimitanæ & Siciliæ Rex, Dilectis ac Nobilibus ſibi Heinrico ſeniori, Regni noſtri Advoc[a]to, & excre[illegible]

ri[illegible]ri

noſtri Capitaneo, Domino de Plauen, & Heinrico Juniori, ſtrenuo militi ejus filio ſalutem in perpetuum.

Conſideratâ devotione veſtrâ quam geritis circa Deum, propter quem non tantùm laborum & rerum, verùm etiam proprii ſanguinis effuſione & prodigi mortibus vos indifferenter expoſuiſtis ad propulſandum & evacuandum gentilitatis errorem, tum maximè cum circa Ratisbonam civitatem noſtram, ſanctæ Mariæ & matris Eccleſiæ inimicos ex campo expuliſtis & occidiſtis, ad laudem Dei noſtri & ſacri Imperii, veſtræq; ſtirpis ad honorem, propter quam veſtram ſtrenuitatem, multa commoda nobis & Eccleſiæ evenerunt. Comperta igitur ſidelitate ſingulorum & omnium veſtrorum progenitorum ex nobiliſſima proſapia veteranorum Romanorum oriundorum, quam in obſequiis noſtris & Imperii indefeſſam invenimus & probatam. Operæq; pretium judicamus veſtris expenſis & laboribus Imperiali noſtra munificentia ſubvenire. Propterea vobis Heinricis ſeniori & juniori de Plauen, & omnibus veſtris hæredibus facultatem concedimus, & poteſtatem quærere & ſodere aurum & argentum, aliaq; omnia metalla uti debeatis & poſſitis. Et ſi quæ in præſenti vel in poſterum auriſodinæ vel argenti ad cujuscunq; æris commoda, vel utilitates in territorio diſtrict. Dominationis veſtræ ſupervenerint, hæc vobis & hæredibus cedant cum proventu omnimodo, Nobis nec alicui ulli aliquid inde teneri debere. Inſuper indulgentes vobis & hæredibus veſtris maſculis, ut debeatis & poſſitis aureos Groſſos & Denarios monetare, quæ ab omnibus Chriſti fidelibus, ut bona moneta tanquam noſtra accepta debet eſſe & rata. Donamus etiam oppida Aſchk & Selb cum omnibus eorum requiſitis, quatenus per amborum veſtram vitam de noſtro beneplacito & conſenſu ea poſſideatis, & deinceps ſemper frui poſſitis. Et ſi quando contingat, nos ex hac vita decedere præ omnibus aliis hæredibus noſtris oppignorari debent. Ad evidentiam autem & perpetuitatem omnium promiſſorum præſentem paginam noſtri ſigilli appenſione munitam vobis decernimus indulgendam. Datum ad portam Naonis in Carinthia, Anno ab incarnationis Domini 1232. 10. Maji indictione quinta.

Ad mandatum Cæſareæ Majeſt.

*Uladislaus Rex Bohemiæ. * for. Wenceslaus.

& Albertus de Ceſskovitz Archicamerarius Cæſ. Majeſt.

HENRICI VII. CÆSARIS RESCRIPTUM

Anno Chriſti 1233.

Pro illis, qui apud Liberas Civitates Imperii Monaſteriis vel Collegiis obligati eſſent, ne à Civitatum magiſtratibus ad exactionum, quæ aut Imperii nomine, aut Reipublicæ cauſa, bellive fieri ſolent, onera præſtanda cogantur.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex & Semper-Auguſtus, Officiatis & Procuratoribus, ceterisq; fidelibus ſuis in Uren conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum. Mandamus vobis, quatenus monaſterium de Vettingen, quod ſub noſtram protectionem recipimus, auctoritate noſtra modis omnibus defenſetis; nec in poſſeſſiones ſeu in homines ejusdem Monaſterii exactiones ſeu tallias aliquas faciatis. In locis verò, quæ noſtra attinent Advocatiæ, de quibꝰ nobis ſervicia fieri conſueverunt, volumus quod honeſtè atq; modeſtè eos tractetis, nec pejoris eos condicionis faciatis, quàm temporibus a fundatoris ſui fuerunt. Siquidem ſub noſtra dominatione ampliori eos volumus pace, atq; ſecuritate gaudere. Datum apud Ezelingen, Nonas Junii, Indictione VI. Regni X.

a ſc. Henrici Comitis de Raprechtſuiler, qui monaſterium Vettingenſe fundavit.

EJUSDEM CÆSARIS
Aliud reſcriptum, eadem ex cauſa.

Anno Chriſti 1234.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex, & Semper-Auguſtus, fidelibus ſuis b Miniſtro, & univerſis hominibus Uraniæ gratiam ſuam & omne bonum. Cùm ex conſueta benivolentia noſtra Ciſtercienſem Ordinem ſinceriùs diligamus, jura & libertates Fratrum ejus volumus inviolabiliter obſervari. Mandamus vobis ſub pœna gratiæ noſtræ diſtrictè præcipientes, quatenus ab hominibus, Clauſtri de Vettingen, in valle Uraniæ conſtitutis, nullam prorſus exactionem, vel precariam requiratis. Quoniam nolumus ut fiat aliqua ratione, ſed volumus ut gaudeant omni libertate, qua ab antiquo Ordo & Fratres Ciſtercienſes ſunt gaviſi. Indubitanter ſcituris, quòd quicunq; veſtrûm infruigere mandatum noſtrum præſumpſerit in hac parte, in rebus cum proinde & in corpore puniemus, quia dictum Clauſtrum ſub noſtram protectionem & Imperii recepimus ſpecialem. Datum apud Hagenovve, VI. Kaleod. Maji, Indictione VII. Regni XI.

b i. Ammano.

HENRI-

Anno Chriſti 1234.

HENRICI VII. CÆSARIS
DECRETUM

De argentifodinis, & de cuſtodia ferarum, vulgariter VVildban, legitimo Domino ſuo addicendis.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Rex & Semper-Auguſtus, univerſis Imperii fidelibus, quibus præſens littera fuerit oſtenſa, gratiam ſuam & omnem benevolentiam.

1. Ut ad noſtros ſucceſſores perveniant firmiter ea, quæ coram nobis aguntur, litterarum teſtimonio commendamus, ne tractu temporis à labili hominum memoria evaneſcant. Meminerint igitur præſentes, & recognoſcant futuri, quòd dilectus Princeps noſter Heinricus Baſilienſis Epiſcopus, in ſolenni *a* Curia apud Francofurtum, coram nobis & Principibus, ubi præſentes erant cum Advocatis ſuis, Hermannus Marchio de Baden, & Egino Comes de Friburg, contendentes de argentifodinis, & cuſtodiis ſylvarum per Brigaugeam, quod vulgariter Wildbann dicitur, obtinuit & evicit per privilegium ſuum, ipſas argenrifodinas & cuſtodias ſibi & Eccleſiæ ſuæ attinere; & ipſum Eginonem Comitem de Friburg eiſdem ab ipſo & Eccleſia ſua legitimè infœdatum.

a. Comitiis, in quibus ejuſmodi cauſæ Principum & Comitum tractari ſolebant.

2. Nos itaque cnnſiderantes ipſius Principis devotionem, & quod ſufficienter teſtimonio probaverat prælibata ſuæ Eccleſiæ attinere, memoratum Eginonem per ſuam approbatam de *b* providentia Conſilii noſtri miſimus in poſſeſſionem bonorum præſcriptorum; & eadem ipſi Comiti & heredibus ſuis Regia autoritate confirmamus. Mandantes, & ſub interminatione gratiæ noſtræ firmè præcipimus, ut nulla ſit perſona, alta vel humilis, eccleſiaſtica & mundana, quæ antefatum Comitem in memoratis argentifodinis & cuſtodiis ferarum impedire audeat vel gravare: & qui fecerit, gratia noſtra ſit excluſus.

b. Rex Rom. cognoſcit de ſub feudis Imperii.

3. Ad hujus etiam fidei evidentiam præſens privilegium ipſi Comiti, ſigillo noſtro communitum fecimus aſſignari. Teſtes ſunt hujuſmodi:

Siffridus Moguntinenſis,
Thitericus Treverenſis } Archiepiſcopi.
Egibertus † Halberſtatenſis,
Evigillus Numburgenſis,
Siffridus Ratisbonenſis } Epiſcopi.

† vel Havelbergenſis.

Conradus Abbas Sancti Galli.
Albertus Saxoniæ,
Otto *a* Moraviæ } Duces.

a. for. Meraniæ.

Heinricus de Burgovv,
Eberhardus & Otto fratres de Eberſtain,
Cunradus Burggravius de Nurmberg,
Heinricus & Albertus fratres de Neiffen,
Comes Wolfframus de Veringen } Comites.
Heinricus & Hermannus fratres de Waldinberg.
Gerlacus de Buttingen.
Heinricus de Eberſtal.
Albertus de Tosvvach.
Rudolphus Hagge.
Eberhardus Dapiſer de Waldpurg.
Cunradus Pincerna de Wimerſtetin.
Eberhardus de Monte,
& alii quamplures. Actum apud Francofurtum, anno Domini M CC XXX IV. decimo quinto Calendarum Martii, indictione ſeptima.

Anno Chriſti 1237.

FRIDERICI II. IMPER. AUG.
DECRETUM

In Regem Romanorum ab Imperatore deficientem ad Papam Romanum.

ANNO Domini M CC XXIX. Imperator FRIDERICUS contra HENRICUM filium Regem Romanorum, qui ſe in Syriam occupato, Regnum Alemaniæ ſibi occupare tentaverat, comitia Moguntiæ coegit: eumq; majeſtatis læſæ, ſive quòd partes Pontificis tueri videretur, publico judicio damnatum, cum duobus liberis capi juſſit, & apud Marturanum Calabriæ oppidum carceri, tenuiſſimo victu ad mortem usque addixit.

Anno Chriſti 1238.

FRIDERICI II. IMPER. AVG.
LEX DE SARRACENIS.

SARRACENOS, qui utilem nobis operam adverſus hoſtes noſtros præbuerunt, ſalvos ubique in Imperio & Regnis noſtris eſſe volumus.

2. Et quia digni ſunt habiti Imperiali honore, volumus ut magiſtratibus per Italiam & Siciliam gerendis præfecti quietè & pacificè teneant.

3. Et Chriſtiani, qui ſe Sarracenis illis opponunt, impunè occidantur. Cæſaroum autem Sarracenorum quæſtio, ſi reus captus non eſſet, in viciniæ regionis populos habeatur, qui æris ſumma, ac totidem capitum ſupplicio mulctabuntur.

ROBERTI COMITIS ATREBATENSIS A PAPA ET CARDINALIBUS ROMANIS IN IMPERATOREM ELECTI

Anno Chriſti 1239.

RESPONSUM

De depoſitione FRIDERICI II. Imperatoris injuſtè per Papam facta, & renunciatione ſuæ electionis.

DOMINUS *a* Papa ſcripſit Regi Francorum, ſolennes eidem Nuncios deſtinando, ſignificans eidem, ut juberet epiſtolam ſuam coram ipſo & toto Baronagio Franciæ ſolenniter & memoriter legi & intelligi. Cujus ſumma & tenor talis fuiſſe perhibetur. Noverit dilectus filius Eccleſiæ ſpiritualis, Illuſtris *b* Rex, & totum Francorum Baronagium, nos deliberatione & contractu diligenti omnium *c* Fratrum noſtrorum condemnaſſe, & à culmine Imperiali abjudicaſſe FREDERICUM dictum Imperatorem, & ROBERTUM Comitem, fratrem Regis Francorum, loco ipſius elegiſſe ſubſtituendum, quem etiam omnibus niſibus Eccleſia non tantum Roman[illegible] univerſalis, duxit non ſegniter adjuvandum, & efficaciter promovendum. Nullo igitur modo tantam ſponte oblatam dignitatem apertis brachiis ſuſcipere pigritemini, ad quam opes & operam abundanter effundemus conſequendam. Scelera enim prædicti FREDERICI multiplicia, ſicut jam novit mundus, eundem irreſtaurabiliter condemnarunt.

a Gregorius IX.

b Ludovicus IX in Sanctorum numerum relatus.

c ſc. Cardinalium.

Ad quod, inito conſilio, circumſpecta prudentia Francorum reſpondit: Quo ſpiritu vel auſu temerario Papa tantum Principem, quo non eſt major, imò nec par inter Chriſtianos non convictum vel confeſſum de objectis ſibi criminibus, exhæredavit, & ab apice Imperiali præcipitavit? Qui ſi meritis ſuis exigentibus deponendus eſſet, non niſi per generale Concilium caſſandus judicaretur? De transgreſſionibus ſuis non eſt hoſtibus ſuis fides adhibenda, quorum Papa dignoſcitur eſſe capitalis. Nobis adhuc inſons, imò bonus fuit vicinus, nec quid ſiniſtri vidimus de eo in fidelitate ſeculari, vel fide Catholica. Scimus autem, quod Domino noſtro Jeſu Chriſto fideliter militavit, marinis & bellicis ſe periculis confidenter opponens. Tantum religionis in Papa non invenimus. Imò qui eum debuit promoviſſe, & Deo militantem protexiſſe, eum conatus eſt abſentem confundere, & nequiter ſupplantare. Nolumus noſmetipſos in tanta pericula præcipitare, ut ipſum FREDERICUM tam potentem impugnemus, quem tot Regna contra nos juvabunt, & cauſa juſta præſtabit adminiculum. Quid ad Romanos de prodiga ſanguinis noſtri effuſione, dum modò ſuæ iræ ſatisfaceremus? Si eum per nos & alios devicerit, omnes Principes mundi conculcabit, ſumens cornua jactantiæ & ſuperbiam, quoniam ipſum FREDERICUM magnum Imperatorem contriverit. Sed ne in vacuum Papale mandatum videamur ſuſcepiſſe, licet magis conſtet hoc ob odium Imperatoris, quàm noſtri dilectionem ab Eccleſia Romana derivaſſe, mittemus Nuncios prudentes ex nobis ad Imperatorem, qui quomodo de fide Catholica ſentiat, diligenter inquirant, nos ſuper hoc certificaturos. Et ſi nil niſi ſanum invenerint, cur infeſtandus eſt? Sin autem, & ipſum, imò etiam ipſum Papam, ſi malè de Deo ſenſerit, vel quemlibet mortalium usquè ad internecionem perſequemur. Quæ cum audierunt Nuncii Papales, confuſi receſſerunt.

Adierunt igitur Dominum Imperatorem Francorum Nuncii ſolennes, ipſi mandata, quæ à Domino Papa receperunt, ſeriatim nunciaturi. Quod cum audiſſet Dominus Imperator, de immanitate odii ſtupefactus reſpondit, ſe eſſe virum Catholicum, Chriſtianum, ſanè de omnibus Orthodoxæ fidei articulis ſentientem. & addit: Non placeat Domino meo Jeſu Chriſto, ut unquam recedam à fide magnificorum patrum & anteceſſorum, ſequens veſtigia perditorum. Judicet autem Dominus inter me & ipſum, qui me ita per orbem tam nequiter diffamavit. Et tendens manus in cœlum, lachrymis obortis, ſingultando exclamavit: Deus ultionum Dominus reddat ei retributionem. Et converſus ad Nuncios ait: Amici mei & vicini chariſſimi, verè, quicquid dicat inimicus meus ſititor ſanguinis mei, & honoris ſubverſor, credo ſicut alius Chriſtianus; & ſi bellum mihi movere diſpoſitis, non miremini, ſi me defendam ab inſurgentibus in me. Spero enim, quod Deus protector innocentium, me potenter liberabit. Novit enim Deus, quod Papa in favorem mihi rebellium, præcipuè Mediolanenſium hæreticorum, contra me levat calcaneum, & inſurgit

git iracundus. Sed vobis totus in gratiarum actiones aſſurgo, quod voluiſtis ante aſſenſ[illegible] ſponſionem meam de præſenti cauſa certificari. Ad hæc Nuncii: Nolit Deus, ut unquam [illegible] in cor noſtrum, ut aliquem Chriſtianum ſine manifeſta cauſa impugnemus. Nec nos pulſat [illegible] tio: credimus enim Dominum noſtrum Regem Galliæ, quem linea Regii ſanguinis prov[illegible] ſceptra Francorum regenda, excellentiorem eſſe aliquo Imperatore, quem ſola electio [illegible] voluntaria: ſufficit Domino Comiti ROBERTO fratrem eſſe tanti Regis. Et his di[illegible] dilectione & gratia Imperiali receſſerunt. Et ſic in hoc propoſito conatus Papalis i[illegible] evaſit.

FRIDERICI II. IMPER. AVG. CONSTITUTIO

De juribus ac privilegiis Ducatus Auſtriæ;

CONFIRMATORIA SENTENTIÆ FRIDERICI I. Imperatoris ſuper controverſo Ducatu Bavariæ in Comitiis Ratiſponenſibus publicatæ.

Anno Chriſti 1245. in Comitiis Veronenſib⁹.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE Trinitatis, Amen.

FRIDERICUS Secundus divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper-Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex.

Juſtis Principum noſtrorum petitionibus condeſcendere cogimur: quas niſi favorabiliter audiremus, obaudire quod juſtè petitur, per injuriam malè audiremus. Ea propter per præſens privilegium noverit tam præſens ætas, quàm ſucceſſura poſteritas, quòd noſter excellent[illegible]mus Princeps Fridericus Dux Auſtriæ & Stiriæ, ac Dominus Carniolæ, dilectus Princeps [illegible] conſanguineus noſter, quoddam privilegium Divi Auguſti Imperatoris quondam FRIDERICI, avi noſtri ſcilicet, memoriæ recolendæ, Heinrico quondam Duci Auſtriæ proavo ſuo dudum indutum, noſtro culmini præſentavit, ſupplicans attentiùs, ut ei illud innovare, & omnia, quæ continentur in eo, confirmare de noſtra gratia dignaremur. cujus tenor per omnia talis eſt.

Anno Chriſti 1156. in Comitiis Ratiſponenſibus.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE. Trinitatis, Amen.

FRIDERICUS divina favente Clementia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus.

1. Quanquam rerum commutatio ex ipſa corporali inſtitutione poſſit firma conſiſtere; nec ea, quæ legitimè geruntur, ulla valeant refragatione convelli, ne qua tamen rei geſtæ ulla poſſit eſſe dubietas, Imperialis debet intervenire autoritas.

2. Noverit igitur omnium Chriſti Imperiique noſtri fidelium præſens ætas, & futura poſteritas, qualiter nos, ejus cooperante gratia, à quo cœlitus pax miſſa eſt hominibus ſuper terram, in generali noſtra Curia Ratiſponæ, in nativitate ſanctæ Mariæ celebrata, in præſentia multorum religioſorum & Catholicorum Principum, litem & controverſiam, quæ inter noſtrum patruum Heinricum Ducem Auſtriæ, & inter nepotem noſtrum chariſſimum Heinricum Ducem Saxoniæ, diu agitata extitit ſuper Ducatu Bavariæ, & ſuper Marchia à ſuperiori fluminis parte Anaſi, terminavimus hoc modo: quòd Dux Auſtriæ reſignavit nobis Ducatum Bavariæ & dictam Marchiam, quas tenebat. Qua reſignatione facta, mox eundem Ducatum Bavariæ in beneficium contulimus Duci Saxoniæ. Prædictus verò Dux Saxoniæ ceſſit & renunciavit omni juri & actioni, quas habebat ad dictam Marchiam cum omnibus ſuis juribus & beneficiis.

2. Ne autem in hoc facto honor & gloria patrui noſtri chariſſimi aliquatenus minuatur, de conſilio & judicio Principum, illuſtri Uladislao Duce Bohemiæ ſententiam promulgante, quam cæteri Principes approbant, Marchionatum Auſtriæ & dictam Marchiam ſupra Anaſum, commutavimus in Ducatum, eundemque Ducatum cum ſubſcriptis juribus, privilegiis, & gratiis omnibus liberalitate Cæſarea contulimus Heinrico prædicto patruo noſtro chariſſimo, prænobi[illegible] ſuæ uxori Theodoræ, & liberis eorundem, ob ſingularem favorem, quo erga dilectiſſimum pa[illegible] noſtrum Heinricum Auſtriæ Ducem, ejus conthoralem prænobilem Theodoram, & eorum [illegible]ceſſores, nec non erga terram Auſtriæ, quæ clypeus & cor ſacri Romani Imperii eſſe dino[illegible]citur, afficimur, de conſilio & aſſenſu Principum Imperii, dictis conjugibus, eorum in eodem Duca[illegible] ſucceſſoribus, nec non prætactæ terræ Auſtriæ ſubnotatas conſtitutiones, conceſſiones, & indu[illegible]ta authoritate Imperiali in jura plena & perpetua redactas, donavimus liberaliter vigore præſentium, & donamus.

3. Primò quidem, quòd Dux Auſtriæ quibusvis ſubſidiis & ſervitiis non tenetur, nec eſſe

eſſe debet obnoxius ſacro Romano Imperio, nec cuiquam alteri, niſi ex ſui arbitrii libertate fecerit: eo excepto duntaxat, quod Imperio ſervire tenebitur in Hungariam duodecim viris armatis per menſem unum ſub expenſis propriis, in ejus rei evidentiam, ut Princeps Imperii agnoſcatur.

4. Nec pro conducendis feudis requirere ſeu accedere debet Imperium extra metas Auſtriæ: verùm in terra Auſtriæ ſibi debentur ſua feuda conferri per Imperium & locari. Quod ſi ſibi denegaretur, ab Imperio requirat, exigat literatoriè trina vice. quo facto, juſtè poſſidebit ſua feuda, ſine offenſa Imperii, ac ſi ea corporaliter conduxiſſet.

5. Dux etiam Auſtriæ non tenetur aliquam Curiam accedere, edictam per Imperium, ſeu quemvis alium, niſi ultrò de ſua fecerit voluntate.

6. Imperium quoque nullum feudum habere debet Auſtriæ in Ducatu. Si verò Princeps aliquis, vel alterius ſtatus perſona, nobilis vel ignobilis, cujuscunque conditionis exiſtat, haberet in dicto Ducatu poſſeſſiones ab ipſo jure feudali dependentes, has nulli locet ſeu conferat, niſi eas priùs conduxerit à Duce Auſtriæ memorato: cujus contrarium ſi fecerit, eadem feuda ad Ducem Auſtriæ devoluta liberè ſibi extunc jure proprietatis & directi dominii pertinebunt, Principibus Eccleſiaſticis & Monaſteriis exceptis duntaxat in hoc caſu.

7. Cuncta etiam ſecularia judicia, bannum ſylveſtrium & ferinarum, piſcinæ & nemora in Ducatu Auſtriæ, debent jure feudali à Duce Auſtriæ dependere.

8. Etiam debet Dux Auſtriæ de nullis oppoſitionibus vel objectis quibuscunque, nec coram Imperio, nec aliis quibuslibet, cuiquam reſpondere, niſi id ſua propria & ſpontanea voluerit facere libertate. Sed ſi voluerit unum locare, poterit de vaſallis ſeu homologiis, & coram illo ſecundum terminos præfixos parere poteſt & debet juſtitiæ complemento.

9. Inſuper poteſt idem Dux Auſtriæ, cùm impugnatus fuerit ab aliquo de duello, per unum idoneum non in enormitatis macula detentum vices ſuas prorſus ſupplere. & * illum ipſe eadem die ſeu Princeps vel alius quisquam pro alicujus nota infamiæ non poteſt impetere, nec debet impugnari. * al. illam.

10. Præterea quicquid Dux Auſtriæ in terris ſuis ſeu diſtrictibus ſeu fecerit vel ſtatuerit, hoc Imperium nec alia potentia modis ſeu viis quibuscunque debet alio quoquo modo in poſterum commutare.

11. Et ſi, quod Deus avertat, Dux Auſtriæ ſine hærede filio deceſſerit, idem Ducatus ad ſeniorem filiam, quam reliquerit, devolvatur.

12. Inter Duces Auſtriæ qui ſenior fuerit, dominium habeat dictæ terræ. Ad cujus etiam ſeniorem filium jure hæreditario deducatur: ita tamen, quod ab ejusdem ſanguinis ſtipite non recedat, nec Ducatus Auſtriæ ullo unquam tempore diviſionis alicujus recipiat ſectionem. Primogenitura.

13. Si quis in dicto Ducatu reſidens, vel in eo poſſeſſiones habens, fecerit contra Ducem Auſtriæ occultè vel publicè, eſt dicto Duci in rebus & corpore ſine gratia condemnatus.

14. Imperium dicto Duci Auſtriæ contra omnes ſuos injuriatores debet auxiliari & ſuccurrere quoad juſticiam aſſequatur.

15. Dux Auſtriæ Principali indutus veſte, ſuppoſito pileo Ducali circumdato ſerto pinnito, baculum habens in manibus, equo inſidens, & inſuper more aliorum Principum Imperii, conducere ab Imperio feuda ſua debet.

16. Dicti Ducis inſtitutionibus & deſtitutionibus in Ducatu Auſtriæ ſuo eſt parendum.

17. Et poteſt in terris ſuis omnibus tenere Judæos, & uſurarios publicos, quos vulgus vocat genvertcſchin, ſine Imperii moleſtia & offenſa.

18. Si quibusvis Imperii Curiis publicis Dux Auſtriæ præſens fuerit, unus de Palatinis Archiducibus eſt cenſendus: & nihilo minus in conſeſſu & inceſſu ad latus dextrum Imperii, poſt Electores Principes obtineat primum locum.

19. Dux Auſtriæ donandi & deputandi terras ſuas cuicunque voluerit, habere debet poteſtatem liberam, ſi (quod abſit) ſine hæredibus liberis decederet: nec in hoc per Imperium debet aliqualiter impediri.

20. Præfatus quoque Ducatus Auſtriæ habere debet omnia & ſingula jura, privilegia, & indulta, quæ obtinere reliqui Principatus Imperii dinoſcuntur.

21. Volumus etiam, ut ſi diſtrictus & ditiones dicti Ducatus ampliati fuerint ex hereditatibus, donationibus, emptionibus, deputationibus, vel quibusvis aliis devolutionum ſucceſſibus, præfata jura, privilegia & indulta, ad augmentum dicti dominii Auſtriæ plenariè referantur.

22. Et ut hæc noſtra Imperialis conſtitutio omni ævo firma & inconvulſa permaneat, præſentes literas ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hæc:

Pilegrinus Patriarcha Aquileienſis.
Eberhardus Archiepiſcopus Salisburgenſis.

Ottho F[illegible]genſis Epiſcopus.
Chunradus [illegible]ath[illegible]enſis Epiſcopus.
Eberhardus B[illegible]bergenſis [illegible]copus.
Hermannus B[illegible] Epiſcopus.
a al. Heinricus. — *a* Hartwicus Rat[illegible]is & Tridentinenſis Epiſcopus.
Dominus Welfto Dux Spoletæ.
Chunradus frater I[illegible]ratoris.
Fridericus Palatinus Rheni, filius Regis Chunradi.
Heinricus Dux Charinthiæ.
Marchio Engelbertus de Hiſtria.
Marchio Albertus de Stadenn.
b al. Dietpoldus. — Marchio *b* Deopaldus de Vochburg.
c al. Heinricus Comes Palatinus Rheni. — *c* Hermannus Palatinus Comes de Rheno.
Ottho Comes Palatinus, & Frater ejus Fridericus de Schiernn. & Witelſpach.
Eberhardus Comes de Sultzbach.
Rudolfus Comes de Sweinsheut.
d al. Engelbrechtus. — *d* Albertus Comes Hallenſis.
Eberhardus Comes de Purchauſen.
N. Comes de Putina.
N. Comes de Peilſtain. & quam plures &c. ſignum Domini FRIDERICI I[illegible] invictiſſimi.

Ego Reynaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntinenſis Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi, regnante Domino FRIDERICO Romanorum Imperatore Auguſto, in Chriſto. Datum Ratiſponæ, quintodecimo Kalendas Octobris, indictione quarta, anno Dominicæ incarnationis M.C.*e* LVI. feliciter, Amen. Anno regni ejus *f* quinto, Imperii ſecundo.

e al codd. LXVI.
f al. codd. quarto.

23 Nos itaque qui fidem & obſequia noſtrorum Principum non patimur irremunerata tranſire, attendentes fidem puram & devotionem ſynceram, quam prædictus Princeps ad Majeſtatis noſtræ perſonam & ſacrum Imperium habet, pro gratis quoque ſervitiis, quæ nobis & Imperio exh[illegible]uit hactenus fideliter & devote, & quæ exhibere poterit ut inanteà gratiora, ipſius ſupplicationibus favorabiliter inclinati, ſupra ſcriptum privilegium D. Auguſti avi noſtri prædicti huic noſtro privilegio de verbo adverbum inſeri juſſimus, omnia, quæ continentur in eo, de Imperialis præeminentiæ noſtræ gratia confirmantes. Igitur competit etiam noſtro Imperiali Imperio, illuſtri Principi noſtro prædilecto Friderico, ſpeciali gratia gratiando.

24. Quapropter concedimus ei, & damus eidem illuſtri Principi Duci Auſtriæ hæc ſubſcripta, ad habendum pro jure plenario, ut nullus ſuorum feudalium, aut ſuarum terrarum inhabitantium, vel poſſidentium, nulli alteri aliquid juris obediat, excepto etiam ſibimetipſo noſtro prædilecto Friderico Principi Duci Auſtriæ, ac ſuas vices ſupplentibus, ſive poteſtatem habentibus.

25. Concedimus etiam noſtro illuſtri Principi Duci Auſtriæ crucem noſtri diadematis ſuo Principali pileo ſufferendam.

26. Volumus etiam, ut dictus Dux Auſtriæ omnia ſua feudalia ſive jura liberaliter ſuſcipiat datione ſine omni.

27. Igitur jura omnia præſcripta illuſtris Dux Auſtriæ ritè & liberaliter tenere debeat, in omnibus ſuis terris, quas jam poſſidet, & in futurum poſſidebit.

28. Statuimus igitur & Imperiali ſancimus edicto, quatenus nullus Rex, nullus Marchio, nullus Princeps, nullus Comes, nullus Prælatus, nulla denique perſona alta vel humilis, Eccleſiaſtica vel Mundana, contra præſentis innovationis & confirmationis noſtræ tenorem venire præſumat. Quod qui præſumpſerit, indignationem noſtri culminis & pœnam mille librarum auri ſe noverit incurriſſe: quarum medietas Cameræ, reliqua verò parti paſſæ injuriam applicetur.

29. Ad hujus igitur innovationis & confirmationis noſtræ futuram memoriam & robur perpetuò valiturum, præſens privilegium fieri, & Bulla Aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa, juſſimus communiri. Hujus teſtes ſunt:

Conradus Friſingenſis Epiſcopus.
Henricus Bambergenſis Electus.
Fridericus filius Illuſtris Regis Caſtellæ, [Senator Romani Imperii.]
Rudolphus Nobilis Comes de Habſpurg.
Rodomerus Comes de Helffenſtain.
Albertus de Niſen, & alii quam plures, &c.

Signum Domini FRIDERICI Secundi Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M.CC.XLV. Menſe Junio, tertia in[illegible] imperante Domino noſtro FRIDERICO glorioſiſſimo Romanorum Imperatore ſ[illegible] Auguſto, Hieruſalem & Siciliæ Rege: Romani Imperii ejus anno vigeſimo quinto, Regni H[illegible]

viceſimo primo, Regni vero Siciliæ quadrageſimo ſ... primo. Datum Veronæ, anno, menſe, & indictione prædictis.

FRIDERICI II. IMPER. AUG.
FORMULA

De jure ac privilegio Regis in Imperio.

FREDERICUS Duci Auſtriæ & Styriæ, ſuo dilecto Principi & Comiti Carniolæ, gratiam ſuam & omne bonum. De fulgore throni Cæſarei, velut ex Sole radii, ſic cætera prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimenta; tantoque magis Imperiale ſceptrum extollitur, tanto cura regiminis à ſollicitudinibus relevatur, quanto tribunal ipſius dignioris in circuitu circumſpicit *a* contribules regiones. Hac igitur conſideratione commoniti, qui cœleſti providentia Romani Imperii moderamur habenas, ſolii noſtri decus tam veterum dignitatum ornatibus confovemus, quam novis honoribus ampliamus. a. al. continuales.

2. Tuis igitur Devotiſſime Princeps noſter, ſupplicationibus ſavorabiliter inclinati, nec minus ad exaltationem honoris ſacri Imperii noſtri reſpectum habentes, de infraſcriptorum Principum noſtrorum conſilio, videlicet

Conradi Ratiſponenſis Epiſcopi,
† Henrici Wormacienſis Epiſcopi, † al. Ludovici.
Henrici Bambergenſis Electi,
& O.....* Brixienſis Electi: * Leg. Brixinenſis
F..... Abbatis Campidonenſis:
G.... Abbatis *b* Cluniacenſis: b al. Cluniacenſi
Ottonis Ducis *c* Moraviæ, c ſo. Meraniæ.
& B..... Ducis Bavariæ;

Ducatus Auſtriæ & Styriæ cum pertinentiis ſuis & terminis, quos hactenus habuerunt, ad nomen & honorem Regni transferentes, te hactenus prædictorum Ducatuum Ducem, de poteſtatis noſtræ plenitudine & magnificentia Principali, promovemus in Regem, eisdem libertatibus & immunitatibus & juribus prædictum Regnum tuum præſentis epigrammatis auctoritate dotantes, quæ Regiam deceant dignitatem: ut tamen ex honore, quem tibi libenter addicimus, nihil honoris vel juris noſtri Diadematis aut Imperii ſubtrahatur: quin immo ſicut hactenus tanquam Dux, Princeps & fidelis noſter extiteras, ſic in poſterum Regis decoratus honore, tu & ſucceſſores tui legitimi, Principes fideles & devoti nobis & ſucceſſoribus noſtris ut imperio perpetuo perſiſtatis.

3. Nihilque propterea juri vel honori Imperii in prædictis Regno & terris tuis omninò depereat vel decreſcat, quæ hactenus habuit in eisdem, eo ſpecialiter & nominatim expreſſo, quòd ſucceſſores tui non per electionem Prælatorum, Ducum, Comitum aut quorumlibet Nobilium eligantur in Regem, ſed ſemper major natu ſeu ſenior ex generatione tua, ex te & ſucceſſoribus tuis legitimè deſcendentes, in ipſo Regno ſuccedant. Nulluſque ex eis coronam aut conſecrationem in prædicto Regno tuo de manu * cujuſquam accipiat, ſed a nobis & ſucceſſoribus tantum in Curia noſtra, vel ab his, qui ſpeciale mandatum à nobis ſuper hoc habeant, coronationis & conſecrationis munus & decus pro tempore conſequentur. Alii verò hæredes minores natu non habeant aliud, niſi quod ex Regis gratia poterunt obtinere. * innuit Papam.

4. Illud etiam juri Regio & honori conjungimus, ut ſi quis Comes, Nobilis, vel miniſterialis, aut Miles de Regno tuo contra te & ſucceſſores tuos, & terram tuam forſitan exceſſerit, & pro ſuo exceſſu caſtrum vel munitiones ſuas ab excedente eo per te vel per nunctios tuos peti contingerit, ipſeque negaverit, aſſignare ipſum, ex jure Regiæ dignitatis per ſententiam Curiæ tuæ bannire & forbannire valeas, ipſumque extra legem facere, omni juris ſuffragio, prout eſt moris Imperii, cariturum.

5. Cæterum, ut pacem & juſticiam, quæ ſunt Regnorum omnium fundamenta, poſſis in prædicto Regno tuo conſtantiùs confovere, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut ſi quis in prædicto regno manifeſtus extiterit malefactor, tuo videlicet aut Curiæ tuæ juſto judicio condempnetur. Cumque aliquis de prædicto Regno receperit, foverit vel defenderit eundem, & requiſitus tuo judicio noluerit aſſignare, eadem pœna puniri debeat receptator; eademque defenſor, qua malefactor ipſe, puniri deberet.

6. Ad decus prætereà Regni tui, præſentis privilegii auctoritate promittimus, ut de provincia Carniolæ Ducatum facias, immediatè tibi, & per te nobis & ſucceſſoribus noſtris & Imperio reſponſurum: & ut in Ducatu ipſo cognatum tuum, fidelem noſtrum, in Ducem valeas promovere, plenam tibi concedimus poteſtatem.

Ad cujus rei memoriam & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium fieri, & Bulla noſtra aurea, typario noſtræ Majeſtatis impreſſa, juſſimus communiri.

Anno Chriſti 1245.

FRIDERICI II. IMP. AUG.

DIPLOMA

De uſurpatione Papæ Romani in juri[illegible] & auctoritate ſeculari; & quòd P[illegible] poſſit inſtituere aut [illegible] Imperatorem, Reges ac Princ[illegible].

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hie[illegible] cilia Rex, Univerſis præſentes literas in[ſpe]cturis per Regnum Franciæ conſtitut[illegible]bi, ſalutem, & omne bonum.

1. Cùm per aliquos retroactos Romanæ ſedis Antiſtites, & præſentem, nos & ali[illegible] Principes orbis, & Nobiles, Regna, Principatus, honores quoslibet, & Juriſdictionem hab[illegible] gravatos merito cenſeamus, ex eo quod ipſi contra Deum, & Juſtitiam, poſſe ſibi juriſdictionem auctoritatem uſurpant inſtituendi & deſtituendi, ſeu removendi ab Imperio. Regnis, Principibus, & honoribus ſuis Imperatores, Reges, & Principes, ſeu quoscunque Magnates, tempor[illegible] auctoritatem in eos temporaliter exercendo, abſolvendo etiam à ſacramentis, quibus Dominis [illegible] vaſalli tenentur, contra dominos, excommunicationis tantummodo ſententia pro nu[illegible].

2. Quodque quæſtione ſive diſſenſione, inter dominos & vaſallos, ſeu inter duos No[illegible] & vicinos invicem contendentes, prout aſſolet, emergente, prædicti ſummi Pontifices ad pet[illegible] unius partis tantummodo partes ſuas temporaliter interponunt, volendo ipſos invitos in ſe [illegible] promittere, vel aliter ad concordiam coercere, & alligando ſe fidelibus contra dominos, aut [illegible] partibus ſupradictis; quod non prius pacem cum aliis faciant quàm alligatos ſibi ponant in p[illegible], [illegible] cipiendo ſimiliter promiſſionem de non faciendo pacem cum dominis à vaſallis.

3. Item in eo quod prædicti ſummi Pontifices, in præjudicium juriſdictionis, & honor[illegible] Regum, & Principum prædictorum, ad petitionem Clericorum, ſeu Laicorum, cognition[illegible] rum de rebus temporalibus, poſſeſſionibus ſeodalibus, ſeu burgenſaticis, in Eccleſiaſtico foro [illegible]ctandas recipiunt, & committunt.

4. Ecce quod nos ad prædictam injuriam documentis evidentibus oſtendendam, & ip[illegible] nobis in eis rationabiliter removendam, Magiſtrum Petrum de Vinea, magnæ Curiæ n[o]ſtræ J[udi]cem, & G. de Ocra Clericum, dilectos fideles noſtros, ad LUDOVICUM Illuſtrem R[egem] Francorum, cariſſimum amicum noſtrum providimus deſtinandos, affectuosè rogantes, ac o[illegible] tionem & conſervationem jurium noſtrorum, & Imperii, Regum aliorum, & Principum, ſeu quorumcunque Nobilium, efficaciter requirentes eundem, ut congregatis coram ſe Laicis P[ari]bus regni ſui, aliisque Nobilibus tanto negotio opportunis, per ſe cum eis ſuper omnibus præd[ictis] & ſingulis audiat jura noſtra.

5. Cæterùm ſi ipſe prædicta non duxerit aſſumenda, cùm nos, qui auctore Domino R[o]m[a]ni Imperii, Regnorum Hieruſalem & Siciliæ moderamur habenas, tam enormem injuriam, & [illegible] formem uſurpationem diebus noſtris tolerare nolimus, Regem eundem juſta precum i[illegible] rogamus, quatenus nobis cauſam noſtram, ſuam, & aliorum Principum, viriliter proſequent[illegible] contrarium non opponat; nec de Regno ſuos aliquos Laicos, ſeu Clericos, temporaliter nobis opponi permittat; nullumque præſenti ſummo Pontifici, ſeu ſucceſſoribus ſuis, contra nos, [illegible] ne præſenti durante, in Regno, vel de Regno ſuo præſidium ſeu receptaculum tribuat, aut tribui patiatur.

6 Porro ſi forſitan Rex prædictus unà cum Paribus & Nobilibus Regni ſui, prout tantu[m] Regem & Regnum condecet, partes ſuas interponendas viderit in prædictis, ſummumque Pont[ific]em ſive per juſtitiæ debitum, vel modo quolibet, ad iſtud induxerit ut velit prædicta gravamina nobis, & aliis Chriſtianis Primatibus inrogata, & id ſpecialiter, quod contra nos nuper in Lugdun[en]ſi Concilio ſtatuit, quatenus de facto proceſſit, cum prorſus de jure non valeat, revocare.

7. Nos ob honorem & reverentiam Dei & Redemptoris noſtri, nec non ob amorem, quem ad Regem & Regnum Franciæ præ cæteris ſingularem habemus, cauſam, quæ inter nos, & Summum Pontificem vertitur ſupradictum, quatenus contingit eandem, in manibus ponimus Regis ejuſdem; parati omnia, quæcunque per nos idem Rex de Conſilio Parium, Nobiliumque ſuorum v[iſ]ſis & diligenter auditis noſtris & imperii juribus, Eccleſiæ viderit emendanda, corrigere, & in ſtatum debitum integrè reformare, ac deinde pace per hoc inter nos, & Eccleſiam procedente & reliquis Longobardorum, prout tenentur & debent, vel ad mandatum noſtrum & Impe[illegible] untibus, vel prorſus ab Eccleſiæ defenſione ſecluſis; promptos nos offerimus, & par[illegible] prædicto Rege ad defenſionem Chriſtianitatis & ſtatum pacificum conſervandum in c[illegible] partibus remanente, vel unà cum eo, ſi hoc melius viderit eligendum, ad Transmarinas p[artes] nos, aut CONRADUM Cariſſimum filium noſtrum Romanorum in Regem el[illegible] & [Re]gni Hieroſolimitani heredem, omine proſpero transfretare, ad hoc nos obligantes ſp[illegible] expreſſim: quòd vel cum Rege Franciæ ſive ſine eo terram totam Hieroſolimitan[am] & quid unquam a diebus antiquis Regno Hieroſolimitano pertinuit, ad proprietatem & [illegible] regni ipſius, & Chriſtianitatis cultum; noſtris, Imperii, & regnorum noſtrorum v[illegible]us ribus, & ſumptibus curabimus revocare. Nihilominus tamen, ſi fortè quod b[illegible] men præſentis diſcordiæ inter nos, Eccleſiam, & Lombardos durare contigerit, præ[illegible]

ac

a[illegible] præſen[illegible] petitur, [illegible] p[illegible] nas[illegible]ns, quas [illegible] promo[illegible] affe[illegible]s offe- [illegible] & [illegible] ſeries cont[illegible] ra- [illegible] pl[illegible] predictis Magiſtro P[illegible] & G. de Oera duximu [illegible] & firmum, quicquid per eosdem [illegible] o parte noſtri culminis exti- ordinatum.

Datum Cremonæ viceſimo ſecundo Septembris, quartæ indictionis.

PROCESSUS IN WILHELMI REGIS ROMANORUM INAUGURATIONE AQUISGRANENSI OBSERVATUS, ANNO MCCXLIX.

Anno Chriſti 1249.

ANNO Dominicæ Nativitatis MCCXLIX. WILHELMUS Comes Hollandiæ, apud villam Wornich in Regem Romanorum à Principibus electus, Aquiſgrani ad Kalendas Novembres, in teſto Omnium Sanctorum, per duos Epiſcopos Mindenſem & Monaſterienſem, benedicendum Archiepiſcopo Colnnienſi in templo præſentatum; duo alii Epiſcopi Trajectenſis & Leodienſis, in modum Diaconi dalmatica induerunt, quem præfatus Conradus Archiepiſcopus cum magna ſolennitate in Regem Romanorum unxit & coronavit. Ex Trithemii Chron. Hirſaug. fol. 188.

2. Conſecratione autem peracta, idem Archiepiſcopus locavit eum in ſedem Regni, dicens: *Super thronum ſedu glorioſæ ſedeas, & judicium & juſtitiam in terra facias.*

3. Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus cum oleo ſanctificato dexteram ejus foris inunxit, dicens: *Conſecrare te dignetur omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui David per manum Samuelis Prophetæ inungi juſſit ſuper populum Hebræorum.*

4. Arnoldus Archiepiſcopus Treverorum manus ſuper caput ejus impoſuit, dicens: *Deſcendat in te ſpiritus ſapientiæ, intelligentiæ, ſcientiæ, pietatis, fortitudinis & conſilii, repleatq; ſpiritus timoris Domini.*

5. Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Archidapifer Regni globum aureum in manus illius poſuit, dicens: *Accipe globum ſphæricum, ut omnes terræ nationes Romano Imperio ſubjicias, &* Augustus *glorioſus appellari valeas.*

6. Marchio Brandenburgenſis, Camerarius Regis, annulum in manum tradidit, dicens: *Accipe ſignaculum Monarchiæ, ut Romanum Imperium in ſuo vigore conſerves, & invictâ virtute ab omni Barbarorum incurſione defendas.*

7. Dux Saxoniæ, Regis Enſifer, gladium ei dedit, dicens: *Accipe ſceptrum Regium, ut rebelles ſevera correptione potenter affligas, omnesq; benevolos in tranquilla pace gubernes.*

8. Rex autem Bohemiæ, Pincerna Imperii, de conſenſu Archiepiſcopi Colonienſis, coronam argenteam capiti Regis impoſuit, dicens: *Accipe diadema ſplendidum, ut ſis virtuoſis actibus adeò coruſcus in terris, quatenus merearis coronam æternæ felicitatis habere in cœlis; Amen.*

9. Poſthæc omnes inferiorum partium Principes & Nobiles obedientiam ei præſtiterunt.

FRIDERICI II. IMP. AUG. ORDINATIO TESTAMENTARIA.

Anno Chriſti 1251.

EGO FRIDERICUS in primis relinquo pro anima mea, centies mille uncias auri pro Terra ſancta ſanctæ Romanæ Eccleſiæ recuperanda, expendenda & exponenda ad voluntatem filii mei CONRADI.

2. Item volo, quòd omnia malè ablata reſtituantur.

3. Item, omnes captivos de Imperio & Regno relinquo liberos, exceptis proditoribus tantum.

4. Item, relinquo totam terram Eccleſiæ liberam, & volo quòd jura Eccleſiæ reſtituantur.

5. Item, meum hæredem relinquo, CONRADUM in Imperio Romano, & Regno Siciliæ.

6. Item, relinquo filio meo HENRICO Regnum Hieroſolymitanum, & decem millia unciarum, ſecundum voluntatem CONRADI filii mei.

7. Item, nepoti meo filio ſcilicet filii mei HENRICI, relinquo Ducatum Auſtriæ, & decem millia unciarum auri.

8. Item, MANFREDUM filium meum relinquo Ballivum CONRADI in Imperium, à Papia & citra, & Regno Siciliæ, usq; ad LXX. annos, excepto quando CONRADUS erit præſens.

9. Item, ſepulturam meam eligo apud Panormum, ubi jacuit Rex WILLIELMUS……

Anno Chriſti 1253.

ALPHONSI IMPER. AUG.
RESCRIPTUM
DE OFFICIO BONI REGIS.

ALPHONSUS Dei gratia Electus Romanorum Rex, & Rex Caſtellæ, Legionis, G[illegible], T[illegible]leti, Murciæ, Cordubæ & [illegible], Henrico Illuſtri Regi Anglorum S. Cum [illegible] moribus tuis, condolumus in ſpiritu benignitatis & diſcretionis. Ideo horta[illegible] exemplo bonorum Regum ac principum, quorum titulus ab antiquo talis eſt: *Erit a[illegible]nus dom[illegible] & ſuis commilitonibus, & leo exteris & rebellibus*; talia ſequaris, nec ſis amplius tuorum oppreſſor, [illegible] alienorum receptor & alimentator. Vale.

Ann. 1257.

RICHARDI IMPER. AUG.
CONSTITUTIO
Ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur: & de aliis capitulis

RICHARDUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Conſulibus & Ci[illegible]ibu[illegible] N. &c.

1. Specialiter duximus indulgendum, ne aliquis civium filiam vel neptem ſive conſanguineam in uxorem alieni tradere per nos abſq; ſuo pleno conſenſu aliquatenus compellatur.

2. Inſuper quod nullus civium per nos vel per aliquem alium noſtro nomine pro aliqua pecunia extorquenda ſingulariter ab ipſo aliquatenus capiatur.

3. Ad hæc ſtatuimus & mandamus, ut omnia bonã & prædia, quæ hactenus cum civibus pre[illegible]a riam Imperio perſolvebant, quomodocunq; ad loca religioſorum vel perſonas alias Eccleſiaſt[illegible] vel * mundanas prædicta bona devolvi & transferri contingat, bona ipſa ad ſolvendam precariam, ſicut antè, nihilominus teneantur.

* i. e. Principes, Comites, Barones, Nobiles.

Datum Moguntiæ VIII. die Septembris, Indict. XV, anno Domini MCCLVII. Regni ver[illegible] n[illegible]ſtri anno primo.

Anno Chriſti 1260.

RICHARDI IMPER. AUG.
EDICTUM
DE VIARUM CUSTODIA ET SECURITATE.

BREVE Domini Regis, eo tamen abſente, emanavit ad omnes Duces, Comites & Præfectos, in quorum Ducatibus, Comitatibus & Ballivis ſolebant viatoribus imminere pericula, ut omnes paſſus periculoſos, tam in viis, concavis, & boſcis, & hayis, quàm aliis pacis Regiæ perturbationibus faciant videri, & in continenti aut per Dominos locorum aut per ſemetipſos emendari.

Anno Chriſti 1262.

RICHARDI IMPER. AVG.
EDICTUM
Quo Civitas Imperialis Tigurina ab iniqua proſcriptione eximitur, & Imperio aſſeritur.

RICHARDUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, univerſis Romani Imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Sane fideli relatione pervenit ad noſtræ Serenitatis auditum, quòd CONRADINUS, olim CONRADI Regis filius, qui ſe Ducem Sueviæ nominat, ea non contentus injuria, quòd in vanum ſibi gloriam alienam uſurpat, inſuper & cives noſtros Turicenſ[illegible] in noſtro & Imperii gremio ſpeciali collocatos, nec ad Ducatum eundem, ſed ad Imperium, pro[illegible] ſtabilivit antiquitas, & modernitas adprobavit, immediatè ſpectantes, tanquam ſubeſſent memora[illegible] Ducatui, proſcriptionis de facto (cùm nullo penitus jure poſſet) ſententiam promulgavit. Nos c[illegible] telam eiſdem civibus (ne aliquid in ſimplicium oculis eos infamiæ nubilum decoloret) prædictam proſcriptionis ſententiam, utpote omni robore vacuam, authoritate Regia, ex plenitudine poteſtatis noſtræ denunciamus omninò carere viribus, & decernimus eſſe nullam, Datæ Hagenoa, XX. [illegible] Novembris, Indict. V. anno Domini MCCLXII. Regni noſtri VI.

Anno Chriſti 1264.

RICHARDI IMPER. AUG.
RESCRIPTUM
AD DIFFIDATORES REGIS ANGLIÆ.

RICHARDUS Dei gratia Romanorum Rex, Semper Auguſtus, & EADWARDUS Illuſtr[illegible] Regis Angliæ primogenitus, cæteriq; Barones omnes & Nobiles, prædicto Regi Angliæ c[illegible]

[illegible]ræ

... æ fi... devotioni ... operibus adhærentes, Simoni de Monte... ...erto de Clara, cæteriſq; ...verſis & ſingulis perfidiæ ſuæ compl...us.

1. E... literis veſtris, quas Illuſtri Regi Angliæ, fratri, patri & Domino noſtro chariſſimo trans-...s, accepimus nos diffidatos à vobis, quamvis hujuſmodi verbalis diffidatio ſatisfuit ante nobis ...liter veſtra hoſtili in rerum noſtrarum incendiis, & bonorum noſtrorum depopulationibus, per-...quutione jam probata. Nos igitur vos ſcire volumus, vos à nobis univerſis & ſingulis, tanquam hoſtes publicos, ab hoſtibus diffidatos. Qui deinceps perſonarum veſtrarum & rerum diſpendiis, ubicunq; nobis ad hoc ...cultas affuerit, totis viribus inſiſtemus.

2. De hoc autem, quod falsò nobis imponitis, quòd nec fidele nec bonum conſilium Regi Domino veſtro damus, nequaquam verum dicitis. Et ſi vos, Domine Simon de Monteforti, vel Gilberte de Clara, velitis hoc idem in Curia Domini Regis aſſerere, parati ſumus ſecurum veniendi ad dictam Curiam procurare conductum, & noſtræ ſuper hoc innocentiæ veritatem, & veſtrum, ſicut perfidorum proditorum, mendacium declarare per alium nobilitate & genere vobis parem. Omnes autem nos contenti ſumus prædictorum Dominorum ſigillis, videlicet Romanorum Regis, & Domini EADWARDI. Datum apud Levves, 12. die Maji, anno Domini 1264.

CONRADI V. REGIS ROMANORUM, &c. EDICTUM

Anno Chriſti 1268.

De Injuriis ſibi per Pontifices Romanos illatis.

CONRADUS* Secundus Dei gratia Jeruſalem & Siciliæ Rex, ac Dux Svveviæ univerſis ſacri Principibus Imperii. *Vulgo dicitur CONRADINUS.*

1. Ex habundantia cordis os loquitur, & injuriæ nobis illatæ violentia reſerat hoſtium labiorum, quam nequivimus nullatenus pattenciæ ſilentio præterire; ſalva tamen in omnibus Eccleſiæ Catholicæ, quam cultu ſacro & debita reverentia toto corde & corpore veneramur, quod ad noſtram cautelam ulteriùs inſidias, verſutias, aſtus, faſtusq; altius formidantes coram Deo, qui corda ſcrutatur omnium, coram vobis & Chriſtianis publicè proteſtantes.

2. Cum enim magnificus Rex Conradus, divæ memoriæ pater noſter, teſtamento ſolempniter condito, quodam tempore mortis ſuæ, nos tenellum infantulum in cunabulis vagientem, nondum à nutricis uberibus ablactatum, in manibus ſanctæ matris Eccleſiæ reliquiſſet, ſperans quòd nos benignè ſuſciperet, & in brachiis caritatis tractaret ſuſceptum, & tractatum favorabiliter honoribus promoveret. Sed audite, qualiter iſte Summus Pontifex, qui erat dictus Innocentius, nocuit innocenti. Nam repente plusquàm deceurit Papam, ut ardentibus deſideriis æſtuabat, quod à patre noſtro in parte remanſerat, & pro nobis pacificè tenebatur, hereditarium regnum noſtrum, quod dudum antiquitùs progenitores noſtri propriis aſſecutum ſanguinibus cum multis quæſivere laboribus, quæſitum poſſidere diutiùs, & poſſeſſum variis decoraverunt ornatibus, & diverſis decoribus ornaverunt, invaſit perſonabiliter cum exercitu numeroſo, & ſub prætextu licito, quod ſe noſtrum in eo bajulum prætendebat, totum ſuo dominio vindicavit confeſtim. verumtamen apprehenſa poſſeſſione præviam intentionis nephandæ propoſitum manifeſtans, & dicti regni tamquam in ejus Regem in ſe præci sè transt...ens poteſtatem, paulatim nomen ibidem delere noſtrum, ex...tinguere fidem noſtram, & jura populi Regis ſuffocare perpetuò ſatagebat: adeò quod de nobis non ſinebat ibi fieri mentionem: & iniertas noſtras munificè diſtribuere cœpit in ſuos conſanguineos & nepotes, velut qui corrigias parciebatur in amplas corium alienum. Ecce qualem in nobis, proh dolor, in nobis exercuit pietatem: Ecce quomodo noſtræ tutelæ decenter officio ſatisfecit. O ſæva patris acerbitas, quæ filium ſine fraude dotis vel filium ſuis curis expoſitum ſine cura poſtpoſuit, qui filium innoxium, ſed potius obnoxium exheredationis pœna perpetua condempnavit.

3. Poſtmodùm verò cùm ille patruus noſter Manfredus Tarentinus Princeps, qui ſorte fide bona pro nobis à principio laborabat, ſufferre diutiùs tantam nequiciam nequiviſſet, potenter reſumſit denuò cauſam noſtram, & ſub ſpecie ſidelitatis noſtræ & ſub noſtro titulo bajulatus, poſt multos belli ſtrepitus, poſt diros conflictus. poſt altercationes innumeras, ipſum regnum non propter eorum injuriam direct...orum ab Eccleſia manibus violenter eripuit, & illud aliquamdiu ſub fide noſtra reſervavit. Qui tandem ...uccedentibus proſperis, quæ frequenter hominum animos ſolent ad inſolentias alterare, oblitus ſui ſanguinis, oblitus Domini naturalis, fide (ſed ſi fidem habuerat) in perfidiam permutata reciprocavit ad ſe negocium dicti regni. Mentitus eſt regnicolis mortem noſtram, & ſophiſticans in eo ſe Dominum, Pſeudoregem ſe fecit, ibi nobis ex hujuſmodi fraudulentia ſupplantatis. Et ibi fuit error pejor priore. Nam graviorem ſe fecit in eo nobis adverſitas præterita reditura. Oh dolor, oh nephas, oh miſeria pupillorum, quibus inde prius offenſio oritur, unde defenſio ſperabatur! O cæca cupido dominii temporalis, qua ſacra Pontificis, & conſanguinei lenitas ad iniquam fallaciam ſeducuntur! *Papæ fallacia & fraudulentia propter dominium temporale*

4. Exceſſu prædicto taliter ab eodem Manfredo temerè perpetrato, licet bonæ memoriæ Dominus

minus Alexander, qui jam in ſede Apoſtolica præſidebat, contra illum graviter [illegible] a nobis ſubtraxerat, ſed quod [illegible] heis ex[illegible]or erat regnum no[illegible]rum, in ejus confuſion[illegible] tendere videbatur. Unde ad nos ſuper [illegible]abendo [illegible] venerabilem direxit Epiſco[illegible] ſem: nihilominus tamen eodem præſente nobiſcum, ad ſuggeſtionem forte ſuorum [illegible] generentium contrariam voluntatem, per nuncios & litteras Reges & Principes alios ad [illegible] gni noſtri commercium ſimiliter invitabat, aut quia non erat datum à Deo deſuper aut [illegible] tum à fatis, ut per eos nanciſceremur gratias & honores.

5. Quod quidem apparet & per effectum operum patuit ſubſequenter in Domino Urb[illegible] nobis extitit Urbanus, ad Pontificatus officium elevato. Nam dum inter eum & [illegible]um Prin[illegible] pace diutius ageretur, ventumq; foret ad punctum finaliter, quo firmanda concordia credebatur, pro facto ſecundum ipſius formam, idem Apoſtolicus æquus pater ad jus noſtrum ipſi Manfredo & ipſius heredibus concedebat, & etiam confirmabat, ultroq; ſtipulabatur eidem, quòd contra nos in regni defenſionem ſibi juxta poſſe ſuum Eccleſia non deeſſet: ut ob id ligata gemmina potentia fidelium bajulorum noſtrorum, qua nos ad ejuſdem regni ſolium reſurgere non poſſemus. Ha Deus, non ſufficiebat eiſdem bajulis pupillum exheredaſſe ſolummodò, niſi conjurati ſunt invicem, quòd perpetuo deprimerent nos heredem! Cùm autem tractatus ipſe, ſicut Domino placuit, caderet incomp[illegible]tus, & dictus Apoſtolicus in excidium Principis exardere, non perſonam noſtram, cui regnum [illegible] nabiliter debebant, quæ ad illius regimen magis accommoda, magis apta, magisq; ſufficiens [illegible] ſet, unde ſopita quieviſſet pace tranquilla, populus Chriſtianus gaviſus extitiſſet; at velut qui n[illegible] nit mittere pacem, ſed gladium declararetur in ſcandalis, ex quibus effuſio ſanguinis ſequer[illegible] minem extraneum & de regno prædicto penitus alienum, Karolum ſcilicet, in noſtrum præjudic[illegible], ad noſtrum impediendum negocium invocavit ipſum conſiliis & auxiliis contra illum.

6. Poſt cujus felicem obitum iſte ſucceſſor ejus ſanctiſſimus pater noſter Clemens non clem[illegible]tiam, ſed inclementiam potiùs operatus in nobis, conſtituit in regno prædicto noſtrum Camerarium ante Regem, qui demum per omne nephas regnum ipſum obtinuit, ut nobis incognitum non exiſtit. Sed audite pro Deo invidiam per Deum & homines deteſtandam. Non Sarracenos Luceriæ, contra quos Dominus Papa crucem ſumendam fecerat prædicari, & in quorum excidium gentes ſeductæ fuerant & adauctæ, ſalvos illæſos ſervavit, & Chriſtianos miſeros non ſolum exhauſit rebus, ſed occidit innumeros, & afflixit mille generibus tormentorum. Aperite oculos & videte, qualiter ſub ſpecie recti mundum decipiunt & claudunt Presbyteri. Videte, ſi eis interim in ipſo regno ſit credendum. Heu heu quantis injuriis, quantis fraudibus, quantisq; doloribus hereditas noſtra converſa eſt ad alienos, & regnum noſtrum tranſiit ad indebitum poſſeſſorem!

7. Poſtquam autem in ipſum Manfredum irruit ira Dei propter commiſſum in nos peccatum, ut firmiter opinamur; fuitq; per ipſum Karolum ſuperatus & etiam interemptus, regno perdito nobis & ſibi cum ſua perſona perdita culpa ſui: dum nos inter ſepem Imperii lateremus, quaſi jacentes humiliter attoniti & abſconditi ſub obſcuro, factis ſeu dictis neminem offendentes, tanquam pupillus verè deſperatus & ab omnibus inhonoratus, idem Pontifex generalis rimatus eſt ad inſtar ſoliciti venatoris, ubi nos in Germania viventes invenit, ferens abhominabilem vitam noſtram, & verens ne caput altiùs aliquo modo levaremus, velut qui quærit manopilum & ſioponodum, ut habeat nocendi materiam & occaſionem inveniat malignandi: pro eo quod noſtris in litteris regni noſtri Siciliæ titulus ſcribebatur, intendebat (ut audivimus, licet non credamus) contra nos puerum juvenem inculpabilem de pharetra ſagittam emittere, & excommunicationis ſententiam ful[illegible]inare, non reputans eſſe ſatis, quod contra Deum & omnem juſtitiam ablatum fuerit nobis regnum illud Siciliæ, niſi finaliter tolleremur à terra. Ha Deus, quomodo ſic univerſi Pontifices in noſtri juris injuriam juraverunt? Ha Deus, ſi hoc in virido, quid in arido fiet nobis? Si hoc in tanta pueritia paſſi ſumus, quid ab eis in antiquitate pr[illegible]ſtolamur?

8. Adhuc etiam idem Pater à perſecutionum inſtantia non deſiſtens, ſed omnem viam & modum excogitans, quibus nos poſſet perpetuò conculcare, ſi dici verum liceret, ad illicita manus ſuas, & falcem mittens in noſtram meſſem, præfatum Karolum per Italiam univerſam Romani Vicarium Imperii ſtatuit in noſtram injuriam manifeſtam, ut commodiùs vires noſtras reprimeret, & acceſſum noſtrum ad ipſum regnum faciliùs impediret. Sed ad id in poteſtate deſ[illegible] auctorita[illegible], & in [illegible]oritate poteſtas inane pro certo redditur nomen & officium ingratum. Quid unquam mali [illegible]imus, ô ſancta mater Eccleſia, quod nos tuum devotum filium, olim pupillum tuæ tu[illegible] commiſſum per tuos Rectores ſic aſperè novercaris? In quo unquam te offendimus [illegible] ô v[illegible] tande Pater, quod ita co[illegible] in [illegible] multimodè nos perſequeris, & injuſtè [illegible] va[illegible] tibi reputas & gravamen injuriamque, quod vivimus ſuper terram? Cùm, ſciat Deus, nos [illegible]ſciamus.

9. Denique cum vivere nequiremus ulteriùs contra tot moleſtias & preſſuras, & ignor[illegible] quid facere deberemus, [illegible] decorus Deus, qui non relinquit in ſe ſperantes, ecce ſuam ap[illegible] nobis nam, ſed in miſericordia: quia noſtri fideles tam de Imperio quàm de Regno, zelo eximiæ fide[illegible] acc[illegible] tas injurias in nobis ſuſtinere ulteriùs nequeuntes in noſtrum adjutori[illegible] un[illegible] te[illegible]rexerunt, exponentes pro nobis non ſolum bona, ſed animas & perſonas, & nos ad rec[illegible]p[illegible]onem noſtrorum [illegible] jurium magnificè ſuſcitarunt. Qui apertis theſauris ſuis pret[illegible] nobis mun[illegible]a ſerunt, aurum ſicut Regi magno pro ſtipendio gentis noſtræ nobis affluentiam monſtrant[illegible]

cur

tur cognito quod erat omnino neceſſarium, munivimus & armavimus juſtitiam cauſæ noſtræ, ut illud magnificum genus noſtrum, quod jam longis & antiquis temporibus imperavit, noſtra non degeneraret in perſona, & injurioſè taliter ipſum peſſundari non contingat, ſed alta potentia noſtræ domus, ſi Deus annuerit, noſtris temporibus relevetur: non ut adverſus ipſum Pontificem generalem, contrarium aliquid cogitemus intendere, quem patrem noſtrum reputamus & Dominum, (& utinam ipſe nos filium & devotum relatione debita recognoſceret ut deberet) ſed in eundem Karolum, inimicum noſtrum noſtrorumque jurium detentorem, & contra eum volumus omninò martialibus ſchachis ludere pro noſtra juſtitia, & de noſtris juribus in gladiis diſputare. Deus autem reſpiciens è cœlo juſticiam foveat, abhominetur ſuperbiam, & ferens de ſancto throno ſuo ſententiam judicet æquitatem.

10. Veſtram igitur dilectionem precamur attentè, quantum poſſumus, & hortamur, quatenus ſuper hiis cauſæ noſtræ, quam vobis nudam claramq; deſcribimus, cognita veritate penes conſcientias veſtras habeatis noſtram innocentiam excuſatam, & ad falſam ſuggeſtionem forſitan aliquorum de nobis contrarium non credatis, imò nobis in hac juſtiſſima cauſa dare velitis auxilium, conſilium, & favorem: eundem Summum Pontificem per veſtras litteras ſpeciales exorando, ut nobis in jure noſtro faveat, & erga nos ſe gerens benignè rancorem mitigando intuitu veſtro temperet motus ſuos, & ut conceptam erga nos iram ſuæ indignationis dignetur vobis intercedentibus exarmare. . . . . . .

RVDOLPHI I. IMP. AVG. *Anno Chriſti 1274.*

EDICTUM

De diplomatibus & inſtrumentis linguâ Germanicâ concipiendis.

OMNIA mandata, edicta, privilegia, pacta dotalia, contractus, & id genus alia ſcripta & inſtrumenta, in Theutonica lingua, & non, ut anteà, in Latina, concipiantur.

RUDOLPHI I. IMPER. AUG. *Anno Chriſti 1274.*

RESPONSUM

De Coronatione Imperii Romana, quòd ſine ea electus à Principibus verus Imperator & ſit & nominari debeat; redditum Principibus, qui eum ad inſtantiam Romani Pontificis ſæpe admonebant, quatenus pro corona Imperii Romam proficiſceretur.

MULTOS Alemanorum Reges Italia conſumpſit: non ibo Romam. Rex ſum, IMPERATOR ſum; nec minus pro utilitate Reipublicæ me facturum confido, quàm ſi Romæ fuiſſem coronatus.

RUDOLPHI I. IMPER. AUG. *Anno Chriſti 1275.*

DECRETUM

De jure eligendi Imperatorem inter Regem Bohemiæ & Ducem Bavariæ controverſo.

RUDOLFUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, univerſis præſentia inſpecturis in perpetuum declaramus, quòd præſidentibus nobis Curiæ apud Auguſtam Idibus Maji ſolempniter celebratæ, & conſtitutis ibidem in præſentia noſtra Illuſtrium Principum Ottockari Regis Bohemiæ Nunciis, & Henrici Ducis Bavariæ Procuratoribus, ſubortaq; inter eos quæſtione ſuper quaſi poſſeſſione juris eligendi Romanum Regem per Procuratores dicti Ducis Henrici & Illuſtrem Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bavariæ, filium noſtrum chariſſimum, fuit propoſitum, ratione Ducatus Bavariæ hoc eis competere ex antiquo. Idemq; noſter filius Ludovicus coram nobis, cunctisq; Principibus, Prælatis, Baronibus, Militibus, & univerſo populo, qui eidem Curiæ aſſidebant, extitit publicè proteſtatus, quòd prædictus Dux Heinricus frater ipſius, olim electioni Inclyti RICHARDI Romanorum Regis, noſtri prædeceſſoris, unà cum ipſo præſentialiter cum cæteris Principibus Coëlectoribus interfuit, & in eum uterq; direxit legaliter votum ſuum, eundem in Romanum Regem unà cum aliis Conprincipibus jus in hoc habentibus eligendo.

2. Deinde verò electionis tempore apud Franchanfurte de nobis ab omnibus Principibus jus in electione habentibus concorditer celebratæ, per Nuncios & Procuratores ejusdem Ducis Henrici, videlicet Henricum Præpoſitū Oetingenſem & Fridericum Rectorē Eccleſiæ de Landshuet, ipſius abſentiā propter impedimēta legitima legitimè excuſantes, præſente Venerabili Berchtoldo Babenbergenſi Epiſcopo, Procuratore prædicti Regis Bohemiæ, & contradicente quidē ipſis Procuratoribus, ſed ipſius contradictione à Principibus Electoribus omnib tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, non admiſſa, in dictū Ludovicum Comitē Palatinum Rheni noſtrum filium, unà cum aliis Principibus omnibus, qui in nos direxerāt ſua vota, prout jam dicti Procuratores in mandatis receperāt, cōcorditer extitit compromiſſum, qui cōmiſſum hujusmodi in ſe recipiens, ſuo & dicti Henrici Ducis fratris ſui,

ac

ac omnium aliorum Principum jus in electione habentium auctoritate & nomine, in Romanum Regem ſolemniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bavariæ, Comitum Palatinorum Rheni, ratione Ducatus pro una in Septem Principum jus in electione Regis Romani habentium numero computatis; prout etiam in prædicta Curia Auguſtenſi vivæ noſtræ vocis eloquio, utriq; ipſorum, in præſentia Nunciorum præfati Regis Bohemiæ, videlicet Venerabili Wernhardo Seekovienſi Epiſcopo, Magiſtro Henrico Præpoſito Werdenſi, N. Commendatore Domus Theutonicæ per Auſtriam, & Wolfingo Magiſtro Hoſpitali S. Johannis de Muurperge, ac omnium ibidem præſentium Principum, Prælatorum ac Baronum recognovimus, & recognoſcimus manifeſtè. In hujus rei teſtimonium, & perennem memoriam prædictorum, præſentes eis literas donavimus, noſtro Regali ſigillo, necnon ſubſcriptorum teſtium ſigillis munitas. Qui ſunt

Hartmannus Auguſtenſis Hiltprandus Eiſtetenſis Henricus Tridentinus.	Epiſcopus.
N. de Sancto Gallo N. de Angea	Abbates.

Rudolfus Cancellarius noſter.
Ex Laicis verò filius noſter Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ.
Philippus Dux Karinhiæ.
Meinhardus Comes Tyrolenſis.
Fridericus Burgravius de Nurnberg.
Heinricus Marchio de Burgaue.

Ulricus de Helfenſtain, Ludovicus de Oetingen Albertus & Burchardus de Hochenberg Henricus de Furſtenberg Tybaldus de Pirreto & Ludovicus de Honburg	Comites.
Henricus & Berchtoldus de Niffen Albertus de Pruckberch Hermannus de Hæginberch Volkmarus de Chemnaten & Marquartus filius ſuus Winhardus de Rorbach Henricus de Priſingen,	Barones.

& alii quamplures. Actum & datum Auguſtæ, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto; Regni verò noſtri anno ſecundo.

Anno Chriſti 1279.

PRINCIPUM ELECTORUM S. ROMANI IMPERII DIPLOMA.

Quo ratificantur donationes Pontifici Romano factæ à RODULPHO IMPERATORE.

LUDOVICUS Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ; JOANNES & ADALBERTUS Duces Saxoniæ; OTTO Marchio Brandeburgenſis, univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Auctore ſalutis.

1. Complectens abolim ſibi Romana mater Eccleſia, quadam quaſi germana charitate Germaniam, illam eo terrenæ dignitatis nomine decoravit, quod eſt ſuper omne nomen temporaliter tantùm præſidentium ſuper terram, plantans in ea Principes tanquam arbores prælectas, & rigans illas gratia ſingulari, illud eis dedit incrementum tam mirandæ potentiæ, ut ipſius Eccleſiæ auctoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſorum electionem illum, qui fræna Romani Imperii teneret, germinarent. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ per luminare majus CHRISTI Vicarium illuſtratum. Hic eſt, qui materialem gladium ad ipſius nutum excutit & convertit, ut ejus præſidio paſtorum paſtor adjutus, oves ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium & bonorum.

2. Ut igitur omnis materia diſſenſionis & ſcandali, ſeu etiam rancoris occaſio inter ipſam Eccleſiam & Imperium auferantur, & duo gladii in domo Domini conſtituti debito fœdere copulati ipſos exerceant, in utilem reformationem regiminis univerſi, & nos in actu voluntatis & operis inveniamur filii devotionis & pacis, qui tam Eccleſiam quàm Imperium confovere tenemur: quidquid per Dominum noſtrum RODULPHUM Dei gratia Romanorum Regem Semper Auguſtum ſanctiſſimo patri & Domino noſtro Nicolao Papæ Tertio, ejuſdemq; ſucceſſoribus, & ipſi Romanæ Eccleſiæ rece-

recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, denuò donatum, declaratum ſive conceſſum, juratum, & actum ſeu factum eſt per privilegia vel quæcunq; alia ſcripta quorumcunq; tenorum ſuper recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, conceſſionibus, & factis ſeu geſtis tam aliorumq; Imperatorum & Regum Romanorum, Prædeceſſorum Regis ejusdem, quàm ipſius Regis ſuper fidelitate, obedientia, honorificentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus & ipſi Eccleſiæ impendendis, ac poſſeſſionibus, honoribus & juribus ejusdem Eccleſiæ, & nominatim ſuper totam terram, quæ eſt à Radicofano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, terra Comitiſſæ Mathildis, Civitate Ravennæ, & Æmilia, Bohio, Ceſena, Foropopuli, Forolivii, Favenria, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis, atq; Gabello, Arimino, Urbino, Monteferetro, territorio Balnenſi, Comitatu Brectonorii, Exarchatu Ravennæ, Pentapoli, Maſſa Trabaria cum adjacentibus terris ſuis, & omnibus aliis ad prædictam Eccleſiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis, atq; inſulis in terra mariq; provinciis, civitatibus, territoriis ad prædicta quoquo modo ſpectantibus, nec non ſuper civitate Romana, & regno Siciliæ, cum omnibus ad eam ſpectantibus tam citra Pharum quàm ultra, Corſica quoque atque Sardinia, & ceteris terris ac juribus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, nos noſtri nomine Principatus in omnibus & per omnia approbamus & ratificamus, ac iisdem omnibus & ſingulis & quibuscumque aliis ſuper iisdem per eundem Regem quoquo modo factis, & in poſterum faciendis voluntatem noſtram, aſſenſum, atque conſenſum, unanimiter atque concorditer exhibemus & promittimus, quòd contra promiſſa vel aliquod promiſſorum nullo unquam tempore veniemus; ſed ea omnia & ſingula pro poſſe noſtro procurabimus inviolabiliter obſervari. Et ut hæc noſtra voluntas, approbatio, ratificatio, aſſenſus, conſenſus, atque promiſſio à nobis eisdem Romanis Pontificibus & Eccleſiæ in perpetuum obſerventur, hoc præſens ſcriptum inde fieri fecimus, noſtrorumque ſigillorum munimine roboratum.

Actum & datum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo nono, decimoquarto Kalend. Aprilis, Indictione ſeptima, regnante prædicto Domino noſtro Rodulpho Romanorum Rege glorioſo, regni ejus anno ſexto.

RUDOLPHI I. IMPER. AUG. *Anno Chriſti 1281.*

DECRETUM

IN ACTIONE EMPTI ET VENDITI CASTRI BECKELHEIMENSIS, vertente inter Archiepiſcopum Moguntinum & Comites Sponheimenſes.

RODOLPHUS Dei gratia Rex Romanorum Semper-Auguſtus, notum facimus univerſis ac ſingulis has literas lecturis aut legi audituris; Quòd nos omnem diſcordiam, litem & contentionem, quæ fuerunt inter dilectos Principes noſtros, Wernherum Archiepiſcopum Moguntinum, Eccleſiam ſuam; Henricum fratrem Comitis de Sponheim, cum omnibus amicis & auxiliariis eorum, partibus ex altera, complanavimus, concordavimus & pacificavimus integraliter, perfectè ac in perpetuum ſuper omnibus factis commiſſis & perpetratis, in toto tempore illo, quo diſcordia inter eos cœpit & duravit, in hunc modum.

2. Inprimis caſtro Beckelnheim, caſtrenſibus hominibus & bonis, quæ præfatus Archiepiſcopus emerat, ſicut habetur in literis diviſionis inter Comitem Johannem & Henricum fratrem ejus factæ, renunciavit prædictus Comes Johannes, cum uxore & fratre ſuo Everhardo, pro ſe & cunctis hæredibus ſuis, coram nobis in perpetuum: debetque meo judicio, ſub quo dicta bona conſtare noſcuntur, facere omnia & ſingula, quæ ordo juris cum Warandia expoſtulat. Comes Henricus ſua tertia parte ibidem debet eſſe contentus, quemadmodum hucuſque tenuit eandem; & Archiepiſcopus cum Eccleſia Moguntina in duabus partibus, quas ei vendidit Henricus frater Comitis Johannis, ſine alicujus eorum moleſtatione in poſſeſſione quieta permanebit.

3. Captivi omnes facto jurejurando pacis, ut moris eſt, liberi dimiſſi ſunt.

4. Omnia præſcripta Johannes & Henricus Comites de Sponheim, ſe firmiter obſervaturos, ſuper ſancta Dei Evangelia juraverunt. Quòd hi hanc concordiæ & pacis noſtram compoſitionem ad injuriam Archiepiſcopi & Eccleſiæ Moguntinæ præfati Comites violare præſumpſerint, tunc nos unà cum Civitatibus Regni, Francofordia, Fridburg, Wetzlaria, Geilenhauſen, Oppenheim, Weſalia, ac Bopardia, & ipſe nobiſcum adverſus eos, ſæpedicto Archiepiſcopo & Eccleſiæ ejus auxilium ferentes, aſſiſtentiam faciemus. Contra hæc auxilium ferre præfatis Comitib' Johanni & Henrico non debebunt Fridericus Comes de Liningen, neque filius ejus, neque Everhardus Comes de Katzenellenbogen, neque Emicho Comes de Liningen, ſeu aliquis eorum, adverſus Archiepiſcopum & Eccleſiam Moguntinam.

5. Hanc autem concordiæ & pacis compoſitionem de conſenſu & bona voluntate præfatorum, Archiepiſcopi Moguntini, & Comitum Johannis & Henrici de Sponheim fecimus, & ad inſtantiam eorundem ſigillum noſtrum Regium, una cum ſigillis eorum, & Friderici Comitis de Liningen, & Everhardi Comitis de Katzenelnbogen, his literis fecimus appendi. Actum Moguntiæ, anno Domini MCCLXXXI. in profeſto S. Luciæ.

Anno 1285.

RUDOLPHI I. IMPER. AUG.

DECRETUM

DE DISTINCTIS BURGGRAVII ET SENATUS POPULIQUE CIVItatis juribus, eorumq; concordia & integritate.

NOS RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ad univerſorum Sacri Imperii Romani fidelium, tam præſentium quàm futurorum, notitiam tenore præſentium volumus pervenire, quòd nos inter noſtros fideles Milites Caſtrenſes & Cives de Fridberg ordinationem, concordiam & ſecuritatem fecimus cum conſenſu & voluntate partis utriusque hunc modum.

1. Quod Cives Caſtrum in Fridberg nunquam deſtruent, nec Caſtrenſes de Caſtro expellent, nec Caſtrum capient, nec recipient, nec retinebunt, nec talia volentibus facere conſilium, auxilium ſeu favorem præſtabunt.

2. Milites etiam civitatem Fridberg nunquam deſtruent, nec de civitate ipſos cives expellent, nec capient, nec recipient, nec inſultum communiter in civitatem facient, nec talia volentibus facere conſilium, auxilium ſeu favorem præſtabunt.

3. Et ſi Milites Caſtrenſes contra Cives vel Civitatem prædictam aliquid fecerint prædictorum, tunc ipſo facto omnibus libertatibus, & tam feudis Caſtrenſibus, quàm aliis, & omnibus honoribus & juribus, quæ vel quos ab Imperio tenuerunt, perpetuò carebunt: & in ſe elegerunt Domini Papæ excommunicationem & noſtram proſcriptionem faciendam, quando Cives hoc duxerint requirendum. Et ſi Cives contra Caſtrenſes Milites vel Caſtrum aliquid fecerint prædictorum, tunc ipſo facto omnibus libertatibus, feudis & omnibus honoribus & juribus, quæ vel quos ab Imperio tenuerunt, perpetuò carebunt: & in ſe elegerunt Domini Papæ excommunicationem & noſtram proſcriptionem faciendam, quando Milites Caſtrenſes hoc duxerint requirendum.

4. Adjectum eſt etiam, quòd ſi inter prædictos Milites & Cives, vel eorum familiam aliquæ rixæ vel contentiones ſeu pugnæ ſurrexerint, hoc judicari debet ſecundum quod in ipſa Civitate à retroactis temporibus eſt conſuetum.

5. Promiſerunt inſuper ex utraq; parte, quòd poſtquàm nos viam univerſæ carnis ingreſſi fuimus, ipſi Caſtrenſes Milites nullum ad Caſtrum prædictum intromittent, per quem ipſi Cives vel eorum Civitas lædi valeat vel offendi: hoc etiam ipſi Cives Militibus facient è converſo, donec novus Rex creatus fuerit, cui tam Caſtrenſes quàm Cives faciant, ut tenentur.

6. Et nos tam Cives quàm Caſtrenſes Milites, ut prædicta per nos inviolabiliter obſerventur, unà cum Sigillo Sereniſſimi Domini noſtri prædicti Regis, ſigilla noſtra duximus præſentibus appendenda. Et nos RUDOLPHUS Romanorum Rex ſigillo noſtro præſentem paginam fecimus communiri. Datum Moguntiæ Idus Julii, Indictione XIII. Anno Domini MCCLXXXV. Regni noſtri anno XII.

Anno 1291.

RUDOLPHI I. IMPERAT. AUG.

RESCRIPTUM

UT DE CIVIBUS IMPERII NEMO SERVILIS CONDITIONIS, tanquam in homines liberos, judicare poſſit.

Servilis conditionis homines intelliguntur Miniſteriales Monaſteriorum & Collegiorum, quibus opponuntur Liberi, i. Nobiles Imperio immediate ſubjecti.

RODOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, prudentibus viris, univerſis hominibus vallis in Suitz, liberæ condicionis exiſtentibus, dilectis ſuis fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Inconveniens noſtra reputat Serenitas, quòd aliquis ſervilis condicionis exiſtens pro Judice vobis detur. Propterquod auctoritate Regia volumus, ut nulli hominum, qui ſervilis condicionis extiterit, de vobis de cetero judicia liceat aliqualiter exercere, præſentium teſtimonio litterarum, quas noſtræ Majeſtatis ſigillo juſſimus muniri. Datum in Baden, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, Regni verò decimo octavo.

Anno 1291.

RUDOLPHI I. IMPER. AUG.

CONSTITUTIO

NE CIVES IMPERIALES EXTRA CIVITATEM AD DUELLUM & extranea judicia provocentur.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, prudentibus viris, Conſulibus & Civibus univerſis de N. dilectis ſuis fidelibus gratiam ſuam & omne bonum.

1. Nullus vos vel veſtrûm aliquem modo duellico ſeu per viam duelli extra civitatem Fridberg citare poſſit, vel debeat evocare.

2. Volumus etiam, quòd nullus vos vel veſtrûm aliquem pro ullis bonis vel debitis extra dictam civitatem Frideberg citare poſſit aliqualiter vel vocare, niſi priùs in civitate Frideberg ſibi fuerit juſtitia denegata.

Datum apud Franckford, 3. Kalend. Junii, Indictione IV. Anno Domini MCCLXXXXI. Regni verò noſtri anno XVIII.

ADOL-

ADOLPHI IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1293.

CONSTITUTIO

DE INSULIS RHENI, ET DIVERSIS ALIIS CAPITULIS.

Receſſus Comitiorum Noribergenſium.

NOS ADOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, recognoſcimus per præſentes, quòd nobis anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, in die beatorum Tiburtii, & Valeriani Martyrum, in generali Curia apud Nuremberg pro tribunali ſedentibus, ad requiſitionem ſpectabilis viri, Reinaldi Comitis Gelrenſis, per communem Principum ſententiam eſt obtentum.

1. Quòd ſi inſula nata eſt in Rheno vel alio flumine, in Comitatu alicujus Comitis, qui in ipſo flumine recipit teolonia & conductus, habetque Comitatum eundem, teolonia & conductum ab Imperio in flumine prædicto; eadem inſula potiùs ſpectat ad Imperium & ad ipſum Comitem, quàm ad alium Dominum, cujus diſtrictus protenditur ad ripam fluminis prælibati.

2. Secundò ad ejuſdem Comitis inſtantiam eſt obtentum; quod nulli licitum eſt munitionem erigere de novo in Comitatu alicujus Comitis, niſi petita ejus licentiâ & obtenta. Si autem Comes alicui, ædificanti munitionem, præſtitit patientiam, quouſque ædificaretur munitio, & paſſus eſt dominum ejus tamdiu pacificè poſſidere, donec ſecundum terræ conſuetudinem præſcriberentur alia bona contra Comitem, vel alium quemcunque; quod poſteà non poteſt impeti à Comite ſuper ædificio prælibato.

3. Tertiò fuit obtentum; ſi inter aliquos diſcordantes ſuper homicidio aliqua compoſitio intercedat, & à parte, quæ injuriam intulit, parti læſæ ſatisfactio impendatur, & compoſitio fiat pro conſanguineis omnibus partis paſſæ injuriam; poſtmodùm verò pars injuriâ paſſa proponat, quòd non pro omnibus de parte eadem compoſitio intervenit, ſed quibuſdam nominatim exceptis; alia parte dicente è contrario, quòd pro omnibus conſanguineis læſæ partis compoſitio facta extitit, & ſatisfactio ſubſecuta: partis hoc affirmantis probatio cum duobus teſtibus (ita quod maous affirmantis ſit tertia) potiùs ſit admittenda, quàm partis contrarium aſſerentis.

4. Quartò fuit quæſitum pro ipſo Comite; ſi alicujus Domini familia in oppido, cujus dominium ſpectat ad ipſum, malè tractatur verbis vel factis, utrum Dominus loci vel Scabini ipſius debeant factum hujusmodi judicare? Et obtentum fuit communi ſententia, quòd potiùs ſpectat ad Dominum judicium hujusmodi, quàm ad Scabinos prædictos: niſi forſan ipſi cives per libertatem conceſſam ab ipſo Domino vel à ſuis prædeceſſoribus, contrarium doceant.

5. Quintò ſententialiter eſt obtentum; quòd ſi aliquis obſidet caſtrum in terminis Regni Romani, niſi priùs obtinuerit in figura judicii, quòd licitè facere illud poſſet; Nos obſidenti debeamus dare auctoritate Regia in mandatis, ut obſidionem ſuam diſſolvat, & proſequatur ſuam juſtitiam coràm nobis.

6. Sextò ſententiatum extitit coram nobis; quòd ſi debitor dicat, ſe creditori debitum perſolviſſe; creditor verò neget; ipſius debitoris, & non creditoris, eſt ſuper hoc probatio admittenda. Datum anno Domini, die & loco prædictis; Regni verò noſtri anno ſecundo.

ADOLPHI IMPERAT. AUG.

Anno Chriſti 1293.

CONSTITUTIO

NE BONA AD ECCLESIAM DEVOLUTA A CONSUETIS tributis eximantur.

NOS ADOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Conſulibus & civibus de N.

Præcipimus & Regali ſancimus edicto, ut omnia bona infra a diſtrictum Civitatis conſtituta, quocunque nomine cenſeantur, quæ ſturam ſeu precariam perſolvere conſueverunt, ad quorumcunque religioſorum ſeu aliorum cujuscunque conditionis manus, quocunq; alienationis titulo, transferantur, more ſolito ſturam ſeu precariam in perpetuum contribuant & perſolvant, quemadmodum ab excellentiſſimo Principe, inclyto quondam RUDOLPHO Romanorum Rege, noſtro prædeceſſore, id ipſum ſancitum extitit edictum. Datum in Frideberg, 2. Nonar. Auguſti, Indictione 6. Anno Domini MCCXCIII. Regni verò noſtri anno ſecundo.

a terminos, muros. ſed omnibus Civitatibus hoc privilegium datum eſt.

S. ROMANI IMPERII ARCHIPRINCIPUM ELECTORUM

Anno Chriſti 1297.

SENTENTIA EXAUCTORATIONIS ET DEPOSITIONIS DN. ADOLPHI Romanorum Regis: & de jure Electoris Palatini.

MOGUNTINUS Pontifex, Saxoniæ atque Brandeburgii Præſides, Legati Regis Bojemiæ, Regulum Saxonum arbitrum honorarium (quippe Rudolphus Præfect' prætorio Rheni, Rectorque Bojariæ, cujus munus eſt veluti de querimoniis adverſus Cæſarem delatis cognoſce- re,

Aventin. lib. 7. Annal. Bojor. fol. 587.

re, jusque dicere, ſententiam pronunciare, venire recuſarat) capiunt, tribunali impo…, A…PHUM homicidii, ſtupri in virginem, ſocordiæ, negligentiæ, perjurii, quòd à Francis O… talibus intercepta non repeteret, accuſant. Deinde Senatusconſulto eum in ordinem redigunt … ſtigio … turbant, Rempublicam orbam capite eſſe decernunt. Poſtremò ne imperium ſine c… ſicut corpus ſine anima contabeſcat, ALBERTUM ſuis ſuffragiis rebus imponunt, Cæ… deſignant, nuncupant, nonis Kalendis Julii declarant.

Anno 1299.

ALBERTI I. IMPER. AUG. CONSTITUTIO

NE BONA AD ECCLESIAM DEVOLUTA A CONSUETIS tributis eximantur.

NOS ALBERTUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ad univerſorum notitiam deducimus per præſentes, quòd volumus, præcipimus & mandamus, quatenus omnia bona infra diſtrictum Civitatis Imperialis conſtituta, quocunque nomine cenſeantur, ad quaſcunque manus devoluta, & quocunque titulo alienata, ſive ad religioſos, ſive ad alios, quæ ſteuram ſ… precariam perſolvere conſueverunt, eandem ſteuram ſeu precariam in præſenti perſolvant pariter … in futuro. Datum apud Franckinfurt, XV. Kal. Martii, Indictione XII. anno Dom. MCCXCIX. Regni verò noſtri anno primo.

Anno Chriſti 1300.

S. ROMANI IMPERII ARCHIPRINCIPUM ELECTORUM

SENTENTIA IN ALBERTUM I. REGEM ROMAN. PROPTER EJ… exceſſus in injuſtitia & tyrannide: & de jure Electoris Palatini.

Henric. Stero Monach Altahenſis in Annalib.

ANNO MCCC. circa feſtum Beati Michaelis, Dux Rudolphus & Comes Palatinus Rheni præfatus, ab Electoribus Imperii, Moguntinenſi, Colonienſi & Treverenſi Archiepi… pis vocatus fuit ad Rhenum, contra Regem ALBERTUM. Unde iidem Principes contra ipſum ALBERTUM conſpiraverunt, eligentes ipſum Rudolphum pro judice: & aſſerentes, ad Comitem Palatinum pertinere, quod ſit officium Palatinæ dignitatis ex quadam conſuetudine de cauſis cognoſcere, quæ ipſi Regi moverentur. Quare contra Regem propoſuerunt, quòd Dominum ſuum proprium, ſcilicet Regem ADOLPHUM, occidiſſet: ideò Rex eſſe non poſſe… & ad depoſitionem ipſius cogitabant.

Anno Chriſti 1303.

ALBERTI I. IMPERAT. AUG. CONSTITUTIO

QUA CONFIRMANTUR ET RATIFICANTUR PRIVILEGIA OMNIA per alios prædeceſſores Imperatores Eccleſiæ Romanæ conceſſa.

* ejus nominis octavo.

SANCTISSIMO in Chriſto Patri & Domino noſtro, Domino Bonifacio*, divina providentia ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, ALBERTUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus, devota pedum oſcula beatorum.

vide Clementin. 1. de jurejur.

Profiteor, Beatiſſime Pater, me bonorum omnium largitori, ac vobis & ſanctæ Eccleſiæ tuæ fore pro innumeris miſericordiis & immenſis beneficiis obligatum. Profiteor quod deſiderii mei recepi deſideratum effectum, & diſſiteri non audeo, quòd & plus, quàm deſideraſſe ſciverim, adinveni; mirans ſic in præteritis eſſe proviſum, quod de iis, quæ circa talia in futuro peti poterant, ſpes miſerationis habetur. Aſſurgens itaque Deo & ſanctitati veſtræ, ac eidem Eccleſiæ matri meæ ad gratiarum devotiſſimas & humillimas actiones, totum me devoveo, totum me offero, & expono ad gratificationis debitum per omnia, in quantum humanæ imbecillitatis conditio patitur, exolvendum. Ad hæc licet pridem, antequàm circa negocium electionis de me ad Romanum Regnum & Imperium celebratæ, ac alia, quæ in hac parte incumbebant, eſſet per ſanctitatis veſtræ beneficentiam mei ſtatus eſſentia ſolidata, fecerim infraſcripta, & ſuper his meas beatitudini veſtræ litteras duxerim deſtinandas, ac in ſoliditate hujusmodi procuratores mei ad hoc ſpecialiter conſtitu… & in veſtra præſentia renovaverint: ecce nunc tamen, ut gratus reddar, & ipſa in majori firmitate procedant, illa duxi præſentibus innovanda.

Recognoſcens igitur, quòd Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam de Græcis translatum eſt in perſona magnifici Caroli in Germanos, & quòd jus eligendi Romanorum Regem … Imperatorem poſtmodum promovendum, certis Principibus Eccleſiaſticis & Sæcularibus eſt ab … dem Sede conceſſum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt & erunt pro tempore, recipiunt … poralis gladii poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: pia devotione & … cero corde profiteor, quòd Romanorum Reges in Imperatores poſtmodùm promovendi per … dem eandem ad hoc potiſſimè & ſpecialiter aſſumantur, ut ſint S. Romanæ Eccleſiæ Advocati, … tholicæ fidei ac ejusdem Eccleſiæ præcipui defenſores.

Cat a

[illegible] quæ [illegible] Romæ in C[illegible]llo S. [illegible] ex[illegible] eſt ſumtus.

SUPERIORIBUS [illegible] juramento [illegible] fid[illegible] forma [illegible] conſuetum. Ad[illegible] con[illegible]tion[illegible] juramentu parit[illegible] fidelitatis exhibit[illegible] patre [illegible],& alia omnia a [illegible] omnibus [illegible] præſtita. C[illegible]nfirmat itidem privilegia ab eodem [illegible]dulpho & aliis Imperatoribus eidem Eccleſiæ Romanæ conceſſa. Ratificat, quæ ſtatuta & [illegible] erant per Ludovicum Imperatorem Paſchali Papæ, & per Ottonem Joanni Pontifici. Et poſt reverentiam Patri [illegible], & [illegible] amorem inſinuatum, Eccleſiæ jura defendit, primatum & libertatem ejuſdem Eccleſiæ profitetur def[illegible]ſurum adverſus quoſcunque ejuſdem perturbatores; adverſus quos bella movere ſi opus ſit, pollicetur, ſpondens ſuum cum exercitu in Italiam adventum, ſi placeat. Datum habetur apud Noremberg, anno Domini M. CCC. III. Indictione prima [illegible] decimoſexto Kalend. Auguſti Regni verò anno quinto.

ALBERTI I. IMPER: AUG.

Anno Chriſti 1305.

DECRETUM

DE ABSOLUTIONE REGIS BOHEMIAE A BANNO Imperiali.

NOS ALBERTUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire. Quòd ſuper diſcordia, quæ inter nos ex una parte, & [illegible] quondam Wenceslaum Bohemiæ, Poloniæque Regem ex altera, vertebatur, dum [illegible] cum ejus filio Illuſtri Wenceslao Bohemiæ Poloniæque Rege, avunculo & Principe noſtro [illegible], concordiæ, quam cum eo cunctis diebus vitæ noſtræ ſervare bona fide promittimus, [illegible] unionem.

1. [illegible] omnis exceſſus, ſi quos ipſius avunculi noſtri Bohemiæ & Poloniæ Regis genitor prædi[illegible] nos vel Imperium quocunque modo commiſit, propter quos in ipſum genitorem ſuum [illegible] ſententia lata, vel bannum promulgata fuiſſent, quæ ejus ſe extenderent ad heredes [illegible] Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem avunculum noſtrum, prædicti quondam Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis filium heredem & ſucceſſorem, ac heredes ſuos, ab ipſis exceſſibus [illegible] & bannis abſolvimus, & in perpetuum auctoritate Regia reddimus & eſſe volumus omnimodè abſolutos.

2. Promittimus præterea in Regia fide prædictum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, heredes & ſucceſſores ſuos Bohemiæ & Poloniæ Reges in ipſis Bohemiæ & Poloniæ Regnis, & omnibus aliis Principatibus & terris ac juribus, & omnibus aliis, quæ ad ipſum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, ex ſucceſſione paterna vel quocunque alio titulo pervenerunt, nec de jure nec de facto, toto vitæ noſtræ tempore aliquatenus impedire, etiamſi aliquod jus, quod vulgariter dicitur Anſpruch/ nobis vel Imperio in eis competeret, vel diceremus competere, vel nobis aut Imperio aliqua competere videretur. Sed ipſe Wenceslaus Bohemiæ & Poloniæ Rex, avunculus noſter, heredes ac ſucceſſores ſui Bohemiæ & Poloniæ Reges, prædicta Regna, Principatus, terras ac omnia ſupradicta cum pleno dominio, & omnibus Regnorum, Principatuum & terrarum ipſarum titulis, honoribus, juribus, juriſdictionibus, utilitatibus in terra & ſupra terram, in Regnis, Principatibus ac omnibus prædictis & ex eis provenientibus, feudalia jure feudi, propria verò & hereditaria jure proprietatis & hereditario debent obtinere in perpetuum, & ea liberè & pacificè poſſidere.

3. Illuſtres præterea, Ottonem & Stephanum Duces Bavariæ; Ottonem, Hermannum, Joannem & Valdemarum Marchiones de Brandenburg, qui in guerra & diſcordia prædicta, quæ inter nos & prædictum quondam Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem vertebatur, ipſius Regis Bohemiæ fautores & adjutores fuerint; inſuper omnes alios, qui notabiliter & actualiter adjutores vel autores prædicti Regis Bohemiæ & Poloniæ contra nos in eadem diſcordia ſunt vocati & inventi, ſive ſunt banniti, ſive proſcripti vel ablitigati per nos vel per alios, prædictæ concordiæ & unioni includimus, & incluſos eſſe volumus præſentium tenore, & eos omnibus bonis in prædicta concordia, propter præſtitum contra nos prædicto Regi Bohemiæ adjutorium vel favorem eis ablatis, & honoribus & juribus eorum reſtituimus, & eſſe volumus, plenè & integrè reſtitutos; nec quod [illegible] ex hoc in ipſis bonis & eorum juribus & honoribus ulla diminutio vel læſio aut præjudicium aliquod generetur.

4. Promittimus inſuper ſuper terris, hominibus, bonis & juribus terræ Uratiſlavienſis ſtare dictis & ordinationi Spectabilium virorum, Bertoldi Comitis de Hennenberg & Burckhardi Burggravii de Magdeburg per nos & prædictum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, ad hoc concorditer electorum.

5. De munitionibus autem, ſi quas ipſius Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis, avunculi noſtri, Progenitores in terra Egrenſi, quam cum ſuis pertinentiis ipſe Wenceslaus Bohemiæ & Poloniæ Rex, avunculus noſter, ea integritate, quâ ipſa terra genitori ſuo per felicis memoriæ ADOLPHUM Romanorum Regem, præ[illegible]ſſorem noſtrum, * olim fuit, compromiſit nobis reſtituere, ſua

 pecu-

... vent, ut nos & ipſum Wence... Bohem... Poloniæ ... ſtor ... um, ... mutuo acs diſcuſſioni juris ſub ... ipſum Wenceſlaum Bohem... Poloniæ Regem, avunculum ... ipſas idem Wenceſlaus Bohemiæ & Poloniæ Rex, avunculus noſt... feudum ... iner. In cujus rei ... non n præſentes exinde ... ſibi, & Maj... ſtræ ... co nnum ... Datum ... Nurnberg, XV Calend. Septemb. ... Anno Domini MCCCV. Regni vero noſtri anno VII.

Anno Chriſti 1307.

ALBERTI I. IMPER. AUG.

MANDATUM DE VINDICANDIS IMPERII provinciis.

a ita appellat Fridericum Landgravid Turingiæ, cujus pater Provinciarum Imperii non vendiderat.

REX per literas mandat Comitibus Turingicis; ne a injuſto Principi faverent plus, qu... rum dignitas poſtularet: ipſos non ignorare, quòd eas provincias ADOLFUS Rex eſſe jam expertos, quanto ſanguine conſtiterit pertinax ille favor: ſatius eſſe ... nas, & vivere in libertate, quam novo facinore fortunam incertam tentare. ſe ſe enim non ... deſiſtere, quin vendicet ea, quæ ſint Imperii. Addit ad extremum minas, niſi reſipiſcant, & ... majeſtatem obſervent, cum adjecta pœna ultionis in contumaces.

Anno Chriſti 1308.

HENRICI VII. IMPER. AUG.

RESPONSUM, QUOD CIVIUM IMPERIALIUM DOMINUS ... ſolus Imperator, & non magiſtratus municipalis.

VENIENTIBUS Nunciis Argentinenſibus ad Regem, ac proponentibus, ſe p... nos ſuos Argentinenſes, pro gratia Regis & privilegiorum innovatione transmiſſos: ... ræ nec Argentinæ ab ipſo reſponſum habebant. Aſcendentes autem verſus Columbariam ... gem, edocti a quodam Secretario Regis, dixerunt ei; Cives veſtri Argentinenſes hoc per ... Quos Rex, dicens ſe ante non intellexiſſe, quorum fuiſſent Nuncii, cum Dominos Argentin... nominaſſent, favorabiliter exaudivit.

Anno Chriſti 1308.

HENRICI VII. IMPER. AUG. RESCRIPTUM

NE CIVITATUM IMPERIALIUM INCOLÆ AD EXTRANEA judicia pertrahantur.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, univerſis hominibus val... Ure, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam & omne bonum. Veſtris inquietudinibus obviare & commoditatibus que proſpicere favorabiliter cupientes, dum tamen de vo...s ... ... ibus ... tiæ debitum non ... ur, vobis per præſentes concedimus gratioſe, ut ad nullius ſecularis jud... cis tribunal, niſi Illræ Maj... ſtatis conſiſtorio duntaxat excepto, ſuper quibuscumque cauſis ſeu nego... tiis, extra terminos vallis prædictæ pertrahi debeatis, dummodo coram a Advocato noſtro pr... vinciali intra fines ejuſdem vallis parati ſitis ſtare juri, & facere quod dictaverit ordo juris. Datum Conſtantiæ, anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo, III. Nonas Junii, Indictione VII. Regni verò noſtri anno primo.

a Landtvogt.

Anno Chriſti 1309.

HENRICI VII. IMPER. AUG. FORMULA

DE OFFICIO FORESTARII.

NOS HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus. Ad univerſo... Sacri Romani Imperii fidelium notitiam cupimus pervenire, quod nos officium foreſt... ſtri in Nuremberg contulimus Ottoni Forſtmeiſter, fideli noſtro dilecto, genero... viri Conradi dicti Eteler Sculteti noſtri Nurembergenſis, ac omnibus ſuis hæredibus talium ... rum capacibus, cum novalibus ſuis ad ipſum ex ſucceſſione progenitorum ſuorum hucusque ... lutis, à nobis & ab Imperio deinceps in feudum poſſidendum. Ita quod ipſe Otto præfatus ... cum ... ſibi ad regimen ejuſdem officii neceſſariis, ſylvam prænotatam foveat, & in omni ... ... ret, ubi eandem ſylvam ſuccſam indebitè viderit aut nociè. Nulli etiam fine ſui ... ... tione pro ſtructura aliqua ſylvam ſuccidere liceat ante dictam: nec coram aliquo Judice ... coram Butiglario noſtro apud Nuremberg, qui tunc pro tempore fuerit, juſtitiam ob... jus rei teſtimonium hanc literam ſibi fieri volumus, ſigillo noſtræ Majeſtatis ... ratam. Datum in Nuremberg, quarto Idus Julii, anno Domini MCCCIX. Regni verò noſtri anno primo.

HEN

HENRICI VII. IMPER. AUG.
RESCRIPTUM
DE RE[illegible] SYLVA IMPERIALI IN AGROS [illegible]CISA.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Prudentibus viris, Sculteto, Conſulibus & Civibus [illegible], fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam & omne bonum. Dignum [illegible] gratum [illegible], quòd ea, quæ noſtrum & Imperii honorem [illegible] veſtram [illegible] reſpiciunt, affectu benevolo [illegible] proſequamur. Quapropter [illegible] & petitionibus favorabiliter annuentes, [illegible] veſtræ ſtrictè committimus & mandamus, ſub obtentu noſtri favoris vobis nihilominùs injungentes, quatenus ſylvam noſtram & Imperii, ſitam prope Nuremberg ex utraq; parte ripæ, quæ dicitur Pegnitz, à quinquaginta annis citrà per incendium vel alio modo quocunque deſtructam ſeu vaſtatam, ac poſtmodum in agros à quibuſcunq; redactam, in arbores & in ſylvam, ſicut ſolebat eſſe primitus, auctoritate noſtra Regia redigatis. Nos quoq; ad hoc, ſi neceſſe fuerit, opem & operam dabimus efficacem, præſentium teſtimonio literarum ſigilli noſtri Regii robore ſignatarum. Datum Spiræ, VII. Calend. Septembr. Anno Domini milleſimo trecenteſimo nono; Regni verò noſtri anno primo.

HENRICI VII. IMPER. AUG.
EDICTUM

Anno Chriſti 131[illegible].

QVO COMMUNITAS, QVAE SE A DOMINI SVI POTESTATE juſto modo in libertatem vindicavit, in protectionem Imperii ſuſcipitur, & libera Civitas Imperialis efficitur.

NOS HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quòd nos hominibus habitantibus in valle Suitz, qui [illegible] viro [illegible]herdo quondam Comite de Habsburg redemerunt, & per pecuniam, abſolutionem & literas [illegible] moniales ſuper eo obtinuerunt & exhibere potuerunt, ut proponunt, quòd nobis & ſacro Romano Imperio pertinent, & pertinere debent de jure, hanc gratiam duximus faciendam, quòd eosdem homines liberamus, prout alii in eadem valle ac circumpoſitis vallibus exiſtere [illegible]untur, præſentium teſtimonio literarum, noſtræ Majeſtatis ſigilli robore ſignatarum. Datum Turego, [illegible] Nonas Maji, anno Domini MCCCX. Regni verò noſtri anno ſecundo.

HENRICI VII. IMPER. AUG.
MANDATUM

Anno Chriſti 1310.

AD FORRESTARIOS ET ZEIDLARIOS, DE FURRENTIS vaſtatis aut abalienatis reſtaurandis.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ſtrenuis ac providis viris, dicto Hörauf, Conrado Stromer, Ottoni*, cæterisq; Foreſtariis ac Zeidlariis nemoris noſtri & Imperii apud Nuremberg, ab utraque parte fluvii dicti Pegnitz conſtitutis, fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum.

* Forſitan Feiſt.

Officii noſtri requirit debitum, ut bona Imperii diſtracta illicitè vel deſtructa, ad jus & proprietatem ejusdem Imperii ac utilitatē & commodum nobis ſubjectorum & Reipublicæ revocemus. Conſiderantes igitur, quòd nemus noſtrum & præfati Imperii apud Nuremberg per incendia & extirpationes, in noſtrum ac Reipub. præjudicium vaſtatum, & in agros ſive novalia à multis retroactis temporibus eſt redactum: unde fidelitati veſtræ, ſub Regii favoris obtentu, ac perditione jurium & officiorum veſtrorum vobis in ipſo nemore competentium diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra hinc & feſtum Omnium Sanctorum proximum certa die collecta veſtra coram Sculteto & Conſulibus in Nuremberg omnes ſimul & ſemel exhibeatis præſentiam corporalem, ac manibus veſtris ſacroſanctis tactis Reliquiis juramentum publicum faciatis, quod dictum nemus à quinquaginta annis citrà deſtructum, ut prædictum, modis quibuſcunq; ac in agros redactum, in ſtatum priſtinum, hoc eſt, in ſylvam & arbores, auctoritate Regia redigatis, ac redigi procuretis, non ſinentes, quòd aliqui extranei, jus in ipſo nemore non habentes, per venditionem aut vias alias capiant vel recipiant aliquem uſumfructum, prudentum virorum Civium noſtrorum in Nuremberg ſuper præmiſſis, ſi neceſſe fuerit, conſilium & auxilium invocantes. Datum in Haimbach, quarto Cal. Septemb. Regni noſtri anno ſecundo.

HENRICI VII. IMPER. AVG.
MANDATUM

Anno Chriſti 1310.

DE RESTAURANDA SYLVA IMPERIALI IN AGROS DESTRICTA.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Strenuis ac providis viris, Vito Hœrauff, Conrado Stromer, Ottoni, cæterisq; Foreſtariis ac Zeidlariis nemoris noſtri & Im-

[illegible] Nurenberg, ab utraq; parte fluvii Pegnitz constituti [illegible] fidelibus [illegible] & omne bonum. Officii nostri requirit debitum, ut bona Imperii, distracta [illegible] jus & proprietatem ejusdem Imperii, ac utilitatem & commodum nob[illegible] sub [illegible] revocemus. Considerantes igitur quod nemus nostrum & præfati Imperii [illegible] cendia & extirpationes, in nostrum ac Reipubl. præjudicium, vastatum & in [illegible] tis [illegible] oactis temporibus est redactum. Unde fidelitati vestræ, sub Regii favoris [illegible] ne jurium & officiorum vestrorum, vobis in ipso nemore competentium, di[illegible] damus, quatenus infra hinc & festum omnium Sanctorum proximum certa die [illegible] ram Sculteto & Consulibus in Nuremberg omnes simul & semel exhibeati[s] præsen[illegible] lem, ac manibus vestris, sacrosanctis tactis reliquiis, juramentum publicum faciatis, quod [illegible] mus à quinquaginta annis citrà destructum, ut prædictum, modis quibuscunq; ac in agros [illegible] in statum pristinum, hoc est, in sylvam & in arbores, auctoritate Regia redigatis, ac red[illegible] non sinentes quod aliqui extranei, jus in ipso nemore non habentes, per venditionem aut [illegible] capiant vel recipiant aliquem usumfructum; prudentum virorum Civium nostrorum in Nur[illegible] super præmissis, si necesse fuerit, consilium & auxilium invocantes. Datum in Haimbach, quarto [illegible] lend. Septembr. Regni nostri anno secundo.

Anno Christi 1310.

HENRICI VII. IMP. AVG[illegible]
MANDATUM.
SUPER CORONATIONE REGIA REGNI LONGOBARDORUM

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Augustus, & Rex Francorum & Lon[illegible] dorum, Canonicis Modoezensibus, devotis suis ac dilectis, gratiam suam & omne b[onum]. Committimus vobis & mandamus, ut Archipresbyter cum tribus aliis senioribus, qui sciunt, [illegible] pus sit ad collationem Coronæ ferreæ, sine ulla dilatione veniant ad nos, portantes omnia [illegible] & instrumenta, quæ apud vos Modoetiæ asservantur. Et super his dabitis fidem Alardo de Rola [illegible] Cleeumpio de Gemule nostris Capitaneis, qui has præsentes vobis apportant. Datum Medio[lani] anno secundo nostri Regni.

Anno Christi 1311.

HENRICI VII. IMPER. AUG[illegible]
EDICTUM
DE CORONATIONE ROMANA.

a Joanni de Elnbogen.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Augustus, venerabili Abbati a W[illegible] sassensi, Cisterciensis Ordinis, devoto suo ac dilecto, gratiam suam & omne bonum.

1. Magnus Dominus & laudabilis valde, in excelso Divinitatis suæ solio residens, Imperium suum (quod pro meritis ejus inter nationes diversis, quasi cum gentibus a suo Creatore degen[tibus] [illegible]tibus, vacillabat) transire voluit ad Romanos, ut illic præiret Imperialis excellentiæ thronus, ubi erat Sacerdotalis sedes & Apostolica affutura: ita quòd in eodem loco Summi Pontificis & Imperatoris auctoritas renitéret.

2. Novissimis quippe temporibus, illo translato in Germanos, postquam plures Principes ad ipsum vocatos Imperium, quorum quidam ipsius Imperii assumpsêre diadema, quidam non *. divina c[oo]perante clementia, per eos, ad quos spectat, in Romanorum Regem, futurum Imperatorem, ritè & concorditer electi, proposuimus ad Urbem pro coronationis nostræ suscipiendis solenniis profici[sci]. Ac sanctissimum in Christo Patrem, Dominum * Clementem Summum Pontificem requi[si]vimus ut ad Urbem accedens, præfata solennia nobis ibidem tradere dignaretur. Qui cùm ex certis caus[is] juxta nostrum immensum desiderium interesse nequiret: ne dicta coronatio ob sui absentiam impediri valeret, venerabilibus Patribus, Dominis Arnoldo Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, Leonhar[do] Albanensi, & Nicolao Hostiensi ac Veltrensi Episcopis, ac Francisco Sanctæ Luciæ, necnon Lu[ce] Sanctæ Mariæ in via Lata Diaconis Cardinalibus, commisit in hac parte plenariè vicés suas, cum cl[au]sula, ut si non omnes his exequendis interesse valerent, quatuor, tres, duo vel unus eorum, dictæ coronationis nostræ negotium expediret.

* videtur aliquid deesse.

* ejus nominis V.

3. Verùm dictis Leonhardo & Francisco de hac luce subtractis, per dictos Dominos Car[dinales] superstites, die festo Beatorum Petri & Pauli Apostolorum (quem ad hoc, ut poteramus, virtute [illegible] commissionis elegimus) in Ecclesia sancti Joannis Lateranensis, præsente Archiepiscoporum, Ep[isco]porum, Abbatum, & aliorum Prælatorum Ecclesiasticorum Ordinum Urbis, Ducumq;, Co[mitum,] Baronum, Nobilium, ac Romani populi, innumerosa caterva, oleo sacro uncti fuimus, necnon [Impe]riali diademate coronati, ac aliis debitis ac consuetis solennis insigniti.

4. Hæc autem devotioni tuæ voluimus intimare, ut de nostris felicibus successibus val[e]as exultare. Datum Romæ, quarto Kalendarum Julii, Regni nostri anno quarto, Imperii verò anno primo.

HEN-

HENRICI VII. IMP. AVG. SENTENTIA

Anno Chriſti 1311.

Proſcriptionis & Banni, lata in Robertum Siciliæ & Apuliæ Regem, Imperio rebellem, Piſis in Comitiis Imperialibus.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum.

1. Deus judex juſtus, fortis & longanimus, omnes ſecundum merita ſua judicans, ſuperbientem illum Spiritum, qui ante ſuum thronum demens ſe gloria & honore conſpiciens, ſedem ſuam ad Aquilonem, ut eſſet ſimilis Altiſſimo, ponere cogitavit; de altis cœlorum faſtibus ad inferiora terræ in comprobria ſempiterna demergens, ipſum omni gratia & ſpe minimè condignè privando duxit æternalibus ultionibus exponendum. Sic ad præſens juſtitiam reſpiciat, & æquitatem videat ipſe cœleſtium, terreſtrium, & infernorum Dominus, qui novit occulta cordium, & apud cujus tribunal omnis ceſſat calumnia, & veritas nullius nequitiæ tenebris obſcuratur. Deponat & nunc de ſede potentem, qui tentavit & acerbavit ipſum, & concitavit eum in iram: perdat eum, qui malè quærit, & det illi, qui obſtinato animo viam innocentiæ refugit & gloriatur in malitia, comprobrium ſempiternum: faciat in eum judicium conſcriptum, & ſic omnibus ſanctis ejus. Eſa. 14.

2. Nequitiæ ſiquidem & proditionis alumnus Robertus, natus claræ memoriæ Caroli Secundi, qui ſe Siciliæ Regem intitulat, & Imperii Romani adipe impinguatus, incraſſatus, & dilatatus contra illud (cui etiam cauſa feudorum multorum & bonorum ipſius Imperii, quæ hactenus tenuit, & quæ injuſtè principaliter occupat, humiliter obedire debet) vitiis & iniquitatibus eminens, odia, dolos & fraudes pro fidelitate retribuens, ex deteſtando Ingratitudinis vitio calcaneum rebellionis reſumpſit erigere: & contra ſtimulum indurata nequitia recalcitrare non ceſſat, nefandaq; ſuperbia tumefactus ſedem ab Aquilone, hoc eſt, ab oppoſito Majeſtatis Cæſareæ, quam ejus Dominam & Magiſtram revereri & honorare tenetur, ſupponere ſatagens, ipſam convitiis & contumeliis provocavit hactenus, & continuo animo protervo continuè provocare præſumit.

3. Ipſe namque inter ceteros ſuæ malignitatis conatus, licet antequàm Imperialis coronationis cauſa proficiſceremur ad Urbem, per ſuas litteras ſpeciales pluries culmini noſtro ſcripſiſſet, quod ipſe (ſicut ex cauſa prædicta debebat, & nos, qui nec opere nec verbo gravavimus, nec gravare ſed potiùs gratioſè tractare intendebamus, eundem ex pravitate conſcientiæ credebamus) ad exhibendam nobis debitam reverentiam & honorem, tam in dicta coronatione quàm alibi intendebat, & ad id pro viribus ſe parabat: conſederationis tamen, conſpirationes, uniones, & ligas in offenſam & impedimentum proceſſus Cæſarei, unà cum Florentinis, Lucanis, Senenſibus, & aliis noſtri Romani Imperii ſubditis per Lombardiam, & ut eos in Rebellionis præcipitium excitatos foveat, omne contrarium (ſicut expreſsè dignoſcitur) per ſe ſuoſque procuratores, nuntios & ambaſiatores, in noſtræ Majeſtatis injuriam, & offenſam & impedimentum proceſſus Cæſarei facere procuravit & fecit. Tractavit etiam, quòd civitas Cremonæ, Parmæ, & Rhegii, quæ ſub noſtra obedientia conſiſtebant, contra nos & Imperium rebellarent, inducendo tam communia ipſarum civitatum, quàm ſubditos noſtros prædictos ad rebellionem hujusmodi, & eis ad id pollicendo auxilium, conſilium, & favorem; & nihilominus dicti Roberti fulti favoribus, ſuæque nequitiæ conſcii & miniſtri civitatis Aſtenſis, & caſtra Valentiæ, caſalis ſancti * Evaſii, & alias nonnullas civitates & caſtra provinciæ Lombardiæ, * £ Gervaſii. quæ mandata noſtra juraverant, & nos in eorum Dominum recognoverant, & Officiales noſtros receperant & habebant, Officialibus ipſis violenter ejectis, nequiter occupatis, & occupatas & occupata pro Roberto detinent ſupraſcripti. Denique Robertus Johannem fratrem & ſtipendiarios Romam videlicet ea intentione tranſmiſit, ut Urbe (ſi poſſet) ſuæ proditioni doloſe ſubjecta vel ſaltem turbata, in ejus periculo nefandæ ſeditionis immiſſu dictæ coronationis impediret ſolemnia, prout dicti Johannis & ſtipendiariorum in ingreſſu noſtro in Urbem prædictam, quamdiu in partibus illis moram traximus, efficaciter operum argumento probantes, unà cum copioſa ſubditorum dictorum multitudine, quæ per inſtigationem dicti Roberti ſubmiſſi ſibi ſubſidii & defenſionis fiducia cum armis & equis ad opponendum ſe nobis & exercendum per excogitatam malitiam ſimul cum Johanne ſtipendiariiſque prædictis convenit, ibidem contra nos & gentes noſtras hoſtiliter poſuerunt inſidias, fecerunt inſultus, ſpoliationes, violentias, & homicidia perpetraverunt, viasque publicas & loca, per quæ ad tendendum ad baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe omnibus religionem profitentibus Chriſtianam liber aditus patere debeat, bellicoſis apparatibus claudere nobis ac gentibus noſtris ad baſilicam ipſam, ne ipſa coronatio celebrari valeret, acceſſum totis viribus prohibere, ac aliàs omnimodo quo poterat Majeſtatem noſtram offendere procurarunt, aliasque præfatùs Robertus committebat, & erat in ſitu contra nos committendi omnia, quæ ad noſtri Imperii damnum tenderent, & ad ea modis omnibus quibus poterat nitebatur.

4. Hæc ſiquidem creſcente clamore notorio, & in pluribus rerum experientia edocente, licet ipſa tam publica & notoria eſſent, quod nulla poſſent tergiverſatione celari, & nos, qui ſubje-

cti

ſti non ſumus, contra dictum Robertum propter præmiſſa eo irrequiſito potuiſſemus procedere
tamen ex Auguſta clementia (quę libentius emendat in ſubditis pœnas quàm puniat; nec exercet ſer
rum in eos, quos ſanare poteſt mulcebris lenitas medicinæ) poſt ſeceſſum noſtrum ab Urbe prædicta,
ſuper dicto notorio & prædictis per ipſum Robertum contra noſtram Majeſtatem commiſſis ad in-
quiſitionem deſcendimus, quam ut fidei vel amoris ſcintilla (ſi qua forſitan remanſit in eo) ipſius vi-
ſcera tangeret, & ipſe interim ſpatium ad cor redeundi haberet, uſq; in præſens deliberationibus r-
tionis duximus protrahendam. Robertum prædictum citari legitimè fecimus, ut comparere curaret
ſuam (ſi poſſet) innocentiam oſtenſurus. Verùm idem Robertus in ſua protervia perſeverans, in ter
minis ſibi ad hoc præfixis, vel eorum aliquo vel per ſe vel per alium comparere contumaciter non cu-
ravit. Quare nos ſuper præmiſſis in ipſius Roberti contumacia fide dignis & ſufficientibus receptis
teſtibus, & eorum dictis in ſcriptis redactis, & per nos ſolenniter publicatis, & de mandato noſtr à
Proceribus noſtri Palatii cum diligentia recenſitis, & facta nobis de ipſis & per ipſos relatione fideli,
per ea, quę probata fuerunt, prædicta omnia & ſingula publica & notoria eſſe, in ſcriptis interloquen-
do pronunciavimus & declaravimus exigente juſtitia, & poſtmodùm eum requiri & citari ſufficien-
ter & peremptoriè fecimus, ut certo termino jam elapſo coram nobis (ubicunque eſſemus) ad hanc
noſtram ſententiam audiendam comparere curaret. Quod ipſe præſcius & diffiſus injuriis & offenſis
in ſua obſtinatione & contumacia & fraudibus pernicioſis induratus, facere prætermiſit.

5. Quia igitur dimiſſis omnibus & ſingulis (prout apertiùs in inquiſitione continetur) ſpecialiter
per dictos teſtes plenariè nobis conſtat, nos prædictos & alios prædicti Roberti exceſſus nefarios &
opera deteſtanda maturo & juſto librantes examine, ac illud notiſſimum nullatenus omittentes,
quod ipſe Robertus, dum in Urbe prædicta cauſa prædictæ coronationis eſſemus, dilectiſſimi noſtri
Piſani (qui inter cæteros noſtros ſubditos fidelitatis ac opinionis ſinceritate, galeas & gentes ad no-
ſtrum ſervitium & honorem Romam mitteret) galeas ipſas in noſtræ Majeſtatis injuriam invadi, ſpo-
liari, & gentes prædictas capi & incarcerari, & in carcere detineri mandavit & fecit, & nihilominus in
hujusmodi continuationis terminis perſeverando, mala malis addendo, & pejora continuè commit-
tendo, dum contra rebelles noſtros direximus ſigna Cæſarea, rebellibus ipſis (ſicut publicum & no-
torium eſt, & facti evidentia docebat & docet) miſit plures armatorum in ſubſidium, ut eos diutius
in eorum rebellionis erroribus conſoveret, & attendens quòd dum ipſe potuit pacem & quietem
habere, dum debuit tranquillitatem expectare, à noſtra benevolentia & dilectione, quam ſibi ex ani-
mi ſinceritate paraveramus, obtinere noluit, bella quæſivit, iniquitates exercuit, & pro poſſe curavit,
ſicut etiam procurare non ceſſat, in Imperii populos ſeminare zizanias, ſuſcitare odia, immittere ſcan-
dala, concitare tumultus, nutrire ſchiſmata, & fovere diſcordias, & ſine intermiſſione in actu com-
mittendi continuandique quod poteſt, contra Imperium noſtrum non omiſit, non ſolùm in noſtri
Imperii contemptum Reique publicæ detrimentum, ſed etiam in perturbationem proſperitatis Ec-
cleſiaſticæ, quæ ad Imperii ſtatum plurimùm dignoſcitur tendere, & in retardationem negotii Terræ
Sanctæ, ad quod (teſte Deo, qui omnia novit) totis cordibus & affectibus anhelamus, & videntes a-
pertè, quòd dictus Robertus irrevocabiliter in ſignum erroris prolapſus, & obſtinatus in dolis, viam
veritatis expiavit omninò, & tanquam aſpis ſurda non obtinens auditum, nec mandata noſtra, nec le-
Incluſa videtur ſpuria & ab hoc loco aliena. gis pœnam, in quam ſuis culpis [nam omne, quod eſt ex Deo, vincit mundum; & hæc eſt victoria, quæ
vincit mundum fides noſtra, *omni cura cuſtodias cor tuum: nam ab ipſo vita procedit*, Prov. c. 11.] inci-
diſſe ac incidere noſcitur; nec etiam Imperatoriæ plenitudinem poteſtatis veretur, ſed quotidie cer-
Proverb. 11 vicis durioris efficitur: & quantum ipſum ad pœnitudinem expectamus, tanto majorem aſſumit au-
daciam malignandi: conſiderantes etiam, quod ipſe Robertus de Imperii crapulatus pinguedine di-
latatur, & ex illicitis ſibi laxatis habenis furit, & nobis pro obedientia rebellionem, & pro fidelitatis
debito injurias refert nosque ac quoscumque fideles Imperii nobis obedientes pro poſſe impugnare
conatur, ejusque pœnas non in ædificationem ſed in deſtructionem, non ad fructum & juvamen ut
haberet, ſed ad peſtem eſſe dignoſcitur: & volentes præmiſſis injuriis & ipſius fraudibus obviare, &
Matth. 3. v. 7. Evangelicam ſequi doctrinam, quæ nos monet, quod omnis arbor, quæ fructum non facit bonum,
Luc. 3. v. 9. abſcindatur & mittatur in ignem, licet fideles Reges & Principes in ſuorum dignitatis eminentiam li-
benter condignis honoribus, & gratioſis favoribus proſequamur, tamen ut culpa ſupplicium timeat,
& virtus retributionem expectet, Robertum prædictum, cujus eligimus domare ſuperbiam, & præ-
ſumptionem erectam conterere, ipſumque à ſtatu ſuo quantumcunque ſublimi deponere, cùm pro-
pter præmiſſa Majeſtatis criminis reus ſit, univerſis & ſingulis dignitatibus quocumque titulo com-
prehenſis, quibus ſe intitulat & decorat, auctoritatibus, honoribus, libertatibus, immunitatibus, &
privilegiis, Provinciis, Comitatibus, civitatibus, caſtris, terris, villis, & aliis feudis, vaſallis, bonis, re-
bus, juribus, & jurisdictionibus univerſis tam perpetuis quam temporalibus, quos, quas, & quæ ha-
bet, tenet, & poſſidet, vel quaſi, ſeu habuerunt & poſſederunt hactenus ejus quomodolibet ipſe vel
ſui prædeceſſores, privamus: eundem Robertum rebellem, proditorem, & hoſtem Imperii, dictæq;
Majeſtatis crimine reum, de toto prædicto Imperio exbannimus & diffidamus: ipſum ſi quo tempore
in noſtram & Imperii fortiam pervenerit, vita per capitis mutilationem privandum in hiſce ſcriptis
ſententialiter condemnamus.

6. Statuentes & mandantes, quòd nulla perſona cujuscumque nobilitatis, excellentiæ, ſtatus, vel
conditionis exiſtat, nullaq; civitas, caſtrum, villa, vel univerſitas eidem contra nos & Imperium præ-
beat publicè vel occultè, conſilium, auxilium, vel favorem, ſub pœna centum librarum auri, pro qu-
libet

libet civitate libras quinquaginta, pro quolibet caſtro, villa, Marchione, Duce, Comite, Barone, & quolibet Nobili viginti librarum auri, & pro qualibet alia ſingulari perſona, pro vice qualibet qua contrà fecerint, committenda: quodq; cuilibet liceat impunè cives, incolas, habitatores civitatum, caſtrorum, villarum, & quibuslibet alias ſingulares perſonas, cujuscunq; ſtatus vel conditionis exiſtant, quæ contra noſtrum honorem obediant ei, vel darent conſilium, auxilium, vel favorem, publicè vel occultè offendere in perſona, rebus, & juribus, & ipſos & ea capere, & arreſtare, & retinere: inhibentes etiam & præcipientes expreſsè, ne aliqui debitores ipſius Roberti de bonis, in quibus ei tenentur, in aliquo ſatisfaciant, vel reddere quomodolibet præſumant, vel alioquin tantundem Cameræ noſtræ perſolvant.

7. Ad hæc ſine ſtrepitu & figura judicii compellantur univerſitates & provincias noſtras, civitates, villas, & ſingulares perſonas cujuscumque præeminentiæ vel excellentiæ, etiamſi Regia dignitate, vel cujuscumque alterius dignitatis, conditionis, vel ſtatus exiſtant, quæ ex aliquo pacto vel promiſſione ſeu obligatione dicto Roberto, aut prædeceſſores ſui facto, pacto vel pœna, ſub qualicumq; forma comprebenſo, vel comprehenſi ſint ratione, cauſa, vel titulo, & ſpecialiter de aliquo ſervitio faciendo, vel hominum armatorum aliudq; ſubſidium dando, per mare vel per terram, teneretur eidem Roberto, ab ipſis pacto, promiſſione, obligatione & pœna appoſita, vaſallos quoque & feudatarios, & omnes & ſingulos, qui eidem fidelitatis vinculo vel alia quacumque ratione vel cauſa ad aliqua ſervitia realia vel perſonalia tenerentur, ab omni articulo fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ ei vel ſuis hæredibus faciendis abſolvimus penitus & in totum: ita quòd nec civitates, caſtra, villa, univerſitates, & perſonæ prædictæ pacto vel obligatione prædictorum, aut vaſalli, aut feudatarii, præfati cives, fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ ratione, cauſa vel titulo ſibi vel ſuis hæredibus quomodolibet teneantur. Ipſas etiam contratas, civitates, caſtra, villas, feudatarios, vaſallos, bona, res, juriſdictiones, ſervitia, & jura, & quæcumque alia ſub noſtra contenta privatione & abſolutione hujusmodi, confiſcamus.

8. Demum omnibus & ſingulis Militibus, Auditoribus, Judicibus, Jureperitis, & Notariis, qui ejusdem Roberti domeſtici ſeu familiares exiſtunt, ſive aliis, qui in ejus ſervitio eſſe noſcuntur, & quibusvis aliis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quod ab ipſius Roberti familiaritate, conſiliis, directione, & obſequiis quibuscumq; infra duorum menſium ſpatium ab hodie computandum cum effectu recedant, & nunquam ad ejus ſervitium vel conſilium accedere publicè vel occultè præſumant: alioqui ipſos Milites honore ac dignitate militiæ, Judices ac Jureperitos judicandi & aſſidendi omnibus & ſingulis privilegiis & immunitatibus, ac Notarios notariatus officio: eos videlicet ex dictis Militibus, Auditoribus, Judicib⁹, Jureperitis, Notariis, qui hujusmodi mandato noſtro non paruerint cum effectu, exnunc prout extunc privamus termino ſupraſcripto, & inhabiles & infames reddimus, ita quòd elapſis menſibus ſupradictis ad nullos actus legitimos quocumq; tempore poſtmodùm admittantur.

9. Hujusmodi autem privationis, confiſcationis, exbannitionis, diffidationis, condemnationis, & abſolutionis ſententias in his ſcriptis fecimus, & omnia alia ſingula facta & incerta facimus exiſtente juſtitia, & bono Reipubl. requirente, ac ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis, ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan in inquiſitione prædicta, de quibuscumq; proceſſibus propterea habitis ob aliquam juris ſolemnitatem omiſſam eſſet habitus, non obſtantibus aliquibus legibus, conſtitutionibus contrariis, vel privilegiis ſub quacumq; forma verborum conceſſis: etiamſi de ipſis oporteret de verbo ad verbum in præſentibus fieri mentionem, quæ contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod poſſe quomodolibet objici non opponi, quibus ſpecialiter derogamus.

Actum Piſis in præſentia noſtrorum Principum & Baronum, ac populi multitudine copioſa, VII. Calend. Maji, regni noſtri anno quinto, Imperii verò anno primo, quod fuit MCCCXI.

HENRICI VII. IMPER. AVG. CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1313.

DE OFFICIO SCVLTETI IN CIVITATE IMPERIALI, ET DE privilegiis Civium.

HENRICUS Septimus divina favente clementia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Dum profectus & commoda fidelium noſtrorum debitæ ſolicitudinis ſtudio procuramus, decus & honorem Imperii multipliciter attollimus, & ſubjectorum obſequia noſtris Imperialibus beneplacitis efficimus promptiora. Diſponentes igitur affectu benevolo, dilectorū fidelium noſtrorum civium Nurembergenſium, quantum dignè poſſumus, votivis ſupplicationibus benignum præbere conſenſum, infraſcriptos articulos ſpecialiter, quo ad eorum Civium & Civitatis Nurembergenſis commoditates agendas, ſtatuimus obſervandos.

1. In primis videlicet, quòd Scultetus Nurembergenſis, qui pro tempore fuerit, ſtratas communes vel Regias vulgariter appellatas defendere, ac per eas ſecurè conducere debeat quoslibet tranſeuntes.

2. Sculteto etiam Nurembergenſi & Civibus liceat ſub forma juris, in concivem eorum recipere quemlibet requirentem.

3. Inſuper Scultetus Nurembergenſis ſemel quolibet anno coràm Conſulibus Civitatis ejusdem jura-

juramentum præſtet, de faciendo judicium æquanimiter tam pauperibus quàm divitibus, ſecundum rationabilem Scabinorum ſententiam.

4. Item Sculteтus Civitatis prædictæ quemlibet civem ipſius detentum debeat exeredere ſub fidejuſſoria cautione, ac de eo judicare ſecundum juſtam & rationabilem ſententiam Scabinorum: niſi atrocitas facti ſeu cauſa detentionis ipſius aliud exigat & requirat.

5. Cæterùm quòd omnes utriuſque ſexus homines dictæ Civitatis Nurmbergenſis trahi non poſſint in cauſis civilibus ad aliena judicia: ſed conveniri debeant coram Judice ſuo, dummodò coram illo querulantibus juſtitia non negetur.

6. Quicquid etiam Conſules & Scabini Civitatis Nurembergenſis prædictæ, ſub juramento præſtito, pro pace ac moderatione rerum venalium intra civitatem eandem ſtatuerint, tam ab extraneis quàm à civibus obſervetur.

7. Caſtrum verò & turris in medio ejus ſita, à Civitate Nurembergenſi in tantum alienari non debent, quin *a* Caſtellanus & poſſeſſor eorum ipſis civibus cautionem faciat, quòd decedente Imperatore vel Rege Romano ipſum caſtrum & turris prædicta, ad gubernandum ea, usque ad futuri Regis creationem, devolvatur ad eos.

a Burgvogt / i. e. Amptman oder Pfleger deß Reichs auf der Burg

8. Quodque Notarius *b* Judicii Provincialis à civitate prædicta non alienetur: ſed ibidem reſidentiam faciat, & Sculteto Norimbergenſi obediat pariter & intendat.

b Landtgericht zu Nürnberg.

9. Nemo etiam ſententiam in Judicio Provinciali promulget, niſi Milites vel Honeſti Cives jurati dictæ Civitatis Nurembergenſis exiſtant.

10. Demùm quòd univerſi & ſinguli Cives Nurembergenſes, & eorum bona, à teloneorum & pedagiorum ſolutione eximantur in civitatibus & locis ſingulis, quorum cives etiam & bona è converſo apud Civitatem Nurembergenſem fuerunt & hactenus exempti pariter & exempta.

11. Præmiſſos autem articulos omnes de ſpeciali gratia & Imperialis plenitudine poteſtatis, in favorem & utilitatem Civium Nurmbergenſium prædictorum, tenore præſentium ſtatuimus, & inviolabiliter ab omnibus obſervari mandamus; firmiter inhibentes, ne quis ipſos cives in præmiſſis, vel eorum aliquem, contra præſentis paginæ noſtræ tenorem, impedire, moleſtare, vel gravare præſumatur. Quod qui ſecus facere præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam centum librarum auri puri (quarum medietas Cameræ noſtræ, reliqua vero paſſis injuriam perſolvatur) ſe noverit incurriſſe. Datum Piſis, III. Idus Junii, Indictione XI. Anno Domini milleſimo treceнteſimo tertiodecimo: Regni noſtri anno quinto, Imperii verò primo.

Anno Chriſti 1315.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG. RESCRIPTUM

Quo civitates Helveticæ ad inſtantiam Abbatis Eremi & Leopoldi Ducis Auſtriæ à Judicio Rotulenſi proſcriptæ, & ab Epiſcopo Conſtantienſi excommunicatæ fuerunt, auctoritate Imperiali abſolvuntur & Imperii ſocietati piorumq́ue cœtibus reſtituuntur.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Prudentibus viris vallium in * Undervvald, Urach, & in Suitz, fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum.

* qui Ludovico electo adverſus Fridericū Auſtriacum adhæſerunt.

1. Majeſtatem noveritis Regiam adverſitatibus veſtris ex animo condolere. Veruntamen, annuente Altiſſimo, ſperamus veſtris doloribus brevi in tempore per nos remedia ſalubria exhiberi. Unde tanquam viri conſtantiſſimi adverſariorum comminationibus, non ſinatis animos veſtros aliqualiter demulceri.

2. Præterea, ut ex ſcriptis veſtris collegimus, vos ex parte cujusdam Abbatis, dicti de Einſidel, ad proſcriptionis ſententias perveniſſe, à quibus vos præſentibus abſolvimus, reſtituentes perſonas & res veſtras in ſtatum priſtinæ libertatis.

3. Adhæc de ſententiis excommunicationum in vos latis Venerabilis Petrus Archiepiſcopus Moguntinenſis, Princeps noſter dilectus, abſolutionem committendam Decanis & Rectoribus Eccleſiarum veſtrarum vobis veraciter repromiſit, & ſe eisdem velle ſuas dirigere litteras authorizabiles, & patentes.

4. Et ſecuros vos reddimus, quòd omnibus Advocatis & fautoribus noſtris, tum Nobilibus, tum Civitatenſibus, vos defenſare & coadjuvare præcipimus & monemus, quotiens & quandocunq; per vos fuerint requiſiti. Datum in * Nurenberg. VIII. Kal. Junij, Regni noſtri anno primo.

* ubi tū prima ſua Comitia pro more celebrabat.

Anno Chriſti 1321.

LUDOVICI IV. IMPER. AVG. EDICTUM

De fidelibus Imperii contra Tyrannidem Papæ Romani & Regis Gallorum tutandis ac defendendis.

LUDOVICUS, quòd ſacramento rogatus, religione jurisjurandi adactus eſſet, ſe Majeſtati Imperii, Reipublicæque nunquam defuturum; inopibus contra fas, præter æquum armis afflictis

ad

[illegible]

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.

EDICTUM

CONTRA INIUSTAM EXCOMMUNICATIONEM PAPAE Joannis XXII.

NOS LUDOVICUS Romanorum Rex, proponimus adverſus Joannem, qui ſe dicit eſſe Papam, quod Chriſti teſtamentum de pace malè exequitur, publicam C[illegible]ianorum pacem perturbans. nec reminiſcitur à ſancto Conſtantino id, quicquid nunc habet, honoris [illegible] S[illegible] veſtro permiſſum, malè gratus Romano Imperio: unde deſumpſit omnem, quo nunc [illegible]butitur, ſplendorem, &c. *Joan. 15. &

DECRETUM COMITIORUM RATISPONENSIUM DE JURIBUS REGNI ET IMPERII CONSERVANDIS ADVERSUS INIQUAS USURPATIONES PAPÆ ROMANI.

Anno Chriſti 1324.

ANNO Domini MCCCXXIV. quinto Idus Auguſti, Reginoburgii præſentibus Balduino Treverenſi, Hainrico Agrippinenſi, Mathia Moguntino Archimyſtis, Joann. Rege Bojemiæ, cæteriſque Germaniæ ac Galliæ Epiſcopis & Proceribus, in conventu per Imper[a]torem inacto factum eſt Senatusconſultum, ut Cæſar operam det, ne Germana libertas in ſervitutem redigatur, & Majeſtas Imperii à faucibus Tyranni Romani eripiatur.

2. Ex Conſilii itaque decreto vana irritaque eſſe JOHANNIS XXII. acta declaratum; quicunque ea tuerctur, hoſtem Reipublicæ, bona ejus publica eſſe, placuit.

3. Otto Charionum Antiſtes D. Lamperti, & Toloſanus Monachus Dominicanus, ſedis Romanæ Legati, Germaniâ edicto extruſi ſunt.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.

EDICTUM

Anno Chriſti 1324.

PUBLICE CONTRA JOHANNEM XXII. PAPAM ROMANUM IN Comitiis propoſitum Ratiſponæ, & oppidatim affixum, concernens jura Regni & Imperii.

CHRISTUS Servator, Dominus atque Deus noſter, ejus legati primarii, Petrus, Paulus, Jacobus, Joannes, tempora pericuioſa, ubi ad cœlum migrarint, nobis imminere cantarunt, & in primis admonuerunt, ut ſummoperè atque anguium in morem aſtuti, decreta Phariſæorum, Pſeudochriſtos, Pſeudoprophetas, Pſeudoapoſtolos, à mendacio ſimulatæ religionis ita appellatos, vitaremus. Qui ſe Myſtas Chriſti ferunt, cum ſint nuncii Antichriſti. Eos inexplebilis honoris, potentiæ, pecuniæ ſitis, atque luxus, avaritia, faſtus, quæ in proverbium venêre, produnt. Non inus inficias, a ingentia fatemur, tempora noſtra cenſuram non ferunt. Jampridem corruptis moribus ſimplicitas Chriſtiana ſordet, longinqua conſuetudo potentior veritate vincit, tamen indignatio ſilentium rumpit. In altiſſima humanarum ſpecula cœlitus poſiti tacere non poſſumus: ne canes muti, juxta Vatem ſacrum, qui latrare non poſſunt, ſimus. Et ſi lupos pelle ovina tectos abigere ob infelicitatem temporum non valemus, reſiſtere tamen, hujuſcemodique prodere, munus noſtrum eſt. Quamvis tantundem, ut vellem, non poſſumus, tamen non aſſequutis voluiſſe, abunde pulchrum atque magnificum eſt. a ſor. ingenuè.

2. Et ut rem in pauca conferam, nec diutiùs ambagibus immorer, circuitioneq; utar, remq; apertè dicam, JOANNES ille, qui ſe Papam Viceſimum ſecundum nuncupat, qualis ſit, oviculis Chriſti
noſtro beneficio operæ precium eſt agnoſcere, ne deceptæ pelle ovina à ſæviſſimo lupo devorentur
Nempe ſanguinem Chriſtianum ſitit, diſcordiæ, ſeditionum mala ubiq; gentium inter Chriſtianos
erit. In Germania & Italia, literis, pollicitationibus, auro, Principes, Te[t]rarchas, Epiſcopos, Sac[er]-
dotes, Monachos, Cives corrumpere nititur, inducit, ſollicitat, ad arma vocat. Adverſus divina pro-
videntiam, ſupremam cœli majeſtatem, unde omnis poteſtas exiſtit, contra charitatem Chriſtia-
nam pugnat, fratres in fratres armat, præcipit, ut Chriſtiani mutuum affectum & amorem, quem ſo
lum Pater immortalis a nobis exigit, exuant, arma corripiant, atque in ſua viſcera vertant, fidem
frangant, pacta diſſolvant, invicem fraudent, decipiant, imponant, à ſacroſancto Imperio deficiant,
rebellionem, conſpirationem, cædes, incendia, ſtupra faciant. Nec licet per hunc Antichriſtum
Chriſtianis pacem a Deo datam ſervare. Tanta eſt hominis, vel potiùs Sathanæ illius væc[ord]ia, publicè pro concione, ſcelera ſua qua[ſi] benefacta prædicat: *Cum Chriſtiani*, inquit, *Principes* [illegible]

. . . erdant, tum vere Romanus Sac . . . est. Pon . . . ex Maximus demum . . . , . . . omnibus di . . . rdia. . . . diti . . . ne mutuo odio debi . . . tatis formidoloſa ſit ejus poteſtas, . . . tui ob equuntur . . . vel . . . tus ob . . . an . . . Seditio atque d . . . cordia Germanorum, . . . R . . . rum Pontificum. Pro . . . de p . . . ndum eſt Pontifici Maximo, ſi . . . alvus eſſe . . . ſerpentem, hoc eſt, Alemanno . . . rum Imperium . . . or terat, in cineres atque . . . avillas redi . . .
jactitat, ſua opera effectum eſſe, ut nullus neque Romæ neque in Italia ult . . . ſiet, qui . . . vel faveat, vel ſtudeat. Et profecto ejus fraude duo . . . bus impoſiti ſumus, quo . . . ut vel . . . literula . . . cum tamen undique auriſugæ atque vultures ſui circumvolitarent, templa . . . ſan . . . compilarent . . . in gratiam redigeret, aut ut jure potius, vel apud ſe, quam armis diſc . . . ptare . . . tur: tantum abſuit, ut nos ult . . . o ad bellum civile concitaret. Nullam operam dedit, ut int . . . cem componeret, imò magis di . . . cordiam aluit, modò mihi, modò Auſtriaco ſtudebat: . . . DERICO, nunc LUDOVICO favere ſe ſimulabat, ut quisque imbecillior erat, ita m . . . operam ſuam pollicebatur. Ad conſecrationem ultrò invitabat, per fallaciam utrisque verba . . . & pronos ad concordiam rurſus arma ſumere perſuaſit. Aſtu hæc omnia egit, ut intereà dum . . . ſticis armis, cognatisque bellis atterimur, Imperium peſſundaret, labefactaret; urbes, caſtel . . . pulos, Rempublicam invaderet, in cujus perniciem conſpiravit, populumque Chriſti in ſervitu . . . redigit, adverſus Sanctos depugnat.

3. Sacerdotia maxima, infima, ſordidiſſimisquibusque, modò hoſtes Reipublicæ ſint, c . . . mittit. Neminem publici boni ſtudioſum, aut pacis amantem in curiam Sacerdotum all . . . ga . . . Phariſæorum ſupercilio nimium ſibi aſſumit, nihil penſi habet, modò animo ſuo atque libidini . . . fas atque nefas morem gerat.

4. Divina, humana decreta juxtà contemnit, atque conturbat. Jus gentium violat, le . . . ræ prophanat, ſacra polluit, indictâ causâ, necdum reos condemnat. Sibi licere absque mora . . . tùm, vel in nos indemnatos ſententiam ferre, jactitat. Cùm capitalis ſit inimicus, publicusq; h . . . tamen in propria cauſa actor, teſtis & judex eſt; id quod nec apud Turcas, neque Judæos, n . . . Saracenos, neque Sarmatas fieri ſolet. Eos, qui fidem Cæſari ſervant, & Chriſto Servatori no . . . præcipienti obtemperant, nec ullam aliam ob cauſam hæreſeos nota inurit. Quicquid libet, l . . . judicat; mentitur opibus licentiam. Quid igitur cum illo agam? neque jus, neque bonum . . . æquum exequi, ſcire ſtudet. Nihil videt, nihil facit, niſi quod lubet.

5. Sathanæ ſpiritum ſibi ſumit, ſe ſimilem Altiſſimo facit, ſe adorari, (quod Cœlitum q . . . ſibi à Joanne fieri prohibuit) pedes ſibi oſculari, more Diocletiani atque Alexandri, crudel . . . rum tyrannorum, permittit, cùm Chriſtus manceps divinitatis, Dominus & Deus noſter, pe . . .
a pro, Apoſtoli. comitum ſuorum piſcatorumque laverit, ut *a* nuncii ſui viciſſim illis, ad quos miſſi ſunt, faciant. Una majeſtas, atque divina providentia, ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri, ubique . . . æ . . . ſens, univerſis rebus incubat, rebus omnibus per ſe conſulit: nec in manufactis templis habitat. Nos Dei genus in eodem vivimus, movemur, & ſumus. Ipſe cœli & terræ rector eſt, niſi forſitan artifex, natura effœta, ſupremusque rerum parens ſenio atque labore continuo faſſus, Atlantis ritu, ut eſt in fabulis Poetarum) Herculis (qui reſpiranti interea loci cœlum humeris ſuſtineat) vicaria opera, atque ſempiternus mortalis auxilio indigeat. Sed nihil fortuitò, nihil humana temeritate aut fit, aut regitur. Imperatores quôque terris neque ſorte neque caſu, neque a mortalibus, neque occulta fatôrum poteſtate dantur, ſed à ſupremo numine eliguntur, atque divinitùs conſtituuntur, rebusque humanis à patre indulgentiſſimo imponuntur.

6. Porrò Romanus Sacerdos, cujus converſatio in cœlis eſſe debet, urbes, caſtella, vicos, regiones, opes, potentiam, tantum ſplendorem, jus gladii, adventitia non jure ſuo, ſed alieno beneficio occupat, poſſidet, nempe benevolentia atque liberalitate, ne dicam ſocordia atque ignavia, Rectorum Germaniæ. At mortalium ingratiſſimi de optimè meritis peſſimè merentur. Enſem cujus manubrium noſtrâ munificentiâ tenent, in noſtra viſcera, quorum beneficiarii ſunt, ſtringere non verentur. Obſcuri, verſuti, vei ſipelles, Celtarum Occidentalium freti viribus atque ami . . . tia, gentisque gentilitia infirmitate, hoc eſt, levitate atque ſuperſtitione confiſi, libertati Germanæ plagas tendunt, ſimplicitati Chriſtianæ captioſis aculeis ſub magna ſuperficie pietatis imponunt. Darios, Crœſos, Epicuros æmulantur; pauperiem, ignominiam, contumeliam, famem, ſitim, . . . ſtum, frigus, mortes, vincula, carcerem, crucem pati (ſicuti Paulus, & Petrus, & Chriſtus, cu . . . f . . . peram vicariam præſidendo terræ dare gloriantur, fecerunt & docuerunt) non ſolùm non cal . . . ſed & pejus flagitio timent. Divitias ſolas, Imperia, Regna, honorem ſpectant: anxiùs quam hominum ea conquirunt quæ tamen non tantùm CHRISTUS & ejus legati contempſerunt . . . rùm etiam Philoſophi, Poetæ, Oratores, Hiſtorici: alieni à Sacramento veræ religionis, aſp . . . da . . . ſit viro ſapienti, præcipiſſe ſacris deſtinato, conſtanter præcipiunt, ut quæ absque ſcelere aliorum damno, comparari nequeant; Et ferè malos, nunquam bonos (ut eſt apud Germ . . . proverbium) efficiant. Nec ſine cauſa Chriſtus ſentes & ſpinas: Paulus rete atque laqueos . . . pis Stygii appellavit.

7. Et ut eſt diſſo . . . abile Regnum, omnisque poteſtas impatiens conſortis, jam egre . . . res, opibus & ſplendore à majoribus noſtris aucti, ferre parem nequeunt; Cæſarem Ita . . . R . . .
a ſc. Chriſto. Chriſtum . . . rris extruſere. *a* Illi cœlum quidem permittunt, *b* inferos atque terras ſibi a . . .
b intellige Purgatoriū. Deusque terrarum hominumque non ſolùm dici, ſed etiam credi volunt, quaſi perinde an . . . que lingu . . . quod ne Deus immortalis quidem tentat) imperare poſſint, atque diviſum cu . . .

h

[illegible] Repugnant & maxime diverſa ſunt, Cruci[illegible]us & ſumma[illegible] & ſacerdos, [illegible] & p[illegible]r, Regnum & patibulum. corporalia & ſpiritualia, arma [illegible], bellum & pax, [illegible] nuncius, Princeps & miniſter, Dominus & ſervus. *Qui vult eſſe maximus inter vos* (ait ſupremus arbiter cœli legatis ſuis) *infimus omnium, atq; veſter ſervus ſit. Cæteris recumbentibus, quemadmodum ego feci, ad cyathum miniſtret. Unus magiſter, & Dominus veſter in cœlis; vos autem fratres eſtis.* Bellua multorum capitum, monſtrum biceps eſt, Auguſtus & Pontifex Maximus. Id quidem fuiſſe Decium atque Neronem, & hujusmodi Tyrannos, falſorum Deorum cultores, in numiſmatis & epigrammatis legimus. Quod de animo & corpore afferunt, nugæ ſunt & contortæ concluſiunculæ: ceu verò neſciamus carnem adverſus ſpiritum pugnare, & animam, niſi e corpore emicuerit, interituram. Ludibrium naturæ abominabile, ira Dei, ſocordia atque ignavia noſtra eſt, Principem Principum ſervo ſervire ſervorum. Si ſervus ſervus ſervorum Dei eſt, cur non ſervit? cur non amat? cur non miniſtrat? cur non paſcit? cur non docet? non nunciat? Si id, quod cupit, eſſe velit, cur non Chriſti, Petri & Pauli veſtigia in carceribus & periculis variis æmulatur? Cur mentitur, tergiverſatur, fallit, regnat, dominatur? Aviditate potentiæ, pecunia ima ſummis miſcet, omnia venalia, Deum & inferos habet. Cur vitam Chriſti parvipendit? qui de hæreditate à fratribus captus etiam arbiter judicare noluit, ſed competitores ad Prætorem Cæſaris rejecit, & tribunal relegavit. Cum populus eidem regnum Palæſtinæ ultrò offerret, aufugit, ſuum regnum in hoc mundo non eſſe confitetur. Quamobrem Viceſimus ſecundus non ſine maxima ſua atque Reipublicæ pernicie, libidine dominandi in præceps abit; aliena, quæ nihil ad eum attinent, curat, uſurpat; ſua, hoc eſt, religionem, ſpiritualia, mores. vitam hominum negligit. Imperium terræ, mortalia, vetante Chriſto, arripit. Præſides, Proconſules, profeſſus crucem atque paupertatem, in aliena ditione *a* obtrudit. Ubi res ad interregnum redit, penes ſe ſummam poteſtatem eſſe comminiſcitur. Munus Præfecti Prætorio Rheni, Reguli Bojorum, intercipere, atque in ſe transferre conatur. Nec verum eſt, nulli, qui diſcordantibus inter ſe Principibus Reges conſalutati fuerint, ius eſſe poteſtatis tantæ. Id ignaris annalium, & hiſce qui quidnam ſit mentiri neſciant, perſuadere conetur. *Conradus* & *Lotharius, Philippus* & *Otto, Richardus* & *Alphonſus, Adolphus* & *Albertus*, & nuper EGO & *Fridericus*, licet à diverſis delecti Principibus, tamen Reges uterque vocabamur & eramus. Nos quidem ceremonia ſolenni, ex veteri priſcæ religionis inſtituto, Francofordiæ celebri loco, Comitiis Cæſareis die præſcripto habitis, frequenti Senatu, non ſolùm à pluribus, ſed à duabus claſſibus ſacrorum & prophanorum, ſuperis ritè ſalutatis atque conſultis, creati atque renunciati ſumus. Atque inde in urbe, quam Aquas-Graneas vocant, in penetralibus ac domicilio ſacroſancti Imperii ritè ſacra obivimus, diadema, enſem. inſignia auſpicatò accepimus. Auſtriacus poſt Comitia diſſoluta, contra decus Imperii, adverſus leges, auſpicia, contra interceſſionem, & inſtitutum majorum, non ſtata die, nec tempore conſtituto, obſcuro vico, duobus duntaxat pecunia & affinitate corruptis ſuffragantibus, demùm irrepſit, ultroque ſe ingeſſit. Et noſtram ſanè cauſam immortalis cœli imperator (à quo in ſummo rerum faſtigio conſtituti ſumus, & enſem ad inopes, vi oppreſſos vindicandos, & malos perterritandos accepimus) felicitate, fauſtis omnibus, & victoria approbavit. Idcircò rectè, benè ac ſapienter, ſicuti legibus cautum eſt, ex conſilii decreto, more majorum Brandenburgenſem Ducatum (quem ille homo, qui vulgò Papa dicitur, *Madenburgenſem* falsò vocat) filio noſtro Ludovico in tutelam atque fidem commiſimus.

a Factum id in Italia in præfectum & [illegible] Imperii ab hoc Joanne XXII.

8. Et cum noſtri cives, amici, populares, ſocii pientiſſimi in Italia à Flaminibus Romanis, quod Imperio & nobis fidem ſervarent, nec ullum aliud propter facinus, armis præter æquum & bonum attererentur, nobis eos deſerere non fuit conſilium. Quemadmodum ſacramento rogati, religione jurisjurandi promiſimus, Regulos Germaniæ clariſſimos, de Grayſpach, Neyffen, Truhedingen, ad Viceſimum ſecundum, inde ad Legatum ejus in Italiam, uti pacem componerent, fœdus icerent, proficiſci noſtro jure juſſimus. Nihilominus illis rejectis, adverſus Majeſtatem Imperii, populique victoris gentium, Legatus ille Joannis, oſor Chriſtianæ charitatis, Mediolanum, Comum, Cremonam, Vercellas, Novariam, Ticinum, Laudem, Mutinam, Veronam, Vicentiam, *b* Felſinam, Placentiam, Parmam, Brixiam, Alexandriam, Terdonam, Lucam, Piſas, Aretium, Ceſenam, Genuæ exules, item alias urbes Italiæ; inſuper Mathæum Galeatium, Paſſerinum, Petræmalæ, Montisferrati, Matinæ, Salutiarum *c* limitum Præfectos, cives, Præſides, Proprætores Imperii, Chriſtianiſſimos atque graviſſimos viros, hoſtili animo cum copiis vaſtat; agros, vicos incendit; ſtupra, cædes, ſacrilegia. impunè committit. Illos, quòd bella civilia abhorrerent, à nobis & Imperio deficere nollent. crimen læſæ majeſtatis, ſcelus perfidiæ admittere recuſarent, hæreſeos notâ inuſſit. Romanus Princeps, à Deo ad arcenda hujuſcemodi flagitia delectus, gladiumque ideò geſtans, inopes, inſontes cives, clientes Reipublicæ devotiſſimos (quibus etiam à propinquis opem ferre in[illegible]uimus) potentia, vi, armis malignorum oppreſſos, ſine ſumma infamia, absque ſummo ſcelere [illegible]erere non potuit, opem tulit fidiſſimis atque Chriſtianiſſimis amicis. Accuſetur illius perfidia, qui prior læſit. Vim vi repellere licet.

b hodie, Bononiam.

c id eſt, Marchiones.

9. Paſcat bonus Paſtor oviculas Chriſti, & amet, non armis oppugnet, vi opprimat. Argutas calationes miſſas faciat; veritatem, ſimplicitatem Chriſtianam, Chriſtumque, cui verba dare difficile eſt, amplectatur. Illius converſatio ſit in cœlis; ſpiritalibus deditus, corporalibus ſe non contaminet: Nos noſtro jure, majorum inſtituto, ſicut jus gentium eſt, ſacra oracula docent, res noſtras, nimirum terrena, caduca, fluxa, fragilia agere ſinat, & verbum inter nos non commutabimus. Et tandem

dem deſinat tam impudenter mentiri, niſi forſitan omnes Germanos (ut Romanenſes autumant) ſtultos, caudices, aſinos, ſtipites, plumbeos exiſtimat.

10. Me hæreticorum (ut ejus verbis utar) fautorem falsò vocat. Chriſtianus ſum; at ipſe hæreſiarcha eſt. Non enim diſcipulus eſt Chriſti, cujus vitam irridet, paupertatem floccifacit, præcepta aſpernatur, religionem polluit, ſacra prophanat, mores ſpernit, inſtituta condemnat, dogmata ... pendit. Nam Divum Franciſcum, veritatis divinæ præconem, paupertatis Chriſti ... conſectaneos ejus univerſos, Avinione VI. Idus Decembris, anno ab orbe ſervato MCCCXXIII ... impietatis condemnavit. Audite obſecro quam ob cauſam. Homo pecunioſus, avidusque ... argentum Evangelio, (ubi opes ſcel... ravocantur) aurum Chriſti inopiæ præfert; Franciſcanos, ... terculus ignominioſo apud ſe cognomine, item ſtolidas pecudes, pernicioſas vulpeculas ... latar ... gione mundo imponant, populum fallant, nuncupat. Illorum religionem excindere ..., quòd Chriſtum, comites ejus nihil poſſediſſe in terris doceant, aſſerant, prædicent, conatur. Sed contrà cœtus Franciſcanorum Pruſiæ celebris, univerſis ſuffragantibus Theologis, probè ejus facta depinxere, veritatemque ſacris literis, teſtimonio divino tutati ſunt, quamvis magis carcere & vinculis, quàm diſputationibus, hujuscemodi genus hominum caſtigandum foret. Tamen eundem ſuis depinxere coloribus, atque inſatiabile avaritiæ baratrum & ſimulachrorum cultorem declararunt. Nam & auri pondus ingens, quod ab orbe Chriſtiano, præcipuè Alemannia, Arelatenſi Regno, Italia, ſub ſpecie expeditionis Aſiaticæ emunxit; Saracenis, ut Chriſtianis Armeniæ, qui ab eo compilari, atq; vænire detrectarant, arma inferrent, diſtribuit. Ut Antichriſtus non ſit, tamen ejus antecurſorem atq; anteambulonem eſſe neceſſe eſt. A quo ad propugnandum templum Dei, (cujus cura nobis cœlitus à Deo optimo maximo data eſt) ad univerſum totius orbis Senatum Chriſtianum provocamus, &c. Datum Reginoburgii, menſe Auguſto, Anno Domini MCCCXXIV.

Anno Chriſti 1328.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.
EDICTUM

Eſt Senatusconſultum Romanum poſt coronationem Imperatoriam in Synodo generali factum.

DE EXAUCTORATIONE ET ABDICATIONE JOANNIS *XXII. PAPAE, propter tyrannidem, injurias, faſtum, & ambitionem Republicæ perniciosam, veritatiq; Chriſtianæ ac Religioni noſtræ exitioſam, publicatum Romæ in Synodo generali, ex totius Concilii decreto, IV. Calendas Maji, Anno Domini MCCCXXVIII.*

IMPERATOR LUDOVICUS IV. Cæſar Auguſtus, gentis humanæ, orbis Chriſtiani cuſtos, à Deo electus, germanis & veris Chriſtianis ſalutem. Cujus parandæ atque conſtituendæ gratia, relictis focis, aris, patria, genitali ſolo, pignoribus nondum adultis, in Italiam tranſivi, ad caput mundi Romam, ſacroſancti Imperii domicilium, ſedem noſtram, pacificè ſumma omnium quiete atque favore veni, ibique more majorum, veteri inſtituto *conſecrati Imperatoris* prænomen, *Cæſaris Auguſti* cognomen ritè ſuſcepimus, atque urbi & orbi Dei ope & armis, noſtra potentia, victrici & inſuperabili dextra præſidemus, exciſuri noſtro jure divinæ Majeſtati reſiſtenteis, pacis Chriſtianæ violatores enſe, quem ob id à ſupremo Imperatore acceptum geſtamus. Hujusmodi autem tumultus atque turbæ diſcordiarum, pernicioſiſſimaq; mala inter Chriſtianos, à malignis Pontificatus Maximi occupatoribus, alioqui fame & inedia morituris, ſeri & excitari ſolent. Dum alienis inhiant, alia uſurpant, falcem protervam in meſſem non ſuam temerè porrigunt, & quod ab altero poſtulant, in ſe recuſant. Equidem hactenus, ut juſtitia atq; æquitate ſuperarem, conor... Et quemadmodum pientiſſimum Davida (cum filius ejus Adonias regnum ambiret, adverſus Solomonem ſapientiſſimum fratrem ſuum à Deo electum conſpiraret) factitaſſe legimus, ſcel... ra p... tulimus atque diſſimulavimus. Verùm ne tenuis & infirmi animi, ignoſcendo malis, bonos omnes perditum eamus, lethalem ambitum, crimina perditiſſimorum (qui requieſcere, donec animi libidinem expleant, non ſolent) ad vivum ferro, amore Reipublicæ, cujus cura nobis a cœleſti numine tradita eſt, reſecabimus. lupo pellem ovinam jure noſtro detrahemus, & ut paucis, miſſis ambagibus, rem aperiam, aures arrigite, ſavete, omnium res agitur.

2. Univerſi, vulgus ſine authoritate, ſine gratia, domi atq; fores venales ſumus: majeſtas & authoritas religionis, libertas, Imperiumq; populi Chriſtiani, leges, divina, humana, prodita ſunt hoſti acerrimo. Quies in ſeditionibus, in pace turbæ ſunt. Homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus immani avaritia nocentiſſimi, & iidem ſuperbiſſimi: iidem in luxu effœminati, atque ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas, poſtremò vitia, virtutes, honeſta atq; inhoneſta omnia, quæſtui ſunt, ar... Reipublicæ Chriſtianæ occupant, tumultum ex tumultu, bellū ex bello ſerunt. Caput factionis * Jacobus ille *de Baburco*, qui ſe Papam nominat, ingentem vim pecuniæ, quam undiq; a Chriſtiana plebe fraudulenter corraſit, adverſus ſanctos Dei, Imperio Chriſtiano devotos, pugnantib... ſuaſu Ruperti Reguli, boni publici hoſtis, àque Divo HAINRICO Septimo Cæſare Auguſto proſcripti, expendit. Sicuti Abiathar Sacerdos, enſe Cæſareo, nobis à cœli numine commiſſo, abutitur; ... ralibus hujus ſeculi curis contra divinum præceptum incubat; Regno mundano ... Paſtor eſt perſonatus, ita myſticus eſt Antichriſtus; canis pellicula tectus, in gregem CHRISTI lupina

* qui dicitur Joannes XXII. Papa.

lupina rabie graſſatur; vendit ſcelerâ; inferos, ſuperos, beneficia cœleſtia cauponatur; cum Saracenis Armenios Chriſtianos, quinque annis continenter ejus opem implorantes, infeſtantibus fœdus ſocietatemque iniit. Boruſſorum a primarium Præſidem, diras inferiasque comminatus, cum Lituanis hoſtibus pietatis Chriſtianæ acerrimis, atrociſſimis latronibus, inducias facere coëgit, hoſti regionem prodidit, feneſtram invadendi Brandenburgenſes Chriſtianos aperuit. Lituani conjurati *Baburci*, ultrò citròque impunè per fines Brandenburgenſium commearunt: Chriſtianos ferro, cæde extinxerunt; vagientes in cunis, in ſinu parentum crudeliſſimè contrucidati ſunt. Templa, Cœnobia, Collegia Sacerdotum, Monachorum compilata, incenſa, everſa; Virgines ſanctæ per vim ſtupratæ; hoſtia ſacra (quod referens horreſco) haſtâ transfixâ, inſultante hoſte, hoc convicio ſublata: *En hic eſt Deus Chriſtianorum*. Liberi à complexu parentum, uxores maritorum ad ludibrium hoſtium abſtractæ; captivorum greges velut pecudum abſtracti ſunt. Adhuc Brandenburgenſis populus vulnus acceptum luget. Atq; hæc omnia ſcelere Viceſimi ſecundi acta ſunt. Quinetiam claſſem à Franciæ Occidentalis Rege, ad opem Chriſtianis Armeniæ incolis adverſus Saracenos ferendam, comparatam aſtu intercepit. Eadem in Genuenſium, qui devotiſſimi ſunt Chriſtiano Imperio, cæde abuſus eſt.

a Id eſt, Magnum Magiſtrum Ordinis Theutonici in Boruſſia.

3. Imperii Majeſtatem, authoritatem Reipublicæ, temerè contra placita Chriſti uſurpando labefactat, polluit. Monſtrum biceps, mundanus & ſpiritalis eſſe contendit. Chriſtus Servator noſter, cui omnis poteſtas in cœlo atq; in terrâ data eſt, tamen Imperium atq; Regnum terrarum, à populo ſibi oblatum, ſuſcipere detrectavit. *Regnum meum*, inquit, *non eſt in hoc mundo*. Atq; ſatis conſtat inter omnes divinæ Philoſophiæ, legum, & Pontificii juris ſcientiſſimos, penes Pontificem Romanum nequaquam eſſe utramque dignitatem, ſacram atque prophanam. Omnis poteſtas ab immortali Deo atque ſuprema eſt Majeſtate; cœleſte beneficium, quòd imperamus, non humanum eſt. Comitiali Conventu delecti, ſuffragiis Principalibus comprobati, mortalis cujuſpiam aſtipulatione, aliôve hominis authoramento nullo pacto indigemus. Sacroſanctum Romanum Imperium, cui Chriſtus, comites ejus, obtemperarunt, & vectigales fuerunt, Sacrificuli faſtuoſi beneficium eſſe pernegamus. Caput orbis terrarum à ſuprema cœli majeſtate conſtituti, nulli mortalium, quatenus ad hujus ſeculi Imperium attinet, rationem reddere debemus.

4. Alia illius *Jacob* peſtilentiſſimi peſſima facinora reticeo. Sacrificulos, qui canes muti latrare non audent, pœnarum metu, ne veritatem dicant, perterritat. Crimen ambitus, ſacrilegium, novumque aucupium, æs receptitium, & quòd Avenione habitat, ſæpiùs evocatus Romam migrare recuſat, quòd omnibus bonis cordi non ſit, velut leviſſima, miſſa facio; id, quod ad nos ſpectat, agamus. Jus gladii divinitùs nobis traditum ad eradicanda ſcelera exerceamus, obviam ire factionis potentiæ, utilitas Reipublicæ, amor religionis atque pietas ſubigit.

5. *Jacobum* igitur anteà à Sacrarum literarum Antiſtitibus Hæreſiarchen declaratum, ex conſilii decreto, more majorum, Pontificatu ſubmotum, atque à Chriſto repudiatum renunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus. OTTO Primus cum Populo Romano, Sacerdotum ejus tribu, Joannem Duodecimum ex albo Pontificum Romanorum ob ſcelera (quæ ſi ad flagitia Viceſimi ſecundi comparaveris, ludus eſt) eraſit, alium Paſtorem urbi & orbi impoſuit. Idem alios complures Imperatores, optimosque Principes feciſſe, in Annales & Faſtos relatum eſt. Proinde *Jacobum* illum crimine veræ irreligioſitatis, nota hæreſeos anteà à Franciſcanis cæteriſque Theologis inuſtum, contemptorem paupertatis Chriſtianæ, Imperii Antichriſtiani authorem, jure noſtro, conſilio, ſententia, conſenſu communi Principum, Pontificum, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, efflagitantibus Sacerdotibus Populoque Romano, exauguratum, abdicatum hæreſeos condemnatum declaramus, proſcribimus; acta ejusdem reſcindimus; univerſi Chriſtiani eundem in numero impiorum atque ſceleratorum habeant; ab eo omnes decedant; aditum, ſermonem defugiant; velut contagionem, ne quid incommodi accipiant, devitent. Eidem nullus honor communicetur; & ab his, quorum intereſt, opera detur, ut deprehenſus more majorum puniatur. Quiſquis adverſus hæc fecerit, hoſtis Reipublicæ eſto. Nos confeſtim cum Sacerdotum Curia populoque Romano, urbi atque orbi paſtorem, communi conſilio atque veterum inſtituto, juxta ſacræ Hiſtoriæ Leges, allegemus.

6. Hoc edictum à Imperatore, item Sacerdotum Senatu Populoq; Romano ſignatum eſt, publicatumq; in celeberrimo Myſtarum, Populi Romani, Regulorum, Dynaſtarum, Tetrarcharum, Flaminum, Pontificum Maximorum, Minorum, Antiſtitum conventu. Datum & factum extra templum auguſtiſſimum Divis Petro atque Paulo legatis Chriſti dedicatum, octavo decimo die Aprilis, in urbe Romana cunctis Sacrificis, univerſo Populo Romano in Regione pro concione publicè ejus rei gratia coacto; Chriſtianæ libertatis anno MCCCXXVIII. Invictiſſimi Imperatoris LUDOVICI Quarti Cæſaris Auguſti, Principis optimi, Regni XIV. Imperii verò primo.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1328.

CONSTITUTIO

DE OFFICIO COMITIS PALATII LATERANENSIS ROMANI.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, Illuſtri Caſtrucio Duci Lucano, ſacri Lateranenſis Palatii Comiti, & Romani Imperii Vexillifero, ſuo & Imperii fideli dilecto, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Dignum eſt & Majeſtati Imperiali proprium, ut, ſicut quotidie fidelium augetur ſubſtantia & devotio, ita eis Imperiale culmen augeat dignitatis privilegia & honores. Sanè experientia docente novit Imperialis Majeſtas maximam fidem, devotionem & conſtantiam tuam, & ante & poſt a nobis collatos honores, ultra cæteros fideles Imperii de bono in melius quotidie profeciſſe. Ut igitur præmiſſorum contemplatione ad ampliores dignitatum apices per Imperiale culmen tua devotio attollatur, de conſilio & aſſenſu procerum noſtræ Imperialis Aulæ, tibi & ſucceſſoribus tuis ex te natis, & naſcituris, per lineam maſculinam in perpetuum, Comitatum ſacri Lateranenſis Palatii (quem ad fiſcum noſtrum & ſacrum Romanum Imperium juſtis & legitimis cauſis devolutum & applicatum pronunciamus & declaramus, & ad omnem dubietatem tollendam devolvimus & applicamus) damus, concedimus, & donamus, & ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis; & te & prædictos ſucceſſores tuos in perpetuum eligimus, conſtituimus, præficimus & creamus Comitem & Comites ipſius ſacri Palatii Lateranenſis, vosque de Comitatu prædicto inveſtimus & infeudamus, tanquam veros fideles Imperii & vaſallos: dantes & concedentes, & tribuentes tibi & eis, omnes & ſingulos honores, & omnia & ſingula privilegia, & emolumenta, quos & quæ Comites prædicti ſacri Palatii habent & habuerunt quoquo tempore, de conſuetudine vel de jure.

2. Declarantes & nunc per hoc noſtræ ſerenitatis indultum, tibi & prædictis ſucceſſoribus tuis, ex prædicta Comitatus dignitate competere jus aſſiſtendi perpetuò benedictioni, ſacræ unctioni, & coronationi ſucceſſorum noſtrorum Principum Romanorum, & omnibus & ſingulis ipſius coronationis ſolennitatibus: & præcipuè ſociandi & deducendi ipſos Romanos Principes, tempore coronationis fiendæ de eis, ad ſacram unctionem de ipſis faciendam, & eosdem Romanos Imperatores ſucceſſores noſtros tenendi & juvandi in ipſa ſacra unctione & actu ipſius & eadem unctione perfecta, eos reducendi & ſociandi ad altare, & thalamum, prout & quoties principes expediunt redire.

3. Item jus levandi & tenendi Imperiale diadema, de noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum capite, tempore quo Imperialis coronationis ſolennia celebrantur. & etiam quocunque alio tempore, quoties publicè ipſum diadema expedierit elevare de capite noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum reponi.

4. Quæ omnia & ſingula ſupra ſcripta valere & tenere volumus, & jubemus ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, jure aliquo non obſtante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram paginam in aliquo violare, vel ei auſu temerario contraire. Si quis vero hoc attentare præſumpſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurriſſe. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi, & ſigilli Majeſtatis noſtræ robore, cum annotatione teſtium ſubſcriptorum juſſimus communiri:

Rudolphi Ducis Bavariæ Principis & patrui noſtri Cariſſimi.
Henrici Ducis Brunſvicenſis,
Ludovici Ducis de Teck,
Hermanni de Linthelberg Cancellarii noſtri,
Alberti dicti Symicl de Linthelberg Mareſchalli noſtri,
Meinhardi Comitis de Hortenburg,
Othonis Comitis de Corlamende,
Joannis Comitis de Claramonte,
Conradi Comitis de Truchendingen,
Conradi de Zoluſelberg:
nec non nobilium Virorum Jacobi de Columna, Sciaræ & Jacobi de Sabellis Senatorum Urbis.

Datum Romæ, 14. die menſis Martii, Indictione 11. Anno Domini 1328. Regni noſtri Anno XIV. Imperii verò primo.

Anno Chriſti 1328.

LUDOVICI IV. IMPERAT. AUG.
FORMULA
DE FACULTATE CIVITATIS CONDENDÆ ET PRIVILEGIANDÆ.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator, Semper-Auguſtus, ſinglis & univerſis, ad quos præſentes devenunt, gratiam ſuam & omne bonum. Imperialis requirit & exigit præeminentiæ Celſitudo, ut ſingulos & univerſos devotè nobis & fideliter ſamulantes condignis debeamus præmiorum largitionibus prævenire, ut ſpe remunerationis ad noſtra & Imperii obſequia confidentiùs & ferventiùs animentur. Notum igitur volumus univerſis, tam præſentibus quàm poſteris & futuris, quòd nos advertentes devotionem & fidelitatem dilecti fidelis noſtri Secretarii Friderici Burggravii de Nurnberg, ſuisque petitionibus annuentes, eidem authoritatem, facultatem & plenum poſſe damus & concedimus, dedimus & præſentibus conceſſimus civitatem munitam in Grindelach conſtruendi, ædificandi & faciendi, ipſamq; muris, foſſatis & cæteris munimentis quibuslibet, quib' muniri ut cæteræ ſunt ſolitæ civitates, impedimento nullo prorſus aut contradictione aliqua obſtante firmiter muniendi, ibidemque judicium, cum ad id pertinentibus neceſſariis habendi,

Judicem

Judicem ponendi, qui ſuper univerſis caſibus & exceſſibus, ſanguinem, corpus, mutilationem membrorum ſive res attingentibus, judicandi plenariam habeat facultatem: ebdomadale forum in eadem civitate, quotiescunque id attemptandum decreverit, proclamandi, & nihilominus celebrandi. Volentes ſiquidem dictam civitatem Grindelach uti & gaudere omni jure, libertate, immunitate & gratia, quibus noſtra civitas Nuremberg hactenus uſa eſt, & ex nunc denuò frui poteſt & gaudere. In cujus rei teſtimonium evidens præſentes conſcribi, ſigilloque noſtræ Majeſtatis juſſimus communiri. Datum Coloniæ apud Sanctum Petrum, viceſima ſecunda die menſis Aprilis, Indictione undecima, Anno Domini milleſimo treceuteſimo viceſimo octavo, Regni noſtri anno quarto decimo, Imperii verò primo.

DECRETA
COMITIORUM FRANCOFORDIANORUM DE ANNO MCCCXXXVIII.

Anno Chriſti 1338.

quorum Edictum infrà Tomo III. fol. 410. publicavimus.

IMPERATOR LUDOVICUS Auguſtus & EDUARDUS Rex Anglorum Francofordiam ſe conferunt: ubi frequentes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Angliæ Purpurati & Pontifices coeunt. Carolus Moravici limitis Præfectus, juſſus fide publica cum ducentis equitibus apparere, cum quingentis venit; ibi in verba LUDOVICI jurat, ſe in ejus poteſtate fore dat fidem.

2. Cæterùm præſente Anglio Senatusconſultum perſcriptum eſt, Lex lata eſt: eum, qui Imperatorem execratum dicat, aut ſentiat, Bullasque hujusmodi Pontificias abſque conſilii decreto recipiat, contra Rempubl. feciſſe videri.

3. Eadem quoque, quæ Rhenoſei à Principibus conſtituta fuerunt, tutanda eſſe ſumma vi atque ope juratum ob omnibus.

4. Aoglius quoque, ſententia Procerum, Rex Franciæ Procuratorque Imperii per Gallias, conſalutatus eſt. Juſſi ſunt Equites, Milites, Tribuni, Centuriones, Duces, pro viribus eidem auxiliares eſſe.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.
RESCRIPTUM APOLOGETICUM

Anno Chriſti 1338.

Contra Johannis XXII. Papæ Bullam excommunicationis; concernens jura Regni & Imperii.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, univerſis & ſingulis Regibus Chriſtianorum, ac Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, quocunq; honoris culmine præfulgeant, & cæteris Eccleſiarum Prælatis nec oon ſecularibus Principibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Dominis, Poteſtatibus, Rectoribus, Judicibus, & Officialibus provinciarum, civitatum, & terrarum Romano Imperio ſubjectarum, & ipſarum quibuscunque incolis & habitatoribus, ac omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Fidem Catholicam, quam ſancta mater Eccleſia Catholica, extra quam nullus omninò ſalvatur, in Symbolis, Conciliis, & traditionibus ipſius Eccleſiæ ſacroſanctæ, docet & tcoet, firmiter credentes ac fideliter & firmiter confitentes, & ipſius Eccleſiæ ſanctæ doctrinam in ſacris Canonibus traditam ſequi volentes: quibusdam allegationibus, impugnationibus, & oppoſitionibus, quæ contra nos, & electionem ac promotionem de nobis factam ad culmen dignitatis Imperialis, & contra Imperialem auctoritatem, poteſtatem, & dignitatem opponuntur, ne ſimplicium corda poſſint inficere, ſecundum ſacrorum canonum & legum tenorem in his ſcriptis duximus reſpondere, & contra ipſos impugnantes & opponentes, & eorum dicta procedimus, prout inferiùs continetur.

2. In primis contra Nos & Imperialem authoritatem, & jus Imperii, allegatur & objicitur, quòd poteſtas & authoritas Imperialis eſt à Papa; & quòd electus in Regem Romanorum ex ſola electione non eſt, nec dici poteſt verus Imperator, nec habet poteſtatem, jurisdictionem, & authoritatem, antequam inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa, qui (ut dicunt) tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus habet plenitudinem poteſtatis. Ad quæ reſpondemus, hanc opinionem ſacris canonibus ac juri & rationi pariter obviare, ſicut expreſsè patet in Decretis, 96. *diſtinct. c. cum ad verum, & ca. duo ſunt, & canon. Imperator.* Ubi expreſsè habetur in hæc verba: *Duo ſunt quippe, quibus principaliter hic mundus regitur*, ſcilicet *authoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas. Habet* quippe *Imperator privilegium poteſtatis ſuæ, quam adminiſtrandis legibus publicis divinitùs conſecutus eſt, nec Imperator jura Pontificatus, nec Pontifex jura Imperatoria uſurpat.* Hæc ibi: ubi Gloſſæ Ordinariæ dicunt, *quod iſtæ poteſtates ſunt diverſæ, & quòd neutra dependet ab altera, & quòd Imperator non habet poteſtatem ſive imperium a niſi à ſolo DEO.* 93. diſtinct. c. *legimus*, ubi in textu dicitur, quòd *exercitus facit Imperatorem.* & Gloſſa ſuper verbo *Imperatorem*

a al. non à Papa, ſed à ſolo.

&ti non ſumus, contra dictum Robertum propter præmiſſa eo irrequiſito potuiſſemus procedere tamen ex Auguſta clementia (quę libentius emendat in ſubditis pœnas quàm puniat; nec exercet ferrum in eos, quos ſanare poteſt mulcebris lenitas medicinæ) poſt ſeceſſum noſtrum ab Urbe prædicta, ſuper dicto notorio & prædictis per ipſum Robertum contra noſtram Majeſtatem commiſſis ad inquiſitionem deſcendimus, quam ut fidei vel amoris ſcintilla (ſi qua forſitan remanſit in eo) ipſius viſcera tangeret, & ipſe interim ſpatium ad cor redeundi haberet, uſq; in præſens deliberationibus rationis duximus protrahendam. Robertum prædictum citari legitimè fecimus, ut comparere curaret ſuam (ſi poſſet) innocentiam oſtenſurus. Verùm idem Robertus in ſua protervia perſeverans, in terminis ſibi ad hoc præfixis, vel eorum aliquo vel per ſe vel per alium comparere contumaciter non curavit. Quare nos ſuper præmiſſis in ipſius Roberti contumacia fide dignis & ſufficientibus receptis teſtibus, & eorum dictis in ſcriptis redactis, & per nos ſolenniter publicatis, & de mandato noſtro Proceribus noſtri Palatii cum diligentia recenſitis, & facta nobis de ipſis & per ipſos relatione fideli per ea, quę probata fuerunt, prædicta omnia & ſingula publica & notoria eſſe, in ſcriptis interloquendo pronunciavimus & declaravimus exigente juſtitia, & poſtmodùm eum requiri & citari ſufficienter & peremptoriè fecimus, ut certo termino jam elapſo coram nobis (ubicunque eſſemus) ad hanc noſtram ſententiam audiendam comparere curaret. Quod ipſe præſcius & diffiſus injuriis & offenſis in ſua obſtinatione & contumacia & fraudibus pernicioſis induratus, facere prætermiſit.

5. Quia igitur dimiſſis omnibus & ſingulis (prout apertiùs in inquiſitione continetur) ſpecialiter per dictos teſtes plenariè nobis conſtat, nos prædictos & alios prædicti Roberti exceſſus nefarios & opera deteſtanda maturo & juſto librantes examine, ac illud notiſſimum nullatenus omittentes, quod ipſe Robertus, dum in Urbe prædicta cauſa prædictæ coronationis eſſemus, dilectiſſimi noſtri Piſani (qui inter cæteros noſtros ſubditos fidelitatis ac opinionis ſinceritate, galeas & gentes ad noſtrum ſervitium & honorem Romam mitteret) galeas ipſas in noſtræ Majeſtatis injuriam invadi, ſpoliari, & gentes prædictas capi & incarcerari, & in carcere detineri mandavit & fecit, & nihilominus in hujusmodi continuationis terminis perſeverando, mala malis addendo, & pejora continuè committendo, dum contra rebelles noſtros direximus ſigna Cæſarea, rebellibus ipſis (ſicut publicum & notorium eſt, & facti evidentia docebat & docet) miſit plures armatorum in ſubſidium, ut eos diutius in eorum rebellionis erroribus confoveret, & attendens quòd dum ipſe potuit pacem & quietem habere, dum debuit tranquillitatem expectare, à noſtra benevolentia & dilectione, quam ſibi ex animi ſinceritate paraveramus, obtinere noluit, bella quæſivit, iniquitates exercuit, & pro poſſe curavit, ſicut etiam procurare non ceſſat, in Imperii populos ſeminare zizanias, ſuſcitare odia, immittere ſcandala, concitare tumultus, nutrire ſchiſmata, & fovere diſcordias, & ſine intermiſſione in actu committendi continuandique quod poteſt, contra Imperium noſtrum non omiſit, non ſolùm in noſtri Imperii contemptum Reique publicæ detrimentum, ſed etiam in perturbationem proſperitatis Eccleſiaſticæ, quæ ad Imperii ſtatum plurimùm dignoſcitur tendere, & in retardationem negotii Terræ Sanctæ, ad quod (teſte Deo, qui omnia novit) totis cordibus & affectibus anhelamus, & videntes apertè, quòd dictus Robertus irrevocabiliter in ſignum erroris prolapſus, & obſtinatus in dolis, viam veritatis expiavit omninò, & tanquam aſpis ſurda non obtinens auditum, nec mandata noſtra, nec le-

Incluſa videtur ſpuria & ab hoc loco aliena.

gis pœnam, in quam ſuis culpis [nam omne, quod eſt ex Deo, vincit mundum; & hæc eſt victoria, qua vincit mundum fides noſtra, *omni cura cuſtodias cor tuum: nam ab ipſo vita procedit*, Prov. c. 11.] incidiſſe ac incidere noſcitur, nec etiam Imperatoriæ plenitudinem poteſtatis veretur, ſed quotidie cervicis durioris efficitur: & quantum ipſum ad pœnitudinem expectamus, tanto majorem aſſumit audaciam malignandi: conſiderantes etiam, quod ipſe Robertus de Imperii crapulatus pinguedine dilatatur, & ex illicitis ſibi laxatis habenis furit, & nobis pro obedientia rebellionem, & pro fidelitatis debito injurias refert nosque ac quoscumque fideles Imperii nobis obedientes pro poſſe impugnare conatur, ejusque pœnas non in ædificationem ſed in deſtructionem, non ad fructum & juvamen ut haberet, ſed ad peſtem eſſe dignoſcitur: & volentes præmiſſis injuriis & ipſius fraudibus obviare, &

Proverb. 11

Matth. 3. v. 7. Luc. 3. v. 9.

Evangelicam ſequi doctrinam, quæ nos monet, quod omnis arbor, quæ fructum non facit bonum, abſcindatur & mittatur in ignem, licet fideles Reges & Principes in ſuorum dignitatis eminentiam libenter condignis honoribus, & gratioſis favoribus proſequamur, tamen ut culpa ſupplicium timeat, & virtus retributionem expectet, Robertum prædictum, cujus eligimus domare ſuperbiam, & præſumptionem erectam conterere, ipſumque à ſtatu ſuo quantomcunque ſublimi deponere, cùm propter præmiſſa Majeſtatis criminis reus ſit, univerſis & ſingulis dignitatibus quocumque titulo comprehenſis, quibus ſe intitulat & decorat, auctoritatibus, honoribus, libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, Provinciis, Comitatibus, civitatibus, caſtris, terris, villis, & aliis feudis, vaſallis, bonis, rebus, juribus, & jurisdictionibus univerſis tam perpetuis quam temporalibus, quos, quas, & quæ habet, tenet, & poſſidet, vel quaſi, ſeu habuerunt & poſſederunt hactenus ejus quomodolibet ipſe vel ſui prædeceſſores, privamus: eundem Robertum rebellem, proditorem, & hoſtem Imperii, dictæq; Majeſtatis crimine reum, de toto prædicto Imperio exbannimus & diffidamus: ipſum ſi quo tempore in noſtram & Imperii fortiam pervenerit, vita per capitis mutilationem privandum in huſce ſcriptis ſententialiter condemnamus.

6. Statuentes & mandantes, quòd nulla perſona cujuscumque nobilitatis, excellentiæ, ſtatus, vel conditionis exiſtat, nullaq; civitas, caſtrum, villa, vel univerſitas eidem contra nos & Imperium præbeat publicè vel occultè, conſilium, auxilium, vel favorem, ſub pœna centum librarum auri, pro qu

libet

... civitate libras quinquaginta, pro quolibet caſtro, villa, Marchione, Duce, Comite, Barone, & quolibet Nobili viginti librarum auri, & pro qualibet alia ſingulari perſona, pro vice qualibet qua contrà fecerint, committenda: quodq; cuilibet liceat impunè cives, incolas, habitatores civitatum, caſtrorum, villarum, & quibuslibet alias ſingulares perſonas, cujuscumq; ſtatus vel conditionis exiſtant, quæ contra noſtrum honorem obediant ei, vel darent conſilium, auxilium, vel favorem, publicè vel occultè offendere in perſona, rebus, & juribus, & ipſos & ea capere, & arreſtare, & retinere: inhibentes etiam & præcipientes expreſsè, ne aliqui debitores ipſius Roberti de bonis, in quibus ei tenentur, in aliquo ſatisfaciant, vel reddere quomodolibet præſumant, vel alioquin tantundem Cameræ noſtræ perſolvant.

7. Ad hæc ſine ſtrepitu & figura judicii compellantur univerſitates & provincias noſtras, civitates, villas, & ſingulares perſonas cujuscumque præeminentiæ vel excellentiæ, etiamſi Regia dignitate, vel cujuscumque alterius dignitatis, conditionis, vel ſtatus exiſtant, quæ ex aliquo pacto vel promiſſione ſeu obligatione dicto Roberto, aut prædeceſſores ſui facto, pacto vel pœna, ſub qualicumq; forma comprehenſo, vel comprehenſi ſiut ratione, cauſa, vel titulo, & ſpecialiter de aliquo ſervitio faciendo, vel hominum armatorum aliudq, ſubſidium dando, per mare vel per terram, teneretur eidem Roberto, ab ipſis pacto, promiſſione, obligatione & pœna appoſita, vaſallos quoque & feudatarios, & omnes & ſingulos, qui eidem fidelitatis vinculo vel alia quacumque ratione vel cauſa ad aliqua ſervitia realia vel perſonalia tenerentur, ab omni articulo fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ ei vel ſuis hæredibus faciendis abſolvimus penitus & in totum: ita quòd nec civitates, caſtra, villa, univerſitates, & perſonæ prædictæ pacto vel obligatione prædictorum, aut vaſalli, aut feudatarii, præfati cives, fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ ratione, cauſa vel titulo ſibi vel ſuis hæredibus quomodolibet teneantur. Ipſas etiam contratas, civitates, caſtra, villas, feudatarios, vaſallos, bona, res, juriſdictiones, ſervitia, & jura, & quæcumque alia ſub noſtra contenta privatione & abſolutione hujusmodi, confiſcamus.

8. Demum omnibus & ſingulis Militibus, Auditoribus, Judicibus, Jureperitis, & Notariis, qui ejusdem Roberti domeſtici ſeu familiares exiſtunt, ſive aliis, qui in ejus ſervitio eſſe noſcuntur, & quibusvis aliis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quod ab ipſius Roberti familiaritate, conſiliis, directione, & obſequiis quibuscumq; infra duorum menſium ſpatium ab hodie computandum cum effectu recedant, & nunquam ad ejus ſervitium vel conſilium accedere publicè vel occultè præſumant: alioqui ipſos Milites honore ac dignitate militiæ, Judices ac Jureperitos judicandi & aſſidendi omnibus & ſingulis privilegiis & immunitatibus, ac Notarios notariatus officio: eos videlicet ex dictis Militibus, Auditoribus, Judicib⁹, Jureperitis, Notariis, qui hujusmodi mandato noſtro non paruerint cum effectu, exnunc prout extunc privamus termino ſuprascripto, & inhabiles & infames reddimus, ita quòd elapſis menſibus ſupradictis ad nullos actus legitimos quocumq; tempore poſtmodùm admittantur.

9. Hujusmodi autem privationis, confiſcationis, exbannitionis, diffidationis, condemnationis, & abſolutionis ſententias in his ſcriptis fecimus, & omnia alia ſingula facta & incerta facimus exiſtente juſtitia, & bono Reipubl. requirente, ac ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis, ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan in inquiſitione prædicta, de quibuscumq; proceſſibus propterea habitis ob aliquam juris ſolemnitatem omiſſam eſſet habitus, non obſtantibus aliquibus legibus, conſtitutionibus contrariis, vel privilegiis ſub quacumq; forma verborum conceſſis: etiamſi de ipſis oporteret de verbo ad verbum in præſentibus fieri mentionem, quæ contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod poſſe quomodolibet objici non opponi, quibus ſpecialiter derogamus.

Actum Piſis in præſentia noſtrorum Principum & Baronum, ac populi multitudine copioſa, VII. Calend. Maji, regni noſtri anno quinto, Imperii verò anno primo, quod fuit MCCCXI.

HENRICI VII. IMPER. AVG. CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1313.

DE OFFICIO SCVLTETI IN CIVITATE IMPERIALI, ET DE privilegiis Civium.

HENRICUS Septimus divina favente clementia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Dum profectus & commoda fidelium noſtrorum debitæ ſolicitudinis ſtudio procuramus, decus & honorem Imperii multipliciter attollimus, & ſubjectorum obſequia noſtris Imperialibus beneplacitis efficimus promptiora. Diſponentes igitur affectu benevolo, dilectorũ fidelium noſtrorum civium Nurembergenſium, quantum dignè poſſumus, votivis ſupplicationibus benignum præbere conſenſum, infraſcriptos articulos ſpecialiter, quo ad eorum Civium & Civitatis Nurembergenſis commoditates agendas, ſtatuimus obſervandos.

1. In primis videlicet, quòd Scultetus Nurembergenſis, qui pro tempore fuerit, ſtratas communes vel Regias vulgariter appellatas defendere, ac per eas ſecurè conducere debeat quoslibet tranſeuntes.

2. Sculteto etiam Nurembergenſi & Civibus liceat ſub forma juris, in concivem eorum recipere quemlibet requirentem.

3. Inſuper Scultetus Nurembergenſis ſemel quolibet anno coràm Conſulibus Civitatis ejusdem jura-

juramentum præſtet, de faciendo judicium æquanimiter tam pauperibus quàm divitibus, ſecundum rationabilem Scabinorum ſententiam.

4. Item Scultetus Civitatis prædictæ quemlibet civem ipſius detentum debeat excredere ſub fidejuſſoria cautione, ac de eo judicare ſecundum juſtam & rationabilem ſententiam Scabinorum: niſi atrocitas facti ſeu cauſa detentionis ipſius aliud exigat & requirat.

5. Cæterùm quòd omnes utriusque ſexus homines dictæ Civitatis Nurmbergenſis trahi non poſſint in cauſis civilibus ad aliena judicia: ſed conveniri debeant coram Judice ſuo, dummodò coram illo querulantibus juſtitia non negetur.

6. Quicquid etiam Conſules & Scabini Civitatis Nurembergenſis prædictæ, ſub juramento præſtito, pro pace ac moderatione rerum venalium iotra civitatem eandem ſtatueriot, tam ab extraneis quàm à civibus obſervetur.

7. Caſtrum verò & turris in medio ejus ſita, à Civitate Nurembergenſi in tantum alienari non debent, quin *a* Caſtellanus & poſſeſſor eorum ipſis civibus cautionem faciat, quòd decedente Imperatore vel Rege Romano ipſum caſtrum & turris prædicta, ad gubernandum ea, usque ad futuri Regis creationem, devolvatur ad eos.

8. Quodque Notarius *b* Judicii Provincialis à civitate prædicta non alienetur: ſed ibidem reſidentiam faciat, & Sculteto Norimbergenſi obediat pariter & intendat.

9. Nemo etiam ſententiam in Judicio Provinciali promulget, niſi Milites vel Honeſti Cives jurati dictæ Civitatis Nurembergenſis exiſtant.

10. Demùm quòd univerſi & ſinguli Cives Nurembergenſes, & eorum bona, à teloneorum & pedagiorum ſolutione eximantur in civitatibus & locis ſingulis, quorum cives etiam & bona è converſo apud Civitatem Nurembergenſem fuerunt & hactenus exempti pariter & exempta.

a Burgvoat / i. e. Amptman oder Pfleger deß Reichs auf der Burg
b Landtgericht zu Nürnberg.

11. Præmiſſos autem articulos omnes de ſpeciali gratia & Imperialis plenitudine poteſtatis, in favorem & utilitatem Civium Nurmbergenſium prædictorum, tenore præſentium ſtatuimus, & inviolabiliter ab omnibus obſervari mandamus; firmiter inhibentes, ne quis ipſos cives in præmiſſis, vel eorum aliquem, contra præſentis paginæ noſtræ tenorem, impedire, moleſtare, vel gravare præſumatur. Quod qui ſecus facere præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam centum librarum auri puri (quarum medietas Cameræ noſtræ, reliqua vero paſſis injuriam perſolvatur) ſe noverit incurriſſe. Datum Piſis, III. Idus Junii, Indictione XI. Anno Domini milleſimo trecenteſimo tertiodecimo: Regni noſtri anno quinto, Imperii verò primo.

Anno Chriſti 1315.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.
RESCRIPTUM

Quo civitates Helveticæ ad inſtantiam Abbatis Eremi & Leopoldi Ducis Auſtriæ à Iudicio Rotuleſi proſcriptæ, & ab Epiſcopo Conſtantienſi excommunicatæ fuerunt, auctoritate Imperiali abſolvuntur & Imperii ſocietati piorumq; cœtibus reſtituuntur.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Prudentibus viris vallium in * Undervvald, Urach, & in Suitz, fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum.

* qui Ludovico electo adverſus Fridericũ Auſtriacum adhæſerunt.

1. Majeſtatem noveritis Regiam adverſitatibus veſtris ex animo condolere. Veruntamen, annuente Altiſſimo, ſperamus veſtris doloribus brevi in tempore per nos remedia ſalubria exhiberi. Unde tanquam viri conſtantiſſimi adverſariorum comminationibus, non ſinatis animos veſtros aliqualiter demulceri.

2. Præterea, ut ex ſcriptis veſtris collegimus, vos ex parte cujusdam Abbatis, dicti de Einſidel, ad proſcriptionis ſententias perveniſſe, à quibus vos præſentibus abſolvimus, reſtituentes perſonas & res veſtras in ſtatum priſtinæ libertatis.

3. Adhæc de ſententiis excommunicationum in vos latis Venerabilis Petrus Archiepiſcopus Moguntinenſis, Princeps noſter dilectus, abſolutionem committendam Decanis & Rectoribus Eccleſiarum veſtrarum vobis veraciter repromiſit, & ſe eisdem velle ſuas dirigere litteras authorizabiles, & patentes.

4. Et ſecuros vos reddimus, quòd omnibus Advocatis & fautoribus noſtris, tum Nobilibus, tum Civitatenſibus, vos defenſare & coadjuvare præcipimus & monemus, quotiens & quandocunq; per vos fuerint requiſiti. Datum in * Nurenberg. VIII. Kal. Junij, Regni noſtri anno primo.

* ubi tũ primã ſuã Comitia pro more celebrabat.

Anno Chriſti 1321.

LUDOVICI IV. IMPER. AVG.
EDICTUM

De fidelibus Imperii contra Tyrannidem Papæ Romani & Regis Gallorum tutandis ac defendendis.

LUDOVICUS, quòd ſacramento rogatus, religione jurisjurandi adactus eſſet, ſe Majeſtati Imperii, Reipublicæque nunquam defuturum; inopibus contra fas, præter æquum armis afflictis, ad

[illegible] omnigenum, [illegible] mal[illegible] [illegible] ſervum [illegible] Valeſi[illegible] [illegible] terre, [illegible], jure [illegible]

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.

EDICTUM

CONTRA INIUSTAM EXCOMMUNICATIONEM PAPAE Joannis XXII.

NOS LUDOVICUS Romanorum Rex, proponimus adverſus Joannem, qui ſe dicit eſſe Papam, quòd Chriſti* teſtamentum de pace malè exequitur, publicam Chriſtianitatis pacem perturbans. nec reminiſcitur à ſancto Conſtantino id, quicquid nunc habet, honoris [illegible] Silveſtro permiſſum, malè gratus Romano Imperio: unde deſumpſit omnem, quo nunc abutitur, ſplendorem, &c. *Joan. 15. & 14.

DECRETUM

COMITIORUM RATISPONENSIUM DE JURIBUS REGNI ET IMPERII CONSERVANDIS ADVERSUS INIQUAS USURPATIONES PAPÆ ROMANI.

Anno Chriſti 1324.

ANNO Domini MCCCXXIV. quinto Idus Auguſti, Reginoburgii præſentibus Balduino Treverenſi, Hainrico Agrippinenſi, Mathia Moguntino Archimyſtis, Joanne Rege Bojemiæ, cæteriſque Germaniæ ac Galliæ Epiſcopis & Proceribus, in conventu per Imperatorem acto factum eſt Senatusconſultum, ut Cæſar operam det, ne Germana libertas in ſervitutem redigatur, & Majeſtas Imperii à faucibus Tyranni Romani eripiatur.

2. Ex Conſilii itaque decreto vana irritaque eſſe JOHANNIS XXII. acta declaratum; quicunque ea tueretur, hoſtem Reipublicæ, bona ejus publica eſſe, placuit.

3. Otto Charionum Antiſtes D. Lamperti, & Toloſanus Monachus Dominicanus, ſedis Romanæ Legati, Germaniâ edicto extruſi ſunt.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.

EDICTUM

Anno Chriſti 1324.

PUBLICE CONTRA JOHANNEM XXII. PAPAM ROMANUM IN Comitiis propoſitum Ratiſponæ, & oppidatim affixum, concernens jura Regni & Imperii.

CHRISTUS Servator, Dominus atque Deus noſter, ejus legati primarii, Petrus, Paulus, Jacobus, Joannes, tempora periculoſa, ubi ad cœlum migrarint, nobis imminere cantarunt, & in primis admonuerunt, ut ſummoperè atque anguium in morem aſtuti, decreta Phariſæorum, Pſeudochriſtos, Pſeudoprophetas, Pſeudoapoſtolos, à mendacio ſimulatæ religionis ita appellatos, vitaremus. Qui ſe Myſtas Chriſti ferunt, cum ſint nuncii Antichriſti. Eos inexplebilis honoris, potentiæ, pecuniæ ſitis, atque luxus, avaritia, faſtus, quæ in proverbium venere, produnt. Non imus inficias, *a* ingenua fatemur, tempora noſtra cenſuram non ferunt. Jampridem corruptis moribus ſimplicitas Chriſtiana ſordet, longinqua conſuetudo potentior veritate vincit, tamen indignatio ſilentium rumpit. In altiſſima humanarum ſpecula cœlitus poſiti tacere non poſſumus: ne canes muti, juxta Vatem ſacrum, qui latrare non poſſunt, ſimus. Et ſi lupos pelle ovina tectos abigere ob infelicitatem temporum non valemus, reſiſtere tamen, hujuſcemodique prodere, munus noſtrum eſt. Quamvis tantundem, ut vellem, non poſſumus, tamen non aſſequutis voluiſſe, abunde pulchrum atque magnificum eſt. *a for. ingenue.*

2. Et ut rem in pauca conferam, nec diutiùs ambagibus immorer, circuitioneq; utar, remq; perte [illegible]icam, JOANNES ille, qui ſe Papam Viceſimum ſecundum nuncupat, qualis ſit, oviculis Chriſti noſtro beneficio operæ precium eſt agnuſcere, ne deceptæ pelle ovina à ſæviſſimo lupo devorentur. Nempe ſanguinem Chriſtianum ſitit, diſcordiæ, ſeditionum mala ubiq; [illegible]entium inter Chriſtianos [illegible]it. In Germania & Italia, literis, pollicitationibus, auro, Principes, Tetrarchas, Epiſcopos, Sacerdotes, Monachos, Cives corrumpere nititur, inducit, ſollicitat, ad arma vocat. Adverſus divinā providentiam, ſupremam cœli majeſtatem, unde omnis poteſtas exiſtit, contra charitatem Chriſtianam pugnat, fratres in fratres armat, præcipit, ut Chriſtiani mutuum affectum & amorem, quem ſolum Pater immortalis à nobis exigit, exuant, arma corripiant, atque in ſua viſcera vertant, fidem frangant, pacta diſſolvant, invicem fraudent, decipiant, imponant, a ſacroſancto Imperio deficiant, rebellionem, conſpirationem, cædes, incendia, ſtupra faciant. Nec licet per hunc Antichriſtum Chriſtianis pacem à Deo datam ſervare. Tanta eſt hominis, vel potiùs Sathanæ illius vecordia, [illegible] bl[illegible] pro concione, ſcelera ſua quaſi benefacta prædicat. *Cum Chriſtiani*, inquit, *Princip*[illegible] *ſe*

... tum vere Romanus Sacerdos est. Pontifex Maximus demum regnat, ... bus di... ordi... odio del... tatis formidoloſa ſit ejus poteſtas, ... ſequuntur, & ... Seditio atque diſcordia Germanorum, ... eſt R... rum Pontificum. Proinde ... contendum eſt Pontifici Maximo, ſi ſalvus eſſe ... ut ... ſerpentem, hoc eſt, Alemannorum Imperium conterat, in cineres atque favillas re... at... jactat, ſua opera effectum eſſe, ut nullus neque Romæ neque in Italia ultrà ſiet, qui Imper... vel faveat, vel ſtudeat. Et profectò ejus fraude duo rebus impoſiti ſumus, quos ut vel un... literula, cum tamen undique aurilugæ atque vultures ſui circumvolitarent, templa, fan... compilare ... in gratiam redigeret, aut ut jure potiùs, vel apud ſe, quàm armis diſceptar... h... tur: tantum abſuit, ut nos ultrò ad bellum civile concitaret. Nullam operam dedit, ut inter ... cem componeret, immò magis diſcordiam aluit, modò mihi, modò Auſtriaco ſtudebat: nunc FRI... DERICO, nunc LUDOVICO favere ſe ſimulabat, ut quiſque imbecillior erat, ita ma... operam ſuam pollicebatur. Ad conſecrationem ultrò invitabat, per fallaciam utriſque ver... & pronos ad concordiam rurſus arma ſumere perſuaſit. Aſtu hæc omnia egit, ut intereà dum ... ſticis armis, cognatiſque bellis atterimur, Imperium perfundaret, labefactaret; urbes, caſt... pulos, Rempublicam invaderet, in cujus perniciem conſpiravit, populumque Chriſti in ſervitu... redigit, adverſus Sanctos depugnat.

3. Sacerdotia maxima, infima, ſordidiſſimis quibuſque, modò hoſtes Reipublicæ ſint, c... mittit. Neminem publici boni ſtudioſum, aut pacis amantem in curiam Sacerdotum allega... Phariſæorum ſupercilio nimium ſibi aſſumit, nihil penſi habet, modò animo ſuo atque libidini fas atque nefas morem gerat.

4. Divina, humana decreta juxtà contemnit, atque conturbat. Jus gentium violat, leges ... ræ prophanat, ſacra polluit, indictâ causâ, necdum reos condemnat. Sibi licere abſque mora... tùm, vel in nos indemnatos ſententiam ferre, jactitat. Cùm capitalis ſit inimicus, publicusq; h... tamen in propria cauſa actor, teſtis & judex eſt; id quod nec apud Turcas, neque Judæos, n... Saracenos, neque Sarmatas fieri ſolet. Eos, qui fidem Cæſari ſervant, & Chriſto Servatori ... præcipienti obtemperant, nec ullam aliam ob cauſam hæreſeos nota inurit. Quicquid libet, l... judicat; metitur opibus licentiam. Quid igitur cum illo agam? neque jus, neque bonum, æquum exequi, ſcire ſtudet. Nihil videt, nihil facit, niſi quod lubet.

5. Sathanæ ſpiritum ſibi ſumit, ſe ſimilem Altiſſimo facit, ſe adorari, (quod Cœlitum qu... ſibi à Joanne fieri prohibuit) pedes ſibi oſculari, more Diocletiani atque Alexandri, crudel... rum tyrannorum, permittit, cùm Chriſtus mancepsdivinitatis, Dominus & Deus noſter pedes comitum ſuorum piſcatorumque laverit, ut *a* nuncii ſui viciſſim illis, ad quos miſſi ſunt, faciant. Una majeſtas, atque divina providentia, ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri, ubique præſens, univerſis rebus incubat, rebus omnibus per ſe conſulit: nec in manufactis templis habitat. Nos Dei genus in eodem vivimus, movemur, & ſumus. Ipſe cœli & terræ rector eſt, niſi forſitan artifex, natura effœta, ſupremuſque rerum parens ſenio atque labore continuo feſſus, Atlantis ritu, ut eſt in fabulis Poetarum) Herculis (qui reſpiranti interea loco cœlum humeris ſuſtineat) v... ria opera, atque ſempiternus mortalis auxilio indigeat. Sed nihil fortuitò, nihil humana temeritate aut fit, aut regitur. Imperatores quòque terris neque forte neque caſu, neque à mortalibus, neque occulta fatorum poteſtate dantur, ſed à ſupremo numine eliguntur, atque divinitus conſtituuntur, rebuſque humanis à patre indulgentiſſimo imponuntur.

6. Porrò Romanus Sacerdos, cujus converſatio in cœlis eſſe debet, urbes, caſtella, vicos, regiones, opes, potentiam, tantum ſplendorem, jus gladii, adventitia non jure ſuo, ſed alieno beneficio occupat, poſſidet, nempe benevolentia atque liberalitate, ne dicam ſocordia atque ignavia, Rectorum Germaniæ. At mortalium ingratiſſimi de optimè meritis peſſimè merentur. Enſem, cujus manubrium noſtrâ munificentiâ tenent, in noſtra viſcera, quorum beneficiarii ſunt, ſtring... re non verentur. Obſcuri, verſuti, vel ſipelles, Celtarum Occidentalium freti viribus atque ami... tia, gentiſque gentilitia infirmitate, hoc eſt, levitate atque ſuperſtitione confiſi, libertati Germanæ plagas tendunt, ſimplicitati Chriſtianæ captioſis aculeis ſub magna ſuperficie pietatis imponun... D... rios, Crœſos, Epicuros æmulantur; pauperiem, ignominiam, contumeliam, famem, ſi... æſtum, frigus, mortes, vincula, carcerem, crucem pati (ſicuti Paulus, & Petrus, & Chriſtus, cui ſe ... peram vicariam præſidendo terræ dare gloriantur, fecerunt & docuerunt) non ſolùm non calle... ſed & pejus flagitio timent. Divitias ſolas, Imperia, Regna, honorem ſpectant: anxiùs quàm hominum ca conquirunt quæ tamen non tantùm CHRISTUS & ejus legati contempſerunt ... rùm etiam Philoſophi, Poetæ, Oratores, Hiſtorici: aliena à Sacramento veræ religionis, aſpernanda eſſe viro ſapienti, præcipuè ſacris deſtinato, conſtanter præcipiunt, ut quæ abſque ſcelere aliorum damno, comparari nequeant; Et ferè malos, nunquam bonos (ut eſt apud Ge... pr... bium efficiant. Nec ſine cauſa Chriſtus ſentes & ſpinas: Paulus recte atque laqueos ... pis Stygii appellavit.

7. Et ut eſt diſſociabile Regnum, omniſque poteſtas impatiens conſortis, jam egre... res, opibus & ſplendore à majoribus noſtris aucti, ferre parem nequeunt; Cæſarem Italiâ, R... Chriſtum terris extruſer... *a* Hi cœlum quidem permittunt, *b* inferos atque terras ſibi a... Dei qu... terrarum hominumque non ſolùm dici, ſed etiam credi volunt, quaſi perinde an... que ... quod ne Deus immortalis quidem tentat) impgrare poſſint, atque diviſum cu... ha...

a pro, Apoſtoli.

a ſc. Chriſto

b intelligit Purgatorii.

[illegible]m. Repugnant & maximè diverſa ſunt, Crucifixus & ſu[illegible] ſa-
[illegible]dos, [illegible]tor & paſtor, Regnum & patibulum, corporalia & ſpiritualia, arma [illegible], bellum & pax, Cæſar & nuncius, Princeps & miniſter, Dominus & ſervus. *Qui vult eſſe maximus inter vos,* (ait ſupremus arbiter cœli legatis ſuis) *infimus omnium, atq; veſter ſervus ſit. Cæteris recumbentibus, quemadmodum ego feci, ad cyathum miniſtret. Unus magiſter, & Dominus veſter in cœlis, vos autem fratres eſtis.* Bellua multorum capitum, monſtrum biceps eſt, Auguſtus & Pontifex Maximus. Id quidem fuiſſe Decium atque Neronem, & hujusmodi Tyrannos, falſorum Deorum cultores, in nomiſmatis & epigrammatis legimus. Quod de animo & corpore afferunt, nugæ ſunt & contortæ concluſiunculæ: ceu verò neſciamus carnem adverſus ſpiritum pugnare, & animam, [illegible] e corpore emicuerit, interituram. Ludibrium naturæ abominabile, ira Dei, ſocordia atque ignavia noſtra eſt, Principem Principum ſervo ſervire ſervorum. Si ſervus ſervus ſervorum Dei eſt, cur non ſervit? cur non amat? cur non miniſtrat? cur non paſcit? cur non docet? non nunciat? Si id, quod cupit, eſſe velit, cur non Chriſti, Petri & Pauli veſtigia in carceribus & periculis variis æmulatur? Cur mentitur, tergiverſatur, fallit, regnat, dominatur? Aviditate potentiæ, pecunia ima ſummis miſcet, omnia venalia, Deum & inferos habet. Cur vitam Chriſti parvipendit? qui de hæreditate à fratribus captus etiam arbiter judicare noluit, ſed competitores ad Prætorem Cæſaris rejecit, & tribunal relegavit. Cum populus eidem regnum Palæſtinæ ultrò offerret, aufugit, ſuum regnum in hoc mundo non eſſe confitetur. Quamobrem Viceſimus ſecundus non ſine maxima ſua atque Reipublicæ pernicie, libidine dominandi in præceps abit; aliena, quæ nihil ad eum attinent, curat, uſurpat; ſua, hoc eſt, religionem, ſpiritualia, mores, vitam hominum negligit. Imperium terræ, mortalia, vetante Chriſto, arripit. Præſides, Proconſules, profeſſus crucem atque paupertatem, in aliena ditione *a* obtrudit. Ubi res ad interregnum redit, penes ſe ſummam poteſtatem eſſe comminiſcitur. Munus Præfecti Prætorio Rheni, Reguli Bojorum, intercipere, atque in ſe transferre conatur. Nec verum eſt, nulli, qui diſcordantibus inter ſe Principibus Reges conſalutati fuerint, ius eſſe poteſtatis tantæ. Id ignaris annalium, & hiſce qui quidnam ſit mentiri neſciant, perſuadere conetur. *Conradus* & *Lotharius, Philippus* & *Otto, Richardus* & *Alphonſus, Adolphus* & *Albertus*, & nuper EGO & *Fridericus*, licet à diverſis delecti Principibus, tamen Reges uterque vocabamur & eramus. Nos quidem ceremonia ſolenni, ex veteri priſcæ religionis inſtituto, Francofordiæ celebri loco, Comitiis Cæſareis die præſcripto habitis, frequenti Senatu, non ſolùm à pluribus, ſed à duabus claſſibus ſacrorum & prophanorum, ſuperis ritè ſalutatis atque conſultis, creati atque renunciati ſumus. Atque inde in urbe, quam Aquas-Graneas vocant, in penetralibus ac domicilio ſacroſancti Imperii ritè ſacra obivimus, diadema, enſem, inſignia auſpicatò accepimus. Auſtriacus poſt Comitia diſſoluta, contra decus Imperii, adverſus leges, auſpicia, contra interceſſionem, & inſtitutum majorum, non ſtata die, nec tempore conſtituto, obſcuro vico, duobus duntaxat pecunia & affinitate corruptis ſuffragantibus, demùm irrepſit, ultroque ſe ingeſſit. Et noſtram ſanè cauſam immortalis cœli imperator (à quo in ſummo rerum faſtigio conſtituti ſumus, & enſem ad inopes, vi oppreſſos vindicandos, & malos perterritandos accepimus) felicitate, fauſtis omnibus, & victoria approbavit. Idcircò rectè, benè ac ſapienter, ſicuti legibus cautum eſt, ex conſilii decreto, more majorum Brandenburgenſem Ducatum (quem ille homo, qui vulgò Papa dicitur, *Madenburgenſem* falsò vocat) filio noſtro Ludovico in tutelam atque fidem commiſimus.

a Factum id in Italia in præfecturis & civitatibus Imperii ab hoc Joanne XXII.

8. Et cum noſtri cives, amici, populares, ſocii pientiſſimi in Italia à Flaminibus Romanis, quod Imperio & nobis fidem ſervarent, nec ullum aliud propter facinus, armis præter æquum & bonum attererentur, nobis eos deſerere non fuit conſilium. Quemadmodum ſacramento rogati, religione jurisjurandi promiſimus, Regulos Germaniæ clariſſimos, de Grayſpach, Neyffen, Truhedingen, ad Viceſimum ſecundum, inde ad Legatum ejus in Italiam, uti pacem componerent, fœdus icerent, proficiſci noſtro jure juſſimus. Nihilominus illis rejectis, adverſus Majeſtatem Imperii, populique victoris gentium, Legatus ille Joannis, oſor Chriſtianæ charitatis, Mediolanum, Comum, Cremonam, Vercellas, Novariam, Ticinum, Laudem, Mutinam, Veronam, Vicentiam, *b* Felſinam, Placentiam, Parmam, Brixiam, Alexandriam, Terdonam, Lucam, Piſas, Aretium, Ceſenam, Genuæ exules, item alias urbes Italiæ; inſuper Mathæum Galeatium, Paſſerinum, Petræmalæ, Montisferrati, Matinæ, Salutiarum *c* limitum Præfectos, cives, Præſides, Proprætores Imperii, Chriſtianiſſimos atque graviſſimos viros, hoſtili animo cum copiis vaſtat; agros, vicos incendit; ſtupra, cædes, ſacrilegia, impunè committit. Illos, quòd bella civilia abhorrerent, à nobis & Imperio deficere nollent, crimen læſæ majeſtatis, ſcelus perfidiæ admittere recuſarent, hæreſeos notâ inuſſit. Romanus Princeps, à Deo ad arcenda hujuſcemodi flagitia delectus, gladiumque ideò geſtans, inopes, inſontes cives, clientes Reipublicæ devotiſſimos (quibus etiam à propinquis opem ferre [illegible]uimus) potentia, vi, armis malignorum oppreſſos, ſine ſumma infamia, absque ſummo ſcelere deſerere non potuit, opem tulit fidiſſimis atque Chriſtianiſſimis amicis. Accuſetur illius perfidia, qui prior læſit. Vim vi repellere licet.

b hodie, Bononiam.

c id eſt, Marchiones.

9. Paſcat bonus Paſtor oviculas Chriſti, & amet, non armis oppugnet, vi opprimat. Argutas cavillationes miſſas faciat; veritatem, ſimplicitatem Chriſtianam, Chriſtumque, cui verba dare difficile eſt, amplectatur. Illius converſatio ſit in cœlis; ſpiritalibus deditus, corporalibus ſe non contaminet: Nos noſtro jure, majorum inſtituto, ſicut jus gentium eſt, ſacra oracula docent, res noſtras, nimirum terrena, caduca, fluxa, fragilia agere ſinat, & verbum inter nos non commutabimus. Et tan-

dem deſinat tam impudenter mentiri, niſi forſitan omnes Germanos (ut Romanenſes autumant) ſtultos, caudices, aſinos, ſtipites, plumbeos exiſtimat.

10. Me hæreticorum, ut ejus verbis utar, fautorem falsò vocat. Chriſtianus ſum; at ipſe Hæreſiarcha eſt. Non enim diſcipulus eſt Chriſti, cujus vitam irridet, paupertatem floccifacit, pietatem aſpernatur, religionem polluit, ſacra prophanat, mores ſpernit, inſtituta condemnat, dogmata ſuspendit. Nam Divum Franciſcum, veritatis divinæ præconem, paupertatis Chriſtianæ antiſtitem, conſecraneos ejus univerſos, Avinione VI. Idus Decembris, anno ab orbe ſervato MCCCXXI. impietatis condemnavit. Audite obſecro quam ob cauſam. Homo pecunioſus, avidusque lucri, plus argentum Evangelio, (ubi opes ſcelera vocantur) aurum Chriſti inopiæ præfert; Franciſcanos, Fraterculos ignominioſo apud ſe cognomine, item ſtolidas pecudes, pernicioſas vulpeculas, quæ ſimulatæ religione mundo imponant, populum fallant, nuncupat. Illorum religionem excindere, quòd Chriſtum, comites ejus nihil poſſediſſe in terris doceant, aſſerant, prædicent, conatur. Sed contrà cœtus Franciſcanorum Pietatis celebris, univerſis ſuffragantibus Theologis, probè ejus facta depinxere, veritatemque ſacris literis, teſtimonio divino tutati ſunt, quamvis magis carcere & vinculis, quàm diſputationibus, hujuſcemodi genus hominum caſtigandum foret. Tamen eundem ſuis depinxere coloribus, atque inſatiabile avaritiæ baratrum & ſimulachrorum cultorem declararunt. Nam & auri pondus ingens, quod ab orbe Chriſtiano, præcipuè Alemannia, Arelatenſi Regno, Italia, ſub ſpecie expeditionis Aſiaticæ emunxit; Saracenis, ut Chriſtianis Armeniæ, qui ab eo compilari, atq; vænire detrectarant, arma inferrent, diſtribuit. Ut Antichriſtus non ſit, tamen ejus antecurſorem atq; anteambulonem eſſe neceſſe eſt. A quo ad propugnandum templum Dei, (cujus cura nobis cœlitus à Deo optimo maximo data eſt) ad univerſum totius orbis Senatum Chriſtianum provocamus, &c. Datum Reginoburgii, menſe Auguſto, Anno Domini MCCCXXIV.

Anno Chriſti 1328.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG. EDICTUM

Eſt Senatusconſultum Romanum poſt coronationem Imperatoriam in Synodo generali factum.

DE EXAUCTORATIONE ET ABDICATIONE JOANNIS XXII. *PAPAE, propter tyrannidem, injurias, faſtum, & ambitionem Reipublicæ pernicioſam, veritatiq; Chriſtianæ ac Religioni noſtræ exitioſam, publicatum Romæ in Synodo generali, ex totius Concilii decreto, IV. Calendas Maji, Anno Domini MCCCXXVIII.*

IMPERATOR LUDOVICUS IV. Cæſar Auguſtus, gentis humanæ, orbis Chriſtiani cuſtos, a Deo electus, germanis & veris Chriſtianis ſalutem. Cujus parandæ atque conſtituendæ gratia, relictis focis, aris, patria, genitali ſolo, pignoribus nondum adultis, in Italiam tranſivi, ad caput mundi Romam, ſacroſancti Imperii domicilium, ſedem noſtram, pacificè ſumma omnium quiete atque favore veni, ibique more majorum, veteri inſtituto *conſecrati Imperatoris* prænomen, *Cæſaris Auguſti* cognomen ritè ſuſcepimus, atque urbi & orbi Dei ope & armis, noſtra potentia, victrici & inſuperabili dextra præſidemus, exciſuri noſtro jure divinæ Majeſtati reſiſtenteis, pacis Chriſtianæ violatores enſe, quem ob idà ſupremo Imperatore accepimus geſtamus. Hujusmodi autem tumultus atque turbæ diſcordiarum, pernicioſiſſimaq; mala inter Chriſtianos, à malignis Pontificatus Maximi occupatoribus, aliinqui fame & inedia morituris, ſeri & excitari ſolent. Dum alienis inhiant, alia uſurpant, falcem protervam in meſſem non ſuam temerè porrigunt, & quod ab altero poſtulant, in ſe recuſant. Equidem hactenus, ut juſtitia atq; æquitate ſuperarem, conni. Et quemadmodum pientiſſimum Davida (cum filius ejus Adonias regnum ambiret, adverſus Solomonem ſapientiſſimum fratrem ſuum à Deo electum conſpiraret) factitaſſe legimus, ſcelera patienter tulimus atque diſſimulavimus. Verùm ne tenuis & infirmi animi, ignoſcendo malis, bonos omnes perditum eamus, lethalem ambitum, crimina perditiſſimorum (qui requieſcere, donec animi libidinem expleant, non ſolent) ad vivum ferro, amore Reipublicæ, cujus cura nobis a cœleſti numine tradita eſt, reſecabimus. lupo pellem ovinam jure noſtro detrahemus, & ut paucis, miſſis ambagibus, rem aperiam, aures arrigite, favete, omnium res agitur.

2. Univerſi, vulgus ſine authoritate, ſine gratia, domi atq; fores venales ſumus: majeſtas & authoritas religionis, libertas, Imperiumq; populi Chriſtiani, leges, divina, humana, prodita ſunt hoſti acerrimo. Quies in ſeditionibus, in pace turbæ ſunt. Homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus immani avaritia nocentiſſimi, & iidem ſuperbiſſimi: iidem in luxu effœminati, atque ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas, poſtremò vitia, virtutes, honeſta atq; inhoneſta omnia, quæſtui ſunt, arces Reipublicæ Chriſtianæ occupant, tumultum ex tumultu, bellũ ex bello ferunt. Caput factionis * *Jacobus* ille *de Baburco*, qui ſe Papam nominat, ingentem vim pecuniæ, quam undiq; a Chriſtiana plebe fraudulenter corraſit, adverſus ſanctos Dei, Imperio Chriſtiano devotos, pugnantib' ſuæ u Ruperti Reguli, boni publici hoſtis, àque Divo HAINRICO Septimo Cæſare Auguſto proſcripti, expendit. Sicuti Abiathar Sacerdos, enſe Cæſareo, nobis à cœli numine commiſſo, abutitur, temporalibus hujus ſeculi curis contra divinum præceptum incubat; Regno mundano ubi [illegible] Paſtor eſt perſonatus, ita myſticus eſt Antichriſtus; canis pellicula tectus, in gregem CHRISTI lupina

* qui dicitur Joannes XXII. Papa.

lupina rabie graſſatur; vendit ſcelera; inferos, ſuperos, beneficia cœleſtia cauponatur; cum Saracenis Armenios Chriſtianos, quinque annis continenter ejus opem implorantes, infeſtantibus fœdus ſocietatemque init. Boruſſorum *a* primarium Præſidem, diras inferiasque comminatus, cum Lituanis hoſtibus pietatis Chriſtianæ acerrimis, atrociſſimis latronibus, inducias facere coegit, hoſti regionem prodidit, feneſtram invadendi Brandenburgenſes Chriſtianos aperuit. Lituani conjurati *Baburci*, ultrò citrò impunè per fines Brandenburgenſium commearunt: Chriſtianos ferro, cæde extinxerunt; vagientes in cunis, in ſinu parentum crudeliſſimè contrucidati ſunt. Templa, Cœnobia, Collegia Sacerdotum, Monachorum compilata, incenſa, everſa; Virgines ſanctæ per vim ſtupratæ; hoſtia ſacra (quod referens horreſco) haſtâ transfixâ, inſultante hoſte, hoc convicio ſublata: *En hic eſt Deus Chriſtianorum.* Liberi à complexu parentum, uxores maritorum ad ludibrium hoſtium abſtractæ; captivorum greges velut pecudum abſtracti ſunt. Adhuc Brandenburgenſis populus vulnus acceptum luget. Atq; hæc omnia ſcelere Viceſimi ſecundi acta ſunt. Quin etiam claſſem à Franciæ Occidentalis Rege, ad opem Chriſtianis Armeniæ incolis adverſus Saracenos ferendam, comparatam aſtu intercepit. Eadem in Genuenſium, qui devotiſſimi ſunt Chriſtiano Imperio, cæde abuſus eſt.

a id eſt, Magnum Magiſtrum Ordinis Theutonici in Boruſſia.

3. Imperii Majeſtatem, authoritatem Reipublicæ, temerè contra placita Chriſti uſurpando labefactat, polluit. Monſtrum biceps, mundanus & ſpiritalis eſſe contendit. Chriſtus Servator noſter, cui omnis poteſtas in cœlo atq; in terrâ data eſt, tamen Imperium atq; Regnum terrarum, à populo ſibi oblatum, ſuſcipere detrectavit. *Regnum meum*, inquit, *non eſt in hoc mundo.* Atq; ſatis conſtat inter omnes divinæ Philoſophiæ, legum, & Pontificii juris ſcientiſſimos, penes Pontificem Romanum nequaquam eſſe utramque dignitatem, ſacram atque prophanam. Omnis poteſtas ab immortali Deo atque ſuprema eſt Majeſtate; cœleſte beneficium, quòd imperamus, non humanum eſt. Comitiali Conventu delecti, ſuffragiis Principalibus comprobari, mortalis cujuſpiam aſtipulatione, alióve hominis authoramento nullo pacto indigemus. Sacroſanctum Romanum Imperium, cui Chriſtus, comites ejus, obtemperarunt, & vectigales fuerunt, Sacrificuli faſtidioſi beneficium eſſe pervegamus. Caput orbis terrarum à ſuprema cœli majeſtate conſtituti, nulli mortalium, quatenus ad hujus ſeculi Imperium attinet, rationem reddere debemus.

4. Alia illius *Jacobi* peſtilentiſſimi peſſima facinora reticeo. Sacrificulos, qui canes muti latrare non audent, pœnarum metu, ne veritatem dicant, perterritat. Crimen ambitus, ſacrilegium, novumque aucupium, æs receptitium, & quòd Avenione habitat, ſæpiùs evocatus Romam migrare recuſat, quòd omnibus bonis cordi non ſit, velut leviſſima, miſſa facio; id, quod ad nos ſpectat, agamus. Jus gladii divinitùs nobis traditum ad eradicanda ſcelera exerceamus, obviam ire factionis potentiæ, utilitas Reipublicæ, amor religionis atque pietas ſubigit.

5. *Jacobum* igitur anteà à Sacrarum literarum Antiſtitibus Hæreſiarchen declaratum, ex conſilii decreto, more majorum, Pontificatu ſubmotum, atque à Chriſto repudiatum renunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus. OTTO Primus cum Populo Romano, Sacerdotum ejus tribu, Joannem Duodecimum ex albo Pontificum Romanorum ob ſcelera (quæ ſi ad flagitia Viceſimi ſecundi comparaveris, ludus eſt) eraſit, alium Paſtorem urbi & orbi impoſuit. Idem alios complures Imperatores, optimosque Principes feciſſe, in Annales & Faſtos relatum eſt. Proinde *Jacobum* illum crimine veræ irreligioſitatis, nota hæreſeos anteà à Franciſcanis cæterisque Theologis inuſtum, contemptorem paupertatis Chriſtianæ, Imperii Antichriſtiani authorem, jure noſtro, conſilio, ſententia, conſenſu communi Principum, Pontificum, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, efflagitantibus Sacerdotibus Populoque Romano, exauguratum, abdicatum, hæreſeos condemnatum declaramus, proſcribimus; acta ejusdem reſcindimus; univerſi Chriſtiani eundem in numero impiorum atque ſceleratorum habeant; ab eo omnes decedant; aditum, ſermonem defugiant; velut contagionem, ne quid incommodi accipiant, devitent. Eidem nullus honor communicetur; & ab his, quorum intereſt, opera detur, ut deprehenſus more majorum puniatur. Quisquis adverſus hæc fecerit, hoſtis Reipublicæ eſto. Nos confeſtim cum Sacerdotum Curia populoque Romano, urbi atque orbi paſtorem, communi conſilio atque veterum inſtituto, juxta ſacræ Hiſtoriæ Leges, allegemus.

6. Hoc edictum ab Imperatore, item Sacerdotum Senatu Populoq; Romano ſignatum eſt, publicatumq; in celeberrimo Myſtarum, Populi Romani, Regulorum, Dynaſtarum, Tetrarcharum, Flaminum, Pontificum Maximorum, Minorum, Antiſtitum conventu. Datum & factum extra templum auguſtiſſimum, Divis Petro atque Paulo legatis Chriſti dedicatum, octavo decimo die Aprilis, in urbe Romana, cunctis Sacrificis, univerſo Populo Romano in Regione pro concione publicè ejus rei gratia coacto; Chriſtianæ libertatis anno MCCCXXVIII. Invictiſſimi Imperatoria LUDOVICI Quarti Cæſaris Auguſti, Principis optimi, Regni XIV. Imperii verò primo.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1328.

CONSTITUTIO

DE OFFICIO COMITIS PALATII LATERANENSIS ROMANI.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, Illuſtri Caſtrucio Duci Lucano, Sacri Lateranenſis Palatii Comiti, & Romani Imperii Vexillifero, ſuo & Imperii fideli dilectó, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Dignum eſt & Majeſtati Imperiali proptium, ut, ſicut quotidie fidelium augetur ſubſtantia & devotio, ita eis Imperiale culmen augeat dignitatis privilegia & honores. Sanè experientia docente novit Imperialis Majeſtas maximam fidem, devotionem & conſtantiam tuam, & ante & poſt à nobis collatos honores, ultra cæteros fideles Imperii de bono in melius quotidie profeciſſe. Ut igitur præmiſſorum contemplatione ad ampliores dignitatum apices per Imperiale culmen tua devotio attollatur, de conſilio & aſſenſu procerum noſtræ Imperialis Aulæ, tibi & ſucceſſoribus tuis ex te natis, & naſcituris, per lineam maſculinam in perpetuum, Comitatum ſacri Lateranenſis Palatii (quem ad fiſcum noſtrum & ſacrum Romanum Imperium juſtis & legitimis cauſis devolutum & applicatum pronunciamus & declaramus, & ad omnem dubietatem tollendam devolvimus & applicamus) damus, concedimus, & donamus, & ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis; & te & prædictos ſucceſſores tuos in perpetuum eligimus, conſtituimus, præficimus & creamus Comitem & Comites ipſius ſacti Palatii Lateraoenſis, vosque de Comitatu prædicto inveſtimus & infeudamus, tanquam veros fideles Imperii & vaſallos: dantes & concedentes, & tribuentes tibi & eis, omnes & ſingulos honores, & omnia & ſingula privilegia, & emolumenta, quos & quæ Comites prædicti ſacri Palatii habent & habuerunt quoquo tempore, de conſuetudine vel de jure.

2. Declarantes & nunc per hoc noſtræ ſerenitatis indultum, tibi & prædictis ſucceſſoribus tuis, ex prædicta Comitatus dignitate competere jus aſſiſtendi perpetuò benedictioni, ſacræ unctioni, & coronationi ſucceſſorum noſtrorum Principum Romanorum, & omnibus & ſingulis ipſius coronationis ſolennitatibus: & præcipuè ſociandi & deducendi ipſos Romanos Principes, tempore coronationis fiendæ de eis, ad ſacram unctionem de ipſis faciendam, & eosdem Romanos Imperatores ſucceſſores noſtros tenendi & juvandi in ipſa ſacra unctione & actu ipſius, & eadem unctione perfecta, eos reducendi & ſociandi ad altare, & thalamum, prout & quoties principes expediunt redire.

3. Item jus levandi & tenendi Imperiale diadema, de noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum capite, tempore quo Imperialis coronationis ſolennia celebrantur. & etiam quocunque alio tempore, quoties publicè ipſum diadema expedierit elevare de capite noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum reponi.

4. Quæ omnia & ſingula ſupra ſcripta valere & tenere volumus, & jubemus ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, jure aliquo oon obſtante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram paginam in aliquo violare, vel ei auſu temerario contraire. Si quis verò hoc attentare præſumpſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurriſſe. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi, & ſigilli Majeſtatis noſtræ robore, cum annotatione teſtium ſubſcriptorum juſſimus communiri:

Rudolphi Ducis Bavariæ Principis & patrui noſtri Cariſſimi.
Henrici Ducis Brunſvicenſis,
Ludovici Ducis de Teck,
Hermanni de Linthelberg Cancellarii noſtri,
Alberti dicti Symiel de Linthelberg Mareſchalli ooſtri,
Meinhardi Comitis de Hortenburg,
Othonis Comitis de Corlamende,
Joannis Comitis de Claramonte,
Conradi Comitis de Truchendingen,
Conradi de Zoluſelberg:
nec non nobilium Virorum Jacobi de Columna, Sciaræ & Jacobi de Sabellis Senatorum Urbis.

Datum Romæ, 14. die menſis Martii, Indictiooe 11. Anno Domini 1328. Regni noſtri Anno XIV. Imperii verò primo.

Anno Chriſti 1328.

LUDOVICI IV. IMPERAT. AUG.
FORMULA
DE FACULTATE CIVITATIS CONDENDÆ ET PRIVILEGIANDÆ.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator, Semper-Auguſtus, ſingulis & univerſis, ad quos præſentes devenient, gratiam ſuam & omne bonum. Imperialis requirit & exigit præeminentiæ Celſitudo, ut ſingulos & univerſos devotè nobis & fideliter famulantes, condignis debeamus præmiorum largitionibus prævenire, ut ſpe remunerationis ad noſtra & Imperii obſequia confidentiùs & ferventiùs animentur. Notum igitur volumus univerſis, tam præſentibus quàm poſteris & futuris, quòd nos advertentes devotionem & fidelitatem dilecti fidelis noſtri Secretarii Friderici Burggravii de Nurnberg, ſuisque petitionibus annuentes, eidem authoritatem, facultatem & plenum poſſe damus & concedimus, dedimus & præſentibus conceſſimus civitatem munitam in Grindelach conſtruendi, ædificandi & faciendi, ipſamq; muris, foſſatis & cæteris muniinentis quibuslibet, quib' muniri ut cæteræ ſunt ſolitæ civitates, impedimento nullo prorſus aut contradictione aliqua obſtante firmiter muniendi; ibidemque judicium, cum ad id pertinentibus neceſſariis habendi,

Judicem

Judicem ponendi, qui ſuper univerſis caſibus & exceſſibus, ſanguinem, corpus, mutilationem membrorum ſive res attingentibus, judicandi plenariam habeat facultatem: ebdomadale forum in eadem civitate, quotiescunque id attemptandum decreverit, proclamandi, & nihilominus celebrandi. Volentes ſiquidem dictam civitatem Grindelach uti & gaudere omni jure, libertate, immunitate & gratia, quibus noſtra civitas Noremberg hactenus uſa eſt, & ex nunc denuò frui poteſt & gaudere. In cujus rei teſtimonium evidens præſentes conſcribi, ſigilloque noſtræ Majeſtatis juſſimus communiri. Datum Coloniæ apud Sanctum Petrum, viceſima ſecunda die menſis Aprilis, Indictione undecima, Anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo, Regni noſtri anno quarto decimo, Imperii verò primo.

DECRETA COMITIORUM FRANCOFORDIANORUM DE ANNO MCCCXXXVIII.

Anno Chriſti 1338.

quorum Edictum infrà Tomo III. fol. 410. publicavimus.

IMPERATOR LUDOVICUS Auguſtus & EDUARDUS Rex Anglorum Francofordiam ſe conferunt: ubi frequentes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Angliæ Purpurati & Pontifices coeunt. Carolus Moravici limitis Præfectus, juſſus fide publica cum ducentis equitibus apparere, cum quingentis venit; ibi in verba LUDOVICI jurat, ſe in ejus poteſtate fore dat fidem.

2. Cæterùm præſente Anglio Senatusconſultum perſcriptum eſt, Lex lata eſt: eum, qui Imperatorem execratum dicat, aut ſentiat, Bullasque hujusmodi Pontificias abſque conſilii decreto recipiat, contra Rempubl. feciſſe videri.

3. Eadem quoque, quæ Rhenoſei à Principibus conſtituta fuerunt, tutanda eſſe ſumma vi atque ope juratum ob omnibus.

4. Anglius quoque, ſententia Procerum, Rex Franciæ Procuratorque Imperii per Gallias, conſalutatus eſt. Juſſi ſunt Equites, Milites, Tribuni, Centuriones, Duces, pro viribus eidem auxiliares eſſe.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG. RESCRIPTUM APOLOGETICUM

Anno Chriſti 1338.

Contra Johannis XXII. Papæ Bullam excommunicationis; concernens jura Regni & Imperii.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Auguſtus, univerſis & ſingulis Regibus Chriſtianorum, ac Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, quocunq; honoris culmine præfulgeant, & cæteris Eccleſiarum Prælatis nec non ſecularibus Principibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Dominis, Poteſtatibus, Rectoribus, Judicibus, & Officialibus proviociarum, civitatum, & terrarum Romano Imperio ſubjectarum, & ipſarum quibuscunque incolis & habitatoribus, ac omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Fidem Catholicam, quam ſancta mater Eccleſia Catholica, extra quam nullus omninò ſalvatur, in Symbolis, Conciliis, & traditionibus ipſius Eccleſiæ ſacroſanctæ, docet & tenet, firmiter credentes ac fideliter & firmiter confitentes, & ipſius Eccleſiæ ſanctæ doctrinam in ſacris Canonibus traditam ſequi volentes: quibusdam allegationibus, impugnationibus, & oppoſitionibus, quæ contra nos, & electionem ac promotionem de nobis factam ad culmen dignitatis Imperialis, & contra Imperialem auctoritatem, poteſtatem, & dignitatem opponuntur, ne ſimplicium corda poſſint inficere, ſecundum ſacrorum canonum & legum tenorem in his ſcriptis duximus reſpondere, & contra ipſos impugnantes & opponentes, & eorum dicta procedimus, prout inferiùs continetur.

2. In primis contra Nos & Imperialem authoritatem, & jus Imperii, allegatur & objicitur, quòd poteſtas & authoritas Imperialis eſt à Papa; & quòd electus in Regem Romanorum ex ſola electione non eſt, nec dici poteſt verus Imperator, nec habet poteſtatem, jurisdictionem, & authoritatem, antequam inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa, qui (ut dicunt) tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus habet plenitudinem poteſtatis. Ad quæ reſpondemus, hanc opinionem ſacris canonibus ac juri & rationi pariter obviare, ſicut expreſsè patet in Decretis, 96. *diſtinct. c. cum ad verum, & ca. duo ſunt, & canon. Imperator.* Ubi expreſsè habetur in hæc verba: *Duo ſunt quippe, quibus principaliter hic mundus regitur*, ſcilicet *authoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas. Habet* quippe *Imperator privilegium poteſtatis ſuæ, quam adminiſtrandis legibus publicis divinitùs conſecutus eſt, nec Imperator jura Pontificatus, nec Pontifex jura Imperatoria uſurpat.* Hæc ibi: ubi Gloſſæ Ordinariæ dicunt, *quòd iſtæ poteſtates ſunt diverſæ, & quòd neutra dependet ab altera, & quòd Imperator non habet poteſtatem ſive imperium a niſi à ſolo DEO.* 93. diſtinct. c. *legimus*, ubi in textu dicitur, quòd *exercitus facit Imperatorem.* & Gloſſa ſuper verbo *Impera-*

a al. non à Papa, ſed a ſolo.

Imperatorem dicit ſic: *Ex ſola enim electione Principum dico eum verum Imperatorem, antequàm a Papa confirmetur, ut dixi 73. diſt. quamvis.* Hæc Gloſſa. Et hoc etiam probatur in *d. can. cum ad verum,* ubi de poteſtate Imperiali & Pontificali loquitur in hæc verba: *Quoniam mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus ſic actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriuſq; diſcernit, ut Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium rerum Imperialibus legibus uterentur: quatenus ſpiritualis actio à carnalibus incurſibus diſtaret, & Deo militans* (ſcilicet Papa) *minimè ſe negociis ſecularibus implicaret, ac viciſſim ille* (ſcilicet Imperator) *non videretur divinis rebus præſidere, qui eſſet ſecularibus negociis implicatus.* Hæc ibi: ubi Gloſſa Ordinaria de utraq; poteſtate loquens, dicit ſic: *Dum ergo poteſtates iſtæ diſtinctæ ſint, eſt hoc argumentum, quod Imperium non habetur a Papa, & quòd Papa non habet utrumq; gladium. Nam exercitus facit Imperatorem, 93. diſt. c. legimus. Et Imperium à ſolo Deo habetur, 23. q. 4. c. quæſitum. Alioquin ſi imperium haberet à Papa, poſſet*
* Vulg. IIII. *in temporalibus ad Papam appellari: quod prohibet Alexander* * *III. quòd illa* (ſcilicet temporalia) *ſuam* (ſc. Papæ) *juriſdictionem non attingunt, Ext. de Appellat. c. Si duobus &, Qui filii ſint legitimi, c. cauſam, quæ inter, 7. Et ita ego credo iſtas poteſtates diſtinctas eſſe.* Hæc Gloſſa. Et 8. *diſtinct. c. quo jure,* dicitur: Quòd *jura humana per Imperatores & Reges ſeculi, Deus humano generi diſtribuit.* Et Lex dicit, quòd *Imperium & Sacerdotium ab eodem principio proceſſerunt in actum, auth. quomodo oporteat Epiſcopos & Cleri. ad ordinem perduci,* in principio, coll. 1. *Nec Imperator juriſdictionem Papæ, nec Papa juriſdictionem Imperatoris perturbare debet,* Ext. de Judic. c. *Novit ille.* Ex quibus & aliis pluribus, quæ brevitatis cauſa dimittuntur, clarè patet, quòd poteſtas & authoritas Imperialis, eſt immediatè à ſolo Deo, & non à Papa; & quòd electus in Imperatorem ex ſola electione eſt Rex Romanorum, & habet authoritatem, juriſdictionem, & poteſtatem Imperialem, etiam antequam inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa: & quòd Papa non habet in temporalibus dictam plenitudinem poteſtatis.

3. Sed objicitur, quòd ille, qui ſe Joannem Papam XXII. appellabat, per ſuos proceſſus de facto caſſavit, ſive nullam, caſſam, & irritam pronunciavit electionem de nobis in Regem Romanorum factam, aſſerens in ſuis proceſſibus, nos adminiſtrare non poſſe jura Imperii, & quòd adminiſtratio Imperii ad ipſum Johannem pertinebat de jure: & alia plura in ipſis proceſſibus aſſerens & de facto attentans contra nos & jura Imperii, & contra illos & contra jura & poteſtatea eorum, ad quos vacante Imperio pertinet electio Regis Romanorum, & contra jura & libertates Principum Alemanniæ & ſubditorum Imperii, & contra conſuetudines antiquitùs rationabiliter introductas & obſervatas, prout in ipſis proceſſibus, imò veriùs exceſſibus, continetur. Inſuper poſt dictos proceſſus, quaſdam literas ſub bulla ſua dicitur feciſſe, & per mundum publicè tranſmiſiſſe, in quibus aſſerit ſe totam Italiam ab Imperio & Regno Alemanniæ ſeparaſſe, inſinuans per ſua ſcripta & dicta, quòd Papa, tanquam Dominus univerſalis, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, poteſt tam de imperio quàm de omnibus regnis & dominiis temporalibus totius mundi ad ſuum libitum diſponere & ordinare. Ad quæ omnia duximus reſpondendum, quòd dicti omnes proceſſus, aſſertiones & literæ, & omnia & ſingula, quæ per dictum Johannem in prædictis, & contra prædicta, geſta ſeu attentata fuiſſe dicuntur, fuerunt & ſunt nulla, & nullius valoris & momenti, rationibus infrà ſcriptis.

Papa an Italiam Germanis adimere, & de regnis mundi diſponere poſſit.

4. Prima ratio eſt, quoniam Papa quantumcunque Catholicus & legitimus non habet talem poteſtatem, nec authoritatem aut juriſdictionem in temporalibus, & maximè ſupra jura Imperii, quod eſt immediatè à ſolo Deo, ut evidenter probant Canones & jura ſuperiùs allegata. Unde, quicquid prædictus Johannes fecit in prædictis, tanquam à non ſuo judice factum, nullius fuit momenti, ut probant apertè canones 11. *q. 1. c. pen. & 2. q. 1. c. in primis,* juxta fin. & 16. *q. 1. c. frater noſter,* & *Ext. de Judic. c. at ſi clerici,* & *Ext. de Conſuet. c. ad noſtram,* & *Cod. ſi non a competenti judice, l. 2. & 3. & ult.* cum ſimilibus.

5. Secunda ratio eſt ex eo, quòd dicti proceſſus, imò veriùs exceſſus, fuerunt per dictum Johannem contra nos, & in præjudicium enorme noſtrum, & illorum qui nos elegerunt in Regem Romanorum, & aliorum Principum Imperii & Alemaniæ, ex notoriè falſis cauſis, & nullo fori ordine ſervato, nobiſq; & aliis, quorum intererat, abſentibus & nullo modo legitimè monitis & citatis. Unde dum ſacri canones, & jura divina & humana decernant, ſententias & proceſſus quoſcunq; promulgatos, abſentibus iis, quorum cauſa agitur ſive ventilatur, & eis ritè & legitimè non monitis & citatis, nullius exiſtere firmitatis, 3. q. 4. per totum: & ubi etiam legitur ſanctos Pontifices definiviſſe in hæc verba: *Omnia, quæ adverſus abſentes in omni negocio aut loco aguntur aut judicantur, irrita erunt, & evacuantur omninò, nec aliquam obtinent firmitatem,* quia divinæ & humanæ leges hoc fieri prohibent, ut *Ext. de Teſtib. c. in nomine Domini,* & in *auth. de Teſtibus, §. hac verò, collat. 7. & ff. Quæ ſentent. ſine appellat. reſcinduntur. l. 1, §. ex hoc edicto, & Cod. Quomodo & quando judex, l. ea quæ.* Et maximè in cauſis, quæ ſummi Pontificis judicio deciduntur, ordo juris & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſervandus, ut *Ext. de Sent. & re judic. c. in cauſis.* Sequitur, quod prædicti proceſſus, imò veriùs exceſſus, fuerunt nulli, & nullius valoris penitùs & momenti.

* al. ſuam naturam, quam debet, ad for. Ec. a viſis ap.

6. Nec obviat, ſi dicatur, quòd prædictus Johannes in civitate Avinionis provinciæ exiſtens cum ſua Curia per * ſuas literas, quas dicitur ad fores Eccleſiæ majoris Avenionis appendi feciſſe, nos abſentem citavit: quoniam talis citatio, eſto quòd appareret, nullatenus fuit nec eſt dicenda legitima rationibus infrà ſcriptis. Prima ratio: quia ſunt canones & jura ad hoc, quòd cenſeatur & dici poſſit citatio firma, neceſſe eſt quòd habens, qui citandus eſt, citetur aut perſonaliter, ſi inveniri poteſt; aut, ſi non poteſt inveniri, publicè citetur ad domum ſuam. Alias, niſi ſic citetur, non poteſt contra ipſum procedi, ut apertè probatur, 4. *q. 5. c. quiquis,* & *Ext. De Dolo & contum. c. cauſam,* in textu, & in Gloſſa, & in *c. venerabilis, in fin.* & *De Cleric. non reſident. c. Ex tua.* & *Ext. Qui matrimonium accu. poſſ. c. 1.* &

De

[illegible] *[illegible] quæ [illegible] tem [illegible]* [illegible] [illegible]bus. [illegible] editur, proc[illegible] ſtus [illegible] momenti, [illegible] ſuperius al[illegible] [illegible] *Quæ ſentent. [illegible] l. 1 [illegible] Cod. [illegible] modo & quando jud[illegible]* [illegible]nibus juribus clarè patet, dato [illegible] quod talis [illegible] per [illegible] [illegible] appenſis [illegible] reperiretur facta fuiſſe, quòd nihilominus proceſſus per ipſum Johannem [illegible] irritus & inanis.

7. Secunda ratio eſt, quia ad hoc, ut citatio de jure legitima cenſeatur, & arctet citatum ad [illegible], neceſſum eſt quòd aſſignetur illi, qui citandus eſt, terminus & locus ad comparendum [illegible] prout manifeſtè probant jura, *Ext. De appellat. c. ex parte tua*, & 33. q. 2. c. [illegible] *ubi* pro[illegible]*dus eſt locus, in quo nulla vis formidetur multitudinis, nec ſit [illegible] recte producere vel cæteras perſonas, quæ tam à ſanctis canonibus quam à venerandis Romanis legibus in hujuſmodi controverſiis requiruntur.* Hæc ibi: & 3. q. 9. c. *hortamur*, & *Ext. Ut lit. non conteſtat. c. accedens* & *ff. De judic. l. ſed locus.* Sed notoriú eſt & indubitatum exiſtit, quod dictus Johannes tam nos quam Imperii noſtri fideles & amicos, odio capitali, & etiam hoſtili exercitu perſequebatur de facto. & civitates & jura Imperii ſibi uſurpare & ſubjugare, quantum poterat, conabatur. Civitas quoq; Avinionis, in qua idem Johannes cum ſuo conſiſtorio morabatur, & ad quam nos per ſuas literas evocabat, & ille, qui illius civitatis dominium detinebat, nos & Romanum Imperium habebat odio notorio & antiquo. Unde patet, quòd deciperet, qui diceret vel ſentiret, talem citationem nos ad comparendum modo aliquo coartaſſe. Quis enim auderet dicere, quòd talis conſiſtorii in tali loco periculoſo teneremur ſubire judicium, & in hoſtium noſtrorum nos ponere ſinum, & mortis periculo ultroneo nos offerre? Patet igitur, quòd talis citatio, ſi facta reperiretur de nobis, foret irrita & inanis.

8. Tertia ratio ſumitur ex eo, quòd in ſacris canonibus & legibus ſtatuitur, quòd nullus in propria cauſa poſſit judicare, vel jus ſibi dicere, ut probatur 33. *q. 4. c. inter querelas*, & 23. *q. 5. de occiden[illegible]*, & 4. *q. 4. c. 1.* & *Cod. Ne quis in cauſa propria judicet, vel jus ſibi dicat.* Sed manifeſtum adeò eſt & notorium, ut nulla poſſit tergiverſatione negari, quòd prædictus Johannes de facto contendebat, ſcilicet quòd ipſe non ſolùm in ſpiritualibus ſed & in temporalibus, & in nos & in totum Imperium, ac jura Imperii, habeat plenitudinem poteſtatis: & quòd ſuper hoc contra nos controverſiam & litigium de facto movebat, & jura Imperii etiam hoſtiliter ſibi pro viribus uſurpare conabatur; & nos & Imperii noſtri fideles, quantum poterat, tanquam adverſarius & hoſtis & inimicus noſter & Imperii, conſequi nitebatur. Unde etiam contra eum, tanquam contra adverſarium, inimicum, & hoſtem noſtrum & etiam Imperii, pro defenſione noſtra & etiam fidelium noſtrorum, & juris Imperialis ac fidei, appellamus ad futurum generale Concilium, in loco tuto & ſecuro modo debito & ſecundum formam ſacrorum canonum congregandum. Ex quibus ſequitur manifeſtè, quòd dicti proceſſus, imò verius dicti exceſſus, per dictum Johannem contra nos & contra fideles noſtros & jura Imperii facti fuerunt in propria cauſa, & temerè & perperàm attentati: & quod ipſe in ipſis proceſſibus ſe judicem ſimul & partem effecit, ac per conſequens, quòd fuerunt irriti & nullius penitus firmitatis.

9. Tertiò objicitur contra nos, quòd dictus Johannes tam in nos quàm in omnes ſequaces ac fideles noſtros, habentes & tenentes nos pro Imperatore nomine & honore, & nobis tanquam Imperatori obedientes & reverentiam exhibentes, & in omnibus admittentes nos ad divina, ſeu nobiſcum participantes in divinis, aut divina officia celebrantes coram nobis, & præbentes nobis auxilium, conſilium, & favorem, de facto excommunicationis ſententiam fulminavit: & Eccleſias & Univerſitates, quæ contrà facerent, Eccleſiaſtico ſuppoſuit judicio. Unde dicitur, *Quod ſententia paſtoris, ſive juſta ſive injuſta, ſervanda eſt & timenda.* Ad quæ reſpondemus & dicimus, quòd, ſecundum ſacros canones & jura, hujus ſententiæ & proceſſus fuerunt & ſunt nullæ ac nullius firmitatis, nulliuſque valoris penitus & momenti: nec ſunt aliquo modo timendæ nec ſervandæ, nec timendi neç ſervandi, quod evidenter oſtenditur & probatur rationibus infra ſcriptis. Prima ratio ſic ſumitur. Certum eſt, quòd cum Prælatus Eccleſiæ in ſuo mandato excedit formam & poteſtatem à ſacris canonibus ſibi traditam, & in contra mandatum hujus facientes excommunicationis in ſingulares perſonas, & in Eccleſias, & in Univerſitates, ſententias interdicti promulgat, talem ſententiam non tenere, ſed nullam ipſo jure fore, nullatenuſque obſervandam, ut probatur per id quod legitur & notatur *Ext. De Exceſſibus Prælatorum, c. cum ad quorundam.* Temerarium enim eſt & indignum, aliquem ſibi ſua authoritate uſurpare, quod Romana Catholica Eccleſia non concedit, *Ext. De Privileg. c. ane.* Sed ut ſupra probatum eſt evidenter, ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica non concedit, ſed prohibet Papæ jus Imperii & poteſtatem in temporalibus uſurpare: quia, ut dictum eſt, iſta Papæ juriſdictionem, quæ ſolùm eſt in ſpiritualibus, non contingunt, ut in ſuperiùs allegato c. *Ext. De Appell. u. ſi duobus.* Et maximum eſt, quòd dictus Johannes per ſuas antedictas ſententias exceſſit formam & poteſtatem Papæ traditam; quia jus Imperii & poteſtatem in temporalibus ſibi uſurpare conatus eſt contra ſacrorum canonum conſtituta. Ergo hujus ſententiæ ſunt & fuerunt nullæ & nullatenus obſervandæ. Et hic eſt unus de caſibus expreſſis, in quibus ſententia de excommunicatione nullatenus eſt obſervanda.

Papalis excõmunicationes fulmen brutum.

10. Secunda ratio ſic ſumitur. Certum eſt de jure, quòd ubi eſt error expreſſus in ſententia vel in mandato præſidentis, puta quia præcipit, quòd non obediat ſuo ſuperiori; vel præcipit aliquid contra

Papa, ſi præcipiat non obedire ſuo [illegible] timendus.

Domino, vel ſtatuat contra Deum & Sacram Scripturam, non eſt audiendus [illegible]

contra Deum, vel contra ſacram ſcripturam, talis ſententia ipſo jure nullus eſt … menda, nec aliquatenus obſervanda, ut probatur per illud, quod legitur *Ext. De Sententia excommunicationis, c. venerabilibus*, juxta fin. in Gloſſ. & 11. *q.* 3. *c. is qui praeſt*, cum duobus cc. ſequentibus. idem eſt, ubicunq; ſententia eſt ipſo jure nulla, ut probatur apertè per illud quod legitur & n… *Ext. De Sententia excommunicationis, c. per tuas, & Ext. De Procurat. c. in noſtra pra…, in … De Crimine falſi, c. ſuper eo, & Ext. De Sententia & re judicata, c.* 1. Sed manifeſtum eſt, quod dictus … hannes in dictis ſuis proceſſibus & ſententiis expreſſit, quòd non obediatur nobis, cui omnes Imp… ſubjecti obedire & reverentiam exhibere ſecundum divina & humana jura ſunt aſtricti … & quo… fecit, volendo ſibi jus Imperii & poteſtatem omnimodam in temporalibus contra Dominũ & c… juſtitiã uſurpare, ad quę non extenditur, ut dictum eſt, ejus authoritas & poteſtas. Ergo ipſę ſente… ſunt & fuerunt nullæ & nullius penitus firmitatis, nec fuerunt nec ſunt quomodolibet obſervandæ.

11. Tertia ratio ſic ſumitur. Manifeſtum eſt, quòd quando ſententia excommunicationis vel i… dicti prolata eſt poſt appellationem legitimam, nulla eſt, nec eſt aliquatenus timenda nec ſervanda, apertè probatur *Ext. de Offic. & poteſtat. jud. deleg. c.* 32. *cum olim*, in fine, & *De Sententia excommunicationis; c. venerabilibus*, in fine, & *Ext. De Appellat. c. ad hoc*. quod & habetur per illud quod legitur & notatur *Ext. De Sententia excommunicationis, c. per tuas*, in Gloſſa Ordinaria, & per Dominum Hoſtienſem in *Apparatu ſuper c. ſolet*, & in *Summa*, ſuper quam alios Doctores. Sed manifeſtum & notorium eſt, quòd nos dudum contra dictum Johannem & proceſſus, quos ipſe de facto fecit contra nos, ac poteſtatem & authoritatem Imperialem, & præjudicium & derogationem fidei Catholicæ, quam ſancta Romana Eccleſia firmiter hactenus docuit & credidit, & docet & credit & tenet, appellavi… ad futurum generale Concilium, in loco ſecuro & congruo congregandum, & ad ſanctam matr… Eccleſiam Catholicam. Quæ appellatio fuit ad ipſius Johannis notitiam deducta, prout notorium & manifeſtum; & conſtat etiam per legitima documenta, & quia ipſe Johannes, pòſt & contra d… appellationem promulgavit, & protulit de facto contra nos & fideles noſtros, & nos ſequentes & … bis præbentes conſilium, auxilium, & favorem, dictas excommunicationes & interdicti ſententias ſic dici poſſunt. Ergo fuerunt & ſunt nullæ, & nullius valoris & momenti, nec ſunt aliquo modo … mendæ nec obſervandæ.

Papa an habeat ſuperiorem judicem.

12. Nec obſtat, quod dicitur, quòd Papa non habet ſuperiorem. Unde, ut aliqui garriunt, non poteſt ab ipſo quomodolibet appellari. Et verè non obſtat, quoniam manifeſtum eſt ſecundum doctrinam Catholicam & ſacrorum canonum, quòd Papa, ubi de fide ſive de jure divino agitur, ſubeſt Conciliis, ut patet expreſsè per illud, quod legitur & notatur 15. *diſt. c. ſicut ſancti*, in textu & Gloſſa, & … *q.* 1. *c. ſunt quidam*, cum ſequentibus capitibus, & 19. *diſt. c. Anaſtaſius*, ubi dicit Gloſſa Ordinaria ſu… verbo *Concilio* dicitur: *Videtur ergo quòd Papa tenetur requirere Concilium Epiſcoporum; quod verum eſt, ubi de fide agitur, & tunc Synodus major eſt quam Papa* 15. diſt. c. *ſicut ſancti mei*, dicit Gloſſa Ordi… *& quod Papa, ubi de fide agitur, habet ſuperiorem in terris, à quo poſſit judicari:* & per conſequens, … ipſum ſuperiorem valeat appellari. Probatur etiam notanter per illud, quod legitur & notatur 40. *diſt. c. Si Papa*, ubi expreſsè definitur, quòd *Papa à nemine judicari poteſt, niſi deviat à fide Catholica.* Ergo ſi Papa deviat à fide, habet ſuperiorem in terris, à quo poteſt judicari: & per conſequens ad ipſum poteſt appellari. Hoc etiam patet per hoc, quod dicit Auguſtinus in epiſt. ad Glorium & Eleuſium & reliquos Donatiſtas, obi de Concilio Papæ & Collegii Cardinalium ſcribit Dominus ſi… *Quaſi non eis dici poſſit, & adhuc juſtiſſimè dici, Ecce putemus illos Epiſcopos, qui Romæ judicarunt, non bonos fuiſſe. Reſtabat adhuc univerſalis Eccleſiæ plenarium judicium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſit agitari, ut ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur.* Hæc Auguſtinus. Ex quibus & aliis plurimis authoritatibus, quæ brevitatis cauſa dimittuntur, evidenter patet, quòd Concilium univerſale Eccleſiæ Catholicæ, ubi de jure divino aut de fide agitur, majus & ſuperius eſt Concilio Papæ & Cardinalium, & ipſum ſolvit & tollit, ſi ipſi repugnent. Cùm ergò pro defenſione juris Imperii, quod eſt à jure divino, & fidei Catholicæ, appellamus ad generale Concilium in loco tuto & ſecuro congregandum, ſequitur quòd appellatio noſtra fuit interpoſita ad ſuperiorem, ad quem legitimè potuit appellari.

13. Plures quoque aliæ rationes & cauſæ ſunt, ex quibus cernitur evidenter, quod prædictæ ſententiæ fuerint & ſunt nullæ, ac nullius valoris ſive momenti, nec fuerunt nec ſunt timendæ, nec aliquatenus obſervandæ. Quæ rationes & cauſæ in appellationibus & provocationibus contra adv… ſantes nobis, & Nos, & Imperium, & fidem Catholicam, quam Sancta Romana tenet Eccleſia, impugnantes ſolenniter interjectis, ſerioſius explicantur: quas omnes ſeriatim præſentibus literis explicare, prolixum nimium videretur.

14. Quamobrem denunciamus & dicimus proceſſus & ſententias, de quibus ſuperiùs dictum eſt, fuiſſe & eſſe nullas, & nullus, & nullius valoris & momenti, & nullatenus obſervandas: ac univerſis & ſingulis ſub noſtro Imperio degentibus, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, ac conditionis exiſtant, d… cretè præcipimus & mandamus, quatenus nulla perſona ſingularis, aut communitas vel univerſitas, dictas excommunicationis & interdicti ſententias præſumat obſervare, vel facere ac ſuſtinere quomodolibet obſervari. Quicunque autem contra hoc noſtrum mandatum præſumpſ…rit facere, … venire, cum omnibus feudis, quæ ab Imperio tenet, ac omnibus juriſdictionibus, gratiis, & pri… giis, libertatibus & immunitatibus, a nobis vel prædeceſſoribus noſtris ei conceſſis, exnun… pri… mus.

15. In quorum omnium teſtimonium & fidem præſentes literas fieri fecimus, & noſtræ I… p…

Maj…

[illegible] patenter fuit omnibus [illegible] Augusti, Anno Domini MCCCXXVIII.

PRINCIPUM ELECTORUM SACRI ROMANI IMPERII RESCRIPTUM

Super Ludovico Imperatore, & Diſcordia Imperii & Eccleſiæ.

EX COMITIIS REINSENSIBUS, Anno Domini M. CCC. XXXVIII.

SANCTISSIMO in Chriſto Patri ac Domino, Domino Benedicto Papæ, veſtri devoti [illegible] HENRICUS Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Moguntinenſis, [illegible] Decanus, nec non per Germaniam ſacri Imperii Archicancellarius; BALDWINUS Archiepiſcopus Treverenſis, Cancellarius Galliæ; WALRAMUS Archiepiſcopus Colonienſis, Cancellarius Italiæ; WALDEMARUS Marchio Brandeburgenſis, Camerarius; RUDOLPHUS [illegible], Dapifer; RUDOLPHUS Dux Saxoniæ, Portitor enſis, Romanorum Regis, & coronandi Imperatoris, legitimi Electores. [illegible]

1. Gravamur non modicè, & turbamur ex intimis, cùm reverendam ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, matrem noſtram, & ipſius Summos Pontifices, quibus reverentiam & honorem exhibere volumus promptis & devotis animis omni vice; ac ſacroſanctum Imperium, & Imperatores ſeu Reges ipſius, quorum defenſio ad nos ac omnes alios Coelectores præ cæteris mundi Principibus ſpecialiter pertinere dignoſcitur, ſicut temporibus præſentibus videmus, ad invicem diſcordare. Nam ex hoc non potuerunt ſibi & populo Chriſtiano proficere & prodeſſe, & prout eſt divinitùs inſtitutum, ſibi mutuò ſuffragari. Propter quæ in diverſis mundi partibus, provinciis, & terris, ipſis regendas gubernandas commiſſis, innumera execrabilia pericula animarum, perſonarum & rerum, & diverſa ſcandala in Dei Eccleſia (quod dolenter referimus) ſunt ſuborta; & majora præſumuntur futuris temporibus, quæ ad planum diei nequeunt vel conſcribi, certitudinaliter ſuboriri. Quæ ſubmoveri non poſſunt, niſi utraq; Poteſtas contenta ſit ſuis juribus & conſuetudinibus hactenus obſervatis; & reformentur, quæ una contra aliam attemptavit.

2. Sanctitati veſtræ cum omni devotione & in modum, quem poſſumus, meliorem & humiliorem referimus bono zelo, quod ſuper præmiſſis & ad conſulendum & providendum ſacroſancto Romano Imperio, cujus jura, honores, bona, libertates, & conſuetudines, proſtrata jacent, & à diverſis perſonis Eccleſiaſticis & Sæcularibus ſunt & fuerunt hactenus in grave præjudicium dicti Imperii invaſa, occupata, & multiplicitet conculcata, XV. die menſis Julii, anni XXXVIII. in Reinſe ſuper alveo Reni, ubi Principes Electores ſuper negotiis Imperii tractandis convenire conſueverunt ab antiquo, cum aliis omnibus Principibus Electoribus Imperii in unum fuimus congregati, & diverſis deliberationibus & conſiliis præmiſſis, ſicut divinæ gratiæ placuit, omnes unanimes fuimus, & nullo penitus diſcrepante pro defenſione & recuperatione jurium, honorum, bonorum, libertatum, conſuetudinum, ſacri Romani Imperii ac totius Chriſtianitatis, ad cujus regimen & defenſionem idem Imperium principaliter ordinatum dignoſcitur, diſpoſuimus & ordinavimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & firmavimus jurejurando per ſacramenta corporaliter à nobis & omnibus Coelectoribus noſtris præſtita; quòd jura, honores, bona, libertates, & conſuetudines dicti Imperii, & noſtra, nobis in electione Imperii competentia ex conſuetudine vel de jure, manuteneamus, defendamus, & illibata conſervemus toto poſſe & viribus noſtris, contra omnes homines cujuscumq; præeminentiæ, dignitatis, ſeu ſtatus exiſtant; & quòd hoc non obmittamus propter aliqua pericula rerum & perſonarum, aut præcepta, mandata, proceſſus, per quemcumq; aut in quemcumq; modum & formam prolati ſint, vel inanteà proferantur, contra Imperium & nos vel Coelectores noſtros; per quæ dicto Imperio ac nobis & Coelectoribus noſtris in prædictis juribus, bonis, hominibus, libertatibus, & conſuetudinibus præjudicatum ſit, vel in futurum poſſet præjudicium generari.

3. Et tandem ſuper præmiſſo lamentabili deſiderio, & cauſis originalibus, ex quibus ortum dinoſcitur, quod inter ſanctam Romanam Eccleſiam, ac ſacrum Romanum Imperium & Dominum noſtrum LUDOVICUM Romanorum Imperatorem, jam longis temporibus diligenti & ſollicita deliberatione prehabita, nos & [illegible] Electores noſtri cognovimus, & nobis conſtitit evidenter ex proceſſibus quondam Domini Johannis Papæ XXII. prædeceſſoris veſtri, quod ipſe primò & poſtea ſententias excommunicationis & interdicti (ſi dici merentur) ac alias diverſas ſententias & proceſſus de facto contra Deum, & juſtitiam, & juris ordinem fulminavit contra prædictum Dominum noſtrum, Dominum LUDOVICUM Romanorum Imperatorem, ac fautores & adhærentes ſibi; qui à majori parte

Papæ proceſſus contra Deum, & juſtitiam, & juris ordinem.

[illegible] rem poſſe [illegible] dus; quo [illegible] de adminiſtratione Imperii [illegible] ct [illegible] prædi [illegible] ione, quam in d[illegible] P[illegible] tas & proc [illegible] Imperii præ[illegible] & alias [illegible] oribus Imperii [illegible] ; cùm jur[illegible] tur, & [illegible] memoria hominum non e[illegible] ationabiliter introductum, & fine [illegible] ine ob[illegible] vatum, ſicut etiam in prædicto Parlamento per nos & [illegible] nos Co[illegible] diligenti [illegible] libe[illegible] atione & di[illegible] cuſſione, ac [illegible] onſilio multorum Principum, [illegible] bilium eſt concorditer declaratum, & ſententialiter diffinitum; Quòd vacante R[illegible] mano [illegible] qui [illegible] itur concorditer, vel à majori parte Principum Electorum, pro Rege Romano[illegible] bus eſt habendus: & quòd nec nominatione, approbatione, confirmatione, conſenſu, vel [illegible] Sedis Apoſtolicæ, ſuper amminiſtratione bonorum & jurium Imperii indig[illegible] ſive titulo [illegible] mendo: quodque jura & bona Imperii amminiſtrare & gubernare poterit, & de jure & co[illegible] ne, nulla Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc licentia habita vel obtenta.

Electus Romanorum [illegible] ex [illegible] habet poteſtatem plenariam Imperatoriam, non exſpectata Papæ confirmatione.

4. Quare cùm Sanctitas veſtra teneatur præ omnibus Regnis mundi defendere jura Imper[illegible] ad defenſionem Sedis Apoſtolicæ & totius fidei Chriſtianæ eſt cœlitùs ordinatum, & ſine cuj[illegible] bri gubernatione & defenſione non poteſt in opulentia pacis perſiſtere Chriſtianus populus nec colere pacis auctorem: clementiæ Sanctitatis veſtræ ſupplicamus, cum omni humi[illegible] rentia, qua poſſumus & valemus, quatenus ſententias & proceſſus prænotatos, & quicqu[illegible] * ad nos ſecutum eſt, totaliter & penitus revocetis, tanquam in præjudicium Imperii & [illegible] prolatos. Quæ jura illibata pro poſſe ſervare tenemur ratione à nobis præſtiti juramenti, u[illegible] in omni obedientia & devotione Eccleſiæ Romanæ & Sanctitatis veſtræ debeamus devotio[illegible] nimis perpetuò permanere. Et ne, ſi ſecus fieret, nos & alii Coelectores noſtri, cum al[illegible] bus Eccleſiaſticis & Sæcularibus Alamaniæ, cogeremur invenire & quærere contra eoſdem [illegible] ſus & ſententias, quamvis inviti, remedia opportuna. Super præmiſſis ad Sanctitatem veſtram transmittimus, quibus in dicendis & petendis noſtro nomine fidem, veſtram clementiam adhibere.

** al. ob nos.*

Principes Imperii minantur Papæ contra ejus proceſſus & ſententias.

Anno Chriſti 1339.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG. CONSTITUTIO

De Imperii Juribus & Excellentia, & Poteſtate Electi Romanorum Regis;

LATA IN COMITIIS COLONIENSIBUS, ANNO DOMINI MCCCXXXVII.

LICET *a* jura utriusque Teſtamenti manifeſtè declarent, Imperialem dignitatem & poteſtat[illegible] immediatè in filio Dei ab antiquo proceſſiſſe, & Deum per Imperatorem & Reges mund[illegible] humano generi apertè tribuiſſe: & quod Imperator ex ſola electione eorum, ad quos pertin[illegible] t, v[illegible] efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione ſeu approbatione: *b* quoniam in t[illegible] quoad temporalia, non habet ſuperiorem, ſed eidem gentes ſubſunt & nationes. Et ipſe Domin[illegible] noſter Jeſus Chriſtus mandavit, * *quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari reddenda.* Quia tam nonnulli avaritiæ & ambitionis cæcitate *c* ducti, & nullius ſcripturæ intelligentiam *d* habentes, ſed vertentes à tramite recti ſenſus in quædam iniqua & prava commenta, & in aſſertiones deteſtabil[illegible] prorumpunt, contra poteſtatem & auctoritatem Imperialem, & jura Imperatorum, Electorum, & [illegible] liorum Principum & Imperii fidelium committentes, fallaciter aſſerentes, quòd Imperial[illegible] digni[illegible] & poteſtas eſt à Papa, & quòd Electus in Imperatorem non eſt verus Imperator nec Rex, niſi prius Papam ſive Sedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur, & coronetur: & per *e* hujusmodi [illegible] aſſertiones, & peſtifera dogmata h[illegible]ſtis antiquus movet lites, jurgia ſuſcitat, contentiones par[illegible] ditiones procurat.

a apud Balbū legitur juris utriusque te[illegible] ſtimonio m[illegible] declaratur.
b [illegible] cum
** Matth. 22.*
c al. de [illegible].
d al. ſe habere dicentes.
e al. hujuscemodi.

2. Ideò ad tantum malum evitandum, de conſilio & conſenſu Electorum & aliorum Pri[illegible] Imperii, declaramus, quod Imperialis dignitas & poteſtas *f* eſt immediatè à ſolo Deo: & quod [illegible] re & Imperii conſuetudine antiquitus approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem [illegible] gem ab *h* Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, ſtatim ex ſola [illegible] Rex verus & Imperator Romanorum cenſendus & nominandus, & eidem ab omnibus Imp[illegible] jectis obediri: & adminiſtrandi jura Imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperator[illegible] nent, plenariam habet poteſtatem, nec Papæ ſive Sedis Apoſtolicæ aut alicujus alterius appro[illegible] confirmatione, auctoritate indiget vel conſenſu. Et ea propter hac in perpetuum [illegible] nimus, ut Electus in Imperatorem concorditer, vel à majori parte Electorum, ex ſola ele[illegible] ſeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, & eidem ab om[illegible] perio debeat obediri, & adminiſtrationem & juriſdictionem Imperialem, & Im[illegible] rialis *i* plenitudinem habeat, & ita habere ac obtinere ab omnibus cenſeatur & firmiter aſſ[illegible]

f B. pendet.
g B. tam de jure, quam de cōſuetudine.
h B. his quorum interest, ſtat.
i dignitatis.

3. Quicumque autem contra hæc d[illegible] ata, decreta, vel definita, aut aliquid eoru[illegible] dicere, aut aſſerentibus ſeu dicen[illegible] ibus conſen[illegible] re, vel eorum mandatis, vel literis, vel præ[illegible]

[illegible] ab Imp[illegible] detinent, & o[illegible] [illegible] prædeceſſoribus noſtris [illegible] exnunc [illegible] [illegible] vatos. Inſ[illegible] eos crimin læſæ Maj[illegible]tis decern[illegible] [illegible] crimen læſæ Majeſtatis committentibus ſubjacere. Datum [illegible] [illegible] Anno Domini MCCCXXXIX.

LUDOVICI IV. IMPER. AUG. DECLARATIO

Anno Chriſti 1343.

SUPER DIVORTIO MATRIMONII INTER ILLUSTRES VOCATOS conjuges, Johannem videlicet filium Regis Bohemiæ, & Margaretham Ducisſam Karinthiæ celebrato.

AD ampliorem evidentiam tam *a* dictorum, quàm & dicendorum, ad redarguendum quoq; voces, & obſtruendas fauces malignorum detractorum quorundam, nunc forte dicentium, & dicere volentium in futurum, nos in præſenti negotio ſive judicio proceſſiſſe de fa[illegible] tantummodo & non de jure; cum judicium de matrimonii divortio faciendo ſpirituale ſit, & propterea ad auctoritatem noſtram minimè pertineat, quemadmodum dicunt Epiſcopi quidam ſive Presbyteri cum ſuis ſequacibus, minus verè; idque à paucis retrò temporibus prædicaverunt, & per quaſdam verborum fallacias hoc credere fecerunt plurimos ſimplices Chriſti fideles. Ad tollendum etiam ſcrupulum conſcientiæ ab hujusmodi fraude deceptorum, atq; zizaniam de cordibus hominum per jam dictos veritatis prævaricatores, ac Romanorum Principum perſecutores infeſtos, & Imperialium jurium uſurpatores manifeſtos, undique ſeminatas præfatorum Doctorum ſententias ſub breviloquio, quantum poſſunt, huic reſcripto non inutiliter duximus inferendas.

a Quæ habes [illegible] tom [illegible] h[illegible] ol[illegible] ction. 3 187

2. Dicunt ergo & ſcribunt ſerio ſiùs in ſuis tractatibus jam dicti Doctores, quòd Chriſti fideles reguntur & vivunt ſub duplici lege, divina videlicet & humana. Lex autem propriè ſumpta præceptum coactivum eſt de ſiendis aut omittendis humanis actibus, ſub pœna transgreſſoribus infligenda. Verum Lex divina eſt coactivum præceptum à Deo factum immediatè, abſque humana deliberatione, propter finem in futuro ſæculo conſequendum, & ſub pœna transgreſſoribus infligenda in eodem tantummodo, non præſenti. Sed Lex humana voluntate ſeu deliberatione procedens propter finem immediatè in hoc ſæculo conſequendum, & ſub pœna in eodem ſolummodo transgreſſoribus infligenda. Juxta quæ oportet attendere, quod ſecundum utramque jam dictarum legum ſunt quædam affirmativè præcepta, de ſiendis videlicet: quædam verò negativè, de omittendis ſcilicet non ſiendis, vocata *prohibita*. Sunt & quædam permiſſa fieri & non fieri, quæ ſub præcepto affirmative vel negativè non cadunt, & in Lege divina quædam vocata *Conſilia*. Et ſunt jam dicta permiſſa generaliora præceptis, quoniam omne præceptū eſt permiſſum fieri, ſed econtra non ſemper. Similiter quoq; prohibitum fieri, permiſſum eſt non fieri, quamvis non in omnibus econtra. Simile quoq; intelligendum ſecundum legem humanam in affirmativis præceptis, permiſſis & prohibitis, quamvis differant ſub pœnis: quoniam ſecundum Legem divinam præcepta & prohibita obligant transgreſſores ad pœnam æternam, ſecundum humanam verò ad pœnam temporalem.

3. Eſt rurſum advertendum, quod ſecundum utramque jam dictarum legum, nomina præcepti & prohibiti duas intentiones ſive ſignificationes habere poſſunt: unam videlicet, quod nomine præcepti ſive prohibiti intelligatur actus præcipiendi ſive præceptio à præcipiente procedens, quaſi activè ſumpta. Reliquo verò modo, ut intelligatur per prædicta nomina non actus præcipiendi ejus, qui præcipit vel imperat, ſed potius actus aut opus, cui aliquid præcipitur ſeu imperatur, quaſi paſſivè, quomodo dicitur ex uſu, *Servum feciſſe præceptum Domini*, cum id egit aut agere omiſit, quod ſibi per dominum ſuum præcipiebatur fieri vel omitti; verbi gratia, ut equum parare, vinum propinare, ac reliqua ſervitia talia. Et iſto modo ſignificat ſive ſonat præceptum ſive prohibitum idem quod imperatum, non imperium ſive actum præcipiendi ſumptum activè, quoniam hunc non fecit ſervus, in quantum ſervus, ſed ſolummodo dominus.

4. Amplius eſt etiam attendendum, quod præcepta tam affirmativa quam negativa, atque permiſſa vocata conſilia, ſecundum legem divinam ſpiritualia ſunt eſſentialiter atq; dicuntur. Primum quidem quoniam à Spiritu ſancto immediatè tradita & inſtituta ſunt, quemadmodum dicit B. Ambroſius ſuper Apoſtolum poſteriori ad Cor. cap. 9. *Spiritualia*, inquit, *ſunt lex Evangelica & verbum Dei*. [illegible] ſunt etiam [illegible]ſtaſſe ſpiritualia, gratiæ ſive dona Spiritus ſancti, quæ ſiunt & perveniunt in animabus Chriſti fidelium à verbis Evangelicis ſupradictis. Secundo verò dicuntur etiam divina præcepta ſpiritualia à vivificando, quoniam ad vivificandum ſpiritum ſive animam humanam data ſunt: Sic & propter beatitudinem æternam tradita & ſtatuta fuerunt illa, quæ dicuntur præcepta & prohibita legis divinæ a[illegible] [illegible]pta. Alia verò ſpiritualia quædam non ſunt eſſentialiter, ſed à quibusdam *ſpiritualium* voca[illegible] [illegible]pſerunt, propter eà quod ad prædicta ſpiritualia exercenda vel miniſtranda ſerviunt, & ſunt per homines ordinata, quemadmodum perſonæ ſive corpora Sacerdotum; Sic etiam domus vocatur *Ec*[illegible] [illegible]undum quandam Eccleſiæ ſignificationem. Sic quoque veſtes, [illegible] libri, & inſtrumenta quæda[illegible] [illegible]ta ordinata per homines propter cultum divinum. Sic etiam jejunia, eleemoſynæ, ac reliqui quidam actus & hominum opera de divinis ſive ſpiritualibus, & circa

Ff vel

[illegible], qui [illegible] ex ſtunt, [illegible] paramenta, [illegible] imp [illegible] propri [illegible] abhr [illegible] vi ti [illegible] bu [illegible] præcepti, prohibita, & [illegible] opter [illegible] quo [illegible] propter [illegible] in hu [illegible] tempo [illegible] fuerunt.

4. [illegible] reco [illegible], quod quamvis præcepta, & prohi[illegible] ve ſumpta, di[illegible] a præceptis ſecundum legem [illegible], qu[illegible] giſl[illegible] & ad [illegible] finem, & ſub aliis pœnis, temporibus & modis eas transgr[illegible] ſtatuta & ordinata ſunt talia, tamen perſonæ cum ſuis actibus, imperatis & operibus [illegible] pitur ſive imperatur per legem utramque, in omnibus quaſi vel ſaltem in pluribus, [illegible] ſunt & ſunt. V[erbi] gratia, furtum non fieri, vel homicidium, vel rapinam, vel fraudem, [illegible] teſtimonium, & ſimilia reliqua, quæ præcipit tam divina quàm humana Lex non eſſe fienda. [illegible] liter quoque in cæteris præceptis, ut mutuum reſtituere, atque depoſitum. Rurſus quod [illegible] eſſe poſſunt perſonæ, & earum conſimiles actus, quibus & de quibus tam temporalia, quam circa ſpiritualia præcipit utraque lex. Nam circa temporalia & de temporalibus tam per Sacerdotes, Epiſcopos, ſive Presbyteros, Diaconos, & alios ſpirituales miniſtros, & ſimiliter per non Sacerdotes vocatos Sæculares aut Laicos, poteſt aliquid fieri vel omitti licitum aut illicitum, ſecundum præcepta vel contra tam divinæ quàm humanæ legis, & juſtè corrigenda ſive punienda tam in ſtatu præſentis ſæculi, quam futuri, per pœnam videlicet transgreſſores arcendo, qualia ſunt crimina, quæ p[ri]dem in exemplis adducta ſunt. Sic etiam de ſpiritualibus, & circa ſpiritualia quomodolibe[t] app[el]lata, poteſt licitum aliquid per prædictas perſonas & actus ipſarum, & illicitum ſimilit[er] fie[ri] v[el o]mitti; veluti hæreſes parere, ſive actus illicitos docere, & bruta quædam baptiſare, dæmonibu[s ſa]tisfacere, quemadmodum faciunt quidam ſcelerati ſortilegi; alia quoque crimina committ[ere], [illegible] vaſa, libros, veſtes, & reliqua choralia inſtrumenta cultui divino deſervientia rapere vel furari [illegible] reliqua ſimilia hujus, juſtè in hoc ſæculo & futuro punienda per pœnam realem aut perſon[a]le[m] ſecundum legem utramque, divinam videlicet & humanam, quamvis differenter & differentibus pœnis, ac judice, loco & tempore, quemadmodum dictum eſt, & infrà ſerioſè dicetur.

5. Eſt adhuc etiam advertendum, quod ſi præcipit Lex divina fiendum vel omittendum aliquid quod fieri vel omitti non præcipit Lex humana, ſed potiùs oppoſitum præcipiat vel permittat, debet ſe[rva]ri Legis divinæ præceptum, humana Lege vel ejus oppoſito præcepto vel permiſſo contempto ſive dimiſſo, quoniam præceptum legis divinæ infallibilem continet veritatem, humanæ verò le[x] non ſic. Rurſum quoniam divinum obligat transgreſſorem ad pœnam æternam, humanum vero [ad] temporalem [illegible], & minus ab homine fugiendam.

6. Eſt amplius attendendum, quod utraque jam dictarum legum habet proprium & diverſum [im]mediatum Legislatorem & judicem, ut dictum eſt ſuprà. Et rurſus quoniam duplex eſt judex, unus quidem Doctor ſolummodo, & fortaſſis etiam de aliquibus operatur, ſicuti fidelis eſt, ſecundum quamlibet d[iſc]iplinam, quomodo etiam ſcripſit famoſus ille philoſophus Ariſtoteles nominatus, quod *unusquisque est bonus judex eorum quæ novit, & hoc bene judicat, veluti medicus de ſanis [illegible]*. Alius vero judex eſt principans propriè vocatus, cui tradita auctoritas & data coactiva poteſtas transgreſſores legum per pœnas arcendi. Et eſt hic ſiquidem judex ſecundum legem humanam, de quo dixit Ap[oſto]lus, quod *non ſine cauſa gladium portat*. id eſt, coactivam & arm[atam] poteſtatem habet *[illegible] Dei eſt, vindex in iram ei, qui malum agit*, eſto etiam quod human[o]rum legu[m] Doctor non exiſtat. Secundum enim divinam judex eſt coactivus, de quo Apoſtolu[s] di[cit] B. Jacobus in Canonica ſua, *Unus eſt legislator & judex, qui poteſt perdere & liberare.*

7. H[i]s itaque ſuppoſitis, tanquam veris & notis, dixerunt & ſcripſerunt in ſuis tractatibus p[ræ]fati Doctores, quod ſecundum legem divinam legislator & judex coactivus ſecundum ip[ſam] [e]ſt Chriſtus, ſicut per beanim* dictum eſt ſupra. Ipſe enim tulit legem divinam, ſeu novum Teſtamentum, per [illegible] ſtam Apoſtolorum quam aliorum Sanctorum quorundam. Unde Apoſtolus: *[illegible] quæritis, qui loquitur in me Chriſtus?* Et Beat. Petrus in ſua Canonica dicit: *[Non] ab humano ſpiritu allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.* Hic autem Legislator ſtatuit ſecundum hanc legem transgreſſores judicari, & per p[œnam] arceri in futuro ſæculo tantummodo, non in iſto. Unde Scriptura: *Cum venerit filius hominis [in] ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim*, &c. quod erit in futuro ſæculo, ſicuti m[ani]feſtè ſonat Scriptura, & exponunt omnes Expoſitores ejuſdem. Sunt rurſus judices ali[i] ſecun[dum] legem divinam, quos nihil prohibet eſſe plures in ſtatu præſentis ſæculi, vocati Doctores & [illegible] dum ipſi [illegible] orund[e]m actuum ſive operum miniſtr[i] atque f[acto]res, nullam coa[cti]vam a[u]tem [illegible] poteſtatem habentes à Chriſto ſeu Lege divina, arcendi [u]nquam in hoc ſæculo, ad [illegible] ndum vel omittendum, per pœnam aliquam realem. Un[de] Chriſtus Marci ultimo tale[s] ju[dices] [illegible] res, dum ipſis in Apoſtolorum perſona dixi[t]: *[illegible] ergo docete om[illegible]* [illegible] E[t] [illegible] M[al]achiam Prophetam: *Labia Sacer[dotis] cuſto[dient] Scripturam, &* [illegible] *re* [illegible] *jus*. E[t] ſunt hi judices, Epiſcopi ſive Sacerdotes [illegible] ocati Doctores. Carent aut[em] [illegible] es, & c[illegible] debent auctoritate & poteſtate coa[ctiv]a, per quamcunque pœna[m] [illegible] ut dictum eſt pridem, quoniam tali au[ct]oritate Chriſtu[s] in hoc ſæculo carer[e] voluit in p[ro]pria, in quantum homo, dum dixit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*: ecce quantum ad [illegible]

[illegible]-

[illegible]em *Tenime* [illegible] *m* [illegible] *ni q, me* [illegible] *me* [illegible] evam poteſtatem [illegible] rurſ [illegible] p o diviſionem [illegible] *me conſtituit* [illegible] *cem aut* [illegible] *vos,* [illegible] *inter te & fratrem tuum* [illegible] icium mihi [illegible] m [illegible] auctoritate aut [illegible] Apoſtolis, & [illegible] Epiſcopos ſive Presbyteros, ſucc[illegible] erat Sacerdo[illegible], quoniam in quantum Deus erat, nullus ſibi hominum [illegible] dere potuit, dum ad ipſos inquit: *Reges* [illegible] *um dominantur eorum, vos autem non* [illegible] *quod Apoſtolis inte*[illegible] *dicitur dominium,* ſicut inquit Bernardus. Sic quoque Sacram [illegible] xerunt & expoſuerunt concorditer omnes ſancti & approbati Doctores, & idem [illegible] ſententias expreſſerunt. Quod etiam ſciens & de ſpiritualibus loquens, ſe non habere po[illegible] quemquam arcendi, & multo minus de temporalibus, unde dicebat Corinthiis: *Non dominamur* [illegible] *dei veſtra.* Super quo verbo, tam Ambroſius, quàm Chryſoſtomus, ſenſerunt concorditer, & ex preſsè dixerunt. Ambroſius quidem: *Non dominamur fidei veſtra, i.e. non quia dominium aut coa*[illegible]*nem patiatur fides veſtra, quæ voluntatis eſt, non neceſſitatis.* Chryſoſtom⁹ autem: *In Eccleſia non co*[illegible], *ſed adquieſcentem oportet ad meliora converti. Quod admirabilis vir ille ſciens,* Apoſtolus videlicet, *dicebat Corinthiis: Non dominamur fidei veſtra.* Subjungensq; Chryſoſtomus ait: *Non enim a legibus data eſt nobis,* Epiſcopis ſive Presbyteris ſcilicet, *talis poteſtas, ut auctoritate ſententia cohibeamus homines à delictis: neq; ſi data eſſet, haberemus ubi exerceremus ejuſmodi poteſtatem, cum Deus noſter,* Chriſtus videlicet, *non neceſſitate,* id eſt violentia, *aliquos homines traxerit à peccato, ed* [illegible] *ſeſe ſponte ſubtrahentes remuneratus ſit.* In quibus etiam verbis ſupponit Chryſoſtomus, quod omnis coactiva poteſtas in hoc ſæculo datur à legibus ſive Principibus. Quod etiam dicit Hugo de Sancto Victore, de Sacrament. lib. 2. Inquit enim: *Quod licet Eccleſia, id eſt Eccleſiaſtica perſona, Epiſcopi* [illegible] *e Presbyteri, juriſdictiones coactivas videlicet in perſonas ſæculares exerceant, hoc ipſum tamen, quod exercent, à Regia poteſtate ſe habere cognoſcant.* Non ergo à lege divina, ſed ab humana lege, convenit cuiquam in hoc ſæculo auctoritas & coactiva poteſtas, præcipuè Epiſcopo ſive Presbytero. Unde Chryſoſtom⁹ poſt verba prædicta ſubinfert: *Homo verò ſi à fide veſtra fuerit abductus, multum imminet Sacerdoti patientia induſtria exhortationis, quod non poteſt errantem vi reducere, ſed perſuadere conabitur, ut ad fidem rectam revertatur, à qua primitus corruit.* Idem quoque ſenſerunt omnes ſancti Doctores reliqui, atque Expoſitores juxta ſacram Scripturam, quorum ſententias hic omiſſas propter brevitatem copioſè videre poterit, cui curæ fuerit, in tractatibus novis præfatorum Doctorum.

8. Eſt etiam ſimiliter ſecundum legem humanam Legislator, ut civium Univerſitas, aut ejus pars valentior, vel Romanus Princeps ſupremus IMPERATOR vocatus. Eſt & judex coactivus ſecundum legem eandem, ut Univerſitas jam dicta, vel Princeps, vel ille vel illi, cui vel quibus Univerſitas aut Princeps dederit coactivam poteſtatem, per pœnam realem aut perſonalem in ſæculo legis humanæ transgreſſores coercendi. Nequaquam verò legislatores humani ſunt Epiſcopi ſive Presbyteri, aut reliqui ſpirituales Miniſtri, conjunctim vel diviſim, in quantum hujuſmodi, ſed fortaſſis in quantum pars aliqua civitatis exiſtunt, ſecundum quod per humanas rationes citatas & per ſacram Scripturam evidenter eſt monſtratum, & per jam dictos Doctores noſtros, & ut jam convenienter deductum eſt ſupra. Sunt & alii judices ſecundum legem humanam, vocati Juriſperiti ſive Doctores, nullam coactivam auctoritatem habentes, in quantum hujuſmodi, arcendi quenquam in hoc ſæculo, per pœnam aliquam realem aut perſonalem, ad agendum licitum aliquod, aut illicitum omittendum, ſed ſolummodo ad docendum, & aliquid ſecundum legem operandum humanam, quemadmodum Epiſcopi ſive Presbyteri ſecundum legem divinam.

9. Propter quæ manifeſtius intuendum, quod de humanis actibus & operibus circa divina, & de divinis, ſimiliter quoq; modo circa temporalia, & de temporalibus, poteſt dubitatio contingere duplex, & per conſequens interrogatio ſive quæſtio fieri propter veritatem de dubitatis habendam. Una quidem dubitatio eſt & quæſtio, an videlicet actus illi & opera, de quibus quæritur, ſint fieri vel obmitti præcepta vel prohibita, licita vel illicita, tam ſecundum legem divinam, quàm humanam? Alia verò poteſt eſſe dubitatio, quæſtio ſive interrogatio ex prædictis, utrum videlicet ſi per quenquam ſint tales actus aut opera facta vel omiſſa, pertinent ad judicium Principantis? judicis videlicet coactivi, cujus auctoritas eſt arcere per pœnam realem vel perſonalem, transgreſſorem legis divinæ vel humanæ, in præſenti ſæculo vel futuro.

10. De priori quidem quæſtione, dubitatione ſive interrogatione, reſpondere ac judicare ſeu per judicium diffinire pertinet ad Doctores, ſeu ad judices doctrinales, hujuſmodi ſiquidem auctoritatem habentes; quales ſecundum legem divinam ſunt vel eſſe debent omnes Epiſcopi, ſive Presbyteri, quemadmodum oſtenſum eſt priùs, & dixit Apoſtolus ad Timoth. *Oportet Epiſcopum eſſe doctorem.* Secundum humanam verò legem pertinet hæc auctoritas ſive judicium ad Juriſperitos ſive humanæ legis Doctores. Etenim eorum officium eſt, ſcire docere ſi oporteat, prædicare quæ ſint & qualia præcepta permiſſa vel prohibita ſecundum leges prædictas, licita etiam vel illicita fieri vel omitti in actibus humanis; & ſimiliter de hujuſmodi reſpondere, cum ſuper his & de iis fuerint requiſiti, omni tamè auctoritate & coactiva poteſtate carentes, quenquam cogendi per pœnam in hoc ſæculo ad fugiendum vel faciendum aliquid, ut ſupra ſufficienter induximus. Quemadmodum medici de ſanitate corporis conſervanda vel omiſſa recuperanda docere habent & operari, ſecundū artis medicinæ præcepta, nec tamen quenquam cogere poſſunt utilem ſervare dietam, aut declinare nocivam, per pœnam aliquam realem aut perſonalem facientibus vel omittentibus inferendo. Sic quoq;

 Sacer-

Sacerdo[illegible] ſunt animarum, neminem in hoc mundo per pœnam arcer[illegible] dum Scri[illegible]. Et propt[illegible] quamvis Sacerdotibus liceat condere ſeu facere or[illegible] exhortationes, [illegible] bonos mo[illegible]s & opera fienda, & malos & crimin[illegible] fugienda, non [illegible] dici debent hujusmodi ordi[illegible]tiones Leges, ſed potius documenta ſeu regulæ, Neque [illegible] dicium per tales regulas circa hominum actus debet appellari jurisdictio ſive forum, quia [illegible]mina propriè ſumpta, judicio coactivo convenientia ſunt, ſecundum primam & veram imp[illegible]nem ipſorum. Poteſt autem præfatum judicium, quoniam generale eſt, fieri ignoratis perſo[illegible] quibus ſive de quorum actibus dubitatur & quæritur.

11. Secunda verò dubitatio, interrogatio & quæſtio poteſt contingere circa prædictos homin[illegible] actus & opera, utrum videlicet ſi per quempiam ſint tales actus aut opera facta vel omiſſa, pertinent ad judicium principantis judicis vel coactivi, cujus auctoritas eſt arcere per pœnam realẽ aut p[illegible]ſonalem legum transgreſſores in præſenti ſæculo vel futuro. Secundum legem divinam verò eſt [illegible] futuro ſæculo tantummodo, non iſto. Talis judex eſt Chriſtus ſolus, & erunt fortaſſe ſecum duodecim Apoſtoli, de quibus legimus in Scriptura: *Cum venerit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos*, &c. Secundum verò legem humanam talis eſt principans, auctoritate Legislatorum humanorũ, coactivam habens poteſtatem arcendi per pœnam realem aut perſonalem transgreſſores legis humanæ, in præſenti tantummodo ſæculo, non in illo. Verum ad ſuum judicium coactivum exercendum non indiget judex ſecundùm legem divinam inquirere veritatem per teſtimonium, neq; teſtes arcere in judicium pro veritate dicenda, quoniam omnia ſunt nuda & aperta oculis ejus. non indiget gladio ſeu armorum miniſtrorumque potentia coactiva, propter ſententiam ſuam exequendam, pœnam transgreſſoribus inferendo, quoniam *ipſe dixit & facta ſunt*. Sic non autem principans coactivus humanus, quoniam ignorare poteſt, an quis delatus aut accuſatus de illicito actu, illum actũ commiſerit, vel non. Ideoq; tam litigantes, quàm teſtes neceſſe habet in judicium vocare, ipſu[illegible] recuſantes per armatam poteſtatem ad hoc compellere, quoniam per ipſius ſimplex dictum for[illegible] non convenirent, rei præſertim, & qui pœnam ſibi debitam formidarent infligi.

12. Ex hiis igitur jam dictis apparere poteſt reſponſio ad principale quæſitum, cujus videlicet judicis ſit auctoritas judicandi de divortio matrimonio, vel alterius vel utriusque conjugum facta requiſitione. Quoniam ſi fuerit dubium vel quæſtio, utrum propoſitum matrimonium ex aliqua cauſa [illegible]citum aut prohibitum ſit lege divina, eſt auctoritas judicandi de eo ac reſpondendi Epiſcoporum, ſive Presbyterorum, & legis divinæ Doctorum ad hujusmodi ſtaturorum, ſecundum legem honeſtam, ac conſuetudinem regionis, in nullo repugnando coactivæ poteſtati legis divinæ. Ipſorum enim eſt ſcire præcepta, prohibita, & permiſſa, tam circa matrimonium, quàm circa reliquos actus humanos & opera, de quibus & ſecundum quem modum licitè habet fieri vel omitti, ſecundum legem prædictam. Ut ſi dubium ſit, & quæratur ab ipſis, an impotentia unius conjugum ad debitum naturale reddendum ſuo compari conjugi, ſit cauſa efficiens ad divortium matrimonii licitè fiendum inter ipſos, ſecundum legem divinam, judicare habent & reſpondere de hoc ſupradicti ſacræ Scripturæ Miniſtri atq; Doctores: quoniam, ut ſæpe diximus, hoc officium eſt ipſorum; quin immo non facientes hoc punirentur per judicem coactivum ſecundum legem divinam, quamvis in futuro ſæculo, non in iſto. Unde Apoſtolus: *Væ mihi ſi non evangelizavero, quod mihi incumbit*. Sed ſi dubiũ fuerit & quæratur, an talis defectus, propter quem poteſt & debet licitè fieri divortium, inexiſtat alteri conjugum, & alter ſuo compari ſive conjugi inexiſtere aſſerat, & propterea conjunx non patiens petat velitque ab impotente ſive defectum patiente conjuge de matrimonio ſeparari, eſt auctoritas ſive coactivum judicium de hoc Chriſti ſive Dei, ſecundum legem divinam, ad arcendum per pœnam conjugem non juſtum in futuro tantum ſæculo, non in iſto, utpote ſi alium conjugem juſtè agentem liberum non permittat, ſed violentiam inferens in perſona vel rebus ipſum detineat, impediat vel coarctet. Neq; ſuper hoc eget hic judex informari per teſtes, ad ſciendũ utrum talis defectus alteri conjugum inexiſtat, propter quem de matrimonio debeat ſeparari, quoniam nihil occultum eſt oculis ejus, quemadmodum dictum eſt prius. Secundum vero legem humanam, pertinet hoc judicium divortii coactivũ, per pœnam in hoc ſæculo transgreſſoribus inferendam, ad principantem auctoritatem legislatoris humani. Nam quamvis ad legislatorem humanum, vel ipſius judicem coactivũ, non pertineat ſtatuere aut condere ſpiritualia ſive divina præcepta, prohibita, vel permiſſa, ſive conſilia, tamen de actibus hominum & circa ipſa, quantũ circa temporalia, licitè vel illicitè factis vel omiſſis, tam per Sacer[illegible]otes ſeu per ſpirituales Miniſtros, quam per laicos ſive ſæculares perſonas, cum ſpirituales non ſint eſſentialiter, judicare coactivo judicio, & arcere per pœnam in hoc ſæculo committentes illicita, ad præfatum pertinet legislatorem humanum & judicem. Unde Apoſtolus ad Romanos 13. generaliter n[illegible]minẽ excipiendo, malefactores ſeu legis humanæ non repugnantis legi divinæ transgreſſores, Presbyterum ſive non Presbyterum, inquit: *Omnis anima ſubdita ſit poteſtatibus ſublimioribus*, Regibus videlicet, Ducibus & Tribunis, ſecundum Sanctorum expoſitionem ibidem. Et ſcribit: *Q[illegible] enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit & qui ipſis reſiſtunt, damnationẽ ſibi adquirunt*, æternam vi[illegible]licet. Et inquit rurſus: *Miniſter enim Dei eſt, vindex in iram ei qui male agit*, ſupple, quicunq; ſit [illegible] *Non enim ſine cauſa gladium portat*, i. e. habet armatam & coactivam poteſtatem. Quod de nul[illegible]rituali miniſtro dixit Apoſtolus, ſed oppoſuit magis, dum inquit: *A[illegible] militia noſtra non ſunt [illegible]lia*. Et rurſus ad Timotheum: *Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotiis*, i. [illegible]liti[illegible]oſis [illegible]bus. Hiis etiam atteſtatur B. Petrus in ſua Canonica, dum omnes indifferenter, neminem e[illegible] inquit: *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominum*, in Principatu videlicet co[illegible]

[illegible] *nunquam ab eo miſſis, ad* [illegible] *am* [illegible], *lai.* [illegible] *am* [illegible].

13. Hæc [illegible] & [illegible] is ſcriptoribus, ſecundum quod ipſi, vel hominem [illegible] us de ipſis, [illegible] bus ſcribuntur ad ſtatuta [illegible] ha [illegible] de ipſis; ſtatuta, inquam, [illegible] non repugnantia [illegible] divinæ, ſed potius ſibi conſona & decentia, [illegible] legiſlatorem [illegible] judicem ſecularem competens eſt, quinimmo neceſſe [illegible] quirit. Igitur [illegible] matrimonium contrahendum aut jam contractum, interveniente [illegible] rima, quæ [illegible] hominum poſſi [illegible] vel omitti: quæ ſi [illegible] oportet per legislatorem humanum, atque [illegible] judicem co[illegible], transgreſſores arcendo per pœnam. Cujus ſiquidem rei calumniatio [illegible] ponatur, quod alter conjugum poſt latam ſententiam de fiendo divortio matrimonii [illegible] ab altero conjuge diſcedere noluerit, ſed ſecum ipſum per violentiam detinere, aut ipſum [illegible] perſonaliter, aut res ſive ipſius bona contrectare, quemadmodum durante matrimonio ſeu ante factum per ſententiam divortium contrectabat, patuit idus atque cogendus eſſet per pœnam realem aut perſonalem, in hoc ſæculo, & a judice coactivo, tanquam judicatum ſive ſententiam non obſervans. Quædam enim viro licebant ſupra & contra ſibi conjugem mulierem, in perſona & rebus [illegible] exercere ante factum divortium inter ipſos, quæ [illegible] poſt divortium non licent: veluti [illegible] tam ſibi conjugem matrimonio [illegible] peratam arguere [illegible], ac verbis contumelioſis afficere, carnale debitum ab ipſa exigere, aut [illegible] quomodo [illegible] aliter corporaliter tractare, impudice tangendo, [illegible] flagellando, aut de [illegible] dotalibus & [illegible] præter ejus conſenſum diſponere volendo, & ſimilia [illegible] reliquis. Ex quibus [illegible] & pericula [illegible] ſcandala poſt divortium, ſi fieret, provenirent. Propter quæ omnia tollenda ſunt [illegible], & propter [illegible] & evidentem utilitatem, immò neceſſitatem, competit ac debuit [illegible] & poteſt legiſlator humanus de talibus fiendis vel omittendis ſtatuere, judicare atque compellere, videlicet [illegible] in judicium convenire, teſtes ſimiliter pro veritate dicenda vocare, & transgreſſores ad comparendum arcere per pœnam, reliquum quoque, ſententiam diffinitivam [illegible] divortio matrimonii fiendo vel non, proferre. Conformiter tamen in hoc legi divinæ, [illegible] videlicet præceptis ac prohibitis nihil per ſuam ſententiam præcipiendo [illegible] repugnans. Ampl[illegible] utrumque contendentium ſive litigantium in judicio poſt latam ſententiam, ad judicatum per ipſum tenendum ac obſervandum compellere, per pœnam in hoc ſæculo transgreſſori ſententiæ inferendam. Non enim de præfatis corrigendis ſeu regulandis per pœnam in hoc ſæculo transgreſſoribus inferendam, divina lex [illegible] quid ordinavit aut ſtatuit: neque coactivus judex [illegible] ipſi contra quenquam in hoc ſæculo transgreſſorem, per ſe, neq; per aliquem ſucceſſorem, ſive Epiſcopum, ſive Presbyterum, aut ſpiritualem Miniſtrum, conjunctim vel diviſim, [illegible] aut voluit coactivum judicium exerceri. Nec ex his poteſt propriè inferri, quod humanæ legi ſubjiceat lex divina vel legiſlator ipſius, ſed ut potius e contrario. Nam legiſlator humanus præcipit fieri [illegible], quod ſtatutum eſt per divinum legiſlatorem, aut legem divinam. Neq; ſimiliter per ipſius judicē coactivum, Chriſtum videlicet, ſed potius e contrario. Veruntamen juſtè præcipit, quod præcipere poteſt legiſlator divinus, & ipſius auctoritate judex hoc principans coactivus legis humanæ, in iſtis prædictis, & reliquis ſecularibus, nihil [illegible] agere circa ſpiritualia ſeu de ipſis, nec circa ipſa temporalia vel de ipſis: ac mandat Miniſtris [illegible] ac ſibi debita officia de talibus, ac circa talia exercere, ipſos [illegible] in hoc ſæculo per pœnam arcere perſonalem atque realem, ſi transgreſſi fuerint humanæ legis præcepta, legis divinæ præceptis non repugnantia. Nam ex officio [illegible] commiſſo ſecundum legis divinæ ac humanæ præcepta tenent Epiſcopos ſeu Presbyteros ad docendum, prædicandum, & ſpiritualia Chriſti fidelibus miniſtrandum, ut Baptiſmum, & reliqua ſimilia fidelibus exhibendum. Propter hoc enim ipſis miniſtrantur carnalia ſive corporalia per Chriſti fideles. Unde Chriſtus: *Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.* Et Apoſtolus 1. Cor. 9. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, non eſt magnum, ſi veſtra carnalia* id eſt, temporalia, *metamus.* Propter quod tanquam operarii ſuſcipientes, aut qui ſuſceperunt mercedem, obligati ſunt & tenentur, ac arceri poſſunt per pœnam in hoc ſæculo, ac per coactivum humanum judicem, ad docenda ſpiritualia, & modo debito & tempore miniſtranda.

14. Ex prædictis igitur evidenter apparet, judicium coactivum ſive ſententiam proferre, ac exequi per coactivam poteſtatem, ſi per divortio matrimoniali fieri requiſito, ad Romani Principis ſive noſtram auctoritatem, vel eorum quibus per nos conceſſa fuerit talis auctoritas ſive poteſtas, ſolummodo pertinere. Propter quod ad divortium matrimonii conſummandum inter Johannem & Margaretam prædictos.

15. NOS LUDOVICUS IV. Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro tribunali judice ſedentes, in cauſa ſive lite divortii ſeu ſeparationis matrimonii, quæ vertebatur inter illuſtres perſonas, Johannem Regis Bohemiæ filium, requiſitum parte ex una; & Margaretham Duciſſam Karinthiæ & Tyrolis Comitiſſam, ex altera parte, tanquam actricem, ac requirentem a dicto Johanne jam vocato conjuge ſuo de matrimonio ſeparari; Viſis & intellectis tam per nos, quam præfatos Doctores [illegible] probationibus & teſtimoniis Margaretæ præfatæ, nec non contumacia [illegible] dicti J[illegible], [illegible] & determinamus, præfatam Margaretam ſeparari debere [illegible] a præfato Johanne, eque converſo, [illegible] ipſorum alte[illegible] pedire. [illegible] Margaretam hoc requirentem inſtanter, ut ſupra, ſepara[illegible], abſolvimus, & ſepa[illegible] dicamus in matrimonio à jam dicto Johanne [illegible] hanc no[illegible] ſententiam diffiniti[illegible]: ita videlicet, quod de cætero præfatus Johannes ſupradictæ

dictæ Margaretæ in nullo matrimonii debito teneatur; neque ſimiliter præfata Ma[illegible]eta ſup[illegible]cto Johanni: ſed liberum ſit utrique de corpore proprio ſive perſona, & omnibus bonis pro[illegible] juribus ac rebus tam mobilibus quam immobilibus, facere vel diſponere, & quod libet ordin[illegible] ſuæ propriæ libito voluntatis.

Anno Chriſti 1348.

CAROLI IV. IMPER. AUG.
CONFIRMATIO
DE ELECTIONE REGIS BOHEMIAE.

CAROLUS Dei gratia Romanorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Innata cordi noſtro benignitas circa fidelium & devotorum noſtrorum honores & commoda continuis vigiliis, votis ipſorum annuentes jugiter nos inducit, quoties poſcentium vox eſt juſta. In hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed Regalis ſceptri faſtigium extolli ſalubriter arbitratur. Sanè ad noſtræ Celſitudinis præſentiam venerunt Archiepiſcopus Pragenſis; Olmucenſis, & Vratislavienſis ac Luthonienſis Epiſcopi; nec non Illuſtres Johannes Carinthiæ Comesque Tyrolis & Goritiæ, germanus noſter chariſſimus, ac Nicolaus Opaviæ & Ratihorum Duces, cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles Regni noſtri Boemiæ, & pertinentiarum ejusdem, præſentiam accedentes, nobis humiliter ſupplicarunt, ut quasdam literas FRIDERICI Divi Romanorum Imperatoris, prædeceſſoris noſtri, nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba:

FRIDERICUS *divina favente clementia Romanorum Imperator Electus & ſemper Auguſtus, &c.* confirmare auctoritate Regia dignaremur. Nos itaque præfatorum, Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum & Nobilium, quos honoris & felicis ſtatus Romani Regni, & ſacri Imperii fideles & ſollicitos præ cæteris novimus delatores, ipſumque Regnum Boemiæ Romani Regni fore membrum nobilius, ſupplicationibus benigniùs inclinati, præfatas literas & omnia ac ſingula contenta in eisdem ratificamus, laudamus, approbamus, confirmamus & de novo ex certa ſcientia de noſtræ Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regni Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus & Nobilibus, ac Univerſitati Regni ipſius, & pertinentiarum ejusdem ad uſum & opus Regum Boemiæ in perpetuum damus tenore præſentium, conferimus & donamus, omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, de uberiori dono Majeſtatis Romanæ Regiæ & plenitudine poteſtatis reparantes omnimodò & ſupplentes.

2. Verum cum contra ea contenta literis nonnulli calumniari aut interpretari ſiniſtrè, ſeu in ſenſum reprobum declarare; imò veriùs obſcurare forſitan niterentur, ad tollendum de medio omne dubium vel obſcurum, quibus dictarum ſeries aſpergitur literarum. Ut Regni Bohemiæ præfati ipſi incolarum ſtatus in ſyncera Imperii dilectione perſeveret concordia & unitatem in vinculo pacis conſervet: ac incolæ dicti Regni his, quæ diſſentiæ cauſa & materia eſſe poſſent, temporibus profuturis, & animarum ac corporum inde naſcituris periculis, rerumque diſpendiis proventuris, ſolerti præventione, antequam oriantur, tam prudenter quam ſalubriter præciſis, manſueti terrã hereditent, & in pacis multitudine delectentur electionem Regis Boemiæ in caſu duntaxat & eventu, quibus de genealogia, progenie vel ſemine aut proſapia Regali Boemiæ maſculus vel femella ſuperſtes legitimus, quod Deus avertat, nullus fuerit oriundus, vel per quemcunque alium modum vacare contigerit, dictum Regnum ad Prælatos, Duces, Principes, Barones, & Nobiles, & communitatem Regni Præfati, & pertinentiarum ejusdem: habitaque cum nonnullis Romanorum Regis, futuri Imperatoris, Electoribus, & aliis Principibus, qui tunc temporis noſtræ Celſitudinis præſentiæ aſſiſtebant, deliberatione matura, ipſorumque ſano digeſto conſilio, volumus, decernimus, pronuntiamus, interpretamur, & præſentis ſcripti patrocinio declaramus, ritè, juſtè in perpetuum poſſidere ipſius Regis Boemiæ electionem in caſu & eventu prædictis, & non aliis, præfatis Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus & Communitati dicti Regni & pertinentiarum ejusdem, de noſtræ Romanæ plenitudine poteſtatis, ac ex certa ſcientia, damus, concedimus, conferimus & donamus, dictamque electionem meliori, ſalubriori & firmiori, quo poteſt, modo fieri confirmamus & transferimus in eosdem: volentes etiam, ut quicumque in Regem Boemiæ electus fuerit, ad nos & ſucceſſores noſtros Romanor. Reges & Imperatores accedat, ſua à nobis modo debito & ſolito regalia accepturus: non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus, ſtatutis & edictis, factis & editis in contrarium quibuscumque. quas & quæ, quaotum ad hoc, ac ſi forent nominatim & de verbo ad verbum ſcripta præſentibus & inſerta, revocamus, caſſamus, irritamus, annihilamus, & de dictæ Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis decrevimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

3. Inſuper ad univerſorum & ſingulorum notitiam cupimus pervenire, quòd prædictæ literæ Bulla Aurea typario Majeſtatis præfati FRIDERICI Romaoorũ Imperatoris Electi, qua ipſe Rex Siciliæ Dux Apuliæ, & Princeps Capuæ ante coronationem Regni Romanorum ſolemniter utebatur, prout nobis conſtat, & ſumus plenarie informati: & ſicut glorioſæ memoriæ HENRICUS avus noſter, quondam Romanorum Imperator, ſigillo Comitatus Lucemburgenſis, & cæteri Divi Romanorum Imperatores Electi prædeceſſores noſtri, ſuorum titulorum: nosq. etiam Marchionatus Moraviæ ſigillo autentico ante ipſorum & noſtræ coronationis ſolemnitatem uſi ſumus. In cujus

Bullæ

[illegible] apertè Maj[illegible] ſunt verba iſta: FRID[illegible]IS DEI GRATIA SICILIÆ REX, DUX APULIÆ ET PRINCEPS CAPUÆ. Et ab illa parte, ubi eſt impreſſio caſtr., XPS VINCIT, XPS REGNAT, XPS IMPERAT, exiſtunt ſanè & integre, omni carentes vitio.

4. Nulli ergò omnino liceat hanc noſtræ laudationis, ratiſicationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis, & annihilationis paginam infringere vel ei auſu temerario in aliquo contraire. Contrarium facientes, ſi qui fuerint, quod abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Romanæ, quam ob hoc ſe noverint graviter incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Romani Regni fiſco componant: ipſarum videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regum & Imperatorum Curiæ ſeu Cameræ; & reliquam paſſis injuriam, irremiſſibiliter applicandam.

5. In quorum omnium teſtimonium & ad certitudinem pleniorem præſentes fieri juſſimus, & noſtræ majeſtatis ſigilli appenſione muniri. Hujus rei teſtes ſunt:

Gerlacus Archiepiſcopus Moguntinenſis, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.
Rudolphus Senior Saxoniæ Dux, ſacri Imperii Mareſcalcus.
Rudolphus Junior Saxoniæ
& Fridericus de Teck } Duces.
Joannes Burggravius Nurmbergenſis.
Ulricus Landgravius de Lutemberg.
Fridericus de Orlemund,
Ulrich de Helfenſtein,
& Rudolphus de Wertheim } Comites.
Petrus de Herſii,
Crafto de Hohenloh
Gottfridus de Bruneck,
Eberhardus & Fridericus de Valſe,
Eglof de Friburg,
& Burckhardus de Erlbach, } Romani Regni Præfati Principes & Barones.

Datum Pragæ, Anno Domini MCCCXLVIII. Indictione prima, VII. Idus Aprilis: Regnorum noſtrorum anno II.

CAROLI IV. IMP. AVG. *Anno Chriſti 1353.*

RESCRIPTUM

DE PRIMARIIS PRECIBVS.

KAROLUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, honorabilibus Præpoſito & Conventui Canonicorum Regularium monaſterii in Revengerſsburch Ordinis Sancti Auguſtini Moguntinæ diœceſeos, devotis noſtris dilectis gratiam Regiam & omne bonum. Aſſumpti divinitus, quamvis inſufficientibus meritis, ad culmen regiæ dignitatis, libenter perſonas Eccleſiaſticas promovemus, ipſisq; gratiam à Deo collatam gratioſius impartimur. Cum itaq; nobis tam de jure quàm antiqua & approbata conſuetudine, à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris hactenus obſervata, competat, quod ex coronationis noſtræ ſolenniis ad Romanorum regnum, quæ in nobis nutu divino dudum ſunt completa, in quolibet monaſterio in Imperio conſtituto unam tantum perſonam virtute primariarum precum noſtrarum ad beneficium Eccleſiaſticum facere poſſimus promoveri. Hinc eſt quod pro dilecto nobis Petro Conradi de Dylle presbytero devoto noſtro dilecto vobis primarias dirigimus preces noſtras, devotionem veſtram attento ſtudio inquirimus, & hortamur, vobis nihilominus per regalia ſceptra mandaotes, quatenus præfato Petro aut ipſius procuratori ac nomine & vice ipſius de beneficio Eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura, quod vacat ad præſens, vel quod primũ vacaverit, ad veſtram præſentationem, collationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſpectans, in quacunq; diœceſi aut Moguntina aut Treverenſi, aut aliis quibuscunq; diœceſibus hujusmodi beneficium conſtitutum fuerit, autoritate & virtute primariarum precum noſtrarum providere debeatis, quavis contradictione ceſſante, dummodo vobis pro alia perſona prius non direxerimus preces noſtras: jus noſtrum & dictam conſuetudinem in præmiſſis nobis taliter ſervaturi, prout jura, gratias & liberalitates vobis & dicto veſtro monaſterio à divis Romanorum Impp. & regibus prædeceſſoribus noſtris datas & conceſſas nos delectet non minuere ſed augere; præſentium ſub noſtro majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Spyræ, Anno Domini MCCCL. tertio, Indictione ſexta, 6. Kal. Decemb. Regnorum noſtrorum anno octavo.

CAROLI IV. IMPER. AUG. *Anno Chriſti 1354.*

FORMULA

CONCESSAE SEDIS LIBERAE, ET FRYGRAVIATVS.

CAROLUS Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etſi Regiæ dignitatis circumſpecta benignitas univerſos & ſingulos fideles ſuos, quos Romanum ambit Imperium, pio favore perſequitur: ad illorum tamen ſtatum & commoda

da promov[illegible] nos pro exaltan[illegible] bus, fid[illegible] & opp[illegible] honoribus in [illegible]ſſos. At[illegible] grata ſervi[illegible] & [illegible] Mindenſis Eccleſiæ Epiſ[illegible] ceps Conſiliarius devotus [illegible] & ſacro Imperio fructuosè & fideli[illegible] exhibuit, [illegible] libet in pr[illegible] [illegible] fructuoſ[illegible] in ſuturum, volentes [illegible] tu præmiſſorum gratiam facere ſpecialem, [illegible] & ſucceſſoribus ſuis, ac ipſi Eccle[illegible] ſi duas liberas ſedes, quæ propriè [illegible] vulgariter Vemeding nuncupantur, unam videlicet ante [illegible] Halderi prope Lubck, & aliam ante villam Walnen prope Mindam, de liberalitate Regia & certa [illegible]ſtra ſcientia damus, concedimus & donamus; ſtatuentes, decernentes auctoritate præſentium, & [illegible]lentes, ut dictus Epiſcopus ſucceſſoresq; ſui, ac ipſa Mindenſis Eccleſia, dictas duas ſedes cum u[illegible]verſis & ſingulis juriſdictionibus, honoribus, prærogativis, juribus, gratiis, utilitatibus, commodi[illegible] libertatibus tenere, habere a[illegible] ipſis gaudere debeant, quibus cæteri conſimiles ſedes habentes, ſi[illegible] Ducatus Aſcaniæ & W[illegible]aliæ gaudent, jure vel conſuetudine ſeu quomodolibet potiuntur. M[illegible] damusig[illegible] univerſis & ſingulis Principibus tam ſpiritualibus quàm ſecularibus, Baronibus, No[illegible]libus, Univerſitatibus, cæteriſq; noſtris & ſacri Imperii fidelibus cujuscunq; dignitatis, conditi[illegible] vel ſtatus exiſtant, præſentibus & futuris, firmiter & diſtrictè, quatenus prædictum Theodoricum [illegible]piſcopum, ſucceſſores ſuos, & ipſam Eccleſiam Mindenſem, in hac noſtra donationis & collatio[illegible] gratia, non impediant, nec ab aliis impediri permittant, verùm eos in ea manuteneant, protegant [illegible]vorabiliter & conſervent. Contrarium facientes pœnam banni Regii & centum marcharum auri [illegible]ri ſe noverint irremiſſibiliter incurſuros, quarum medietatem Regiæ Cameræ ſive Fiſco, reſid[illegible] verò Venerabilium Epiſcoporum dictæ Mindenſis Eccleſiæ, qui pro tempore fuerint, utilitati & uſi[illegible]bus volumus applicari, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Franckfordiæ, Anno Domini MCCCLIV. Indictione ſeptima, XVIII. Kalend. Februarii, Regnorum noſtrorum anno octavo.

Anno Chriſti 1354.

RECOGNITIO
QUOD IMPERATRICI IMPONITUR DIADEMA in Aquisgrano.

UNIVERSIS ſacri Imperii Romani fidelibus & ſubditis, Wilhelmus Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius, ſalutem. Sacris nuper literalibus Sereniſſimi ac invictiſſimi Domini CAROLI, Dei gratia Romanorum Semper Auguſti & Bohemiæ Regis receptis affatibus, quibus nobis idem Dominus noſter demandare curavit, prout etiam nobis apud ipſius Regiam Majeſtatem perſonaliter conſtitutis duxit vivæ vocis oraculo committendum, quatenus Sereniſſimam Dominam noſtram Annam ipſius conthoralem Romanorum Reginam augurare, inungere, conſecrare, Regniq; diadema eidem imponere curaremus: Nos in ipſius Dominæ noſtræ comitatu ac obſequio, ut decebat, Aquisgranum perreximus, ac ibidem in Eccleſia Beatæ Mariæ Aquenſis, in qua ex more Divi Romanorum Reges & Reginæ inungi, conſecrari & coronari conſueverunt, infra Miſſarum ſolennia, cum ea, qua decuit, ſolennitate per nos officiosè celebrata, eandem Sereniſſimam Dominam noſtram in Romanorum Reginam cum ceremoniis & ſolennitatibus debitis & conſuetis propenſiùs & obſervatis, inunximus & conſecravimus, ipſamq; in ſolio Regiæ Majeſtatis collocantes, in Reverendorum Patrum & Dominorum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum, necnon Procerum, Comitum, Nobilium, Baronum, Regni fidelium, populique innumeri multitudinis præſentia, eidem Dominæ noſtræ ſacri Romani Regni impoſuimus diadema. in quorum teſtimonium hanc paginam conſcribi, noſtrique majoris ſigilli appenſione fecimus communiri. Datum & actum in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis Aquenſis, Leodienſis diœceſis, Anno Domini MCCCLIV. Dominic. Septuageſima, quæ fuit menſis Februarii die nona.

CAROLI IV. IMP. AUG.
CONSTITUTIO
De Officio Archicancellarii Imperatricis in coronatione ejus & aliàs obſervando.

DECERNIMUS, & hoc Imperiali ſancimus edicto: quod tu, & omnes tui ſucceſſores Abbates Fuldenſes, dum & quotiens Imperatricem ſive Reginam Romanam coronari, aut in veſte Imperiali ſeu Regia ſedere vel ſtare contigerit, tu & dicti ſucceſſores tui coronam ſuam, quotiens more vel ordine poſcente, à capite ipſius deponi debuerit, & deponendi eandem ac tenendi, & etiam reponendi, quotiens neceſſe fuerit, fungi debeatis officio, ut ex hoc dictum Cancellariatus officium, necnon inſignis Fuldenſis Eccleſia, tanquam nobile membrum Imperii, propenſiùs honoretur.

CAROLI IV. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1354.

CONFIRMATIO CONSTITUTIONIS Ludovicianæ.

DE IURE ET SUCCESSIONE ELECTORUM PALATINORUM

CAROLUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, & Bohemiæ Rex; notum facimus univerſis, quod conſtitutus in noſtra præſentia Illuſtris Rupertus ſenior Comes Palatinus Rheni, ſacri Imperii Archidapifer & Dux Bavariæ, ſororius & Princeps noſter dilectus, nobis quasdam literas claræ memoriæ Illuſtris Johannis quondam Bohemiæ Regis, genitoris noſtri dilecti, curavit oſtendere, ut de tenore ipſarum dignaremur teſtimonium perhibere. Quarum tenor ſequitur in hæc verba.

Nos JOHANNES Dei gratia Bohemiæ Rex ac Lucenburgenſis Comes, notum eſſe volumus tenore præſentium univerſis, nos vidiſſe & plenè perlegiſſe literas Sereniſſimi Principis, Domini LUDOVICI Romanorum Imperatoris, & Domini Ludovici Marchionis Brandenburgenſis, continentes ordinationem & tractatum de Comitibus Palatinis Rheni, quis ipſorum jus ſeu vocem electionis in Romano Imperio ſeu Rege Romanorum quamplurimùm eligendo habere meritò deberet. Ex quibus ſiquidem literis prædictis liquidè apparet, Excellenti Principi Domino Rudolfo Comiti Palatino Rheni ac Duci Bavariæ, quamprimum opportunitas ad hoc ſe nfferet, ut Romanorum Rex eligi deberet, competere jus & vocem in electione duntaxat, & nulli alteri perſonæ. Eo igitur per dictum Dominum Rudolfum ſupplicatum nobis extitit, ut ordinationi præfatæ in prædictis literis contentæ noſtrum præbere vellemus conſenſum benivolum & aſſenſum. Nos itaq; tanquam is ad quem hoc de jure, ſicut ad Priocipem & Electorem Imperii, ſpectare dinoſcitur, ſupplicationibus prædicti Domini Ducis annuere cupientes, præfatam ordinationem factam per literas prædictas ratificamus, & noſtrum ei præbemus conſenſum, aſſertionem & aſſenſum expreſſum, recognoſcentes ipſum in prima electione futuri Regis Romanorum eligendi facienda habere vocem eligendi, tanquam Principem & noſtrum in ipſa electione Coelectorem, harum noſtrarum teſtimonio literarum. Datum Franckfurt, quinta feria proxima ante diem Palmarum, Anno Domini MCCCXXXIX.

Nos igitur ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quòd easdem literas ſub propriis figuris & elementis, & ſub ſigillo majori conſueto dicti genitoris noſtri in vera figura ſigillatas vidimus, & de veritate & integritate ipſarum teſtimonium perhibemus, præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum in Keyſersperg, Anno Domini MCCCLIV. XI. Kalend. Junii; Regnorum noſtrorum anno octavo.

CAROLI IV. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1354.

MANDATUM

DE IURE ET SUCCESSIONE ELECTORUM PALATINORUM.

KAROLUS Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, Rudolpho Saxoniæ Duci, &c. Princeps & avuncule dilecte, literas felicis recordationis Illuſtris Johannis olim Bohemiæ Regis, genitoris noſtri cariſſimi, vero ſuo ſigillo pendenti ſigillatas vidimus, expreſsè continentes, quod felicis recordationis Illuſtris Rudolffus, olim Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Princeps & ſocer noſter dilectus, ratione dicti Comitatus ſacri Imperii eſſet Elector, & ex eo juſtitia ſuadente rationabiliter declaravimus, Illuſtrem Rupertem antiquiorem Comitem Palatinum Rheni & Ducem Bavariæ, ſororium & Principem noſtrum dilectum, dicti olim Rudolffi ſoceri noſtri germanum, verum Imperii Principem Electorem fore, & unà cum aliis ſacri Imperii Principibus Electoribus veram eligendi vocem Romanorum Regem in Imperatorem promovendum habere, prout in litera noſtro ſub appreſſo ſigillo ſigillata præmiſſa ſingula lucidiùs contineri videbis. Et quia præſcripta rationem ſapiunt, Dilectionem tuam attento ſtudio requirimus, exhortamur, ut ſuper eadem materia literas tuo ſub ſigillo ſigillatas præfato Ruperto Principi noſtro juxta formulam notulæ, quam tibi præſentibus mittimus interclusam, in qua nil aliud continetur, quàm in noſtra litera eſt expreſſum, eo dumtaxat excepto, quòd nos ſub certis modo & forma, & tua dilectio ſub aliis, loquimur, prout convenit, velis exhibere. Datum Oppenheim, anno Domini MCCCLIV. feria tertia proxima poſt aſcenſionem Domini noſtri: Regnorum noſtrorum octavo.

CAROLI IV. IMPER. AVG.

Anno Chriſti 1355.

CONSTITUTIO

De incorporatione Ducatuum Poloniæ & Sileſiæ & Marchionatus Luſatiæ, quod perpetuò Regno Bohemiæ ſint indiviſibiliter counita.

IN nomine Domini Sanctæ & individuæ Trinitatis. CAROLUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, &c. ad perpetuam rei memoriam. Inſignes laudabilis famæ titulos moderni temporis meretur glorioſa poſteritas, ſi quod prædeceſſorum Illuſtrium circumſpecta pridem inſtau-

inſtauravit pro[illegible]ſio,vigilanti [illegible]ura proſequitur,& gratæ ſolicitudinis munit o[illegible] ris ſolertia perenni ſucceſſorum commendentur memoriæ, & ex perfectione [illegible] quaſi ex relucenti ſpeculo vetuſtatis ſurgat de felicibus mortuis felix memoria rediviva.

1. Sane licet pridem recolendæ memoriæ Divus FRIDERICUS Romanorum Im[illegible] guſtus,prædeceſſor noſter,de ſingulari ſuæ benignitatis munere,claræ recordationis Il[illegible]ſtri [illegible] lao quondam Boemiæ Duci,qui Regnum Bohemiæ ante coronationem ſuam reg[illegible]bat &[illegible] dibus Bohemiæ Regibus cenſum de terra Poloniæ,quem anteceſſores ejus Duces Bohemiæ a[illegible] nia multis temporibus accipere conſueverant,quemque Poloniæ & Sileſiæ Duces ſacro Imperio [illegible] vere tenebantur,prout in literis Imperatoris præfati evidenter exprimitur, liberaliter duxerit [illegible] gandum. Ipſi quoq; Duces Poloniæ & Sileſiæ eundem cenſum Illuſtribus progenitoribus, & p[illegible] ctis noſtris Bohemiæ Regibus,in ſignum ſubjectinnis debitæ,& in recognitionem ſui ſuperioris D[illegible] mini ritè perſolverint multis temporibns retroactis:tamen ad abundantius cautelæ præſidium,tra[illegible] temporis dicti Duces ſuorum heredum & ſucceſſorum nomine atq; vice,Principatus,terras ac do[illegible] nia ſua,à claræ memoriæ Illuſtri Joanne quondam Bohemiæ Rege,genitore noſtro cariſſimo defuncto,& à Corona Regni Bohemiæ præſtiterunt ſolemnitatis, obedientiæ,homagii,ſubjectionis & [illegible] delitatis debitæ juramenta corporalia.

2. Et licet inſignis Ducatus Uratislavienſis & Sileſiæ,cum ſuis omnibus pertinentiis, ad utilem & immediatum Dominum Illuſtrem quondam Bohemiæ Regem,progenitorem noſtrum,& Coronam Regni Bohemiæ ſpectaverit ab antiquo, ſicut hoc literæ recolendæ memoriæ Domini RUDOLPHI Romanorum Regis, prædeceſſoris noſtri,oſtendunt. In quarum prima quandam ordinationem inter Illuſtrem Ottocarum quondam Bohemiæ Regem,proavum noſtrum cariſſimum ex una,& H[illegible] ricum Ducem Uratislavienſem parte ex altera: videlicet quòd dictus Ottocarus Rex eidem Henrico Uratislavienſi & Sileſiæ Duci,in caſu, ſi Ducem præmori contigerit, in præmiſſo Ducatu Uratisl[illegible] vienſi & Sileſiæ , terris, & omnibus dominiis ſuis deberet ſuccedere, per ſe factum adſerit, & in [illegible] de ipſarum dicto Henrico Duci jam ſublato de medio, prædictum Regem Ottocarum, heredes & ſucceſſores ſuos, Reges Bohemiæ, de Ducatu Uratislavienſi & Sileſiæ, terris & dominiis præſatis, tanquam actu vacantibus,propter multa grata ſervitia,quæ Illuſtres Bohemiæ Reges ſacro Romano Imperio ſecerant,ſolenniter inveſtivit,lucidiùs atteſtantur:tamen Illuſtris quondam Johannes Boemiæ Rex,genitor noſter præfatus, cum Henrico ſeptimo & ultimo Uratislaviæ & Sileſiæ Duce, ſororio noſtro,dum uterque ipſorum vitam ageret in humanis,quandam ordinationem iniit & tractavit; [illegible] delicet quòd dictus Dux Henricus terram & diſtrictum Glacenſem cum vaſallagiis, feudis,dominiis & aliis omnibus pertinentiis ſuis,de conſenſu dicti genitoris noſtri , ad vitæ duntaxat tempora hab[illegible] re deberet,ut tamen eo moriente,Ducatus ſui, puta Uratislavienſis & Sileſiæ,ad prædictum Glacenſe dominium, ad uſum & poſſeſſionem genitoris noſtri , heredum & ſucceſſorum ipſius Regum, & Coronæ Regni Bohemiæ,ſine difficultate qualibet revenirent. Sic hoc proceſſu dierum ad finem devenit intentum. Eoq; dictus genitor noſter, dum viveret, moriente Duce præfato, Ducatum Urati[illegible]avienſem & terram Glacenſem præſatam tenuit & poſſedit,& nos utrumque de præſenti, velut Bohemiæ Rex, in poſſeſſione tenentes, utrobilibet dominamur.

3. Et quamvis Marchia Budiſinenſis & Görlicenſis, quæ cum cæteris civitatibus,oppidis & pertinentiis ſuis ad Regnum & Coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerunt, per Illuſtrem Ottocarum quondam Regem Bohemiæ, proavum noſtrum,in perſonis quondam Illuſtrium Brandenburgenſium Marchionum,ex certis cauſis & rationibus alienata fuerit:aliquando tamen Marchionibus prędictis, abſq; ſexus maſculini heredibus,decedentibus ex hac vita. Nobiles,Milites, Clientes, cives , univerſique incolæ Marchiæ Budiſinenſis & Gorlicenſis præfatæ , animadverſione debita cognoſcentes, qualiter ad Coronam & Regnum Bohemiæ,tanquam ad immediatum & naturalem Dominum, dudum pertinuerant,ad ſubjectionem & obedientiam Illuſtris Joannis quondam Bohemiæ Regis, genitoris noſtri,tanquam ad ordinarium,legitimum & naturalem dominum ſuum,& ad Coronam Regni Bohemiæ,de cujus gremio jamdudum conſtiterant, ut præfertur, deliberatione non unprovida redierunt.

4. Nos igitur indefeſſam ſolicitudinis operam, & diligentiam exquiſitam, quam ſæpedicti proavus,pater,ac progenitores noſtri cariſſimi,quondam Bohemiæ Reges,ad obtinendum ſubjectionis vaſallagium, & obedientiam Illuſtrium Sileſiæ & Poloniæ Ducum, videlicet Lignicenſis, Brigenſis, Munſterbergenſis,Olsnenſis,Glogovienſis,Saganenſis,Opulienſis, Falckenbergenſis,Strelicenſis, Teſchinenſis,Tolsnenſis,Buthunienſis,Stenavienſis,Oſuecienſis:Principatus Maſſoviæ,& Ducatus in Plotzka , Principum & fidelium noſtrorum; Principatus ſeu Ducatus Uratislavienſis & Sileſiæ necnon civitates,videlicet Uratislavia,Novumforum,Franckenſtain,Stinaviam,Goravv,& medi[illegible] partem Glogoviæ & pertinentiarum ipſius: & etiam Budiſinenſem & Gorlicenſem Marchiam, [illegible] præfertur,non abſq; magnis impenſis & infinitis laboribus habuerunt,in noſtræ Majeſtatis acie[illegible] tinuò revolventes,ut virtutum ipſorum frequentia,& ſolicitudo laborum, præteriti ſub felice n[illegible] regimine ſolidetur,ſicut dudum de plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis ſtatuendum duximus, ita & nunc ex certa ſcientia ſtatuimus de noſtræ Imperialis plenitudine poteſtatis,quòd omnes ſupradictæ ſententiæ,& Clementiæ Imperialis & Regalium literarum , quas ad probationem dictarum [illegible] tentionum adduximus,ſemper & ubique in judicio & extra,& in ſingulis actibus publicis & priv[illegible] quotiens tenorem præſentium legi & publicari contigerit, ejuſdem efficaciæ, vigoris & auctori[illegible]

ex

[illegible]

... necnon M[illegible] Budiſinenſem & Gorlicen[illegible] cum [illegible]ſ, [illegible]la-[illegible], [illegible], [illegible]tatibus, fructibus, obventionibus, juriſdiction[illegible], honoribus, [illegible] conſuetudinibus, & omni[illegible]us dic[illegible]orum Ducatuum & Marchię pe[illegible], velut utile & im-[illegible] dominium noſtrum, & Regn[illegible] Bohemiæ præfati, eidem Regno, & [illegible] felici Coronæ, in [illegible] adjungimus, incorporamus, inviſceramus, adſcribimus, adpropri[illegible] & indiviſibiliter [illegible]mus, counimus.

[illegible] Speciali etiam ex nomine interpretamur, pronuntiamus, diffinimus, proteſtamur, & dicimus, [illegible] certa noſtra ſcientia declaramus, quòd præfati Duces Sileſiæ & Poloniæ, heredes & ſucceſſo-[illegible]rum, in p[illegible]petuum, quotiens Ducatus eosdem aut alterum ex eis vacare contigerit, ipſos vel [illegible] a nobi[illegible], heredibus & ſucceſſoribus noſtris Boemiæ Regibus, & Coronæ Regni ejusdem, ho-[illegible] obedientiæ, fidelitati & ſubjectionis debitæ teneantur ac debeant præſtare & [illegible]ere corpora-[illegible] juramen[illegible]a, ſupplentes omnem defectum, ſi quis in literis vel privilegiis dictorum Imperatorum & Regum Romanorum memoriæ recolendæ, aut etiam in ordinatione ſeu tractatu dicti [illegible]itoris no-[illegible], qu[illegible]m cum præfato Henrico ſeptimo & ultimo Uratislavienſi & Sileſiæ Duce habuiſſe digno[illegible]ci-[illegible], ſeu in reditu Nobilium, Militum, clientum, civium, & incolarum Budiſinenſis & Görlicenſis Marchiæ, quo ad Regnum Boemiæ, ut præmittitur, ex cauſis legitimis redierunt, vel in præſentibus [illegible]his literis verborum defectus, interpretatione dubia, ſententiarum obſcuritate, vel alia quavis oc-caſion[illegible], compertus fuerit, de certa noſtra ſcientia, ac de præd[illegible]cta Imperialis plenitudine poteſtatis, n[illegible]n obſtant[illegible]bus l[illegible]gibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel commu-n[illegible]bus ſtatutis ſeu edi[illegible]is, publicis, vel privatis, factis & editis in contrarium, quibuscunque; quas & quæ, qu[illegible]tum ad hæc, ac ſi nominatim de verbo ad verbum præſentibus inſcripta & inſerta conſiſte-rent, etiamſi de his ju[illegible] vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, revocamus, caſſamus, irrita-mus, annihilamus, & de prædictæ Imperialis poteſtatis plenitudine decrevimus firmitatis fore nulli-us penitus & momenti.

6. Nul[illegible] ergò hominum liceat hanc noſtræ adjunctionis, appropriationis, conjunctionis, incorpo-rationis, inviſcerationis, adſcriptionis, interpretationis, pronuntiationis, diffinitionis, proteſtationis, declaratio[illegible]is, diſcreti defectus ſuppletionis, revocationis, caſſationis, irritationis & annihilationis paginam in[illegible]ringere. Contrarii verò facientes, ſi qui fuerint, quod abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis, quam ob hoc ſe noverint incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Romani Regni fiſco componant: ipſarum videlicet medietatem noſtræ ſeu ſucceſſorum noſtrorum Curiæ ſeu Cameræ, reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandam.

Signum Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini KAROLI Quarti Romanorum Imperatoris, Semper-Auguſti.

Teſtes hujus ſunt:

Venerabilis Erneſtus Pragenſis Archiepiſcopus.

[illegible]uſtris Rudolphus Senior Dux Saxoniæ, ſacri Imperii Archimarſchallus, avunculus noſter.

ac Venerabiles { Pretzlaus Uratislavienſis, Cancellarius Aulæ noſtræ, Johannes Olmicenſis, Johannes Luthonienſis, Theodoricus Mindenſis, Henricus Lumudenſis, } Epiſcopi.

[illegible]ſtres { Rudolphus Junior Saxoniæ & Joannes Opaviæ } Duces.

Spectabiles { Burghardus Magiſter Curiæ noſtræ, Burggravius Magdeburgenſis, & Albertus de * Anchtal. } Comites.

* ſ. Anhalt.

& Nobiles { J[illegible]annes de Roſenberg, Johannes de Sternberg, Z[illegible]ncko de Haſenberg, G[illegible]us de Schvvanberg, P[illegible]rck[illegible] de Conſtat, D[illegible]nyſius de Romnitz, & Ul[illegible] de Viſa:

[illegible] quàm plures noſtri fid[illegible]les, præſentium ſub Bulla Aurea. Datum Pragæ, Anno Domini 1355. In[illegible]ctione octava, [illegible] Idus Octobr.

INFRA

Anno Chriſti 1355.

INFRA SCRIPTÆ LITERÆ SUNT OBTENTÆ A PRINCIPIBUS ELECTORIBUS IN SOLENNI CURIA IMPERIALI IN NUREMBE

GERLACUS ARCHIEPISCOPUS MOGUNTINENSIS, TAN Princeps Elector, confirmat incorporationem & declarationem Domini CAROLI Imper. factam ſuper Ducatibus Poloniæ & Sileſiæ, & Marchionatu utriusq; Luſatiæ.

NOS GERLACUS Dei gratia ſanctæ Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopus, & Sacri Im per Germaniam Archicancellarius, ad perpetuam rei memoriam. Sereniſſimus ac invi mus Princeps & Dominus, Dominus CAROLUS divina favente clementia Rom an. Imper S per-Auguſtus & Boemiæ Rex, Dominus noſter gratioſus, provida ſua circumſp cti ne adverte qualiter inſignes & laudabiles famæ titulos moderni temporis meretur glorio a poſteri as, prædeceſſorum Illuſtrium circumſpecta pridem inſtauravit proviſio, vigilanti cura proſequitur gratæ ſolicitudinis munit officio, ut fructuoſi laboris ſolertia, perenni ſucceſſorum comme memoriæ, & ex conſequentia bonorum operum quaſi ex relucenti ſpeculo vetuſtatis reſurgat de hiebus mortuis felix memoria, rediviva.

2. Licet pridem recolendæ Sereniſſimus Princeps, Dominus FRIDERICUS Rom. Imp. Sem Auguſtus, prædeceſſor præfati Domini noſtri Imperatoris, de ſingulari benignitate claræ recor nis, Illuſtri Principi Domino Wenceſlao quondam Boemiæ Duci, qui Regnum Boemiæ ante nationem ſuam regebat, & ſuis hæredibus Regibus Boemiæ, cenſum de terra Poloniæ, quem ceſſores ejus Duces Boemiæ à Polonia multis temporibus accipere conſueverunt, quamq; P & Sileſiæ Duces ſacro Imperio ſolvere tenebantur, prout in literis Domini Friderici Imp. p videnter exprimitur, liberaliter duxerit erogandum. ipſi quoq; Duces Poloniæ & Sileſiæ eunde ſum Illuſtribus progenitoribus & prædeceſſoribus prædicti Domini noſtri Imperatoris in R Boemiæ, eisdem Regni Boemiæ Regibus in ſignum ſubjectionis, & in recognitionem ſui ſupe domioii ritè perſolverit multis temporibus retroactis: tamen ad abundantius cautelæ præſid tractu temporis dicti Duces, ſuo, heredum & ſucceſſorum ſuorum nomine ac vice, Principatus, t ras ac dominia à claræ memoriæ Illuſtri Principe, Domino Joanne quondam Boemiæ Rege, gem redicti Domini noſtri Imperatoris, dum viveret, & demùm ab eodem Domino noſtro Impe CAROLO, tanquam Boemiæ Rege, præfato ipſius genitore defuncto, & à Corona Regni B miæ, in feudum cum ſolemnitate debita ſuſceperunt, dictoque Domino Imperatori, ac ipſius ge tori, dum viveret, tanquam Boemiæ Regibus, & Coronæ Regni Boemiæ, præſtiterunt ſolemniter obedientiæ, homagii, ſubjectionis & fidelitatis debitæ corporalia juramenta.

3. Et licet inſignis Ducatus Uratislaviæ & Schleſiæ, cum ſuis omnibus pertinentiis, ad utile & mediatum dominium Illuſtrium quondam Boemiæ Regum, progenitorum & prædeceſſorum antedicti Domini noſtri Imperatoris & Coronam Regni Boemiæ ſpectaverit ab antiquo, ſicut h l teræ recolendæ memoriæ Sereniſſimi Principis Domini RUDOLPHI quondam Romanorum Regis, prædeceſſoris dicti Domini noſtri Imperatoris, in quarum prima quandam Ordinationem inter Illuſtrem Principem Dominum Ottocarum quondam Boemiæ Regem, proavum ipſius domini noſtri Imperatoris ex una, & Dominum Henricum Ducem Uratislavienſem parte ex altera; vi et quòd dictus Rex Ottocarus eidem domino Henrico Uratislavienſi & Sileſiæ Duci, in caſu, ſi Ducem præmori contingeret, in præmiſſo Ducatu Uratislavienſi & Schleſiæ terris, & omnibus dominis ſuis, ſuccedere, pro ſe factum adſerit. Et in ſecunda ipſarum dicto Domino Henrico Du jam ſublato de medio, prædictum Regem Ottocarum, heredes & ſucceſſores ipſius, Boemiæ Re s de Du tu Uratislavienſi & Sileſiæ terris & dominiis præfatis, tanquam actu vacantibus, pr m grata officia, quæ Illuſtres Boemiæ Reges ſacro Romano Imperio fecerant, ſolemniter invel vi eidius atteſtantur. Cum Illuſtris quondam Joannes Boemiæ Rex, genitor dicti Domini noſt peratoris præfatus, cum Illuſtri Domino Henrico VII. & ultimo Uratislavienſi & Schleſiæ Du rorio ipſius Domini noſtri Imperatoris, dum uterque ipſorum vitam ageret in humanis, q Ordinationem iniit & tractavit, videlicet quòd dictus Dux Henricus terram & diſtrictum ſem, cum vaſallagiis, feudis, dominiis & omnibus pertinentiis ſuis, de conſenſu genitoris dicti D ni noſtri Imperatoris, ad vitæ ſuæ duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente D ſui, Uratislavienſis & Schleſiæ, ad prædictum dominium Glacenſe, ad uſum & poſſeſſione genitoris Domini noſtri Imperatoris, heredum & ſucceſſorum ipſius, Regum Bohemiæ, & næ Regni ejusdem ſine difficultate qualibet reveniret, ſicut hoc proceſſu dierum ad finem pe intentum: eò quòd prædictus Rex Joannes, præfati Domini noſtri Imperatoris genitor, dum ret, moriente Duce præfato, & Ducatum Uratislavienſem & terram Glacenſem præfatam t poſſedit, & ipſe Dominus Imperator de præſenti, veluti Boemiæ Rex, poſſeſſionem tenens u bet dominatur.

4. Et quamvis Marchia Budiſinenſis & Gorlicenſis, quæ cum cæteris civitatibus, oppidis & pertinentiis ſuis ad Regnum & Coronam Boemiæ ab antiquo pertinuerunt, per Illuſtrē Dominum Otocarum quondam Boemiæ Regem, proavum dicti Domini noſtri, in perſonas Illuſtrium Principum & Dominorum quondam Brandenburgenſium Marchionum, ex certis & rationabilibus cauſis, alienatæ fuerant; aliquando tamen Dominis Marchionibus prędictis, atq; heredibus ſexus maſculini decedentibus ab hac vita, Nobiles, Milites, Clientes, Cives, & univerſi incolæ Marchiæ Budiſinenſis & Gorlicenſis præfatæ, animadverſione debita cognoſcentes, qualiter ad Regnum & Coronā Boemiæ, tanquam ad immediatum & naturale dominium dudum pertinuerant, ad ſubjectionem & obedientiam dicti Illuſtris Domini Johannis quondā Boemiæ Regis, genitoris antedicti Domini noſtri Imperatoris, tanquam ad ordinarium, legitimum & naturalem Dominum ſuum, & ad Coronam Regni Boemiæ, de cujus gremio dudū conſtiterant, ut præſcribitur, deliberatione non improvida redierunt.

5. Supradictus itaq; Dominus noſter Carolus Imp. exquiſitam diligentiam & ſollicitudinem, quam ſæpedicti proavus, pater & progenitores ſui quondam Boëmiæ Reges, ad obtinendum ſubjectionem, vaſallagium & obedientiam Illuſtrium Principum Dominorum Schleſiæ & Poloniæ Ducum, videlicet Lignicenſis, Brigenſis, Munſterbergenſis, Olſnenſis, Glogovienſis, Saganenſis, Oppolienſis, Falckenbergenſis, Strelicenſis, Teſſienſis, Gozlenſis, Butinenſis, Stinavienſis & Oſuuicenſis: Principatus Maſſoviæ, & Ducatus in Plotzk, Principum & fidelium ejusdem Domini Imperatoris, tanquam Regis Boemiæ: Principatus ſeu Ducatus Uratislavienſem & Schleſiæ: necnon civitates, videlicet Uratislaviam, Novumforum, Franckenſtein, Stinaviam, Sorovv, Glogoviam, Nambslaviam, & pertinentiarum ipſarum: & etiam Budeſinenſem & Gorlicenſem Marchiam, ut præfertur, non abſque magnis impenſis, & infinitis laboribus habuerunt, in ſua mentis acie, intima meditatione revolventes, ut virtutis ipſorum frequentia, & ſicut dudum cum plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis ſtatuendum duxerat, ita & nunc ex certa ſcientia ſtatuit, & de ſuæ Imperialis plenitudine poteſtatis, quòd omnes ſupradictæ ſententiæ & clauſulæ Imperialium & Regalium literarum, quas ad probationem dictarum intentionum adduxit, ſemper & ubiq;, in judicio & extra, & in ſingulis actibus publicis & privatis, quoties tenorem præſentium legi ſive publicari contigerit, ejusdem efficaciæ, vigoris, & auctoritatis exiſtant, ac ſi in figuris propriis originalia viderentur: eò præcipuè, cùm eadem originalia per eundem Dominum Imperatorem, nos ac nonnullos ſacri Romani Imperii Dominos, Principes, Barones, Proceresq; auſcultata & examinata fuerint diligenter: ac demum communicato per eundem dictum Dominum noſtrum Imperatorem ſuper omnibus præmiſſis, noſtro & nonnullorum ſacri Imperii Principum, Baronum & Nobilium conſilio ſpeciali, prædictis omnibus de verbo ad verbum, prout ſuperiùs exprimuntur, & in examen deliberatæ & providæ diſcuſſionis adductis, ne ex interpretatione ſiniſtra quorumlibet prædicti Domini noſtri Imperatoris, tanquam Regis Boemiæ, heredum & ſucceſſorum ſuorum, Regum Boemiæ, & Coronæ Regni ejusdem, juribus, honoribus & ſtatui valeat in poſterum derogari, ipſe Dominus Imperator auctoritate Imperiali dictos Schleſiæ & Poloniæ & cæteros prædictos Duces, ipſius tanquam Regis Boemiæ Principes & vaſallos, cum Principatibus, feudis & vaſallagiis ipſorum, præſertim cum à Corona Regni immediatè dependeant: dictum quoq; Ducatum Uratislavienſem, cum civitate Uratislavia, Novifnrenſi: civitates Franckenbergenſem, Stinavienſem, Gorenſem, Glogovienſem, & cætera oppida ibidem: necnon Marchiam Budeſinenſem & Gorlicenſem, cum vaſallis, vaſallagiis, feudis, feudatariis, utilitatibus, fructibus, obventionibus, jurisdictionibus, judiciis, honoribus, juribus, conſuetudinibus, & omnibus dictorum Ducatuum & Marchiæ pertinentiis, velut utile & immediatum dominium ſuum, & Regni Boemiæ præfati, eidem Regno & ejus felici Coronæ, in perpetuum, noſtro & aliorum Dominorum Principum Electorum accedente conſenſu, adjunxit, incorporavit, inviſceravit, adſcripſit, appropriavit, indiviſibiliter & inſeparabiliter connivit.

6. Specialiter etiam & ex nomine prædictus Dominus noſter Imperator interpretatus eſt, diffinivit, pronuntiavit, proteſtatus eſt, & dixit, ac de certa ſcientia ſua declaravit, quod præfati Duces Sileſiæ & Poloniæ, heredes & ſucceſſores eorum in perpetuum, quotiens Ducatus eosdem, aut alterum ex eis vacare contigerit, ipſos vel ipſum a præfato Domino noſtro Imperatore, tanquam à Rege Bohemiæ, ac heredibus & ſucceſſoribus ſuis Boemiæ duntaxat Regibus, & à Corona Regni Boemiæ præfati, abſq; renitentia ſeu difficultate in feudum teneantur ſuſcipere, dicto Domino Imperatori, tanquam Regi Boemiæ, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Boemiæ Regibus, & Coronæ Regni ejusdem, homagii, obedientiæ, fidelitatis & ſubjectionis debitæ teneantur & debeant præſtare & facere corporalia juramenta. Supplevit etiam præfatus Dominus noſter Imperator omnem defectum, ſi quis in literis & privilegiis, aut etiam ordinatione ſeu tractatu dicti genitoris, quem cum præfato Domino Henrico VII. & ultimo Uratislavienſi & Sileſiæ Duce habuiſſe dignoſcitur; ſeu in reditu Nobilium, Clientum, Militum, Civium, incolarum Budiſinenſis & Gorlicenſis Marchiæ, qui ad Coronam Regni Boemiæ, ut præmittitur, ex cauſis legitimis redierunt; vel in conſiliis, tenore, literis ſuis, verborum defectu, interpretatione dubia, ſententiarum obſcuritate, vel alia quavis occaſione compertus fuerit, de certa ſua ſcientia, ac de prædictæ Imperialis plenitudine poteſtatis, non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus, ſtatutis ſeu edictis, publicis vel privatis, factis & editis in contrarium quibuscunque, quas & quæ, quantum ad hæc, ac ſi nominatim de verbo ad verbum ſuis literis inſcripta & inſerta conſiſterent, etiamſi de his jure vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, revocavit, caſſavit, irritavit, annihilavit, & de dictæ Imperatoriæ poteſtatis plenitudine decrevit firmiter, fore nullius penitùs momenti.

7. Inhibuit etiam præfatus Dominus noſter Imperator Carolus, quòd nulli hominum liceat ſui Imperialis indulti ſuper præmiſſa editi paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire.

Et voluit auctoritate ſua contrafacientes quoslibet pœnam mille marcarum puri auri incurrer ... rum medietatem fiſco Romani Imperii, reſiduam verò Regni Boemiæ & ſucceſſorum ſuorum Ca ris irremiſſibiliter applicari, ſicut in originalibus literis dicti Domini noſtri Imperatoris, qua Bulla Aurea, typario ſuæ Majeſtatis deſuper erogaſſe dignoſcitur, pleniùs & diſtinctius eſt ... ſlu

8. Nos igitur, qui ſuprà, Gerlacus Sedis Moguntinenſis Archiepiſcopus, ex eisdem rationab libus & evidentibus cauſis, quibus antedictus Sereniſſimus Princeps, Dominus noſter Imperat CAROLUS, circumſpecta ſua providentia motus dignoſcitur, & ex omnibus prædictis, tanquam motivis legitimis, ſacri Romani Imperii ſtatum & augmentum proſpicientibus, propenſius animati, ſupradictis adjunctioni, incorporationi, inviſcerationi, adſcriptioni, adpropriationi, communioni, interpretationi, pronunciationi, diffinitioni, proteſtationi, declarationi, decreto, defectuum ſupplettioni, revocationi, caſſationi, irritationi, annihilationi, pœnarum adjectioni, & omnibus aliis, quæ expreſſantur, aut ſunt expreſſata ſuperiùs, velut Archiepiſcopus Moguntinenſis, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Princeps Elector, animo deliberato, & ſano proce dente conſilio, noſtrum benevolum conſenſum & aſſenſum præſentibus adhibemus; ac ſupra d omnia, & eorum quodlibet, ſingulaque, in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis & clauſ de verbo ad verbum, prout ſuprà evidenter expreſſa, ex officii noſtri debito, laudamus, approbam & de certa noſtra ſcientia confirmamus pleniſſimè perpetuis temporibꝰ valitura, præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum in Nurnberg, anno Domini M CCC LV. in die beatæ Luciæ Virginis.

CONFIRMATIO.

Anno Christi 1356.

STATUTI CAROLI IMPER.

QUOD LICEAT PERSONÆ NULLÆ EXTRA REgnum Bohemiæ citari; & quòd Rex tenere debeat auri fodinas, & alterius monetæ.

NOs Gerlacus Dei gratia ſanctæ Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, omnibus in perpetuum. Cum per recolendæ memoriæ Divos Romanorum Imperatores & Reges, Illuſtribus quondam Regibus Boemiæ claræ memoriæ, ac claro Regno Boemiæ & ejusdem Regni coronæ olim conceſſum fuerit & indultum ſit, quòd in eodem Regno à tempore, cujus contraria hodie non extat memoria, conſuetudine laudabili conſervata, diuturnitate temporum, & præſcripta moribus utentium, ſine contradictionis aut interpretationis obſtaculo introductum, quòd nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Burgenſis, nulla denique perſona ejusdem Regni, & pertinentiarum ejus ubicunq; exiſtentium, cujuscunq; ſtatus, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtat, ad cujuscunq; actoris inſtantiam, extra Regnum ipſum ad quodcunque tribunal ſeu alterius jus, præterquam Regis Boemiæ Regalis Curiæ ſuæ judicium citari potuerit, ſeu trahi vel vocari debeat, perpetuis inantea temporibus ſive poſſit. Cumque Sereniſſimus & invictiſſimus Princeps & Dominus, Dominus CAROLUS IV. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Boemiæ Rex Illuſtris, Dominus noſter gratioſus, privilegium, conſuetudinem & indultum hujus Imperiali auctoritate, & de plenitudine Imperialis poteſtatis, innovans & confirmans, duxerit ſtatuendum, ut ſi quiſpiam prædictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, Miles, cliens, civis, burgenſis ſeu ruſticus, ac alia quæcunq; perſona, ad cujuscunq; tribunal extra Regnum prædictum Boemiæ in quacunq; cauſa, criminali, civili, & mixta, ſeu ſuper quocunq; negotio citatus fuerit, quocunque tempore, vel citata comparere, vel in judicio reſpondere non teneatur: ſique adverſus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem, à quocunque judice extraneo extra Regnum Boemiæ conſtituto, judicialiter procedi, proceſſus fieri, ſeu ſententias interlocutorias, vel diffinitivam, unam vel plures, in quibuscunque prænotatis cauſis ſive negotiis quovis modo ferri vel promulgari contigerit, eadem auctoritate & poteſtate citationes, præcepta, proceſſus & ſententias hujusmodi, necnon executiones & omnia ex eis, vel aliquo eorum quovis modo ſecuta irritaverit penitus & caſſaverit: adjiciendò expreſſè & auctoritate ſimili decernendo, ut quemadmodum in prædicto Regno Boemiæ, à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter obſervatum exiſtit, ita nulli Principi, Baroni, Nobili, Militi, Clienti, civi, burgenſi, ſeu ruſtico, nulli deniq; perſonæ ſeu incolæ Regni Boemiæ ſæpedicti, cujuscunq; ſtatus, præeminentiæ, dignitatis vel conditionis exiſtant vel exiſtat, à quibuscunq; proceſſibus, ſententiis interlocutoriis vel definitivis, ſive præceptis Regis Boemiæ, aut Judicis Curiæ ſuæ, necnon executionibus eorundem contra ſe in Regali judicio ſeu coram Regis, Regni & Curiæ prædictorum Judicibus, factis, latis ſeu habitis, vel ferendis inanteà ſeu fiendis, ad quodcunque aliud judicium liceat appellare: provocationes quoq; ſeu appellationes, ſi quas contra hoc interponi contigerit, eo ipſo juribus non ſubſiſtere, & appellantes ipſos pœnam perditionis cauſarum ipſo facto ſtatuens incurriſſe.

2. Necnon auctoritate Imperiali, & de certa ſua ſcientia declaravit, quòd ipſe & omnes ſucceſſores ſui Boemiæ Reges, univerſas auri & argentifodinas, atq; mineras ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alteriuscunq; metalli gravis, ac etiam ſalis, tam inventas, quam inveniendas in poſterum quibuscunq; temporibus in Regno ſuo Boemiæ prædicto, ac terris, dominiis, territoriis & diſtrictibus eidem Regno ſubjectis, & omnibus pertinentiis ſuis, tenere juſtè poſſint & potuerint in perpetuum, & legitimè poſſidere: necnon Judæos juſto titulo habuiſſe & habere; & telonia à præterito inſtituta ſe

dicta

dicta percipere, & nova rationabiliter inſtituere poſſe & potuiſſe: necnon monetas auri & argenti in omni loco & parte Regni ſui Boemiæ prædicti, & ſubditarum eidem terrarum & pertinentiis ubiq; ſi heredes aut ſucceſſores ſui Boemiæ Reges decreverint, ipſisq; placuerit inde facere & mandare, ſub omnibus modis & forma, in prædicto Regno Boemiæ circa talia conſuetis usq; ad hæc tempora laudabiliter obſervari, &c.

3. Quòd virtute Imperialis edicti, & conſuetudine diutiùs introducta, liceat Boemiæ Regibus perpetuo tempore à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus ac perſonis aliis quibuscunque, terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia ſive bona, emere, comparare, & in donum vel donationem ex quacunque cauſa, aut in obligationem recipere, ſub talium caſtrorum, terrarum, poſſeſſionum, prædiorum, ſeu bonorum conditione conſueta, ut videlicet propria recipiantur & comparentur ut propria, libera ut libera, & ea quæ dependent in feudum ſimiliter emantur in feudum, ſeu donata ac comparata taliter teneantur: ita tamen quòd ipſi Reges Boemiæ de his, quæ hoc modo comparaverint vel receperint, & Regno Boemiæ applicanda duxerint, ad conſueta & debita jura de talibus ſacro explenda & reddenda Imperio perpetuò ſint adſtricti, ſicut in forma prædicti Domini noſtri Imperatoris, quas deſuper noſtro & aliorum Principum Electorum conſilio edidiſſe dignoſcitur, pleniùs eſt expreſſum.

4. Nos igitur præmiſſa omnia, & eorum quodlibet, ſicut in ſolemnibus Curiis Nurnbergæ celebratis in commune conſilium nobiscum, & cum cæteris Principibus Electoribus noſtris habitum, per ipſum Dominum noſtrum Imperatorem deducta, multoq; ſtudio ventilata, & rationabiliter fuerint judicata, recognoſcimus de noſtro conſilio & pleno proceſſiſſe conſenſu; ratificantes, ac ſingula & omnia rata habentes & grata, benevolum noſtrum eis adhibemus conſenſum ex certa ſcientia, pariter & aſſenſum. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri, & noſtri ſigilli appenſione fecimus communiri. Datum in Nurnberg, anno 1356. in craſtino Epiphaniæ ejusdem.

CAROLI IV. IMPER. AUG. DECRETUM

Anno Chriſti 1356.

De jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum.

Nos Karolus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, recognoſcimus publicè per præſentes, & notificamus cunctis ipſam intuentibus ſeu legi audientibus, quòd nos cum omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & ſæcularibus, & ipſi nobiscum, voluntate communi & unanimiter, in Imperiali noſtra Curia Nurenbergæ deliberavimus & concordavimus, & eum jure & ſententia invenimus; invenimus, declaramus & pronunciamus pro jure, tanquam Rex Bohemiæ, ſacri Imperii Romani Archipincerna & Coelector præfatorum Principum; Ex quo magnificus Rupertus ſenior Comes Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapifer, Dux Bavariæ, eſt in poſſeſſione vocis & electionis, in electione Romanorum Regis futuri Imperatoris, & etiam in poſſeſſione & dominio ſeu uſu habet Principatum Palatinatus, Archidapiferiam, terras, vaſallagia, cum omnibus pertinentiis, ſuper quibus electio & vox Comitatus Palatini Rheni fundata eſt, ſicut hoc nobis & omnibus Principibus præfatis & cuilibet liquidum eſt & notum, ſine hæſitatione quacunque; quòd merito dictus Rupertus admittendus eſt, & nos ipſum de jure admiſimus, & admittere volumus & debemus, ad quaslibet cauſas & ad omnia ſacta, quæ nos & antefati noſtri Coëlectores tractabimus vel faciemus pro honore & utilitate ſacri Romani Imperii, & ejus fidelium ſubditorum. omnimodè ſicut de jure & de honeſta laudabili conſuetudine Comes Palatinus Rheni, Archidapifer ſacri Imperii, & Princeps Elector, meritò admitti debet.

2. Etiam invenimus & pronunciamus tanquam jus & pro jure, ſi ita contingeret, quod aliquis antedictum Ducem Rupertum pro eisdem electione & voce electionis Romani Regis futuri Imperatoris impetere vellet, quòd hujusmodi impetitionem facere non poſſet nec deberet, niſi priùs impeteret Principatum & terras prænartati Palatinatus, Archidapiferiam ſeu officium Dapiferiæ, vaſallagia, & quidquid ad hujusmodi Palatinatum pertinet, & eam obtineat, ſicut juris eſt. Quia nos cum jure & per ſententiam invenimus, quòd electio & vox ſuper Principatum, & ſuper terras Palatinatus, & ſuper Archidapiferiam taliter fundatæ ſunt, quòd unum ſine alio perſiſtere non poteſt: ſed oportet ea ſimul in omni impetitione tam in damno, quàm in lucro inſeparabiliter permanere. Harum teſtimonio literarum, noſtro Imperiali ſigillo ſigillatarum. Datum Nurmbergiæ, anno Domini M CCC LVI. quinta feria poſt Epiphanias Domini; Regnorum noſtrorum anno decimo, Imperii verò primo.

Similes per omnia tenore literas ſuas ediderunt Electores.

Nos Gerlacus D. g. Archiepiſcopus Moguntinus.
Beymundus D. g. Archiepiſcopus Trevirenſis.
Wilhelmus D. g. Archiepiſcopus Colonienſis.
Rudolphus D. g. Dux Saxoniæ Junior, &c.
Ludovicus, qui nuncupatur Romanus, Marchio Brandenburgenſis.

Anno Chriſti 1356.

KAROLI IV. IMPER. AUG. AUREA BULLA.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

Carolus Quartus divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemia Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Hæc Bulla eſt cum tribus originalibus aurea bulla ſigillatis, ſc. Bohemico, Palatino & Francofurdiano; & uno veteri mss. Chartaceo collata, atque exactiſſimè emendata.

OMNE regnum in ſeipſo diviſum deſolabitur. nam Principes ejus facti ſunt ſocii furum. ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, ut palpent in meridie, ſicut in ... nebris; & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut cœci ſint, & duces cœcorum; & qui ambulant in tenebris, offendunt, & cœci mente ſcelera perpetrant, quæ in diviſione contingunt. D... Superbia, quomodo in Luciſero regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes? Dic Sathan invide, quomodo Adam de Paradyſo ejeciſſes, niſi eum ab obedientia diviſiſſes? Dic Luxuria, q... modo Trojam deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diviſiſſes? Dic Ira, quomodo Romanam R... publicam deſtruxiſſes, niſi in diviſione Pompejum & Julium ſævientibus gladiis, ad inteſtina præ... concitaſſes? Tu quidem Invidia, Chriſtianum Imperium à Deo, ad inſtar ſanctæ & individuæ Tri... tatis, fide, ſpe, & charitate, virtutibus Theologicis, roboratum, cujus fundamentum ſuper Chri... niſſimo regno feliciter ſtabilitur, antiquo veneno, quod velut ſerpens in palmites Imperiales, ... membra ejus propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, ut concuſſis columnis totum ædificium ... ſubjiceres, diviſionem inter ſeptem Electores Sacri Imperii, per quos, velut ſeptem candelabra ... centia in unitate ſpiritus ſeptiformis, ſacrum illuminari debet Imperium, multoties poſuiſti,

2. Sane cum ex officio, quo Cæſarea dignitate potimur, futuris diviſionum & diſſenſionum ... riculis inter Electores ipſos, de quorum numero, ut Rex Bohemiæ, eſſe dignoſcimur, ratione d... ci, tam ex Imperio, quam electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur: infraſcriptas leges, unitatem inter Electores fovendam, & electionem unanimem inducendam, ac deteſtandæ diviſioni prædictæ, variisq; periculis ex ea ſequentibus, aditum præcludendum, in ſolemni Curia noſtra Nurenbergenſi, aſſidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum multitudine numeroſa, in ſolio Majeſtatis Cæſareæ, Imperialibus inſulis, inſigniis, & diademate decorati, matura deliberatione prævia, de Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas, ſub Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Quinquageſimo ſexto, indictione nona, quarto Idus Januarii: Regnorum noſtrorum anno decimo, Imperii verò *a* ſecundo.

a Mss. primo.

CAP. I.

Qualis eſſe debeat conductus electorum, & à quibus.

DECERNIMUS, & præſenti edicto Imperiali perpetuò valituro ſancimus, ex certa ſcientia, & de Imperialis plenitudine poteſtatis, ut quotienſcunque & quandocunque futuris tempo... bus neceſſitas, ſive caſus, electionis Regis Romanorum in Imperatorem promovendi emer... ſerit, & Principes Electores ad electionem hujusmodi, juxta antiquam laudabilem conſuetudin... habuerint proficiſci; unusquisq; Princeps Elector, ſi & quando ſuper hoc fuerit requiſitus, quoslibet Principes Coelectores ſuos, vel ipſorum nuncios, quos ad electionem ipſam transmiſerint, per terras, territoria, & loca ſua, & etiam ultra, ſicut longius poterit, conducere teneatur, & eis absque dolo præſtare conductum verſus civitatem, in qua talis electio fuerit celebranda, & ab illa etiam r... deundo; ſub pœna perjurii ac perditionis (pro illa duntaxat vice) ſuæ vocis, quam in electione hujusmodi fuerat habiturus. quas quidem pœnas eos, vel eum, qui in præſtando memorato cond... rebelles ſeu rebellem, negligentes ſeu negligentem ſe præbuerint, eo ipſo decernimus incidiſſe.

2. Statuimus inſuper, & mandamus univerſis aliis Principibus, feuda à Sacro Imperio Romano tenentibus, quocunq; nomine cenſeantur, necnon Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus & Ignobilibus, Civibus & Communitatibus caſtrorum, civitatum & locorum Sacri Imperii univerſis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romanorum in Imperatorem promovendi electio celebranda occurrerit, unumquemq; Principem Electorem ab ipſis, vel eorum aliquo, conductum hujusmodi poſtulantem, vel ejusdem nuncios, quos ad electionem ipſam direxerit, ut præfertur, per territoria ſua, & aliàs, quanto poſſunt remotius, absq; dolo, modo prædicto conducant. ſi qui vero huic noſtræ conſtitutioni contraire præſumpſerint, ſubſcriptas eo ipſo pœnas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Clientes, ac univerſi contrarium facientes, reatum perjurii, & privationem omnium feudorum, quæ à S. Romano Imperio, & a quibuscumq; aliis obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum à quocunq; habitarum, incurra... Omnes quoq; cives, & communitates contra præmiſſa facere præſumentes, ſimiliter ſint perjuri & nihilominus univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis, & gratiis, à ſacro obtentis Impe... ſint omnino privati, & cum perſonis, & bonis ſuis omnibus bannum & proſcriptionem Imperiale...

curran...

[illegible] ut ex tunc, [illegible] ipſo [illegible] pro [illegible] ip [illegible] Sacri ſtatus [illegible] gatores, [illegible] tur.

[illegible] tes, ut omnium civitat [illegible] hoc poſcenti, eorumque [illegible] prædictorum, ho [illegible] cauſa [illegible] nis prædictæ acceſſerint, & etiam [illegible] vendi facere [illegible] ntur; nullam in præmiſſis fraudem quomodo [illegible] ntes pœnas illas volumus ipſo facto incurrere, quas in præcedentibus [illegible] tates duximus promulgandas.

4. [illegible] ſuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus vel ignobilibus, Civibus ſeu Communitatibus civitatum, Principi Electori, ad Electionem de Rege Romanorum celebrandam eunti, vel ab ipſa denuò redeunti, hoſtiles cuſtodias tendere, ſeu inſidias parare præſumpſerit, aut ipſos, vel eorum aliquem in ſua, vel ſuorum perſonis, aut rebus, invadere vel turbare, ſeu ipſorum, vel cujus eorum nuncios antedictos, ſive conductum petierint, ſive etiam non duxerint exigendum; hunc una cum univerſis malitiæ ſuæ complicibus, ipſo facto ſupradictas pœnas decernimus incurriſſe; ita videlicet, quod quævis perſona pœnam incidat, ſive pœnas, quas juxta præmiſſa pro qualitate perſonarum duximus infligendas.

5. Si vero aliquis Princeps Elector, cum aliquo ſuo Coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcunque contentio, controverſia ſeu diſſenſio verteretur; his nequaquam obſtantibus, alter alterum, vel alterius nuncios ad electionem hujusmodi deſtinandos, præmiſſo modo conducere ſit aſtrictus ſub pœna perjurii, ac perditionis (ea vice dumtaxat) ſuæ vocis in electione, ut ſuperius eſt expreſſum.

6. Si qui vero alii Principes, Comites, Barones, Milites, Clientes, Nobiles & Ignobiles, cives vel communia civitatum, cum aliquo Principe Electore, vel pluribus ex eiſdem, adverſam gererent voluntatem, ſeu quævis diſcordia inter ipſos ad invicem, vel guuerra, ſive diſſenſio verteretur, nihilominus omni contradictione & dolo ceſſantibus, Principi Electori vel Principibus, ſe [illegible] vel ipſorum nunciis ad electionem hujusmodi deſtinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debent præſtare conductum, prout ſinguli pœnas jam dictas, per nos videlicet in ſe latas, voluerint evitare. quas eos, qui ſecus fecerint in [illegible] urriſſe decernimus eo ipſo.

7. Ad præmiſſorum autem omnium firmitatem, & certitudinem ampliorem, jubemus & volumus, ut univerſi Principes Electores, & cæteri Principes, nec non Comites, Barones, Nobiles, Civitates, ſeu ipſarum communitates, præmiſſa omnia litteris & juramentis ſuis firmare & ad ea bona fide, ac ſine dolo implenda efficaciter ſe debeant obligare. quicunque vero litteras hujusmodi dare renuerit, pœnas illas ipſo facto incidat, quas pro perſonarum conditione, per præmiſſa ſingulis duximus infligendas.

8. Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps, cujuscumque conditionis, aut ſtatus, feudum vel feuda à ſacro tenens Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, ſeu ſucceſſores talium vel hæredes, ſupra & infra ſcriptas Imperiales noſtras conſtitutiones & leges adimplere noluerit, aut eis contraire præſumpſerit; ſiquidem talis Princeps, Elector extiterit, ex tunc cæteri ſui Coelectores à ſuo ipſum deinceps excludant conſortio, ipſeq; voce electionis, & aliorum Principum Electorum loco, dignitate careat atque jure; nec inveſtiatur de feudis, quæ a Sacro Imperio viſus fuerit obtinere. alius vero Princeps, aut vir Nobilis, ut præfertur, in has noſtras leges committens, ſimiliter non inveſtiatur de feudis, quæ a Sacro Imperio, vel alias obtinet à quocunque; & nihilominus omnes præmiſſas pœnas, ſuam concernentes perſonam, incidat eo ipſo.

9. Quamvis autem univerſos Principes, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Civitates quoq; & Communitates illarum, ad præſtandum cuilibet Principi Electori, vel ejus nunciis, præfatum conductum, ut prædicitur, indiſtincte velimus, & decreverimus obligari; nihilominus eorum cuilibet ſingulares conductus & conductores, pro regionum & locorum adjacentia, cuilibet magis, aptos duximus deſignandos, ut ſtatim per ſequentia plenius apparebit.

10. Principem namq; Regem Bohemiæ, Sacri Imperii Archipincernam, conducent Archiepiſcopus Moguntinenſis, Bambergenſis & Herbipolenſis Epiſcopi; Burggravii Nurembergenſes; item [illegible] de Hoenloe, de Wertheim, illi de Bruneck, & de Hanouu; item civitates, Nuremberg, Rotenburg, & Windesheim.

11. Deinde Archiepiſcopum Colonienſem, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarium, conducent & conducere tenebuntur Moguntinenſis & Trevirenſis Archiepiſcopi; Comes Palatinus Rheni, Landgravius Haſſiæ; item de Katzenelnbogen, de Naſſouu, de Dietze, Comites; item de [illegible] nburg, de Weſterburg, de Runekel, de Limpurg & Falckenſtein; item civitates Wezflar, Geylnhauſen & Fridberg.

12. Item Archiepiſcopum Trevirenſem, Sacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelatenſe Archicancellarium, conducent Archiepiſcopus Moguntinenſis, Comes Palatinus Rheni; item de

Spanheim, de Veldentz Comites; item die Raugraven, Wildegra[illegible] Weſterburg, de Runckel, de Limburg, de Dietz, de Katzenelnbogen [illegible] ſtein; item civitas Moguntinenſis.

13. Deinde Comitem Palatinum Rheni, Sacri Imperii Archidap[illegible] Archiepiſcopus Moguntinenſis.

14. Ducem vero Saxoniæ, Sacri Imperii Archimareſcallum, tenebitur [illegible] miæ, Moguntinenſis, & Magdeburgenſis Archiepiſcopi; item Bambergenſis, & [illegible] ſcopi; Marchio Miſnenſis, Langravius Haſſiæ; item Fuldenſis, & Hersfelde[illegible] gravii Nurenbergenſes; item illi de Hohenloe, de Wertheim, de Bruneck, de H[illegible] ſtein; item civitates Erffordia, Mulhauſen, Nuremberg, Rotenburg, & Windeshe[illegible]

15. Et hi omnes proxime nominati, Marchionem Brandenburgenſem, Sacri I[illegible] camerarium, ſimiliter conducere tenebuntur.

16. Volumus autem & expreſſe ſtatuimus, ut unusquisque Princeps Elector, qui talem v[illegible] rit habere conductum, his, à quibus ipſum poſtulare decreverit, hoc ipſum adeò tempeſtive, [illegible] que qua fuerit tranſiturus, inſinuet, & talem conductum expoſcat, ut illi, qui ad conduc[illegible] modi impendendum deputati, & qui taliter fuerint requiſiti, ad hoc oportune ſe valeant & co[illegible] de præparare.

17. Præmiſſas vero conſtitutiones, circa materiam conductus editas, ita ſane debere d[illegible] mus intelligi, ut unusquisque ſuperiùs nominatus, vel forſan non expreſſus, à quo in caſu pr[illegible] conductum requiri contigerit, ad præſtandum ipſum per ſuas dumtaxat terras & territoria, [illegible] ultra, quanto poteſt remotiùs, absq; dolo, ſub pœnis contentis ſuperiùs, ſit aſtrictus.

18. Præterea ſtatuimus, ac etiam ordinamus, ut Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui [illegible] pro tempore, ſingulis Principibus Coëlectoribus ſuis, Eccleſiaſticis & Secularibus, election[illegible] dem, per ſuos nuncios, patentibus debeat litteris intimare. in quibus quidem litteris talis di[illegible] minus exprimatur, infra quem eædem litteræ ad ſingulos eosdem Principes veriſimiliter poſſi[illegible] venire.

19. Hujusmodi verò litteræ continebunt, ut à die in litteris ipſis expreſſa, infra tres [illegible] continuos, omnes & ſinguli Principes Electores, Frankenford ſuper Moganum eſſe debeant con[illegible] tuti, vel ſuos legales ad eundem terminum, atque locum nuncios deſtinare, cum plena & omni[illegible] da poteſtate [illegible]ſque patentibus litteris, majori cujuslibet eorum ſigillo ſignatis, ad eligendum [illegible] manorum Regem in Cæſarem promovendum.

20. Qualiter autem, & ſub qua forma, tales litteræ confici debeant, & quæ in eis ſol[illegible] tas debeat immutabiliter obſervari, & in qua forma & modo Principes Electores nuncios [illegible] ad electionem hujusmodi deſtinandos, ad poteſtatem, mandatum, ſeu procuratoria ordinare [illegible] buerint, ad finem præſentis libri conſcriptum invenitur clariùs expreſſum; & eandem formam [illegible] lic traditam, mandamus, & de Imperialis poteſtatis plenitudine usquequaque decernimus ob ſervari.

21. Cùm autem ad hoc perventum fuerit, quòd de Imperatoris, vel Regis Romanorum obitu in dioceſi Moguntinenſi conſtiterit, ex tunc infra unum menſem à die notitiæ obitus hujusmodi continuè numerandum, ſingulis Principibus Electoribus obitum ipſum & intimationem, de quib[illegible] præmittitur, per Archiepiſcopum Moguntinenſem jubemus, & decernimus, ſuis patentibus litte[illegible] declarari: quod ſi idem Archiepiſcopus in executione, & intimatione hujusmodi, negligens aut [illegible] miſſus fortaſſis exiſteret, extunc iidem Principes motu proprio etiam non vocati, pro fidei ſuæ virt[illegible] te, qua ſacrum proſequi tenentur Imperium, poſt hoc infra tres menſes, ſicut in conſtitutione pro[illegible] me poſita ſuprà continetur, in civitate Frankenford ſæpe dicta conveniant, electuri Regem Rom[illegible] orum in Cæſarem promovendum.

22. Debet autem unusquisq; Princeps Elector, vel ſui nuncii, prædictam civitatem Fran[illegible] ford cum ducentis equitaturis tantummodò, præfatæ electionis tempore, introire; in quorum [illegible] mero quinquaginta tantum armatos, vel pauciores, ſecum introducere poterit, ſed non plures.

23. Princeps verò Elector, ad electionem hujusmodi vocatus & requiſitus, & ad ipſam no[illegible] niens, vel legales nuncios cum litteris patentibus, ſigillo ſuo majori ſigillatis, plenamque & libe[illegible] ac omnimodam poteſtatem continentibus, ad eligendum Romanorum Regem, futurum Im[illegible] rem non dirigens; aut veniens, aut hujusmodi nuncios fortè transmittens, ſi poſtea Princep[illegible] aut prædicti nuncii, à prædicto electionis loco recederent, Rege Romanorum futuro Cæſ[illegible] electo, nec ad præmiſſa procuratore legitimo ſubſtituto ſolemniter & relicto, electionis voc[illegible] re, quod in eadem electione habuit, & tali modo deſeruit, careat ea vice.

24. Injungimus autem civibus de Frankenford, & mandamus, ut ipſi univerſos Princ[illegible] ctores in genere, & quemlibet eorum, ab invaſione alterius, ſi quid inter eos adverſitatis em[illegible] & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quos ipſi, & eorum qui[illegible] to ducentorum equorum ſuorum numero, ad præfatam duxerint civitatem, in v[illegible] quod ſuper hoc ipſos ad Sancta præſtare ſtatuimus, fideli ſtudio & ſolerti diligentia prot[illegible] fendant: alioquin perjurii reatum incurrant, & nihilominus omnia jura ſua, libertate[illegible] gratias & indulta, quæ [illegible]cro obtinere noſcuntur Imperio, omninò amittant; bannum [illegible] le cum perſonis, & bonis ſuis omnibus incidant eo ipſo; & liceat extunc omni homi[illegible]

[illegible] ut tunc [illegible] à [illegible] d b [illegible]

11. [illegible] tempus [illegible] em cujuscun [illegible] modo permittunt; [illegible] exceptis, quorum [illegible]

12. [illegible] troitum, ſeu in ipſorum præ[illegible] debebunt abſque mora, & [illegible] effectu [illegible] ſuperius promulgatis, ac etiam in [illegible] juramenti, quod cives ipſi [illegible] Franckenford [illegible] præſentis conſtitutionis, præſtare debebunt ad Sancta, ut in præcedentibus eſt [illegible].

CAP. II.

DE ELECTIONE ROMANI REGIS.

POSTQUAM autem ſæpe dicti Electores ſeu nuncii; civitatem Franckenford ingreſſi fuerint ſtatim ſubſequenti die, diluculò in Eccleſia Sancti Bartholomæi Apoſtoli, ibidem in omnium ipſorum præſentia Miſſam *de ſancto Spiritu* faciant decantari ad finem, ut ipſe ſanctus Spiritus corda ipſorum illuſtret, & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo fulti præſidio, hominem juſtum, bonum, & utilem eligere valeant in Regem Romanorum, futurumq; Cæſarem, ac pro ſalute populi Chriſtiani.

2. Peracta quoque Miſſa hujusmodi, omnes illi Electores, ſeu nuncii accedant ad altare, in quo Miſſa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores Eccleſiaſtici coram Evangelio Beati Joannis; *In principio erat verbum.* quod illic ante ipſos poni debebit, manus ſuas pectori cum reverentia ſuperponant: Seculares vero Principes Electores, dictum Evangelium corporaliter manibus ſuis tangant; qui omnes, cum tota ipſorum familia, tunc ibi debebunt inermes aſſiſtere. Ac Archiepiſcopus Moguntinenſis formam juramenti eis dabit, & unà cum ipſis, & ipſi, vel abſentium nuncii, unà cum eo juramentum præſtabunt vulgariter in hunc modum.

3. *Ego N. Archiepiſcopus Moguntinenſis, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, ac Princeps Elector, juro ad hæc ſancta Dei Evangelia hic præſentialiter coram me poſita, quod ego per fidem, qua Deo, & Sacro Romano Imperio ſum aſtrictus, ſecundum omnem diſcretionem & intellectum meum, cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput populo Chriſtiano, id eſt, Regem Romanorum in Cæſarem promovendum, qui ad hoc exiſtat idoneus, in quantum diſcretio & ſenſus mei me dirigunt, & ſecundum fidem prædictam; vocemq; meam, & votum, ſeu electionem præfatam, dabo abſq; omni pacto, ſtipendio, pretio, vel promiſſo, ſeu quocumq; modo talia valeant appellari; ſic me Deus adjuvet, & omnes Sancti.*

4. Præſtito denique per Electores ſeu nuncios, in forma & modo prædictis, hujusmodi juramento, ad electionem procedant, nec amodò de jam dicta civitate Franckenford ſeparentur, niſi priùs major pars ipſorum temporale caput mundo elegerit, ſeu populo Chriſtiano, Regem videlicet Romanorum in Cæſarem promovendum.

5. Quod ſi facere diſtulerint infra triginta dies, à die præſtiti juramenti præfati continuò numerandos, extunc tranſactis eiſdem triginta diebus, amodò panem manducent & aquam bibant, & nullatenus civitatem exeant antedictam, niſi priùs per ipſos, vel majorem partem ipſorum, Rector ſeu temporale caput fidelium electum fuerit, ut præfertur.

6. Poſtquam autem in eodem loco ipſi, vel pars eorum major numero elegerit, talis electio perinde haberi & reputari debebit, ac ſi foret ab ipſis omnibus, nemine diſcrepante, concorditer celebrata.

7. Sique per tempus aliquod morari, abeſſe, & tardare contingeret aliquem de Electoribus, ſeu nunciis antedictis, dum tamen veniret, antequam prædicta eſſet electio celebrata, hunc ad electionem ipſam in eo ſtatu admitti debere decernimus, in quo ipſa adventus ſui tempore conſiſtebat.

8. Et quia de antiqua, approbata, & laudabili conſuetudine, tam inconvulſe, quam immutabiliter quod ſubſcribitur, ſemper extitit hactenus obſervatum; ideoque & nos conſtituimus, & de Imperialis decernimus plenitudine poteſtatis, quod is, qui modo præmiſſo in Regem fuerit Romanorum electus, peracta ſtatim electione hujusmodi, priusquam in aliquibus cauſis aliis, ſive negotiis, virtute Sacri Imper[illegible] adminiſtret, univerſis & ſingulis Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & Secularibus, qui propinquior[illegible] eri Imperii membra eſſe noſcuntur, omnia ipſorum privilegia, litteras, jura, libertates, conceſſiones [illegible]tiquas conſuetudines, & etiam dignitates, & quidquid ipſi ab Imperio usque in diem electionis [illegible]uerunt & poſſederunt, abſque dilatione & contradictione confirmare & approbare d[illegible]beat, per [illegible] litt[illegible]as & ſigilla; ipſisque præmiſſa omnia innovare, poſtquam Imperialibus fuerit inſulis coronatus.

9. Confirmationem autem hujusmodi, electus ipſe cuilibet Principi Electori in ſpecie, primo,

ſuo Reg[illegible] nomine, & deinde [illegible] Imp[illegible] [illegible]
gene[illegible], & [illegible] et eorum in ſpecie nullatenus i[illegible]
pro.nov[illegible]

10. In caſu denique, quo tres Principes Electores præſen[illegible]
ſe, ſeu [illegible]orum conſortio, videlicet principem Electorem præſ[illegible]
n[illegible]rum eleg[illegible]m, vocem illius electi, ſi præſens adfuerit, aut nunc[illegible]
ret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum, partemq[illegible] majori[illegible]
[illegible]tuere, ad inſtar cæterorum Principum Electorum.

CAP. III.

De ſeſſione a Treverenſis, Colonienſis & Moguntinenſis Archiepiſcoporum.

a MSS & editio Moguntina habet: Moguntinenſis, Colonienſis & Treverenſis, &c.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

Carolus [illegible] divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohem[illegible] Rex, ad perpetuam rei memoriam,

DECOR, & gloria Sacroſancti Romani Imperii, & honor Cæſareus, & Reipublicæ gra[illegible] pendia, venerabilium & illuſtrium Principum Electorum concordi voluntate foventur [illegible] velut columnæ proceres ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſiſt[illegible] quorum præſidio dextra Imperialis potentiæ roboratur; & quando mutui favoris ampl[illegible] te ſtringuntur, tanto uberioris pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt pop[illegible] no. Ut igitur inter venerabiles Moguntinenſem, Colonienſem, nec non Treverenſem A[illegible] pos, Sacri Imperii Principes Electores, omnium litium, & ſuſpectuum [illegible]ala, quæ [illegible] qui de pr[illegible] ſeu dignitate ſeſſionum ſuarum in curiis Imperialibus, & Regalibus, ſuboriri valerent [illegible] p[illegible] perp[illegible]uis inantea temporibus amputentur, & ipſi in cordis & animorum quieta condition[illegible] ma[illegible] tes, de opportunitatibus Sacri Imperii concordi favore, & virtuoſæ dilectionis ſtudio conven[illegible] meditari valeant, pro conſolatione populi Chriſtiani, habita deliberatione cum omnibus Princ[illegible] Electoribus, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, & de ipſorum conſilio decernimus, & de Imp[illegible] toriæ poteſtatis plenitudine, hac edictali lege perpetuò valitura, ſancimus, quod ſupradicti vener[illegible] les Archiepiſcopi, Treverenſis videlicet, ex oppoſito & lineari directione verſus Imperatoris f[illegible]ci[illegible] Moguntinenſis verò in ſuis diœceſi & provincia, & extra provinciam ſuam in toto Archicancella[illegible] ſuo Germanico, provincia Colonienſi dumtaxat excepta; & demum Colonienſis in ſuis diœc[illegible] provincia, & extra provinciam ſuam in tota Italia & Gallia, in dextero latere Romanorum Cæſ[illegible] ſedere poſſint, valeant, & debeant in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta judiciis, collationibus feudorum, & in refectionibus menſarum, ac etiam in conſiliis, & in omnibus aliis agendis, propter quæ contingit ſeu continget eos pro honore ſeu utilitate Imperiali tractandis mutuò convenire & hunc modum ſeſſionis ſub omni eo ordine, ſicut expreſſatur ſuperiùs, ad prædictorum Colonienſis Treverenſis, & Moguntinenſis Archiepiſcoporum ſucceſſores, perpetuò extendi volumus, ut nullo unquam tempore ſuper his quævis dubietas generetur.

CAP. IV.

De Principibus Electoribus in communi.

STATUIMUS inſuper, ut quotienscunque Imperialem curiam ex nunc inanteà celebrar[illegible] gerit, in qualibet ſeſſione, videlicet tam in conſilio, quam in menſa, & locis aliis quibuscunqu[illegible] ubi Imperatorem, vel Regem Romanorum cum Principibus Electoribus ſedere contigerit, a d[illegible] tro latere Imperatoris vel Regis Romanorum immediate poſt Archiepiſcopum Moguntinenſem, Colonienſem, illum videlicet, quem tunc temporis pro qualitate locorum, & varietate provinci[illegible] juxta privilegii ſui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris aſſidere contigerit; Rex Bohemiæ [illegible] ſit Princeps coronatus & unctus primum; & poſt eum continuò Comes Palatinus Rheni, ſecu[illegible]du[illegible] ſedendi loca debeant obtinere; ad ſiniſtram vero partem immediate poſt illum, quem ex præd[illegible] Archiepiſcopis in latere ſiniſtro ſedere contigerit, primum locum Dux Saxoniæ, & poſt eum M[illegible]rc[illegible]o Brandeburgenſis alterum obtinebit.

2. Cæterùm, quotiens & quando deinceps Sacrum vacare contiget Imperium, e[illegible]n M[illegible]guntinenſis Archiepiſcopus poteſtatem habebit ſicut poteſtatem habuiſſe dignoſcitur ab a[illegible]u[illegible] cæteros Principes antedictos, ſuos in dicta ele[illegible]ione conſortes, litteratoriè convocandi.

3. Quibus omnibus, ſeu his, qui potuerint, & voluerint intereſſe, in electi[illegible]nis [illegible] cem congreg[illegible]t[illegible], dictus Arch[illegible]ep[illegible]opus Moguntinenſis, & non alter, eorundem Coele[illegible]o[illegible] rum vot[illegible] [illegible] hab[illegible]bit [illegible]ere, ordine [illegible]equenti.

4. P[illegible]no quidem [illegible]ter[illegible]bit a Treve[illegible]en[illegible] Archiepiſcopo, cui primam vocem [illegible] d[illegible]claramus, ſicut invenimus hactenus comperiſſe; [illegible]undò, à Colonienſi Archiepiſcopo, [illegible]ui

…nitas, nec non officium Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi; tertiò, à Rege …hemiæ, qui inter Electores Laicos ex Regiæ dignitatis faſtigio, jure & merito obtinebit primatiam; quartò, à Comite Palatino Rheni; quintò, à Duce Saxoniæ; ſextò, à Marchione Brandenburgenſi. horum omnium vota, præmiſſo jam ordine, dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis perquiret. quo facto, dicti Principes, ſui conſortes, ipſum vice verſa requirent, ut & ipſe intentionem ſuam exprimat, & ipſis aperiat votum ſuum.

5. Præterea, in celebratione Imperialis curiæ, Marchio Brandenburgenſis aquam lavandis Imperatoris, vel Regis Romanorum, manibus miniſtrabit; primum vero potum Rex Bohemiæ; quem tamen ſub Regali corona juxta privilegiorum Regni ſui continentiam, niſi libera voluntate voluerit, non tenebitur miniſtrare. Comes etiam Palatinus Rheni cibum afferre tenebitur. Dux Saxoniæ Mareſchallatus officium exercebit, ut ſolitum eſt fieri ab antiquo.

CAP. V.

De Iure Comitis Palatini Rheni, & etiam Saxoniæ Ducis.

QUOTIENS inſuper, ut præmittitur, Sacrum vacare continget Imperium, Illuſtris Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni, & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione Principatus, ſeu Comitatus Palatini privilegio, eſſe debet Proviſor ipſius Imperii, cum poteſtate judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi redditus & proventus, & inveſtiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine Sacri Imperii recipiendi; quæ tamen per Regem Romanorum poſtea electum, ſuo tempore omnia innovari, & de novo ſibi ipſa juramenta præſtari debebunt: feudis Principum duntaxat exceptis, & illis quæ Vanleben vulgariter appellantur, quorum inveſtituram, & collationem ſoli Imperatori, vel Regi Romanorum, ſpecialiter reſervamus. Ipſe tamen Comes Palatinus omne genus alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium, hujusmodi proviſionis tempore, expreſsè ſibi noverit interdictum.

3. Et eodem jure proviſionis, Illuſtrem Ducem Saxoniæ, Sacri Imperii Archimareſchallum, frui volumus in illis locis, ubi Saxonica jura ſervantur, ſub omnibus modis & conditionibus ſicut ſuperius eſt expreſſum.

3. Et quamvis Imperator, ſive Rex Romanorum, ſuper cauſis, pro quibus impetitus fuerit, habeat (ſicut ex conſuetudine introductum dicitur) coram Comite Palatino Rheni, Sacri Imperii Archidapifero, Electore Principe, reſpondere; illud tamen judicium Comes ipſe Palatinus non alibi, præterquam in Imperiali curia, ubi Imperator, ſeu Romanorum Rex præſens extiterit, poterit exercere.

CAP. VI.

De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes.

DECERNIMUS, ut in celebratione Imperialis curiæ, quotienscunque illam deinceps perpetuò celebrari contigerit, antedicti Principes Electores, Eccleſiaſtici & Seculares, juxta præſcriptum ordinem atq; modum, à dextris & ſiniſtris immutabiliter teneant loca ſua; eisq; , vel eorum alicui, in quibuscunq; actibus ad curiam ipſam ſpectantibus eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus Princeps alius, cujuscumq; ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis exiſtat, ullatenus præferatur; eo ſignanter expreſſo, quod nominatim Rex Bohemiæ in celebratione curiarum hujusmodi, in omnibus & ſingulis actibus antedictis, quemcumq; Regem alium, quacumq; etiam ſingulari dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis caſu ſeu cauſa venire, vel adeſſe forte contingeret, immutabiliter antecedat.

CAP. VII.

De ſucceſſione Principum Electorum.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

Carolus Quartus divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

INTER ſolicitudines illas innumeras, quibus pro felici ſtatu Sacri Imperii, cui auctore Domino feliciter præſidemus, cor noſtrum quotidie fatigatur, ad hoc præcipue meditatio noſtra dirigitur, qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio inter Sacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat, & corda eorum in ſinceræ charitatis concordia conſerventur, quorū providentia ſuo tempore orbi fluctuanti, tanto celerius, tantoq; facilius ſubvenietur, quanto inter eos nullus error ſurrepſerit, & purior fuerit charitas cuſtodita, obſcuritate ſuccisa, & jure cujuslibet dilucidè declarato. Sane generaliter longe lateq; eſt publicum, & quaſi per totum orbem notoriè manifeſtum, Illuſtres, Regem Bohemiæ,

nec

nec non Comitem Palatinum Rheni, DucemSaxoniæ, & Marchionem Brandenburg[illegible] Regni & Principatuum ſuorum, in electiooe Regis Romanorum in Cæſarem promovendi, [illegible] ris Principibus Eccleſiaſticis ſuis Coelectoribus, jus, vocem, & locum habere, & unà cum ipſis [illegible] ri, & eſſe veros & legitimos Sacri Imperii Principes Electores.

2. Ne inter eorundem Principum ſecularium Electorum filios, ſuper jure, voce, & pot[illegible] præfata, futuris temporibus, ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum [illegible] mune periculoſis dilationibus impediri, futuris auctore Deo cupientes periculis ſalubriter obvi[illegible]

3. Statuimus & Imperiali auctoritate, præſenti lege perpetuis temporibus valitura, dece[illegible] mus, ut poſtquam iidem Principes Electores Seculares, & eorum quilibet, eſſe deſierit, jus, vox, & [illegible] teſtas electionis hujusmodi ad filium ſuum primogenitum, legitimum, laicum; illo verò non extante ad ejusdem primogeniti primogenitum, ſimiliter laicum, libere & ſine contradictione cujuſpiam de volvatur.

4. Si vero primogenitus hujusmodi absq; hæredibus maſculis, legitimis, laicis, ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, jus, vox, & poteſtas electioois prædictæ, ad ſeniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur.

5. Et talis ſucceſſio in primogenitis, & hæredibus Priocipum eorundem, in jure, voce, & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſervetur.

6. Ea tamen conditione & modo, ut ſi Principem Electorem, ſeu ejus primogenitum, aut [illegible] um ſeniorem laicum, mori, & hæredes maſculos, legitimos, laicos, defectum ætatis patientes, reli quere cootigerit, tunc frater ſenior ejusdem primogeniti, tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, d[illegible] nec ſenior ex eis legitimã ætatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo aunos compl[illegible] tos cenſeri volumus & ſtatuimus perpetuò haberi; quam dum attigerit, jus, vocem, & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinùs aſſignare.

7. Si vero aliquem ex hujusmodi Principatibus ipſorom Imperio Sacro vacare conting[illegible] tunc Imperator, ſeu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipſo providere debebit & pot[illegible] tamquam de re ad ſe & Imperium legitime devoluta.

8. Salvis tamen ſemper privilegiis, juribus, & conſuetudinibus Regni noſtri Bohemiæ ſuper electione Regis in caſu vacationis per regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, facienda, juxta cootineutiam eorundem privilegiorum, & obſervatam conſuetudinem diuturnam, à divis Romanorum Imperatoribus, ſive Regibus, obtentorum, quibus ex hujusmodi ſanctione Imperiali in nullo præjudicari volumus; imo, ipſa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore & forma, indubiam tenere roboris firmitatem.

CAP. VIII.

De Regis Bohemiæ & Regnicolarum ejus immunitate.

CUM per divos Romanorum Imperatores, & Reges, prædeceſſores noſtros, illuſtribus Bohemiæ Regibus, progenitoribus & prædeceſſoribus noſtris, nec non Regno Bohemiæ, ejusdemque Regni corooæ, olim conceſſum fuerit gratioſius & indultum, ſitq; in Regno eodem, à tempore cujus contrarii hodie non exiſtit memoria, conſuetudine laudabili, inconvulsè ſervata, diuturnitate temporum, & præſcripta moribus utentium, ſine cootradictionis aut interruptionis ob[illegible] culo introductum, quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Civis, Burgenſis, ſeu Ruſticus, nulla deniq; perſona ejusdem regni, & pertinentiarum ejusdem ubicumq; exiſtentium, cujuscumq; ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis exiſtat, ad cujuscumq; actoris inſtantiam, extra Regnum ipſum ad quodcumq; tribunal, ſeu alterius, præterquam Regis Bohemiæ, & Judicum Regalis curiæ ſuæ judicium citari potuerit, ſive trahi, nec vocari debeat perpetuis inanteà temporibus ſive poſſit. ideoq; privilegium, conſuetudinem, & indultum hujusmodi, auctoritate Imperiali, & de Imperialis poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia innovantes, & etiam confirmantes, hac præſenti noſtra conſtitutione Imperiali perpetuis temporibus valitura ſtatuimus, ut ſi contra privilegium, conſuetudinem, vel indultum præfatum quispiam prædictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Civis, Burgenſis, ſeu Ruſticus, aut alia quæcumq; perſona præmiſſa, ad cujuscumq; tribunal extra Regnum prædictum Bohemiæ, in quacumq; cauſa, criminali, civili, vel mixta, ſeu ſuper quocumq; negotio citatus fuerit, quocumq; tempore, vel citata, comparere, vel in judicio reſpondere minime teneatur. quod ſi adverſus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem, à quocumq; Judice, cujuscumq; auctoritatis exiſtat, extra Regnum ipſum Bohemiæ conſtituto, judicialiter procedi, proceſſus fieri, ſeu ſententias interlocutorias vel definitivas, unam vel plures, in quibuscumq; prænominatis cauſis ſive negotiis, quovis modo fieri vel promulgari contingeret, auctoritate præmiſſa, de plenitudine inſuper antedictæ Imperatoriæ poteſtatis, citationes, præcepta, proceſſus, & ſententias hujusmodi, necnon executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo eorum, quomodolibet ſequi, attemptari poſſent vel fieri, irritamus penitus & caſſamus.

2. Adjicientes expreſſe, & edicto Imperiali perpetuò valituro, eadem auctoritate, & de præmiſſæ poteſtatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædictoRegno Bohemiæ, à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter obſervatum exiſtit, ita nulli prorſus Principi, Baroni, Nobili, Militi, Clienti, Civi, Burgenſi, ſeu Ruſtico, nulli demum perſonæ, ſeu incolæ Regni Bohemiæ ſæpe dicti, cujuscumq; ſtatus, præeminentiæ, dignitatis, vel conditionis exiſtant, vel exiſtat, à quibuscumq; proceſſibus, ſententiis interlocutoriis vel diffinitivis, ſive præceptis Regis Bohemiæ, aut quorum libet ſuorum judicum, necnon executionibus eorundem, contra ſe in Regali judicio, ſeu coram Regis, Regni, ſeu prædictorum Judicum tribunalibus factis aut latis, habitis vel ferendis inanteà ſeu fiendis, liceat ad quodcumq; aliud judicium appellare, provocationes quoq; ſeu appellationes hujusmodi, ſi quas contra hoc interponi contigerit, eo ipſo viribus non ſubſiſtant, & appellantes ipſi pœnam perditionis cauſarum ipſo facto ſe noverint incurriſſe.

CAP. IX.

De Auri, Argenti, & aliarum ſpecierum mineris

PRÆSENTI conſtitutione in perpetuum valitura ſtatuimus, ac de certa ſcientia declaramus, quòd ſucceſſores noſtri Bohemiæ Reges, nec non univerſi & ſinguli Principes Electores, Eccleſiaſtici & Seculares, qui perpetuò fuerint, univerſas auri & argenti fodinas, atq; mineras ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuscumq; generis metalli, ac etiam ſalis, tam inventas quam etiam inveniendas in poſterum quibuscumq; temporibus, in Regno prædicto, ac terris & pertinentiis eidem Regno ſubjectis, nec non ſupradicti Principes in Principatibus, terris, dominiis, & pertinentiis ſuis, tenere juſtè poſſint & legitimè poſſidere, eum omnibus juribus (nullo prorſus excepto prout poſſunt ſeu conſueverunt talia poſſideri; nec non Iudæos habere; theolonea in præterito ſtatuta & indicta percipere; quodq; progenitores noſtri, Reges Bohemiæ felicis memoriæ, ipſiq; Principes Electores, ac progenitores & prædeceſſores eorum, legitimè potuerint usq; in præſens, ſicut hoc antiqua, laudabili, & approbata conſuetudine, diuturniq; ac longiſſimi temporis curſu præſcripta noſcitur obſervatum.

CAP. X.

De Monetis.

STATUIMUS præterea, ut Regi Bohemiæ, ſucceſſori noſtro, qui fuerit pro tempore, ſicut conſtat ab antiquo Illuſtris memoriæ Bohemiæ Regibus, noſtris prædeceſſoribus, licuiſſe, & in poſſeſſione pacifica continua ipſos fuiſſe juris ſubſequentis, videlicet monetas auri & argenti, in omni loco & parte Regni ſui, & ſubditarum ei terrarum & pertinentiarum omnium, ubi Rex ipſe decreverit, ſibiq; placuerit, cudi facere, & mandare, ſub omni modo & forma, in Regno ipſo Bohemiæ, in his ad hæc usq; tempora obſervatis, quòdq; futuris perpetuò Bohemiæ Regibus, hac noſtra Imperiali conſtitutione & gratia perpetuò valituris, à quibuscumq; Principibus, Magnatibus, Comitibus, ac perſonis aliis, quascumq; terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia, ſive bona, liceat emere, comparare, ſeu in donum vel donationem, ex quacumq; cauſa, aut in obligationem recipere, ſub talium terrarum, caſtrorum, poſſeſſionum, prædiorum, ſeu bonorum conditione conſueta, ut videlicet propria recipiantur vel comparentur ut propria, libera velut libera, & ea quæ dependent in feudum, ſimiliter emantur in feudum, ſeu comparata taliter teneantur; ita tamen, quòd ipſi Reges Bohemiæ, de iis, quæ hoc modo comparaverint vel receperint, & Regno Bohemiæ duxerint applicanda, ad priſtina ac conſueta jura, de talibus ſacro explenda & reddenda Imperio ſint aſtricti.

2. Præſentem nihilominus conſtitutionem & gratiam, virtute præſentis legis noſtræ Imperialis, ad univerſos Principes Electores, tam Eccleſiaſticos quam Seculares, ſucceſſores & legitimos hæredes ipſorum, plene extendi volumus, ſub omnibus modis & conditionibus, ut præfertur.

CAP. XI.

De immunitate Principum Electorum.

STATUIMUS etiam, ut nulli Comites, Barones, Nobiles, Feudales, Vaſalli, Caſtrenſes, Milites, Clientes, Cives, Burgenſes, nullæ quoq; perſonæ, Colonienſi, Moguntinenſi & Treverenſi, Eccleſiis ſubjecti vel ſubjectæ, cujuscumq; ſtatus, conditionis, vel dignitatis exiſtant, ad cujuscumque actoris inſtantiam extra territorium, & terminos ac limites earundem Eccleſiarum, & pertinentiarum ſuarum, ad quodcumq; aliud tribunal, ſeu cujuscumq; alterius, præterquam Archiepiſcoporum Moguntinenſis, Treverenſis, & Colonienſis, & Judicum ſuorum judicium citari poterint temporibus retroactis, vel trahi ſeu vocari debeant perpetuis inanteà temporibus ſive poſſint, ſicut in præteritis invenimus temporibus obſervatum.

2. Quod ſi contra præſens edictum noſtrum, prædictos Eccleſiarum Treverenſis, Moguntinenſis, ſeu Colonienſis ſubditos, vel eorum aliquem ſeu aliquos, ad cujuscumq; inſtantiam, ſeu ad cujuscumq; tribunal, pro quacumq; cauſa criminali, civili, vel mixta, ſeu quocumq; negotio, extra territorium,

ritorium, limites ſeu terminos dictarum Eccleſiarum, vel alicujus earum citari contin[illegible] rere vel reſpondere minimè teneantur; & citatio, & proceſſus, & ſententiæ interlocutoriæ vel [illegible] tivæ contra nonvenientes à talibus judicibus extraneis latæ vel factæ, fiendæ vel ferendæ, [illegible] præcepta, & præmiſſorum executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo eorum quomodoli[illegible] attentari poſſent vel fieri, irrita decernimus eo ipſo.

3. Adjicientes expreſſe, quòd nulli Comiti, Baroni, Nobili, Feudali, Vaſallo, Caſtrenſi, M[illegible] Clienti, Civi, Ruſtico, nulli demum perſonæ Eccleſiis hujuſmodi ſubjectæ, ſeu ejus incolæ [illegible] cumq; ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtant, à proceſſibus, ſententiis interlocutoriis & d[illegible] vis, ſive præceptis Archiepiſcoporum & Eccleſiarum hujuſmodi, vel ſuorum Officiatorum tempo[illegible] lium aut executionibus eorundem contra ſe in Archiepiſcopali, ſeu Officiatorum prædictorum j[illegible] cio factis aut latis, habitis vel ferendis inanteà ſeu fiendis, ad quodcumq; tribunal aliud liceat appe[illegible] re, quamdiu in Archiepiſcoporum prædictorum, & ſuorum judicio querulantibus non fuerit juſtit[illegible] denegata: appellationes contra hoc factas non recipi ſtatuimus, caſſaſque & irritas nunciamus.

4. In defectum vero juſtitiæ, prædictis omnibus ad Imperialem dumtaxat curiam & tribunal, ſeu Judicis immediatè in Imperiali curia pro tempore Præſidentis audientiam; & etiam eo caſu non ad quemvis alium judicem, ſive ordinarium, ſive etiam delegatum, his, quibus denegata fuerit juſtitia, [illegible] ceat appellare. Quicquid vero contra præmiſſa factum fuerit, ſit irritum eo ipſo.

3. Eandem conſtitutionem virtute præſentis legis noſtræ Imperialis, ad Illuſtres Co[illegible] item [illegible] latinum Rheni, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgenſem, Principes Electores ſecu[illegible] ſive laicos, ſucceſſores, hæredes, & ſubditos eorum, plenè extendi volumus, ſub omnibus modis [illegible] conditionibus, ut præfertur.

C A P. XII.

De congregatione Principum Electorum.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

Carolus Quartus divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper-Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam,

INTER illas multiplices Reipublicæ curas, quibus aſſiduè mens noſtra diſtrahitur, multa conſideratione neceſſarium fore proſpexit noſtra ſublimitas, ut Sacri Imperii Principes Electores, ad [illegible]ctandum de ipſius Imperii orbiſque ſalute, frequentius ſolito congregentur, qui ſolidæ baſes Imperii, & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum conſiſtunt diſtantias, ita de incumbentibus regionum ſibi cognitarum defectibus referre ſimul & conſerre noverunt, ſaniſque providentiæ ſuæ conſiliis non ignorant accommodatis talium reformationibus ſalubriter operam dare.

2. Hinc eſt, quod in ſolemni curiâ noſtra in Nuremberg, cum Venerabilibus Eccleſiaſticis, & Illuſtribus ſecularibus Principibus Electoribus, & multis aliis Principibus & Proceribus, per noſtram Celſitudinem celebrata, habita cum eiſdem Principibus Electoribus deliberatione, & de ipſorum conſilio, pro bono & ſalute communi, cum dictis Principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, duximus ordinandum, quòd iidem Principes Electores de cætero per ſingulos annos ſe[illegible] mel, transactis à feſto Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ quatuor ſeptimanis continuè numerandis, in aliqua civitatum Sacri Imperii perſonaliter congregentur, & ad idem tempus proxime affuturum, [illegible] anno præſenti, colloquium ſeu curia, & congregatio hujuſmodi, in civitate noſtra Imperiali Mete[illegible] per nos & eoſdem Principes celebretur; ac tunc, & deinceps, die quolibet congregationis hujuſm[illegible] locus per nos, quo ſequenti anno conveniant, ipſorum conſilio ſtatuatur, hac noſtra ordinatione, noſtrum & ipſorum dumtaxat beneplacitum duratura. qua durante, ipſos ſub noſtro Imperiali conductu recipimus, ad dictam curiam accedendo, ſtando, ac etiam recedendo.

3. Præterea, ne tractatus communis ſalutis & pacis, per tractum & moram ſolatii, ſeu exc[illegible] vam frequentationem convivii retardetur, ut aliquando fieri eſt conſuetum, concordi voluntat[illegible] duximus ordinandum, ut deinceps curia ſeu congregatione præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas; particulares verò, quæ agendorum expeditionem non impediant, cum moderamine ſint permiſſæ.

C A P. XIII.

De Revocatione Privilegiorum.

PRÆTEREA ſtatuimus, & hoc Imperiali perpetuo ſancimus edicto, quòd univerſa privilegia & litteræ, quibuſcunque perſonis, cujuſcumque ſtatus, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſeu civitatum, oppidorum, & quorumlibet locorum univerſitatibus, ſuper quibuſcumque juribus, gratiis, immunitatibus, conſuetudinibus, ſeu rebus aliis, etiam proprio motu, ſeu alias à nobis, ve[illegible] colendæ memoriæ divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus, prædeceſſoribus noſtris, ſub q[illegible]

bus um,

[illegible] ...ſſæ & conceſſæ, ſeu a nobis [illegible] na-[illegible] ntea futuris temporibus conced [illegible] de [illegible] onibus, juribus, & honoribus, [illegible] E-[illegible] orum & Secularium, aut alicujus [illegible] us de-[illegible] & literis quarumlibet perſonarum [illegible] entiæ, [illegible] præfertur, ſeu univerſitatum hujusmodi expreſ[illegible] fit, vel [illegible] a ſeu revocabiles eſſe non debeant, niſi de ipſis, & [illegible] is com-[illegible] ... nc fieret de verbo ad verbum ſeriatim mentio ſpecialis. hujusmodi [illegible] amque privilegia & [illegible] & inquantum libertatibus, jurisdictionibus, juribus, honoribus, ſeu dominiis dictorum Principum Ele[c]torum, aut alicujus ipſorum de rogare, vel obviare cenſentur in [al]iquo, quoad hoc revocamus ex certa ſcientia & caſſamus, revocataque & revocatas intelligi, reputari, & haberi decernimus de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis.

CAP. XIV.

DE HIS, QVIBVS VT INDIGNIS AVFERVNTVR bona feudalia.

IN pleriſq; partibus vaſalli, & feudatarii dominorum, feuda ſeu beneficia, quæ a dominis ipſis obtinent, intempeſtivè, verbaliter & in fraude renunciant, ſeu reſignant eadem; & [illegible] a reſignatione hujusmodi, dominos ipſos maliotioſè diffidant, ſuasque inimicitias eis denunciant, damna eis ſubſequenter gravia inferendo: & beneficia ſeu feuda ſic relicta prætextu guerræ ſeu inimicitiæ iterum invadunt, & occupant, & detinent occupata. ea propter præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus, quòd talis reſignatio, ſeu renunciatio haberi debeat pro non facta, niſi libere & realiter facta fuerit per eosdem. ita quòd poſſeſſio beneficiorum & feudorum hujusmodi, dominis ipſis corporaliter & realiter aſſignetur, in tantum, quòd nullo umquam tempore diffidantes ipſi in bonis, feudis, ſeu beneficiis reſignatis, dominos ipſos perturbent per ſe, vel alios, aut moleſtent, nec ad hoc, conſilium præſtent, auxilium, vel favorem. contrarium faciens, ſeu dominos ſuos in beneficiis & feudis reſignatis, vel non reſignatis invadens quomodolibet vel perturbans, vel damna in ipſis inferens, ſeu conſilium, auxilium præſtans talia facientibus, vel favorem, feuda & beneficia hujusmodi eo ipſo amittat, infamis exiſtat, & banno Imperiali ſubjaceat, & nullus ad feuda vel beneficia hujusmodi pateat ei de cætero, quocunq; tempore aditus, vel regreſſus, nec de novo concedi ſibi valeant ullo modo; & facta eis contra hoc illorum conceſſio, ſeu inveſtitura ſequuta, viribus non ſubſiſtat. poſtremò, omnes pœnas prædictas illos vel illum, qui prædicta reſignatione non facta, contra dominos ſuos fraudulenter agentes, vel agens, ſcienter eos invaſerint, vel invaſerit, diffidatione quacumq; prævia vel obmiſſa, vigore præſentis ſanctionis incurrere decernimus ipſo facto.

CAP. XV.

DE CONSPIRATORIBVS.

DEteſtandas prætereà, & ſacris legibus reprobatas conſpirationes & conventiculas, ſeu colligationes illicitas, in civitatibus & extra, vel inter civitatem & civitatem, inter perſonam & perſonam, ſeu inter perſonam & civitatem, prætextu parentelæ, ſeu receptionis in cives, vel alterius cujuscumque coloris conjurationes; inſuper & confœderationes & pacta, nec non & conſuetudinem circa hujusmodi introductam, quam cenſemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus, & ex certa ſcientia irritamus: quas civitates, ſeu perſonæ, cujuscumq; dignitatis, ſeu conditionis, aut ſtatus, ſive inter ſe, ſive cum aliis, absque auctoritate dominorum, quorum ſubditi vel miniſteriales ſunt, ſeu in quorum diſtrictu conſiſtunt, eisdem dominis nominatim non exceptis, fecerint hactenus, & facere præſumpſerint in futuro, ſicut per ſacras divorum Auguſtorum, prædeceſſorum noſtrorum, leges, prohibitas non ambigitur & caſſatas; illis confœderationibus & legis duntaxat exceptis, quas Principes, & Civitates, ac alii ſuper generali pace provinciarum atque terrarum inter ſe firmaſſe noſcuntur. illas enim noſtræ declarationi ſpecialiter reſervantes, in ſuo decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum.

2. Perſonam ſingularem, quæ de cetero contra tenorem præſentis conſtitutionis, & noſtræ legis antiquæ ſuper hoc editæ, confœderationes, colligationes, conſpirationes, & pacta hujusmodi inire præſumpſerit, ultra pœnam legis ejusdem, notam infamiæ, & pœnam decem librarum auri; civitatem verò, vel univerſitatem in hanc legem noſtram ſimiliter committentem, centum librarum auri, nec non amiſſionis & privationis libertatum, & privilegiorum Imperialium, pœnas incurrere decernimus eo ipſo, medietate pœnæ hujusmodi pecuniariæ fiſco Imperiali; reliqua vero domino diſtrictus, in cujus præjudicium factæ fuerint, applicanda.

CAP. XVI.

DE PFALBVRGERIIS.

CÆterum, quia nonnulli cives & ſubditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, ſicut frequens ad nos querela perduxit, jugum originariæ ſubjectionis quærentes abjicere, imò auſu

 temera-

temerari … nentes, in aliarum civitatum cives recipi ſe proc…
procur … & nihilominus in priorum dominorum, quos tali f…
munt deſerere, terris, civitatibus, oppidis. & villis corpor … liter re…
modo ſe transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defenſari conten…
Pfalburger … conſueverunt vulgariter appellari. quoniam autem patr…
& do … , de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine, omnium Principum …
& Secularium, … no accedente conſilio, ex certa ſcientia ſtatuimus … p…
ra ſancimus, quod prædicti cives & ſubditi, eis, quibus ſubſunt, taliter illud…
locis, & provinciis Sacri Imperii a præſenti die in poſterum, civitatum, in quarum civ…
cipi ſe procurant, vel hactenus procurarunt, juribus & libertatibus in nullo potiantur …
modi civitates corporaliter & realiter transeuntes, ibique larem foventes, continue & …
ficté reſidentiam facientes, debita onera & municipalia ſubeant munera in eisdem. ſi qui …
præſentis noſtræ legis tenorem recepti ſint, vel fuerint in futurum, illorum receptio omni …
mitate; & recepti, cujuscumque dignitatis, conditionis, aut ſtatus exiſtant, in nullo caſu pe…
cauſa, civitatum, ad quas recipi ſe procurant, juribus vel libertatibus gaudeant quomodo…
fruantur; non obſtantibus quibuscumq; juribus, privilegiis, vel conſuetudinibus obſerva…
toriisq; tempore, & obtentis; quas & quæ, in quantum præſenti noſtræ legi obveniant, …
bus ex certa ſcientia revocamus de prædictæ Imperialis plenitudine poteſtatis, omniq; car…
nimus robore firmitatis.

2. Circa præmiſſa omnia Principum, Dominorum, & aliorum hominum, quos …
contigit, vel continget in poſterum, juribus circa perſonas, & bona ſubditorum quo…
ipſos ſæpe dicto modo deſerentium, ſemper ſalvis. hos nihilominus, qui ſæpe dictos cive… &…
tos alienos recipere, contra præſentis noſtræ legis diſpoſitionem, præſumpſerint, vel recepi…
terito præſumpſerunt, ſi eos omnino non dimiſerint infra menſem poſt intimationem pr…
eis factam, centum marcas auri puri pro transgreſſione hujusmodi totiens, quotiens deinc…
fuerit, incurrere decernentes; quarum medietas Imperiali fiſco noſtro, reliqua verò domi…
rum, qui recepti fuerint, irremiſſibiliter applicetur.

CAP. XVII.

DE DIFFIDATIONIBUS.

EOs, qui de cætero adverſus aliquos juſtam diffidationis cauſam ſe habere fingentes, ipſos …
cis, ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempeſtivè diffid…
claramus damna quæcumque per incendia, ſpolia, vel rapinas diffidatis ipſis, cum honore …
inferre non poſſe.

2. Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, præſenti conſtitutione in perpetuum
valitura ſancimus, diffidationes hujusmodi quibuscumque dominis aut perſonis, cum quibus *aliqu…
fuerunt in ſocietate, familiaritate, vel honeſta quavis amicitia converſati, ſic factas vel fiendas in po-
ſterum, non valere, nec licere, prætextu diffidationis cujuslibet quempiam invadi per incendia, ſpo-
lia, vel rapinas, niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter, vel in loco, quo ha-
bitare conſuevit, publice fuerit intimata, poſſitque de intimatione hujusmodi, per teſtes idoneos …
eri plena fides. Quisquis ſecus quempiam diffidare vel invadere modo præmiſſo præſumpſerit, in…
miam eo ipſo incurrat, ac ſi nulla diffidatio facta eſſet; quem etiam tamquam proditorem, per quos
cunque Judices pœnis legalibus ſtatuimus caſtigari.

*Leg. alioqui

3. Prohibemus etiam & damnamus univerſas & ſingulas guuerras, & lites injuſtas; cuncta qu…
que injuſta incendia, ſpolia, rapinas, indebita & inconſueta theolonea & conductus, & exac…
pro ipſis conductibus extorqueri conſuetas, ſub pœnis, quibus ſacræ leges prænulla, & eorum q…
liber, ſanciunt punienda.

CAP. XVIII.

LITTERA INTIMATIONIS.

VObis Illuſtri & magnifico Principi Domino &c. Marchioni Brandenburgenſi, Sacri I…
Archicamerario, Coelectori, & amico noſtro chariſſimo. Electionem Romanoru…
quæ ex rationabilibus cauſis imminet facienda, præſentibus intimamus; vosque ex o…
ſtri debito ad electionem præfatam ritè vocamus, quatenùs à die tali, &c. in tres … menſes …
computandos, per vos, ſeu nuncios aut procuratores veſtros, unum vel plures, ſufficiens m…
habentes, ad locum debitum, juxta formam ſacrarum legum ſuper hoc editarum, venire cur…
beraturi, tractaturi, & concordaturi cum aliis Conprincipibus & Coelectoribus veſtris & n…
electione futuri Regis Romanorum in Imperatorem poſtmodum favente Domino promo…
eodem manſuri usq; ad plenam conſummationem ele…ionis bujusmodi, & alias factur…, & p…
prout in ſacris legibus ſuper hoc deliberate editis invenitur expreſſum; alias, non ob…an…
ſeu veſtrorum abſentia, in præmiſſis una cum aliis Conprincipibus & Coele…toribus v…
& noſtris, prout legum ipſarum ſanxerit auctoritas, finaliter
procedemus.

CAP. XIX.

[illegible] procurat[illegible], mittendi per eum principem Electorem, qui nuncios ſuos ad [illegible]tionem faciendam duxerit deſtinandos.

NOs talis, Dei gratia, &c. Sacri Imperii &c. notum facimus tenore præſentium univerſis: quod cum electio Romanorum Regis ex rationabilibus cauſis immineat facienda, nos de honore & ſtatu Sacri Imperii ſolicitudine debita intendere cupientes, ne tam gravibus diſpendiis periculoſe ſubjaceat, de fide & circumſpectionis induſtria dilectorum nobis &c. fidelium noſtrorum obtinentes utique præſumptionis indubiæ fiduciam ſingularem, ipſos & quemlibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod per unum inceptum fuerit, per alium finiri valeat, & licite terminari, omni jure, modo & forma, quibus meliùs & efficaciùs poſſumus, ſeu valemus, noſtros veros & legitimos Procuratores, & nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus, & ordinamus, ad tractandum ubilibet unà cum aliis Conprincipibus, & Coelectoribus noſtris, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, & cum ipſis concordandum, conveniendum, & concludendum de perſona quacumque habili ac idonea, in Regem Romanorum eligenda; ac ipſis tractatibus ſuper electione talis perſonæ habendis, pro nobis, loco & nomine noſtris intereſſendum, tractandum, & deliberandum, nec non vice & nomine noſtris eandem perſonam nominandum, & in ipſam conſentiendum, ac etiam in Regem Romanorum promovendum, ad Sacrum Imperium eligendum, ac in animam noſtram præſtandum quodcumq; juramentum, quod neceſſarium debitum, ſeu conſuetum fuerit; circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum, alium, vel alios procuratores in ſolidum ſubſtituendum & revocandum, omnia & ſingula faciendũ, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa etiam usq; ad conſummationem tractatuum, nominationis, deliberationis, & electionis hujusmodi, de præſenti faciendæ neceſſaria, aut utilia fuerint, ſeu etiam quomodolibet oportuna, etiamſi præmiſſa, vel eorum quodlibet, mandatum exigant ſpeciale; etiamſi majora vel magis ſingularia fuerint ſupradictis, & quæ nosmetipſi facere poſſemus, ſi hujusmodi tractatuum, deliberationis, nominationis & electionis futuræ negotiis, præſentes & perſonaliter adeſſemus, gratum & ratum habentes, & habere volentes, & nos perpetuò habituros firmiter promittentes, quicquid per antedictos Procuratores, ſeu nuncios noſtros, necnon ſubſtitutos, aut ſubſtituendos, ab ipſis ſeu eorum altero, in præmiſſis ſeu præmiſſorum quolibet, actum, geſtum, ſeu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum.

CAP. XX.

DE VNIONE PRINCIPATVVM ELECTORVM, & Jurium eis connexorum.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

Carolus Quartus divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemia Rex, ad perpetuam rei memoriam.

CUm univerſi & ſinguli Principatus, quorum virtute Seculares Principes Electores, jus & vocem in electione Regis Romanorum, in Cæſarem promovendi, obtinere noſcuntur, cum jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus, & juribus aliis, eis, & cuilibet eorum annexis, & dependentibus ab eisdem, adeò conjuncti, & inſeparabiliter ſint uniti, quòd jus, vox, officium, & dignitas, alia quoque jura, ad quemlibet Principatuum eorundem ſpectantia, cadere non poſſint in alium, præter illum, qui Principatum ipſum cum terra, vaſallagiis, feudis, & dominio, ac ejus pertinentiis univerſis dignoſcitur poſſidere; præſenti edicto Imperiali perpetuò valituro ſancimus, unumquemque Principatuum prædictorum, cum jure & voce electionis, ac officio, cæterisque omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipſum ſpectantibus, ita perſeverare, & eſſe debere unitum perpetuis temporibus indiviſibiliter & conjunctum, quòd poſſeſſor Principatus cujuslibet, etiam juris, vocis, officii, & dignitatis, & pertinentiarum omnium ad illum ſpectantium, quieta debeat & libera poſſeſſione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipſeque, & nemo alius, per cæteros Principes Electores, ad electionem, & omnes actus alios pro Sacri Imperii honore, vel oportunitate gerendos, omni tempore aſſumi, ſine contradictione qualibet, & admitti; nec aliquid præmiſſorum ab altero, cum ſint & eſſe debeant inſeparabilia, dividi, vel ullo tempore debeat ſeparari, aut in judicio, vel extra diviſim repeti valeat, aut evinci, vel etiam per ſententiam ſeparari; nec aliquis unum ſine alio impetens audiatur. quod ſi per errorem, vel aliàs auditus quis fuerit, aut proceſſus, judicium, ſententia, vel aliquid hujusmodi contra præſentem diſpoſitionem noſtram emanaverit, ſeu quomodolibet attemptari [illegible]ontigerit, hoc totum, & omnia ex his, & quælibet eorum ſequentia, eo ipſo viribus non ſubſiſtant.

CAP. XXI.

De ordine proceſſionis inter Archiepiſcopos.

QUoniam autem ſuperius in principio conſtitutionum noſtrarum præſentium, circa ordinem ſeſſionis Eccleſiaſticorum Principum Electorum in conſilio, & in menſa, & alias quoties Imperialem curiam celebrari, ſeu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Romanorum, congregari contigerit, ſufficienter duximus providendum, ſuper qua priſcis audivimus temporibus pluries diſceptatum; expedire credimus etiam proceſſionis & deambulationis in eos ordinem diffinire.

2. Quapropter hoc perpetuo Imperiali edicto decernimus, ut quotienscumque in congregatione Imperatoris, vel Regis Romanorum; & Principum prædictorum, Imperatore vel Rege ipſo deambulante, inſignia ante faciem ſuam portari contigerit, Archiepiſcopus Treverenſis in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem transeat, illique ſoli medii inter eos ambulent, quos Imperialia vel Regalia contingent inſignia deportare.

3. Dum autem Imperator, vel Rex, abſque inſigniis eiſdem inceſſerit, ex tunc idem Archiepiſcopus Imperatorem, vel Regem præfato modo præcedat, ita quòd nemo penitus inter eos medius habeatur; aliis duobus Archiepiſcopis Electoribus, loca ſua juxta diſtinctionem provinciarum ſuarum circa ſeſſionem ſuperiùs declaratam, etiam circa proceſſionem perpetuò ſervaturis.

CAP. XXII.

De ordine proceſſionis Principum Electorum, & per quos inſignia deportentur.

AD declarandum autem in Imperatoris, vel Regis Romanorum deambulantis præſentia, proceſſionis ordinem Principum Electorum, de quo ſupra fecimus mentionem, ſtatuimus, ut quotienscumque in celebratione Imperialis curiæ Principes Electores cum Imperatore, ſeu Rege Romanorum, in quibuscumq; actibus vel ſolemnitatibus proceſſionaliter ambulare contigerit, & Imperialia vel Regalia debuerint inſignia deportari, Dux Saxoniæ Imperialem vel Regalem enſem deferens, Imperatorem ſeu Regem immediatè præcedat, & inter illum, & Archiepiſcopum Treverenſem medius habeatur; Comes vero Palatinus, pomum Imperiale portans, à latere dextro; & Marchio Brandenburgenſis ſceptrum deferens, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxoniæ lineariter gradiantur; Rex autem Bohemiæ Imperatorem ſeu Regem ipſum immediate, nullo interveniente, ſequatur.

CAP. XXIII.

De benedictionibus Archiepiſcoporum in præſentia Imperatoris.

QUotiens inſuper in Imperatoris, vel Regis Romanorum præſentia, Miſſarum ſolemnia celebrari, ac Moguntinenſem, Treverenſem, & Colonienſem Archiepiſcopos, vel duos ex eis adeſſe contigerit, in confeſſione, quæ ante miſſam dici conſuevit, ac in porrectione Evangelii oſculandi, & Pace poſt Agnus Dei portanda, nec non & in benedictionibus poſt finita Miſſarum ſolemnia, ac etiam ante menſam faciendis, & in gratiis poſt cibum acceptum agendis, is inter eos ordo ſervetur, prout de ipſorum conſilio duximus ordinandum, quod prima die hæc omnia & ſingula, à primo; ſecunda die, à ſecundo; tertia verò, à tertio peragantur.

2. Primum autem, ſeu ſecundum, vel tertium hoc caſu, ſecundum quod prius vel poſterius quilibet eorum conſecratus exiſtit, debere intelligi declaramus, & ut ſe invicem honore condigno & decenti præveniant, & exemplum aliis præbeant invicem honorandi, is, quem circa præmiſſa ordo tigerit, ad hæc alterum convenienti & charitativa inclinatione invitet, & tunc demum ad præmiſſa procedat, ſeu quodlibet præmiſſorum.

CAP. XXIV.

Infra ſcripta leges promulgata ſunt in curia Metenſi per Dominum Carolum IV. Romanorum Imperatorem, & Bohemiæ Regem Auguſtum, Anno Domini M CCC. LVI. in die Natalis Chriſti, aſſiſtentibus ſibi omnibus Sacri Romani Imperii Electoribus, præſentibus dominis, Venerabili in Chriſto Patre Domino Theoderico Epiſcopo Albanenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illuſtri, ac Delphino Viennenſi.

Verba Reſcripti Imperatorum Arcadii & Honorii in l. Quisquis C. ad l. Jul. Majeſt.

SI quis cum Principibus, Militibus, vel privatis, ſeu quibuscumque perſonis, plebeis etiam, ſceleſtam factionem, aut factionis ipſius inierit ſacramentum, vel dederit, de nece Venerabilium, & Illu-

& Illuſtrium Principum noſtrorum, & Sacri Romani Imperii, tam Eccleſiaſticorum quam Secularium, Principum Electorum, ſeu alt. rius eorundem (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt. Eadem enim ſeveritate voluntatem ſceleris, qua effectum puniri jura voluerunt:) ipſe quidem, utpote majeſtatis reus, gladio feriatur, bonis ejus omnibus fiſco noſtro addictis: filii verò ejus, quibus vitam Imperiali ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis metuuntur exempla) à materna vel avita, omnium etiam proximorum hæreditate, & ſucceſſione habeantur alieni, ex teſtamentis aliorum nihil capiant, ſint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullum umquam honorem, ad nulla prorſus ſacramenta perveniant, ſint poſtremò tales, ut his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & vita ſupplicium. Denique jubemus eos eſſe notabiles ſine venia, qui pro talibus umquam apud oos intervenire temptaverint.

2. Ad filias ſane ipſorum, quotlibet numero fuerint, Falcidiam tantùm ex bonis matris, ſive teſtata, ſive inteſtata deceſſerit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quàm integrum emolumentum aut nomen hæredis conſequantur. mitior enim circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe confidimus.

3. Emancipationes quoque, quæ à prædictis ſive in filios, poſt legem duntaxat latam, ſive in filias fuerint collatæ, non valeant. dotes, donationes quorumlibet, poſtremò item alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel jure factas eſſe conſtiterit, quo primò memorati de ineunda factione, ac ſocietate cogitaverint, nullius ſtatuimus eſſe momenti. Uxores ſane prædictorum recuperata dote, ſi in ea conditione fuerint, ut, quæ à viris titulo donationis acceperunt, ſeu accipiunt, filiis debeant reſervare, tempore quo uſusfructus abſumitur; omnia ea fiſco noſtro ſe relicturas eſſe cognoſcant, quæ juxta legem filiis debebantur; Falcidia etiam ex his rebus, filiabus tantum, non etiam filiis deputetur.

4. Idem, quod de prædictis, eorumque filiis cavimus, etiam de ſatellitibus, conſciis, ac miniſtris, filiisque eorum ſimili ſeveritate cenſemus. Sane ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus, ipſe prodiderit factionem, & præmio à nobis & bonore donabitur. Is verò, qui uſus fuerit factione, ſi vel ſerò, tamen incognita adhuc conſiliorum arcana pateſecerit, abſolutione *tantum, ac venia dignus habebitur. *in Origin eſt, tamen.

5. Statuimus inſuper, ut ſi quid contra prædictos Principes Electores, Eccleſiaſticos vel Seculares, commiſſum dicatur, etiam poſt mortem rei, id crimen inſtaurari poſſe.

6. In hoc item crimine, quod ad læſam in Principibus Electoribus ſuis Majeſtatem pertinet, etiam in caput domini, ſervi torquentur.

7. Volumus inſuper, & præſenti Imperiali ſancimus edicto, ut etiam poſt mortem nocentium hoc crimen inchoari poſſit, ut convicto mortuo, memoria ejus damnetur, & bona ſucceſſoribus ejus eripiantur. nam ex quo ſceleratiſſimum quis ceperit conſilium, exinde quodammodo ſua meote punitus eſt.

8. Porrò, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare, neque manumittere eum poſſe, nec ei ſolvere jure debitorem, decernimus.

9. In hac cauſa in caput domini ſervos torqueri ſtatuimus, id eſt, propter cauſam factionis damnandæ contra Principes Electores, Eccleſiaſticos & Seculares, ut præmittitur.

10. Et ſi deceſſerit quis, propter incertam perſonam ſucceſſoris bona ſerventur, ſi in a cauſa hujúsmodi ſuiſſe mortuus arguatur. a caſu, eſt in Origin.

CAP. XXV.

De integritate principatuum Electorum.

SI cæteros Principatus congruit in ſua integritate ſervari, ut corroboretur juſtitia, & ſubjecti fideles pace gaudeant & quiete, multo magis magnifici Principatus, dominia, honores, & jura Electorum Principum debent illæſa ſervari. nam ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus, baſis totius ædificii collidatur.

2. Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro Imperiali ſancimus edicto, quòd ex nunc in anteà perpetuis futuris temporibus, inſignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgenſis, terræ diſtrictus, homagia, vaſallagia, & alia quævis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, dividi, ſeu quavis conditione dimembrari non debeant, ſed ut potiùs in ſua perfecta integritate perpetua maneant, primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibiq; ſoli jus ac dominium competat, niſi forte mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectus exiſteret, propter quem non deberet, ſeu poſſet hominibus principari. in quo caſu, inhibita ſibi ſucceſſione, ſecundogenitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendenti recta linea proximior fuer, volumus ſucceſſurum; qui tamen apud alios fratres, & ſorores, ſe clementem & pium exhibeb continuò, juxta datam ſibi à Deo gratiam, & juxta ſuum beneplacitum, & ipſius patrimonii facultates; diviſione, ſciſſione, ſeu dimembratione Principatus, & pertineotiarum ejus, ſibi omnibus modis interdicta.

CAP. XXVI.

De Curia Imperiali & ſeſſione.

DIe, qua ſolemnis Curia Imperialis vel Regia fuerit celebranda, veniant circa horam primam Principes Electores, Eccleſiaſtici & Seculares, ad domum habitationis Imperialis, ſive Regalis, & ibi Imperator vel Rex ipſe omnibus inſigniis Imperialibus inductur, & aſcenſis equis, omnes vadant cum Imperatore, vel Rege, ad locum ſeſſionis aptatæ, & illic quilibet eorum in ordine, & modo ſupra in lege, *de ordine proceſſionis ipſorum Principum Electorum*, pleniùs diffinito.

2. Portabit etiam Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu hæc fuerint, ſuper baculo argenteo, omnia ſigilla & typaria Imperialia, & Regalia.

3. Seculares vero Principes Electores ſceptrum, pomum, & enſem, ſecundùm quod ſuperiùs exprimitur, deportabunt.

4. Portabuntur etiam immediate ante Archiepiſcopum Treverenſem ſuo loco tranſeuntem, primò, Aquiſgranenſis; ſecundò, Mediolanenſis corona; & hoc ante Imperatorem dumtaxat, qui jam eſt Imperialibus infulis decoratus; quas geſtabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum deputandi.

5. Imperatrix etiam, vel Regina Romanorum, ſuis Auguſtalibus amicta inſigniis, poſt Regem, vel Imperatorem Romanorum, & etiam poſt Regem Bohemiæ, qui Imperatorem immediate ſubſequitur, competentis ſpacii intervallo, ſuis aſſociata Proceribus, ſuiſq; comitata virginibus, ad locum ſeſſionis procedat.*

* Hic finiunt Decreta Comitiorum Metenſium.

CAP. XXVII.

De officiis Principum Electorum in ſolemnibus Curiis Imperatorum, vel Regum Romanorum.

STATUIMUS, ut quandocumque Imperator vel Rex Romanorum ſolemnes curias ſuas celebraverit, in quibus Principes Electores ſua deſervire, ſeu exercere debent officia, ſubſcriptus in his ordo ſervetur.

1. Primo enim, Imperatore, vel Rege ipſo, in ſede Regia, ſive ſolio Imperiali ſedente, Dux Saxoniæ officium ſuum agat hoc modo. ponetur enim ante ædificium ſeſſionis Imperialis vel Regiæ, acervus avenæ, tantæ altitudinis, quòd pertingat usque ad pectus vel antelam equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quæ ſimul faciant in pondere duodecim marcas argenti; & ſedens ſuper equo, primò menſuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitùs venienti miniſtrabit eandem. quo facto, figendo baculum in avenam recedet, & Vicemareſcallus ejus, puta de Pappenheim, accedens, vel eo abſente Mareſcallus curiæ, ulteriùs avenam ipſam diſtribuat.

2. Ingreſſo vero Imperatore, vel Rege ad menſam, Principes Electores Eccleſiaſtici, videlicet Archiepiſcopi, ſtantes ante menſam cum cæteris Prælatis, benedicent eandem, ſecundum ordinem, qui circa hæc eis in ſuperioribus eſt præſcriptus. & benedictione completa, iidem Archiepiſcopi omnes, ſi adſint; alioquin duo, vel unus, ſigilla & typaria Imperialia, ſive Regalia à Cancellario curiæ recipient; eoque in cujus Archicancellariatu curiam ipſam celebrari continget, in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere ſibi junctis, ſigilla & typaria ipſa, omnes quidem baculum, in quo ſuſpenſa fuerint, manibus contingentes, ea portabunt, & ante Imperatorem, vel Regem reverenter ponent in menſa. Imperator verò, ſive Rex eadem ipſis ſtatim reſtituet; & in cujus Archicancellariatu hoc fuerit, ut præfertur, is majus ſigillum collo appenſum, usq; ad finem menſæ geſtabit, & deinceps donec ad hoſpitium ſuum perveniat, ab Imperiali, ſive Regali curia equitando, baculus verò, de quo præmittitur, eſſe debebit argenteus, duodecim marcas argenti habens in pondere cujus tam argenti quam pretii partem tertiam unusquisq; Archiepiſcoporum ipſorum perſolvet, & baculus ipſe protinus unà cum ſigillis & typariis, debet Cancellario Imperialis curiæ aſſignari, in uſus ſuos beneplacitos convertendus. Poſtquam autem is, quem ordo tetigerit, portando ſigillum majus ab Imperiali curia ad hoſpitium ſuum redierit, ut præ[illegible]itur, ſtatim ſigillum ipſum per aliquem e ſuis familiaribus prædicto Imperialis curiæ Cancellario remittet ſuper equo, quem juxta propriæ dignitatis decentiam & amorem, quem ad Cancellarium curiæ geſſerit, ipſi Cancellario tenebitur elargiri.

3. Deinde Marchio Brandenburgenſis Archicamerarius accedat ſuper equo, habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulchrum manutergium & deſcendens ab equo, dabit aquam Domino Imperatori, vel Regi Romanorum manibus abluendis.

4. Comes Palatinus Rheni intrabit ſimiliter ſuper equo, habens in manibus quatuor ſcutellas argenteas cibis impletas, quarum quælibet tres marcas habeat in ſtatera, & deſcendens ab equo, portabit & ponet ante Imperatorem, vel Regem in menſa.

5. Poſt hoc Rex Bohemiæ Archipincerna, veniat ſimiliter ſuper equo, portans in manibus cuppam ſeu ſcyphum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertum, vino & aqua permixtim impletum; & deſcendens de equo, ſcyphum ipſum Imperatori, vel Regi Romanorum porriget ad bibendum.

6. Sut

6. Sicut autem hactenus obſervatum fuiſſe comperimus, ita ſtatuimus, ut peractis per Principes Electores Seculares, prædictis eorum officiis, ille de Falckenſtein Subcamerarius, equum, & pelves Marchionis Brandenburgenſis, pro ſe recipiat: Magiſter coquinæ de Nortemberg, equum & ſcutellas Comitis Palatini: Vicepincerna de Limburg, equum & ſcyphum Regis Bohemiæ: Vicemareſcallus de Pappenheim, equum, baculum & menſuram prædictam Ducis Saxoniæ; ſi tamen ipſi in tali Imperiali ſeu Regali curia præſentes exiſtant, & eorum quilibet in officio ſuo miniſtret; ſi vero ipſi, vel eorum aliqui à præfata curia ſe duxerint abſentandos, extunc Imperialis vel Regalis curiæ quotidiani miniſtri vice abſentium, puta quilibet in loco ejus abſentis, cui in vocabulo ſeu in officio communicat, ſicut gerit officium, ſic tollat in præmiſſis & fructum.

CAP. XXVIII.

De menſis Imperialibus & Electoralibus.

IMPERIALIS inſuper menſa vel Regia ſic debet aptari, ut ultra alias aulæ tabulas, ſive menſas, in altitudine ſex pedum ſit altius elevata, in qua præter Imperatorem duntaxat, vel Regem Romanorum, die ſolemnis curiæ nemo penitus collocetur.

2. Sedes vero & menſa Imperatricis ſive Reginæ parabitur à latere in aula; ita quod ipſa menſa tribus pedibus Imperiali ſive Regali menſa ſit baſſior, & totidem pedibus eminentior ſupra ſedes Principum Electorum. qui Principes ſuas inter ſe una eademque altitudine ſedes habebunt, & menſas.

3. Infra ſeſſionem Imperialem menſæ pro ſeptem Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & Secularibus, præparentur, tres videlicet à dextris, & tres aliæ à ſiniſtris, & ſeptima directe verſus faciē Imperatoris vel Regis, ſicut ſuperiùs in capitulo *de ſeſſionibus, & ordine Principum Electorum* per nos eſt clarius definitum; ita etiam, quòd nullus alius cujuscunq; dignitatis, vel ſtatus exiſtat, ſedeat inter ipſos, vel ad menſas eorum.

4. Non liceat autem alicui prædictorum Secularium Principum Electorum, peracto officii ſui debito, ſe locare ad menſam ſibi paratam, donec alicui ſuorum Conprincipum Electorum ejus officium reſtat agendum; ſed cum aliquis eorum, vel aliqui miniſterium ſuum expleverint, ad præparatas ſibi menſas tranſeant, & juxta illas ſtando expectent, donec cæteri miniſteria ſua expleverint ſupradicta, & tunc demum omnes & ſinguli pariter ad menſas ſuas ſibi poſitas ſe locabunt.

5. Invenimus etiam ex clariſſimis relatibus, & traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos, qui nos præceſſerunt, feliciter eſſe jugiter obſervatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris, in civitate Franckenford celebraretur electio, & prima coronatio Aquisgrani, & in oppido Nuremberg prima ſua Regalis curia haberetur. Quapropter certis ex cauſis etiam futuris præmiſſa ſervari debere temporibus declaramus, niſi præmiſſis omnibus, ſeu eorum alicui, impedimentum legitimum obviaret.

6. Quandocumq; inſuper aliquis Princeps Elector Eccleſiaſticus, vel etiam Secularis, juſto impedimento detentus, ad Imperialem curiam vocatus, venire non valens, nuncium vel procuratorem cujuscunq; ſtatus, vel dignitatis tranſmiſerit, miſſus ipſe (licet loco mittentis juxta datum ſibi ab eo mandatum, admitti debeat) in menſa tamen vel ſede, quæ illi, qui ipſum tranſmittit, deputata fuerit, non ſedebit.

7. Præterea conſummatis his, quæ in Imperiali qualibet curia, vel Regali fuerint pro tempore diſponenda, recipiet Magiſter curiæ pro ſe totum ædificium, ſive ligneum apparatum Imperialis, ſive Regiæ ſeſſionis, ubi ſederit Imperator, vel Rex Romanorum, cum Principibus Electoribus, ad celebrandas ſolemnes curias, vel ſeuda, ſicut præmittitur, Principibus conſerenda.

CAP. XXIX.

De juribus Officialium, dum Principes feuda ſua ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt.

DECERNIMUS hoc Imperiali edicto, ut Principes Electores Eccleſiaſtici, vel etiam Seculares dum ſeuda ſeu regalia ab Imperatore vel Rege recipiunt, ad dandum vel ſolvendum aliquid nulli penitus ſint aſtricti. nam pecunia, quæ tali prætextu perſolvitur, Officiatis debetur. cum ergo ipſi Principes Electores, cunctis Imperialis curiæ præſint officiis, ſuos etiam habentes in hujusmodi officiis ſubſtitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus & dotatos, videretur abſurdum, quòd ſubſtituti Officiales, à ſuis ſuperioribus quocunque quæſito colore exenia poſtularent; niſi forte ipſi Principes Electores ſponte & liberaliter his aliquid largirentur.

2. Porro, cæteri Principes Imperii, Eccleſiaſtici vel Seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda ſua ab Imperatore Romanorum, vel à Rege, ſuſcipit, dabit Officialibus Imperialis, ſive

Regalis curiæ, ſexaginta tres marcas argenti, cum uno fertone; niſi eorum aliquis privilegio, ſeu indulto Imperiali vel Regali tueri ſe poſſit, & probare ſe ſolutum vel exemptum à talibus, aut etiam aliis quibuſcunq;, quæ ſolvi in ſuſceptione feudorum hujuſmodi conſuevíſſent. Prædictarum inſuper ſexaginta trium marcarum, & fertonis diviſionem faciet Magiſter curiæ Imperialis ſeu Regalis, hoc modo; Primò enim decem marcas pro ſemetipſo reſervans, dabit Cancellario Imperialis, ſive Regalis curiæ decem marcas; magiſtris, notariis, & dictatoribus, tres marcas; & ſigillatori pro cera, & pergameno unum fertonem; ita videlicet, quòd Cancellarius, & Notarii, Principi recipienti feudum, non ad aliud, quam ad dandum ſibi teſtimonialem recepti feudi, ſeu ſimplicis inveſtituræ litteram ſint aſtricti. Item dabit Magiſter curiæ Pincernæ de Limburg, de præfata pecunia decem marcas; Magiſtro Coquinæ de Nortemberg, decem marcas; ſimiliter Vicemareſcallo de Pappenheim, decē marcas; & Camerario de Falckenſtein, decem marcas. Tali tamen conditione, ſi ipſi & eorum quilibet in hujuſmodi curiis ſolemnibus præſentialiter adſint in ſuis officiis miniſtrando; ſi vero ipſi, vel aliqui eorum abſentes fuerint, extunc Officiales Imperialis ſive Regalis curiæ, qui talibus præſunt officiis, eorum, quorum ſupplent abſentiam, ſinguli ſingulorum, ſicut vicem, nomenq; & laborem ſufferunt, ſic lucrum & commoda reportabunt.

3. Dum autem Princeps aliquis equo, vel alteri beſtiæ inſidens, feuda ſua ab Imperatore recipit vel Rege, equus ille, ſeu beſtia, cujuscunq; ſpeciei ſit, debetur ſuperiori Mareſcallo, id eſt, Duci Saxoniæ, ſi præſens adfuerit; alioquin illi de Pappenheim, ejus Vicemareſcallo; aut illo abſente, Imperialis, ſive Regalis curiæ Mareſcallo.

C A P. XXXI.

De inſtitutione Principum Electorum in linguis.

CUM Sacri Romani Celſitudo Imperii, diverſarum nationum moribus, vita, & idiomate diſtinctarum, leges habeat & gubernacula moderari, dignum eſt, & cunctorum ſapientum judicio cenſetur expediens, quòd Electores Principes ipſius Imperii columnæ & latera, diverſorum idiomatum & linguarum differentiis inſtruantur; ut plures intelligant, & à plurimis intelligantur, qui plurimorum neceſſitatibus relevandis Cæſareæ Sublimitati aſſiſtunt, in partem ſollicitudinis conſtituti.

2. Quapropter ſtatuimus, ut Illuſtrium Principum, puta Regis Bohemiæ, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandenburgenſis, Electorum filii, vel hæredes & ſucceſſores, cum veriſimiliter Theutonicum idioma ſibi naturaliter inditum ſcire præſumantur, & ab infantia didiciſſe, incipiendo à ſeptimo ætatis ſuæ anno, in *a* Grammatica, *b* Italica, ac *c* Slavica linguis inſtruantur; ita quod infra quartum decimum ætatis annum exiſtant in talibus juxta datam ſibi à Deo gratiam eruditi; cum illud non ſolùm utile, imo ex cauſis præmiſſis ſummè neceſſarium habeatur; eò quòd illæ linguæ ut plurimum ad uſum, & neceſſitatem Sacri Imperii frequentari ſint ſolitæ, & in his plus ardua ipſius Imperii negotia ventilentur.

3. Hunc autem proficiendi modum in præmiſſis ponimus obſervandum, ut relinquatur optioni parentum, ut filios, ſi quos habuerint, ſeu proximos, quos in Principatibus ſibi credunt veriſimiliter ſucceſſuros, ad loca dirigant, in quibus de hujuſmodi poſſint linguagiis edoceri, vel in propriis domibus pædagogos, inſtructores, & pueros conſocios in his peritos eis adjungant, quorum converſatione pariter & doctrina in linguis ipſis valeant erudiri.

a Id eſt, Latina. b Voluit exprimere vocē Germanicam Welſch/ qua nos utrāque linguam, Gallicam ſc. & Italicam, ſignificamus: quum tamen propriè Welſch de Gallis tantum dicatur. Ipſi Galli trium linguarum idioma, ſcil. Italicum, Gallicum & Hiſpanicum, vocant Romanum, unde illæ linguæ fluxerunt. c Qua Bohemi, Moravi, Poloni, Lituani, Ruſſi, Moſchi, Tartari, ipſi etiam Turcæ utuntur, ut nulla ferè amplior lingua hodie habeatur, atque iſta Slavica.

Anno Chriſti 1358.

CAROLI IV. IMPER. AUG. CONSTITUTIO

DE FORESTARIIS ET ZEIDLARIIS.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. CAROLUS Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Accedentes Majeſtatis noſtræ præſentiam dilecti fideles noſtri cives civitatis noſtræ Nurembergenſis ſua nobis conqueſtione monſtrarunt, qualiter literę & privilegia ipſorum, quas & quę à noſtra Celſitudine, necnon à recolendæ memoriæ Divis Imperatoribus & Regibus Romanorum, prædeceſſoribus noſtris ſuper ſylvis & nemoribus ad civitatem Nurembergenſem ſpectantibus, pro ipſarum reformatione obtinent, & obtinuiſſe noſcuntur, per foreſtarios, cuſtodes, & alios officiales dictorum nemorum, & per nonnullas alias perſonas, in certis clauſulis & articulis earundem literarum temerè violantur, nec ipſis obſervantur & attēduntur eo modo, prout merito & de jure forent obſervandæ, in eorundem civium & civitatis, ac noſtrum & Imperii præjudicium, & diſpendium non modicum, & jacturam; eidem Majeſtati noſtræ humiliter & devotè ſupplicantes, quatenus ſuper præmiſſis

miſſis gratioſè ipſis conſulere, ac de ſalubri & opportuno remedio providere, literisq; [illegible] ſuper eisdem ſylvis in urbe Romana, tempore Coronationis noſtræ in Imperatorem, per eos à nobis impetratis, & ſub ſigillo cereo noſtræ Majeſtatis obtentis, ſub Imperiali typario & Bulla aurea confirmare, innovare & approbare dignaremur. Quarum tenor per omnia ſequitur in hæc verba:

Nos Carolus Quartus divina ſavente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex. Notum facimus univerſis præſentes literas inſpecturis, quòd reſpicientes & conſiderantes defect9 & dampna, qui & quæ nobis & Imperio quotidiè proveniunt in noſtris & Imperii ſylvis & nemoribus prope Nurmberg ſitis. Et quia dampna eadem ex notoria informatione cognoſcimus, auctoritate noſtra Imperiali, in loco ubi primò Romæ in *Monaſterio S. Petri in Imperatorem coronati fuimus, infra Miſſarum ſolemnia donamus & confirmamus civibus de Conſilio civitatis Nurembergenſis, fidelibus noſtris dilectis, omnibusque eorum ſucceſſoribus, pro cuſtodia & ſalvamento earundem ſylvarum, infraſcripta jura, conſtitutiones & ſtatuta pro jurib9 perpetuis habendis.

*Sanct Peters Münster.

1. Inprimis, quod omnes Officiales, Foreſtarii & Mellicidæ, qui *Zeidlarii* vulgariter nuncupantur, ſuper utrisq; ſylvis utrobiq; & ex utraq; parte fluvii Pegnitz, quando ex parte Conſulum civitatis Nurembergenſis requiruntur, ſingulis annis ſemel tenentur venire ad Conſilium civitatis Nurembergenſis, & ad Sanctos jurare, conſtanter obſervare & tenere, quicquid prædicti Cives de Conſilio civitatis Nurembergenſis deliberaverint, pro Imperio & civitate ipſorum, quod utile ſit eisdem ſylvis: & debent etiam accuſare & nunciare per dictum eorum juramentum, quicquid prædictis ſylvis poterit eſſe nocivum & damnoſum.

2. Quilibet etiam Foreſtarius ſuper manſo ſuo foreſtali, qui vulgariter *forſthub* nuncupatur, tenebitur reſidere, & non plus. Et idem Foreſtarius, dum in eodem manſo ſuo foreſtali reſederit, debet impignorare ibidem, & nuſquam aliunde: & quicumq; aliunde impignoraret, quam in manſo foreſtali, ſuper quo reſidet, illud pro ſpolio reputari debet & cenſeri.

3. Prædicti etiam Officiales foreſtarii, aliiq; ſervitores ipſorum, nulli tenentur vendere aliqua ligna de ambabus ſylvis, nec alieni dare licentiam ducendi ligna de eisdem ſylvis, exceptis illis, qui antiquitùs de eisdem ſylvis utebantur, & qui jus in hoc habere noſcuntur.

4. Supremi etiam Foreſtarii in propriis eorum perſonis in civitate Nurembergenſi reſidere tenebuntur. Si verò vellent extra ipſam civitatem reſidere, extunc nullum jus in prædictis ſylvis, neq; ſuper Foreſtarios habere debebunt, donec eos in prædicta civitate contigerit reſidere.

5. Nullus etiam Officialium ſeu Foreſtariorum dictarum ſylvarum manſos ſuos aut jura eorum, quæ in eisdem ſylvis obtinent, ullo modo Nobilibus aut militibus vendere debebunt, quoniam illud Imperio & dictæ civitati in eisdem ſylvis eſſet nocivum & damnoſum.

6. Volumus etiam, qualitercumq; quolibet anno prædictæ ſylvæ per præfatos cives diſpoſitæ fuerint & ordinatæ, quòd eandem ordinationem & ſtatuta præfati Officiales, Foreſtarii & Mellicidæ earundem ſylvarum, vel quicunq; ad easdem ſylvas pertinet, easdem conſtitutiones conſtanter & firmiter debeant obſervare. Et ſi ipſi illud transgrederentur, & nollent eſſe obedientes, in quibuscunque articulis priùs ſcriptis & expreſſis, vel quæ adhuc pro utilitate ſylvarum ordinarentur, & ſuper eo ſtatuerentur, hoc fieret: extunc Judex & Cives prædictæ civitatis Nurembergenſis poſſunt & debebunt eosdem transgreſſores & inobedientes corrigere, in rebus & perſonis, prout ipſis videbitur prædictos deliquiſſe.

7. Caſtrum etiam *Brun* nuncupatum, & in dictis ſylvis ſitum, & quod ad nos & Imperium ſpectat & pertinet, prædictis civibus Nurembergenſibus committimus omni eo modo & intentione, & cum omnibus juribus, ſicut nos caſtrum noſtrum & turrim ſupra Nuremberg ſitum ipſis duximus committendum, ut ſit ipſis civibus cum eisdem parendum & intendendum, prout in literis, quas eis ſuper hoc dedimus, continetur expreſſum.

8. Et ſicut antedictis civibus noſtris Nurembergenſibus ſupradicta jura, ſtatuta, & conſtitutiones, priùs tanquam Romanorum Rex, & ſub ſigillo noſtro Regali ſcriptis noſtris conceſſimus & confirmavimus: ſic auctoritate Imperiali & ex certa noſtra ſcientia ipſis eadem jura & ſtatuta innovamus & confirmamus, præſentium, ſub noſtræ Imperialis Majeſtatis ſigillo, teſtimonio literarum. Datum Romæ, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto, in ſancto die Paſchæ, ſic ut in Imperatorem ſuimus coronati, Regnorum noſtrorum anno nono, Imperii verò primo.

9. Nos itaq; conſiderantes gravia & irrecuperabilia damna, quæ nobis & ſacro Imperio ac prędictæ civitati Nurembergenſi, ex prædictorum nemorum devaſtatione provenerunt, ac quotidie & inceſſanter proveniunt & emergunt: volentesq; pro ipſorũ reformatione, melioratione & augmento opportuna adhibere remedia, prędictorumq; civium Nurembergenſium juſtis & rationabilibus, ut ipſorum privilegia illibata remaneant, & in omnibus eorum articulis contentis in eisdem inconcuſſè inviolabiliterq; eis obſerventur, gratioſiùs annuentes, matura deliberatione Principum & Procerum, aliorumq; noſtrorum fidelium præbabita, de Imperialis manſuetudinis noſtræ magnificentia ſupraſcriptas literas & privilegia, ac omnia & ſingula in eisdem contenta in omnibus eorum clauſulis, punctis & articulis, prout de verbo ad verbum tenor ipſarum præſentibus inſeritur & exprimitur, & de plenitudine Imperatoriæ Majeſtatis, ac de certa noſtra ſcientia, virtute præſentium approbamus, innovamus, ratificamus, & præſentibus confirmamus: volentes ac decernentes expreſſè, ut prædictæ literæ, & omnia contenta in iisdem, perpetuis temporibus inviolabilis roboris & efficaciæ obtinere debeant firmitatem, quodq; ab omnibus inconvulſè & inviolabiliter debeant obſervari; adjicientes expreſſè, ut ſi Magiſtri foreſtę, Foreſtarii aut Mellicidæ, *Zeidlarii* vulgariter nuncupati, aliiq; Officiales & Cuſtodes nemorum, contra prædictam noſtram confirmationem quicquam facerent & attentarent,

tarent, prædictisq; ... bus eorum literas & contenta in eisdem transgrederent ... rent, quod extunc ipſi & omnes transgreſſores ab omnibus eorum officiis & utili ... in dictis nemoribus habuerunt, cadant & ſint perpetuò deſtituti.

10. Volumus inſuper, & ſub gratiæ noſtræ obtentu diſtricte mandamus, ut quo ... ctis ſylvis deſertis & devaſtatis, quæ vulgariter *furreut* nuncupantur, ſupradicti Magiſtri ... Foreſtarii vel Mellicidæ, aut alii Officiales prædictorum nemorum, ultra numerum ... gerum, quæ *morgen* vulgariter dicuntur, tenent aut occupant; quod illud, & tota ... nobis & Imperio ac dictæ Civitati pro reformatione ipſorum nemorum abſq; contradi ... bet, liberè jacere dimittant, & ulteriùs de eadem reſidua excreſcentia ultra prædictum nu ... minimè intromittant. Volumus namq; ac noſtræ intentionis exiſtit, ut prædicta excreſc ... ſtatorum nemorum, quæ *furreut* dicuntur, ad uſus dictorum nemorum redeant & app ... ſucceſſuris temporibus in nemora creſcant & redigantur.

11. Quicquid inſuper præfati Magiſtri foreſtæ, Foreſtarii aut Mellicidæ, aut alii O ... jam dictis ducentis jugeribus, aut aliis agris, paſcuis, pratis, vel juribus, antiquitùs ad prædi ... ra ſpectantibus, vendiderunt, aut in hereditatem converterunt, vel quovis alio modo a nem ... & proprietate ipſius alienarunt: illud totum taliter venditum, vel in hereditatem conv ... quomodolibet alienatum, abſque dilatione ulteriori qualibet, ad Imperium & ad proprietat ... ſuum dictorum nemorum liberè reducere & recuperare debebunt & tenentur. Quod ſi non ... extunc præfati cives noſtri Nurembergenſes. vice & auctoritate noſtra & Imperii, de hujus ... geribus & juribus venditis vel alienatis, aut in agros ſeu hereditatem converſis, ſe liberè in ... tant, & ad proprietatem & uſum nemorum ipſorum illicò reducere tenebuntur.

12. Volumus inſuper & decernimus diſtrictè, gratiæ noſtræ ſub obtentu præcipientes, ... nominati Magiſtri foreſtæ, Foreſtarii, Mellicidæ, vel alii Officiales prædictorum nemorum, ... aut jura ipſorum, quæ nobis & Imperio in prædictis ſylvis & nemoribus habent & habere noſ ... nulli omninò hominum vel perſonæ, cujuscunq; ſtatus, dignitatis, conditionis, ſeu præem ... exiſtat, vel quocunque nomine nuncupatur, vendere, impignorare, obligare, permutare, vel ... aliqua ratione debeant aut præſumant. Et quicunque eorum contra hoc quovis modo faceret ... temptaret, vel per quemcunque modum attemptare præſumeret: ille ab omnibus officiis & ... quæ in dictis nemoribus habebat, vel habere poterat, cadat & eisdem privatus ſit & perpetuò d ... eus: præfatique cives noſtri Nurembergenſes extunc de hujusmodi juribus & officiis, tanq ... nos & Imperium devolutis, auctoritate noſtra & Imperii ſe intromittere tenebuntur.

13. Nulli igitur omninò hominum liceat contra præſentis noſtræ confirmationis & i ... tionis gratiam & indultum, ac omnia ſupraſcripta & eorum quodlibet facere vel venire, vel ... merario quomodolibet attemptare. Si quis verò contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum ... vel attemptare præſumpſerit, gravem indignationis noſtræ aculeum, & ultra pœnas ſuperius ſpe ... cè expreſſas, pœnas alias graviſſimas ad arbitrium proprium infligendas ſe noverit inevitabilite ... curſurum.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris invictiſſimi, & glorioſiſſimi Boemiæ Regis,

Teſtes hujus rei ſunt:

Venerabiles { Johannes Olomucenſis, Johannes Argentinenſis, Theodoricus Mindēſis, Gerbardus Spirenſis, & Albertus Swerinenſis } Eccleſiarum Epiſcopi.

Et Henricus Abbas Fuldenſis, Sereniſſimæ Annæ Romanorum Imperatricis Archicancellarius.

Illuſtres { Bolko Swidnicenſis, & Przymislaus Theſchinenſis } Duces.

Spectabiles { Burchardus Burggravius Magdeburgenſis, Magiſter Curiæ, Comes de Retz.

Ac Nobiles { Czenko de Lyppa, ſupremus Mareſcallus, & Camerarius Regni Boemiæ, Sdenko de Sternberg, Judex Curiæ, Busko de Wilhartitz, & Hasko de Sweretiz } Magiſtri Cameræ.

Et alii quàm plures, noſtri & ſacri Imperii Principes, Nobiles & fideles, præſentium ... aurea typario Imperialis Majeſtatis noſtræ impreſſa teſtimonio literarum. Datum Pragæ ... Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo octavo, Indictione undecima, ſexto ... vembris: Regnorum noſtrorum anno decimo tertio, Imperii verò quarto.

Ego Johannes Dei gratia Luthomuſchlenſis Epiſcopus, ſacræ Imperialis Aulæ Canc ...

[illegible], Gerlaci Moguntini Archiepiscopi [illegible]
[illegible]

CAROLI IV. IMPER. AUG.
FORMULA
De juribus ac privilegiis Principum Imperii.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. CAROLUS IV. divina favente clementia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Quamvis rationabili fide dignorum teſtimonio dudum informata ſit noſtra Serenitas, qualiter Spectabiles Nurnbergenſes Burggravii ab antiquo tempore nobilitate ſua Illuſtribus Priocipibus parificati ſint & fuerint, & adhuc in omnibus & ſingulis nobilitate Principum potiantur: quia tamen nonnulli prædeceſſores eorum, hujusmodi libertates & honores in aliqua parte ſic neglexiſſe noſcuntur, & eas proſequuti non ſint tali diligentia, quòd in hominum communi permanerent notitia, ſicut dignitas & honor officii Burggraviatus hujusmodi merito requirebat. Quapropter attendentes, quòd Burggraviatus Nurnbergenſis, ſacri Imperii nobile membrum exiſtit, ad hoc intentio noſtra ratione ſuadente dirigitur, quod iidem Burggravii, hæredes & ſucceſſores eorum, penes hujusmodi honores, gratias & dignitates adjutorio Imperialis clementiæ ritè permaneant in futurum. Et ob hoc, animo deliberato Principum, Comitum, Baronum & Procerum ſacri Imperii accedente conſilio, de certa ſcientia, & de Imperialis poteſtatis plenitudine ſententiamus, declaramus & dicimus:

[illegible]. Quòd Spectabilis Fridericus Burggravius Nurmbergenſis, hæredes & ſucceſſores ſui Burggravii Nurmbergenſes in perpetuum Illuſtrium Principum ſacri Romani Imperii juribus, dignitatibus, libertatibus & honoribus gaudere & potiri debeant, in Judicibus & in omnibus aliis cauſis & negotiis, quæcunq; ſint, aut quibus valeant ſpecialibus nominibus appellari.

3. Et nominatim quòd poteſtatem habeant cum Imperii ſacri Principibus adinvenire, diffinire & dare juris ſententias ſuper omnibus cauſis & negotiis, ſive corpus, res conſpiciant vel honores: & hoc in Imperiali Curia vel alibi, ubicunque continget Principes præſidere judiciis, vel loco Scabinorum.

4. Quodq; ipſi Illuſtrium Principum jure potiantur & gaudeant, ſi ad actus duelli appellati vel provocati fuerint, ſeu ipſimet alios ad actus conſimiles duellariter provocarent, qui Illuſtrium Principum dignitate vel honore quomodolibet potirentur.

5. Sententiamus, declaramus & dicimus etiam, quòd præfatorum & ſucceſſorum ſuorum homines in perpetuum, puta Milites, Clientes, Judices, cives & ruſtici, quilibet in ſuo ſtatu, omnibus juribus, gratiis & prærogativis frui & potiri debeant, in rebus, honore, bonis, & omnibus aliis cauſis & negotiis ſuis, quibus homines aliorum Illuſtrium Principum Imperii potiuntur; & gaudeant, quemadmodum ipſi Principes & homines eorum, hujusmodi libertates usq; ad hæc tempora continuaſſe noſcuntur, antiqua conſuetudine vel de jure.

6. Sententiamus, declaramus & dicimus etiam, quod antedictorum Burggraviorum Nurmbergenſium, hæredum & ſucceſſorum ſuorum homines in perpetuum, videlicet Milites, Clientes, Judices, cives, ruſtici, & omnes ſervitores ac ſubſides eorum, & omnia bona & homines ipſorum, coram nullo alio judicio, niſi coram ipſis Burggraviis Nurmbergenſibus, & eorum Judicibus, citari poſſint aut valeant; neque obligati ſint alibi comparere aut reſpondere cuiquam de objectis. Si verò adverſus præſens noſtræ declarationis Edictum, ad aliqua aliena judicia citarentur, extunc decernimus ipſam citationem, ſententias & omnia inde ſequentia, carere viribus & nullius eſſe roboris aut momenti.

7. Nolentes etiam ex hoc dictis Burggraviis, hæredibus & ſucceſſoribus eorum in perpetuum, necnon hominibus ipſorum conjunctim vel diviſim, aliquod præjudicium generari, niſi forſitan actores coram antedictis ipſorum judiciis notorie juſticiam conſequi non valerent: tunc & in eo caſu licebit ipſis actoribus ad Imperialem provocare Curiam, & ibi querela depoſita recipere quod eſt juris.

8. Conſiderantes etiam & in noſtræ mentis acie ſolicitè revolventes, grata, fidelia & dudum continuata ſervitia, quæ nobis & ſacro Imperio præfati Burggravii Nurmbergenſes, progenitores & prædeceſſores eorum hactenus feciſſe noſcuntur, & facere debebunt & poterunt præſtantiùs in futurum, ipſis, hæredibus & ſucceſſoribus eorum in perpetuum de ſpeciali gratia, ac de certa noſtra ſcientia conceſſimus, contulimus, concedimus & conferimus in verum ac perpetuum feudum, omnes auri, argenti, cupri, ferri, plumbi, ſtanni, ac omnium minerarum montana & fodinas, quæ in ipſorum terris & dominiis inventæ ſunt hactenus, ſeu repertæ fuerunt in futurum, conditione tali, quòd ipſi omnes fructus eosdem, in utilitatem & commodum ſuum proprium convertere & applicare poſſint & debeant, juxta ſuæ beneplacitum voluntatis; quodque ipſi hæredes & ſucceſſores eorum in perpetuum, eadem montana, minetas & omnia ab eis dependentia, ſicut ad noſtram Majeſtatem & ſacrum Imperium pertinuiſſe noſcuntur, [illegible]m omnibus juribus & utilitatibus, in verum & perpetuum feudum omni tempore habere & poſſidere debeant, impedimento quolibet procul moto.

9. Siq; nos vel prædeceſſores [illegible] Divi Romanorum Imperatores vel Reges, aliquibus fortè Prin-

Principibus, Comitibus, Baronibus liberis, Miniſterialibus, Militibus, Civitatibus, Oppidis, Monaſteriis, ſeu quibuslibet aliis, aliquas tales gratias, jura, & libertates dedimus ſeu daremus in poſterum, quibus antedicti Burggravii Nurmbergenſes, hæredes & ſucceſſores eorum, necnon ipſorum dominia, & judicia provincialia in Nurmberg. debitata forent, vel quo lædi vel debilitari poſſent in poſterum; decernimus, quòd eadem donatio ſeu d[illegible] ſus præſentis noſtræ declarationis indultum, nullam vim habeant, ſeu poſſint habere [illegible] futurum.

10. Revocantes donationes hujusmodi de Imperialis poteſtatis plenitudine, ſi & in quantum præfatis Burggraviis, hæredibus & ſucceſſoribus eorum cenſentur aliquod præjudicium gen[illegible] non obſtantibus legibus & ſtatutis Imperialibus publicis, communibus, municipalibus ſeu p[illegible] necnon uſibus, ordinationibus & obſervantiis quibuscunque, ſcriptis vel non ſcriptis; & ſp[illegible] ac expreſſè non obſtante lege Imperiali ſeu ſtatuto, quam vel quod pridem in civitate noſtr[illegible] de conſilio Principum fecimus, & conſcribi atque ſigillari mandavimus, videlicet quod n[illegible] montanorum vel mineræ prorſus habere dominium, niſi duntaxat Principibus Electoribus, [illegible] juſdem legis ac ſtatuti conditio pleniùs declaravit: & non obſtantibus quibusve conſuet[illegible] quibuscunq; modis introductæ noſcantur; decernentes, quòd hæc omnia & eorum quod[illegible] debeant antedictis Burggraviis, in præfatis ipſorum dominiis, privilegiis, libertatibus, grati[illegible] omnibus, quæ expreſſata ſunt ſuperiùs, aliquem errorem inducere, ſeu damnum, impedim[illegible] aut præjudicium generare, ſupplentes etiam omnem defectum, ſi quis in præſentibus noſt[illegible] defectu vel obſcuritate verborum aut ſententiarum aut ſolennitatis obmiſſæ, vel quovis alio [illegible] repertus fuerit, de Imperialis plenitudine poteſtatis.

11. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ diffinitionis, declarationis, decreti, inhibi[illegible] & defectuum ſuppletionis paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire, ſub [illegible] mille marcarum auri puriſſimi, quam ab eo ſeu eis, qui contrafecerint, toties, quoties conti[illegible] fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus: & ejus medietatem noſtri Imperialis ærarii ſive fiſci re[illegible] verò partem injuriam paſſorum uſibus decernimus applicandam. Qua pœna ſoluta, vel non, [illegible] noſtræ intentionis exiſtit, quòd præfatæ libertates, privilegia, litteræ & gratiæ, ſub omnibus [illegible] ac de verbo ad verbum, prout expreſſantur ſuperiùs, absque impedimento quolibet, in ſuo robo[re] perſeverent.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini CAROLI IV. Rom. Imp. invic[ti] & glorioſ. Boemiæ Regis.

Teſtes hujus rei ſunt: Venerabilis Gerlacus Moguntinenſis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Alemaniam Archicancellarius

Illuſtres { Rupertus ſenior Comes Palatinus Rheni, ſacri Imperii Archidapifer, / Ludovicus Romanus Marchio Brandenburgenſis & Luſatiæ, ſacri Imperii Archicamerarius } Principes Electores, &c.

Sub Bulla aurea typario Imperialis noſtræ Majeſtatis impreſſa teſtimonio litterarum. Datum Nurmberg, anno Domini M CCC LXIII. Indictione quintadecima, XVI. Calend. Aprilis: Regnorum noſtrorum anno XVII. Imperii verò VIII.

Ego Johannes Dei gratia Luthomuſchenſis Epiſcopus, Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto Patris, Domini Gerlaci Moguntinenſis Archiepiſcopi, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, recognovi.

CAROLUS.

Johannes de Pruſnick.

Ad mandatum Imperatoris

Cancellarius.

Anno Chriſti 1376.

CAROLI IV. IMPER. AUG. BULLA

DE JURE ET SUCCESSIONE ELECTORUM Saxoniæ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. CAROLUS Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. quamvis ſublimitas Cæſareæ dignitatis, in quam conditor orbis Nos ſuæ pietatis [illegible] feliciter collocavit, jugiter mentem noſtram ſolicitet, ut cura pervigili, & laboribus ſtudiis [illegible] noſtrorum & Imperii ſacri fidelium amputemus incommoda, eisq; deſideratæ pacis amœ[nitatem] ſalubriter procuremus: ferventiori tamen affectu cor noſtrum accenditur penes ea, quæ ſacri decus per[illegible]

perii, & illuſtres ipſius Principes Electores, quadam ſingularitate concernunt; eos præcipuè, quos generis Nobilitas, multiplicia virtutum inſignia, & præclara fidei devotio, laudabilius recommendant.

2. Sane ſicut aliâs à Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, ac multis aliis noſtris & Imperii ſacri fidelibus, informationem certiſſimam, ac luce teſtimonia clariora accepit Cæſarea Celſitudo, qualiter felicis memoriæ, Illuſtris Albertus, quondam Saxoniæ Dux, avus illuſtris Wenceslai, moderni Ducis Saxoniæ, ſacri Romani Imperii Archimareſchalli, Principis Electoris, nec non Lunæburgenſis Ducis, avunculi noſtri chariſſimi, velut Archimareſchallus ejusdem Imperii, & verus Princeps Elector, voluntate, conſenſu, & votis aliorum ſuorum Coëlectorum Principum unanimiter accedentibus, claræ memoriæ ſereniſſimos quondam Rudolphum, Adolphum, & Albertum, ejusdem Rudolphi filium, Ducem Auſtriæ, Romanos Reges, prædeceſſores noſtros, quadam conſequentia ordinata, ritè & rationabiliter, juxta debitam Sacri Romani Imperii obſervantiam, in Romanos Reges elegit, ad Imperatoriam Celſitudinem promovendos; & poſt obitum ipſius Alberti, Romanorum Regis, dum aliquandiu nonnullis erroribus Sacrum Imperium fluctuaret, recolendæ memoriæ Rudolphus, quondam Saxoniæ Dux, dicti Ducis Alberti filius, & moderni Wenceslai, Saxoniæ & Lunæburgenſis Ducis, pater, celebris recordationis ſereniſſimum principem Henricum, avum noſtrum dilectum, cum ſuis Coelectoribus, in Romanorum Regem dignoſcitur elegiſſe: qui etiam avus noſter poſt electionem, eandem adeptus fuit feliciter Cæſaream dignitatem. Cumque manifeſtiſſimum exiſtat, & longè, latè per orbem terrarum lucidiſſime divulgatum, nec unquam poſſit in dubium revocari, quomodo etiam dictus Rudolphus quondam Saxoniæ Dux, moderni Wenceslai, Ducis Saxoniæ & Lunæburgenſis, pater, felicibus noſtris temporibus, cum cæteris ſuis Coelectoribus Sacri Imperii nos in Romanorum Regem elegit ſolenniter; prout etiam poſt eandem Electionem, auſpice Deo, in Romanorum Imperatorem ſumus promoti, ac feliciter corouati; quemadmodum hæc omnia & ſingula, Principum, & fide dignorum multorum ſunt teſtimoniis fidelibus approbata. Ejusdem Wenceslai, moderni Saxoniæ Ducis, Sacri Imperii Archimareſchalli, & Principis Electoris, nec non Lunæburgenſum Ducis, tam claro, tamque manifeſto, & notorio jure conſiderato; inſpecto nihilominus & diligentius penſato, qualiter idem Wenceslaus modernus, tanquam Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Archimareſchallus, & princeps Elector, cum aliis Principibus & Coelectoribus ſuis, & ipſi cum eo Sereniſſimum Principem, Dominum Wenceslaum, Regem Bohemiæ primogenitum noſtrum chariſſimum, in Romanorum Regem unanimiter & concorditer, in Eccleſia collegiata Sancti Bartholomæi Francenford. Moguntinen. diœceſeos, nullo penitus reclamante, Spiritus Sancti gratia invocata, hodie elegerunt.

3. Quodq; præfati, Albertus avus, & Rudolphus pater, dicti Wenceslai, quondam Saxoniæ Duces, diuturna temporum præſcriptione inconcuſſa habuerunt, & poſſederunt legitimè, prout etiam ipſe Wenceslaus in præſentiarum ad inſtar illorum, ex ſucceſſione paterna & hæreditaria, dignoſcitur juſto titulo poſſidere jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Rom. Regem in Imperatorem promovendum, ſano tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium Principum Sacri Imperii Electorum *a* conſenſu, & conſilio accedente, non improvide, neque per errorem, ſed animo deliberato, aliorum etiam plurimorum Eccleſiaſticorum, & Secularium Principum, Baronum, Nobilium, & Procerum noſtrorum, & Imperii ſacri fidelium, maturo communicato conſilio, cupientes, autore *b* Domino, futuris obviare periculis, & materiam omnium ſuccidere dubiorum, de certa noſtra ſcientia, & plenitudine poteſtatis Cæſareæ, in his ſcriptis pronunciamus, decernimus, ſtatuimus, declaramus, & etiam hoc Imperiali perpetuò valituro ſancimus edicto, quòd jus. vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, eidem Wenceslao, moderno Duci Saxoniæ, tanquam Imperii ſacri Archimareſchallo, ac Principi Electori, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis legitimis, Laicis duntaxat, ab eo deſcendentibus, quoties caſus hujusmodi electionis emerſerit, in perpetuum debeat competere, ſicut & ritè ſibi tanquam Duci Saxoniæ, ac Imperii ſacri Archimareſchallo, competit manifeſtè, ac ipſe velut Saxoniæ Dux, Sacri Romani Imperii Archimareſchallus, verus & legitimus Princeps Elector, & poſt obitum ejus, hæredes & ſucceſſores ſui legitimi, modo & forma ſubmiſſis, Ducatum, Principatum & Comitatum Palatinum Saxoniæ, ac Archimareſchalliam Imperii ſacri, cum omnibus & ſingulis eorum terris, dominiis, proprietatibus, *c* vaſallagiis, libertatibus, bonoribus, & pertinentiis, in quibuscunq; rebus conſiſtant, & quibuscunq; ſpecialibus poſſent vocabulis deſignari, necnon jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, ſine impedimento quolibet debeat obtinere.

a al. conceſſu.

b al. Deo.

c al. vaſallitiis.

4. Et ue inter hæredes & ſucceſſores ipſius, eo defuncto, ſuper jure hujusmodi, futuris temporibus dubitationum, quæſtionum, ſeu litium quævis materia oriatur, decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto, in perpetuum valituro, quòd poſt dicti Wenceslai Saxoniæ moderni, & Lunæburgenſiũ Ducis obitum, primogenitus ejus filius; & poſt primogeniti obitum, ejusdem primogeniti ſenior filius ex ordine geniture, & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendentes, ex ordine geniture ſemper ſenior: Si verò primogenitus Ducis Wenceslai præfati deceſſerit, maſculini ſexus, Laicis duntaxat, legitimis hæredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Wenceslai Ducis prędicti, & poſt obitum ejus, ſecundogeniti filius ſenior, Laicus; & ſi ſecundogenitus ſine hęredibus legitimis, maſculini ſexus, Laicis, deceſſerit, tertiogenitus dicti Wenceslai, & ſenior ejus filius Laicus, poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum, directâ lineâ geniture deſcendentes ab eo, Laici

dunta-

duntaxat, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, & officium Mareſchalliæ, cum omnibus & ſingulis ſuis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus, & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt, per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem, ut præmittitur, ex ordine geniture.

5. Si verò præfatum Wenceslaum, modernum Saxoniæ, & Lunæburgenſium Ducem, ſine legitimis, maſculini ſexus hæredibus, Laicis, de lumbis ejus directa linea geniture deſcendentibus, mori contingeret, extunc Principatus, & Comitatus Palatinus Saxoniæ, nec non Archimareſchallia Sacri Imperii, ac jus, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, ad Illuſtrem Albertum, filium Ottonis, quondam Ducis Saxoniæ, Ducem Saxoniæ & Lunæburgenſium modernum, patruum dicti Wenceslai, Ducis Saxoniæ & Lunæburgenſium, & ad legitimos ejus hæredes, maſculini ſexus, Laicos duntaxat, ita videlicet, quòd poſt ejusdem Alberti obitum, primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti ejus obitum, ejusdem primogeniti ſenior filius, ex ordine geniture, & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendentes, ex ordine geniture, ſemper ſenior: Si verò primogenitus Ducis Alberti præfati deceſſerit, maſculini ſexus, Laicis duntaxat, hæredibus non relictis extunc ſecundogenitus filius Alberti Ducis prædicti, & poſt obitum ejus, ſecundogeniti filius ſenior, Laicus: Et ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis, maſculini ſexus, Laicis, deceſſerit, Tertiogenitus dicti Alberti, & ſenior ejus filius Laicus, poſt mortem ipſius, & deinceps per talem modum directa linea geniture, deſcendentes ab eo, Laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, & officium Archimareſchalliæ, cum omnibus & ſingulis ſuis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus, & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem, ut præmittitur, ex ordine geniture

6. Quibus omnibus non extantibus, ad proximiorem hæredem, ſecundum lineam paternalem, duntaxat Laicum, ſeniorem Ducem Saxoniæ, pro tempore, ac ejus hæredes ſecundum modum ſuperius expreſſatum, in perpetuum legitimè devolventur.

7. Et talis ſucceſſio & devolutio, ne in his committantur errores, futuris temporibus, debet, ut præmittitur, in omnibus & ſingulis præſcriptis, ſine innovatione, perpetuò obſervari inviolabiliter; taliter videlicet, quod ſi aliquem ex eis, modo præmiſſo, ab hac luce migrare contingeret, qui maſculini ſexus hæredes legitimos, Laicos, poſt ſe relinqueret, debitæ patientes defectum ætatis, extunc ſenior frater, nepos, aut conſanguineus proximior, in linea geniture, ſi *a* frater non extiterit, ejusdem defuncti, Laicus duntaxat, dicti pupilli & juvenis, ad quem præſcripta devolventur, de jure tutor eſſe debeat, & curator, tàm diu, donec debitam pertingat ætatem. Cui etiam juveni, quàm cito ætatem debitam pertingenti, vocem, jus, dignitatem, & poteſtatem, præſcripta devolventur, de jure tutor eſſe debeat, & curator, tàm diu, donec debitam pertingat ætatem. Cui etiam juveni, quàm cito ætatem debitam pertingenti, vocem, jus, dignitatem, & poteſtatem, prædictæ Electionis, ac omnia & ſingula ab ipſis dependentia, idem Tutor ſine difficultate, & renitentia qualibet tenebitur, & debebit protinus aſſignare. Ætatem autem debitam, in hoc caſu, eligendi videlicet Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum cenſeri volumus, & haberi. In principatibus autem, Ducatibus, & dominiis aliis temporalibus gubernandis, ætatem obſervandam decernimus, prout à Divis Romanis Imperatoribus, & Regibus, noſtris prædeceſſoribus, eſt ſancitum.

a al. Pater.

8. Porrò ne ſuper jure, voce, dignitate, & poteſtate Electionis hujusmodi, nec non Ducatu, Principatu, & officio Archimareſchalliæ prædictis, ullo unquam tempore contingat ſcandala ſuſcitari, vel attentari valeant novitates, de Imperatoriæ plenitudine poteſtatis, & de certa noſtra ſcientia, omnia & ſingula præmiſſa, prout in ſuis clauſulis, membris, articulis, atque punctis ſuperius deſignantur, authoriſamus, approbamus, ratificamus, & tenore præcedentium, de certa noſtra ſcientia confirmamus. Inſuper Wenceslao, & Alberto, modernis Ducibus Saxoniæ & Lunæburgenſium prædictis, nec non eorum hæredibus, & legitimis Succeſſoribus, quemadmodum priùs donavimus, ſic hujusmodi donationem iterum innovantes, damus, concedimus, conferimus, & donamus authoritate Imperiali prædicta, Ducatum & Principatum Lunæburgenſem, cujus authore DEO, poſſeſſionem jam obtinent, cum omnibus & ſingulis eorum terris, civitatibus, caſtris, oppidis, fortalitiis, dominiis, proprietatibus, *b* vaſallagiis, juribus, jurisdictionibus, uſibus, utilitatibus, fructibus, reditibus, proventibus, emolumentis, libertatibus, uſufructibus, attinentiis, appendiciis, & pertinentiis univerſis, in quibuscunque conſiſtant, quibusve poſſint ſpecialibus, & exquiſitis vocabulis deſignari, nihil prorſus excluſo, prout Ducatus, & Principatus Lunæburgen. prædictus in ſuis terminis, finibus, limitibus, & granitiis circumferentialiter antiquitùs eſt diſtinctus, non obſtantibus legibus, juribus communibus, municipalibus, & privatis conſuetudinibus, privilegiis, vel ſtatutis quibuslibet, in contrarium editis, & ſervatis, etiamſi forent talia, de quibus ſpecialis & expreſſa præcedentibus eſſet mentio facienda, quibus omnibus & ſingulis, in quantum præmiſſis, aut alicui eorum poſſent quolibet obviare, de dictæ plenitudine Imperatoriæ poteſtatis penitùs & omnimodò derogamus, ſupplentes de præfatæ Imperatoriæ plenitudine poteſtatis omnem defectum, ſi quis in præmiſſis, aut eorum aliquo, ex verborum defectu, ſententiarum obſcuritate, ſolennitatum omiſſione, ſeu alio quovis modo nunc & inantea reperietur admiſſus.

b al. vaſallitiis.

9. Nulli

9. Nulli ergo penitus hominum liceat, hanc noſtræ pronunciationis, decreti, ſtatuti, declarationis, ſanctionis, authoriſationis, approbationis, ratificationis, & confirmationis paginam infringere, aut ei auſu temerario quolibet contraire, ſub pœna mille marcarum auri puriſſimi, quas ab eo, qui contrafecerit, toties, quoties fuerit contrafactum, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem Imperialis noſtræ Cameræ fiſco, reſiduam verò partem injuriam paſſorum uſibus applicari.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini CAROLI QUARTI, Romani Imperatoris, & glorioliſſimi Bohemiæ Regis.

Teſtes hujus rei ſunt

Venerabiles { Ludovicus Archiepiſcopus Moguntinenſis, Sacri Imperii per Germaniam, Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Italiam, Cuno Trevirenſis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe, } Archicancellarii.

Illuſtres { Rupertus Senior, Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapiſer, Dux Bavariæ, Sigismundus Marchio Brandeburgenſis, Sacri Imperii Archicamerarius, } Principes Electores.

Venerabiles { Joannes Archiepiſcopus Pragenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus. Theodorus Metenſis, & Ecchardus Wormatienſis } Eccleſiarum Epiſcopi.

Spectabiles { Eberhardus de Wirtenbergk, Theodoricus de Catzenelnbogen, & Heinricus de Sponheim, } Comites.

Nobiles { Petrus de Wartenbergk, dictus de Coſt, Imperialis Curiæ noſtræ Magiſter. Thimo de Colditz, Cameræ noſtræ Magiſter.

Et alii quàm plures noſtri & Imperii Sacri Principes, Nobiles & Fideles. Pronunciatum ſub Bulla aurea, tipario noſtræ Majeſtatis impreſſa, teſtimonio literarum. Datum Franckenfordæ ſuper Mogano, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Indictione quarta decima, quarto Idus Junii: Regnorum noſtrorum anno triceſimo, Imperii vero viceſimo ſecundo. a al. Super Mœnum.

Et nos Ludovicus Dei gratia Moguntinenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, recognovimus.

WENZESLAI IMPER. AUG. CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1376.

De primariis precibus.

WENCESLAUS DEI gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, Illuſtri Ruperto ſeniori Comiti Palatino Rheni, ſacri Imperii Archidapifero, Bavariæ Duci, Principi & conſanguineo noſtro chariſſimo, gratiam noſtram & omne bonum. Etſi ad quoslibet ſacri Romani Imperii fideles munificentiæ noſtræ gratiam libenter extendimus, ad illos tamen præcipuè, in quibus ſanguinis identitatem cognoſcimus, & fidei puram conſtantiam invenimus. Igitur nos integram & inviolabilem fidei firmitatem & devotionis affectum, quos ad noſtram perſonam & ſacrum Romanum regnum & Imperium habere dinoſceris, favorabiliter attendentes, & de ſpeciali celſitudinis noſtræ benevolentia concedendum duximus & concedimus per præſentes, quod tu omnes primarias preces ratione noſtræ coronationis in Romanum Regem, hodie videlicet die ſexta menſis Julii Aquisgrani divina favente clementia ſolenniter ſuſceptæ, per civitatem & diœceſim Spirenſem & Wormacienſem, tam de jure, quam ab antiqua conſuetudine divis Romanorum regibus noſtris anteceſſoribus & nobis competentem, porrigere valeas & debeas in ſingulis tam Kathedralibus quàm Collegiatis & conventualibus Eccleſiis & monaſteriis utriusque ſex tàm ſecularium quàm regularium perſonarum; nec non ad prælatos & alias perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque: etiamſi Pontificali vel alia præfulgeant dignitate, in dictis civitatibus & diœceſibus, ſicuti easdem preces per nos porrigere poſſemus: jus & poteſtatem porrigendi hujusmodi preces nobis competentes in tuam perſonam omni modo, forma & jure, quibus melius fieri poterit, plenariè transferendo. Et ſi divina nobis ſuffragante gratia ad apicem Imperialis culminis fuerimus ſublimati, volumus & tibi ſavorabiliter concedimus tenore præſentium, quod tu preces primarias, ratione ſuſceptionis Imperialis coronationis nobis competentes, etiam porrigere valeas & debeas, in ſingulis Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis & Monaſteriis, & apud Prælatos & quaſcunq; alias perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares & regulares dictarum civitatũ & diœceſ. omni modo, forma & jure, ſicut de Primariis precibus ratione

regiæ coronationis noſtræ ſuperius eſt expreſſum. Mandantes ſub obtentu noſtræ gratiæ, nec non ſub pœna privationis omnium & ſingulorum privilegiorum, jurium & gratiarum & libertatum, quæ & quas à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris obtinere dinoſcuntur, diſtrictè præcipientes omnibus & ſingulis Epiſcopis, Prælatis, Capitulis, Conventibus & perſonis Eccleſiarum & Monaſteriorum præfatorum, & alus quibuscunq; prædictarum civitatum & diœceſ. ad quos canonicarum & præbendarum dignitatum, perſonatuum & officiorum ſeu beneficiorum cnllatio, præſentatio ſeu receptio pertinet, & quorum ratione dictarum primariarum precum intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quatenus dictas primarias preces per te ipſis porrigendas cum promtitudine admittant, ſicut tenentur, ac ſi per nos eis forent exhibitæ ſeu porrectæ. Dantes & concedentes tibi præſentibus plenariam poteſtatem, ut rebelles tibi in præmiſſis, ſi qui ſunt vel erunt, ad admittendum & exaudiendum dictas preces, auctoritate regali & etiam Imperiali compellere & cohercere per te & alios valeas: quemadmodum nos facere poſſemus, & prout Romanorum Imperatores & Reges in talibus caſibus cohercere & compellere poterant & etiam conſueverunt. Nec preces hujusmodi in dictis Eccleſiis & diœceſibus in præjudicium dictæ conceſſionis per nos tibi factæ pro aliquo porrigemus: Et ſi propter importunitatem petentium vel alio quovis modo per nos ſecus factū fuerit, noſtras preces primarias pro aliquo noſtris literis porrigendo, volumus quod tales litteræ tanquam per ſubreptionem obtentæ invalidæ ſint, nec aliquam obtineant roboris firmitatem: præſentium ſub regiæ Majeſtatis noſtræ ſigilli teſtimonio litterarum. Datum Aquisgrani Anno Domini M CCC LXXVI. in octava beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, regnorum noſtrorum Anno Bohemiæ XIII. Romani verò Primo.

Anno Chriſti 1393.

CONFIRMATIO FRIDERICI ET CAROLINÆ CONSTITVTIONIS IN FAVOREM ECCLESIASTICÆ LIBERTATIS PER BONIFACIUM IX. PAPAM FACTA.

BONIFACIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis beatæ Mariæ Effordicuſi, & ſancti Martini Hingelſtadenſi, Maguntinenſi dioceſi, ac beatæ Mariæ ad gradus Maguntinenſis, Eccleſiarum Decānis, ſalutem, &c. Juſtis & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus, illaque proſequimur favoribus oportunis.

Dudum ſiquidem felicis recordationis Honorius Papa Tertius, prædeceſſor noſter, attentè conſiderans, Quod claræ memoriæ Fridericus Imperator Romanorum, ſemper Auguſtus, ad laudem Romanæ Eccleſiæ, & ſacri decus Imperii, cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus, iniquis ſtatutis penitus deſtitutis, de cætero Eccleſia & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigeant quiete, & ſecura libertate gauderent.

Ac pie & juſte attendens, quod quorundam perverſorum iniquitas adeò abundaret, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros Canones ſtatuta ſua contingere adverſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem edita, tali lege hujusmodi ſtatuta iniqua irritaverat & præceperat irrita nunciari.

Et omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates & lòca, poteſtates vel conſules aut quæcunque aliæ perſonæ, contra libertatem Eccleſiæ vel perſonas Eccleſiaſticas hujusmodi edere, aut obſervare temptarent. Contra Canonicas vel Imperiales ſanctiones de ipſorum capitularibus, infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus aboleri facerent, & ſi de cætero talia attemptarent, illa ipſo jure decrevit eſſe nulla, & eos ſua jurisdictione privatos.

Nec non locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, Banno mille marcarum auri Fiſco Imperiali præceperat ſubjacere.

Poteſtates verò, conſules ſtatutarii & ſcriptores ſtatutorum prædictorum. Nec non conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memoratas judicarent. Extunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerint aliqualiter non tenere.

Quodq; ſi per annum præfatarum conſtitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandavit impune ab omnibus occupari. Salvis nihilominus aliis pœnis. Contra tales, in eisdem generalibus conciliis promulgatis.

Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quod nulla communitas, vel perſona publica, vel privata collectas ſeu exactiones angarias vel per angarias Eccleſiis vel aliis piis locis aut Eccleſiaſticis perſonis hujusmodi imponere, ſeu invadere Eccleſiaſtica bona præſumeret.

Quod ſi ſecus faceret & requiſita ab Eccleſia vel Imperio hujusmodi emendare contemneret, triplum refunderet. Et nihilominus Banno Imperiali ſubjaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur.

Statue-

Statuerat inſuper quod quæcunque communitas vel perſona per annum in Excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret ipſo jure, ſimiliter dicto Banno Imperiali ſubjaceret, à quo nullatenus extraheretur niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento.

Et inſuper ordinaverat, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili, ad judicium ſeculare trahere præſumat, contra eaſdem canonicas ſanctiones, & conſtitutiones Imperiales, quod ſi ſecus faceret, actor à ſuo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret extunc judicandi auctoritate privatus.

Quodque judices temporales, qui clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumerent, tertio requiſiti ſuam jurisdictionem amitterent, prout in dicta Imperiali conſtitutione plenius continetur.

Dictus inquam prædeceſſor conſtitutionem ipſam, etiam de conſilio fratrum ipſorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant, authoritate Apoſtolica approbans & confirmans, ipſam mandavit inviolabiliter obſervari. nec non ſtatutarios & ſcriptores, ac violatores prædictos excommunicatos eadem autoritate nunciari.

Et deinde ad audientiam divæ memoriæ Karoli Quarti, etiam Romani Imperatoris ſemper Auguſti deducto, quod nonnullæ ſeculares perſonæ in poteſtate & officiis publicis conſtitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alii domini temporales, necnon conſules Civitatum, villarum & oppidorum, & locorum rectores in diverſis provinciis ejusdem Imperii conſtituti, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiarum libertates, ac eorum privilegia condiderant, illisque de facto, & publice utebantur, contra canonicas & legitimas ſanctiones.

Utpote, quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur.

Et ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in piis cauſis aliquatenus admitterentur.

Quodq; excommunicati laici & publicè denunciati in Civili foro minimè repellerentur.

Et inſuper prædicti Domini temporales, conſules, & rectores per ſecularem poteſtatem res & bona clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes Chriſti fidelium minuerent, atque reſtringerent.

Exactiones & tallitas indebitas de bonis & reditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis.

Contractus inter clericos & laicos factus legitime ad libros civitatum, villarum & locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent.

Donataque & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat, contra juſtitiam tenere & uſurpare præſumerent in fraudem & odium clericorum.

De bonis etiam & rebus eorundem clericorum, quæ non cauſa negotiationum, ſed propriis eorundem uſibus per eorum terras ducebant, ſed duci faciebant Theloneum exigere & recipere non verebantur.

Et confugientes ad Eccleſias & earum Cæmiteria inde extrahere, contra Canonicas & Imperiales ſanctiones hujusmodi præſumpſerant & præſumebant, idem Karolus tanquam Imperator Chriſtianiſſimusque Princeps volens in præmiſſis providere remedio ſalutari etiam de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumque aliorum Sacri Imperii conſilio & auctoritate Imperiali quæcunque ſtatuta & conſuetudines prædictas tanquam per Canonicas, & civiles ſanctiones expreſſæ reprobata caſſavit, irritavit, & annullavit, ac caſſa, & irrita nulliusque eſſe roboris penitus volui vel momenti.

Præcipiens ſub indignatione Imperialis Banni, univerſis & ſingulis principibus, ac Dominis temporalibus, conſulibus, poteſtatibus, & aliis in officiis publicis conſtitutis, quatinus extunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, quæ in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de luce tollerent; quodque ſecundum ea non judicarent amplius, nec ſententias dictarent, eisdem in judicio aut extra judicium quomodolibet pro ſe & contra Eccleſiaſticam libertatem potirentur.

Pronunciavit inſuper, & eadem Imperiali decrevit auctoritate, quòd quicunque laicus, cujuscunque ſtatus vel conditionis exiſteret, auſu ſacrilego & propriæ temeritatis audacia ſacerdotem vel clericum ſecularem vel religioſum diffidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, aut hujusmodi maleficia perpetrantes ſcienter acceptaret, vel favorem illis præſtaret præter pœnas à ſacris Canonibus & legalibus ſanctionibus eis inflictas, eo ipſo redderetur infamis, ac omni honore privatus. Nec ad placita vel conſilia nobilium admitteretur quovis modo. Hortans inſuper & requirens in Domino prælatos, in illis partibus conſtitutos, ut legem Imperialem hujusmodi per eorum Eccleſias & ſynodos publicarent, ne transgreſſores hujusmodi per ſimulatam ignorantiam ſuas valerent malitias excuſare, prout in edita tali lege prædicta plenius continetur.

Cum autem ſint exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti, Decani & Capituli, ac clericorum perpetuorum beneficiorum in Eccleſia ſancti Petri Figlarienſis Moguntinenſis dioceſis, & Prælatorum tam ſecularium quàm regularium, ac Cleri, conſiſtentium infra limites

Præpoſituræ ejusdem Eccleſiæ, petitio continebat, adeò quorundam laicorum, & dominorum temporalium in oppido Figlarienſi dictæ diœceſis infra eosdem limites ac etiam Figlarienſi locis circumvicinis malitia inoleverit, quod hujusmodi Imperiales ſanctiones transgredi non verentur, & Eccleſiaſticas libertates violare præſumunt pro parte præpoſiti, Decani, Capituli, prælatorum & cleri prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis providere ſuper præmiſſis de opportuno remedio dignaremur.

Nos igitur veſtigiis præfati prædeceſſoris noſtri inhærentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni noſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo vel unus veſtrûm per vos vel alium ſeu alios conſtitutiones prædictas in dicto oppido & in aliis locis circumvicinis auctoritate noſtra faciatis inviolabiliter obſervari; transgreſſores verò ac violatores, & contemptores, ac ſacrilegos prædictos, nec non contradictores quoslibet & rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi fuerit opus, auxilio Brachii ſecularis, non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non faciendo plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum, &c.

Anno Chriſti 1398.

WENZESLAI IMPER. AUG.
RESCRIPTVM

De impedimentis, cur de ſchiſmate inter Bonifacium IX. & Benedictum Papas cognoſcendo & tollendo nondum inſtituta ſit tractatio.

WENCESLAUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, & Rex Bohemiæ ac Poloniæ, &c. Sereniſſimo Principi, Domino *Karulo Regi Francorum Illuſtri, conſanguineo cariſſimo, ſalutem & fraternæ dilectionis mutuum incrementum.

* Ejus nominis VI.

1. Sereniſſime Princeps, conſanguinee cariſſime. Venientibus ad nos proximè honorabilibus Ambaſiatoribus veſtris, in facto ſanctæ matris Eccleſiæ hucusq; miſerabiliter laniatæ, deliberavimus ad Serenitatem noſtram, Sereniſſimos Principes & Dominos, Sigismundum Regem Ungariæ, fratrem noſtrum cariſſimum, ac Wladislaum Regem Poloniæ, *a* Marchiones Moraviæ *b* patruos noſtros cariſſimos, ac Duces *c* Poloniæ, noſtro regno Bohemiæ ſubjectos, aliosq; noſtros Imperii ſacri regniq; Bohemiæ Principes Eccleſiaſticos & Seculares, Prælatos & Nobiles advocare. Verùm dictorum Regum imminens neceſſitas, & occupatio grandis natalium ſedium, eorum adventum ad nos, quamquam nobis invitis, protraxit. Verumtamen cum eisdem Regibus & Principibus tali ſumus intentione concordes, quòd ulteriori mora poſtpoſita apud nos in civitate noſtra Uratislavia, intra feſtum Natalis Domini debebunt finaliter convenire. Quibus, auſpice Deo, nobiſcum convenientibus, ipſorumq; conſilio, in facto ſanctæ matris Eccleſiæ, & ſignanter ſuper via ceſſionis, ſicut expedit, communicato: Serenitati veſtræ in hujusmodi facto per Ambaſiatores noſtros ſolennes finale reſponſum volumus deſtinare. Præſertim cùm etiam à Domino noſtro Apoſtolico, Domino *Bonifacio, de intentione & deſiderio veſtro nondum obtinemus reſponſum.

a Jodocum & Procopium, Marchiones Moraviæ.
b Sobieslaum Ducem & Joannem Marchionem Luſatiæ
c Id eſt, Sileſiæ.
* Ejus nominis IX.

2. Ideoq; eandem Serenitatem veſtram ſtudioſiùs exoramus, quatenus veſtra dilectio Serenitati noſtræ Regiæ non imputet, quòd hucusque vobis absque dictorum Regum & Principum, quorum in hac parte res agitur, quorumque conſilia vitare non poſſumus, ne videantur eſſe contemti; *d quodq; omnes tangit, debet ab omnibus approbari*; *& e quod a pluribus quæritur, faciliùs invenitur*; reſponſum non voluimus exhibere, ſingularis in eo vobis amoris gaudium oſtenſuri. Si enim à dictis Regibus, quorum hucusque adventum, confecti tædio, præſtolati ſumus, reſponſum & conſilium participaſſemus, dudum dilectioni veſtræ reſponſum debitum dediſſemus. Datum in Burgelins, die ſexta decima menſis Octobris, Anno, &c. M CCC XCVIII.

d c. 29 Ext. de Regul. jur. lib. 6.
e Ex B. Gregorii Moralib.

Anno Chriſti 1398.

WENZESLAI IMPERATORIS AUGUSTI, ET CAROLI VI. FRANCORUM REGIS
DECRETVM

DE EXTIRPATIONE SCHISMATIS INTER DVOS PAPAS.

Hoc refertur in Magno Chronico Belgico Monachi Nuſſienſis, pag. 328.

REx WENCESLAUS ad inſtigationem univerſitatis generalis ſui Studii Pragenſis, anno Domini M CCC XCVIII ex Bohemia ad civitatem Remenſem venit, ubi CAROLUS VI. tunc Francorum Rex cum ſuo germano Ludovico Duce Aurelianenſi, ſuisque & dicti WENZESLAI patruis Joanne Biturienſi & Philippo Burgundiæ Ducibus, certo prævio tractato convenerant ad conſultandum de extirpatione ſchiſmatis tunc inter Benedictum XIII. & Bonifacium tunc vigentis, ubi concluſum fuit inter cætera, ad id conſequendum ſecuriſſimam & breviſſimam eſſe viam, ut uterque de Papatu contendentes juri ſuo cedant ſive renuncient, & per utrumque Collegium novus

Papa

Papa eligatur. Sic igitur WENZELAUS Cæſar de conſilio Regis & Principum Franciæ prædictorum miſit Legatos ſuus ad Bonifacium prædictum, & ſimul Avenionem ad Papam Benedictum, Reverendum Patrem Dominum Petrum de Aliaco Epiſcopum Cameracenſem, qui ab eodem Wenzelao regalia receperat, & M. Nicolaum prothonotarium, ut nomine ſuo peterent, quò juri ſuo de Papatu cederent.

PRINCIPUM ELECTORUM SACRI ROMANI IMPERII

Anno Chriſti 1400.

SENTENTIA EXAUTHORATIONIS ET PRIVATIONIS

Domini VVencelai Romanorum Regis, Lata & pronunciata Annò Domini M CCCC.

IN nomine Domini, Amen. Nos Joannes Dei gratia ſanctæ Moguntinenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, notum facimus univerſis, præſentibus & futuris.

Interprete Chriſtiano Urſiſio.

1. Quam varia, multiplicia & gravia cùm incommoda tùm diſſidia multis abhinc annis, in ſacram Eccleſiam invecta ſint, etiamnum durantia, atque in dies uberius pullulantia, in ſacri Romani Imperii (quod Eccleſiæ Dei & orbi Chriſtiano præſidio eſſe debebat) graviſſimam convulſionem, imminutionem, & diſſipationem: id omne ut ſcribi nequit, ſic mala in dies ingruentia, manifeſtè ſatis docent atque comprobant. Eamque ob rem ſacri Romani Imperii Domini Electores, intervenientibus ſacræ Eccleſiæ, Principum, Dynaſtarum, civitatum, Provinciarum, & ſubditorum ſacri Imperii, prudentem moderatorem expetentium, ardentibus precibus, Illuſtriſſimum Principem Dominum WENCESLAUM Bohemiæ Regem, tum ſua tum amicorum opera, literis denique, jampridem perſæpè & ſeriò nobiſcum admonuere, eique diligenter ob oculos poſuere, privatim ac publicè indecentes ac deteſtabiles ejus in imperando mores & actiones, necnon ejuſmodi Eccleſiæ orbisque Chriſtiani defectus, incommoda atque diſſidia, graviſſimas item membrorum ſacri Imperii avulſiones diminutioneſque, contra nominis ſui dignitatem damnoſè factas, ſierique permiſſas; nempe quòd pacem in Eccleſia non promoverit, quanquam id ſumma orbis Chriſtiani neceſſitas, necnon ipſius ceu Advocati & defenſoris Eccleſiæ munus efflagitaret, & ad id faciendum ſæpius rogatus, requiſitus & admonitus eſſet: ipſo nihilominus Imperium membris aliquot perniciosè mutilante, & mutilum reddi permittente. In quorum numero ſunt Mediolanum & Provincia Longobardiæ, quæ juris ſacri Romani Imperii fuerant, redeuntibus inde ad Imperium ampliſſimis emolumentis. in qua ditione Mediolanenſis, veluti miniſter, ſacri Imperii partibus fungebatur: eum is, contra quam ejus ſublimitatem & dignitatem decebat, accepta pecunia Mediolani Ducem & Comitem Papienſem creavit. Complures inſuper urbes terraſque, tam in Germania quàm Italia, ad Imperium pertinentes, quarum quædam ad idem redierant, alienavit: parum penſi habens, ut eas ſacro Imperio retineret.

2. Præterea membranas perplures nudas raſaſque, ſuæ tamen Majeſtatis ſigillo munitas, amicis pecunia vendidit, in quibus cùm illis tùm aliis, in quorum manus iſtiuſmodi membranæ venerunt, ſub Regio ſigillo, quæ ſcribere vellent, licuit. Qua ex re, ob ſacri Romani Imperii jurium & emolumentorum damnoſam imminutionem & diſſipationem, graves querelæ ſubortæ ſunt.

3. Controverſias porro bellaque, quæ (proh dolor) Germaniam, aliaſque ſacri Imperii terras, miſere afflixerunt & peſſundederunt, atque etiamnum peſſundant, nil unquam curæ habuit. Hinc prædationes, incendia, & latrocinia orta, adeo funeſtis vel hodie incrementis, ut nulli neque Clerici neque laici neq; agricolæ neque mercatores, neq; viri neq; mulieres, ſive terra ſive mari, tuti verſentur: templa, cœnobia, & domus ſacræ, quas ſacrum Imperium manu aſſerere atq; tueri decebat, rapinis & incendiis pateant, & ad interitum redigantur. Eò res abiit, ut quivis contra juris & æqui rationem, alium pro arbitrio tractarit, ac etiamnum tractet, absque ulla ſacræ, ſpretæque diu, Imperialis auctoritatis reformidatione: ſic ut & locus conveniendi quempiam, ubi nomine Imperii juris defenſio & patrocinium ſuſcipiatur planè ignoretur.

4. Denique, quod horrendum & immane dictu, cùm propria, tum aliorum facinoroſorum, quos ſecum habet, manu reverendos ſacrorum Antiſtites, Sacerdotes, & ſpirituales perſonas, alios item plures honeſtæ notæ homines, contra juris normam, ſecus quam Romanorum Regem decebat neci dedit, aquis ſubmerſit, igne cremavit, miſerabiliter ac truculenter peremit.

5. Quæ quidem memorata, aliaque multa gravia facinora atque damna adeò divulgata ſunt & palam nota, ut excuſari vel celari nullatenus queant. Nos igitur, ut præſcripſimus, ſæpius eum perquàm ſtudioſè oravimus, admonuimus, & requiſivimus, ut indecenti hac vitæ ratione repudiata, id ſibi ſtudii & laboris ſumeret, quo ſacræ Eccleſiæ, opem ejus veluti Romanorum Regis & Advocati ſui multoties implorantis, pacem & tranquillitatem; ſacro autem Imperio priſtinum honorem, terras, ditiones, emolumenta denique ſua recuperaret, in ſubſidium & conſolationem orbis Chriſtiani hoc nomine graviter debilitati atque oppreſſi.

6. Etſi verò prædicto Domino Wenceslao, hos alioſque graviores defectus, ipſum tanquam Romanorum Regem Imperiumq; concernentes, clariſſime explicuerimus, ac ſcriptis exhibuerimus:

auditis tamen illius reſponſis, reiteratisq; ſeriis noſtris exhortationibus, communicato quinetiam ſacræ Sedi Romanæ negotio, nunquam adhuc deprehendimus eum, ſicut Romanorum Regem decet, mores compoſuiſſe, ſcilicet ad Eccleſiæ pacem, orbi Chriſtiano ſummè neceſſariam; ſacro item Imperio dignitates, terras ac ditiones ſuas recuperandas, & fructuoſè conſervandas. id quod per univerſas Imperii Provincias eſt notiſſimum.

7. Quoniam igitur commemoratos pluresque alios defectus, ſacram Eccleſiam & Imperium gravi cum damno gemituque tangentes, ob inſtantes prædictorum preces, maximè verò ſacramenti ratione, quo nos, ceu ſacri Imperii proximè ſuperiora membra, eidem obſtringimur nec reticere nec ſuſtinere diutius potuimus. Idcircò ex officio debito cogitandum annitendumque nobis fuit, ut ſacro Imperio, cujus vecordi & negligenti adminiſtratione incommoda iſthæc irrepſerunt, in orbis Chriſtiani præſidium & conſolationem, rectiùs & ſalubriùs provideretur. Et ſanè ut is parendo nobis rem gratam præſtitiſſet, ſic eum ſufficienter & ſeriò vocavimus atque citavimus, adeò ut ei ſignificaverimus, niſi loco & die definitis præſto eſſet, ſore ut cùm exhibitarum nobis precum tùm juramenti noſtri reſpectu, ejusmodi conſilia capere & inire cogeremur, quibus ſacrum Imperium meliùs conſtitueretur, literis id noſtris clariſſimè atteſtantibus. Ea propter loco & tempore præſcriptis, unà cum Coelectoribus noſtris ſufficienter oratis, cæteris item ſacri Imperii Principibus & Urbibus, comparuimus de die in diem expectantes, num præfatus Dominus Wenceslaus compariturus eſſet, morbis prædictis remedium adhibiturus, ac ſacri Romani Imperii rebus rectius deinceps conſulturus. At is nec comparere, nec quemquam procuratorio nomine ad nos deſtinare dignatus eſt. Quare cùm tot prægnantium & pernicioſorum defectuum cauſa, cum crebriùs privatim & benignè; inde verò, cùm nil proficeremus, coram Principibus, Optimatibus & Urbibus Imperii, in diverſis conventibus non ſine magnis gravibusque expenſis absque tamen ullo fructu, admonuerimus & redarguerimus: ideò commemorata omnia ad ſacram Sedem Romanam detulimus. Cæterùm cùm nec tum cuncta hæc quicquam penſi habuerit, nil aliud inde conjicere potuimus, quàm eum & Eccleſiæ & Chriſtiani orbis, in primis autem ſacri Imperii curam depoſuiſſe. Idcirco malum hoc, toti Chriſtianæ Reip. exitiale, minimè diutius ferendum & tolerandum cenſentes, animo bene confirmato, poſt multos variosque tractatus conſultationesque, tum inter nos ipſos tùm etiam cum aliis Principibus & Optimatibus ſacri Imperii, ſeriò habitas, pro Eccleſiæ ſalute, Chriſtiani orbis conſolatione, ſacri Imperii honore & utilitate, præfatum Dominum Wenceslaum, tanquam negligentem & deſtructorem Imperii, eoque indignum, à ſacro Romano Imperio, omnique ejus dignitate hoc tempore penitus removendum eſſe duximus.

8. Nos itaque Joannes Archiepiſcopus, nomine prædictorum Dominorum ſacri Romani Imperii Coelectorum, noſtroq;, tum commemoratis tùm pluribus aliis inſignibus defectibus cauſſisque moti, hac noſtra ſententia, quam præſenti ſcripto damus atque ferimus, prædictum Dominum Wenceslaum, ceu inutilem, negligentem, diſſipatorem, & indignum ſacri Romani Imperii defenſorem, eodem Romano Imperio, omnique ejus gradu, dignitate ac ditione ad idem pertinente, privamus & ſubmovemus: cunctis Principibus, Optimatibus, Equitibus, Ingenuis, Urbibus, Provinciis, & ſubditis ſacri Romani Imperii denunciantes, eos ab omni homagio & juramento, perſonæ Wenceslai nomine Imperii præſtito prorſus eſſe liberos: requirentes atque monentes eos ſub jurisjurandi fide, qua ſacro Imperio adſtricti tenentur, ne prædicto Domino Wenceslao, tanquam Romanorum Regi, deinceps obediant & obſequantur; neque illi jus ullum, obſequium, cenſum, reditum aut ullam aliam obventionem, quocunque nomine tandem appellanda veniat, ceu Romanorum Regi, pendant, exhibeant, aut exhiberi permittant: ſed ejusmodi debita utili & idoneo Romanorum Regi, divino favente numine deinceps ſufficiendo, aſſervent.

9. In quorum omnium fidem & teſtimonium, nos Joannes Archiepiſcopus Moguntinenſis, præſens inſtrumentum, per ſubſcriptos Notarios, hac forma patenti, confici, & majus noſtrum ſigillum appendi curavimus.

10. Lecta & renunciata fuit ſententia præmiſſa per nos Joannem Archiepiſcopum Moguntinenſem, noſtro & Dominorum Coelectorum noſtrorum antememoratorum nomine, ſub caſtro Lonſtein ad Rhenum, Treverenſis diœceſis, Brubachium verſus progreſſi, è publico ſolio in tribunalis uſum erecto, Dominis Coelectoribus noſtris ibidem judicio aſſidentibus, anno Dominicæ incarnationis milleſimo quadringenteſimo, indictione octava, feria ſexta, die vigeſima menſis Augſti, paulum ante Nonarum tempus: Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini, Domini Bonifacii Noni, divina providentia Papæ, anno undecimo: præſentibus Illuſtriſſimis Principibus ac Dominis,

Joanne, Illuſtriſſimi Principis ac Domini Ruperti Ducis Bavariæ & Comitis Palatini ad Rhenum filio:

Friderico Burggravio Norimbergenſi:

Nobili Philippo, Domino in Naſſau & Sarbrucke,
Emichone de Liningen,
Joanne de Zigenhaim,
Cunrado Burggravio, Canonico noſtro Moguntinenſi
} Comitibus.

Bernhardo à Weſterburg,
Joanne à Limburg,
Reinhardo de Hanovve
} Baronibus:

Domino

Domino Nicolao Brovvin ſacræ Paginæ,
Joanne à Witenburg, &
Nicolao Burgman, Decretorum
Domino Hermanno Præpoſito S. Gereonis Colonienſis, Legum
} Doctoribus.

Item, ſtrenuo Equite Sigfrido de Lindovve, Vicedomino noſtro in Ringaugia,
Joanne Boſſen à Waldeck, Burggravio noſtro in Beckelnheim:
Et fidelibus, Henrico Rulmanno à Dadenberg,
Gerardo ab Emenberg, Domino in Lantscron,
Friderico de Sachſenheim,
Kulmanno à Coneren,
Joanne de Dalburg,
Rudolfo de Zeſſikon,

necnon pluribus aliis Dominis, Equitibus, & Ingenuis, ſpiritualibus & ſecularibus, magno numero aſtantibus, ad ſupraſcripta vocatis atque rogatis.

11. Et ego Nicolaus Berchtoldi Fridbergenſis, Clericus Moguntinenſis diœceſis, Pontificia & Imperiali auctoritate Notarius publicus, ac prædicti Clementiſſimi Domini mei, Domini Joannis Archiepiſcopi Moguntinenſis, ſcriba juratus, quoniam tum temporis, cùm judicialis iſthæc, quam præſcripſimus, ſententia lata & renunciata fuit, unà cum ſubſcriptis publicis tabellionibus, teſtibusq; commemoratis, præſens interfui, eaq; omnia fieri vidi atq; audivi: ideò jubente atque petente prædicto Moguntinenſi, Domino meo Clementiſſimo, publicum hoc inſtrumentum bona fide perſcriptum, in publicam redegi formam, illudque conſueto mei notariatus ſigno ac nomine, appenſo etiam prædicti Moguntinenſis, Domini mei Clementiſſimi, majore ſigillo, in fidem & teſtimonium prædictorum omnium, ſubſignavi atque munivi.

Nomina Notariorum ſunt:

Nicolaus Berchtoli Fridbergenſis.
Joannes Meier junior Gaſterveldenſis.
Conradus à Leiborn, Clericus Paderbornenſis diœceſis.
Henricus Stalberg Rotenbergenſis.
Tilmannus à Honberg.
Conradus Coler Zuſtenſis, Colonienſis diœceſis.

RUPERTI IMPER. AUG. CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1401.

De Vicariatu Imperii Germanici in abſentia Imperatoris.

RUPERTUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis noſtri & ſacri Imperii fidelibus, ad quos præſentes pervenerint, gratiam noſtram & omne bonum.

1. Regiam decet Majeſtatem illis præcipuè exquiſitis intendere laboribus, illis etiam jugibus pervigilis mentis vacare conſiderationibus, per quæ & Sac. Romanorum Imperium noſtris præcipuè temporibus optata ſuſcipiat incrementa, res ipſa publica debitis foveatur ſubſidiis, & divorum noſtrorum more prædeceſſorum Regiæ Majeſtatis gladius cunctos vibrantibus terreat aciebus perſecutores, & per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, atque reſectis vepribus ſub ſacro militantes Imperio deſiderata pace fruantur.

2. Sanè cum diſponente Altiſſimo pro corona Imperialis diadematis ſuſcipienda ad præſens partes Italiæ ſimus ingreſſuri, & ut S. Rom. Imperii ſtatus, ſalubris tranquillitas & Reſpubl. interim in Germania, Gallia & regno Arelatenſi, in abſentia noſtri copioſius atq; fructuoſius procuretur, de Illuſtris & Magnifici Principis LUDOVICI Comitis Palatini Rheni & Bavariæ Ducis, filii noſtri chariſſimi, legalitatis & gratæ circumſpectionis induſtria præſumptionem & fiduciam utique habentes indubiam, præcipuè etiam advertentes à divis Romanis Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris hactenus extitiſſe obſervatum, ac etiam de jure Comitatus Palatinatus Rheni fuiſſe & eſſe, quod cum Romanus Imperator vel Rex ultra montes Italiam ingreſſus fuerit, in ipſius abſentia vicariatum Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatenſi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuiſſe & pertinere, eundem dilectum filium noſtrum Ludovicum, animo deliberato non per errorem aut improvidè, ſed ſano & maturo Electorum & aliorum Principum, Comitum & Nobilium noſtrorum & Imperii ſacri fidelium freti conſilio & conſenſu, de certa noſtra ſcientia & Regiâ plenitudine poteſtatis per S. Roman. Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatenſi provincias, principatus, dominia, diſtrictus, civitates, oppida, caſtra, villas, & eorundem pertinentias, qualitercunque nominatis omnibus, jure, via & modo quibus melius & efficacius poſſumus & debemus, facimus, conſtituimus & ordinamus, noſtrum & S. Rom. Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatenſi vicarium generalem.

3. Dantes ex nunc & tenore præſentium concedentes eidem plenam, liberam & omnimodam auctoritatem, temporalem & generalem jurisdictionem, & gladii nutu & providentia Altiſſimi nobis

contra-

contraditi poteſtatem, merum & mixtum imperium, ac etiam adminiſtrationem & jurisdictionem omnimodam, contentioſam & voluntariam, vice & auctoritate atq; nomine noſtro in præfati S. Imperii provinciis, principatibus, dominiis, diſtrictibus, civitatibus, oppidis, caſtris, villis & eorundem pertinentiis qualitercunque etiam nominatis; per ſe vel per alium ſeu alios exercendi, animadvertendi, exequendi in facinoroſos & delinquentes & reos homines, eosque & rebelles quoscunque puniendi, relegandi, deportandi, ultimo ſupplicio addicendi & deputandi, & alias coercendi ratione prævia & mediante juſtitia, prout criminis qualitas exegerit, & delicti ac culpæ rebellium & exceſſus. Et ut etiam apud & per eum per ſe ac ſuum ſeu ſuos commiſſarios, & ad hoc per eum deputandos merum & mixtum Imperium, adminiſtratio & jurisdictin hujusmodi contentioſa ſive voluntaria in loca & homines, cujuscunq; ſtatus, præeminentiæ vel conditionis exiſtant, infra terminos & limites ſupradictos conſiſtentes vel conſiſtentia (ſalva tamen ſemper ſacroſancta Eccleſiaſtica libertate) liberè exerceantur, ſecundum quod jus ſeu ratio perſuadent.

4. Concedentes nihilominus eidem & illi ſeu illis, quibus hoc commiſerit, & in ipſum illum vel illos jure plenario transferentes auctoritatem, poteſtatem & licentiam generalem, ne ſuis quis militet ſtipendiis, collectas & datias, conſueta onera realia & perſonalia & mixta, quocunque nomine cenſeantur, nobis & noſtro Imperio debitas ſeu debita, debendas ſeu debenda, necnon omnes cenſus, reditus, jura, proventus, emolumenta, oblationes, conductus, telonea & pedagia principatuum & dominiorum, monaſteriorum, civitarum, terrarum, territoriorum, diſtrictuum, oppidorum, caſtrorum, villarum & locorum ad nos ratione Imperii, & ipſum ſacrum Romanum Imperium in Germania, Gallia & Regno Arelatenſi, de jure conſuetudine aut alias pertinentes & pertinentia, exigendi, levandi & recipiendi, & ad uſus ſuos pro defenſione ſacri Imperii & pro ipſo Imperio ac evidenti expenſarum neceſſitate ſupportandi & applicandi: pœnas & mulctas ratione prævia imponendi, levandi, & ex cauſis rationabilibus augmentandi, minuendi, remittendi in judicio & extra Judæos Cameræ noſtræ ſervos acceptandi & defendendi: bona damnatorum, rebellium & reorum juſtitia exigente confiſcandi & publicandi: officiales quoscunque & præſertim noſtri Imperialis judicii (ſine eorum juris præjudicio, ipſis in ſuis officiis competentis, & uſque ad præſens in eisdem habiti & quæſiti) inſtituendi & deſtituendi: nec non de omnibus criminibus ordinariis & extraordinariis, enormibus, levibus, publicis & privatis cognoſcendi, puniendi, & executionem faciendi tam ſecundum jura municipalia quàm communia ſeu legis cognitionem: & deciſionem hujusmodi committendi, in integrum reſtituendi, bannum imperiale pronuntiandi, abſolutionem concedendi: infamia tam juris quàm facti notatos publicandi, eamque juris infamiam tollendi & ſuper eam diſpenſandi: de cauſis principalibus & appellationum ad nos & ſacrum Imperium interpoſitarum ſeu interponendarum, quibuslibet tanquam noſter & Imperii ſacri Vicarius generalis cognoſcendi, examinandi, & definiendi, & alia, quæ cauſarum merita requirunt, exercendi & exequendi; ferias & nundinas inſtituendi, imponendi, collocandi & concedendi: rebelles S. Rom. Imperii perſequendi & puniendi, privandi, & exuendi feudis, gratiis, libertatibus, immunitatibus, indultis, juribus quibuscunq; temporalibus: infames & inhabiles reddendi, pronuntiandi, declarandi: atq; deſtitutos, privatos vel exutos per ſe vel alium ſeu alios, etiam per judicium dictum Gullgericht aut alia quæcunq; judicia damnatos & extra jus (ut moris eſt) ſententialiter conſtitutos & depoſitos ad honores, ſtatus, officia, jura priſtina in integrum liberè reſtituendi: Decreta, ſtatuta ac proviſiones in prædictis omnibus & quolibet faciendi de novo, corrigendi, & in totum tollendi, ſemel, pluries, & totiens quotiens oportunum fuerit & ordo dictaverit rationis.

5. Omnia & ſingula feuda ſacri Imperii vacantia vel cum vacaverint, committendi & conferendi, ac de aliis infeudandi & inveſtigandi (exceptis duntaxat feudis inſigniis Archiepiſcoporum, Ducum & Marchionum, & quæ cum vexillis ſeu gladiis recipi conſueverunt, & de quibus Officialibus Imperialis curiæ de more ſervitur) & ab illis ſic recipientibus feuda, dum & quoties ſe caſus obtulerit, homagii, fidelitatis, obedientiæ & devotionis debita juramenta noſtro & ſacri Imperii nomine & vice poſtulandi & recipiendi: ad Canonicatus & præbendas ac dignitates, etiamſi curatæ ac electivæ & majores poſt Pontificales in Metropolitanis & Cathedralibus ac principales in Collegiis exiſtant, perſonatus, Eccleſias parochiales & beneficia & officia Eccleſiaſtica ſeu temporalia, dum & quoties vacaverint, perſonas aptas & idoneas præſentandi, & eas ad ea conferendi: Dotes, dotalicia, ſponſaliorum largitatea ac donationes propter nuptias admittendi & confirmandi: mente captis furioſis, & aliis perſonis, quæ ſui juris non exiſtunt, curatores, orphanis, pupillis & viduis tutores & defenſores præficiendi, ac tutores & defenſores minus legitimè datos confirmandi, devolutiones fiſcales quorumcunque dominiorum, prædiorum & agrorum aut hæreditatum, ſeu etiam rerum mobilium, dummodo jus & ratio illud exegerit, noſtri & Imperii nomine exigendi, tenutam & poſſeſſionem talium accipiendi.

6. Dantes etiam & Regia concedentes auctoritate & de certa ſcientia, noſtro ac ſacri Imperii Romani Vicario generali ſupradicto poteſtatem pleniſſimam, Notarios publicos & tabelliones cum auctoritate & poteſtate plenariis creandi, faciendi, & de tabellionatus officio inſtituendi ſeu inveſtiendi (ut moris eſt) per pennam & calamarium: recepto ab ipſis prius & eorum quolibet pro nobis ac ſacro Imperio debitæ fidelitatis ſolito juramento: hoc ipſum etiam eadem auctoritate aliis concedendi & committendi, eosque eorum exigentibus demeritis privandi & deſtituendi: ac etiam naturales manſeres, ſpurios, baſtardos, & quolibet de damnato ſive illicito coitu procreatos, viventibus ſeu mortuis eorum parentibus ritè legitimandi: etiamſi forent filii Illuſtrium Principum,

Ducum,

Ducum, Comitum & Baronum, & eos natalibus & omnibus legitimis juribus reſtituendi, omnemque genituræ maculam & natalium defectum abolendi: ad omnia & ſingula jura ſucceſſionum etiam ab inteſtato cognatorum & agnatorum, honores, dignitates, officia, & ad ſingulos actus legitimos admittendi & admitti mandandi (ſine tamen legitimorum hæredum præjudicio) ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati.

7. Et generaliter omnia & ſingula liberè faciendi & exercendi, quæ ad verum ſacri Imperii Vicarium generalem pertinent; etiamſi qua ex eis jure & conſuetudine ſpecialius exegerint mandatum, etiamſi majora fuerint ſupra & infra expreſſis, & quæ ad nos & ſacrum Imperium faciendi & agendi pertinere dinoſcuntur de jure, conſuetudine, ſeu plenitudine Regiæ poteſtatis: non obſtantibus quibuscunque literis datis vel dandis, legibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, ſtatutis & juribus municipalibus & localibus, generalibus & ſpecialibus contrariis, quacunque firmitate roboratis. Quibus omnibus & ſingulis, in quantum præſentibus obviare ſeu eis derogare poſſunt, ac ſi talia ſpecifice in ſuis capitulis & punctis de verbo ad verbum hic forent inſerta & nominatim expreſſa, de noſtra certa ſcientia & de plenitudine Regiæ poteſtatis ſpecialiter derogamus, ac viribus carere decernimus & declaramus.

8. Mandantes nihilominus firmiter & diſtrictè præcipientes univerſis & ſingulis Eccleſiaſticis & ſecularibus Principibus, etiamſi Pontificali præfulgeant dignitate, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, miniſterialibus, militibus, Clientibus, Vaſallis, Civitatibus, Oppidis, & eorum univerſitatibus, locorum rectoribus & eorum communitatibus, caſtris, villis, ſubditis, terrigenis, incolis, habitatoribus, caſtellanis, cuſtodibus, officialibus, & hominibus quibuscunque, cujuscunque etiam præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus ſeu conditionis exiſtant, præſentibus & futuris, quatenus prædictum Ducem Ludovicum filium noſtrum cariſſimum, noſtrum & Imperii Vicarium generalem taliter, ut prædicitur, à nobis conſtitutum, & perſonam noſtram figurantem: benignè & absq; difficultate qualibet recipiant, & ſibi ac officialibus ſuis, quos conſtituet loco ſui, omnibus & ſingulis noſtro & Imperii nomine fideliter & effectualiter tanquam nobis in omnibus obediant, pareant & intendant realiter & cum effectu, ut exinde eorum ſincera devotio per operum efficaciam eluceſcat. Sub pœnis per præfatum noſtrum & Imperii Vicarium conſtituendis, infligendis, nec non ſub pœnis noſtræ indignationis graviſſimæ, & mille marcharum auri puriſſimi: quas ab ipſis, qui ſecus attentare præſumpſerint auſu temerario, totiens quotiens contra factum fuerit, irrevocabiliter per ipſum ſeu ſubſtituendos ab eodem exigi volumus, ſuisque uſibus prout ſibi videbitur applicari. Harum ſub noſtræ Regiæ Majeſtatis ſigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum Augſpurg tertia feria poſt Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis glorioſę, Anno Domini M CCCC I. Regni verò noſtri anno ſecundo.

Ad mandatum Domini Regis
Johannes Weinheim.

LADISLAI TYRANNI ROMANORUM RESCRIPTUM

Anno Chriſti 1407.

De facto unionis inter ſchiſmaticos Papas, ad Dominum Gregorium XII. ſuæ partis Papam

BEATISSIME Pater, decet quempiam obedientia filium vel natura, commoti patris monitiones, & digitas increpationes, quæ nequeunt niſi ab effectu & charitatis zelo procedere, patienter & æquo animo tolerare. Nuper ſiquidem veſtræ Beatitudinis literas ſolita reverentia debitaque devotione recipiens, animadverti nonnihil irati in eis, ac objurgationis & indignationis afferri, quibus hoc reſponſum humile præſentibus præbeo moderandum, corrigendumque, ſi meretur, paterna ſapientia & virtute.

2. Credo equidem & certus ſum, imò certiſſimus & mihi conſcius, Deo teſte, me ſemper ſanctam Eccleſiam, & ejus Antiſtites Apoſtolicosq; Paſtores, & ipſam Beatitudinem veſtram præcipuè fuiſſe, ut debui, potuique, & ſcivi, filiali reverentia veneratum, veneraturumque eſſe, dum hac mortali veſcor vita, ut exinde fruar æterna. Sed iſta tam mordaci & intempeſtiva commemoratione & exprobratione, profectò memores beneficii impenſi tam purè, tam liberè, tanto denique ſumptu, & (ut Bullæ Apoſtolicæ verbis utar) profluvio expenſis, ad reſellendum confutandumq; pro mea cauſa nequeo non moveri, noloque (etſi reminiſci & recenſere pigeat) conticere: Fateor enim, nec unquam inficiabor, me aliquali matris Eccleſiæ adjutum præſidio, illis primordiis obſtitiſſe, quibus Urbani XI. inhumana ſeveritas res omnes orbis ita commiſcuit, & præcipuè Regni hujus in tantum attrivit, ut ingentes adhuc, & utinam non ulteriùs permanſuræ reliquiæ illius ruinæ ſuperſint, nec ſum aut ero ejus ingratus oblitusque, imò ad inſtar magni cenſus pecuniam, & maximi exercitus paucos illos pugiles mihi datos computo. Manet, manſitque & manebit mente repoſitum, quamvis nec illud porrectum gratis fuerit, quod fui non mediocri fœnere & labore mercatus. Sed quid ea tempeſtate id pauxillum ad tantas opes totque formidabiles copias & terribiles claſſes, quibus Antipapa abundat largifluè, tam ſæpè numero maximo copiarum communis hoſtis a Andegavenſis fultus, & præmunitus, adjumenti ferre potuit, vel vigoris? attamen ad futuri incrementi finem, aliquam princi-

a Ludovici Regis Siciliæ, Ducis Andegavenſis.

a. Carolum Dyrrachii Ducem, & Hungariæ Regem vocatum,

principio tulit opem. Ipſum quippe hoſtem, cum factione ſua in poſſeſſione Regni inter eum & *a* patrem meum per annum jam pene viceſimum inhærentem, & divina humanaque vaſtantem & pro arbitrio diſponentem, Clementiſque, & deinde Benedicti nomen & ſedem pro Apoſtolica venerari jubentem, armiſque me terrentem, judice Deo, & juſtitia annuente, ut in Domino glorier, in quo debent ſinguli gloriari, apud Tarentum non ſolùm Regno, ſed Italia pepuli & fugavi. Quæ verò ne tam citò fierent, intermedio illo tempore per quoſdam Romanos Pontifices jam vita perfunctos, interjecta ſcandalorum obſtacula, ſeditiones procuratæ fuerunt, tam inter Regni Proceres, quam inter cives, non absque eorundem Pontificum & magno incommodo, ſilere honeſtius arbitror, quam effari. At quid juvat aut opus eſt hinc inde jamdudum memoria reprehendi & corrigi, quemadmodum recentia & pene in manibus ſita excuſaturus aſſurgi? ſalva ſemper Apoſtolicæ Sedis ac Beatitudinis veſtræ gratia & benedictione paterna.

3. Scio enim & in certum firmeque teneo, quod Ludovicus de Melioratis offenſus mihi & meis ſubditis tunc infeſtus, à Marchiæ Rectoratu mea inſtantia & prece querula fuit amotus, imò pro illo voto meo parva mihi Apoſtolica fuit lata literula, ſive breve, dictans, id absque fomite propè futuri mox ſcandali magnique periculi non poſſe tunc fieri, ſed confeſtim optimum remedium præbuit. Quod quale fuerit? præter alias incurſiones & belli ſtrages, duas terras in Apriis noſtrorum fidelium cepit, quin potius ſubito occupavit. Sed per idem poſtea tempus ſuaſu motuque Pauli de Urſinis contracti in meliori fortuna jam ſodalitii pœnitentis, & in illius ſtatus & fortunæ mutatione mutati, & faſtiditi, ſoluta ut authoritate conficta inter illos illa ſocietate fraterna ab eo fuit officio & veſtro ſtipendio revocatis. Ego igitur ut pluribus meorum caverem incommodis, inquietum illum hominem, & ad artes & res quaslibet pronum, imò jam tunc paratum & expeditum, licet eo modicum indigerem, ne quò deterius laberetur, ad ſtipendia mea recepi, à quo demum & Eſculi civitatem non absque ſumptu, ſtipendio & mearum commutatione terrarum, ne pejore loco res tenderet, hac intentione recepi primum, ut eam pro Eccleſia conſervarem, & illi in tempore reſtituerem, alia ne in poſterum aliquo ſiniſtro ſucceſſu incommoda mihi & meis ex vicinitate ſentirem, quod Beatitudini veſtræ poſteà intimatum non diſplicuiſſe, nec ægrè latum fuiſſe, recolo mihi per Oratorem Fratrem Dominicum dictum.

b Romam.

4. Sed nunc ejus Beatitudinis verbis arguor, me hoſtilia contra *b* Urbem ex ea feciſſe & facturum, quòd ad locum electum, ad inveteratum jam (proh dolor) ſchiſma tollendum, numquam ſuſpectum, ipſa Beatitudo veſtra accedere intendebat: quod ego dictum aut commiſſum ex me prorſus abnego. Profiteor namque, & abſit quòd unquam à veritate recedam; ſcripſi, conſului cum fide, & ſæpe humiliter ſupplicavi, ſicut & alii mundi Proceres & Magnates fidi devotique vobis & veſtro, imo & noſtro, & cunctorum fidelium cœtui, ut comperi, jam fecerunt, ut locus, eligendus ad tanti ſperati futurique boni myſterium, omni prorſus ſuſpicione careret, nec electus Saonæ locus adeò tutus & congruus videbatur. Movebat ſiquidem zelo veſtro, & ut ardua tanta res, tamque cunctis Chriſticolis neceſſaria ac frugi, recte & absque quovis impoſtoris redivivo careret ſcrupulo, ſed auxiliante eo, cujus res agitur, foret in perpetuum duratura. Nam & licet mea, ut id rite quovis loco fiat, multum interſit, parum tamen refert, imò nihil, quocunque terrarum angulo vel receſſu bonum agatur, dummodò bene fiat, ad quod vellem concurrere vobiscum una, & ſæpe obtuli, & denuò offero, ſemperque offeram me paratum, & pro viribus adjuturum. Sed proh Deûm, veſtram ſanctam atque hominum fidem! quamobrem tantopere terminor ex re, quam Beatitudo veſtra tot argumentis & rationibus, etiam per miſſam mihi Bullam reprobavit, aut etiam Saonæ locus mihi debet eſſe ſuſpectus, non ratione Italici ſoli, in domus incliti Francorum Regis, quæ ſublimis domus & proſapiæ caput eſt ſtabile atque princeps, (etſi aliquando fuiſſe dicitur aliquid ſimultatis, id veſtri vel veſtrorum ſimilium cauſa actum eſt) non denique urbis Januæ, in cujus litore vel riparia ſitus eſt, quam mihi vinculo vetuſtæ ſocietatis & amicitiæ fidam & chariſſimam reputo velut meam. His ergo & aliis, quæ nunc relinquo, ne ſit verborum prolixitas tædioſa, quandoquidem veſtræ Beatitudini eſt complacitum, & pro meliori vero teneo, atque eſt, perſuadeo, conſulo, ſupplico, oro ac obteſtor, ne ad cauſam, præoptatæ optimæque rei conſummationem & perfectionem celerrimam, non ſolùm ad Saonam locum pactum, & pollicitum, ut omnes verè norunt, ſed etiam, ſi libet, Pariſius, refertam ſapientia urbem digniſſimam proficiſci.

5. Neque ſperno, imò acceptiſſima mihi eſt oblatio per veſtram Beatitudinem facta, ut ubique temporum & locorum cauſam meam, ut juſtiſſima veſtra eſt Beatitudo ipſa, ſicut pridem mihi ſpoſpondit, ut pro poſſeſſoribus concludatur, habeat unà cùm aliis Dominis ſacri Collegii in præcordiis recommiſſam, an non quadret dare veniam, ſi ſic audaciſſimè fretus divini præſidii veſtri numine, & juris & juſtæ cauſæ, hoc Regnum ad me pertinens, tam ex ſucceſſione divæ memoriæ Caroli Regis primi, cujus unicus ſum ſucceſſor & hæres, quàm ex conceſſione almæ matris Eccleſiæ, ita meorum fidelium ope & amore, ſi opus erit, armis & viribus, quibus illud adeptus ſum, bene tuebor, ut non absque cæde, non absque finali exitio vim inferre volentium, aut quod abſit, aberitque Deo fautore, meorum & mea, in poſſeſſione dominii vivus remaneam, aut extinctus. Poſtremo citatus & monitus peremptoriè à veſtra Beatitudine id tandem faciam, quod obedientiæ filii vero patri, & matri Eccleſiæ ex debito facere obligantur. Et licet pridie ante Bullæ Apoſtolicæ receptionem, meos peritos Oratores ad veſtram Beatitudinem tranſmiſerim, quos confeſtim ſupplico expediri, non diu poſt hoc alios tamen mittam, me & meam innocentiam excuſaturos, atque ſingula, ad quæ teneor, peracturos.

6. Sed

6. Sed quæſo, Sanctiſſime Pater, compeſcite hos animi veſtri motus, ab aliis forſitan inter nos diſſidium procurantibus concitatos, & placidum pii Patris in filium ſpiritum reaſſumatis, orans denique cum Propheta; *Domine ne in furore tuo arguas me*, &c. Altiſſimus Beatitudinem veſtram bene dirigat, diutiusq; gubernet. Datæ Neapoli, 12. die Octobris, anno Domini M CCCC VII.

LADISLAI TYRANNI ROM. MANDATUM

Anno Chriſti 1408.

DE UNIONE SCHISMATICORUM PAPARUM TRACTANDA.

LADISLAUS Romanorum, Hungariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Apuliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramiæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomiriæ, Comaniæ, Bulgariæ Rex, necnon Provinciæ & Fortalquerii ac Pedemontium Comes, Florentinis ſalutem. Magnifici Domini, amici chariſſimi, ſignificatum eſt nobis ab Ambaſiatoribus noſtris Lucæ morantibus apud Dominum noſtrum a Papam, & ab aliis ipſarum fide dignis, quod pro ſchiſmate tollendo & unione in ſancta Dei Eccleſia reformanda, tam eidem Domino noſtro Papæ, quam alteri parti terras veſtras & loca liberè obtuliſtis. Quamobrem videtur, quod idem Dominus noſter ad prædicta perficienda elegerit civitatem Piſarum: de qua quidem electione plurimum contentamur. Nam ſcimus, & pro certo tenemus, quod ſi dicta unio in dicta civitate Piſarum, aut alia terra fieret, quod propter antiquam & charam amicitiam, quæ inter nos vosque ſemper fuit, & erit, agenda & excipienda noſtra pro rerum agendarum concluſione taliter diſponentur & omninò fient, ac ſi in terris noſtris fieret unio ante dicta; & licet ſæpe tentaverimus ab eodem Domino noſtro poſſe certificari, quomodo ſuccedente dicta unione de b ſtatu noſtro poſſemus eſſe ſecuri, & remanere in ſecura proprietate dicti c Regni noſtri, ſicut Domini Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii usq; ad infimos Clericos, qui poſſident, debent in eorum dignitatibus, & beneficiis, ut fertur publicè, remanere, nunquã id obtinere potuimus, nec per literas ſupplicatorias, nec per noſtros Oratores ad dictum Dominum noſtrum ſæpius deſtinatos, & ob eam cauſam noſtris Ambaſiatoribus literis & precibus in nullo proficientib9 ad tantam rem, & ne ex neglectu prætermittatur, decrevimus ad quæcunq; locum, ubi unio ipſa fiet, perſonaliter proficiſci, ubi favores à vobis habere credimus noſtris præcipuis benevolis & amicis. Cumq; parati & expediti ſumus, atque in itinere conſtituti, rogamus Magnificentiam veſtram attentè, quatenus nobis intimare placeat, ſi unio ipſa Piſis, vel alibi in terris veſtris fieri debeat, an non, & ſi ibi eam fieri fortè contingat, hortamur, ut pro nobis & ſocietate noſtra victualia & alia neceſſaria tam ibi, quàm in aliis terris veſtris in ipſo itinere ſituatis, mandare placeat præparari ad ſufficientiam oportunam, ac ut inveniantur pretio competenti: nec minùs in loco ſtatuto, vel ſtatuendo, aliqua conveniens & decens manſio præparetur, ac de omnibus per latorem præſentium, quem ad hoc ſpecialiter transmittimus, nos placeat aviſare & reddere certiores, offerentes nos ad quælibet vobis grata. Datum Romæ ſub parvo noſtro ſigillo, die III. Maii, prima Indictione.

a. Gregorium XII. Benedicti XIII. Antipapam.
b. ſc. in dominio Urbis Romæ
c. Romanorum per vim occupati.

Quia ſimiliter venient per mare pro noſtra ſocietate nonnullæ galeæ & navigia alia, ideo placeat modo ſimili emenda competenti pretio victualia facere præparari. Datum, ut ſupra.

Et quoniam credimus Dominum noſtrum cognoſcere viam talem unionis, unionem pacificam omnibus Chriſti fidelibus non perducere, ſed pejorem ſciſſuram priore, Nos, prout intereſt, velut Rex vel ſaltem ut perſona ſacra ad tanti boni perfectionem intendimus perſonaliter intereſſe, tam etiam pro bono publico, quàm privato, ad quod ultimum non attenderent omnes potiùs, quàm ad primum. Et hoc per veſtras literas & nuntios ſpeciales, unum poſt alium, & alium poſt unum ſubitò intimetis, nec pro pecunia omittatis, quin eis ſatisfaciemus in promptu, ita quod ſumus aviſati. Nam aviſatum non intendimus perdere, nec in verbis quomodolibet detineri. Datum, ut ſuprà.

RUPERTI IMPER. AUG. EDICTUM

Anno Chriſti 1408.

Pro confirmatione Gregorii XII. Papa, & infirmatione Alexandri V. à Concilio Piſano electi.

FLAMINES Romani à duobus electis in ſchiſmate Pontificibus deficiunt, Piſæ conventus agunt, utrique diras inſeriasque dicunt, atque dignitatem abrogant, Alexandrum Quintum ovili Romano imponunt. RUPERTUS Cæſar, qui rebus Gregorii XII. favebat, per Edictum obnuntiat, irrita hujuscemodi comitia neque libera, Duodecimum verum paſtorem decernit eſſe Chriſtiani gregis, Alexandrum veluti ſuppoſititium rejicit.

Anno Chriſti 1410.

RUPERTI IMPER. AUG.
FORMULA
Conceſſæ Sedis liberæ, & Frygraviatus.

RUPERTUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper-Auguſtus: Notum facimus tenore p… tium univerſis, quòd ad ſupplicem petitionis inſtantiam Altigeniti Principis Hermann… gravii Haſſiæ, Svvageri noſtri dilecti, Hennen Salentin fidelem noſtrum dilectum Frig… ſeu Comitem Liberum in ſede Fryheholenor vulgariter nuncupata, ſita in dominio Zuſchen, c… tuimus, ipſumque de dicta ſede Frygraviatus tenore præſentium inveſtimus, dantes ſibi pote… liberam ibidem de cætero judicandi, & omnia exercendi, quæ ad Frygraviatus hujusmodi o… ſpectare noſcuntur de conſuetudine ſeu de jure. Quapropter univerſis & ſingulis Principibus … ſiaſticis & Secularibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus. Miniſterialibus, Militibus, Cl… Civitatum communitatibus, & ſignanter Frygraviis ſeu Comitibus Liberis ſub pœna privat… Frygraviatuum officiorum, firmiter inhibemus, ne dictum Hennen in ejusmodi Frygraviatus … impediant aliqualiter vel moleſtent, ſicut noſtram indignationem Regiam voluerint evitare, p… tium ſub Regiæ Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio literarum. Datum Marpurg, Anno D… M CCCC X. die quarta Martii, Regni verò noſtri anno decimo.

Ad mandatum Domini Regis

Johannes Weinheim.

Anno Chriſti 1413.

SIGISMUNDI IMPERATORIS AUGUSTI
MANDATUM

AD REGEM FRANCIAE, UT VENIAT AD Concilium Conſtantienſe, pro tollendo ſchiſmate Paparum, & reformanda Eccleſia indictum.

SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper-Auguſtus, &c. Sereniſſimo Princip… Carolo Regi Francorum Illuſtri, Conſanguineo noſtro cariſſimo, & fideli dilecto, &c.

1. Rex pacificus pia miſeratione diſpoſuit, ne homo creaturarum digniſſima, quem de limo terræ formatum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit, per abuſum liberi arbitrii laberetur, & labendo à cognitione ſui recederet creatoris, dum par in parem imperium non haberet, Præſides ſuo operi ſupereſſe voluit, quorum ducatu vita cujuslibet regeretur, ac ipſorum motibus & præceptis inferiores ceteri obedirent. Sicque ſtatuit duo luminaria ſuper terram, majus videlicet atque minus, ut in ipſis univerſalis eccleſiæ conſiſteret firmamentum. in quibus Pontificalis auctoritas & R… potentia deſignantur: una videlicet, quâ ſpiritualia; & altera, quâ corporalia regerentur. Ad ſu…ſtentiam igitur machinæ ſpiritualis, beatum Petrum Apoſtolorum Principem, & in beato Petro Pontifices ſucceſſores, ſummus Pontifex in æternum unigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus, qui doctrinam humano tribuit generi ſalutarem, magiſtros eſſe voluit & paſtores: ad corporalis verò compaginis firmamentum, cujus facilis eſt profectò diſtinctio, Reges & Principes Rex Regum & Dominus Dominantium idem ipſe præeſſe voluit Jeſus Chriſtus, ut illi quidem in executione Po…calis officii ſpiritualibus vacando negociis proficerent ad ſalutem: & hi ſalubriter in excellentia… giæ dignitatis corporalia gubernando maliciis hominum obviarent: ſicque machina fieret utri…

* 1. Cor. 13. ſubjecti ſtabilior, dum haberet quodlibet proprium ſervatorem. Debitum profectò * caritatis,

a Roman. 16. Philipp. 2. *a non quæ ſua ſunt quærit*, nimirum expoſcit, ut non ſolùm is, qui contemplationis ſpeculam a… ſed oportunitate ſuadente actionis onera ſupportans magis neceſſarius inveniatur: quia licet … ſit

b Luc. 10. ſecurior, hic tamen eſt utilior, ſibi & aliis commodum afferens & profectum. Licet enim *b* … ſedentis ſecus pedes Domini otium, Marthæ miniſterio præferatur, & quòd ſit ſtatus ille tutior utpote à ſeculari ſtrepitu ſegregatus; activa tamen poteſt utilior judicari eſſe, quòd ſibi prodeſt & tribulationes ſuſtinens & preſſuras, per quas virtutes ſuſcipiunt incrementum: quoniam, ſicut ait

c Roman. 5. Apoſtolus, *c tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit.* Et plerumque contingit, quòd virtus in infirmitate perficitur.

2. Sed quia diebus iſtis noviſſimis, in quibus ſuperexcreſcente malitia in immenſum refrige-

d Ovidius lib. 3. Amor. ſcit caritas, in pleriſque proprius appetitus, qui *d nitit ſemper in vetitum conſuevit*, adeo debacchatur in homine, quodam dato quaſi libello repudii libertas arbitrii, qua bonum malumvè diſcernit, exulat extra terminos honeſtatis, multum oneris multumq; ſollicitudinis nobis incumbit, ut animarum corporumque periculis caveatur. Niſi enim maliciis hominum congruis obſtaculis obvietur, deſcenſus eſt profectò labilis ad exceſſus, & dum per lubricum iter diſcriminis abuſivè deſcenditur,

facilis

[illegible] o vix habetur. Inter profectò curas varias noſtris [illegible] inſluentes, [illegible] cotti[illegible] nos excitat, qualiter generali bono ſtatui totius populi Chriſtiani [illegible] ipharié [illegible] lisq; modis, noſtris temporibus proficere valeamus, ut cum in die i[illegible] noviſſima, d[illegible] di [illegible] & [illegible] endi Judicis, diſcuſſio venerit, plenam poſſimus ipſius Dei ſuperſavente [illegible] de [illegible] no[illegible] tal[illegible] tis, duplicata Domino importando, reddere rationem. Ma[illegible] etenim [illegible] o [illegible] ndum tenebamur, ut diebus noſtris videre poſſemus unicam Chriſti ſpo[illegible]am, Ka[illegible] cam Ecc[illegible]iam, feliciter reformatam: poſtea verò cùm ad Imperialia gubernacula fuiſſemus aſſumpti, id quod erat nobis in deſiderio, tranſivit in præceptum, cùm teneamur ſanctam matrem Eccl[illegible]iam per Imperiale officium tueri. cujus etiam Canones ſanctorum Patrum nos appellant Advocatum & defenſorem.

3. Conſiderantes verumtamen, qualiter & quomodo ſalubriter id peragere valeamus, cum Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Proceribus, a[illegible] quoque prudentibus & peritis noſtri & Imperii ſacri fidelibus, prout tantæ rei inſtantia [illegible]xig[illegible]bat, accurato & frequenti tractatu præhabito: intereà contingit nos intellexiſſe, quomodo ſanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Johannes Papa XXIII. venerabile Concilium *indixiſſet. Summo itaque ſtudio curavimus, ne quid negligentiæ poſſet in hoc nobis apud Deum & homines imputari. Et ob hanc rem per literas & nuncios inſtitimus apud eundem Dominum noſtrum Papam pro edicatione generalis Concilii, loco alibi & tempore congruo deputandis. Qui noſtris votis annuens miſit ad nos reverendiſſimos in Chriſto Patres, Dominos ad titulum ſanctæ Cæciliæ Presbyterum & *ſanctorum Coſmæ & Damiani Diaco[illegible]um, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Apoſtolicæ Sedis Legatos, & Nobilem M . . . tradita eiſdem in prædictis plena poteſtate. Ipſis verò ad nos pervenientibus, poſt multa nobiſcum habita ſuper hiis conſilia tandem nos cum eiſdem pro loco Concilii elegimus civitatem Conſtantienſem Provinciæ Moguntinenſis. Quem locum nos [illegible]dem nominavimus tanquam idoneum, tutum, & communem omnibus nationibus ad Concilium venturis: & in quo, Deo favente, curabimus perſonaliter intereſſe, & omni modo poſſe ſecundùm noſtrum Imperiale [illegible]icium tueri omnes cujuſcumque ſtatus ad Concilium venturos in plena [illegible]bertat[illegible] ita quod omni timore poſtpoſito poterunt ad Concilium venire, ibi ſtare, & recedere pro [illegible]ua [illegible]oluntate Et inſuper nos cum prædictis Legatis & nunciis ad initiandum præfatum Concilium aſſignavimus tempus unius anni, incipiendo die prima menſis Novembris nunc inſtantis.

* mſ. indixiſſet.

4. Expedit quippe, ut univerſi & ſinguli ſolicitudine non pigri, fervente ſpiritu Domino ſervientes, in * vinea Domini Sabaoth, in qua ex denario diurno & labore convenimus, inrefragabiliter operemus extirpandis vitiorum ſpinis & peccatorum tribulis, quæ ſuperficiem ejus obumbr[illegible]e videntur: nec non plantandis virtutum germinibus, in quibus Dominus delectatur, toti[illegible] affe[illegible]bus incendendo illuſtrare. Illuſtrem itaque Serenitatem veſtram ex Imperiali officio ad tam ſuave & dulciſſimum convivium fraternè vel caritativè invitamus & * * requirimus & hortamur in Domino, ut pro religione Catholica, quam Deo debetis, ad cujus divinæ religionis exaltationem & ſtatum inſtitutum eſt præmiſſum Concilium, velitis in præfato Concilio, tempore præſcripto, ſi commodè poteſtis, per vos; vel ſi commoditas perſonalis non patietur, ſaltem per veſtros ſolempnes Ambaſiatores intereſſe, atque cum effectu diſponere & curare, ut Prælati, Doctores, & Magiſtri, & viri Eccleſiaſtici, religioſi & ſeculares, qui ſunt in veſtro regno & territorio, veniant ad hujuſmodi Concilium tempore conſtituto.

* Matth. 20.

Rex Franciæ vocatur ad Concilium.

5. Ubi dum tantorum Regum, Præſulum, & Principum, quos [illegible]itas fidei Orthodoxæ connectit, fuerit honorabili congregatione Concilium ipſum & Comitiva ſuffultum, ac in ejus nomine, cujus *Spiritus ubi vult ſpirat*, collecta Eccleſia reparationem, ordinationem, reformationem & ſtabilitatem ſacroſanctæ matris & univerſalis Eccleſiæ, ac pacem & quietem populi Chriſtiani, ſicut caſti conſilii ſeminator Altiſſimus infuſionem ſuæ gratiæ *a* amminiſtrabit . . . . . Illa communi conſilio etiam decurando vetuſtiſſimi antiqua & antiquata peſte diſſidii, quo univerſalis Eccleſiæ unitatem Orientalis ſeu Græcorum diſſenſio dampnabiliter ſecuit, ut in domum Domini individuam ſponſæ unicæ, in unitate orthodoxæ *b* collectionis & intemeratæ fidei puritate, Utinam noſtris temporibus cœlitùs infundatur hæc gratia) per providam reintegrationem reducatur, & lucis cœleſtis illuminatione *c* ſolidet lumen in revelationem gentium, inveniatur proviſio & ejuſdem approbatione Concilii roboretur, per cujus ſalutiferam executionem virtus Altiſſimi fugatis erroribus, roborata fide, ad tramitem veritatis reductis errantibus, reintegrata ejuſdem fidei unitate, extirpatis vitiis, virtutibuſque plantatis, correctis exceſſibus, moribus reformatis, repreſſis oppreſſionibus, libertate ſolida ſtabilitate munita, recuperatis deperditis, & ejuſdem Eccleſiæ ſtatu proſpero recuperato occupata reſtituat, vaſtata reſtauret, & reſtaurata conſervet, viamque aperiat idem ipſe qui novit, & facultatem tribuat ipſe qui poteſt. [illegible]t ſic in præmiſſis juxta intenſum animum noſtrum deſiderium ſibi miniſtrari ſalubriter, quod idem verus ejuſdem univerſalis ſponſus Eccleſiæ ipſam dilectam ſuam purgatam maculis, ornatam virtutum monilibus, ac ſpecioſam, unam ſemper habeat cum unico ſponſo vero, & formoſam, quam in dilecta tabernacula ſua virtutum bonus paſtor, qui animam ſuam pro ſuis poſuit ovibus, non habentem maculam neque rugam, in veſtitu deaurato circundata varietate introducat ad ſui nominis laudem & gloriam, animarum profectum, robur fidei, ſanctæ matris & univerſalis Eccleſiæ exaltationem ac pacem plebis Chriſtianæ, &c.

Johan. 3.

a. mſ. primaminiſtrabit.

b vel collationis.

c. fort. ſolidetur.

Anno Chriſti 1413.

CONFIRMATIO
FRIDERICI ET CAROLINAE CONSTItutionis, in favorem Eccleſiaſticæ libertatis, per Johannem XXIII. Papam facta.

JOHANNES Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Olomucenſi & I… lenſi ac Miſenenſi, Epiſcopis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Juſtis & honeſtis … cum votis libenter annuimus, illaque favoribus proſequimur oportunis.

Dudum ſiquidem Honorius papa Tertius prædeceſſor noſter attente conſiderans, quod … memoriæ Fredericus ſecundus Romanorum Imperator ſemper-Auguſtus, ad laudem Romanæ … cleſiæ & ſacri decus imperii, cupiens ut expurgatis quorundam erroribus, & iniquis ſtatutis pe… deſtitutis, de cætero Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plena quiete vigerent, & ſecura libertate … derent, ac piè & juſtè attendens, quod quorundam perverſorum iniquitates adeo abundaveran… non dubitarent, contra eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros Canones ſtatuta confingere, adverſus e… cleſiaſticas perſonas & eccleſiaſticam libertatem edita ſali lege, hujusmodi ſtatuta iniqua irrita v… & præceperat irrita nunciari, ac omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates, & loca, poteſtates … conſules aut quæcunque aliæ perſonæ, contra libertatem Eccleſiæ vel perſonas eccleſiaſticas ed… vel ſervare temptarent, contra Canonicas vel imperiales ſanctiones, de ipſorum capitularibus, … duos menſes, poſt ipſius legis publicationem, penitus aboleri facerent. Et ſi de cætero ſimilia att… ptarent, ipſo jure decreverat eſſe nulla. Et eos ſua jurisdictione privandos: necnon locum, ubi … ceps talia præſumpta fuiſſent banno mille marcarum auri præceperat ſubjacere. Poteſtates ver… ſules, ſtatutarios & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, necnon Conſiliarios locorum ipſoru… qui ſecundum ſtatuta, & conſuetudines memorata judicarent, extunc eſſent ipſo jure infames, … rum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliquatenus non teneri. Quodque ſi per annum pr… æ Conſtitutionis inventi fuiſſent contemptores, bona eorum, per totum ſuum imperium mand… pune ab omnibus occupari. ſalvis nihilominus aliis pœnis, contra tales in Concilio generali pro… gatis. Et inſuper voluerat idem Imperator, quod nulla communitas, vel perſona publica ſeu p… collectas ſive exactiones, angarias, vel per angarias Eccleſiis vel aliis piis locis aut Eccleſiaſticis … ſonis imponerent, aut invadere eccleſiaſtica bona præſumerent. quod ſi ſecus facerent, triplum … funderent, & nihilominus banno imperiali ſubjacerent, quod abſq; ſatisfactione debita nullatenus remitteretur. ſtatuerat inſuper, quod quæcunq; communitas, vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo jure Imperiali Banno ſubjaceret, quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſuper ordinaverat, quod nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili trahere ad judicium ſeculare præſumeret contra canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales, quod ſi ſecus faceret, actor à jure ſuo caderet, judicatum non teneret, etiam Judex foret extunc judicandi auctoritate privatus. Quodq; judices temporales, qui clericis vel eccleſiaſticis perſonis juſtitiam denegare præſumerent, tertio requiſiti ſuam jurisdictionem amitterent, prout in dicta imperiali conſtitutione plenius continetur. Dictus inquam prædeceſſor conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium apoſtolica autoritate approbans & confirmans, ipſam mandavit inviolabiliter obſervari. Nec non ſtatutarios, ſcriptores & dictatores prædictos, excommunicatos auctoritate apoſtolica prædicta publicè nunciari.

Et deinde ad audientiam divæ memoriæ Karoli IV. etiam Romani Imperatoris ſemper-Auguſti, deducto quod nonnulli ſeculares in poteſtatibus & officiis publicis conſtituti, videlicet Duces, Comites, Barones & alii domini temporales, necnon conſules civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores in nonnullis provinciis conſtituti Dei timore poſtpoſito ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes, motu proprio de facto, contra perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiarum libertat… & earum privilegia condiderant, eisq; de facto & publice inſiſtere præſumpſerant, contra Canonicas & legitimas ſanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferentur: Neve Clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in p… cauſis aliquatenus admitterentur; quodque excommunicati laici & publice denunciati in civili foro minime repellerentur. Et inſuper cum prædicti domini temporales, Conſules & Rectores per … cular.m poteſtatem res & bona clericorum occuparent, & arreſtarent, ac oblationes Chriſti fidelium diminuerent & reſtringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis: contractus inter clericos & laicos factos legitime, ad libros civitatum, villarum & l…orum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent; donata & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra prælatorum voluntatem & aliorum quorumcunq; intererat, contra juſtitiam uſurpare præſumerent; & in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus clericorum, quæ non … ſa negotiationis ſed pro eorum uſibus propriis per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant, the…neum exigere & recipere non verebantur; & confugientes ad Eccleſias & eorum Cæmiteria inde extrahere, contra ſanctiones imperiales præſumebant.

Idem Karolus imperator tanquam Chriſtianiſſimus princeps, volens in præmiſſis providere … medio ſalutari, etiam de principum, ducum, Comitum, & Baronum fideliumq; aliorum ſacri imperii conſi-

[illegible] ſtatu [illegible] & conſuetudine [illegible] Canoni-[illegible] tobata, C[illegible]ſoviæ irritavit, & annullavit, ac caſſa & irrita, nullius-[illegible] eſſe [illegible] enti: Præcipiens ſub indignatione imperialis Banni, univer-[illegible] & ſin[illegible] poralibus dominis, conſulibus, poteſtatibus & aliis in officiis publi-[illegible] conſtit[illegible] ipſorum ſtatuta & ordinationes, quæ ſunt in præjudicium Eccleſia-[illegible]icæ libertati[illegible]itæ, omnino revocarent, & de luce tollerent, quodque ſecundum ea non judicarent [illegible] plius, nec ſententias dictarent, aut eis ſe in judicio vel extra judicium, quomodolibet pro ſe & contra Eccl[illegible]ſiaſticam [illegible]tem poterentur. Pronunciavit inſuper & eadem imperiali decr[illegible]vit auctoritate, quod quicunque laicus cujuscunque ſtatus vel conditionis exiſtat, auſu ſacrilego, & propriæ temeritatis audacia ſacerdotem vel Clericum ſecularem vel religioſum diffidaret, proſcriberet, diffamaret, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, ac hujusmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret vel favorem eis præſtaret, præter pœnas a ſacris Canonibus & legalibus ſanctionibus eis inflictas, eo ipſo redderetur infamis & omni honore privatus, nec ad placita vel conſilia nobilium admitteretur quovismodo. Hortans inſuper & in domino requirens prælatos in illis partibus conſtitutos, ut legem imperialem hujusmodi per ipſorum Eccleſias & Synodos publicarent, ne transgreſſores hujusmodi per ſimulatam ignorantiam ſuas valerent malitias excuſare, prout in edita tali lege prædicta plenius continetur.

Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Wratislavienſis & dilectorum filiorum Cleri, Civitatis & diœceſis Uratislavienſis, petitio continebat, adeo perverſorum quorundam laicorum in Civitate & diœceſi Uratislavienſi & aliis locis circumvicinis habitantium malicia inoleverit, quod hujusmodi imperiales conſtitutiones transgredi non verentur, & Eccleſiaſticas libertates violare præſumunt, pro parte eorundem Epiſcopi & Cleri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper præmiſſis oportuno remedio dignaremur. Nos igitur veſtigiis dicti prædeceſſoris noſtri inhærentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios conſtitutiones prædictas in præfatis civitate & diœceſi Wratislavienſi & aliis locis circumvicinis auctoritate noſtra faciatis inviolabiliter obſervari. Nec non ſtatutarios, ſcriptores & violatores prædictos excommunicatos, publicè nunciari, & ab omnibus aliis arctius evitari, Apoſtolica auctoritate faciatis transgreſſores ac violatores, & contemptores ac ſacrilegos prædictos, nec non contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim à ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas apoſtolicas, non faciendo plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum 13. Calendas Martii, pontificatus noſtri Anno tertio.

SIGISMUNDI IMPER. AVG. EDICTUM

Anno Chriſti 1414.

DE SALVO CONDVCTV JOANNIS HVSSI.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Univerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Ducibus & Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, Militaribus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Poteſtatibus, Gubernatoribus, Præſidibus, Publicanis, Officialibus, quibuscunq; Civitatum, Oppidorum, Villarum & locorum Communitatibus, ac Rectoribus eorundem, cæterisque noſtris & ſacri Imperii ſubditis & fidelibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, gratiam Regiam & omne bonum.

Venerabiles, Illuſtres, Nobiles & fideles dilecti: Honorabilem Magiſtrum Joannem Hus, ſacræ Theologiæ Baccalaureum, & Artium Magiſtrum, præſentium oſtenſorem, de Regno Bohemiæ ad Concilium generale in civitate Conſtantienſi celebrandum in proximo, transeuntem, quem etiam in noſtram & ſacri Imperii protectionem recepimus & tutelam, vobis omnibus & veſtrûm cuilibet pleno recommendamus affectu, deſiderantes quatenus ipſum cùm ad vos pervenerit, gratè ſuſcipere, favorabiliter tractare, atque in his, quæ ad celeritatem & ſecuritatem itineris ipſius pertinent, tam per terram quam per aquam, promotivam ſibi velitis & debeatis oſtendere voluntatem, necnon ipſum cum famulis, equis & aliis rebus ſuis ſingulis, per quoscunque paſſus, portus, pontes, terras, dominia, jurisdictiones, civitates, oppida, caſtra, villas, & quælibet alia loca veſtra, ſine ulla ſolutione tributi, telonii, aut alio quovis ſolutionis onere, omnique prorſus impedimento remoto, transire, ſtare, morari & redire liberè permittatis, ſibique & ſuis, cùm opus fuerit, de ſecuro & ſalvo velitis & debeatis providere conductu, ad honorem & reverentiam noſtræ Majeſtatis. Datum Spiræ, anno Domini M CCCC XIV. die Octobr. XVIII. Regnorum noſtrorum. Hungariæ, &c. anno XXXIII. Romanorum vero V.

Ad mandatum Domini Regis

Michael de Praceſt, Canonicus Uratislavienſis.

Anno Chriſti 1416.

SIGISMUNDI, IMPERATORIS AUGUSTI
SACRA
DIRECTA AD CONCILIUM CONSTANTIENSE.

Sacroſanctæ Conſtantienſi Synodo in Spiritu Sancto congregatæ.

SUMMA equidem Sapientia rationis ſuæ lege multiplici, creaturæ à ſe conditæ jura ſuaviter diſponens, quemadmodum eminens cœlum ſyderibus ornat, ut vicibus alternatis mundu[...] ſtrent, & eorum officioſa diverſitas in numero diſcordet, ſed ſubjectam terrarum latitudine[...] vernanti rerum * univerſitate depingat: ita humanos actus & in pacis pulchritudine & juſtitiæ c[...]britate providit regulariter, ut alter alteri non injurietur, exemplis de ſuperioribus derivatur ad in[...]riora. Verùm humani generis inimicus, pacis inpatiens, amator litium, diſcordiæ ſeminator, ſ[...] hominum invidens, inter Sereniſſimos Principes Francorum & Angliæ Reges, fratres noſtros [...]ſimos, contentionis materiam (quod dolenter referimus) ſuſcitavit. Quod etiam veſtræ notor[...] eſt ſanctitati, ut moleſtam admodum & novam etiam ſacroſancta mater Eccleſia ex hac experi[...] diſpendioſam ſentiret perniciem. Sentit utique, ſentit ſancta mater Eccleſia tam popul[i] Chr[...] ſibi commiſſi quàm ſuam gravem de hujusmodi contentione jacturam. Ex eo namque quam d[...] quàm graviter materna ejus viſcera quatiantur, quòd ipſa tam raros filios, tam inclitos Princi[...] ſuo ſentiens utero collidentes. Prudenter advertit Chriſtianæ militiæ potentiam in Chriſti [...]mos, & inimicos nominis Chriſti, potenter & magnificè, more ſolito, exercendam, in opprob[...] & grande domeſticorum fidei detrimentum talibus contentionibus explicari.

*vel, unitate.

2. Hæc igitur & alia incommoda diſſenſionis hujusmodi ex fervore caritatis intrinſicæ, & nos ſincero penſantes affectu, vigilamus attentius, attentioneque ſolita vigiliter intendimus, multaque ſollicitudine pervigiles laboramus diſcriminibus tantis occurrere, ipſosque Reges inclitos à diſ[cor]diarum diſpendiis poſſetenus præſervare, ac glutino ſolidæ caritatis & concordiæ unire. Quam etiam tractatus, qui ſuper hoc inter ipſos habentur, & deducuntur, promittere probabiliter videntur, ut regnis ipſis & ſubditis quietis optatæ jocunditas proveniat, perverſorum exterminetur malitia, animarum pericula vitentur, Eccleſia ſancta in unitate capitis affuturi, eorundem Regum præcipuè ceterorum Katholicorum Principum munita unanimi præſidio & concordi voto, à fluctibus perfecta, ejectaque ſciſſura, largiente altiſſimo, deſtructis adverſitatibus & erroribus univerſis reſpiret, & ſuorum jurium gaudeat & virium integritate reſumpta. Profectò ad id jugiter noſtra ſuſpirat intentio: ad id plenis deſideriis anxiamur, non proponentes à cœptis deſiſtere, quin circa negotium hujusmodi ſub ſpe illius, qui facit concordiam in ſublimibus, qui ventis imperat & mari, & ad ejus nutum ſtat ſpiritus procellarum; pacis conſilia cogitantes, in quantum ab alto permittitur proſequi, pacis ſemitas intendimus ſtudioſè. Nimirum id etiam propenſiùs deſiderat Chriſtianitatis, maximè his diebus, miſeranda conditio: quam etiam intrinſica pluſquàm civilia bella, & inhumaniter efferarum immanitates gentium, & infidelium feritates nationum, affligunt inceſſanter.

Concilium hortatur, ne quid ſe abſente decernat.

3. Quæſumus igitur, Patres ſanctiſſimi, filiali devotione & reverentia, quatenus cùm ſciatis, quòd probatio fidei patientiam, quæ vincit maliciam, operatur; patientia autem opus perfectum habet, noſtrorum proceſſuum cauſam, ordinem, ac rectam & puram prætendentes attentionem, veſtro prudenti conſilio & ſpiritu quieto diſcutientes: & procul dubio animus rectæ rationis dictamine dijudicans in illis inveniet, unde rectum proſequendo judicium, omni ſuper præmiſſæ objectionis & turbationis remota materia, quieſcet, nec via querelæ patebit. Supplicantes devotè, ut quemadmodum nuper per reverendiſſimum in Chriſto patrem Dominum N. Archiepiſcopum a Girezinenſem, amicum noſtrum cariſſimum, & venerabilem Symonem Epiſcopum Traguruenſem, Principem & procuratorem noſtrum devotum, fidelem ac dilectum, ſanctitati veſtræ intimavimus, de concluſione negociorum arduorum & altorum quorumcunque uſque ad noſtrum adventum ſuperſedere dignemini, gratiſſimam in eo complacentiam, immò gratiam facientes.

a fort. Gnezinenſem.

VVilhelmus Dux Bavariæ & Comes Hanoniæ &c. Imperatorem deducit.

4. Retardatio nempe adventus Illuſtris Principis, Wilhelmi Ducis Bavariæ Comitisque Haoniæ, Holandiæ, &c. conſanguinei noſtri cariſſimi, propter ventorum contrarietatem, effecit moram tantam in Anglia nobis pauſandi, qui jam nudius quartus advenientes ſperamus breviter unà cum eodem in tractatibus pacis fine dato bonam facere concluſionem, & per ſemitas ejusdem Ducis verſus Conſtantiam directo tramite continuabimus greſſus feſtinanter; quoniam jam noſtros & comitivæ noſtræ equos abhinc remiſimus ultra mare, ut ad terram ejusdem Ducis deducantur. Datum in Wyſtmonter prope civitatem Londoniarum in Anglia, ſecunda die Junii, regnorum noſtrorum, Ungariæ, &c. anno XXX. Romanorum electionis ſexto, coronationis verò ſecundo.

Sacroſanctæ matris & univerſalis Eccleſiæ Advocatus & filius devotus,
SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum & Ungarorum &c.
Rex ſemper-Auguſtus.

RESPON-

RESPONSIO CONCILII CONSTANTIENSIS.

SACROSANCTA Conſtantienſis, &c. Regi Romanorum, &c. ſalutem & Dei omnipotentis benedictionem.

Si quantam tuæ Serenitatis litteræ pridem nobis directæ lætitiam attulerint, qualem animis noſtris dulcedinem præbuerint, exprimere curaremus, non ſolùm non liceret, ſed ſi fas eſſet, in longum nimis protenderetur oratio. At nos cum familiari ſermone uſuri ſumus, dicendi ſeriem obmittimus. Indicaſti quidem ſpem optimam componendæ pacis inter clariſſimos Eccleſiæ filios Karolum Franciæ & Henricum Angliæ Reges illuſtres, illorumq; inclita regna. Quæ pax non ſolùm eis, ſed cuncto Chriſtiano cœtui ſummam quietem pollicetur, & Eccleſiæ Dei ſanctiſſimæ peroportuna cenſenda eſt. Numquid illorum Regum clariſſimorum potentiam vidimus, quam & Barbari etiam plurimumque formidant? Numquid illorum ingentium regnorum Chriſtiana religio ſuo robore conſiſtit, & magis ac magis dilatabitur, dum ingentia bella ſopientur? Si veterum repetas hiſtorias, paſſim futura auſpicia conſiderare licebit, quibus ut primum eorundem Regum Illuſtrium diſſentiones in amicitiam converterentur. Intelligere poſſumus, fidem Katholicam proinde maxima debere ſuſcipere incrementa: Demq; Eccleſiam ſanctam & ſacrum Imperium ſuis juribus poſſe conſiſtere. Verumtamen unum ſingulari gaudio noſtris deſideriis præeſſe dinoſcatis, Excellentiſſime Princeps, ut tua hæc opera pro totius orbis ſalute procedant. Nam non ſolùm erit tuum nomen etiam apud poſteros continuè glorioſum, ſed penitus admirabile. Quis enim unquam, ut vetera recenſeamus, tanta ſollercia ac diſciplina pro ſingulorum quiete laboravit? Multi quidem armis, multi reliquis factionibus, quò ſuum imperium extenderent, inſudarunt: tu verò Princeps Clementiſſime, id pro tuo Imperio deligis, ut alii legitimè & quietè imperare valeant prorſus invigilas. Itaque ſi te ſuprema dignitate decoratum aſpicimus, non minus Regali diſciplina imbutum, & apud omnes ſumma devotione venerationeq; receptum intelligimus. Deum etiã ſupplices oramus, elevatisq; ad eum manibus exoramus, ut de tam ſaluberrima pace & ab omnibus pariter concupita Celſitudo tua hominem ampliſſimum: nos verò ſuaviſſimæ ſpei, quam in ea pace tuis mediantibus ſtudiis habemus, intentum feliciter conſequamur.

Ceterùm, Glorioſiſſime Princeps, ſi ab hujusmodi concordiæ tractatu ab intimis tui regreſſum deſideriis temperavimus, inſidet tamen ſemper cordibus noſtris reviſendæ tuæ Serenitatis inexplicabilis affectatio, quò tandem pro univerſalis Eccleſiæ unitate atq; reformatione, quæ inſtat, perficere valeamus, utq; etiam ſacrum iſtud Concilium ſolidiùs conſervetur. Proinde quantum noſtræ exhortationes apud tuam manſuetudinem valituræ ſunt, obſecramus ut peractis (& ô unnam feliciter, ut ſperamus) cum illis inclitis Regibus tractatibus, quantocius eadem Serenitas revertatur. Nec enim facile dictu eſt, quanta tua præſentia commoda, qualemve jocunditatem omnibus afferet, quantumq; ex ea hoſtibus & pacis detractoribus timoris emerget. Et ut paucis agamus, cùm venerit tua inclita Celſitudo, cuncta proſperè, cuncta quietè ſuccedent. Præcipuè autem videris, Katholice Princeps, ne dum te abeſſe contigerit, in arduis rebus aliud agamus. Nos, qua tuis maximè deſideriis annuere cupientes, prout & hactenus geſtum eſt, ita in futurum curabimus, ne quid grave & magnum decernatur ac fiat: intenti ſemper, quantum licebit, ſingula tuæ Celſitudinis vota cum omni ſtudio manſuetudineq; tractare. Datum Conſtantiæ, VII. Kalend. Julii.

Concilium invito & abſente Imperatore nihil promitti decernere.

SIGISMUNDI IMPER. AUG ET COMMUNIUM S. IMPERII ORDINUM

Anno Chriſti 1416.

AVISAMENTA

Super materia Apoſtolicarum reſervatianum, & collatione beneficiorum hactenus per Summos Pontifices & Ordinarios Collatores practicanda: per Deputatos Provinciarum Nationis Germanicæ concepta in Concilio Conſtantienſi, & poſteà per Deputatos ejusdem Nationis audita.

CAPITULUM I.

INprimis ad tollenda illa ſcandala, quæ hactenus ex diminutione divini cultus Simoniacæ extorſionis pecuniarum, ambitione & cupiditate proventuum Eccleſiaſticorum beneficialium, & poſſeſſionum eorum deſolatione acciderunt in Eccleſia Dei, &c. Pro illorum ſcandalorum materia reſecanda videtur, quòd per hoc ſacrum generale Concilium tolli, auferri, & revocari debeant reſervationes omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, tam majorum quàm minorum, quæ ſaltem in corpore juris non clauduntur: ut ſunt videlicet illæ, quæ introductæ ſunt in exiſtentia ad regimen, aut per quascunque regulas Cancellariæ, &c. quòd hujusmodi reſervationes futuris temporibus nullatenus per quemcumq; Summum Pontificem fiant ſine declaratione, authoritate, conſenſu, & approbatione Concilii generalis.

Capit. II.

ITem tollatur hæc nimis exorbitans abuſio, quam ſi[illegible] Domini Card[illegible] conantur, videlicet quo bona Eccleſiaſtica quæcumque per C[illegible] [illegible] tingat, quòd aliis quam Cardinalibus conferre non debeant. Quod [illegible]
Rom. 2. v. 11 & c. 10. v. 11. Jacob. 2. v. 1. ſet in Eccleſia ſancta Dei: quia introduceret præciſ[illegible] acc[illegible]ptation[illegible] [illegible] Monarcha in Eccleſia triumphante non admittit. Item, quia id offic[illegible] eſt, Summo Pontifici, cui univerſalis ſolicitudo Eccleſiæ Dei commiſſ[illegible] eſt, ſe[illegible] ſiſtere, & in agendis rebus conſilium dare. cujus occaſione veriſimil[illegible] conting[illegible] curia Romana decedere, & ex eorum deceſſu ſua beneficia non niſi ibidem vacare. [illegible] ficia dictorum Dominorum Cardinalium, per ipſos jam obtenta, in curia perpetu[illegible] gnum detrimentum illorum beneficiorum & ſuarum poſſeſſionum, & quod pejus eſt [illegible] & Chriſti fidelium animarum, illa ad ſua remedi[illegible] & Dei laudem frequentandam inſtituet[illegible] tuat hoc generale Concilium, quòd Domini Cardinales, habentes Eccleſiaſtica beneficia, d[illegible] illa obtineant, ſi ſaltem velint, quamdiu vivant: ſicque ipſis decedentibus vacare cenſeantur [illegible] dinariis Collatoribus, non obſtante cap. *licet ſtatutum*, & cap. *præſenti*, *De præbendis* lib. [illegible] ipſi ex Romana curia deceſſiſſent.

2. Et præfatorum Dominorum Cardinalium numero reducto, ſecundùm quod in [illegible] vatoriis articulis eſt aviſatum, nulli Cardinalium tunc in antea aliquod beneficium [illegible] majus aut minus, detur vel aſſignetur, cui in propria perſona præeſſe, aut ipſum reg[illegible] ſed ipſis ſicut pro communitate totius laborent Eccleſiæ, ita ipſis ſecundum decentia[illegible]
Reformat. Sigismundi c. 6. §. 2. de omnibus fructibus cameræ Apoſtolicæ, aut de regnis aut provinciis Chriſtianitatis d[illegible] videatur, ſic quòd quilibet annuatim pro decentia ſui ſtatus ſervandi, cum debita moder[illegible] perfluorum amputatione, habet III. vel IV. milia florenorum: ſecundum quod hunc ſacr[illegible] pro ſalubri remedio contra faſtus, pompæ, ambitionis, cupiditatis, & voluptatis morbos q[illegible] bus Apoſtolorum Chriſti ſucceſſoribus debent eſſe longè remoti, viſum fuerit expedire.

Capit. III.

ITem ſtatuatur & ordinetur, quòd in omnibus beneficiis electivis, ſive ſint Patriarchatus, epiſcopatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, Primiceriatus, Prioratus, Archidiaconatus, Archip[illegible] ratus, Decanatus, aut alia electiva beneficia inferiora, ſerventur jura de electione & apoſtola[illegible] corpore juris contenta, cum omnibus eorum capitul[illegible]s, prout poſita & ab antiquo per ſanct[illegible] tres practicata ſunt. quæ etiam beneficia electiva ſub quacumq; expectativa gratia cadere non [illegible] beant: ſic tamen, quod illæ electiones, quotiens occurrerunt faciendæ, poſtquam factæ ſunt, [illegible] immediatos ſuperiores ſecundum formam juris examinentur, & canonicè factæ confirmentu[illegible] quòd nullo modo liceat Summo Pontifici quicquam in contrarium attentare, præterquà[illegible] ſibi immediatè ſubjectis, de quibus habebit prohibere; vel niſi contingat in præmiſſi[illegible] quicqu[illegible] contra formam juris factam aut eſſe quomodolibet attentatum, quo ſicut ad id tenetur, ita ſibi liceat taliter acta vel attentata retractando ſive in melius ordinando reformare, cum poteſtate corrigendi vel puniendi transgreſſores.

Capit. IV.

ITem quia ſecluſis beneficiis electivis, de quibus in proximo capite mentio facta eſt, reliqua ben[illegible] ficia Eccleſiaſtica, quæ ſaltem non ſunt de jure patronatus Laicorum, ſunt adhuc in duplici differentia. Nam quædam ſunt minora, ut quæ taxam decem marcarum argenti puri non excedunt; alia ſunt, quæ communi æſtimatione hujusmodi taxam excedunt.

Capit. V.

ITem quædam minora beneficia ſunt, quæ continuam perſonalem reſidentiam, & continuum exercitium divini officii requirunt ſic, ut quaſi manualia cenſeantur. Idcircò ut ſecundum valo[illegible] beneficiorum fiat moderatio talis, ut magis idoneis & bene meritis majora, & minus bene [illegible] minora beneficia, ſecundùm æqualem juſtitiæ diſtributivæ regulam, quod melius fieri poterit [illegible] ferantur: ſtatuat & ordinet hoc ſacrum Concilium, quod ſub gratiis Apoſtolicis in forma [illegible] conceſſis nullatenus omni cadere debeant beneficia memoriâ, quæ videlicet taxam decem [illegible] argenti non excedunt, vel continuum requirunt exercitium divini officii; ut ſunt Vicariæ, [illegible] niæ, Altariſtiæ, & Præmiſſariæ, tam Cathedralium quàm Collegiatarum Parochialium[illegible] E[illegible] rum, Monaſteriorum. & Conventuum ac Hoſpitalium: & ex adverſo ſub gratiis in forma[illegible] conceſſis non cadant beneficia majora. quæ taxam videlicet decem marcarum argenti puri [illegible] Et ſi quæ ſignaturæ gratiarum ſecus factæ reperiantur, careat impetrans commodo lite[illegible]arum [illegible]ſtolicarum deſuper conficiendarum: & acceptiones & proviſiones, ſuper talibus confectis [illegible] factæ, ſint irritæ, caſſæ, & ipſo jure nullæ.

Capit. VI.

Aviſam. Mogunt. c. [illegible]. Gravam. Germ. Nat. c. [illegible] Epitom. Pragm. c. 3. §. 6. ITem diſponat & ordinet hoc ſacrum Concilium, quòd Summus Pontifex futuris [illegible] quemcunq; Ordinarium Collatorem gravare non habeat, neque debeat, niſi per uni[illegible] cam expectativam in forma ſpeciali ad beneficia majora, quæ taxam decem marcarum a[illegible] ut præmittitur, excedent. & ſimiliter non niſi per unicam Apoſtolicam expectativam in [illegible] perum ad beneficia minora, ut præmittitur. Et ad cavendum multitudinem per variam imp[illegible]

tatem

[illegible] ontur, ut ſingulis gratiis expectativis, ſecundum diſpoſi[illegible] com-
[illegible] hæc clauſula: SI PRO ALIO SUB TALI FORMA VEL GRATIÆ SPECIALIS, VEL IN FORMA PAUPERUM, SIT IPSO JURE NULLA. Sic [illegible] de tertia parte & conſequenti, nec non omnia inde ſecuta nullius ſunt roboris vel momenti. Caveatur autem in omnibus, quòd executores Apoſtolici, ſecundùm tenorem literarum Apoſtolicarum, non declarent ullos ad obtinenda Eccleſiaſtica beneficia habiles & idoneos, niſi qui diſtricto examine tales de facto reperiuntur.

CAP. VII.

ITem, quòd ad providendum univerſali Eccleſiæ Dei, quæ contra inſideles, Hæreticos, Schiſmaticos, & bonorum morum everſores, maximè indiget viris literatis & in ſcientia eruditis, qui in generalibus ſtudiis & aliis patrimonia ſua & labores ſuorum conſumunt proventuum, & quibu[s] forſita[n] per Ordinarios eis ignotos minimè vel ſaltem tardiùs provideretur: ſtatuat & ordinet hoc ſacrum Concilium, reſervandi pro viris literatis quartam partem omnium Eccleſiaſticorum beneficiorum majorum, videlicet quæ taxam decem marcarum argenti videantur excedere, ſic videlicet, ut in qualibet Eccleſia Cathedrali quarta pars Canonicatuum & præbendarum reſervetur pro Doctoribus ſacræ Theologiæ, Juris Canonici & Civilis, aut Licentiatis in eisdem. In ſingulis verò Collegiatis Eccleſiis, quæ ſaltem præbendas majores & dictam taxam excedentes habent, ſimiliter quarta pars Canonicatuum, præbendarum, pro dictis Doctoribus, Licentiatis, aut in Medicina Doctoribus, Magiſtris in artibus: ac in dictis facultatibus Theologiæ, Juris Canonici, Civilis, & Medicinæ Baccalaureis, reſervetur, Et ita de quarta ſimiliter cujuscunque alterius ordinarii collatoris, ſic quòd ad illam nominatam quartam partem talium majorum beneficiorum omnium Ordinariorum, poſt dictorum beneficiorum vacationem, ſint manus clauſæ, ſicut per Decreta Summorum Pontificum hactenus fuerunt per unum menſem, per quem dicti Ordinarii Collatores expectare, & præfati Doctores, Licentiati, Magiſtri, & Baccalaurei venire, & ut recipiantur inſtare, teneantur. Quòd ſi tales non venerint infra menſem, nec ut recipiantur inſtent; aut forſitan inſtent, & dicta beneficia deſervire non velint; aut ea etiam deſervire volentes aliàs forſan ſint inhabiles & idonei: tunc liceat Collatoribus Ordinariis dicta beneficia vacantia aliis perſonis idoneis, etiam non graduatis, iſta vice conferre, ſic tamen quia in aliis futuris vacaturis beneficiis de dicta quarta parte exiſtentibus, præfatis Doctoribus, Licentiatis, Magiſtris & Baccalaureis nullum præjudicium generetur: collationes verò ſecus aut aliter factæ, ſint ipſo jure nullæ. Et nihilominus Collatores ſecus ſeu in contrarium Eccleſiaſtica beneficia conferentes, eo facto ſuſpenſionem à collatione etiam aliorum beneficiorum, ſi quæ ultrà conferre haberent, & à fructibus ſuorum beneficiorum, ratione quorum hujusmodi eis collatio debetur, per triennium ſint ſuſpenſi: & ultra hæc talia tam apud Collatorem quam apud eum, cui ſecus proviſum extitiſſet, in proxima vel in Provinciali vel Epiſcopali Synodo, & ſecundum ejus determinationem corrigantur & reformentur, quod cæteris cedat ad exemplum.

Aviſament. Mogunt. c. 8. per totum. E[t] [illegible] in Prag. Sanct. cap. 3. § 10.

CAP. VIII.

QVod in hoc ſacro Conſtantienſi Concilio non ſolùm Epiſcopi & Principales infulati Abbates habere debeant voces judicativas & diffinitivas, ſed Epiſcoporum & Abbatum, nec non Capitulorum, & univerſitatum ſtudiorum Procuratores, Monaſteriorum & Conventuum Præceptores, Generales, Miniſtri, Provinciales, & Priores, Magiſtri, Doctores, & devotorum Chriſti fidelium Oratores, ex ſubſequentibus videtur apparere.

SIGISMUNDI IMP. AUG. LAUDUM

Anno Chriſti 1417.

In cauſa vertente inter Archiepiſcopum Civitatemq; Colonienſem, & Ducem Montenſem; ſuper erectione novi thelonii, & exſtructione novarum munitionum ad Rhenum.

NOS SIGISMUNDUS DEI gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus; Hungariæ, Dalmatiæ & Croatiæ Rex, &c. omnibus & ſingulis notum facimus, & præſentibus literis teſtificamur.

Interprete Caſparo Ens.

1. Quamvis Regia dignitas, in quam nos divina omnipotentia & mera gratia collocavit, Regium noſtrum animum continuò ſollicitat atque urget, ut ſcilicet omnes noſtras curas & cogitationes ad quæcumque incommoda, turbas & bella ab omnibus noſtris & Imperii ſubditis & fidelibus avertenda, ac pacem ac quietem procurandam conferamus: tantò tamen cor noſtrum magis accenditur, ac tantò magis ſollicitum eſt, eas diſſenſiones ac bella, quæ inter præcipua noſtra & Imperii membra, Electores nimirùm aliosque potentes Principes, exoriuntur, componere atque extinguere, quantò inde nobis & Imperio, atque adeò publicæ ſaluti majora incommoda & detrimenta exiſtere poſſunt.

2. Quum ergò bello illo, quod inter Archiepiſcopum Colonienſem, ſacri Romani Imperii per Italiam Archicancellariū, dilectum noſtrum cognatum & Principem Electorem, ejusq; Epiſcopatū, ut & civitatem ac Cives Colonienſes, noſtros & Imperii dilectos fideles, ab una; & Illuſtriſſimū Principem Adolphum Ducem Montenſem, Comitem Ravensbergi, &c. dilectum noſtrum cognatum &

Princi-

Principem, ab altera parte, exortum & geſtum eſt, publica utilitas longo tempore impedita, regiones vaſtatæ, & plurimi utriusq; partis ſubditi tam corpore quàm fortunis plurimum læſi, atq; ad extremam inopiam redacti ſint: Regius noſter animus, hiſce malis mederi cupiens, ita commotus eſt, ut Coloniam atq; Aquisgranum coram, ad diſſidium & bellum hoc componendum, nos contulimus. Poſtquàm verò ab utraque parte hujus cauſæ cognitio nobis permiſſa fuit, quemadmodum ea quoq; jure ad nos pertinet; multa quidem, de quibus contendebatur, capita, communicato cum aliquot noſtris & Imperii Principibus, Conſiliariis, Comitibus, Nobilibus & aliis fidelibus, conſilio, declaravimus, atque inter utramq; partem per ſententiam noſtram conciliavimus, ut videre eſt ex litteris noſtris Regiis, quas ſuper iis rebus fieri, & utriq; parti dari juſſimus.

3. Quia tamen duo illa puncta, nimirùm de novo teloneo ſive vectigali impoſito, necnon de novis à prælato Duce Adolpho belli tempore excitatis operibus ac munimentis, tam plenariè decidi ac declarari non potuerunt: duorum iſtorum capitum cognitionem ac deciſionem, de utriusq; partis conſenſu ac voluntate, Nobis Imperii Conventum in urbe Conſtantienſi habentibus, reſervavimus; ſicut etiam in prædictis Regiæ noſtræ Majeſtatis litteris, capitum iſtorum mentio fit, his verbis: *Ad illud, quod prædictus Adolphus negatur ullum jus habere, nova vectigalia tam terrâ quàm aquâ, tam Urbis quam Epiſcopatus civibus & ſubditis imponendi, vi earum litterarum, quas dictus Adolphus, ejusq; prædeceſſores ea de re conſignarint, quodq; eas idem renovare teneatur; reſpondit prædictus Dux Montenſis, patrem ſuum jus hoc vectigalium a Romanis Imperatoribus & Regibus, noſtro a Patre & b Fratre, necnon alio quodam Romanorum Rege, c cognato noſtro & fratre, atq; inſuper d alio Romanorum Rege, qui interea fuerit, atq; adeo a ſacro Romano Imperio cum feudi inveſtitura accepiſſe, idque litteris ſe docere poſſe, quibus nemo excipiatur aut immunis pronuncietur; quæ porrò ad ipſum à patre pervenerint; nec cuiquam licere ipſius vectigalia impedire aut deteriora facere in eo jure, quo feuda Imperialia imminuere fas non eſt.* Super hoc capite pars utraq; compromiſit & conſenſit, ut ejus deciſio ſecundùm jus penes nos maneat, atq; intra hodiernum diem & feſtum Purificationis B. Virginis, ab utraq; parte Legati ad nos Conſtantiam, vel aliò, ubi tum erimus, mittantur, qui ex veris documentis & litteris totius rei veritatem clarè nos edoceant; utque nos intra hodiernum diem & feſtum S. Georgii ſententiam definitivam pronunciemus.

a Carolo IV. Imp.
b VVenceslao Imp.
c Jodoco Imp
d Ruperto Imp.

4. Ad alterum verò controverſiæ caput, quo prædicto Duci mandatur, ut nova opera & munitiones tam Mulhemianas quam Monhemianas, bello hoc durante excitatas, funditus demoliatur; idem Dux reſpondit, Mulhemum & Monhemum ex antiqua & paterna hereditate ad ſe perveniſſe, & utrumq; locum a parentibus & majoribus ſuis incluſum, munitum & immunitate donatum, & in ſuo dominio ſitum eſſe: ac proinde ſperare atq; exiſtimare, quod ibi exſtructum atq; ædificatum ſit, jure à ſe exſtructum atq; ædificatum eſſe, neq; ad cujusquam pertinere damnum aut injuriam, eoq; ad ejus demolitionem minimè teneri, ſed potiùs æquum eſſe, ut patrimonii ſui jus integrum ſibi relinquatur: nihilominus idem Dux conſenſit, ut dictæ illæ ſubſtructiones & munitiones, noſtras in manus conſignentur, ea conditione, ut pars utraq; amicos ſive Legatos ſuos proximis Calendis Februariis aut circiter ad nos mittat, cum plenis & omnibus eò pertinentibus documentis & teſtimoniis; utq; nos ante feſtum S. Georgii litem hanc ſive controverſiam ſententiâ noſtrâ ex jure terminemus. Quòd ſi neutra partium ad deſignatum illum diem Legatos ſuos miſerit, ut nobis intra præſcriptum terminum ſententiam ex jure ferre liceat: at ſi intra conſtitutum illud tempus id non fiat, Nos quidem in ſæpedicti Ducis poteſtatem munitiones illas & ſubſtructiones reſtituamus ac reſignemus.

5. Poſteaquam ergò intra præfixum illum terminum partis utriusq; Legati ſive Deputati ad nos Conſtantiam venerunt, ſententiam noſtram ſuper duabus illis controverſiis ſive capitibus audituri; ac nos, aſſumtis in conſilium:

NB. Hungariæ Epiſcopi atq; Proceres inter ſtatus Imperii Germanici computantur, & in ſenatu Imperiali ſeſſiones & vota habent.

Reverendiſſimo Archiepiſcopo Strigonienſi, ſanctæ Romanæ Apoſtolicæ Sedis Legato, Cancellario noſtro,

itemq; Joanne Archiepiſcopo Rigenſi,

Andrea Colotienſi,
Georgio Paſſavienſi,
Georgio Tridentino,
& Simone Tragurienſi
} Epiſcopis.

Nec non Illuſtriſſimis Principibus {
Rudolpho Duce Saxoniæ & Luneburgi, Sacri Romani Imperii Archimareſcallo,
Friderico Marchione Brandenburgico, Burggravio Norimbergenſi, Sacri Rom. Imp. Archicamerario
} Dilectis noſtris cognatis atq; Electoribus.

ut & Erneſto, Gulielmo, Henrico & Othone, Comitibus Palatinis ad Rhenum, Ducibus Bavariæ;
Alberto Duce Saxoniæ & Luneburgi;
Friderico Marchione Miſniæ & Landgravio Thuringiæ;
& Bernardo Marchione Badenſi.

Præterea Nobili {
Rudolpho Marchione in Hachenberg, Domino in Roetelen & Suſenberg,
Ludovico Comite Otingenſi,
Gunthero Comite Schvvartzenburgio, Domino in Reims, noſtræ Aulæ Præfecto Juridico,
Eberhardo Comite Nellenburgenſi,
Conrado Comite Freiburgenſi, Domino in Welſchennevvenburg.
Joanne Comite Lupfenſi, Landgravio in Stulingen, &c.
ac tandem Alberto ab Hourlach.

Stre-

Strenuo { Friſ[illegible]o a Bodmer,
Joanne Cunrado a Bodmer Equite,
Huberto Mareſcalco à Bappenheim,
Vigelio Schenck a Geirn,
Caſparo à Clingenberg,

multisq; aliis Nobilibus & Juriſconſultis ſive Doctoribus, utramq; partem & ab eis producta inſtrumenta, teſtimonia, contradictiones, reſponſiones, & quidquid ad cauſam hanc ſpectat, plenè audivimus, & varia Cæſarea ac Regia diplomata, res judicatas, aliasque litteras ad vectigalium jus pertinentes, & ab antiquis temporibus hucusque conceſſas, diligenter inſpeximus ac trutinavimus: animo præmeditato, & maturo præfatorum tam Eccleſiaſticæ quàm Sæcularis dignitatis Principum, Comitum, Nobilium & Doctorum, noſtrorum fidelium, conſilio, Deum & juſtitiam unice præ oculis habentes, ex jure hanc ſententiam pronunciavimus.

6. Primùm, ut quantum ad vectigalia, prædictus Dux Adolphus eas litteras, quas tam ipſe, quàm ipſius pater & mater Reverendo in Chriſto patri Colonienſi Archiepiſcopo ejusq; Eccleſiæ & ſubditis, ut & Civibus Colonienſibus conceſſerunt, ut & jura ſuper ea re pronunciata & facta, & à ſæpe nominato Duce Adolpho per juramentum confirmata, prout ea ſonant, & tam ex illis quàm ex aliis litteris & diplomatis doceri poſſunt, integra ſervet, uti frui permittat.

7. De ſecundo articulo, nimirùm de novis illis operibus & munitionibus, ſimiliter matura habita cum prædictis noſtris Principibus, Comitibus, Nobilibus & fidelibus, deliberatione, eodem etiam Adulpho non ignorante nec invito, ex illa, qua ex compromiſſo in eundem Adolphum uti nobis licet, poteſtate, decrevimus ac decidimus, hocq; ipſo jubemus, ut omnia iſta nova opera & munitiones, tam ab Adolpho Duce Mulhemi & Monhemi ex illa, quàm ipſo Archiepiſcopo ex altera parte ad Wiſſelinga[illegible], Turrium, & Rilam constructa ædificia ac propugnacula, funditùs ſine ulla mora aut recuſatione dejiciantur. Quem in finem certos homines ablegare volumus, qui videant, nobisque fidem faciant, demolitionem hanc nulla mora interpoſita, nulloq; excepto, opere ipſo plenè completam ac perfectam eſſe.

8. Ut verò hæc ſententia noſtra tantò firmior habeatur, ſemperq; maneat, ex plenitudine Regiæ poteſtatis, utriq; parti, & earum ſingulis, hoc ipſo ſeriò mandamus, ut ſententiæ huic noſtræ & rei judicatæ utrimq; ſtent & ſatisfaciant, mandatumque hoc noſtrum inviolabiliter ſerveut atque exſequantur, niſi noſtram & Imperii indignationem incurrere velint. In cujus rei fidem diploma hoc Regiæ noſtræ Majeſtatis ſigillo muniri curavimus. Actum Conſtantiæ, anno milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, die Jovis ante feſtum S. Georgii; noſtri Regni Hungarici, &c. triceſimo primo, Romani verò ſeptimo.

MANDATUM INHIBITORIUM AC DEMOLITORIUM.

NOS SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus; necnon Hungariæ, Dalmatiæ & Croatiæ Rex, &c. Honorabilibus, Conſulibus, Senatoribus & univerſis Civibus Civitatis Colonienſis, noſtris & Imperii dilectis fidelibus, ſignificamus, quum non ita pridem latâ ſententiâ decretum à nobis & pronunciatum ſit, nova illa opera & propugnacula Mulhemi & Monhemi excitata, ſine ulla mora aut impedimento penitùs funditusq; dejici atque tolli oportere; eum in finem Strenuum virum, Georgium à Zedelitz, miniſtrum noſtrum & fidelem dilectum, harum litterarum latorem, à nobis ablegatum, eique in mandatis eſſe datum, ut actui iſti interſit, ac omnia iſta nova opera ac ſubſtructiones, ſive muri, aggeres, ſepimenta, ac quodcumq; tale fuerint, nullo penitus excepto, ſuperiori bello de novo excitata, dirui, ac funditùs complanari curet. Quòd ſi fortè ab iis, qui prædicta propugnacula ac ſubſtructiones hactenus noſtro nomine tenuerunt ac cuſtodierunt, ſumptus aliqui facti, & dictis propugnaculis atq; ſtructuris impoſiti fuerint: nos verò id in primis ſatagamus, ut noſtræ & Imperii regiones, viæ atq; itinera iſtis in partibus, quæ ab ejusmodi propugnaculis imminent, periculis & damnis liberentur: eaque propugnacula vobis admodùm vicina ſint: petimus à vobis ſeriò, ut demolitionem hanc re & conſilio juvetis ac promoveatis, atq; etiam ſumtus, ſi qui facti ſunt, perſolvatis, quemadmodum vos facturos Nobis certò ſpondemus. In quo nobis quidem rem gratam facietis, ac viciſſim vobis ac Civitati Regiam noſtram gratiam & favorem pollicemur. Datum Conſtantiæ, XV. die Maji, noſtrorum Regnorum, Hungarici quidem, &c. triceſimo primo, Romani verò anno ſeptimo.

SIGISMUNDI IMPER. AUG CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1434.

De officio Vicarii generalis: & de jure primogenituræ.

SIGISMUNDUS DEI gratiâ Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Nobili BRUNORIO DE LA SCALA filio quondam Nobilis Gulielmi de la Scala, noſtro & Imperii Sacri Veronæ & Vincentiæ Vicario generali & fideli dilecto, gratiam Regiam & omne bonum.

1. Nobilis fidelis dilecte, licet æterni providentia Principis in terra ſine certa cauſa propriaque ratione diſponat, ſintq; adeò incomprehenſibilia judicia & inveſtigabiles viæ ejus, ut imperfectæ humanæ naturæ conditio non ſolum in cauſis operum perſcrutandis deficiat, ſed in ipſis cauſarum operationibus vix ſufficiat admirari; ſcimus autem quod *univerſæ viæ ejus miſericordia & veritas* ſunt, & quod homines *Cooperatores* ejusdem ab Apoſtolo denuncupantur. Nos etiam, quos cœleſtis altitudo

Conſi-

Conſilii ad hoc prætulit in Regalis apicem dignitatis, ut oportuna ſingulis auxilia pro tempore [illegible]pendimus, illos, quibus præeſſe non minus quam prodeſſe proponimus, noſtros Cooperatores cupimus invenire.

2. Sanè conſiderantes attentius & infra clauſtra pectoris noſtri ſedulò revolventes, quod nefanda hoſtis antiqui nequitia, qui ſemper quærit ut noceat; ſemper in circuitu ambulat, ut offendat in pleriſque locis Italiæ & Vicinis eiſdem diſcordiarum Zizaniam ſeminavit, ingeſſit lites, commovit ſcandala, odia ſuſcitavit grandia; utique deſiderio ducimur ingenti, ac modis plurimis excitamur, ut malis hujuſmodi moleſtiis quamplurimum votis noſtris efficacibus & oportunis remediis obvietur, ac locis ipſis benigna Regiæ Clementiæ proviſione proveniente deformata inibi propriam reformationem recipiant, ac prava & noxia procul penitus profligentur.

3. Attendentes igitur intemeratæ fidei conſtantiam firmam, ac multiplicia devotionis & fidelitatis inſignia, quibus nobiles progenitores tui Domus de la Scala Divos Romanorum Imperatores & Reges, ac ipſum Sacrum Romanum Imperium dignis quod ſtuduerint honoribus venerari. Illum quoq; fervidum tuæ mentis ardorem, quod ad noſtros & Imperii ſacri promovendos honores indefeſſis quidem laboribus attentius inclinaris, & quod gratiarum dator altiſſimus perſonam tuam induſtriæ munere, providentiæ dono, diſcretionis virtute, circumſpectionis gratia, & aliarum titulis virtutum multipliciter decoravit. Quudque de tuis laudabilibus meritis à tuis progenitoribus radicitus emanatis, fiduciam obtinere poſſumus indubiam; & quod nobis obligaſti, & juramenti vinculo adſtrinxiſti te, ac heredes tuos legitimos ſemper inantea perenniter & fideliter in omni obedientia ſubjectum, & reverentia noſtra & ſucceſſorum noſtrurum in Imperio exhibere, ac in eiſdem jugiter perſeverare. Quodq; de omnibus & ſingulis juribus, ſervitiis, datis, donariis, cenſibus, oneribus & ſolutionibus tam de jure quam de conſuetudine ſeu pacto nobis & ſacro Romano Imperio, cum omni promptitudine tenere dignoſcaris, actualiter reſpondere locis congruis, & temporibus oportunis. Et quod omnia & ſingula in obligatione per te nobis tradita attendens obſervabis inconcuſſè, & nullo unquam tempore contravenies, aut contrafacies verbo vel facto per te vel per alium ſeu alios directè vel indirectè, publicè vel occultè.

4. Te animo deliberato, de Principum Magnatum, Comitum, Baronum & Procerum noſtrorum conſilio, Imperialis quoque plenitudine poteſtatis, ac de certa noſtra ſcientia ad Vicariatum prædictarum civitatum Veronæ & Vincentiæ, ipſarumque Territoriorum, diſtrictuum ac pertinentiarum, ſicut præfati progenitores tui juſtè tenuerunt, & poſſederunt, eundem reſtituimus: ac ut evellas & deſtruas, diſſipes & diſperdas, ædifices & plantes in eiſdem civitatibus ac earum Territoriis, diſtrictibus & pertinentiis ordinavimus, fecimus & creavimus, & de novo conſtituimus per præſentes noſtrum & ſacri Romani Imperii Vicarium generalem.

5. Dantes exnunc & concedentes tibi & legitimis heredibus tuis maſculis de lumbis tuis deſcendentibus, plenam, liberam & omnimodã auctoritatem & juriſdictionem generalem & ſpetialem, ac gladii poteſtatem, merum & mixtum Imperium vice ac autoritate atque nomine noſtris in præfatis civitatibus, territoriorum, diſtrictuum & pertinentiarum ipſarum limitibus, circumferentiis & ſitibus earum per vos vel alium ſeu alios, cui vel quibus hoc commiſeritis exercendum, animadvertendum in facinoroſos & reos, coercitionem quamlibet ratione prævia, & mediante juſtitia exequeodum.

6. Et ut etiam apud vos ſeu veſtros Commiſſarios merum & mixtum Imperium, juriſdictio ſive contentioſa, ſive voluntaria in præfatis civitatibus, territoriis, diſtrictibus & pertinentiis ipſarum, & ſubditis, incolis & hominibus ibidem, cujuſcunq; ſtatus, præeminentiæ vel conditionis exiſtant, ſalva ſemper in omnibus Sacroſancta Eccleſiaſtica libertate, de rebus, contractibus vel quaſi contractibus, ultimis voluntatibus, maleficiis, criminibus & delictis vel quaſi commiſſis, & perpetratis, in ſubditos, incolas & homines præfatos, & per eos ſeu etiam per alios in dictis civitatibus, territoriis & pertinentiis ſuis perpetratis, ſeu etiam perpetrandis, exerceatur liberè, ſecundum quod jus & ratio perſuadebunt.

7. Concedentes nihilominus tibi ac heredibus tuis, ac illi vel illis, cui ſeu quibus commiſeris ſeu commiſerint, auctoritatem, poteſtatem, juriſdictionem omnimodam, & licentiam generalem, collectas & Datia conſueta, onera, realia & perſonalia ac mixta, nec non omnes cenſus, reditus, jura, proventus, emolumenta, ſubventiones, conductus, telonia & pedagia prædictarum civitatum, territoriorum & pertinentiarum ad nos & ſacrum Romanum imperium pertinentes, exigendi & recipiendi, pœnas & mulctas ratione prævia imponendi, levandi, & ex cauſis rationabilibus augmentandi, minuendi, remittendi, in judicio & extra: Judæos Cameræ noſtræ ſervos acceptandi, defendendi & tuendi, jura Cæſarea, collectas, ſubventiones & ſecuras ab ipſis (prout hoc honor Imperii & neceſſitas poſtulaverit) exigendi in judicio & extra: In cauſarum cognitione, ipſum ſolum DEUM habendo præ oculis, ac de plano & ſummariè ſine ſtrepitu & figura judicii, ſola veritate inſpecta procedendum, determinandum, ſententias exequendum; fugitivos inquirendum & puniendum; maleficos, fures aſſaſſinos & robatores ſtratarum laqueandum, judicandum, ac piratas maris ſubmergendum juxta ſacrorum Canonum, legum & jurium communium ſacratiſſimas ſanctiones, prout ſecundum ritum & terræ conſuetudinem, municipalia jura & ſtatuta perſuaſerint; ac proditores decapitandum, ſuſpendendum, ac eos & eorum quemlibet, dum & quoties ſe caſus obtulerit, condemnandum, puniendum, membra truncandum, fuſtibus cædendum, & in facie bullandum, de patria ad tempus, vel perpetuò relegandum, carcerandum, & igne cremandum, mutilandum & debilitandum; bona talium publicandum & infiſcandum; officiales inſtituendum, & de omnibus criminibus ordina-

…, enormibus, levibus, publicis & privatis … puniendum & … tam ſecundum jura communia quam municipalia … cognoſ… udi committendum, in integrum reſtituendum, abſolutionem quamlibet in … infamiam tam juris quam facti irrogandum, abolendum & diſponen… Dy… principalibus & appellationibus quibuslibet tanquam judices ſuper his à nobis ſpe… deputati, cognoſcendum, examinandum, diffiniendum; Decretum primum & ſecundum in… …endum, jura declarandum & omnia quæ cauſarum merita requirunt exercendum & requiren… Ita tamen, quod à tua & officialium tuorum ſententia vel ſententiis ad audientiam noſtri culmi… poſſit libere totiens, quotiens opportunum fuerit, provocari. Monetas ſub vero pondere & ca… e aureas & argenteas inſtituendum: Ferias imponendum, & tollendum; Rebelles ſacri Impe… …equendum & puniendum; Decreta, ſtatuta & proviſiones in prædictis omnibus & quolibet …orum faciendum, de novo corrigendum, jam facta tollendum, ſemel ac pluries & totiens …ens oportunum fuerit, & ordo tractaverit, & dictaverit. Rationes, dotes & dotalitia ac dona… …es propter nuptias admittendum, approbandum & confirmandum; mente captis curatores, & …us, pupillis & viduis tutores præficiendum: devolutiones fiſcales quarumcunq; hereditatum …am rerum mobilium & immobilium, dum ratio & jus illud exegerint, noſtro Regio nomine …ndum, tenutam & poſſeſſionem talium capiendum: & generaliter omnia & ſingula, quæ ad ve… legitimos ſacri Romani Imperii in ſupradictis civitatibus & pertinentiis Vicarios pertinent, ut …ttitur, libere & abſq; impedimento quolibet faciendum; etiamſi qua ex eis jure vel conſuetu… exigerent mandatum magis ſpeciale.

8. Quapropter fidelitatibus veſtris ** & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ad ſtatum …cum civitatum, territoriorum, diſtrictuum & pertinentiarum prædictarum ac recuperationem …rum & Imperii ſacri jurium, in præmiſſis omnibus & ſingulis fidem veſtram, & ſollicitudinem, gratiam noſtram charam gratamq; diligitis, ſic efficaciter ſicq; prompto ſtudio impendatis, ut in …is ſollicitudinis veſtræ teſtimonio electionis noſtræ judicium commendetur, dum tales & tanto …cio duximus proponendum, ex quorum fide & juſtitia ſerenitatis noſtræ ſalubre propoſitum de …ervatione jurium Imperii civitatum & pertinentiarum prædictarum ſingulariter exprimatur.

9. Præſentium ſub noſtri Regalis Sigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum Budæ An… Domini Milleſimo quadringenteſimo duodecimo, vigeſima ſecunda die Januarii; Regnorum …ſtrorum, Anno Hungariæ, vigeſimo quinto, Romanorum vero ſecundo.

10. Itaque accedens noſtræ Majeſtatis præſentiam præfatus Brunorius nobis expoſuit, Quod quia ipſe usq; modo caruiſſet & hodiè careret uxore & prole maſculina legitima, & omnis caro eſſet itura viam ſuam, & nihil ſtabile ſub Sole perſiſteret, ſupplicavitq; nobis quatenus providere dignare-mur, in caſu quo ipſum ſine prole legitima maſculina ab hac luce migrare contingeret, Quod extunc Vicariatus prædictarum terrarum ac civitatum à domo illa de la Scala non maneret amotus.

11. Nos verò conſiderantes petitionem hujusmodi honeſtam, maximè inducti meritis proge-nitorum ſuorum, qui officiu illius Vicariatus longiſſimis annorum curriculis glorioſo regimine præ-fuerunt. Ac etiam penſatis fideliſſimis ſervitiis nobis & Imperio ſacro à primordio conceſſionis præ-fati Vicariatus, omni conſtantia & intemerata devotione die noctuq; per ipſum Brunorium conti-nua cura exhibitis, quibus noſtræ gratiæ munificentiam ſibi quodam debito vendicavit, volentes an-nuere votis & petitionibus ſuis, ac ipſum ad ulteriora noſtra, & Imperii ſacri ſervitia incitare.

12. Primò præinſertum privilegium noſtrum auctoritate Cæſarea confirmamus & innovamus, ac in omnibus ſuis clauſulis & continentiis approbamus. Et tandem ipſum privilegium animo deli-berato ſano principum, Comitum & fidelium noſtrorum accedente conſilio, & de noſtra certa ſcien-tia, tenore præſentium, & de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis ampliamus, & in perſonas Magnifi-corum Fregnani & Pauli de la Scala fratrum præfati Brunorii, noſtrorum & Imperii ſacri fidelium di-lectorum extendimus, ipſiſq; Fregnano & Paulo, ac heredibus eorum maſculis legitimis, de lumbis ſuis deſcendentibus, hujusmodi Vicariatum prædictarum terrarum & Civitatum & pertinentiarum earundem in quantum præfatus Brunorius ſine filiis legitimis maſculis ab hac luce, quod abſit, dece-deret, & non aliter, gratioſius conferentes, decernentesque & hoc Imperiali ſtatuentes edicto, quod ipſi Fregnanus & Paulus, ac eorum heredes legitimi maſculi, ipſo Brunorio, ut præmittitur, absque filiis legitimis maſculis decedente hujusmodi Vicariatum præfatarum terrarum gaudeant, & fruan-tur omni honore, dignitate, jure & poteſtate in privilegio præinſerto conceptis, quos eis tenore præ-ſentium concedimus quocunque obſtaculo procul amoto: Reſervato tamen nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Imperatoribus & Regibus, ac Romano Imperio debitæ fidelitatis juramento & obedientiæ, tempore ſuo præſtando, quibus eos & heredes eorum, ut præmittitur, ſemper aſtrictos … volumus.

13. Cæterum ad declarationem futurarum ſucceſſionum, utque de ordine ipſarum à poſteris …nis ambiguitas auferatur & tollatur omnis materia quæſtionis, confuſionisque omnis poſſibilis …tas extirpetur, detur autem potius clarus & determinatus ſuccedendi in prædictis Vicariatu, ac …ibus ſuprà conceſſis ſtylus & ordo. Hoc præſenti noſtro Imperiali edicto in perpetuum valituro ſtatuimus, dicimus & ſancimus: Quod primogenitus præfati Brunorii maſculus ex legitimo & vero matrimonio natus in Vicariatu præfato, & cæteris omnibus & ſingulis ſuprà conceſſis & indultis ſibi ſucc…at.

14. Et quod dicto primogenito ſuo decedente, etiam ipſo vivente, filius primogenitus maſcu-lus ex legitimo matrimonio ortus dicti primogeniti præferatur aliis quibuscunque in ſucceſſione

 Vica-

Vi[illegible]ſcripti, & aliorum ſuperius conceſſorum, quod qu[illegible]ad præ[illegible] gu[illegible] p[illegible] maſculis ex legitimo ſuſceptis matrimonio deſcen[illegible]

15. De[illegible]ficientibus vero, ut ſupra, primogenitis & primo[illegible]genitorum p[illegible]dogenitus maſculus ex legitimo matrimonio ex ipſo Brunorio or[illegible], ſive ipſi[illegible] ſecundogenito ordinatè & ſecundum rectam lineam maſculinam, prout de ſucce[illegible]geniti [illegible]ctum eſt, ſuccedat; & ſic in omnibus obſervetur.

16. Illud idem intelligendo ſuis tertio & quartogenitis, & ſic deinceps [illegible], in quod illi primogeniti ſuccedentes ad regimen Vicariatus præfati ſint habiles & idonei, [illegible] ratione: Alioquin repertis illis primogenitis, & his qui ordine ſupraſcripto ſucceſſ[illegible] ſunt, ind[illegible]ctum rationis aut mentis & aliis defectibus legitimis & juſtis, ſucceſſio in proximiorem poſt eo[illegible]num otente & indefectuoſum, ut præmittitur, ordine ſupraſcripto transf[illegible]tur

17. Deficiente autem præfato Brunorio (quod abſit) ſine prole & ſucceſſore, hujusmodi Vicariatus ad fratres ſuos præfata conceſſione noſtra devoluta, volumus ut Fregnanus & Paulus fratres ſui tunc indifferenter & ſimpliciter ac æqualiter in Vicariatu ipſo ſuccedant. Et ille eis & heredibus ac ſucceſſoribus pertineat pari modo, niſi alter præfatorum fratrum, videlicet Fregnanus ſive Paulus, ſine prole legitima procreata maſculina deceſſerit, tunc filii fratris ſuperſtitis ſuccedant eo modo & forma, quibus de præfato Brunorio eſt præmiſſum.

18. Ad perpetuam autem conſervationem charitatis & zeli præfatæ domus de la Scala, con[illegible]dimus præfato Brunorio & impartimur, quod ipſe valeat relinquere cuilibet ex [illegible]nis poſt primogenitum, tantum de fortalitiis & bonis, quæ annuatim ad reditus [illegible]catorum ſe extendant, cum hoc tamen, quod tales filii teneantur illa recognoſcere per inveſtituram à primogenito.

19. Et ſic quilibet Vicarius de la Scala cæteris ejus filiis de tantis bonis tantorum re[illegible]cundum videre providere valeat, ita tamen, quod ſemper à primogenito recognoſca[illegible]

20. Quibus quidem ſic relictis decernimus ipſos omnes ac ſingulos ſupraſcriptos & v[illegible] ab eis eſſe tacitos & contentos, ipſis ſuper cæteris, quæ ad hæreditatem illam conting[illegible] tuum ſilentium imponentes, præſentium ſub noſtræ Imperialis Majeſtatis ſigillo Teſtimon[illegible]terarum. Datum Ratisponæ, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo trigeſimo quarto, die Octobr. octavo; Romani viceſimo quinto, Bohemiæ quintodecimo, Imperii vero ſecundo.

Anno Chriſti 1413. & 1435.

SIGISMUNDI REGIS ET IMPERATORIS BULLA

De jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum.

SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; ad perpetuam rei memoriam.

1. Quanquam Imperialis ſublimitas dignitatis, in qua conditor orbis nos ſuæ pietatis clementia feliciter collocavit, jugiter mentem noſtram ſollicitet, ut cura pervigili & laborum ſtudiis accuratis, noſtrorum & Imperii ſacri fidelium amputemus incommoda, eisq; deſideratæ pacis amœnitatem ſalubriter procuremus: ferventiori tamen affectu cor noſtrum accenditur penes ea, quæ ſacri decus Imperii, & Illuſtres ipſius Principes Electores, per quos cœpit, & in quibus conſiſtit noſtræ gloriæ Celſitudo, qui & in partem ſollicitudinis nobiscum ſunt vocati, quadam ſingularitate conc[illegible]nunt eos præcipuè, quos generis nobilitas, multipliciaque virtutum inſignia & præclara fidei devotio laudabilius recommendant.

2. Sanè cùm aliàs per literas omnium Principum Electorum, & nominatim divæ recordationis Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris & Bohemiæ Regis, genitoris noſtri cariſſimi, velut Regis Bohemiæ; venerabilium Gerlaci Moguntini per Alemanniam, Boemundi Trevirenſis per Galliam & regnum Arelatenſe, Wilhelmi Colonienſis per Italiam, ſacri Romani Imperii Archicancellariorum Archiepiſcoporum; Rudolphi Ducis Saxoniæ, ſacri Imperii Archimarſchalli; & Ludovici dicti Romer, quondam Imperatoris Ludovici filii, Marchionis Brandenburgenſis, ſacri Imperii Archicamerarii: ac etiam à Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, ac multis aliis noſtris & Imperii ſacri fidelibus informationem certiſſimam & luce teſtimonia clariora, noſtra ſuſcepit Imperialis Celſitudo, qualiter felicis memoriæ Illuſtris Rupertus præſenior, quondam Comes Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapifer, & Bavariæ Dux, patruus Illuſtris Ludovici Comitis Palatini Rheni, ſacri Romani Imp[illegible] Ar[illegible]ferí, Principis Electoris, necnon Bavariæ Ducis, avunculi noſtri cariſſimi; & poſt p[illegible] dictum Rupertum præſeniorem, Rupertus ſenior avus jam dicti avunculi noſtri Ludovici [illegible] eun[illegible]dem Rupertum ſeniorem Rupertus pater jam dicti avunculi noſtri Ludovici, ſucceſſive tan[illegible] ejusdem Imperii, & veri Principes Electores ab omnibus aliis eorum Con[illegible] [illegible]per habiti & reputati fuerunt: ac etiam voluntate, conſenſu, & votis aliorum [illegible] C[illegible]m Principum unanimiter accedentibus, claræ memoriæ Se[illegible] R[illegible] R[illegible]es prædeceſſores noſtros, temporibus ſuis & rationabiliter [illegible] ſac[illegible] R[illegible] obl[illegible]otiam in Romanorum Reges elegerunt ad Imperato[illegible]m C[illegible]in [illegible], ac ſubſequenter idem modernus Ludovicus cum aliis Conelectoribus [illegible] [illegible]is temporibus nos in Regem Romanorum elegit, qui diſponente eo, à quo [illegible] cuncta pro-

cta procedunt, Rege Regum & Domino dominantium, * coronam Imperialem ſuſcepimus: Quodque prædicti, Rupertus præſenior patruus, ac Rupertus pater dicti Ludovici quondam Comitis Palatini Rheni, diuturna temporum præſcriptione inconcuſſe habuerunt & poſſederunt legitimè, prout etiam ipſe Ludovicus in præſentiarum ad inſtar illorum ex ſucceſſione paterna & hæreditaria dignoſcitur juſto titulo poſſidere jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum: quemadmodum in noſtris literis *declarationis, ſtatuti ac ordinationis* ſub Regali Romanorum titulo deſuper editis ac promulgatis pleniùs continetur: Et quod longinquitate ſæpe fit temporis, quòd res clara præſentibus redditur per oblivionem obſcura futuris, prudentum cautela providit, ea quæ aduntur, ſcripturæ teſtimonio commendari, ut amplioris autoritatis robore poſteritati innoteſcant: Habet interdum noſtræ proviſionis induſtria, ut illa innovatione confirmet, & autoritate fulciat innovata.

* al. die dicto præſentium Aquisgrani corona ſumus Regia coronati.

3. Unde ſane tam Eccleſiaſticorum quam Secularium Principum ſacri Romani Imperii Electorum conſilio & conſenſu accedente, non improvidè neque per errorem, ſed animo deliberato, aliorum etiam Principum plurimorum Eccleſiaſticorum & Secularium, Baronum, Nobilium, & Procerum, noſtrorum ac Imperii ſacri fidelium, maturè communicato conſilio, cupientes autore Domino futuris obviare periculis, & materiam omnium ſuccidere dubiorum; de certa noſtra ſcientia & de plenitudine Imperialis poteſtatis, in his ſcriptis pronunciamus, decernimus, ſtatuimus, declaramus, & etiam hoc Imperiali perpetuo valituro ſancimus edicto: quòd jus, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum eidem Ludovico Comiti Palatino Rheni, tanquam Imperii ſacri Archidapifero ac Principi Electori, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis legitimis, laicis duntaxat, ab eo deſcendentibus, quoties caſus hujusmodi electionis emerſerit in perpetuum debeat competere; ſicut & ritè ſibi tanquam Comiti Palatino Rheni, ac ſacri Romani Imperii Archidapifero competit manifeſtè; ac ipſe velut Comes Palatinus Rheni, ac Sacri Romani Imperii Archidapifer, verus & legitimus Princeps Elector & poſt obitum ejus hæredes & ſucceſſores ſui legitimi, modo & forma ſubmiſſis Principatum & Comitatum Palatinum ac Archidapiferiam dicti Imperii ſacri, de quibus ipſum die * noſtræ coronationis in Aquisgrano ſolenniter infeudavimus & inveſtivimus, ac tenore præſentium infeudatum & inveſtitum profitemur: cum omnibus & ſingulis eorum terris, dominiis, proprietatibus, vaſallagiis, libertatibus, honoribus, & pertinentiis, in quibuscunque rebus conſiſtant, & quibuscunq; ſpecialibus poſſint vocabulis deſignari, necnon jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, ſine impedimento quolibet debeant obtinere.

* al. ſupradict. Aquisgram.

4. Et ne inter hæredes & ſucceſſores ipſius, eo defuncto ſuper hujusmodi jure futuris temporibus dubitationum, quæſtionum, ſeu litium quævis materia oriatur; decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto in perpetuum valituro, (prout hoc idem per præfatum Dominum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem, genitorem noſtrum cariſſimum, omnium ac ſingulorum Principum Electorum, & multorum ſacri Romani Imperii Principum, Comitum, Nobilium, ac fidelium conſilio & unanimi conſenſu accedente, lege & Imperiali edicto in Aurea Bulla publicè ſancitum eſſe dignoſcitur,) quod poſt obitum dicti Ludovici Comitis Palatini Rheni & Bavariæ Ducis, primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum ejusdem primogeniti ſenior filius ex ordine geniture, & ſic deinceps à ſeniori filio deſcendentes ex ordine genituræ ſemper ſenior; ſi verò primogenitus præfati Ludovici deceſſerit maſculini ſexus, laicis duntaxat, legitimis heredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Ludovici Ducis prædicti, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior laicus: & ſi ſecundogenitus ſine heredibus legitimis maſculini ſexus, laicis duntaxat, deceſſerit, tertiogenitus dicti Ludovici, & ſenior ejus filius laicus poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum directa linea genituræ deſcendentes ab eo, laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem promovendum in Imperatorem & officium Archidapiferi, cum omnibus & ſingulis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus & pertinentiis, in perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem (ut præmittitur) ex ordine genituræ.

c. 7. §. 2. & cap. 25. §. 2.

5. Si verò præfatum Ludovicum modernum Comitem Palatinum Rheni & Bavariæ Ducem ſine legitimis maſculini ſexus hæredibus laicis, de lumbis ejus directa linea genituræ deſcendentibus, mori contigerit; extunc Principatus & Comitatus Palatinus Rheni, necnon Archidapiferia ſacri Imperii, & jus, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, ad ſeniorem fratrem præfati Ludovici per veram paternalem lineam deſcendentem, & ad legitimos ejus heredes maſculini ſexus, laicos duntaxat, devolvantur: ita videlicet, quod poſt obitum ejusdem fratris ſenioris primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum ejusdem primogeniti ſenior ex ordine genituræ, & ſic deinceps ex ſeniore filio deſcendentes ex ordine genituræ ſemper ſenior: ſi verò primogenitus ſenioris fratris (ut præfertur) deceſſerit, maſculini ſexus, laicis duntaxat, heredibus non relictis; extunc ſecundogenitus prædicti fratris ſenioris, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior laicus; & ſi ſecundogenitus ſine heredibus legitimis maſculini ſexus laicis deceſſerit, tertiogenitus dicti fratris, ſenior ejus filius laicus poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum directa linea genituræ deſcendentes ab eo, laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, & officium Archidapiferi cum omnibus & ſingulis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus, & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem (ut præmittitur) ex ordine genituræ.

6. Quibus omnibus non extantibus ad proximiorem hæredem ſecundum lineam [illegible] duntaxat laicum, ſeniorem Comitem Palatinum Rheni pro tempore, ac ejus heredes ſecundum eundem modum ſuperiùs expreſſatum, in perpetuum legitimè devolventur.* al addit. in futurum.

7. Et talis ſucceſſio & devolutio, ne in his committantur errores futuris temporibus, debet (ut præmittitur) in omnibus præſcriptis & ſingulis ſine innovatione perpetuò inviolabiliter obſervari, taliter videlicet; quod ſi aliquem ex eis præmiſſo ab hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexus heredes legitimos laicos poſt ſe relinquat debitæ patientes ætatis defectum; extunc ſenior frater, nepos & conſanguineus proximior in linea geniture, ſi frater non extiterit ejusdem defuncti, laicus duntaxat, dicti pupilli & juvenis, ad quem præſcripta devolventur, de jure tutor eſſe debeat & curator tamdiu, donec debitam pertingat ætatem: Cui etiam juveni, quàm citò ad ætatem debitam pertigerit, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem prædictæ electionis, ac omnia & ſingula ab eis dependentia, idem tutor ſine difficultate & renitentia qualibet tenebitur & debebit protinus aſſignare. Ætatem autem debitam in hoc caſu, eligendi videlicet Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum cenſeri volumus & haberi. In principatibus autem, Ducatibus, & dominiis aliis temporalibus gubernandis, ætatem obſervandam decernimus, prout à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus noſtris prædeceſſoribus eſt ſancitum.

8. Porrò ne ſuper jure, voce, dignitate, & poteſtate Electionis hujusmodi, necnon Principatibus & officio Archidapiferiæ & aliis prædictis ullo unquam tempore contingat ſcandala ſuſcitari, vel attentari valeant novitates; de Imperiali plenitudine poteſtatis, & de certa noſtra ſcientia, omnia & ſingula præmiſſa, prout in ſuis clauſulis, membris, articulis, atq; punctis ſuperiùs deſignantur, auctorizamus; necnon omnia & ſingula privilegia, donationes & conceſſiones quaslibet per Divos Romanorum Reges & Imperatores, prædeceſſores noſtros, & Nos, dicti Ludovici progenitoribus Comitibus Palatinis Rheni, & ſibi quomodolibet factas, datas, & conceſſas, auctorizamus, approbamus, ratificamus, & tenore præſentium de certa ſcientia confirmamus; ſupplentes de præfatæ Imperialis plenitudine poteſtatis omnem defectum, ſi quis in præmiſſis aut eorum aliquo ex verborum defectu, ſententiarum obſcuritate, ſolennitatis omiſſione, ſeu alio quovis modo nunc & in anteà reperietur admiſſus.

9. Nulli ergo penitus hominum liceat hanc noſtræ pronunciationis, decreti, ſtatuti, declarationis, ſanctionis, infeudationis, & inveſtituræ, auctorizationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, & defectum ſuppletionis paginam infringere, aut ei auſu temerario quomodolibet contraire; ſub pœna mille marcarum auri puriſſimi, quas ab eo, qui contrafecerit, totiens, quotiens contrafactum fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem Imperialis noſtræ Cameræ fiſco, reſiduam verò partem injuriam paſſorum uſibus applicari. †† præſentium ſub Bulla Aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa teſtimonio literarum.

10. Datum Baſileæ anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto, die octava menſis Martii, Regnorum noſtrorum anno Ungariæ quadrageſimo ſeptimo, Romanorum vigeſimo quarto, Bohemiæ quarto decimo, Imperii verò primo.

† †

Alterum exemplar ſequentia habet ad hunc modum: Teſtes hujus rei ſunt,

Venerabiles, Wernherus Treverenſis ſacri Imperii per Galliam & regnum Arelatenſe,
Theodoricus Colonienſis per Italiam
} Archicancellarii, Archiepiſcopi.

Illuſtres, Rudolphus Dux Saxoniæ & Luneburgenſis, ſacri Imperii Archimarſcalcus;
Reinaldus Dux Juliacenſis & Geldriæ;
Fridericus Burggravius Norbergenſis.

Georgius Patavienſis,
Johannes Herbipolenſis, &
Rabanus Spirenſis
} Epiſcopi.

Adolphus de Clivis,
Emerich de Leiningen,
Fridericus de Veldentz,
Johannes de Catzenelbogen,
Johannes de Werthem, &
Thomas de Rineck
} Comites & fideles.

Præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigilli teſtimonio literarum. Datum Aquisgrani anno Domini M CCCC XIV. ipſa die coronationis noſtræ, quæ fuit octava Novembris, Regnorum noſtrorum anno Hungariæ vigeſimo octavo, Romanorum verò Electionis quinto.

ALBER-

ALBERTI II. IMP. AUGUSTI, ET CAROLI VII. REGIS FRANCORUM

Anno Chriſti 1438.

PRAGMATICAE SANCTIONIS CAPITVLA.

CAPIT. I.

ROMANUS Pontifex quoque decennio generalem Synodum loco, quem volet, poſthac congregato. Si negligens erit, poteſtas eſto Patribus id deſignandi.

Ita breviter hæc capitula comprehendit Rob. Gaguinus Miniſter Generalis Ordinis Sanctæ Trinitatis in Hiſt. Franc. lib. 10.

2. Convocati Concilii locum, niſi neceſſum erit, Pontifex non mutato.

CAPIT. II.

BAſilienſis concionis autoritas, & ipſius conſtantia Decretorum perpetua eſto. quæ nemo unquam, nec ipſe Romanus Pontifex, tollere, infirmare, aut transferre præſumito.

CAPIT. III.

ROmanus Pontifex majores eccleſias, Metropoles ſcilicet atq; Epiſcopales Collegiatasque, aut eas, quibus Abbates præficiuntur, & Eccleſiaſticas dignitates, quæ per electiooem ſibi deligere Rectorem conſueverunt, nemini reſervato: præter eas, quæ jure ſcripto vel Romani Principatus cauſa ſibi permittuntur.

2. Huic decreto non contravenito. ſi intercedet cauſa præter legem faciendi, id Apoſtolicis reſcriptis exprimito.

3. Idque, dum ad Pontificatum quippiam aſſumetur, ſe ſervaturum jurato.

CAPIT. IV.

ECcleſiâ paſtore deſtitutâ, ii, penes quos eſt eligendi poteſtas, die & loco definito conveniunto: peccatorum ſuorum confeſſionem agunto, & eucbariſtiam ſumunto. Mox conſidentes, præmiſſo jurejurando, non negligenter, non dolosè, non timidè, eum, qui gerendæ dignitati ſit idoneus, eligunto.

2. Principibus fas non eſto pro quopiam commendando moleſtis precibus, aut violenta comminatione, premere aut cogere electores.

CAPIT. V.

ELectionis formam; & electi merita, confirmatores Prælati inquirunto.

2. Scribæ, Notarii, moderatum ſalarium accipiunto.

CAPIT. VI.

ROmanus Pontifex, quem ſanctitatis normam præ ſe ferre oportet, huic ſanctioni nequaquam derogato. Si contemnet, & inde ſcandalum exurgat, ad ſubſequens univerſale Concilium deferatur.

CAPIT. VII.

ELectiones tametſi pro canonum autoritate legitimæ eſſe videbuntur, ſi inde aut eccleſia aut patria vel Reſpublica turbari formidabitur, cum hujusmodi electio ad Romanum Pontificem fortè refertur, & ea diligenter examinata nulla dici merebitur, alteram electionem iis, quorum refert, indicito.

2. Electum verò confirmari aut benedici ab alio, quàm ab eo, qui ſine medio Electo ſuperior eſt, fas non eſto.

3. Si in Pontificis Curia præſens electus erit, à Pontifice benedictionem, ſi volet, recipito: jurimentum poſteà ſuo ſuperiori præſtato. Secus qui faciet, centum aureorum mulcta eum caſtigato.

CAPIT. VIII.

UNiverſali Syoodo, ejusq; definitiónibus & decretis, omnis Catholicus, etiam Romanus Pontifex, eatenus obedito, quatenus fides & ſciſmatum explodenda ſeditio poſtulat.

CAPIT. IX.

QUæ Synodus Sancto Spiritu autore vocata cooſedit, eam, ſicuti Conſtantianæ Contionis Patres diffiniere, à Chriſto Deo autoritatem protinus obtinere credito.

CAPIT. X.

ECcleſiis Dei eos Sacerdotes & paſtores præficito, qui doctrina ſint & vita illuſtres, ut creditum ſibi populum ſollicitè inſtituant, & Deo obedientem gratumq; reddant.

CAPIT. XI.

EXpectativis prætereà gratiis, unde plurima oriri mala conſtat, locum eſſe non ſinito:

CAPIT. XII.

BEneficia, vivo eorum Rectore, nemini reſervato. Cùm autem adminiſtratore vacabunt, eorum, quibus conferre oportebit, mores & merita, graduati ne ſint an ſecus, cognoſcito.

CAPIT. XIII.

DEcretum de Theologo, per quasq; Metropoles præbendando, ad Epiſcopales quoq; Eccleſias extendito, ut in illis præbenda Theologo conferatur, qui in aliqua generali Academia decennem literis operam navavit.

2. Beneficio donatus verbum Dei prædicato: & per quasq; hebdomadas ſemel atq; iterum ſacras literas audire volentibus explanato. Negligenti quotidiana Eccleſiæ ſtipendia ſubſtrahito.

CAPIT. XIV.

PORrò de iis, qui gradu alicujus diſciplinæ provecti ſunt, hunc ordinem ſervato.

2. Primum poſt hanc ſanctionem vacuum poſſeſſore beneficium Doctori vel Licentiato vel Baccalario conferto.

3. Duo deinceps, quæ Rectore carebunt, benè merentibus Clericis concedito.

4. Quod his duobus ſucceſſivum erit, illud Graduatus obtineto.

5. Igitur Scholaſtici gradu inſignes ſua nomina beneficiorum collatoribus, dum Quadrageſima agitur, ſcripta quotannis tradunto.

6. Beneficiorum præter hoc decretum collatio facta, inanis eſto.

CAPIT. XV.

E Locis, quæ ab Urbe quattuor dierum itinere diſtant, in jus vocandi Romam, niſi in majoribus cauſis, fas non eſto.

CAPIT. XVI.

QUi damno aut injuria gravabitur, eum, qui proximus eſt ſuperior, appellato, ſi tale eſt damnum, quod per ejus ſententiam reſtitui poſſit. Alioquin ſi ad Romanam Eccleſiam judex per exceptionem pertinebit, cauſam definiendam ad eum, qui ejusdem regionis eſt, judicem (ſi metus abeſt) Pontifex committito.

CAPIT. XVII.

A Gravamine, aut interlocutione judicis ſecundò non provocato. Eum, qui fruſtra atq; inaniter ante latam ſententiam appellat, quindecim florenis, præter cæteras litis impenſas, mulctato.

CAPIT. XVIII.

TRiennem alicujus beneficii & quietum poſſeſſorem non turbato, niſi hoſtilitate, metu, vel gravi impedimento tardatus eris, ne per triennium impetere potueris poſſidentem.

CAPIT XIX.

CArdinales viginti quattuor tantùm, divina & humana ſcientiâ eruditos, annorum triginta, boni nominis & generis legitimi, qui Reipublicæ Chriſtianæ conſulere poſſint, Pontifex de ſuorum fratrum conſilio præficito.

CAPIT. XX.

DE dignitatibus & beneficiis eccleſiaſticis quibusvis, collatis aut conferendis, nihil prorſus, ſcilicet neq; annatam, neq; fructuum primitias, neq; (ut vulgò dicitur) deportum Pontifex exigito.

2. Notariis & Scribis mercedem, qui beneficium recipit, ſolvito.

3. Hujus decreti prævaricatori pœnam ſymoniacis debitam infligito.

4. Nihil præterea juris aut tituli in beneficiis contra hanc prohibitionem impetratis ſibi acquiſitum intelligat.

CAPIT. XXI.

CLerici, qui eccleſiarum & divini cultus obſequiis deputantur, rem omnem divinam & Dei laudes ſanctè, diſtinctè & graviter celebranto.

2. Ad Jeſu nomen caput reverenter demittunto.

3. Decanos & reliquos per eccleſias Præfectos hujus ſtatuti prævaricatores caſtigato.

CAPIT. XXII.

COnſuetudinem, qua inductum eſt, eum, qui in aliqua horarum choro affuerit, omnium diſtributionum participem eſſe, tollito: idque ad Decanos & Præpoſitos, qui ſuarum prætextu dignitatum rei divinæ non aſſunt, extendito.

CAPIT. XXIII.

QUos noveris, dum res divina agitur, per eccleſiam, aut juxta illam deambulare, aut confabulari, totius diei, quo hoc fecerint, diſtributionibus privato.

2. Iterum verò in hoc ipſo delinquentes, unius menſis ſtipendiis mulctato.

CAPIT. XXIV.

TAbulam, ubi deſignentur ii, qui definitis hebdomadibus ſua officia exequi debebunt, in choro appendito. Negligenti totius diei ſtipem denegato.

CAPIT. XXV.

FIdei Symbolum non truncato, ſed ad verbum abſolutè decantato.

CAPIT. XXVI.

CAmœnas vulgi in eccleſia canere Laicos prohibeto.

CAPIT. XXVII.

REm divinam, quam Miſſam appellamus, ſine miniſtro nunquam celebrato. Dum eam facis, vocem exaltato, quæ à circumſtantibus exaudiri poſſit. Secus agentem corripito.

CAPIT. XXVIII.

CAnonicos, qui ſe creditoribus obnoxios ita conſtituunt, ut ſi ſtatuto die debito ſe non abſolverint,

rint, interdicto rei divinæ cohibeantur, à ſtipendiis eccleſiæ toto trimeſtri abſtinento: nec quicquam inde, quamdiu divinis abſtinebunt, percipiunto.

CAPIT. XXIX.

SOlennibus diebus, dum major Miſſa fieri debet, Capitulum non cogito; per integram alioquin hebdomadam transgreſſores quotidiana ſtipe privato.

CAPIT. XXX.

SPectacula, ludos, comeſſationes, choreas, nundinationes, ludibria, & larvatas perſonas incedere, ab eccleſia & ſacris locis arceto. Contemptorem Clerum trimeſtri proventu abſtinere jubeto: reliquos cenſura eccleſiaſtica cohibeto.

CAPIT. XXXI.

CLerico cujusvis ſtatus, concubinam foventi, à ſecunda hujus ſanctionis promulgatione non reſipiſcenti, beneficiorum ſuorum perceptione menſes tres interdicito, & eos fructus in Eccleſiarum, unde percipiuntur, utilitatem impendito.

2. Hanc autem conſtitutionem in Synodis & Capitulis promulgari quotannis imperato.

3. Nec minùs Laicos admoneto, nullam, præter legitimam uxorem, turpi copula contingere.

CAPIT. XXXII.

EXcommunicatos ante latam ſententiam & reverà denunciatam non vitato, niſi tam notoria excommunicatio erit, quæ non valeat ignorari.

CAPIT. XXXIII.

NUlli omninò genti, Communitati vel loco ſacris interdicito, niſi per ſemet, aut per privatos, aut Officiales, id eſt, per ſuos Magiſtratus, culpam admiſit. Iniquum ſiquidem eſt, ob uniuscujusq; privati hominis delictum ferire inſontes.

CAPIT. XXXIV.

NUllius literis, qnibus quempiam beneficio aut ſuo jure ſe abdicaſſe narratur, niſi teſtibus aut fideli documento id factum eſſe conſtet, credito.

Hæc Legum Capitula Patres Concilii apud Baſileam legitimè congregati, communi omnium ſententiâ ritè digeſta, ſanxerunt; eademque ab ALBERTO II. Imperatore Romanorum, Electoribus Imperii, & CAROLO VII. Rege Francorum admitti, miſſis ejus rei cauſa Oratoribus in Hungariam, Moguntiam, & Galliam, petierunt. Et Imperator quidem atque Electores ea in Comitiis Moguntiæ celebratis ſub præſtito inter ſe juramento acceptare & conſervare promiſerunt. CAROLUS etiam Rex Francorum, indicto apud Bituriges Concilio Pragmaticam, quam vocant, Sanctionem tulit: eamque in Parlamenti Senatu promulgari mandavit, Anno Domini M CCCC XXXVIII. Nonis Julii.

FRIDERICI III. IMPER. AUG. AVISAMENTA

Anno Chriſti 1440.

Quæ tempore Baſilienſis Concilii à Statibus Imperii Moguntiæ in publico Conventu fuere deliberata.

CAPIT. I.

ANNO milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, Moguntiæ in materia declarationis animorum ſuper facto diſſenſionis in Eccleſia Dei exortæ, per Dominos Electores facienda, & de cautione facienda Nationi Germanicæ, de ſublatione gravaminum ejusdem Nationis, fuit aviſatum in dieta inibi tenta circa feſtum Purificationis Mariæ Virginis, quòd cuicunque parti adhærendum eſſet, ante omnia provideri deberet, ne authoritas Conciliorum generalium infirmetur, & * Gravamina, quæ dudum præfatæ Nationi fuerunt illata, tollantur è medio, & contra ea caveatur in futurum.

* quæ habes tom. 2. hujus Collectionis, fol. 119.

CAPIT. II.

IN primis, quia Baſileæ hucusque non eſt nominatus aliquis locus pro futuro Concilio celebrando, juxta formam conſtitutionis frequens, ita quod jam [non] pendeat terminus alicujus Concilii; expedit, quòd ille, cui facienda eſt hæc † adhæſio, omnes & ſingulas conſtitutiones olim in Conſtantienſi Concilio ſuper authoritate, honore, & reverentia ſacrorum generalium Conciliorum promulgatas approbet, recipiat, & provideat: & mox in eisdem literis Bullatis, conficiendis ſuper præmiſſis promittat ſeu polliceatur, ſe Oecumenicum vel ſaltem generale Concilium indicere velle, quantocyus id fieri poterit, in loco rebus gerendis accommodo, ubi perſonaliter, ſi poterit; alioquin ſi nequeat, per Legatos Apoſtolicos plena poteſtate fulcitos, Concilium ipſum proſequatur cum effectu. Promittat inſuper, operam ſe daturum, quòd in hujusmodi celebrando Concilio per Nationes procedatur, ſicut in prioribus Conciliis reperitur obſervatum.

[non] negativa videtur delenda.

† ergò Electores & Principes Germaniç tum nullum agnoſcebant Papā, & tamen vitam Chriſtianam degere poterant.

2. Et præmiſſa omnia videntur honeſtè & juſtè peti poſſe. Nam per hoc veritas prodibit in lucem; & illi, qui ex alia parte, ſeu ſub alia obedientia remanebunt, poterunt aptiſſimè nobis conſolidari. Papa etiam cui adhærebitur, ex hoc authoritatem ſuam & Apoſtolicæ Sedis augebit & confirmabit, quando videbitur ab omnibus ſynceritas ſua in factis Eccleſiæ Dei.

Capit. III.

ITem de præſenti non poteſt de loco vel de tempore ſpecificè tractari, neque poterit hoc alicujus arbitrio committi, ne alii fortaſſis indignentur, quaſi non ſit habita ratio commoditatis eorum, quantum ad ſitum vel aliam aptitudinem loci. & ideò non poterit negotium, quo ad hoc, melius ſpecificari.

Capit. IV.

DEinde quo ad relevamen gravaminum, aviſatum eſt, quòd cùm dicta Natio plus cæteris nationibus ab Eccleſia Romana ſit honoranda, propter auxilia, quæ Eccleſiæ Romanæ multipliciter præſtitit, ac propter Imperium Romanum, cujus vis & poteſtas in eo conſiſtit, quòd Eccleſiam Romanam multis dotibus exornavit; ut illi, cui facienda eſt adhæſio, eidem Nationi in retributionem meritorum ſuorum pro ſe & ſucceſſoribus ſanctaque Sede Apoſtolica, de conſenſu Cardinalium, propria etiam manuum ſuarum ſubſcriptione ſubſequente conſtituat, ordinet, & in ſingulare privilegium concedat, per ſe & ſucceſſores ſuos perpetuis temporibus inconcuſſè ſervandum, &c. ut inferius ſeriatim annotatur.

Capit. V.

IN primis ſiquidem caſſet, annullet, & irritet omnes & ſingulas reſervationes, tam generales quàm ſpeciales ſive particulares Eccleſiarum Metropolitanorum, Cathedralium, Collegiatarum, Monaſteriorum, dignitatum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, quibus pro electione provideri conſuevit, ſive per extravagantes *Ad regimen*, & *Execrabilis*, aut per regulas Cancellariæ, ſeu quaſcunque alias conſtitutiones aut ordinationes introductæ ſunt, reſervationibus in Corpore juris clauſis duntaxat exceptis. Et quòd hujusmodi beneficia in corpore juris clauſa Romanus Pontifex infra unius menſis ſpacium, ab ipſius vacationis noticia computandum, conferre teneatur: deinde is, cui collatio facta fuerit, eam infra tres menſes continuos ordinariè teneatur inſinuare. Si verò collatio vel inſinuatio ampliùs retardetur. Ordinarii perinde habeant diſponere, ac ſi nulla reſervatio præceſſiſſet.

2. Beneficiis autem & dignitatibus electivis in corpore juris non reſervatis, juxta diſpoſitionem juris communis debitè provideatur, poſtulationibus etiam in diſpoſitione juris communis remanentibus.

Capit. VI.

ITem ſi Epiſcopus aut Abbas fuerit eligendus, conveniant eligentes, audituri miſſam Spiritus Sancti: & confeſſi & contriti, ſuſcepta euchariſtia, ad eligendum ingrediantur. Et primò jurabunt in manibus Præſidentis Capituli, & rurſus Præſidens in manibus immediatè ſequentis, ſub hac forma: *Ego N. juro & promitto omnipotenti Deo, & tali Sancto vel Sanctæ, ſub cujus vocabulo dedicata eſt Eccleſia, eum eligere, quem credo futurum Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus utiliorem; & non illi vocem dare, quem veriſimiliter ſcivero promiſſione aut datione alicujus rei temporalis, ſeu prece per ſe vel alium interpoſita, aut aliàs qualitercunq; directè vel indirectè pro ſe electionem procurare.*

2. Item juramentum præſtet, confiteaturque & communicet, qui conſtituit procuratorem ad eligendum certam perſonam: necnon & procurator conſtitui poteſt, quòd etiam juramentum præſtetur ab iis, in quos continget ſuper electione futuri *Epiſcopi vel Abbatis fieri compromiſſum: qui etiam confiteri & communicare teneantur. Quod ſi prædicta non fecerint, pro illa vice eligendi ſunt ipſo jure poteſtate privati.

*al. Archiepiſcopi.

3. In inferioribus verò dignitatibus eligentes, ad confeſſionem & communionem nullatenus ſint aſtricti, ſed in aliis formam ſuperiùs traditam obſervare teneantur.

4. Finita autem electione, decretum electionis immediatè ſuperiori, ad quem jus pertinet confirmandi, præſentetur, qui in electionis negocio procedat, formam electionis, & electi merita, omneſque circumſtantias diligenter examinaturus, ita ut ſi electio confirmanda ſit vel infirmanda, judicialiter confirmetur vel infirmetur.

Epitom. Pragm. Sanct. cap. 1 §. 6.

5. Confirmatores autem ratione confirmationis nihil exigere, ſed neque etiam ſponte oblata recipere ratione confirmationis, ſub nomine ſubventionis, ſubſidii, gratitudinis, aut alio quovis exquiſito colore, prætextu conſuetudinis, privilegii, ſuperioritatis, aut reverentiæ, aut alia quavis ratione præſumant.

6. Notariis autem cæteriſque miniſtris emolumentum moderatum taxetur, laborum & operarum habito reſpectu, non autem Prælaturæ valore.

7. Confirmationes aliter factæ ſint ipſo jure nullæ, & confirmantes ipſi confirmandi poteſtate ſint ea vice privati.

8. Electiones autem & confirmationes (ut præmittitur) factæ, neque per Papam aut Sedem Apoſto-

Apoſtolicam, ſeu illius aut alia qoavis autboritate infringi valeant, ſeu quomodolibet impediri, niſi ſorte in perturbationem Eccleſiæ aut privatæ ſeu publicæ utilitatis electio aliqua vergere timeatur. Quo caſu Summus Pontifex, cùm ad ipſum confirmatio delata fuerit, ſi talem urgentiſſimam cauſam ſubeſſe agnoverit, ea priùs maturè diſcuſſa, & parte plenè defenſa, accedendo ratione Eccleſiæ Cardinalium vel majoris partis ſubſcriptione, cauſam hujusmodi veram ſufficientemque fore atteſtantium, tali electione rejecta, ad Capitulum vel Conventum remittat, ut infra competens tempus, juxta loci diſtantiam, ad aliam, ex qua talia evenire non formidentur, electionem procedant.

9. Omni autem caſu, quo electio per mediatum Superiorem fuerit confirmanda, remittatur conſecraodus aut benedicendus ad ſuum Superiorem immediatum, * nec præſens fuerit in Romana curia. Quo caſu poſt benedictionem aut conſecrationem ſimiliter remittatur, immediato Superiori debitum juramentum præſtiturus.

* Videtur aliquid deeſſe.

Capit. VII.

Rurſus aviſatum eſt, quòd cùm ex ineffrenato gratiarum expectativarum Concurſu, & antelationum prærogativis à principio vocationis beneficiorum ſub gratiis hujusmodi cadentium ſciri non poteſt, & ex hoc Ordinariis, ſubtractionem miniſterii ſui moleſtè ferentibus, intruſionis datur occaſio, ex quo lites innumeræ ſuſcitantur: aviſatum, inquam, eſt, quòd ille, cui adhæſio ſit facienda, omnes gratias expectativas ac reſervationes particulares de beneficiis vacaturis in noſtra Natione tollat, & de cætero non concedat, niſi pro toto tempore Pontificatus ſui in qualibet collatione, in qua decem fuerint beneficia, de uno; ubi quinquaginta, de duobus duntaxat habeat diſponere: in quibus diſpoſitionibus indigena alienigenæ præferatur.

Aviſam. Conſtantienſ. cap. 6 Gravam. Germ. Nat. cap. 5.

Capit. VIII.

Item ut nullum beneficium noſtræ Nationis exteris perſonis commendetur, aut de ipſo penſio concedatur, ſine aſſenſu Ordinarii.

Capit. IX.

Item ut quæſtio de una præbenda in qualibet Eccleſia Metropolitana Theologo aſſignanda, etiam ad Cathedrales Eccleſias noſtræ Nationis extendatur, ita ut collationes præbendarum hujusmodi teneantur Canonicatu, & præbendam Magiſtro, Licentiato aut Baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium in Univerſitate privilegiata ſtuduerit, & onus reſidentiæ ac lecturæ & prædicationis ſubire voluerit: quique bis vel ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas, ceſſante legitimo impedimento, legat. Quod ſi neglexerit, arbitratu Capituli in ſubtractione diſtributionum totius hebdomadæ puniatur: & ſi reſidentiam deſeruerit, de alio provideatur. Nil tamen perdat, ſi abſens fuerit à divinis.

Aviſam Conſtant. cap. 7. per totum, Epitom. Pragm. Sanct. c. 3. §. 10.

2. Porrò poſt collatam, ut præfertur, hujusmodi præbendam, duæ immediatè vacantes liberè conferantur: tertia verò poſteà vacans, & deinceps ſemper poſt duas liberè collatas tertia conferatur Magiſtro aut Licentiato ſeu Baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium in aliqua Univerſitate privilegiata ſtuduerit; Doctori ſeu Licentiato in altero Jurium ſeu Medicina, qui per ſeptem annos: vel in utroque aut altero Jurium Baccalaureo, qui per triennium, ſi Nobilis ex utroq; parente, & ex antiquo genere; aliàs autem per quinquennium, in aliqua Univerſitate privilegiata ſtudium ſuum fecerit: qui de gradibus, tempore, & nobilitate ſupradictis fidem facere teneantur Collatori per legitima documenta.

3. Hoc etiam in dignitatibus non electivis, perſonatibus, adminiſtrationibus, & officiis dictarum Eccleſiarum obſervetur.

4. Et qui duas præbendas Cathedrales obtinuerit, aut aliàs unum vel plura beneficia in quo vel altero reſidente ab illo vel ab utroque in omnibus obventionibus ducentorum florenorum Cameræ valorem habere valeat, inter perſonas prædictas non numeretur.

5. Item in Eccleſiis Parochialibus oppidorum muratorum inſtituantur perſonæ, quæ ad minus per tres annos in Theologia, vel altero Jurium, Magiſter in artibus, in aliqua Univerſitate contiguò ſtudentes, ſi poterint inveniri.

6. Item ut quolibet anno in Quadrageſima qualificati ſua nomina Collatoribus ſupradictis exhibeant: alioquin diſpoſitio aliter facta non irritetur.

7. Sin autem tales reperti fuerint, diſpoſitio per quæcunque, etiamſi Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis, aut alterius cujuscunque dignitatis, aliter, quàm præmittitur, facta, eo ipſo irrita ſit & inanis: collatio verò, ſeu proviſio, ſeu quævis alia diſpoſitio ad ſuperiorem proximum devolvatur, qui perſonæ tali habeat providere. Quod ſi non fecerit, ad alium ſuperiorem proximum gradatim usque ad Summum Pontificem devolvatur.

8. In Eccleſiis autem, in quibus Illuſtres, aut Militares, ſeu certo modo genituræ procreati duntaxat recipi conſueverunt, quod ſuprà de literatis aut ſtudioſis perſonis eſt expreſſum, ita intelligatur, ſi perſonæ, modo præmiſſo qualificatæ, inter hujusmodi Nobiles ſeu Generoſos reperiri poſſunt, qui etiam nomina ſua Collatoribus habeant exhibere. Quo ceſſante, proviſio aliter facta irritetur.

Capit.

CAPIT. X.

ITem ne Romanus Pontifex, aut quivis alius Eccleſiaſticus vel Secularis, pro confirmatione, electione, admiſſione, poſtulatione, aut collatione, proviſione, præſentatione, ſeu qualibet alia diſpoſitione circa Eccleſiaſtica beneficia, ſecularia vel regularia, & pertinentia ad ea, nec non ordinibus, ſacra benedictione, ac pallio, de cætero quicquam antè vel pòſt exigat, ratione literarum pro ipſorum labore competentium ſalario ſolvendum.

2. Si quis autem exigendo, dando, vel promittendo contraire præſumpſerit, Simoniacorum pœnam ipſo facto incurrat, & in beneficio taliter obtento nullum jus nec titulum acquirat. Obligationes quoque, promiſſiones, cenſuræ & mandata, & quicquid contra judicium hujusmodi ſtatuti, quacunque etiam Apoſtolica authoritate contigerit attentari, nullius ſint roboris vel momenti.

3. Caveatur, ne illa, quæ tempore receptionis beneficiandorum pro fabrica, ornamentis Eccleſiæ, vel divini cultus decore dare conſueverunt, in principio receptionis per hoc aboleantur: dum tamen non ad perſonarum, ſed Eccleſiarum utilitatem convertantur.

CAPIT. XI.

ITem quòd is, cui fiat adhæſio, nullam impoſitionem vel exactionem faciat in natione noſtra, occaſione proviſionis ſibi olim in Concilio Baſilienſi promiſſæ, niſi in alio generali Concilio de expreſſo conſenſu nationis.

CAPIT. XII.

ITem quòd in partibus noſtræ Nationis, quæ ultra quatuor dietas à curia diſtant, omnes cauſæ, majoribus necnon electionum Eccleſiarum Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectarum exceptis, in partibus terminentur.

CAPIT. XIII.

ITem ne gravati per ſaltum, etiam ad Romanum Pontificem, omiſſo medio, ſed ad immediatum Superiorem duntaxat, nec à gravamine in quacunque inſtantia ante diffinitivam appellent, niſi gravamen ipſum in diffinitiva reparari nequiret. tunc enim ad Superiorem immediatum ſemel tantum liceat appellare. Quæ appellatio ſi frivola fuerit, appellans appellato ultra expenſas in quindecim florenis auri de camera condemnetur.

CAPIT. XIV.

ITem ne poſſeſſores non violenti ſed colorato titulo beneficia proximo triennio hactenus poſſidentes, vel qui in futurum poſſidebunt, neque in petitorio neque in poſſeſſorio etiam ratione juris noviter quæſiti moleſtentur, niſi actor legitimè impeditus, & de hoc proteſtatus juxta Concilium Wiennenſe duxerit intimandum.

2. Lis autem mota intelligatur, ſi ad citationem, executionem, jurisque ſui in judicio exhibitionem, & terminorum omnium obſervationem fuerit conceſſum.

*Videtur aliquid deſiderari.

3. Ordinarii autem inquirant, & quem beneficium injuſtè poſſidere perſpexerint * pridem, & alteri legitimè provideant, vel ipſi poſſeſſori, ſi voluerit, niſi ſit intruſus violenter vel aliàs indignus.

CAPIT. XV.

QUia verò proteſtationibus Dominorum Electorum, &c. durantibus, plures electiones & proviſiones factæ, plurima beneficia authoritate ordinariâ collata, ſententiæ interlocutoriæ diffinitivè prolatæ, pluraque alia geſta ſunt, ſuper quibus poſſunt ad Papam vel Concilium recurrere, obſtantibus proteſtationibus: ne igitur confidentia proteſtationum decipiamur, caveatur, quòd ille, cui fiat adhæſio, geſta hujusmodi confirmet ex certa ſcientia, ac ſi de verbo ad verbum expreſſa eſſent: ita quòd nullus ſuper hujusmodi beneficiis aut aliis geſtis ſive actis in Romana curia vel extrà moleſtetur, etiamſi lis ſuper eis alibi penderet quàm coram Ordinariis, etiamſi alicui alteri quæſitum diceretur; quibus talibus (ſcilicet jus habere prætendentibus) ſilentium perpetuum imponatur: & ipſorum poſſeſſorum tituli, ſive juris ſint ſive facti, quos durante proteſtatione authoritate ordinaria acquiſiverunt, confirmet, & authoritate Apoſtolica approbet; ipſisque poſſeſſoribus ſeu detentoribus, in quantum opus, de ilis de novo provideat.

CAPIT. XVI.

LItes verò coram ordinariis Judicibus pendentes, apud quos juxta formam proteſtationis licuit litigare, coram illis tantummodò proſequatur & terminetur.

2. Sententiæ verò ſub authoritate Papali vel à Conſiliariis durante proteſtatione collatæ & nondum executæ, non exequantur; ſed acta & quicquid ad hoc unaquæque partium habeat, allegare coram Ordinario perducatur, quæ ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſola facti veritate inſpecta, procedens, negotium ipſum unica ſententia valeat terminari.

Capit. XVII

I[illegible] proteſtatione motis, & adhuc [illegible] ndis, [illegible] et Papa, [illegible] commutat Ordinarius ſimili modo terminandis. [illegible] cognitum [illegible] authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmet. Contra [illegible] entibus, ac e[illegible] m [illegible] authoritate ordinariâ beneficia *b* poſſidentibus ſunt aſſecuti, impetere præſumpſerint, ſeu [illegible] moleſtare, perpetuum ſilentium imponat. a. f. et b. f. poſſidentes.

Capit. XVIII.

INſuper omnia & ſingula, quæ dicta proteſtatione durante in præjudicium, gravamen, ſive læſio[illegible] jurisdictionis, juris, vel poſſeſſionis Metropolitanorum, dioceſium, dominiorum, terrarum, [illegible] orum, Collegiorum, perſonarum, ſeu rerum quarumcunque eorum, qui hujusmodi prote[illegible] obedium, obediverunt, quomodolibet vergentia, Apoſtolica vel alia quavis authoritate im[illegible] ata, ſeu quomodolibet conceſſa, vel in poſterum concedenda, aut in judicio vel extrajudicialiter [illegible] modo[illegible] et obtenta ſeu obtinenda, caſſet, irritet, & annullet, & pro infectis penitus habeat: ac [illegible] vel illis, qui taliter impetratis, conceſſis vel obtentis, concedendis vel obtinendis quomodolibet [illegible] e[illegible] entur, etiamſi ipſis & cuivis eorum jus ex illis quæſitum foret, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitu[illegible] ne ex certa ſcientia perpetuum ſilentium imponat.

Capit. XIX.

UT autem præmiſſa firmiter obſerventur, polliceatur Papa pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, ſe omnia præmiſſa & ſingula inviolabiliter obſervaturum, & contra ea vel ipſorum aliquod in toto vel in parte nullo unquam tempore innovaturum, decernendo *c* inituram, &c. Pro firmiori ſubſiſtentia committet Romano Regi & Principibus Electoribus, & aliis, quos ſecum duxerint aſſumendos, ſuper eorum obſervantia Pragmaticam ſanctionem conficiendi, ac pœnis & cenſuris vallandi & corroborandi poteſtatem. c. al. initum

Capit. XX.

ITem committet univerſis Archiepiſcopis noſtræ Nationis, quòd ſi umquam per eum vel ſucceſſores, aut eorum ſeu alia quavis authoritate, per oblivionem fortaſſis vel inadvertentiam *d* lapſos, vel importunitatem dicentium, aut aliàs qualitercunque in præjudicium vel læſionem eorum, quicquam ſtatui ſeu concedi contingat, quòd quivis eorum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum id caſſet, &c. & pœnas, ſi quæ forte deſuper quacunque authoritate prolatæ forent, ſeu proferri contingeret, relaxandi, & omnia in priſtinum ſtatum producendi, concedat eis & cuilibet eorum plenam poteſtatem: & ut præmiſſa, & omnia poſtquàm ſic ſtatuta fuerint, conſervent, manuteneant, & defendant, contradictiones per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, totiens quotiens ipſis viſum fuerit, invocato etiam ad hoc, ſi opus ſit, auxilio brachii ſecularis &c. d. al. ipſis.

CONCLUSIO.

SUper præmiſſis aviſamentis concordent, Sereniſſimus Dominus Romanorum Rex, Illuſtriſſimi Domini Principes Electores, invicem velle aſſiſtere, & alterutrum ſe defendere contra omnem hominem, eos vel alterum eorum conjunctim vel diviſim, occaſione præmiſſorum moleſtare, invadere, ſeu quomodolibet perturbare conantem.

FRIDERICI III. IMP. AUG. MANDATUM

Anno Chriſti 1440.

Ad Regem Franciæ, ut veniat ad Comitia Moguntina pro tollendo ſchiſmate & confirmatione Decretorum Concilii Baſilienſis indicta.*

* Carolum VII.

FRIDERICUS, Romanorum Rex ſemper-Auguſtus, Auſtriæ, Stiriæ, Karanthiæ, & Carniolæ Dux, Comes Tirolis, &c. Sereniſſimo Principi, Carolo Regi Francorum, Fratri & Conſanguineo noſtro Chariſſimo Salutem, & fraternæ dilectionis affectum.

1. Dum ad ſacri Imperii faſtigia divino vocati munere, tantæ mali graviſſimæ gubernationis humeros noſtros in Dei nomine, ne ſuæ videremur ordinationi reſiſtere, ſyncero corde ſubmiſimus. Inter innumera mala, quibus undique orbis terrarum concutitur, hoc maximè, quo certamen agitur, [illegible] noſtro ſancta ſci[illegible] Eccleſia, animum noſtrum eò premit ardentiusque ſollicitat, quò [illegible] Eccleſiæ matri noſtræ, [illegible] diali dilectionis amore & nobili advocationis officio, fortiùs conſtringimur obligati, ut il[illegible] ſæva nunc jacula patienti, pro viribus nobis diſtributis ab alto, diligen[illegible] celeri ſuccurramus, atque ad concurrendum in hoc tam neceſſario ac ſalutari opere Reges & Principes Chriſtiano nomine gaudentes pura ſynceritate hortemur. Nihil verò ad id æquè pa[illegible] conſpicimus, quàm ſi Catholici ſimul conveniamus Reges & Principes Eccleſiaſtici & Sæculares, ut ſentiant quicunque diſſidentes unam eſſe vocem omnium. Tunc enim ſperandum,

randum, quod ... uſquam illam irridebit, aut ſpernet ... nemo non reverebitur, ...

2. Unde Venerabilium & Illuſtrium virorum, & Sacri Imperii ... Principum ... ribus, qui pridem decretum electionis de noſtra perſona ad culmen Imperii ... noſtro attulerant; aliis quoque Prælatis, Principibus, Comitibus, Baronibus, ... Conſularibus, noſtris fidelibus & dilectis, deliberatè conſulentibus, conventionem ... lennem pro communi conſtituimus omnium ſalute in civitate Moguntina, rebus ... ex cauſis accommoda, in diem feſtum Purificationis glorioſæ Virginis Mariæ proxime ... erit ſecunda menſis Februarii. Ad quam dextera Dei nobis aſſiſtente propria intendimus per... liter nos transferre, Chariſſimam fraternitatem veſtram puro cordis affectu rogantes, quatenus ... thodoxorum progenitorum veſtrorum imitantes veſtigia pro laude Dei, pro conſolatione Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ac totius populi Chriſtiani ſalute, ad conventionem ſeu dietam hujusmodi idoneos veſtros oratores de veſtræ fraternæ dilectionis propoſito, viis quoque & modis, quibus ab imminentibus calamitatibus ſancta poſſit reſpirare Eccleſia, diſtinctè inſtructos, & ad tractandum, conſulendum, cooperandum, & concludendum in his plena veſtra poteſtate fulcitos, illic deſtinare velitis. Si autem fraternitas veſtra convocationem & dietam eandem accedere poſſet & vellet propria in perſona, id profectò ingentem gloriam & rebus gerendis fructum uberiorem afferret.

3. Hortamur denique Fraternitatem veſtram, advertere velle mente fideli, quæ ſit noſtra ... hortatio, quantaque Eccleſiæ ſubſit neceſſitas, & quàm periculoſum eſſet noſtrum ſilentium; ... agere libeat, quod expetimus, propter ſalutem populi ac decus veſtrum, reſpicientes ad illum, cujus ... ſa agitur, qui de cœlo deſcendit, ut moriturus homo crucem aſcenderet, in quo nulitans fundaretur Eccleſia, quatenus in eâ ſuborta tollantur diſſidia, & a gravioribus periculis eruatur. Datum ... næ, Anno Domini M CCCCXL. die XXI. menſis Maji: Regni noſtri anno primo.

Ad mandatum Domini Regis

Conradus Præpoſitus Viennenſis,
Cancellarius.

Anno Chriſti 1447.

CONCORDATA
NATIONIS GERMANICAE CVM SANCTA SEDE APOSTOLICA,

PRO IPSIVS ECCLESIAE VNIONE, AC PACE ET TRANquillitate inter eandem & Nationem prædictam perpetuò conſervendis, inita, concluſa, & accepta,

cum

GREGORII PAPÆ XIII. DECLARATIONE.

ejus nomi-nis V.

NICOLAUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad ſacram Petri Sedem, divina diſpoſitione ſublimati, ſingulis, quæ pro univerſalis eccleſiæ unione, ac pace & tranquillitate, profutura conſpicimus, Apoſtolicæ providentiæ ſollicitudinem libenter ... tendimus, & ad felicem illorum proſecutionem & conſummationem, opem & operam impendimus efficaces. Nuper ſiquidem chariſſimus in Chriſto filius noſter, FEDERICUS Romanorum Rex illuſtris, & nonnulli alii dilecti filii, eccleſiaſtici, & ſeculares Principes inclytæ nationis Germanicæ ex una; ac dilectus filius noſter, Joannes ſancti Angeli Diaconus Cardinal. in partibus illis Apoſtolicæ ſedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes miſſus ſufficienti deſuper a nobis, & ſede Apoſtolica auctoritate ſuffultus, ex alia partibus, Romanæ Eccleſiæ & dictæ nationis nomine, pro ipſius Eccleſiæ unione, pace, & tranquillitate, inter Eccleſiam, & nationem prædictam, perpetuo ſolidis & conſervandis, diverſa rationabilia & utilia, ordinationes & ſtatuta, a partibus ipſis hinc inde approbata, laudata, concluſa, acceptata & concordata, fecerunt ac ediderunt, nobisque humiliter ſupplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum ſubſiſtentia, robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, necnon auctoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur. Nos itaque qui ſtatuta, ordinationes, & concordata prædicta, per nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, magnorum maturitatis, auctoritatis, & literaturæ viros diligenter examinari & diſcuti fecimus, eaque rationabilia & ſalubria tam Eccleſiæ quàm nationi præfatæ fore comperimus; de dictorum, & aliorum venerabilium fratrum noſtrorum prædictæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, Apoſtolica auctoritate, & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, ... & acceptamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, juxta modum & formam ſubſequentes.

Federicus Imperator Principesque Germaniæ, & legatus Apoſtolicus ordinationes ſive concordata fecerunt.

1. Placet nobis ſuper proviſione Eccleſiarum & beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque juris ſcripti reſervatione, & *Execrabilis*, ac *Ad regimen*, conſtitutionum, modificatis ut ſequitur. Ad regimen

... Eccleſiæ gen..., quanquam immeriti, ſuperna diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris de-...criis, ut debemus, quod per noſtræ diligentiæ ſtudium, ad quarumlibet Eccleſiarum & monaſte-...rum regimina, & alia beneficia Eccleſiaſtica, juxta divinum beneplacitum, & noſtræ intentionis affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis prælibatis. Præmiſſorum itaq; conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationalibus cauſis nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Roman. Pont. veſtigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, & etiam monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus, & officia, necnon canonicatus, præbendas, & eccleſias, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, ſecularia, & regularia, quæcunque, & qualiacunq; fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueverint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem apoſtolicam quocunq; modo vacantia, & in poſterum vacatura: necnon per depoſitionem, vel privationem, ſeu translationem per nos, ſeu auctoritate noſtra factas, & inantea faciendas ubilibet: necnon ad quæ aliqui in concordia vel diſcordia electi ſive poſtulati fuerint, quorum electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa vel per eos facta renunciatio, & admiſſa auctoritate noſtra extiterit, ſeu quorum electorum, vel poſtulatorum, & inantea eligendorum ſeu poſtulandorum electionem caſſari, ſeu poſtulationem repelli aut renunciationem admitti per nos, aut auctoritate noſtra continget apud ſedem prædictam, vel alibi ubicunque, & etiam per obitum Cardinalium ejusdem Eccleſiæ Romanæ, aut officialium dictæ ſedis quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt (videlicet Vicecancellarii, Camerarii, ſeptem Notariorum Auditoris, literarum contradictarum, & apoſtolici palatii cauſarum Auditorum, Correctorum, centum, & unius Scriptorum literarum apoſtolicarum, & vigintiquatuor Pœnitentiariæ præfatæ ſedis, & vigintiquinque Abbreviatorum, necnon verorum Commenſalium noſtrorum, & aliorum vigintiquatuor Capellanorum ſedis ejusdem in epitaphio deſcriptorum) & etiam quorumcunque Legatorum, ſeu collectorum, ac in terris Romanæ Eccleſiæ Rectorum, ac Theſaurariorum, deputatorum ſeu miſſorum hactenus, vel deputandorum aut mittendorum in poſterum, nunc vacantia, & inantea vacatura ubicunque dictos Legatos, vel Collectores, ſeu Rectores, & Theſaurarios antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, necnon quorumlibet pro quibuscunque negotiis ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia ultra duas dietas legales non diſtantibus jam forſan obierint, vel eos inantea ab hac luce tranſire contigerit, & etiam ſimili modo quorumcunq; curialium peregrinationis, infirmitatis, ſeu recreationis, vel alia quacunque cauſa ad quævis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas dietas ab eadem curia, ut promittitur, non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem) jam forſan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoveri, etiam nunc per obitum hujusmodi vacantia, vel in poſterum vacatura: Rurſus monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus, admini-ſtrationes, officia, canonicatus, præbendas, & eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica ſecularia & regularia, cum cura, vel ſine cura, quæcunque & qualiacunq; fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueverint ſeu debuerint per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, quæ promoti per nos ſeu auctoritate noſtra ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium eccleſiarum, necnon monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc quocunq; modo vacantia, aut in poſterum vacatura, necnon etiam per aſſecutionem pacificam quorumcunq; prioratuum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum, eccleſiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, ſeu auctoritate noſtratum literarum immediatè collatorum, ſeu conferendorum in poſterum, præter quam ſi virtute gratiæ expectativæ aſſecutio fiet, nunc vacantia & inantea vacatura, plena ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta, ordinationi, diſpoſitioni, ac proviſioni noſtræ, de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate apoſtolica reſervamus, Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis & quolibet eorum, per quoscunque, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari.

De Eccleſ. & Beneficiis Sedi Apoſtolicæ reſervatis.

2. Item placet nobis, quod in Metropolitanis & cathedralibus etiam immediatè non ſubjectis eccleſiis, & monaſteriis immediatè ſubjectis ſedi apoſtolicæ, fiant electiones canonicæ quæ ad dictam ſedem deferantur, quas etiam ad tempus conſtit. fe. rec. Nicolai Papæ III. quæ incipit, *Cupientes*; expectabimus; & elapſo dicto tempore ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ, minus canonicæ fuerint, providebimus; & ſi canonicæ fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabili, & evidenti cauſa, ac de dictorum fratrum conſilio, de digniori & utiliori perſona duxerimus providendum: proviſo quod confirmati prædicti, & per eos proviſi, Metropolitanis ſuis, & aliis præſtent debita juramenta, & alia, ad quæ de jure tenentur, etiam in monaſteriis dictæ ſedi immediatè non ſubjectis, & aliis regularibus beneficiis; ſuper quibus pro confirmatione, vel proviſione ad dictam ſedem non conſuevit haberi recurſus, electi, ſeu illi quibus providendum eſt, pro confirmatione & proviſione hujusmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur: ipſaque regularia beneficia ſub expectativis gratiis non cadant. Ubi autem pro monaſteriis ad dictam curiam venire ſeu mittere conſueverint, non aliter confirmabimus vel providebimus, quam ſuperius de cathedralibus eccleſiis eſt expreſſum. Et de monaſteriis monialium non diſponemus, niſi ſint exempta, & tunc per commiſſionem ad partes.

Nicol. III. conſt. hic habes.

3. De cæteris verò dignitatibus & beneficiis quibuscunq; ſecularibus, & regularibus vacaturis, ultra reſervationes prædictas (majoribus dignitatibus poſt Pontificales in cathedralibus, & principalibus in collegiatis Eccleſiis exceptis; de quib9 jure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos

aliâs pertinet.) placet etiam nobis, quod per quamcunque aliam reſervationem, [illegible] vam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma per nos vel a [illegible] ſtra factam vel faciendam, non impediamus nos, quo minus de illis cum vacabunt de Februarii, [illegible] lis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris menſibus, libere diſponatur per illos, ad quos [illegible] collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinebat: reſervatione, a[illegible] quavis diſpoſitione, auctoritate noſtra factis vel faciendis, non obſtantibus quibuscunqu[e] [illegible] tiens vero aliquo vacante beneficio in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris [illegible] ſibus ſpecialiter diſpoſitioni dictæ ſedis reſervatis non apparuerint infra tres menſes a die notæ v[aca]tionis in loco beneficii, quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate proviſum fuerit, ex nunc & non antea ordinatio collationum beneficiorum non reſervatorum, per alternos menſes poſſit per dictam nationem publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quo ad dictam ſedem, à Kalendis Junii proximè futuris ipſa currere incipiet, & durabit dein ceps, niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum.

De collatione beneficiorum vacantium in menſibus Sedis Apoſtolicæ reſervans In hoc tamen vide declarationem Gregor. XIII.

4. Placet ſimiliter nobis quod circa proviſionem dictæ ſedis ordinandam modus annatarum hoc modo currat. De Eccleſiis cathedralibus omnibus & monaſteriis, virorum duntaxat vacantibus, & vacaturis, ſolvantur de fructibus primi anni à die vacationis, ſummæ pecuniarum in libris Cam. apoſt. taxatæ, quæ communia ſervitia nuncupantur, & ſi quæ exceſſivè taxatæ ſint, quod provideatur ſpecialiter, in gravatis regionibus ſecundum qualitatem, rerum, temporum, & regionum, ne nimium prægraventur ad quod petentibus dabimus commiſſionem in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis [illegible] ficæ totius vel majoris partis, ſolvantur, & pro alia media parte infra annum ſequentem, & ſi infra a[n]num bis vel pluries vacaverint, ſemel tantum ſolvantur: nec debitum hujusmodi in ſucceſſorem eccleſia vel monaſterio transeat. De cæteris vero dignitatibus, perſonatibus, officiis, & beneficiis ſecularibus ac regularibus quibuscunque, quæ auctoritate dictæ ſedis conferentur, vel de quibus providebitur (præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut cauſa permutationis) ſolvantur annatæ ſeu medii fructus juxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis intra annum, & debitum hujusmodi, ſimiliter in ſucceſſorem in beneficio non transeat. Sed de beneficiis quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de camera non excedunt, nihil ſolvatur: duretq; hæc obſervantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futuro concilio de ipſius nationis conſenſu contingat immutari.

De Annatarum ſolutione. De quo vide Innoc. VIII conſt. 1. Apoſtolicæ. cum ibi not.

5. In aliis autem quæ per fe. re. Eugenium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum pro dicta natione usque ad tempus futuri generalis concilii permiſſa, conceſſa, indulta, & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiæ præſenti non obvient, iſta vice nihil volumus eſſe immutatum: & per hoc, quod in concordatis hujusmodi, ſive quibusvis aliis eorum occaſione conficiendis literis, propter compendioſiorem deſcriptionem, Alamania ſpecialiter appellatur, natio ipſa cenſeri non debet à Germanica natione diſtincta, ſeu quomodolibet ſeparata.

Alamania.

6. Et præterea quia difficile foret præſentes literas ad ſingula, in quibus de eis forſitan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem Apoſt. auctoritate decernimus, quod ipſorum tranſumpto Metropolitanorum dictæ nationis ſigillo munito, tanquam præſentibus, ſi exhiberentur, literis plena fides adhibeatur, & perinde ſtetur ac ſi dictæ præſentes literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ: & inſuper quoque irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, commutationis, reſervationis, conſtitutionis & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, Kalend. Aprilis, Pontific. noſtri anno ſecundo.

Anno Chriſti 1576.

DECLARATIO CONSTITUTIONIS A NICOLAO V. EDITAE CIRCA COLLATIONES

beneficiorum vacantium in menſibus ſedi Apoſtolicæ reſervatis: juxta formam Concordatorum cum Natione Germanica.

Nicol V. ſtatuit Ordinarios poſſe diſponere de beneficiis vacantibus in menſib. Sedi Apoſt reſervatis, niſi fuerit a dicta Sede proviſum. ut ſup. in ejus conſt.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Quæ in Eccleſiam Dei incommoda iuferunt, noſtra nos expedit animadverſione removere. Cum itaq; per literas fel. record. Nicolai Papæ V. nationi Germanicæ pro illius virtute, & concordia cum Sede Apoſtolica inter alia concedatur, ut quoties aliquo vacante beneficio Eccleſiaſtico, in menſibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris, in quibus vacantium Germaniæ beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio dictæ Sedi ſpecialiter reſervata eſt, non apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis, in loco beneficii, quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate proviſum fuerit, extunc, & non antea ordinarius, vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinet, de illo diſponere poſſit, & ſæpenumero contingat, ut antequam inquiſitio, quam plerunque etiam in concurſu plurium, ſive in

parti-

[illegible] ritati [illegible] itam, mores, & doctrinam [illegible] dictis [illegible] videndum eſt, compleri poſſit, aut ante [illegible] ſioni- [illegible] tiones, & proviſiones hujusmodi faciendas [illegible] impe [illegible] unt literæ Apoſt[illegible] ænti[illegible], vel [illegible] quam mandata [illegible] t, recipiantur, vel [illegible] cepta expediantur. interdum quoque literis [illegible] ta, ſeu [illegible] prædictis recepti, & inquiſitione completa, [illegible] no[illegible] perficiatur, propter diverſa impedimenta, quæ frequenter ſuccedunt, [illegible] menſ[illegible] vacatio beneficii in loco ipſius nota eſt, expiret, ac proinde ordinarii [illegible] alii ad [illegible] m beneficiorum diſpoſitio, ceſſantibus Apoſtolicis reſervationibus, [illegible] ipſo tempo[illegible] prædi[illegible]o, licet priusquam illud laberetur, proviſionis ſive alterius diſpoſi- [illegible] de illis [illegible] dicta Sede jam gratia facta fuerit (quod ipſum ad tribuendum, & quærendum jus ſatis [illegible] que eſſe certa juris interpretatione frequenter declaratum eſt) illa tamen conferre contendant: [illegible] a de cauſa multis Religione, & pietate inſignibus, quando ii poſt oſtenſum virtutis, & doctrinæ ſpecimen, atq; inde immenſos labores, & ſumptus beneficiis potiri debent, abi præoccupatores [illegible] itu ordinariæ collationis hujusmodi contra adverſantur: Nos indignum rati, quod temporis [illegible] ra; quam ad perſcrutandum accuratiùs talium probitatem, induſtriam, & alia requiſita interce- [illegible] e pro utilitate Eccleſiæ neceſſe eſt, locum injuriis aperiat, attendentesq; verba prædicta (*in loco be- [illegible] cii*) cum verbis (*notæ vacationis*) quæ protinus antecedunt, conjungi & ad illa duntaxat referri, ac [illegible] untatem concedentis, ſenſumq; conceſſionis, & literarum prædictarum ſic eſſe, ut diſpoſitio be- neficii intra tres menſes à die notæ vacationis à Sede prædicta fieri, deq; gratia facta alicubi apparere [illegible] eat, quemadmodum re inter utriusque juris interpretes jampridem controverſa ſumma ratione [illegible] catum apparet: vix enim eſt, ut itineribus non modo infeſtis, aut prohibitis, quod ferè ſemper [illegible] quo contingit, ſed etiam expeditis, quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, [illegible] in ea ad expediendum negotium, vel paulisper moratus, in easdem ſe recipere tanta temporis an- [illegible] ia poſſit. Quocirca æquitate, & juſtitia ſuadentibus, præſentium auctoritate declaramus con- [illegible] ionem Nicolai Papæ, & literas prædictas locum omnino non habere, quod ordinarii, aut alii [illegible] latores prædicti, poſt lapſum trium menſium ex die notæ vacationis in loco beneficii diſponere [illegible] int de ullis beneficiis prædictis, aliàs ſub conceſſione, & literis prædictis, comprehenſis extra [illegible] o. Cu. in menſibus prædictis quoquo modo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tem- pus trium menſium per Romanum Pontificem, ac dictam Sedem qualiscunque gratia, vel diſpoſitio, aut conceſſio facta fuerit. Ne tamen cuiquam liceat in ſe factam à Sede prædicta diſpoſitionem hu- jusmodi in longum obtegere: illi, quibus deinceps gratiæ hujusmodi concedentur, earum conceſ- ſionum fidem, & teſtimonium, intra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficii hujusmodi, vel dictis collatoribus ſignificare, vel in ipſo beneficii loco publicare quoquomodo teneantur. De- cernentes omnes, & quascunque diſpoſitiones de dictis beneficiis ab eisdem collatoribus poſt ſigni- ficationem, ſeu publicationem hujusmodi pro tempore factas, nullas, & invalidas, nulliusque robo- ris, vel momenti fore. Sicque in quibusvis cauſis pendentibus, & futuris judicari debere. Nec non irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his ab eisdem collatoribus, aut quibuscunque aliis ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quod ſi forte quisquam collatorum prædictorum fuerit præ- ſentium violator, eum à beneficiorum, & officiorum collatione tamdiu ſuſpendimus, donec ipſe ve- niam petens reſtitutionis gratiam à Sede prædicta meruerit obtinere. Cæterùm volumus, ut præ- ſentium tranſumptis, etiam impreſſis Notarii publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſia- ſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omnium hominum li- ceat hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſuſpenſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu te- merario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Kal. No- vembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

Hic Pont. modo declarat dictam conſt. Nicolai V.

Decretum irritans.

Collatorum inobedientiũ pœnæ.

M. Dat.

C. Glorierius.
A. de Alexiis.

MAXIMILIANI *Imperatoris Romanorum edicto cautum eſt, ut Concordata Germanicæ Nationis ſedulo ſerventur, apud Leodienſes, ita ut nihil pactis & concordatis illis derogetur: ſi vero quiſpiam Cæſareo edicto & voluntati auſu temerario contravenire præſumpſerit, mulctabitur, quemadmodum la- tius patet in diplomate, Auguſtæ die 11. Julii. Anno* 1518.

SIMILI modo per Carolum Romanorum Imperatorem cautum eſt, ut & Cameracenſes ſervent ſupraſcripta Concordata ſub indignationis pœna, & mulcta, quæ ex literis latius patet. Datum Bruxellæ, Anno 1554. 9. Februarii.

Anno Chriſti 1492.

FRIDERICI III. IMPERAT. AUG. ET MAXIMILIANI I. CÆS.

RESCRIPTUM

Ad Regem Angliæ, S. Imperii Germanici ſocium, pro vindicandis injuriis à Rege Gallorum [illegible] Majeſtati & eidem Imperio illatis in rapienda a ſponſa Cæſaris & occupando Britanniæ Ducatu.

a Franciſci ultimi Britanniæ Ducis filia Maximiliano Cæſari deſponſata.
b Friderici III. Imp.

MAXIMILIANUS divina clementia Romanorum Rex Semper-Auguſtus; Hungariæ, Da[illegible]tiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ, &c. WILHELMUS Epiſcopus Liſt[illegible] FRIDERICUS Comes de Zollern, Capitaneus Dominii de Hohenberg, S. Imperi[illegible] Majeſtatis in hoc generali Conventu Confluentiæ habito Vicesgerentes; necnon S. Rom. Imp[illegible] lectores, ac alii Principes utriusq; ſtatus, in eodem Conventu perſonaliter comparentes, al[illegible] Imperii Principum & Communitatum Oratores ac Vicesgerentes, Sereniſſimo Principi, D[illegible] HAINRICO Regi Angliæ & Franciæ, ac Domino Hiberniæ, &c. Nobis Romanorum R[illegible] cariſſimo, nobisq; aliis Domino & amico obſervandiſſimo, ſalutem & proſperitatis incrementa.

1. Sereniſſime ac potentiſſime Princeps; Cum egregius vir, Magiſter Franciſcus de Puy [illegible] tor ac Secretarius veſter, nobis omnibus in hoc Imperiali Conventu congregatis indicaverit, [illegible] Serenitatem non ſolùm ob fraternam confœderationem, qua nobis Romanorum Regi [illegible] de conjungitur, verùm etiam ob ſingularem affectum & amicitiam, quæ S. Rom. Imp[illegible] que Principibus ejus, & unicè Illuſtriſſimo Archiduci PHILIPPO Imperiali ac Regio filio [illegible]ter afficitur, cum magna ac potenti claſſe mare trajeciſſe, multaque armatorum millia cu[illegible] ac cæteris quibuscunque caſtrenſibus inſtrumentis traduxiſſe, tam in maximarum injuri[illegible] Regi ac ſacro Imperio per Francorum Regem (ut noſtis) illatarum ultionem, quam in ipſius I[illegible]ſimi Archiducis patriarumque ejus defenſionem; ſanè omnes, ut debuimus, ſummoperè gavi[illegible]mus, veſtræque Serenitati ex tam ſtrenuiſſimis ac præclariſſimis g[illegible]ſtis nos omnes plurimum debe[illegible] cenſuimus; atq; propterea ingentes gratias agimus, non inferiora, cum uſus feret, pariter reddituri, eandem veſtram Serenitatem cum ſtudio exhortantes, ut ſecundum jam diu concepta perſevera[illegible] & continuare, ut eam facturam confidimus, non deſiſtat.

2. Nos autem Romanorum Rex noſtros jam anteà in limitibus hoſtium ad præoccupandas anguſtias miſſos totis copiis ſequimur, tot ſuſceptarum injuriarum juſtam ultionem Deo propicio proſecuturi. Speramus enim æquiſſimos ſuperos tam æquæ cauſæ noſtræ minimè defuturos.

3. Nos verò tam Imperialis Majeſtatis Vicesgerentes ea injuria præfato Domino noſtro Regi illata affecti percitiq;, quam non immeritò moleſtè ferimus, eidem celerem expeditionem tam equitum quàm peditum in præſentiarum fecimus, ac propterea omni cura, fide, ſolertia, omni denique ſtudio apud univerſos & ſingulos S. Rom. Imperii ac Germanicæ Nationis noſtræ ſubditos pro longè ampliori ac communi per Imperium auxilio ferendo nos laboraturos ſollicitaturosque polliciti ſumus: non dubitantes, veſtræ Serenitatis ſimul accedentibus copiis, omnipotentem Deum, exercituum Dominum, de tam deteſtabilibus injuriis manifeſtam vindictam juſtumq; triumphum conceſſurum: qui veſtram Serenitatem indies feliciorem conſervet.

4. Ex Imperiali Conventu generali Confluentiæ habito, ſub ſigillis Regiæ noſtræ, & Wilhelmi Epiſcopi Eiſtetenſis Cæſarei Oratoris ac Vicesgerentis, noſtrorum quoq; Berchtold Dei gratia Archiepiſcopi Moguntini, Principis Electoris ac S. Rom. Imperii in Germania Archicancellarii, & Sigismundi eadem gratia Marchionis Brandenburgenſis, Stetinenſis, Pomeraniæ, Caſſuborum ac Sclavorum Ducis Burggravii Nurbergenſis, ac Rugiæ Principis, nomine Principum Electorum aliorumque Principum, totiusque illius præmemorati Conventus, die VIII. Menſis Octobris, Anno Domini M CCCC XCII.

PROCESSUS ET ORDINATIO IN UNCTIONE IMPERATORIS ROMANORUM ET IMPERATRICIS, in eorum coronatione & conſecratione Romana.

Ex Ceremonialis Romani lib. 1. ſect. 5.

CAPUT. I.

De adventu & coronatione electi in Imperatorem Romanorum.

ELECTUS Rex futurus Romanorum Imperator primum conſuevit electionem ſuam per [illegible] ſolemnes oratores Pontifici ſummo intimare, & decretum electionis oſtendere, devotion[illegible] ac fidelem reverentiam exhibere, favorem & gratiam Apoſtolicæ ſedis implorare, offerre [illegible] quæcunque fidelitatis juramenta Romanæ Eccleſiæ præſtanda, & demum unctionem conſ[illegible]era[illegible] [illegible] m & Imperii diadema hu[illegible]er p[illegible]lar[illegible] Pontifices vero conſueverunt viſo decreto &[illegible] nata electione in [illegible] ſe[illegible], [illegible]abitaque ſufficienti informatione tam ſuper f[illegible]rma el[illegible] [illegible]per idoneitate & hab[illegible] perſonæ ele[illegible] per commiſſarios à ſe conſtitutos ad[illegible]

[illegible] filium [illegible] & Eccleſiæ Romanæ ſu[illegible] & [illegible] Regis electi perſona idonea reputata, cum [illegible] aſſu-[illegible] decl[illegible] Romanorum, ac etiam habilem & ſufficientem [illegible] ad [illegible]dam [illegible]is celſ[illegible] dignitatem, decernere conſecrationem & c[illegible]onationem per manus ſuas eſſe [illegible]endas, & [illegible]lere omnes defectus &c. Hoc ſervatum legimus in Carolo IV. à Clemente VI. [illegible] in Henrico VI[illegible] a Clemente V. & in Alberto ejus prædeceſſore, & Rodolfo patre à Bonifa-[illegible] & à pluribus aliis, & in Wenceslao Caroli IV. filio, quem pater adhuc vivens in Romano-[illegible] Regem ab Electoribus deſignari procuraverat: cujus rei approbationem cum Gregorius XI. [illegible] quem delata erat, morte præventus decernere non poſſet, Urbanus VI. ejus ſucceſſor legitime [illegible]ecit.

Caput II.

Quomodo veniente Imperatore mittantur Legati Apoſtolici.

ELectus igitur Rom. Rex cum ſtatuerit Urbem petere ad imperiale diadema de manu ſummi Pontificis ſuſcipiendum, primum convenit per nuncios ſuos cum Romano antiſtite de modo & tempore intrandi, ut Pontifex rebus oportune conſulere poſſit. Deinde cum Pontifex noverit Cæſarem jam Italiam intraſſe, mittit illi obviam duos Legatos de latere, qui illum conveniunt, antequam terras Romanæ Eccleſiæ ingrediatur. Et poſt gratulationes, ſalutationem & benedictionem, nomine Pontificis honeſto modo exigunt ab illo juramentum ſolitum præſtari ab electis Imperatoribus, antequam intrent agrum Romanæ Eccleſiæ, in forma quæ in Decretis cavetur, videlicet: *E[illegible]o R. Rex Romanorum promitto & juro per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per lignum vivifica crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod ſi permittente Domino Romam venero, ſanctam Romanam Eccleſiam, & ſanctitatem ſuam rectorem ipſius, exaltabo ſecundum poſſe meum, & nunquam vitam, membrum, neq; honorem quem habet, mea voluntate, meo conſilio, meo conſenſu, aut mea exhortatione perdet. Et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus quæ ad ſanctitatem tuam aut ad Romanos pertinent, ſine veſtro conſilio. Et quidquid de terra S. Petri ad noſtram poteſtatem pervenerit, ſuæ ſanctitati reddam. Et cuicunq; Italicum regimen commiſero, jurare faciam illum ut adjutor ſuæ ſanctitatis ſit ad defendendam terram S. Petri ſecundum ſuum poſſe. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia.* Aliquando Oratores electi, quando veniunt ad intimandum electionem, & ad petendum approbationem nomine electi Regis, ſolent præſtare ſupra dictum juramentum ſi ad hoc habent ſpeciale mandatum. Hoc juramentum Fridericus III. Imp. dum Senis eſſet, in manibus legatorum Apoſtolicorum anno ſalutis M CCCC LI. præſtitit, & ante eum plures alii.

Dehinc, ut primum Eccleſiæ territorium ingreſſus eſt Cæſar, conſuevit cum ſua familia impenſis Pontificis ali, quandiu & Romæ & in agro Romano fuerit. Nicolaus verò quamvis Frederico prædicto cum familiaribus quingentis tantum expenſas promiſerit, longè tamen plures ære ſuo aluit.

Ut Sutrium venit Cæſar, vel locum Urbis vicinum, ita ut pridie poſt applicare ad urbem poſſit, legati Apoſtolici illum cum aliquibus Prælatis à Pontifice miſſis, qui neceſſaria curent, dimittunt & Romam perveniunt.

Sequenti die electus Imperator Romam miſſus carpit iter: cui honoris gratia obviam mittuntur à Pontifice Prælati, Barones, & curiales hoc ordine, ut in Friderici adventu ſervatum eſt. Primi ad ſextum lapidem Columnenſes proceres cum ſuis amicis, & clientelis, & mox Urſini atq; alii Barones urbis: tum Pontificis copiæ, quæ adſunt cum illarum præfecto: inde Vicecamerarius cum præfecto Urbis, Senatore, conſervatoribus officialibus, & aliis nobilibus civibus Romanis: deinde ordines Curiæ, cum regente Cancellariæ, ſive alio aliquo Prælato: demum alii Prælati domeſtici Pon[illegible]cis cum omni ejus familia: & tandem ſacrum Cardinalium Collegium, ad radices montis juxta [illegible]mum leproſorum Cæſarem expectabunt. Hi omnes diſtinctis intervallis Imperatori electo obviabunt. Oratores verò Principum ſi qui in urbe erunt, pro ſuo libitu obviam procedent. Cardinales ut Cæſarem convenient, congratulationibus & oblationibus factis nomine Pontificis & Collegii, illum habentes medium inter duos primos Epiſcopos Cardinales, deducent usq; ad tentorium, ſive alium locum ſibi deputatum extra urbem. Nam Cæſar non conſuevit eadie qua appulit, Urbem intrare, ſed pernoctare ſaltem una nocte extra mœnia in campis. Cardinales & alii omnes poſtquam Cæſar ad locum deputatum pervenerit, in Urbem revertuntur.

Conſueverunt etiam electi Imperatores hac die antequam ponticulum, qui primus ante ingreſſum Urbis poſt deſcenſum montem occurrit, pertranſeant, præſtare juramentum Romanis in hanc formam: *Ego Rex Rom. futurus Imp. juro me ſervaturum Romanis bonas conſuetudines ſuas, ſic Deus me adjuvet.*

Caput III.

De Urbis ingreſſu Imperatoris.

POſtera die Cæſar per portam, quæ eſt ſub arce S. Angeli hoc ordine quaſi triumphans ingreditur. Primo die equites vexilla duo Cæſaris portant, alterum S. Georgii, quod ad Suevorum pertinet cuſtodiam, Aquilæ alterum. Hos ſequuntur Cæſaris cohortes armatæ, tum nobiles proceres & togati ejus: inde Oratores Regum & Principum, qui adſunt. Tum ſi quis adeſt Rex aut [illegible]aximus Princeps, ut fuit cum Friderico Rex Ungariæ & Bohemiæ Ladislaus. Et tunc ſequitur Præfectus Urbis, & Senator. Et ad Præfectum quidem pertinebat nudum enſem ante Cæſarem ferre

Fredericotam [illegible] Mareſcallus ſuus, non Præfectus, gladium prætul[illegible] [illegible] nemo equitare debet, [illegible] Mareſcallus, ſi Præfectus non præfert enſem. [illegible] equitans, & poſt eum Prælati, Conſiliarii, proceres [illegible], & alii rogati [illegible] vallo Imperatricis familia, [illegible] or virum ſequitur, ſuccedere debet. A[illegible] nob[illegible] poſt matronæ, virgines & pediſſequæ: cir[illegible] eam vero [illegible] equitant [illegible] dunt Eccleſiaſticæ copiæ pompam claudentes. Portam ipſam qua [illegible] dices falſo Collinam appellant. Collina autem porta non eſt in novis Leonis Papæ [illegible] antiqua Roma, Quirinalis primum dicta, deinde Collina ut ſcripſit Varro a pluribus [illegible] in Quirinali monte continebantur. hodie Salaria nuncupatur, quia in le via ſalaria itur. [illegible] tur quæ ſub arce eſt, non Collina clerus urbis ſacris veſtibus ornatus, cum crucibus & Sa[illegible] liquiis, præſidente Vicario urbis & aliis Eccleſiarum prælatis infulatis Cæſarem expect[illegible] ei cruces deoſculandas offerunt, & cum incenſant, ac cantantes, *Ecce mitto Angelum meum*, [illegible] cedunt uſq; ad gradus Baſilicæ principis Apoſtolorum. Principes autem digniores baldach[illegible] pra Cæſaris caput portant, Conſervatores freno equum ducunt. Cum verò eſt in magna [illegible] gradus, Præfectus & Senator id gerunt: & deſcendente ex equo Cæſare Præfectus ſtapham ten[illegible], inde ante eum præcedit. Inter equitandum autem Cæſaris Camerarius pecuniam ſpargere conſuev[illegible] In plano ſupra gradus Baſilicæ ante primum porticum ad dextram aſcendentibus erigitur ſug[illegible] ornatus cum throno Pontificali, & ſedibus Cardinalium Prælatorum, & aliorum officialium: ſup[illegible] quem ſuggeſtum Pontifex pluviali & mitra precioſis indutus aſcendit cum ordinibus curiæ paulo an[illegible] tea quam Cæſar apparet. Electus Imperator cum ſuis omnibus ſervato ordine, ut equum del[illegible] per gradus aſcendit ſuggeſtum. Et ut primum pontificem videt, detecto capite illum genu terr[illegible] gens veneratur: & iterum eum appropinquat ad gradus ſedis, genu flectit: demum ad Pontifici[illegible] pe des pervenit, illos in reverentia ſalvatoris devote oſculatur. Pontifex hilari vultu Cæſarem aſpiciens ad oſculum manus & oris recipit. Tum Cæſar iterum genu flexus auri maſſam ad pedes Pontificis offert, habetque verba ad Pontificem, gratias agens pro honore ſuſcepto, prout ei videbitur. Pontifex benignè reſpondens illum ſublevat, & ſummæ caritatis declaratione amplectitur. Et ſtante ibi ad dextram Pontificis Cæſare, Pontifex recipit Imperatricem ad oſculum pedis & manus. Regem ve[illegible] ſi quis adeſt, ad oſculum pedis, manus & oris: alios autem Prælatos, proceres & nobiles Cæſaris ad oſculum pedis tantum. His finitis ſurgit Pontifex, & manu ſiniſtra Cæſarem capiens è ſuggeſtu deſcendit, & pariter ad ſecundum uſq; Eccleſiæ porticum cum eo progreditur. Deinde Palatium aſcendit, ad Cameram ſuam reverſurus, & Cæſar duobus aut quatuor Cardinalibus ſociatus templum ingreditur, Apoſtolorum ſacras reliquias veneraturus cum ſuis omnibus. Inde ad loca cuique deſtinata revertuntur. Cæſar poſtera die oportuno tempore ad Pontificem accedet, & cum eo de incumbentibus ad ſolennitatem pertractabit. Statuent de die coronationis, & ſi qua erunt prius peragenda, deliberabunt. Et notandum quod Cæſar; antequam coronetur Imperiali diademate, ſedet poſt primum Epiſcopum Cardinalem: & ſi quis Rex adeſt, ſedet tunc poſt primum presbyterum Cardinalem. Cum verò Cæſar erit coronatus, tunc ſedebit in ſede ſibi parata inter Papam & primum Epiſcopum Cardinalem: & tunc Rex erit poſt primum Epiſcopum Cardinalem.

Adveniente die ſtatuta Imperialis coronationis quæ convenientiſſima eſt in Dominica Lætare in medio quadrageſimæ (ut Durantes in rationali divinorum ſcripſit, & ita à Nicolao V. in coronatione Frederici III. ſervatum eſt) Eccleſia Sancti Petri & capella major erunt decenter ornatæ, ut in maximis ſolennitatibus cum Pontifex eſt celebraturus divina, ſolent ornari: & præter conſueta erigantur duo ſuggeſtus hinc & inde extra cancellos capellæ, alter pro Imperatore electo ad ſiniſtram venientibus, alter à dextra pro Imperatrice, & ornetur tapetis, auleis, ſedibus, ſcabellis, & aliis opportunis Eccleſia tota, & maximè capella D. Georgii, D. Mauritii, & quæ D. Mariæ in turribus appellata extra Eccleſiam in prima porticu ſub turri campanaria eſt, benè mundentur ornenturque. Imperatrix verò, antequam Pontifex deſcendat ad Eccleſiam, cum ſuis ornata perveniens ſuggeſtum ſibi paratum conſcendit. Summo igitur mane Pontifex cum Cardinalibus, Prælatis & aliis officialibus, paratis colore tempori & miſſæ congruis, veluti ad ſupplicationem, & ſub baldachino deſcendat ad Eccleſiam, & præmittat duos Diaconos Cardinales cum ſuis cappis laneis ad Cæſarem, qui eum congruo tempore ad Eccleſiam deducant. Pontifex facta reverentia ante altare accedet ad ſedem, ubi conſuevit accipere paramenta, & ibi recipiet ad reverentiam omnes Prælatos paratos. Incipiet tertiam, & accipiet ſandalia ut alias, & dicta oratione induitur omnibus paramentis Pontificalibus. Interim Cardinales qui ſunt cum Cæſare; ut primum cognoverunt Pontificem intraſſe Eccleſiam, & ipſi cum Cæſare, & omni ſua Comitiva ad Eccleſiam deſcendant: & egreſſi primam Palatii portam, per primas Eccleſiæ portas ad capellam quæ vocatur Beatæ Mariæ inter turres. Ibi à Canonicis & Collegio Eccleſiæ occurrenti recipitur. Quo deductus Cæſar ad altare dictæ Capellæ in manibus primi Cardinalis præſentis, & nomine Pontificis recipientis, Beato Petro ſummo Pontifici, & ſuis ſucceſſoribus ſolitum juramentum præſtabit in forma ſubſcripta, videlicet: *Ego N. Rex Romanorum adjuvante Domino futurus Imperator, promitto, ſpondeo & polliceor, atq; juro Deo & Beato Petro, me de cætero protectorem atq; defenſorem fore ſummi Pontificis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in omnibus neceſſitatibus & utilitatibus ejus, cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones, honores & jura ac jus quantum divino fultus adjutorio fuero, ſecundum ſcire & poſſe meum, recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet* [illegible] *hæc Sancta Dei Evangelia.* Tum indutus ſuperpellicio & almutia, recipitur a Canonicis S[illegible] [illegible] Pet[illegible] in Canonicum & in fratrem, quos omnes ſtans ante altare dictæ capellæ recipit ad oſculu[illegible]

[illegible] præ[illegible] [illegible]p[illegible]ntum, *Per eam a[illegible] me.* [illegible] *a-* [illegible] *me[illegible]. Tu[illegible] Domine quia amo[illegible]* [illegible]ris [illegible] ord[illegible] portam principalem ip[illegible]s baſilicæ, quæ A[illegible] ex [illegible] eſt. In[illegible] Epiſcopi Cardinales poſt priorem antiquiores, [illegible] Pontifici, [illegible] & pl[illegible] ad prædictam portam, dum Cæſar adhuc eſt [illegible] Capella inter [illegible] E[illegible] Cardinalis ſtans ſine mitra ſupra Cæſarem gen[illegible] orantem, [illegible] orationem. [illegible] *in cujus manu corda ſunt Regum, inclina ad preces humilitatis no-* [illegible] *ordinatna, & huic famulo tuo Regi veram appone ſapientiam, ut hauſtis de tuo fonte con-* [illegible] *p[illegible] eat, & ſuper omnia præcellat, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.* Finita prima ora[illegible] intrant Eccleſiam, Cæſare incedente ſemper inter duos Diaconos Cardinales prædictos, & imme[illegible] præcedentibus duobus Epiſcopis Cardinalibus præfatis & flectentes ad ſiniſtram perveniunt ad [illegible] in S. Georgii: ubi Imperator ſedens, depoſita Almutia primo induit ſandalia; deinde ſtans tuni[illegible] & demum Imperiale paludamentum. Et mox inde procedens ad medium Eccleſiæ, ubi rota eſt [illegible]hyretica, venit: & ibi ab alio Epiſcopo Cardinali ſibi aſſiſtente dicitur ſub eum alia oratio, videli- *Deus inen[illegible]rabilis auctor mundi conditor generis humani, gubernator Imperii, confirmator regni qui* [illegible] *amici tui Patriarcha noſtri Abrahæ prælegiſti regem ſeculis profuturum, tu præſentem Re-* [illegible]*nc cum [illegible] exercitu ſuo per interceſſionem Sanctorum uberi benedictione æternitatis circunda, ut ſemper* [illegible] *laeti, & triumphantes in pace victores, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.* Procedunt dein[illegible] con[illegible]ſſionem beati Petri ſub altare, ubi procumbit ſuper faldiſterium Imperator, & duo Epiſcopi [illegible]al. s aſcendunt capellam, & vadunt ad ſedes ſuas: prior autem Diaconorum, ac prior presbyte[illegible] parati deſcendunt ad eum, atq; hinc inde genuflectunt, & Diaconus ipſe facit Litaniam procum[illegible] ſiniſtram, omnibus alta voce replicantibus & flexis genibus permanentibus. Finita Litania ſur[illegible]or presbyterorum, & ſuper Cæſarem adhuc procumbentem dicit: *Pater noſter, & ne nos Salvum* [illegible] *ſervum tuum Deus meus ſperantem in te.* Verſ. *Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non* [illegible]*onat nocere ei.* Verſ. *Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.* Verſ. *Dominus* [illegible]*iſcum, & cum Spiritu tuo.* Oremus. *Prætende, quæſumus Domine, famulo tuo dextram cœleſtis au[illegible]* [illegible] *ut te toto corde perquirat, & quæ digne poſtulat aſſequatur. Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat & per te cœpta* [illegible]*iatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.* Et cum Diacono his finitis revertitur ad locum ſuum [illegible]ter alios Cardinales. Dum ultimæ orationes dicuntur per alium presbyterum Cardinalem, prior Epiſcoporum Cardinalium cum pluviali ſtola & mitra deſcendit ad Imperatorem, & ſimul cum duobus Diaconis finitis orationibus ducit illum ad altare Sancti Mauritii, ubi ſtans cum mitra inungit brachium dextrum, Cæſaris & ſcapulas, cum oleo exorcizato, in modum crucis: & depoſita mitra dicit: *Oremus, Deus Omnipotens, cujus eſt omnis poteſtas & dignitas, te ſupplici oratione atq; humillima prece depoſcimus, ut huic famulo tuo N. proſperum Imperatoriæ Majeſtatis concedas effectum, ut in tua protectione conſtituto ad regendum Eccleſiam tuam ſanctam nihil ei præſentia officiunt, futura nihil obſiſtunt: ſed inſpirante S. Spiritus dono populum ſibi ſubditum æquo juſtitiæ libramine regere valeat, & in omnibus operibus ſuis te ſemper timeat, tibiq; jugiter placere contendat. Deus Dei filius Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui a Patre Deo participationis unctus eſt præ participibus ſuis, ipſe per præſentem ſacri Unguenti infuſionem Spiritus paracleti ſuper caput tuum infundat benedictionem, eandemq; uſq; ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc viſibili & tractabili dono inviſibilia percipere & temporali regno juſtis moderationibus æternaliter conregnare ei merearis, qui ſine peccato Rex regum vivit cum Deo Patre in unitate Spiritus S. Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.* Interea adducitur Imperatrix, ſi adeſt, & ſimiliter perungitur in eiſdem locis. Deinde dicitur per eundem Cardinalem Epiſcopum oratio ſuper eam, cum mitra, quia ad eam non ad Deum oratio dirigitur: *Spiritus Sancti gratia noſtra humilitatis officio copioſa in te deſcendat, ut ſicut manibus noſtris licet indignis oleo materiali oblinita pingueſcis exterius, ita ejus inviſibili unctione delibuta impinguari merearis interius, ejusq; ſpirituali unctione perfectiſſimè ſemper imbuta, & illicita declinare tota mente atque ſpernere diſcas & valeas, & utilia anima tua jugiter optare atq; operari queas, & operis auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus &c.* Et hæc quidem fiunt ad altare beati Mauritii: nam ad altare beati Petri nemo inungitur, nemo ordinatur, niſi Romanus Pontifex ſolus. His completis Imperatrix ad ſuum ſuggeſtum revertitur. Et Cæſar [illegible]um Epiſcopo Cardinali & Diaconis ad Pontificem, Diaconi acceptis ſuis Dalmaticis & mitris in manibus vadunt ad reverentiam Papæ, qui deſcendens de ſede ſua procedit ad altare ſupplicabundus more ſolito, & recipit ad oſculum oris & pectoris tres presbyteros Cardinales aſſiſtentes, genuflexo ſuper ſuum faldiſterium permanente. Facta confeſſione Pontifex accedit altare, oſculatur, & incenſat, ut alias: deinde recipit ad oſculum oris & pectoris primo Cæſarem, deinde tres ſuos Diaconos Cardinales. Et mox ad eminentem ſedem aſcendit, & Cæſar ad ſuum ſuggeſtum cum ſuis principalibus & miniſtris deducitur. Cum Pontifex deceſſit à latere, miniſtri Cæſaris afferunt gladium cum ſua vagina & cingulo, coronam, ſceptrum, & pomum, danda ſuo tempore Imperatori & Imperatrici: quæ per ſacriſtam & clericum ceremoniarum locantur ſuper altare. Interim verò dum Pontifex facit confeſſionem, [illegible]pit [illegible]horus Introitum & kyriel. Pontifex verò in ſede eminenti ſtans ſine mitra, legit introitum, & procedit in miſſa, ut alias uſque ad dictam Epiſtolam & graduale. Sed poſt orationem diei dicit pro ipſo Imp[illegible]tore hanc orationem: *Oremus. Deus regnorum omnium & Chriſtiani maximè protector Imperii,* [illegible] *tuo N. Imperatori noſtro triump[illegible] um virtutis tuæ ſcienter recolere, ut qui tua conſtitutione ſit Prin[illegible]ceps, tuo ſemper munere ſit potens.* Pro Secreta. *Suſcipe Domine hoſtias Eccleſiæ tuæ pro ſalute famuli tui*

[illegible] *protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula,* [illegible] *ſerviat Chriſtiana libertas, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium* [illegible] communionem. *Deus qui ad prædicandum æterni regni Evangelium Romanum Imperium præparaſti, prætende famulo tuo Imperatori noſtro N. arma cœleſtia, ut pax Eccleſiæ nulla* [illegible] *tempeſtate bellorum, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Dum cantatur graduale, Cæſar [illegible] [illegible] ad pedes ſanctorum Domini noſtri, deducentibus eum duobus Diaconibus Car[illegible] bus paratis [illegible] & unus ex Clericis cameræ ex altari accipit gladium cum ſua vagina, & illum ad pri[illegible] Diaconorum ſtantem ante Pontificem ad dextram portat, quem Pontifex vagina extractum de [illegible] ipſius Diaconi accipiens, Imperatori ante ſe genuflexo in dextra manu tradit, ipſe cum [illegible] dens dicens: *Accipe gladium deſuper beati Petri Apoſtoli corpore ſumptum per manus noſtras licet indignas, tamen & autoritate Dei omnipotentis & beatorum Apoſtolorum conſecratas, Imperialiter tibi conce[illegible]um, noſtraq; benedictionis officio in defenſionem S. Matris Eccleſiæ divinitus ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Et memor eſto, de quo Pſalmiſta prophetavit, dicens: Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime, ut in hoc vim æquitatis exerceas, per eundem molem iniquitatis potentiſſime deſtruas, & ſanctam Dei Eccleſiam ejusq; fideles propugnes atq; protegas, neq; minus ſub fide falſos quam Chriſtiani nominis hoſtes exterae atq; diſpergas, viduas atque pupillos clementer adjuves atq; defendas, Deſ[illegible] reſtaures, reſtaurata conſerves, ulciſcaris injuſta, conſerves bene diſpoſita. quatenus hoc agendo virtutum triumphator glorioſus, Juſtitiæ cultor egregius cum mundi Salvatore (cujus typum geris) in nomine ejus ſine fine regnare merearis. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit, &c.* Finita oratione Diaconus accipit [illegible] dium, & reponit illum in vagina quam habebat in manu, & ſimul cum Pontifice accingit illo Cæſar[illegible] dicente Pontifice: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Et attende, quia Sancti non gladio, ſed per fidem vicerunt regna.* Accinctus gladio Imperator, & miles beati Petri effectus, [illegible] evaginat gladium, ter illum vibrat, deinde reponit in vaginam, & iterum genuflectit. Cui Pon[illegible] mum de altari & ſceptrum (ut de gladio diximus) ad eum portata, in manu dextra pomum & [illegible] ſceptrum ponit, dicens: *Accipe virgam virtutis atque veritatis qua intelligas te obnoxium mulcere pios, terrere reprobos, errantes viam docere, lapſis manum porrigere, diſperdere ſuperbos, & relevare humi[illegible]. Et aperiat tibi oſtium Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui de ſemetipſo ait: Ego ſum oſtium per me ſi quis introierit, ſalvabitur, Qui eſt clavis David & ſceptrum domus Iſrael qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Sitq; tibi auctor, qui eduxit vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris & umbra mortis, ut in omnibus ſequi merearis eum, de quo David Propheta cecinit: Sedes tua Jeſus in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga regni tui. Et imitando ipſum diligas juſtitiam, & odio habeas iniquitatem. quia propterea unxit te Deus, Deus tuus ad exemplum illius, quem ante ſecula unxerat oleo exultationis præ participibus ſuis, Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum eo vivit & regnat Deus, &c.* Deum Imperialem Coronam cum ſua Tiara allatam ſibi ex altari (ut de aliis diximus) imponit ſuper ejus caput, dicens: *Accipe ſignum gloriæ & Diadema regni, coronam Imperii, In nomine † Patris & † Filii & † Spiritus Sancti, ut ſpreto antiquo hoſte, ſpretisq; contagiis vitiorum omnium, ſic juſtitiam, miſericordiam & judicium diligas, & ita juſte, pie & miſericorditer vivas, ut ab ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto in conſortio Sanctorum æterni regni coronam percipias, qui cum Patre &c.* Et mox Imperator oſculatur pedes Pontificis, & ſurgens diſcingitur gladio, eumq; armigero ſuo tradit. Et ipſe cum corona, ſceptro & pomo procedens, ab illis duobus Diaconibus ducitur ad ſedem Imperialem paratam ſibi à dextra Pontificis, inter Pontificem & priorem Epiſcoporum Cardinalium, quæ ſedes altior erit ſedibus Cardinalium, & humilior papali ſede, habebitq; aureum pannum poſt tergum & parvum ſcabellum ad pedes: & ibi ſedebit, quouſque Imperatrix coronetur. Imperatrix verò ducetur ab eiſdem ad Pontificem, qui ſurgens ſine mitra, ſuper eam genuflexam dicit hanc orationem: *Deus qui ſolus habes immortalitatem, lucemq; habitas inacceſſibilem, cujus ſapientia in ſua diſpoſitione non fallitur, qui facis cuncta quæ futura ſunt, & vocas ea quæ non ſunt, ſicut ea quæ ſunt, qui ſuperbos æquo moderamine de principatu dejicis, atque humiles dignanter in ſublime provehis Ineffabilem miſericordiam tuam ſupplices exoramus, ut ſicut Heſter reginam Iſraelis [illegible] de captivitatis ſuæ compede ſolutam ad Regis Aſſueri thalamum regniq; ſui conſortium tranſire feciſti, ita hanc famulam tuam N. humilitatis noſtræ benedictione, Chriſtianæ plebis ſalutis gratia, ad dignam ſublimemque Imperatoris noſtri copulam & Imperii ſui participatum tranſire concedas: & ut in Imperialis fœdere conjugii ſemper permanens pudica: proximam virginitati palmam continere queat, tibiq; Deo vero & vivo in omnibus & ſuper omnia jugiter placere deſideret, & te inſpirante quæ tibi placita ſunt toto corde perficiat, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.* Deinde ſedens cum mitra, accipit coronam Imperialem de manu prioris Diaconorum Cardinalium ex altari allatam & imponit ſuper illius caput dicens: *Officio noſtræ dignitatis N. Imperatrix ſolenniter benedicta, Accipe coronam Imperialis excellentiæ, quæ licet ab indignis, Epiſcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur, ut ſicut auro & gemmis redimita enites, ita & interius auro ſapientiæ virtutumq; gemmis te omnipotens decorari concedat, quatenus poſt occaſum hujus ſeculi cum prudentibus virginibus ſponſo perenni Domino noſtro Jeſu Chriſto digne & laudabiliter occurrens, regni cœleſtis aulæ ingredi merearis januam eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto auxiliante, qui cum Patre, &* coronata ſtatim oſculatur pedes Pontificis, & ſurgens inducitur tam ipſa, quàm Cæſar ſimul ad ſuos geſtus, ubi in ſedibus ſibi paratis locantur. Et ſedentibus Imperatore & Auguſta in ſedibus cum I[illegible] rialibus ornamentis, prior ſubdiaconorum Apoſtolicorum, cum aliis ſubdiaconis & cum capel[illegible] læ Imperialis, deſcendit ad confeſſionem beati Petri, alta voce ſimul cum ipſis facit laudes Im[illegible] dicens: *Exaudi Chriſte.* Scrinarii vero Urbis [illegible] cappis ſericeis ſtantes ſuperius apud Chor[illegible] dent: *Domino Frederico Invictiſſimo Rom. Imperatori & ſemper Auguſto, ſalus & victoria.* Q[illegible] tertio repetita, prior Diaconorum cum ſuis tribus vicibus dicat: *Salvatori mundi.* Scrinarii [illegible]

dicant:

[illegible] *m a* [illegible] iſte cum ſ[illegible]s diaconis vic[illegible] dicat [illegible] *Maria.* [illegible] re- [illegible] *illum a. pat* [illegible] eps. Poſthæc omnibus ad locum ſuum re[illegible] a- [illegible] act is, & de[illegible] Evangelium, Credo & Offertorium. Deinde Imp[illegible] ona [illegible] poſit[illegible], ſine ſceptro [illegible] o deſcendi[illegible] & ad Pontificis pedes aurum offert, quantum ſibi [illegible] liter poſt eum facit Imperatrix. quæ deinde non r[illegible]vert tur ad ſug[illegible]eſtum, ſed procum- [illegible] rium a dextra parte altaris ſibi paratum, in loco ubi non impediat credentiam, & ibi ex- [illegible] concionem. Imperator verò Pontificem ad altar[illegible] deſcendentem ſequitur, & illi in lo- [illegible] calicem & patinam cum oſtiis offert, deinde aquam infundendam in vino. Et retra- [illegible] m dextra[illegible] ſtat usque quo Pontifex ad ſedem eminentem communicaturus revert itur, [illegible] Imperator ſequitur, & ab ejus manibus ipſe primò, deinde Auguſta ſacram Corporis Chriſti [illegible] unionem ſumant, poſtquam Pontifex cum Diacono & Subdiacono communicaverint. Nam [illegible] diaconus poſtquam cum Diacono communicavit, de Corpore & Sanguine Chriſti, accipit de ma- [illegible] Diaconi apud altare cum circulis & ceremoniis conſuetis duas hoſtias conſecratas pro Imperatore [illegible] Auguſt[illegible], & eas ad Pontificem portat. Et percepto Sacramento Imperator quidem Pontificis faciem [illegible]culatur, Auguſta vero manum: & deſcendentes ad altare de manu Diaconi vinum purificationis ſu- [illegible]itur, & deſcendant ambo ad duos ſuggeſtus ibique reſumant Imperialia ſigna. Poterit tamen Ponti- [illegible], [illegible] videbitur, ſuper Imperatorem ante ſe genuflexum immediate, poſtquam illum cum Auguſta [illegible]mmunicaverit, infra ſcriptas orationes dicere, videlicet: *Reſpice quæſumus Omnipotens Deus, ſerenis* [illegible]*tatibus hunc glorioſum famulum tuum N. ut ſicut benedixiſti Abraham, Iſaac & Jacob, ſic illi largiaris* [illegible]*enedi*[illegible]*ionem ſpiritualis gratiæ, eumque plenitudine tua potentiæ irrigare atque perfundere digneris, ut tri-* [illegible]*uat ei de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, & omnium frugum opulen-* [illegible]*iam, & ex largitate divini muneris longæva tempora, ut illo regnante ſit ſanitas corporis, Imperii pax in-* [illegible]*olata ſit in regno, & dignitas glorioſa regalis palatii maximo ſplendore regiæ poteſtatis oculis omnium ful-* [illegible]*eat, luceque clariſſima coruſcare atque ſplendeſcere quaſi ſplendidiſſimi fulgoris maximo perfuſa lumine vi-* [illegible]*atur. Tribue ei omnipotens Deus, ut ſit fortiſſimus protector & conſolator Eccleſiarum atq; cœnobiorum* [illegible]*anctorum, maxima pietatis, regalis munificentia, atque ut ſit fortiſſimus triumphator hoſtium, ad oppri-* [illegible]*endos rebelles & paganas nationes, ſitq; ſuis inimicis ſatis terribilis, maxima fortitudine Regalis potentiæ.* [illegible]*ptimatibus quoq; ac præcelſis proceribus & fidelibus ſui regni ſit munificus, amabilis & pius & ab omnibus timeatur & diligatur. Et poſt glorioſa tempora atq; felicia vitæ præſentis gaudia in perpetua beatitudine habitare mereatur, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c. Benedic quæſumus Domine hunc Prin-cipem noſtrum N. quem ad ſalutem populi nobis a te credimus eſſe conceſſum, fac annis eſſe multiplicem, ſa-lubri corporis robore vigentem ad ſenectutem optatam pervenire felicem. Sit nobis fiducia obtinere gratiam populo, quam Aaron in tabernaculo, Heliſeus in fluvio, Ezechias vetulus impetravit in templo. Sit illi re-gendi auctoritas, qualem Joſue ſuſcepit in caſtris, & David ſumpſit in præliis, Petrus accepit in clave, Pau-lus eſt uſus in dogmate. Et ita paſtoris officium perficiat in Chriſti ovili, ſicut Iſaac perfecit in fruge, & Ja-cob eſt dilatatus in grege. Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum patre Deus æterna gloria ſit adjutor tuus & protector[illegible] & omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cunctis exaudiat, & vitam tuam in longitudinem dierum impleat, thronum regni jugiter firmet, & gentem populumq; tuum in æternum conſervet, & inimi-cos tuos confuſione induat, & ſuper te ſanctificatio Chriſti floreat, ut qui tibi tribuit in terris Imperium, ipſe in cœlis conferat præmium. qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.* Poſt concionem Pontifex deſcendit ad altare, & proſequitur miſſam more conſueto. Et in fine dat benedictionem ſolemnem di-cens: *Sit nomen Domini.* Et publicantur immediatæ indulgentiæ per unum ex Diaconis aſſiſtentibus, ſive plenaria, ſive ut Pontifici placuerit. Tum Cardinales & Prælati deponunt paramenta, & accipiunt laneas cappas. Pontifex verò dimiſſis miſſalibus indumentis, accipit pluviale, & mitram pretioſam. Et cum Imperatore deſcendit ad gradus Baſilicæ ſub eodem baldachino. Si eſt Dominica *Lætare Hieruſa-lem*, Pontifex ſiniſtra portat roſam auream, dextra benedicit aſſiſtentibus atque hinc elevantibus fim-brias Diaconibus. Hanc autem auream roſam Pontifex, antequam ad Eccleſiam deſcendat, in camera papagalli benedicit cum balſamo & muſcho, quod in ſingulis annis fit in tali die, pro ut inferius in ſuo loco plenè ſcribemus. Si verò eſſet alius dies, dextra ſicut ſiniſtra tenebit dextram Imperatoris. Dia-c[illegible]nus [illegible] ſiniſtris retro erit inter Papam & Imperatorem, & cum dexteritate elevabit fimbriam à dextris. Caudam verò portabit major Princeps, etſi erit Rex. Principes vel Rex & Prælati, qui venerunt cum Cæſare, dum miſſarum & coronationis ſolennia fiunt, ſemper Cæſarem ſequuntur. Et cum ipſo in ſuo ſuggeſtu [illegible]nſtituunt ſemper. Et ſimiliter, qui cum Auguſta, eam ſemper comitantur aſſiſtuntque. Quæ finita miſſa, dimiſſis Pontifice & Imperatore in Eccleſia, ad domum ſuam cum ſuis revertitur.

CAPUT IV.

Proceſſio Pontificis & Cæſaris per Urbem.

CÆſar cum corona in capite, ſceptro & pomo in manibus ad latus Pontificis incedens, niſi illius manu ducatur quia tunc pomum vel ſceptrum tantum in ſiniſtra retineret) cum ad finem gra-duum pervenerit, tradi[illegible] ſceptro & pomo uni ex ſuis, prævenit ad equum Pontificis, & in ho-[illegible] m Salvatoris noſtri J[illegible] Chr[illegible], cujus vices Pontifex in terris gerit, tenet ſtaphani, quo ad Pon-[illegible]ex equum aſ endcrit. [illegible]t deinde accepto equi freno per aliquot paſſus ducit equum Pontificis. [illegible]ntifex, dum Imperator hæc c[illegible]atis officia vult exhibere, debet aliquantulùm modeſtè recuſare: [illegible] dein cum aliquibus bonis verbis honorem non in perſonam ſuam, ſed illius cujus locum te-

net,

n[illegible] pro[illegible] [illegible] illam [illegible] prog[illegible]. [illegible] far [illegible]. Qui mox [illegible] accedit [illegible] dachino [illegible] ordine [illegible] & simul [illegible], & [illegible] Deinde duo [illegible] Po[illegible] familiares [illegible] pæ. Tum [illegible] Barones, & [illegible] utriusque, equus [illegible] be , quæ du[illegible] ores po[illegible]; Deinde vexillum Populi Ro[illegible] pæ, vexillum [illegible], vexillum [illegible], cum vexilliferis armatis & orn[illegible] Hos sequuntur duodecim equi phalerati sine sessoribus : deinde quatuor nobil[illegible] e [illegible] quatuor Papæ cum baculis. Quibus succedunt advocati & secretarii mix[illegible] [illegible] officii procedentes, cum suis capuciis circa collum, quos etiam præcedunt S[illegible] toris. Tum sequuntur Cubicularii etiam cum suis capuciis : inde Acoluthi clerici Ca[illegible] licæ, & post eos statim Auditores cum rochetis & cappis. Deinde Subdiaconi cum [illegible] cum galero Indici[illegible] loris, & cum aliis Subdiaconis cum cappis, ut alii. Tum duo portantes la[illegible] cum lumine ante Sacramentum equitantes : deinde equus albus phaleratus cum tintinnabul[illegible] Sacramentum : & supra illud Sacramentum baldachinum per cives Romanos portatur, & circa d[illegible] cum intorticia quæ portantur per duodecim familiares Papæ, sive per duodecim beneficiatos S. [illegible] cum superpelliceis, post Sacramentum equitat Sacrista cum ferula alba. Inde si qui sunt maximi [illegible] [illegible] Principes, aut Duces. Principes Electores immediate ante Cardinales procedunt : & si q[illegible] frater aut filius Imperatoris, iret medius inter juniores Diaconos Cardinales. Rex erit a sinistris [illegible] scopi Cardinalis : & si plures adessent Reges, locarentur cum aliis Episcopis Cardinalibus. Sequ[illegible] duo Diaconi Cardinales assistentes Pontifici. Et si cum Cæsare essent duo Principes Electores, [illegible] præferrent gladium & pomum Cæsaris, isti deberent ire immediatè ante Cæsarem, sicut Diacon[illegible] Pontificem : & quando via esset arcta, irent ante ipsos Diaconos assistentes. Si verò non sint Pri[illegible] Electores, qui portent illa, videlicet gladium, pomum, seu sceptrum (nam alterum istorum du[illegible] portabit Imperator) illi duo vadant simul cum subdiacono qui portabit crucem, & illum in m[illegible] [illegible]. Sequitur Pontifex sub baldachino, & imperator cum sua corona & imperiali habitu a sinistris. Post Pontificem sequuntur duo Cubicularii secreti cum serviente & mitra : & duo Medici cum secr[illegible] [illegible], si non sit Prælatus. Et post imperatorem duo Camerarii sint cum suo secretario cum umbel[illegible] Deinde Prælati assistentes Papæ. Et si quis Archiepiscopus Elector Imperatoris adesset, iret ante a[illegible] [illegible]stentes Papæ. Post quos ibunt Prælati assistentes sive Consiliarii Imperatoris cum cappis & galeris, ut alii Prælati : alias non irent inter cappatos. Sequuntur deinde Prælati, Oratores, Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarii & Abbates, Cappati & Pileati : & demum alii curiales togati, tam Papæ quam Cæsaris. Hoc ordine recta via per campum Floræ & Judæorum plateam ad Ecclesiam S. Mariæ in Cosmedim. Et ibi Pontifex, si rosam habet, illam eques Imperatori equiti dono dat : & ad dextram conversus trans Tiberim cum suis omnibus ad Palatium revertitur. Cæsar autem via quæ sibi melius placet, rosam manu gestans, ad pontem Adrianum redit : ubi viros complures & de se optimè meritos equestri d[illegible]gnitate insignire solet.

Quo facto ad Lateranum cum suis progreditur. Canonici & Capitulum Ecclesiæ supplicabun[illegible] di Cæsari in porta principali occurrentes, illum honorificè suscipiunt, & postquam Crucem & reliquias o[illegible]culatus fuerit, incensant, & præcedentes atque cantantes ; Te Deum laudamus, ad ak ire majus deducunt : ubi procumbens supra faldisterium orat detecto capite. Deinde surgens osculatur altare tum [illegible] sumpta corona recipitur in Canonicum & fratrem Ecclesiæ Lateranensis, & Canonicos omnes recipit ad osculum pacis. Quibus finitis, ascendit ad Palatium Lateranense, & cum suis celebrat solenne [illegible] ivium suis moribus & ceremoniis. Deinde si placet, recurrit ad Palatium Apostolicum ad cameras suas.

Caput V.

De Coronatione Imperatricis sine Imperatore.

Imperatrix si venit Romam pro corona Imperiali suscipienda sine Imperatore, vel quod non potuit [illegible]re cum eo, vel quod post ejus coronationem ei est conjuncta, hoc ordine coronabitur. Die qua Urbem intrabit, procedent ei obviam nobiles & officiales Urbis, & ordines Curiæ, ut de Cæsare dictum est. Sacer Senatus ante portam Urbis eam expectabit, & media inter duos Cardinales Diaconos introducetur. In fine autem & sub baldachino, clero cum processione in porta illi occurrente, ducet[illegible]r ad Pontificem : qui eam in publico consistorio in prima aula ad pedis & manus osculum recipiet, ut [illegible] Reges recipi consueverunt. Non tamen [illegible] debit inter Cardinales ; sed post osculum pedis & manus dis[illegible] ce[illegible] et ad suum hospitium. Deinde parabitur in Ecclesia S. Petri suggestus extra cancellos pro Imperatrice & dicta die Pontifex procedet ad [illegible]cclesiam, supplicatione præeunte sub baldachino, & param[illegible] [illegible] tempor[illegible] ngruis ascendit ad altar[illegible] orat, sedet. Interim duo juniores Diaconi Cardinales cum suis cappis laneis ducunt Augustam ad [illegible] [illegible]clesiam. Et [illegible]rior Episcopus Cardinalis cum pluviali, sto[illegible] & [illegible] [illegible] accedentem tempor[illegible] expectat [illegible] in porta E[illegible]siæ principali, & ibi super eam genu fle[illegible] [illegible]ntem posita mitra legit hanc orationem *Om[illegible] [illegible]ens sempiterne Deus, fons & origo totius bonitat[illegible], qui [illegible] mi ne[illegible] [illegible]xus fragi[illegible]tatem nequaquam reprob[illegible] [illegible]ti, sed dignanter comprobando potius el[illegible] [illegible] f[illegible] m[illegible] mundi quæcunq ; ut [illegible] [illegible]nderes, e[illegible] [illegible]da decrevisti ; quiq. etiam gloria vi[illegible] tui [illegible] tua triumphum [illegible] manu fœminæ Juditæ olim plebi de [illegible] [illegible]avissimo assignare voluisti. Respice quæsumus ad pr[illegible] hum-*

humilitatis noſtræ, ut ſupra hanc famulam tuam N. quam ſupplici devotione Imperatricem eligimus, benedictionum tuarum dona multiplices, eamq; dextera tuæ potentiæ ſemper & ubique circumda: & ut dono tui numinis undiq; firmiter adjuta, ut viſibilis ſeu inviſibilis hoſtis nequitias triumphaliter expugnare valeat; ut una cum ſacra Rebecca, Lea, atque Rachele, beatis reverendiſq; fœminis, fructu uteri ſui fœcundari ſeu gratulari mereatur, ad decorem totius Imperii, ſtatumque S. Eccleſiæ regendum nec non protegendum. Per Chriſtum Dominum noſtrum, qui ex intemerata B. Mariæ virginis alvo naſci, viſitare, & renovare dignatus eſt mundum. Qui tecum vivit & gloriatur Deus in unitate Spiritus S. per immortalia ſecula ſeculorum, Amen. Ducitur deinde ad confeſſionem B. Petri, & procumbit ſupra faldiſterium ſibi in eo loco paratum. Et à Subdiacono Apoſtolico fit Litania: & ea finita prior Presbyterorum cum ſuis paramentis ad confeſſionem deſcendens, ſtans ſine mitra, dicit ſuper eam, *Pater noſter:* & deinde: *Et ne nos inducas in tentationem.* Reſpond. *Sed libera nos à malo.* Verſ. *Salvam fac ancillam tuam Domine.* Reſpond. *Deus meus ſperantem in te.* Verſ. *Eſto ei quæſumus Domine turris fortitudinis.* Reſpond. *A facie inimici:* Verſ. *Nil proficiat inimicus in ea.* Reſpond. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.* Verſ. *Domine exaudi orationem meam.* Reſp. *Et clamor meus ad te veniat.* Verſ. *Dominus vobiſcum.* Reſp. *& cum ſpiritu tuo.* Oremus. *Prætende quæſumus Domine famulæ tuæ cæleſtis dexteram auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ digne poſtulat, conſequi mereatur. Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra operatio & oratio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.* Finitis orationibus revertitur Presbyter ad locum ſuum, & prior Epiſcoporum Cardinalium procedit ad altare S. Mauritii, quem Auguſta media inter Diaconos ſequitur. Et ibi ante altare Epiſcopus ipſe inungit illam ſtantem de oleo exorciſato brachium dexterum & ſcapulas, ſtans cum mitra dicens: *Spiritus Sancti gratia noſtræ humilitatis officio copioſa in te deſcendat, ut ſicut manibus noſtris licet indignis oleo materiali oblinita pingueſcis exterius, ita ejus inviſibili unguine delibuta impinguari merearis interius, ejuſque ſpirituali unctione perfectiſſime ſemper imbuta, & illicita declinare tota mente & ſpernere diſcas & valeas, & utilia animæ tuæ jugiter optare atque operari queas, & opereris auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum Patre vivit & regnat in unitate, &c.* Reducitur deinde ad ſuggeſtum ſuum Imperatrix, & Cardinales revertuntur ad Pontificem, & Diaconi quidem depoſitis cappis capiunt paramenta ſibi convenientia, & faciunt reverentiam Pontifici. Deinde Pontifex procedit ad altare per ſupplicationem, occurrunt tres Presbyteri, cantantur introitus à cantoribus, & proceditur in Miſſa usque ad graduale. Imperatrix à Diaconis illis quamvis paratis ducitur ante Pontificem: qui ſurgens depoſita mitra ſuper eam ante ſe genuflexam dicit hanc orationem: *Deus qui ſolus habes immortalitatem, lucemq; habitas inacceſſibilem, cujus providentia in ſua diſpoſitione non fallitur, qui feciſti ea quæ futura ſunt, & vocas ea quæ non ſunt, qui ſuperbos æquo moderamine de principatu ejicis, atq; humiles dignanter in ſublime provehis, ineffabilem miſericordiam tuam ſupplices exoramus, ut ſicut Heſter reginam Iſraelitica cauſa ſalutis de captivitatis ſuæ compede ſolutam ad Regis Aſſueri thalamum regniq; ſui conſortium tranſire feciſti, ita hanc famulam tuam N. humilitatis noſtræ benedictione, Chriſtianæ plebis ſalutis gratia, ad dignam ſublimemq; Imperatoris noſtri copulam & Imperii ſui participatum tranſire concedas, & ut Imperialis fœdere conjugii ſemper permanens pudicitia proximam virginitati palmam continere queat: tibiq; Deo vivo ac vero in omnibus & ſuper omnia jugiter placere deſideret, & te inſpirante quæ tibi placita ſunt, toto corde perficiat, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.* Deinde ſedens cum mitra, imponit illi tiaram cum corona Imperiali allatam ſibi ex altari, ut diximus de Imperatore, & dicit: *Officio noſtræ indignitatis in Imperatricem ſolemniter benedicta, accipe coronam Imperialis excellentiæ; quæ licet ab indignis, Epiſcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur. Unde ſicut auro & gemmis redimita nites, ita & interius auro ſapientiæ virtutumq; gemmis decorari concedat: quatenus poſt occaſum hujus ſeculi cum prudentibus Virginibus ſponſo perenni Domino Jeſu Chriſto digne & laudabiliter occurrens regni cæleſtis aulam ingredi merearis januam, eodem Domino noſtro auxiliante, qui cum Patre, &c.* Coronata Imperatrix mox oſculatur pedem Pontificis cum corona, & ſurgens reducitur à Diaconis ad ſuggeſtum: & cum cantatur deinde offertorium, revertatur ad Pontificem, & illi offerat aurum quantum placet. Deinde ſi vult communicare de Sacramento altaris (ut congruum eſt) procumbat ſupra faldiſterium ad partem convenientem ſitum (ut ſuperius diximus) & oret, quouſq; ſit tempus, ſine corona tamen: & cum Pontifex in ſede ſua eminenti communicaverit, ducatur Imperatrix ſine corona ad ejus pedes, & communicet, oſculeturque manum Pontificis, & deſcendens ad altare purificet cum vino. Deinde aſſumpta corona reducetur ad ſuum ſuggeſtum. Et nota quod Imperatrix deducetur ſemper eundo, & redeundo ab illis duobus Diaconis, ſive paratis ſive non paratis: & illam ſociabunt ſui Prælati, & proceres, atq; matronæ & aliæ mulieres. Finita miſſa Imperatrix deducitur ad ſuum hoſpitium.

Caput VI.

De Coronatione Imperatoris abſente Papa.

SI quando autem acciderit, quod propter abſentiam ſummi Pontificis ab Urbe Cæſar non poſſet ab ipſo Pontifice coronari, conſuevit Pontifex mittere ad Urbem aliquem Epiſcopum Cardinalem, qui ſimul cum legato Apoſtolico qui Urbi præeſt, Imperatorem electum coronet. Si autem legatus eſſet iſte Epiſcopus Cardinalis, non eſſet neceſſarium mittere alium Epiſcopum, ſed quemcunque vellet alium Presbyterum Cardinalem. Et tunc procedetur hoc modo.

Electus Imperator ad Urbem veniens pro corona Imperiali, habebit obviam Barones, nobiles, officiales, civesque Urbis, & officiales curiæ Romanæ, & remanebit extra mœnia illa nocte, ut ſupra dictum

dictum eſt. Sequenti die intrabit per portam ſub arce S. Angeli, quæ (ut diximus) non eſt Co[illegible] ſuis Principibus ordine prædicto. Et in porta recipietur à vicario Pontificis, cum Prælatis, & clero Urbis in modum ſupplicantium paratis. Et deducetur ut ſupra ad gradus Baſilicæ S. Petri, ibiq; non ſuper ſuggeſtum ſed ante primas portas recipietur ad oſculum tantum per Epiſcopum Cardinalem coronatorem, & legatum, qui ibi aderunt cum aliis Prælatis curiæ parati cum pluvialibus & mitris. Aderunt etiam cum Cardinalibus officiales curiæ, Subdiaconi, Auditores, Acoluthi, & ſi qui ſunt alii, & etiam Barones, aliique nobiles Romanæ Eccleſiæ. Et electus ſtatim poſt oſculum offeret aurum duobus Cardinalibus, quod offerre debet Pontifici, & dicat hæc verba: *Si ſanctiſſimus Pater Dominus noſter N. Pontifex præſens hic eſſet, offerrem illi aurum iſtud præſens: ſed per ejus abſentiam offero ipſum vobis Dominis Epiſcopo & Legato Cardinalibus, recipientibus illud vice & nomine dicti Domini noſtri Papa.*

Quo facto intrabunt porticum, & ſi tunc erit procedendum ad ſolemnitatem coronationis, quod commodè & decenter fieri poteſt, ibi ſupra altare S. Mariæ in Turribus præſtabit juramentum fidelitatis in manibus Cardinalium. Et ſimiliter ſi aliud juramentum eſſet innovandum ſeu confirmandum, tunc immediatè innovabit. Deinde recipietur ad Canonicum Eccleſiæ S. Petri, ut ſuperius dictum eſt. Intrabit deinde Eccleſiam, & ibi ante portam argenteam Epiſcopus Cardinalis dicet ſuper eum primam orationem. Deinde ducitur ad capellam S. Gregorii ad capienda ſua ornamenta, & Epiſcopus Cardinalis vadit ad altare majus, & ibi ſuper faldiſterium capit ſandalia, & paramenta omnia Pontificalia. Et nota quod debet habere expreſſe facultatem à Pontifice ſuper altare B. Petri celebrandi, ut moris eſt. Cæſar indutus imperialibus indumentis venit ad medium Eccleſiæ, & ibi ſuper eum legatus Apoſtolicus dicet ſecundam orationem. Veniet deinde ad confeſſionem B. Petri, & procumbet in faldiſterio & Diaconus qui ſervit in Miſſa facit ſuper eum Litaniam, orationem autem cum verſiculis & Pater Noſter dicet legatus Apoſtolicus. Deinde ducetur ad altare S. Mauricii, & ibi inungetur à Cardinali celebrante, tam ipſe quàm Auguſta, ſi adeſt, cum orationibus oportunis. Revertentur deinde ad altare, ut facta confeſſione Imperator ad ſuggeſtum ſine oſculo pacis, ad faldiſterium ſuum revertitur. Et proceditur in miſſa usque ad graduale. Dum cantatur graduale, Imperator deſcendit ad altare, & celebrans Cardinalis ante altare ſtans cum mitra, gladium ſumit de altari, & illum nudum Imperatori tradit. dicens: *Accipe gladium*, &c. Et idem dicit Legatus, ſubmiſſa tamen voce: Det eidem mox pomum & ſceptrum cum ſua oratione Eccleſiæ modo. Mitras autem & coronas imperiales ambo imponent Cæſari & Auguſtæ. Sed legatus alta voce profert verba: *Accipe ſignum*, &c. Et celebrans dicit eadem voce ſubmiſſa.

Coronati Auguſtus & Auguſta revertuntur ad ſuos ſuggeſtus ſine oſculo pacis: & ad offertorium veniunt cum coronis & habitu Imperiali. Et oblato auro revertuntur ad ſuggeſtus, neq; miniſtrabit Imperator calicem & ampullam, ſed tempore congruo veniet ad communionem ſine manto & coronis. Poſt communionem Imperatori non dabitur oſculum pacis à celebrante, ſed revertetur ad ſuum ſuggeſtum.

Imperator finita miſſa ipſe cum ſuis & cum Legato ſi placebit, ibit Lateranum, & ibi perficiet ſuas ſolennitates. Ceremoniæ omnes, quæ pertinent ad perſonam Pontificis, dimittantur, ut oſcula pedum, manuum, & oris. Quin etiam nec in miſſa illi deſerviet Imperator, quod Pontifici præſtitiſſet præſenti: nec ſtapham illi, dum equum inſcendit, tenet, nec equum ducit.

* Cujus etiam exſtant ſuper coronatione Romana tam Imperatoris, quam Imperatricis Conſtitutiones unæ atq; alteræ, quas à Frehero exſpectamus edendas.

Hæc ferè omnia ſervata fuerunt, cum * Carolus IV. coronatus fuit Romæ per Dominum Petrum Epiſcopū Hoſtienſem, quem ex Avione Innocentius VI. nuncium Apoſtolicum ad hoc miſerat, & per Dom. Ægidium de Albornozio Tit. S. Clementis Presbyterum Cardinalem ac Legatum Apoſtolicum in Italia, Anno Salutis M CCC LVI. ſexto nonas Aprilis: ut ex literis ipſius Karoli, quæ adhuc exſtant, & regiſtratæ ſunt in archivis Eccleſiæ, publicè patet. Voluit tamen idem Pontifex, quod Cardinales prædicti publicè proteſtarentur Domino Imperatori, quod propter omiſſionem reverentiarum, obſequiorum, & multarum ceremoniarum, quæ pertinent ad perſonam Romani Pontificis, non eſſet aliquo modo derogatum privilegiis & honorificentiis Romanæ ſedis & ſuorum ſucceſſorum: & de hac proteſtatione & conſenſu Imperatoris exigerent quadruplices literas regalibus & Imperatoriis ſigillis munitas, ſicut & factum eſt.

Anno Chriſti 1510,

MAXIMILIANI I. IMPER. AUG. GRAVAMINA

Adverſus Sedem ac Curiam Romanam.

Articulus LI.

De idololatrico ritu in baptiſandis campanis.

Hæc Gravamina leguntur infra in Gravaminibus Caroli V. Imper. iisdem verbis Sed ad Maximilianum I. Imp. Caroli avum referunt Electores, Principes ac cæteri Ordines Proteſtantes in Reſcripto de recuſatione Concilii Tridentini, part. 2. cauſ. 8. fol. 176. ubi legitur: Qua de re etiam verba fuerunt facta olim apud optimum Maximumq; Imp. Maximilianum I. cum Gravamina, quæ extant, eorum temporum, adverſus Romanam Sedem colligerentur. Verba gravaminis hujus ita habent, &c.

Item ſuffraganei excogitaverunt, ut ſolum ipſi, & nullus alius ſacerdos, campanas baptizent. Credunt deinde ſimpliciores, ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanas baptizatas, Dæmones & tempe-

tempeſtates pellere. Quapropter innumeri plerumque adhibentur Compatres, præcipuè verò, qui ſ..unà pollent, exorantur, qui baptizationis tempore funem, quà campana ligata eſt, tangunt, ac Suffraganeo præcinente (quemadmodum in parvulorum baptizatione fieri ſolet) omnes pariter reſpondent, ac campanæ nomen ingeminant, veſteque nova (quemadmodum a Chriſtianis fieri ſolet) campana induitur. Inde ad ſumptuoſa properatur convivia, quibus præcipue Compatres, ut eò largius munera offerant, adhibentur: necnon Suffraganei, & eorum Capellani, cum multis aliis miniſtris, regaliter paſcuntur. Nec hoc ſatis eſt, ſed & Suffraganeo mercedem perſolvere neceſſe eſt, quam illi munuſculum vocare ſolent. Inde evenit, ut aliquando etiam in parvis villis, centum floreni in tali abſumantur & expendantur baptizatione. Quæ res non ſolùm ſuperſtitioſa, ſed etiam Chriſtianæ religioni contraria, ac ſimpliciorum ſeductio, & mera eſt exactio. Veruntamen Epiſcopi, ut Suffraganeos vel viliſſima obærare poſſint mercede, talia, & adhuc abſurdiora, tolerant. Res igitur tam nephanda & illicita, meritò aboleri debet.

ARTICULUS LXVII.

Quemadmodum plus pecuniæ, quàm pœnitentiæ, peccatoribus imponant.

PATRUM canonibus ſancitum eſt, ſpiritualibus ac manifeſtis peccatis ſpiritualem pœnitentiam ſeu ſatisfactionem eſſe imponendam: ut ſic non pecuniæ lucrum, ſed potiùs animarum ſalus quæri intelligatur. At Eccleſiaſtici Judices & Officiales perperam animadverſis Canonibus, dictam ſpiritualem pœnitentiam in tantum exaſperant, aggravant & augent, ut Laici plerique potiùs, quam eam ſatisfactionem acceptare velint, pecunia malint ſibi ab ipſis immunitatem comparare. Quare Laici multùm premuntur: Eccleſiaſtici contrà multùm ditantur, utpote qui in ſuum privatum commodum & parùs agunt munus & judicis; quod tamen omnibus juribus diſſonum eſt.

Iidem part. 2, cauſ. 7 fol. 80. Relatum eſt inter Imperii gravamina, quorum centum numero optimus maximùsque Princeps Maximilianus I. Imp. adverſus Curiam Romanam colligi ad annum Dom. 1510. curavit olim. Verba gravaminis hæc ſunt, Articulo 67. &c.

MAXIMILIANI I. IMPER. AUG. ET LUDOVICI XII. REGIS FRANCORUM EDICTA

Anno Chriſti 1511.

De convocatione & celebratione Concilii Piſani, pro neceſſitate & utilitate Reipublicæ Chriſtianæ, contra JULIUM *II. Papam, in Anno Domini MDXI.*

EDICTUM MAXIMILIANI IMPERATORIS.

MAXIMILIANUS, divina favente clementia electus Rom. Imperator Semper-Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Palatinus, &c. Conſpicientes immenſas calamitates quas univerſa reſpublica Chriſtiana & ipſa noſtra ſancta mater Eccleſia ubique patitur, ex quo & decrementum orthodoxæ fidei, & incrementum omnium malorum ſubſequitur, & in dies major confuſio in omnibus rebus ac bella inteſtina inter Chriſtianos oriuntur, & effuſio ſanguinis Chriſtiani, ad quæ cum non videamus aliud remedium, quam quod juxta ſanctorum patrum inſtituta, Concilium & congregatio univerſalis fierent, ut ibidem communi Concilio poſſit omnibus commode provideri: expectantes igitur dictum Concilium debere indici & convocari per beatitudinem Pontificis, & reverendiſſimorum dominorum S.R.E. Cardinalium, ac alios prælatos, juxta ordinationem Concilii Conſtantienſ. & votum ac debitum eorumdem, ceſſantibus ipſis (ne & nos ab omnipotenti Deo negligentiæ redarguamur) noluimus nos ceſſare: quum illis negligentibus, nos tanquam Imperator & ejusdem ſanctæ matris Eccleſiæ advocatus & protector, & quantum in nobis eſt ſubvenire his tantis neceſſitatibus teneamur. Ideo obviare tot inconvenientibus, ſicut tenemur, cupientes etiam ſanctæ matri Eccleſiæ opem ferre, confiſi de fide, prudentia, dexteritate, & rerum gerendarum experientia magnificorum & honorabilium Don Ferdinandi Tochi ex deſpotibus Artha: & Cephaleæ, Matthæi Kuen Vicecancellarii in Iſpurgk Viti de Furſt Comitis, Hieronymi Nogaroli, Antonii de capitibus Vaccæ, & Ludovici Faelæ Conſiliariorum fidelium nobis dilectorum, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac animo deliberato, & omni meliori modo, via, jure, forma, & cauſa, quibus melius poſſumus & debemus, ipſos omnes & partem eorum & quemlibet ex eis inſolidum, conſtituimus, fecimus, creavimus, & nominavimus, ac tenore præſentium conſtituimus, facimus, creamus, ordinamus, & nominamus nuncios noſtros, & negotiorum infraſcriptorum geſtores generales: ac procuratores ſpeciales ita tamen, quod generalitas ſpecialitati non deroget, nec è converſo, & quod unus ipſorum inceperit alter eorum proſequi, mediare, & finire valeat, & quod non ſit melior conditio primitus occupantis: nec deterior ſubſequentis, ſpiritualiter & expreſſe, ad requirendum noſtro nomine, & cum ea quæ

decet reverentia inſtandum, & procurandum apud beatitudinem Pontificis. & R. D. [illegible] ſua Sanctitas, de illorum conſilio, convocare & indicere velit Concilium generale u[illegible] ſiæ, in loco convenienti & tuto: ac intra brevius tempus, quod fieri poſſit, juxta conſti[illegible] cilii Conſtantienſ. ſpiritualis juramenti, & voti ſuæ Sanctitatis: & beatitudine ſua id negl[illegible] tardante, item apud R. Dominos Cardin. inſtare, ut ipſi hoc Concilium convocent & ind[illegible] caſu, quo eadem beatitudo Pontificis, & R. Domini Cardin. dictum Concilium congreg[illegible] rent, vel differrent, aut locum tutum & convenientem non aſſignarent, ad faciendum proteſta[illegible] riotorias, & convocationem aut indictionem generalis Concilii, ſimul cum procuratoribus, vel procuratore ſereniſſimi Principis Domini Ludovici Francorum Regis conſanguinei, & fratris no[illegible] chariſſimi, & reliquorum qui huic intimationi adhærere voluerint: dantes & concedentes eiſdem procuratoribus noſtris, quod ſi conſtaret eis de non tuto acceſſu vel alias legitimè ſuſpicarentur de perſonali eorum comparitione coram Beatitudine ſua, & R. D. Card. talem actum poſſint, per Edictum, vel affixionem in aliquo loco convenienti facere, ita quod veriſimiliter poſſit pervenire ad notitiam ſuæ Sanctitatis, & ipſorum R. D. Cardinalium & cæterorum, etiam hoc omni meliori forma, viâ & modo poſſibilibus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus tam juris quàm facti, qui in præmiſſis aliquo modo intervenire potuerunt, promittentes quoque, quod nos omnia & ſingula acta, tractata, & geſta, per dictos Procuratores noſtros, vel partem eorum, aut unum ex eis, rata, grata, & firma tenebimus, & ſervabimus, harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in oppido noſtro Triburgi, die XVI. menſis Januarii, Anno Domini mileſimo quingenteſimo undecimo, Regnorum noſtrorum Rom. XXV. Hungariæ vero XXI.

Ad mandatum Cæſareæ Majeſtatis proprium.

Quo lecto, Procuratores Chriſtianiſſimi Regis Francorum, ſimiliter mandatum ſuum legendum exhibuerunt, in authentica forma & ſigillo regali munitum, tenoris infraſcripti.

EDICTUM REGIS GALLIARUM.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani, &c. Notum facimus omnibus & ſingulis præſentibus & futuris, quod cum majores noſtri ſemper non ſolum fautores & auxiliatores, verùm & pervigiles propugnatores & defenſores acerrimi ac conſtantiſſimi Chriſtianæ fidei & S. R. E. in arduis quibuſcunque extiterint, nullis parcendo laboribus & periculis: nos veſtigiis majorum noſtrorum inhærentes, & conſiderantes quantam reipublicæ Chriſtianæ utilitatem generalia Concilia attulerint, quantumq; detrimenti ex eorum intermiſſione univerſalis Eccleſia acceperit: quodq; in præſentia magna adeſt neceſſitas ipſius Concilii generalis univerſalis Eccleſiæ congregandi, pro extirpatione hæreſeum, ſchiſmatum, ac diviſionum in diverſis mundi partibus, ac pro reformatione morum Eccleſiæ; & nimium ſcandalizantium notoriorum continuorum & incorrigibilium tam in capite quam in membris criminum everſione; pro pace Chriſtianorum ſtabilienda, & bello contra infideles procurando. Quumque tempus decennii poſt ultimum univerſale Concilium jamdudum ſit effluxum, & ſaluberrima decretali conſtitutione Eccleſiæ, in ſacratiſſimo Conſtantienſi Concilio edita, quæ incipit, *Frequens*, ſingulis decenniis univerſale Concilium ſit congregandum, quod unicum remedium, ab univerſali Eccleſia inventum & ſancitum eſt, pro medela omnium morborum Eccleſiæ, & ſummus Ro. Pontifex cui primo curæ eſſe deberet, illud convocare hoc tanto tempore neglexerit, (maxime cum juraverit & voverit poſt biennium à creatione ſua illud tenere) & non ſolum negligens, ſed & voti & juramenti hujus tranſgreſſor; illud non tenuerit, tempuſque interpellet pro homine, & nunquam ſua auctoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum. cumque de ejus criminibus notoriis, univerſam Eccleſiam ſcandalizantibus, & de quibus eſt incorrigibilis etiam agatur, juxtaq; Canonicas ſanctiones, & ſacri Baſilienſis decreta Concilii, ad eum hoc caſu convocatio Concilii non attineat, diviſumq; etiam ſit R. D. Cardinalium Collegium, & hi qui cum S. D. N. moram trahunt, vel quia non ſunt liberi, aut alia ex cauſa, non exiſtimentur convocationi hujuſmodi velle aſſiſtere: pluresq; R. D. Cardinales, qui à Curia Romana legitimis ex cauſis ſunt abſentes, & in Mediolano congregati hujuſmodi congregationem Concilii efflagitent, & enixe depoſcant: nos pro debito quo obligamur Chriſto Domino Redemptori noſtro, ſponte ex noſtra certa ſcientia, animoque deliberato, omnibus melioribus, jure, viâ, modo, cauſâ, & formâ, quibus melius & efficacius poſſumus & debemus, dilectos noſtros Magiſtrum Joannem de Birago Juris utriuſq; Doctorem, ac procuratorem noſtrum fiſcalem in Ducatu noſtro Mediolani: & Balthaſarem Platum pariter procuratorem noſtrum fiſcalem: necnon magiſtrum Franciſcum de Vaccis Advocatum noſtrum, omnes doctores & Conſiliarios noſtros, conſtituimus, creamus, & ſolemniter ordinamus indubitatos procuratores noſtros generales, & nuncios ſpeciales, & eorum quemlibet in ſolidum, abſentes tanquam præſentes; ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è converſo, & quod unus eorum inceperit, alter ipſorum mediare, proſequi, atq; terminare, & ad effectum perducere valeat & finire, ita quod non ſit melior conditio primitus occupantis, nec deterior ſubſequentis, à nomine noſtro tantum, ſeu una cum chariſſimo fratre noſtro Maximiliano ſacratiſſimo Ro. Imperatore electo, necnon cū R. D. Cardinalibus. Multis in Lombardia degentibus, aut cū aliis principibus, Cardinalibus, & prælatis, qui in hac convocatione nobiſcum adhærere voluerint, aut altero ex ipſis per ſe, ſeu ſimul, conjunctim vel diviſim; & prout meliùs, decentiùs, & convenientiùs fore videbitur indicendum, ſeu convocandum generale Concilium, ſeu aſſiſtendum illi, ſeu illis, & cuilibet

ſupra-

ſupradictorum, qui illud indicendum & convocandum eſſe exiſtimaverint, ſeu procuraverint, in loco tuto, & honeſto, anno, menſe, & die quibus videbitur, ſicut præfatis noſtris Procuratoribus, ſeu eorũ alteri, aut ipſi ſacratiſſimo Imperatori fratri noſtro, ſeu dictis R. Cardinalibus, eorum cuilibet, qui Concilium ipſum convocandum procuraverit, melius videbitur: necnon per ſe ſimul, vel diviſim & ut ſupra ad intimandum, notificandum, & inſinuandũ ejusmodi deliberationem, Ipſi S.D.N. Ipſumq; monendum, hortandum, & rogandum, & eidem humiliter ſupplicandum, quatenus in dicto loco, ut ſupra eligendo, tempore, anno, & menſe quibus ſupra, ipſi Concilio per ſe, ſeu legatos ſuos ſpeciales, intereſſe, & cum eis dominis Principibus, Cardinalibus, & Prælatis quibus ipſa deliberatio intimabitur, convenire velit: necnon admonendum & hortandum R. D. Cardin. Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac principes univerſalis Eccleſiæ, ac omnes habentes facultatem conſulendi, & definiendi in Conciliis generalibus, & venire ſolitos, & obligatos ad univerſale Concilium per ſe, aut per ſolemnes oratores, ſeu Procuratores (ſi perſonaliter intereſſe non poterint) ad Concilium ipſum, loco & tempore quibus ſupra, accedant; procuraturi quantum in eis eſt honorem Dei, Eccleſiæ ſplendorem, pacem Chriſtianorum, & bellum contra infideles, necnon conjunctim vel diviſim monendum, hortandum, & requirendum S.D.N. & R. D. Cardinales, ut à tribus, quæ maxime poſſent congregationem hujusmodi impedire dignetur abſtinere, videlicet à creatione novorum Cardinalium, & à publicatione creatorum (ſi qui ſunt creati) & proceſſu contra antiquos Cardinales ex juſtis cauſis abſentes, aliosq; prælatos, & perſonas Eccleſiaſticas, quæ ad ipſum Concilium acceſſerint, ſeu accedere voluerint, & ab impediendo congregationem hujusmodi Concilii, directe vel indirectè, palam vel occultè, quovis quæſito colore, & abalienatione feudorum & terrarum S. R. E. alioquin proteſtandum de nullitate actus, & quod nos proceſſum ſeu proceſſus contra memoratos, ſeu eorum alterum factos, ſeu per eum, aut mandato ſuo faciendos (quod non credimus) alienationem terrarum & feudorum hujusmodi, ac creationem Cardinalium, ſi quam forte fieri contingeret, creatorumq; ſi qui ſunt publicationem, pro nulla, & nullis haberi ac nullius valoris, roboris, ac momenti eſſe exiſtimabimus, ac per Concilium ipſum ſeu futurum Rom. Pontificem, annullari, caſſari, & irritari procurabimus: & quia tutum non eſſet ipſis oratoribus, Nunciis, & Procuratoribus, dictam proteſtationem, intimationem, & convocationem in præſentia S.D.N. facere, quia S.R.E. Cardinales, confratres ſuos, carceribus mancipare, Oratoresq; principum Chriſtianorum, vi capere, & funis ictibus torquere, carceribus, aliisque tormentis macerare non erubeſcit; ideo decrevimus, per affixionem monitionis hujusmodi (quam ipſi Procuratores noſtri facere duxerint) in valvis aliquarum Eccleſiarum, & aliis locis propinquis, ex quibus veriſimiliter ad notitiam Sanctitatis ſuæ, & R. D. Cardinalium, & aliorum Prælatorum, venire poterit (quam vim publici edicti habere decernimus) eos perinde arctari, & ad veniendum obligatos eſſe, ac ſi perſonaliter fuiſſet illis intimata, ac exhibita ipſa monitio: cum non ſit veriſimile ipſis fore incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Unum quoque vel plures Procuratorem ſeu Procuratores, loco ipſius & cujuslibet ipſorum, cum ſimili aut limitata poteſtate ſubſtituendum, eosque revocandum, & onus Procurationis ejusmodi, ſe reaſſumendum toties quoties opus fuerit, & ipſis vel eorum alteri videbitur expedire (præſenti procuratorio nihilominus in ſuo robore duraturo) & generaliter ad faciendum, dicendum, agendum, gerendum & procurandum omnia & ſingula, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, & quæ nos ipſi facere poſſemus, ſi præmiſſis & cuilibet præmiſſorum præſentes perſonaliter eſſemus, etiamſi mandatum exigeretur magis ſpeciale, &c. ac quorumdam verbo ad verbum expreſſa, & individua hic eſſet facienda mentio ſpecialis. Promittentes in verbo regio, nos rata & firma habituros omnia & ſingula, quæ in prædictis & eorum circumſtantiis ac dependentiis, per præfatos noſtros Procuratores, & Oratores, & eorum quemlibet acta, geſta, & facta fuerint. In quorum fidem & teſtimonium, has præſentes manu noſtra propria ſubſcripſimus, & ſigilli noſtri appenſione muniri fecimus. Datum Bleſis, die xv. menſis Februarii, Anno à nativitate Domini M.D.XI. regni vero noſtri decimo tertio. LOYS. Per Regem Mediolani Ducem.

COTEREAV.

Quibus mandatis lectis, videntes R. Domini Cardinales præfati, utriusque Principis Procuratores, ad ea quæ in mandatis continebantur exequenda, ſufficienti facultate munitos, petierunt primo à Procuratoribus Cæſareis prænominatis ut vellent ore tenus ſacratiſſimi domini Cæſaris mentem ſuper hoc & mandata ipſis à Majeſtate ſua Cæſ. tradita aperire. Tunc aſſurgens nobilis dominus Comes Hieronymus Nogarolus, petita à reverendiſſimis dominis Cardinalibus præfatis & Collegis ſuis, quorum etiam nomine loquebatur licentiâ, hæc vel ſimilia verba propoſuit videlicet, *Quod cum ſacratiſſimo domino ſuo non eſſet aliqua ſpes per medium ſummi moderni Pontificis, nec R. D. S. R. E. Cardinalium apud Sanctitatem ſuam moram trahentium, debere congregari generale Concilium univerſalis Eccleſiæ, pro pace Chriſtianorum, bello contra infideles, & reformatione morum Eccleſiæ & extirpatione hæreſeum, ac errorum: nec eis etiam eſſet tutum hoc in præſentia à ſummo Pontifice exquirere, ideo videntes Eccleſiæ maximam neceſſitatem, & memores præcepti Concilii Conſtantienſis, de tenendo generali Concilio ſingulis decenniis, recurrebant ad ipſos dominos Card. in Inſubria congregatos, quos intelligebant zelo Dei & Eccleſiæ ſanctæ ferventes, deſiderantesq; reſtitutionem priſtini ſplendoris ipſius, & ut juxta antiqua tempora & conſuetudinem ſuperiorum patrum, ad medicinam omniũ morborum Eccleſiæ, & orbis deveniatur (generale videlicet Concilium) Idcirco quantum melius jure poterant, & debebant, requirebant eorum D. R. & alios S. R. E. Car. quos intelligebant in hac cauſa eis adhærentes, ut dignarentur intendere*

convocationi & congregationi generalis Concilii univerſalis Eccleſiæ, in quo, ut & officio [illegible] nerentur ſatisfacerent, & ſacratiſſimo D. Cæſari, ac Chriſtianiſſimo Regi Francorum chariſſimo fratri ſuo maxime complacerent, ipſi quoq; parati erant ſimiliter cum eis, prout jure melius poterant, convocationem etiam hujusmodi Concilii facere, & intimare, & de hoc requirebant notarios & teſtes præſentes de teſtimonio, & inſtrumentis, &c.

Expoſito hoc majeſtatis Cæſ. ſanctiſſimo propoſito, ſpectabilis Juriſconſultus dominus Jo. Biragus, Chriſtianiſſimi D. Ludovici Regis Francorum Procurator nomine ſuo, & Collegarum, accepta à reverendiſſimis dominis Cardinalibus dicendi licentiâ, hæc vel ſimilia verba propoſuit: *quod in exponenda principis ſui Chriſtianiſſimi mente, & commiſſionibus eiſ verbis & ſententiis utebatur quibus uſus eſt Procurator prænominatus Cæſareus, quorum repetitio quia futura eſſet tædioſa, propter brevitatem omittebatur. Unde ſolummodo dixit Chriſtianiſſimum dominum Regem motum cauſis eiſdem quibus ſacratiſſimus dominus Cæſar movebatur, ejusdem q; eſſe, cum majeſtate ſua Cæſarea, in convocatione hac ſancta, & notoria Concilii generalis univerſalis Eccleſiæ, propoſiti: & propterea hortabatur & requirebat D. Cardin. Reverendiſſimos, ut vellent hujusmodi convocationi pro definitione cauſarum a Procuratore Cæſareo nominatarum intendere, quam convocationem ipſe etiam erat cum D. ipſis reverendiſſimis & ſacratiſſimo domino Cæſare, prout jure melius poterat facturus, & intimaturus.*

Tunc R. D. Cardinales præfati audita conformitate horum principum Chriſtianitatis circa ſanctiſſimum hoc propoſitum concurrentium expetentes ſimilem aliorum eſſe mentem, & timentes in dilatione aliquod periculum, modicum ad partem ſecedentes, eadem hora per organum Reverendiſſ. Domini B. Cardinalis ſanctæ Crucis reſponderunt præfatis utriusque principis Procuratoribus, habentes gratias Deo omnipotenti, quod tam firmum & generoſum animum inſpiraverit ſacratiſſimo domino Max. E. R. Imperatori, Semper-Auguſto; & Chriſtianiſſimo domino Ludovico Regi Francorum, & eundem ſperabant aliis Chriſtianis Principibus inſpirari, & communicari debere: & ipſis met principibus agebant gratias ingentes, quod memores eſſent officio ſui, & conſervationis, ac ſplendoris Eccleſiæ.

Ad hunc tamen actum convocationis Concilii, pro quo potiſſimum ad Inſubriam ſeceſſerant, tria petebant a ſuis nobilitatibus & magnificentiis, ut ea procuratorio nomine ſuorum principum promitterent ſervare, & realiter tenere.

Primò, quod promitterent nomine Imperatoris & Regis, in eventum convocationis Concilii generalis, quod eorum Majeſtates realiter & cum effectu erunt fautores dicti Concilii, & membrorum ejusdem: & cum omnibus viribus eos juvabunt, & cuſtodient, usque ad ultimam Concilii definitionem.

Secundò, quod nunquam erunt in voto nec conſentient aliorum ſententiæ, in diſſolutione aut translatione dicti Concilii, ſine conſenſu majoris partis congregandorum in eo.

Tertiò, quod procurabunt quantum in eis erit, dictum Concilium eſſe liberum, tutum, & ſecurum, & ad nullius confuſionem (niſi ſecundum juſtitiæ terminos) & quod in eo teneatur forma Concilii Conſtantienſis. Et quamvis ipſi domini Cardinales a principibus ipſis plura eſſent petituri, pro directione dicti Concilii, quia tamen ad illa non videbatur mandatum oratorum ſe extendere, petebant ſolum hæc tria, ſine quibus & oratorum requiſitio, & Cardinaliû convocatio, irrita videretur.

Tunc domini Commiſſarii, & Procuratores Cæſarei, & Regii, reſponderunt ſe vere intellexiſſe mentem ſacratiſſimi Cæſaris, & Chriſtianiſſimi Regis, eſſe inclinatiſſimam ad veram univerſalis Eccleſiæ directionem, in dicto Concilio, & cum iſta tria ſint annexa, & neceſſaria eorum menti & effectui, & comprehendantur ſub requiſitione & mandatis eorumdem, ideo pure, realiter, & bona fide, nomine & auctoritate dominorum ſuorum principalium præfatorum, iſta tria ſunt polliciti, & promiſerunt in verbo fidei & veritatis, Principum eorumdem.

Deinde, Reverendiſſ. domini Cardin. habita promiſſione iſta, modicum ſecedentes, communicato conſilio, ne incurrerent maledictum illius qui opus Dei tractât negligenter, per organum Reverendiſſimi Domini B. Epiſcopi Sabinenſ. Cardinalis Sanctæ Crucis, Patriarchæ Hieroſolymitani, accepto themate.

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, à templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent reges munera: Pſ. LXVII. ubi notata inſpiratione ipſorum dominorum Cardinalium, & Principum, circa ſplendorem & directionem Eccleſiæ, quæ inſpiratio effectivè a triumphante Hieruſalem dependebat, & objectivè militantem reſpiciebat, & cum factores operum ſemper illa ament, & conſervari ac confirmari procurent, credebat hoc divinum opus à Domino confirmandum, à quo mirabiliter procedebat, & tantæ Majeſtatis & utilitatis erat: & hoc continebat prima pars illius verſiculi orationem videlicet pro confirmatione iſtius ſanctiſſimæ inſpirationis, pro qua nomine univerſalis Eccleſiæ cum David ab omnibus eſſet orandum) & in ſecunda parte verſiculi, pro iſto divino opere, notabatur gratiarum actio, quæ fiebat cum omni genere munerum, & ſignanter per Principes Eccleſiæ, & orbis: quorum potiſſima cura eſſe debet iſta publica & divina (tanquam Deo propinquiores, & immediatores) curare, & nullum majus munus eſſe poterat offerendum Deo, quam iſta fides & devotio principum & ipſorum Reverendiſſ. D. Cardinalium, qui rejectis multis promotionibus, ſpretisq; multis minis, & periculis poſtpoſitis, tam ferventer, tam ſolidè, hanc Dei inſpirationem ſuis actionibus adjuvabant.

Invocato igitur nomine Dei omnipotentis, iſta inſpirantis, cum auxilio ſancti Spiritus, quem Dominus promiſit Eccleſiæ aſſiſtentem, viſis prius mandatis infraſcriptorum aliorum reverendiſſ. D. Cardinalium, ad convocationem Concilii generalis univerſalis Eccleſiæ, ſub una ſchedula, quam ex-

[illegible] & [illegible] omnium Cardinalium, quorum [illegible] aliorumque D. [illegible] aliorum adhærere volentium, devenerunt ſub his [illegible]

[CONVOC]ATIO GENERALIS CONCILII EX PARTE CARDINALIUM,

quæ una cum ſequenti convocatione principum [...] ut præhabita diligenti informatione ex authenticis relationibus probatum eſt, & notorium exſtit, per omnes quatuor nationes divulgata & publicata fuit.

TEnore præſentis ſchedulæ aut inſtrumenti, cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno [a] nativitate Domini M. D. XI. Indictione quartadecima, die vero Veneris XVI. Menſis M[aji] . Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri Domini Julii, divina providentia Papæ II. anno o[ctavo]: Con[ſti]tuti coram nobis notariis publicis, & teſtibus infraſcriptis, reverendiſſimi in Chriſto patres & domini, Domini B. Epiſcopus Sabinenſ. & G. Epiſcopus Prænestinus & F[...] tt. Sanctorum Nerei & Archilei Cuſentinus, S.R.E. Cardinales, ſuis nominibus, & pro ſex aliis dominis Cardinal. [ſuffi]cientia mandatum habentes, pro aliis eis adhærentibus, & adhærere volentibus dixerunt, & pro[tul]erunt ſequentia verba, videlicet quod conſiderantes quantam reipublicæ Chriſtianæ utilitatem C[o]ncilia generalia univerſalis Eccleſiæ attulerint, quantumque detrimenti ex eorum intermiſſione Ch[ri]ſtiana reſp. ſit paſſa, cumque impræſentiarum conſpiciant clare, magnam inſtare neceſſitatem u[niver]ſalis Concilii congregandi pro vera pace Chriſtianorum fundanda, & ſufficienti bello contra in[fi]deles ſtabiliendo: necnon potiſſimè pro reformatione morum univerſalis Eccleſiæ in capit[e] & in membris plurimum collapſorum, ac emendatione criminum graviſſimorum notoriorum, co[nti]nuorum, ac incorrigibilium univerſalem Eccleſiam ſcandalizantium, quorum omnium Eccleſiæ morborum ſalutaris & unica medicina congregatio univerſalis Concilii ſemper fuit habita: quumq; t[e]mpus [en]enim poſt ultimum univerſale Concilium jamdudum ſit effluxum, & ſaluberrima decretali Con[ſt]antienſi conſtitutione edita, quæ incipit *Frequens*, ſingulis decenniis univerſale Concilium congregari debeat, & ſanctiſſimus dominus noſter Dominus Julius Papa II. cui primo curæ eſſe deberet illud convocandi, tanto tempore hoc neglexerit, maximè cum voverit & juraverit poſt biennium à creatione ſua illud tenere, & nedum negligens in præcepto Eccleſiæ, & Concilii, ſed & voti, & juramenti hujuſmodi transgreſſor illud non tenuerit, tempuſq; interpellet pro homine, cumque nunquam ſua authoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum: & cum de gravibus Eccleſiæ ſcandalis in capite agendum ſit, quo caſu, juxta patrum ſanctiones, & ipſius ſacri Conſtantienſis Concilii decreta, ad ſummum Pontificem congregatio Concilii non attinet: ſed ſecundo loco, ad reverendiſſimos D. Card. qui Pontifici, in ejuſmodi ſua negligentia non adhæſerint: in ſimilibus caſibus, convocatio Concilii ſpectat, non ad eos qui ſunt participes continuæ negligentiæ ejus: zelo domus Dei, quo nos maximè accendimur, poſt Miſſam ſancti Spiritus invocato, ac reformationem Eccleſiæ in capite & in membris vehementer efflagitantes, & depoſcentes ex noſtra certa ſcientia: & ſpontanea voluntate quantũ jure melius poſſumus, & debemus, nomine ſacri R. D. Card. Collegii, quod in nobis repræſentatur, in hoc caſu jure & etiam particulariter nomine noſtro, & aliorum Cardinalium, quorum habemus mandata, & aliorum Card. & Prælatorum nobis adhærentium, & adhærere volentium: una cum Conſiliariis & Procuratoribus ſacratiſſimi domini Maximiliani electi R. Imperatoris Semper-Auguſti; & Chriſtianiſſimi domini Ludovici Francorum Regis, Ducis Mediolani, cæteriſq; nobis in hoc adhærentibus, & adhærere volentibus, Concilium generale univerſalis Eccleſiæ indicimus & convocamus, & quantum in nobis eſt effectualiter congregari monemus, & hortamur futurum, in civitate Piſana, & inchoandum in Calendis Septemb. proximè futuri & ibi continuandum & terminandum, uſque ad definitionem ſuperiorum cauſarum: niſi de conſenſu majoris partis congregandorum in Concilio aliqua legitima cauſa ad alium locum commodiorem transferendum ſit. Quapropter cum omni reverentia, humilitate, ac inſtantia, ſanctiſſimum dominum noſtrum Julium Papam ſecundum ſupplicamus, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri hortamur, ac requirimus, ut huic congregationi Concilii, pro dictis cauſis, aſſentire dignetur, & illud perſonaliter, vel per ſuos legatos honorare & confirmare: Similiter & R. D. S. R. E. Card. Patriarchas, Archiepiſ. Epiſ. Reges, Principes & Potentatus, ac communitates, & Collegia, univerſitateſq; ſtudiorum generalium, ac Religionum generales, & magiſtros, necnon omnes alios Eccleſiæ Prælatos, & in Conciliis generalibus, auctoritatem definiendi aut conſulendi habentes, & ad Concilium de jure aut conſuetudine venire ſolitos, & obligatos, convocamus & requirimus: ut per ſe, vel ſolemnes oratores, vel Procuratores, ſi commodè, perſonaliter intereſſe non poterunt ad Concilium ipſum, loco & tempore quibus ſupra accedere dignentur, procuraturi quantum in eis erit, ut Concilium ſit liberum, tutum & ſecurum, & in eo juxta formam Conſtantienſis Synodi procedatur ad honorem Dei, & Eccleſiæ ſplendorem, pacẽ Chriſtianorum, & infidelium expugnationem, quod nos S. R. E. Cardinales pro viribus offerimus Deo & Eccleſiæ effectualiter procuraturos, & pro viribus facturos. Quare ſanctiſſimum dominũ noſtrum, & Reverendiſſimos dominos Cardinales, juxta formam aliorum Cõciliorum, enixè ſupplicamus & hortamur, ut à quatuor cauſis quæ maximè poſſent hujuſmodi ſanctam congregationem impedire, ex nunc abſtinere dignentur, videlicet à creatione novorum Cardinalium & à publicatione cre[a]torum (ſi qui forſan ſunt) & proceſſu contra antiquos Cardinales, alioſque prælatos, & perſonas ad Concilium ipſum accedere volentes, & illi prout decet conſentientes, necnon ab impediendo hujus-

hujuſmodi [illegible] convocationem Concilii directè, vel indirectè, publicè vel occultè, [illegible] re, & abalienatione feudorum ſeu terrarum S. R. E. In quibus omnibus cau[illegible] proteſtamur de nullitate actus [illegible] Sanctiſſimo domino noſtro in dicto [illegible] contingeret, & aliter facta vel facienda irr[illegible] haberi, ac per Concilium ſeu pro[illegible] caſſari debere proteſtamur & re[illegible]rimus. Inſuper vos omnes R.D. Cardinal[illegible] peſq;, ac dominos temporales, & perſonas alias, cujuſcumq; ſtatus, gradus, con[illegible] nentiæ exiſtant, hortamur, & monemus, quatenus hujuſmodi bono propoſito noſtro a[illegible] tunoſque favores præbere, & à quibuſcumque moleſtationibus, & impedimentis, ac prohi[illegible] bus, contra venientes & venire volentes, ad dictum generale Concilium, quomodocumque, & [illegible] litercumque directè, vel indirectè, ſive alio quovis quæſito colore, vel ingenio, publicè vel oc[illegible] deſiſtant, atque deſiſtere velint & debeant; & ab omnibus cenſuris, cujuſcumq; qualitatis [illegible] pr[illegible] hujuſmodi congregationis ſacri Concilii) abſtineant. Et ſi ſecus ſuper his, à quoquam quavis au[illegible] tate ſcienter vel ignoranter fieri vel attentari contigerit, proteſtamur de nullitate taliter gere[illegible] rum, & de omni remedio habendo, in dicto generali Concilio, ut talia irrita, & nulla declarentur, & omnibus aliis remediis nobis competentibus, maxime ex forma dictæ Synodi Conſtantienſis p[illegible] coram notabilibus perſonis, notariis & teſtibus, etiam in Scripturis pro nobis adhærentibus, [illegible] lentibus adhærere proteſtati fuimus, & reclamavimus, prout etiam tenore præſentium prote[illegible] & provocamus. Et quia tutum non eſt nobis dictam convocationem Concilii, ac proteſtati[illegible] præſentia ſanctiſſimi domini noſtri facere, qui S.R.E. Card. fratres ſuos & Eccleſiæ univ[illegible] cipes carceribus mancipari, & eis minari fecit, oratoresq; principum contra jus gentium deti[illegible] eo decrevimus per affixionem hujuſmodi ſchedulæ, ſive inſtrumenti convocationis, monitionis, proteſtationis, in valvis Eccleſiarum Mutinenſis, Rhegienſ. & Parmenſ. (ex quibus veriſimilit[illegible] notitiam Sanctitatis ſuæ, & reverentiam D. Cardinalium, ac Principum Chriſtianorum, & [illegible] Prælatorum venire poterit (quam vim publici edicti habere petimus) perinde arctare ad veniendum ad Concilium ſupra requiſitos, & monitos, ac ſi perſonaliter illis intimata fuiſſet ipſa cõvocati[illegible]o-nitio, & proteſtatio: cum non ſit veriſimile, ipſis fore incognitum vel occultum, quod tam patent[illegible] omnibus publicatur. Alioquin dictis Calendis Septembris advenientibus, & etiam elapſis, in di[illegible] Civitate Piſana, vel alio loco, in quo, ut præfertur, de conſenſu majoris partis congregandorum, transferri contigerit, ad celebrationem & perfectionem dicti generalis Concilii gradatim & ſucceſſive procedemus, & procedetur unà cum illis reverendiſſ. D. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dominis, aliiſq; ut ſupra citandis, qui nobiſcum in dicto generali Concilio convenerint, juxta ſtatuta & decreta in dicto Concilio Conſtantienſi; aliorum, ſic ut ſupra requirendorum & citandorum abſentia, ſeu negligentiâ, aut contumacia, in aliquo non obſtante, eiſque propter hoc [illegible]lterius non citatis vel monitis. De cujus præſentis inſtrumenti, hujuſmodi convocationem, monitionem, proteſtationem, & decreta in ſe continentis, in locis prædictis & aliis ubi expediens fuerit publicatione, præſentatione, & in valvis prædictis affixione, & dimiſſione cuilibet hujus inſtrumenti latori nuncio, in hac parte noſtro, cum juramento aut inſtrumento publico, manu notarii publici confecto, plenam dabimus fidem. Quia vero fidelibus, non eſt tam de ſolicita intentione quacumq; fidendum, quàm de inſtantia orationis humilis & devotæ ſperandum: *cum non ſimus ſufficientes etiam cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis ſed ſufficientia noſtra*, juxta verbum Apoſtoli, *ex Deo ſit*, ideo omnium veſtrum charitates precamur in Domino, quatenus & per vos, & per fideles veſtræ ſolicitudini commiſſos, humiles preces fundantur ad dominum, & devotis orationibus inſiſtatur, ut ipſe qui concordiam operatur in ſublimibus, dignetur efficere, ut debita hujus ſanctæ noſtræ deliberationis, & convocationis proviſio & executio, cõcors, & celer, ac canonica ſubſequatur, ut Eccleſiæ ſalus exigit, & totius orbis pax, & utilitas deſiderat, & expoſcit. Et noviſſime vos R. D. Archiepiſcopos hortamur in Domino, ne in tempore hujuſmodi convocationis ſitis deficientes, ſed interim ſuffraganeos veſtros, exemptos, & non exemptos, ac alias notabiles perſonas provinciarum veſtrarum requiratis ut in tempore ac loco deſignatis, abſq; dilatione, etiam cum deliberationibus, & aviſamentis veſtris, & ſuis circa fidem, pacem, & mores fidelium inſtructi compareatis, & compareant, qui dicoram Domino rationem veſtræ villicationis reddituri. De quibus omnibus prædicti R.D.S.R.E. Cardinales petierunt à nobis Notariis infraſcriptis, unum vel plura inſtrumentum atque inſtrumenta fieri, atque confici debere. Acta fuerunt hæc Mediolani in domo modernæ reſidentiæ prædicti reverendiſſ[illegible] D. Cardinalis Epiſcopi Præneſtini, ſita in porta Ticinenſi, parrochiæ Sancti Georgi in palatio, ſub anno, indictione, die, menſe, & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem illuſtribus domi[illegible] Carolo Jafredo, Præſidente reverendiſſimi Senatus Regii Mediolani, & Galeatio Vicecomite mi[illegible]te, & Senatore regio, teſtibus idoneis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Nomina autem R.D. Cardinalium à quibus & quorum mandato hujuſmodi convocatio facta fuit ſequuntur.

Bernardinus Epiſcopus Sabinenſis, Cardinalis ſanctæ Crucis. Guillermus Epiſcopus Præneſtinus, Cardinalis Narbonenſis, Philippus Epiſcopus Tuſculanus, Cardinalis Cœnoman[illegible]ſis, Franſcus tt. ſanctorum Nerei & Archi[illegible]i, Cuſentinus. Hadrianus tt. ſancti Chryſogoni, de Cornet[illegible] R[illegible]natus tt. [illegible]æ Sabinæ Bajocen[illegible]is. Carolus tt. ſancti Viti in Marcello de Finario, pre[illegible] Cardinales, necnon Dominus Federic. ſancti Angeli de Sancto Severino, ac Dominus Hypolitus ſanctæ Luciæ in ſilice Eſtenſis S.R.E. Diaconi Cardinales.

Ego Gentilis ex gentilibus Fulginas, publicus Apoſtolica auctoritate notarius, de præmiſſis rogatus,

[illegible] tum fideliter impreſſum ſubſcripſi & publicavi ſignoque meo appoſ[illegible] rogatus & requiſitus.

[illegible] Eduenſis diocœſis, auctoritate Apoſtolica notarius publicus, de [illegible] ſive inſtrumentum fideliter impreſſum una cum prænominato notario ſubſcri[illegible] q; meo manuali ſignavi, in teſtimonium præmiſſorum.

CONVOCATIO GENERALIS CONCILII EX PARTE Principum.

TENORE præſentis ſchedulæ ſeu inſtrumenti, cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à n[illegible] Domini M. D. XI. Indictione XIV. die vero Veneris XVI. menſis Maji, Pontificatus S. D. N. Domini Julii divina providentia Papæ II. anno VIII. conſtituti coram nobis notariis publicis, & teſtibus infraſcriptis, nobiles viri domini Comes Hieronymus Nogarolus, Anto. de Capit[illegible], & Ludovicus Faella omnes equites ſacratiſſimi ac Sereniſſimi Domini Maximiliani Rom. electi Imperatoris Semper-Auguſti Procuratores, nec non ſpectabiles Juriſconſulti Do. Jo. Biragus, Franciſcus de Vaccis, & Balthaſar Platus Chriſtianiſſimi & ſereniſſimi Domini Ludovici Francorum Regis, & ducis Mediolani ſimiliter Procuratores, & procuratoriis nominibus ad in raſcripta ſufficienti mandato ſuorū principaliū muniti, propoſuerunt & dixerunt ſequentia verba, videlicet, quod cum Imperatores Romani & Francorū Reges fuerint ſemper fautores conſtantiſſimi Chriſtianæ fidei, & S. R. E. & propugnatores indefeſſi ac defenſores acerrimi contra omnia catholicæ fidei & Eccleſiæ Romanæ obſtacula ac ſcandala, nullis laboribus, nullisq; periculis in illarum extirpatione parcentes: & ſacratiſſimi moderni Ro. Imperator, & Francorū Rex ſupra nominati domini nobis obſervandiſſimi, officii ſui prædicti non immemores, ſed majorum ſuorū inhærendo veſtigiis, conſiderantes, quantam Reipublicæ Chriſtianæ utilitatem generalia Concilia univerſalis Eccleſiæ attulerint, quantumq; detrimenti ex eorum intermiſſione Chriſtiana reſpublica ſit paſſa, quamq; impræſentiarum clare conſpiciant, magnam inſtare neceſſitatem univerſalis Conciliū congregandi, pro vera pace Chriſtianorum fundanda, & ſufficienti bello contra infideles ſtabiliendo, & pro extirpatione hæreſeum, & errorum, in diverſis mundi partibus, ſuperiorum negligentiâ pullulantium: & ſimiliter ſchiſmatum ac diviſionum; nec non potiſſimè, pro reformatione morum univerſalis Eccleſiæ in capite & in membris, plurimum collapſorum, ac emendatione criminū graviſſimorum, notoriorum, continuorum, aut incorrigibilium, univerſalem Eccleſiam ſcandalizantium: quorum omnium Eccleſiæ morborum, ſalutaris & unica medicina, congregatio univerſalis Concilii ſemper eſt habita: cumq; tempus decennii, poſt ultimum univerſale Concilium, jamdudum ſit effluxum, & ſaluberrima decretali conſtitutione univerſalis Eccleſiæ irrevocabili ac irrevocata in ſacratiſſimo Conſtantienſi Concilio edita, quæ incipit *Frequens*, ſingulis decenniis univerſale Conciliū congregari debeat: & ſummus Romanus Pontifex modernus, cui primò curæ eſſe deberet, illud convocandi, tanto tempore hoc neglexerit, maximè cum juraverit & voverit poſt biennium à creatione ſua illud tenere debere: & nedum negligens in præcepto Eccleſiæ & Concilii, ſed & voti & juramenti hujuſmodi tranſgreſſor, illud non tenuerit: tempusq; interpellet pro homine, quum nunquam ſua auctoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum, cumq; de gravibus Eccleſiæ ſcandalis in capite agendum ſit: quo caſu juxta patrum ſanctiones, & ipſius ſacri Conſtant. Concilii decreta, ad ſummū Pontificem, Concilii convocatio non attineat, & R. D. S. R. E. Cardinales, ad quos ſecundo loco in ſimilibus caſibus convocatio Concilii ſpectaret, diviſi videantur; & hi qui cum ſummo Pontifice moram trahunt, vel quia verè non ſunt liberi, aut forſan ex negligentiâ, vel alia ex cauſa non exiſtimentur convocationi hujuſmodi pro nunc velle aſſiſtere, ſeu aſſentire, pluresque R. D. Card. qui à Curia Romana legitimis ex cauſis ſunt abſentes, & aliqui eorum in Lombardia congregati, hujuſmodi convocationem Concilii pro ſuperioribus cauſis, ſicuti zelatores domus Dei cordialiter efflagitent, & enixe depoſcant, quod etiam à nobis Procuratoribus inſtanter requiſiti convocaverunt, & indixerunt. *Pro debito* ergo, quo principes noſtri ſupradicti Chriſto domino Creatori & redemptori tenentur, ac ſplendori ſanctiſſimæ ſponſæ ſuæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ, ac paci & incremento fidei obligantur, eorum auctoritate & mandato, & de eorum certa ſcientia, & ſpontanea voluntate, quantum jure melius poſſumus & debemus, nomine ſupradictorum dominorum Concilium generale univerſalis Eccleſiæ indicimus, & convocamus, & quantum in nobis eſt effectualiter congregari monemus, & hortamur futurum, in civitate Piſana, ad Calendas Septembris proxime futuri, ibi inchoandum, continuandum, ac terminandum, uſque ad definitionem ſuperiorum cauſarum, niſi de conſenſu majoris partis congregandorum in Concilio, alia legitima cauſa ad alium locum commodiorem transferendum ſit. Quapropter cum omni reverentia & humilitate ac inſtantia S. D. N. Julium Papam II. [illegible]mine quo ſupra, ſupplicamus, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri requirimus, ut huic vocationi [illegible] ncilii, pro dictis cauſis aſſentire dignetur, & illud perſonaliter vel per legatos ſuos honorare, & [illegible]firmare: ſimiliter & R. D. S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Reges, & [illegible]ncipes, & potentatus, necnon alios Eccleſiæ prælatos, communitates, & univerſitates ſtudiorū ge[illegible], Collegi[illegible] ac Religionum generales, & magiſtros, & in Conciliis generalibus auctoritatē defi[illegible] aut conſulendi habentes, & ad Concilium de jure venire ſolitos, & obligatos convocamus; & requirimus ut per ſe, vel per ſolemnes oratores vel procuratores (ſi commode perſonaliter intereſſe

non po[illegible] ad Concilium ipſum, loco & tempore quibus [illegible] quant[illegible] erit, ut Concilium ſit liberum, tutum, & [illegible], & in[illegible] ſi Synodi procedatur, ad honorem Dei, & Eccleſiæ ſplendorem, pacem [illegible] tionem infidelium, quod obſervandiſſimi ipſi noſtri principes, & domini [illegible] viribus ſuis offerunt Deo & Eccleſiæ ſe effectualiter procuraturos & facturos, nec [illegible] ne & auctoritate S.D.N. & R.D. Cardinalium juxta formam aliorum Conciliorum ho[illegible] quirimus, ut à quatuor cauſis, quæ maximè poſſent hujuſmodi ſanctam congregation[illegible] abſtinere etiam dignentur, videlicet à creatione novorum Cardinalium, & a publicatione [illegible] ſi qui forſan ſunt & proceſſu contra antiquos Cardinales, aliosque prælatos, & perſonas ad Concilium ipſum accedere volentes, & illi prout decet conſentientes, nec non ab impediendo hujuſmodi convocationem Concilii directè vel indirectè, publice vel occultè quovis quæſito colore, & ab [illegible] natione feudorum ſeu terrarum S. R. E. in quibus omnibus cauſis, proteſtantur domini nobi[illegible] ſer vandiſſimi principales, de nullitate actus (niſi à S. D. N. in dicto Concilio hujuſmodi fierent, & [illegible] facta, vel facienda, irrita haberi, ac per Concilium ipſum annullari, & caſſari debere proteſtantur & requirunt. Et quia tutum non eſſet nobis Procuratoribus dictam convocationem Conc[illegible] proteſtationem in præſentia S. D. N. facere, qui S. R. E. Card. fratres ſuos & Eccleſiæ univer[illegible] principes carceribus aliquando mancipandos minari fecit, Oratoresq; principum contr[illegible] tium detineri, prout notorium eſt, & pro notorio allegatur; ideo decrevimus, per affixione[illegible] modi ſchedulæ ſive inſtrumenti convocationis, monitionis, ſeu proteſtationis hujusmodi, [illegible] Eccleſiarum Mutinenſis, Rhegienſis & Parmenſis (ex quibus veriſimiliter ad notitiam ſanct[illegible] & R. D. Cardinalium ac principum Chriſtianorum & aliorum prælatorum venire poterit quam v[illegible] publici edicti habere petimus & principales domini nobis obſervandiſſimi habere decrev[illegible] fuerunt) perinde arctare ad veniendum ad Concilium ſupra requiſitos, & monitos, ac ſi perſon[illegible] illis fuiſſet intimata, vel exhibita ipſa convocatio, monitio, & proteſtatio: quum non ſit veriſimile, ipſis fore incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. De quibus omnibus dicti domini Conſiliarii, Commiſſarii & Procuratores, petierunt a nobis notariis infraſcriptis unum vel plura inſtrumentum vel inſtrumenta fieri atq; confici debere. Acta fuerunt hæc Mediolani in domibus habitationis modernæ reſidentiæ R. D. domini G. Epiſcopi Cardinalis Prænestini, ſitis in porta Ticinenſi, parrochiæ S. G. in palatio, ſub anno, indictione, die, menſe & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem illuſt. Dominis Galeatio Vicecomite milite magnifico J. U. D. Domino Hieronymo Morono, filio quondam D. Jo. Re. Senatoris Mediolani; magnifico D. Bernard. Guacio, filio quondam D. Anto. Prætor. Papiæ. & D. Benedicto Abriono, filiu quondam Domini Chriſt. Vicario D. Capitanei juſtitiæ Mediolani, ac domino Princivallo de Monte Regio, Secretario Mediolani, teſtibus idoneis ad præmiſſa vocatis, & ſpecialiter rogatis.

Ego Gentilis ex gentilibus Fulginas. publicus Apoſtolica auctoritate notarius, de præmiſſis rogatus, hanc ſchedulam ſeu inſtrumentum fideliter impreſſum ſubſcripſi, & publicavi ſigno meo appoſito, conſueto, in fidem præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Ego Petrus Rebe, Clericus Heduenſ. Diocefis, auctoritate Apoſtolica Notarius publicus, de præmiſſis rogatus, hanc ſchedulam ſive inſtrumentum fideliter impreſſum, una cum prænominato Notario ſubſcripſi, & publicavi, ſignoq; meo manuali ſignavi, in teſtimonium præmiſſorum.

SERENISSIMI ROMANORUM IMPERATORIS ELECTI MAXIMILIANI SEMPER-Auguſti Epiſtolæ, quibus prælibata generalis Concilii indictio recipitur & approbatur.

A TERGO

Reverendiſſimis in Chriſto patribus dominis Cardinalibus Mediolani conſtitutis amicis chariſſimis.

MAXIMILIANUS, divina favente clementia electus Rom. Imperator Semper-Auguſtus, &c. Reverendiſſimi patres, amici chariſſimi ſalutem, cum incremento omnis boni, accepimus complures literas V. Reverendiſſ. D. quibus nobis ſignificant, quomodo una cum noſtris, & ſereniſſimi Regis Franciæ fratris noſtri chariſſimi procuratoribus, indixerunt Concilium, & cum eiſdem literis ſuis accepimus ſchedulas ejuſmodi denunciationis, & copias literarum datarum, ad ſereniſſimum Regem Arragonum fratrem noſtrum chariſſimum, quæ omnia nobis ſummopere placuerunt, & ea approbamus, ſicuti aliquanto latius ſcribimus procuratoribus noſtris, ibidẽ apud D. V Reverendiſſ. exiſtentibus, & quoniam jam primo rediit ad nos venerabilis Matthæus Epiſcopus Gurgenſ. Princeps & Conſiliarius noſter devotus dilectus, intellecto ab eo ſucceſſu omnium rerum, latius ſcribemus D. V. Reverendiſſ. & eiſdem Procuratoribus noſtris, quibus circa omnia reſolute mentem noſtram ſignificabimus, quæ erit ad omnimodam proſecutionem hujuſmodi Concilii, ad laudem Dei, & incrementum ſuæ ſanctæ fidei, & confuſionem hoſtium ejus, datum in oppido Medorff. die quinta menſis Julii, Anno Domini M. D. XI. Regni noſtri Romani XXVI. Per Regem. Ad mandatum Cæſ. Majeſtatis proprium, Jacobi. de Banniſſis.

A TERGO

A TERGO

Nobilibus, fidelibus, nobis dilectis Conſiliariis, & Commiſſariis noſtris Mediolani.

MAXIMILIANUS, divina favente clementia E. Ro. Imperator Semper-Auguſtus, &c. Nobiles, fideles, dilecti, accepimus literas veſtras, die XVI. Et poſtea die XXIII. præteritis, & ex illis intelleximus tractata per vos nomine noſtro, cum Reverendiſſ. D. Card. Mediolani exiſtentibus, ac venerabili Epiſcopo Pariſienſi in cauſa Concilii univerſalis Eccleſiæ, cujus indictionis ſchedulas ad nos tranſmiſiſtis, pariter percepimus, ſimulq; ordinem & modum ſervatum ad illud indicendum, quæ nobis omnia valde placuerunt, nec ſatis probare & laudare poſſumus prudentiam & dexteritatem veſtram, quam adhibuiſtis in explicando tanto negotio, quodq; in omnibus ſecuti fueritis conſilium præſati Epiſcopi Pariſienſis, ut vobis erat injunctum, gratum habuimus.

Volumus inſuper, & ita vobis committimus, ut à R. D. Cardinalibus præfatis, & ab aliis quibus vobis videbitur, exactam capiatis informationem, & vos ipſi, judicium veſtrum nobis perſcribatis, de omnibus quæ videntur eſſe per nos agenda in proſecutione dicti Concilii, quæ & quales literæ per orbem Chriſtianum ſcribendæ, & ad quos, quove pacto ſit à nobis procedendum, tam in hoc principio quam in progreſſu, & quomodo cum Papa progredi debeamus, redigatisq; omnium opinionem, & conſilium de omnibus in ſcriptis, per bonum ordinem, ut juxta illum procedere habeamus, ſicut noſtra eſt intentio. Literas etiam per nos ut ſupra ſcribendas, curetis ab eis formari (licet nos aliquas ſcripſerimus & emiſerimus) in eam quam voluerint ſententiam, ad nosq; mittetis, ut juxta formulam expediri facere ea valeamus, ad quoſcumque opus fuerit. Sed ante omnia, agetis noſtro nomine gratias R. D. Cardinalibus, quod ad noſtram requiſitionem & exhortationem tam promptè & voluntarie reipublicæ Chriſtianæ & univerſalis Eccleſiæ periclitantis cauſam amplexi fuerint, denuo hortando eos, ut quo animo inceperunt, ſic velint proſequi, pollicendo nos eis fautores, & auxiliatores conſtantiſſimos, uſq; ad finalem Concilii terminationem, de qua, Deo dante ſperamus eos meritum apud Deum & laudem apud homines reportaturos, manebitisq; Mediolani, apud reverendiſſ. D. eorum & præfatum Pariſienſem, quandiu ipſi neceſſe duxerint vos ibi eſſe, pro rebus dicti Concilii, in quibus vos ea prudentia & fide ſemper gubernabitis, quam de vobis præſumimus: pro certo habentes nos benemeritorum veſtrorum memoriam, & rationem habituros. Agetis inſuper gratias præfato Pariſienſi Epiſcopo nomine noſtro, de bona intelligentia habita in proximo tractatu, cum venerabili Epiſcopo Gurgenſi, principe & Conſiliario noſtro devoto dilecto, & de bonis ac ſinceris officiis, & operibus quæ præſtitit in communibus rebus noſtris, & ſereniſſimi Regis ſui, reſpiciendo honorem & utilitatem noſtram æque ac præſati regis ſui, ſicuti a præſato Gurgenſi nobis ſcriptum eſt, & poſtea relatum, oſtendendo nos eorum memores futuros, ac gratos, ubicumq; contigerit nos aliquid poſſe efficere, quod ad dignitatem & commodum pertineat. Rediit jam ad nos idem Gurgenſis, qui inter alia retulit nobis ſingularem prudentiam veſtram, qua cum omni fide & affectu erga nos, aſtitiſtis ſibi in negotiis noſtris, quod & ſi jampridem pro comperto habeamus, gratum tamen multum fuit, id ab eodem Gurgenſi intelligere, hortamurq; vos ut ſicuti nobis certò perſuademus, ita continuè perſiſtere velitis in omnibus rebus noſtris, & nos condignam rationem habituri ſumus virtutum & meritorum veſtrorum. Datum in oppido Muldorff. V. die menſis Junii, Anno Domini M.D.XI. Regni noſtri Romani XXVI.

JACOBUS DE BANNISSIS.

CHRISTIANISSIMI FRANCORUM REGIS D. LUDOVICI EPISTOLÆ QUIBUS EADEM indictio approbatur & acceptatur.

A TERGO

Reverendiſſimis in Chriſto patribus, & dominis ſanctæ Crucis, Narbonenſi, & Cuſent. S. R. E. Cardinalibus, fratribus noſtris chariſſimis.

REVERENDISSIMI in Chriſto patres, & fratres noſtri chariſſimi, recepimus literas quibus nos certioratis de indictione ſacri Concilii, facta per D. V. reverendiſſ. una cum Procuratoribus ſereniſſimi Rom. Imperatoris E. Semper-Auguſti, fratris & conſanguinei noſtri honorandi, & noſtris, accepimusq; ſchedulas dictæ indictionis, quas cum nobis plurimum placuerint alacri animo approbamus. Ut autem prælibatæ D. V. reverendiſſ. intelligant quanti facimus hujuſmodi indictum Concilium, optemusq; illud ad laudem & ſervitium omnipotentis Dei, utilitatemq; reformationem, & exaltationem Eccleſiæ ſanctæ, ac confuſionem inimicorum ejus, debitum ſortiri effectũ; elegimus copioſum numerum Prælatorum, Theologorum, & juriſperitorum, de almis Univerſitatibus Galliarum, ad eumdem, & aſſiſtendum in ipſo ſancto Concilio nomine Gallicanæ Eccleſiæ. Nos quoq; pro ipſo ſacroſancto Concilio, omnes neceſſarias proviſiones, pro virili noſtra miniſtrare curabimus, ſicuti à præſentium tabellario & nuncio noſtro diffuſius intelligere poteritis. Valeant D. V. reverendiſſ. quas Deus omnipotens aſſiduè cuſtodiat. Datum Valentiæ, die XVIII. Julii M.D.XI.

LOYS.

ROBERTET.

MAXIMI-

Anno Chriſti 1512.

MAXIMILIANI I. IMPER. AUG.

EDICTUM

De vitio ingluviei & ebrietatis.

IN inſtitutis à MAXIMILIANO I. Imper. Trevirenſibus Comitiis anno ſupra milleſimum quingenteſimum duodecimo, poſteà Coloniæ finitis, uti de graviſſimis alioquin Imperii negotiis, de pace nimirum publica conſervanda: de auxiliis Imperatori, communi ſubditorum Imperii contributione præſtandis: de ſchiſmate Cardinalium non tolerando: de proſcriptione Edezardi Comitis Emdani, Imperatoris mandatis non parentis: de Groninga Phryſiæ metropoli, Georgio Duci Saxoniæ reſtituenda: ita quoque de vitio ingluviei & ebrietatis, radice omnium flagitiorum, præſentibus omnibus Septemviris & Ordinibus Imperii, conſultatio diligens inſtituta eſt, de qua graviſſimè conclusum, edictoq; publico confirmatum talem in modum.

Nos MAXIMILIANUS I. Dei gratia, electus Romanorum Imperator, &c. Quamvis ante hæc tempora aliquibus in Conventibus aliquoties de ingluviei vitio, ipſaq; adeò ebrietate vitanda, pronunciatum graviſſimè ſit, tamen id in effectum hactenus nondum deductum.

Quocirca cùm ex immoderata & vitioſa ingluvie cibi potusque ebrietas: ex ebrietate verò, tanquam uberrimo fonte & ſcaturigine pleniſſima, omnis generis impietas, blaſphemia, injuriæ, cædes, aliaque ſcelera quàmplurima, promanent & exoriantur, ac reverà ea ſit litium propagatio, furoris genitrix, petulantiæ magiſtra: experientia inſuper teſtetur, quòd ebrii ex ſe quaſi rapti, non ſolùm omni præeminentiæ, exiſtimationis, dignitatis, aliorumq; honorum faſtigio, ſummo cum dedecore, & ignominia haud contemnenda, ſeipſos privent, verùm etiam animæ, rationis, ſenſuum, fortunarum, bonorum, vitæ denique, corporis, ac ſalutis æternæ jacturam faciant certiſſimam, irreparabilemque, tenore harum univerſis ac ſingulis noſtris, & S. Rom. Imperii, Regnorum, Dominiorum, Provinciarumque noſtrarum hæreditariarum ſubditis, cujuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ exiſtant, tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, ſeriò mandamus & injungimus, ut contumaces ac violatores hujus noſtri Cæſarei mandati, ſi quos fortè compererint, pœna non contemnenda mulctari, aliiſq; idoneis ac opportunis mediis coërceri curent, nec id quenquam impunè violare, ſpernere aut tranſgredi permittant. Si qui verò è Nobilibus, aut Equeſtris Ordinis viris ab hoc vitio ſibi temperare minimè velint, eos cane pejores & angue abominandos, ac ab officiis & muneribus S. Romani Imperii publicis, aliiſq; dignitatum tam eccleſiaſticarum quàm politicarum faſtigiis removendos ac abdicandos ſancimus & volumus, remotoſq; & abdicatos, neque promovendos, neque ampliùs dignitatibus præficiendos ullis eſſe, cenſemus & ſtatuimus. Tenuioris autem fortunæ homines pœna afficiendos *a* capitali pronunciamus. Si quis porrò Magiſtratus ſuperior aut inferior, in exequenda hac pœna, negligentior aut remiſſior extiterit, noſtram & S. Rom. Imperii indignationem graviſſimam, ac mulctam fiſco ſive ærario noſtro Imperiali, omni ſpe veniæ ſublata, irremiſſibiliter ſolvendam, ipſofacto ſe noverit incurriſſe. Iis verò in locis, ubi hoc ingluviei gulæq; vitium conſuetudine veteri introductum perſpiciant, ſumma cum animadverſione, ſimili pœna propoſita *b* capitali, illud declinent.

a for. corporali.

b for. corporali.

Anno Chriſti 1512.

MAXIMILIANI I. IMPERAT. AUG.

CONSTITUTIO

De Notariis & tabellionibus, eorumq; officio: edita in Comitiis Colonienſibus, Anno Domini MDXII.

MAXIMILIANUS divina favente clementia Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germaniarum, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ; Landgravius Alſatiæ; Princeps Sueviæ; Palatinus in Habſpurg & Hannoniæ; Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Artheſii, Holandiæ, Selandiæ, Firrétis, in Kiburg, Namurii & Dusburgi; Marchio Sacri Romani Imperii Antuerpiæ, Super Anaſum, & Burgoviæ; Dominus Phriſiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Mechliniæ & Salinarum.

1. Gloria Reipublicæ decuſq; totius Romani Imperii, & ſubditorum utilitas, in quorum proſperitate utique proſperamur, Nos, qui ſuperna proviſione, & non noſtris meritis, ad culmen Imperialis ſeu Cæſareæ Dignitatis, & plenitudinem poteſtatis, ſublimati ſumus, inducunt, ut non ſolùm ad ea, quæ ad augmentum & ſublimationem Imperii, ſed & ea, quæ ad reformationem deformitatum, correctionem errorum, & defectuum emendationem pertinent, ac periculorum ſubmotionem, quæ in Republica aliquando contingunt, & ſubditis quotidiè imminent, aciem noſtræ conſiderationis dirigamus, hinc in initio regiminis noſtri, & ſuſceptæ adminiſtrationis in Imperio pro juſtitia & pace conſervanda, quæ tunc quodammodo in finibus Imperii exulaverunt, certas, per quas celerius cauſæ in juſtitia expediantur, & illi qui pacem turbare conantur, acrius quàm antè coherceantur & comprimantur, edidimus Ordinationes.

2. Verùm quia nedum pro juſtitia & pace manutenenda, ſed etiam quæ quotidiè in Republica & ſubdi-

[illegible], [illegible] us ſeu tabellariorum officium perutile & neceſſarium exiſtat, per [illegible] d placita, vota & [illegible] (ne memoriæ labilitati ſeu oblivioni ſubdantur) per ſcripturæ [illegible] iſterium certæ & perpetuæ memoriæ traduntur, publicisq; firmantur documentis. Et quamplu- [illegible] i Notarii ſeu Tabelliones & ſe ſaltem officio Notariatus ingerentes in Imperio (ut per experien- [illegible] didicimus, multorumq; accepimus clamore) defectuoſi & indigni inveniantur: tamen ratione [illegible] ditionis & qualitatis perſonæ, tùm ratione defectus etiam ſcientiæ & morum, ac qui aliàs multi- [illegible] ter inutiles exiſtunt, utpote aliqui ſervili conditioni aſtricti, alii de falſo, præſertim etiam circa [illegible] officium Notariatus convicti, aut etiam aliis criminibus irretiti, ſeu publicè diffamati, alii negli- [illegible] es, nonnulli indocti & imperiti, & quorum imperitia, negligentia & malitia innumeros ho- [illegible] nes defraudari, negligi & gravari non eſt dubium. Ad obviandum igitur hujuſmodi periculis & [illegible] efectibus, neceſſarium eſſe putamus deſuper fieri proviſionem, viriſque doctrina & harum rerum experientia ſuffultis mandavimus, qui noſtra autoritate præſentem ordinationem compilaverunt. Quam cùm nobis obtuliſſent, eamq; diligenti ſtudio perlegiſſemus, animadvertiſſemusque multiplicem ejus fructum & utilitatem, ipſamque noſtra Imperiali autoritate de noſtrorum ac ſacri Romani Imperii Electorum, Principumque & Statuum aliorum, conſilio confirmamus, approbamus, atque pleniſſimum robur attribuimus, atque per univerſum Romanum Imperium divulgari præcipimus.

[illegible]. Hanc igitur ſaluberrimam reformationem & ordinationem ſtudeant Notarii publici, ad quos præcipuè pro Notariatu, officiorum exercitio, & practica ipſa porrigetur, humili devotione amplecti, ſummaq; diligentia ſervare, ac juxta eandem & alia, quæ ſuis in juramentis ſuper hujuſmodi officiis præſtitis, vel etiam à jure communi, vel locorum laudabilibus conſuetudinibus, tradita introductaq; ſunt, officis ſua legaliter, fideliter & ſincerè exercere, prout ultra damna & intereſſe, ad quæ aliàs partibus à ſe neglectis vel defraudatis tenebuntur, noſtræ Imperialis Majeſtatis ſeveram evitare velint correctionem.

Capitulum I.

De personarum qualitate, et generalibus notariorum regulis.

IN primis igitur ordinamus, quòd circa perſonas approbandorum vel denuò inſtituendorum habeatur ratio conditionum & qualitatum earundem, ne approbentur vel inſtituantur prohibiti, utpote infideles, ſervi, infames, præſentis ordinationis & aliorum requiſitorum non informati: Item vel excommunicatione majoris vel Imperialis banni cenſuris innodati. Et in ſumma qui à teſtimonio jure repellantur, quoniam teſtium vice funguntur.

2. Et cum ſit de jure communiq; practica & conſuetudine introductum, ut ſervetur circa publica inſtrumenta eorumq; ſolennitates talis forma, ut videlicet à principio invocato divino nomine, à quo cuncta bona progrediuntur, imponatur annus ſalutis, indictio, nomen ac annus Principis, dehinc Menſis, dies, hora, locus, loci locus, deinde facti ſeu actus geſti ſeries, hinc teſtium adhibitio, quorum ſingulorum nomina & cognomina clarè deſignentur, & finaliter ſignetum, ſubſcriptioq; Notarii, qui ſemper debet de hoc rogari, ſeu requiri, & de rogatu ſuo atteſtari.

5. Mandamus ergò, præcipimus & ordinamus hujuſmodi formam ulterius ſervari, ſalvis non minus aliis de cujuſvis loci conſuetudine ſervandis: Ita tamen, ut ſaltem in terris ſacri Romani Imperii nomen & annus regiminis, ſeu Imperii Romanorum Imperatoris vel Regis pro tempore exiſtentis, nullo modo ſicut hactenus a nonnullis & malè neglectum eſt, de cætero omittantur.

4. Deinde mandamus, ut quivis Notarius ſtudeat omnimodo habere, & quidem ſumma cum cuſtodia conſervare, ac poſt ſe relinquere unum protocollum, in quo per ſeipſum, non alium, ſinguli actus coram ſe geſti, & de quibus rogatur, ordine in ſcriptis redigantur, inſtrumentorumque quæ inde edita fuerint, copias de verbo ad verbum concordanter regiſtratas retineat & conſervet, ut de perditis antea editis inſtrumentis, ſive ante ſive poſt mortem ſuam, quando, & quotiens alia inſtrumenta de novo fuerint edenda, vel prætextu editorum ſuſpitio, error, dubium, vel altercatio occurrit, ad tale protocollum regiſtrumq; poſſit haberi recurſus. Hoc autem uſque adeo ſervetur, ut hujuſmodi protocollata etiam partibus quæ contraxerunt vel egerunt conſentientibus, vel pro infectis nullisque haberi volentibus, ſeu deleri ex libro vel cancellari petentibus, non ſaltem pro tanto deleant ſeu cancellentur, quin non minus legibilia maneant & retineantur. Quid enim ſi alterius tertii, ſive fiſci, ſive privati intereſſit, ſeu intereſſe cœperit, rem ſic eſſe geſtam, & ex Protocollo veritatem apparere poſſe.

5. Caveant etiam Notarii, ne quis ad quantumcunq; fide dignam relationem quicquam aliud plus vel minus quàm quod coram ſe & teſtibus ad hoc adhibitis actum geſtumve, atq; de quibus tempore actus hujuſmodi non antea vel poſt ex intervallo rogatus fuerit, atque etiam quod corporeis ſenſibus perceperit, eò quòd officium ſeu autoritas ſua ad alia ſe non extendat, in Protocollo ſuo ſcribat, vel deſuper inſtrumentum edat. Sed in his ſenſibus eſt habenda diſtinctio. Nam in viſu & auditu ſufficit, Notarius in præſentia teſtium videat & audiat; in aliis verò, ut guſtu, tactu vel odoratu requiritur, quòd teſtes coram ſe guſtent, tangant vel odorent, & de qualitatibus eorum quæ per hujuſmodi ſenſus

ſenſus perceperint, coram partibus, teſtibus, & ſe Notario atteſtentur. De eiſdem [illegible] non autem de proprio ſuo guſtu, tactu vel odoratu Notarius efficaciter poteſt te[illegible]. Si [illegible] Notarius ſe ſimiliter ſic guſtaſſe, tetigiſſe, vel odoraſſe, atque percepiſſe addiderit, non modicum [illegible] dei facit.

6. Poteſt autem & Notarius rogari de actu muti, & ſcribere ſigna ſeu nutus ejus, utpote ſic, c[illegible] talis propter accidens loqui non potuerit, interrogatus à me humeris vel capite innuendo conſenſit, & ſimilia.

7. Et licet ex conſuetudine Notarius tolleretur per alium fidelem (quando eſt al[illegible] impeditus cet[illegible] ad mundum ſcribere inſtrumentum a ſe dictatum & completum, poſtea per ſeipſum ſubſcribendum & ſignandum, tamen Protocollum ſuum ſeu extenſionem ejus per ſeipſum, non per alium facere: vel ſi ex aliquo accidenti pro tunc ſcribere non poſſit, ea vice alteri extendendum de verbo ad verbum pronunciare, & in ſubſcriptione de hujuſmodi impotentia & alterius ingroſſatura atteſtari debet.

8. Et quamvis non requiratur plena, & tanta extenſio Protocolli, ſicut inſtrumenti inde extracti, tamen Notarii debent ſaltem brevibus & ſummariis verbis ſubſtantiales clauſulas ipſius actus aut contractus, etiam juxta cujuſq; contractus ſeu actus naturam, vel loci conſuetudinem ſolitas, & ſignanter clauſulas reſignationum præjudicialium attingere.

9. Nam cùm conſenſus & intentio contrahentis vel agentis ſit de ſubſtantia contractus ſeu actus celebrati, ſingulorumque, de quibus convenerunt partes, etiamſi ſolita ſint apponi, neque tal[illegible] conſenſus porrigatur ad ea quæ quis ignorat, requiritur quod Notarius coram ſe & teſtibus ſaltem ſummariè recitet ac legat partibus pacta, renunciationes & clauſulas ſingulas, ſuper quibus fundatur Jus ipſius coram ſe geſti, ac conſenſum deſuper exprimi curet. Licet enim Jus præſumat contrahentes ſingulis quæ ſecundum contractus naturam vel loci conſuetudinem ſolent apponi, conſenſi[illegible] etiamſi ex Protocollo non appareant, neq; à partibus exprimantur, nonnulliq; velint à Notario hoc non requiri: tamen tutius & æquius eſt ſic obſervari propter multa. Præterea Judicis eſt, non Notarii, ad præſumptionem ſcribere, ſed de his ſolisq; corporeis ſenſibus percipiuntur, ut ſuprà dicitur, quum ad inſtar teſtis Notarius ſcribere debeat.

10. Maximè autem iſta ſunt ſervanda in contractibus & actibus, in quibus ſcriptura eſt de ſubſtantia, imò extunc requiritur ut coram contrahentibus & teſtibus de verbo ad verbum ſingula relegantur: quia antequam ſcriptura compleatur, & à partibus pro completa habeatur, contractus non cenſetur perfectus vel efficax: Poſtea verò quicquam addi, detrahi, vel mutari, etiam de partium conſenſu non poteſt.

11. Poterit tamen Notarius de his, quæ partes mutare, addere vel detrahere vellent, denuò rogari, & deſuper facere inſtrumentum, prioribus geſtibus manentibus in Protocollis.

12. Præcipuè autem ſint cauti Notarii a fraudibus & fallaciis aliquorum, ſive coram eis contrahentium, ſive aliorum, qui ſimulantes ſe Notarios à laborum prolixitate relevare velle per ſe vel alios ſubordinatos dictant inſtrumenta ex inbreviatura ipſis edenda, & ad mundum ſcribi faciunt, ac poſtea offerunt Notariis ſubſcribenda & ſignanda. In eis enim ſæpè doloſè & in præjudicium aliorum ſecum contrahentium rei geſtæ detrahunt, vel addunt quæ ſenſum vel ſubſtantiam immutant, quod facile quandoq; uno verbo, una ſyllaba, imò interdum una litera fieri poteſt, & tam inadvertenter & ſubtiliter, quòd vel Notarii, vel alii ſecum contrahentes vix, vel nullo modo ſentire poſſunt. Ex quo ipſi Notarii intelligant quàm periculoſum eſſet Protocolla ſeu inbreviaturas ſuas per alios, maximè alteri parti ſuſpectos, vel qui actibus protocollatis non interfuerunt, extendi facere.

13. Secus tamen eſſet, ſi antequam contractus ſeu actus abſolveretur, ſeu concluderetur talis extenſio ſive ab ambobus contrahentibus, ſive altero eorum fieret, & poſtea coram ipſis & Notario & teſtibus legeretur, & ubi ſic placeret contrahentibus, extunc Notarius rogaretur. Poſſet enim tunc Notarius ſecurè ſcribere, partes juxta iſtam extenſam formam ipſis lectam & approbatam coram ſe & teſtibus requiſitis contraxiſſe & egiſſe, ac cæteris protocollis ſuis adjungere atque poſtea publicare.

17. In ſumma maximo ſtudio advertant Notarii, ne circa protocollorum ſeu abbreviaturarum impoſitionem feſtinent ſeu præcipitanter agant, ſed cum diligentia & conſideratione clauſulas quaſvis protocollent. Nam tota officiorum, juramentorumq; ſuorum deſuper præſtitorum vis & ſubſtantia in hoc conſiſtit, ut benè diligenterq; advertant & intelligant coram ſe geſta, & de quibus rogantur, & ea quæ viſu audituq; propriis in teſtium ſimiliter animadvertentium præſentia perceperint protocollent, & publicent, ſincerè ac fideliter, ſive vel veritatis occultatione, vel falſitatis admixtione quavis, adhibitis ſolennitatibus a Jure vel locorum, in quibus inſtrumenta faciunt, conſuetudinibus introductis, ut ſuprà dicitur.

18. Notarius autem ſeu Tabellio, cùm ſit Reipublicæ ſerviens, virtute ſui officii tenetur de & ſuper his de quibus ſaltem cum mercedis præſtatione rogatur (dummodo aliàs ſint licita & non prohibita) facere inſtrumenta, niſi ſit factus Doctor, Decurio, Monachus vel clericus. Veruntamen iidem ſi ſe rogari permiſerint, tenentur imbreviaturas ſuas publicare, valentq; inſtrumenta eorum. Poſſunt tamen pro his, quibus ultro ſe ingerunt, tanquam prohibitioni contrafacientes puni[illegible]

19. Sciant etiam Notarii, eorum nullum poſſe officio ſuo renunciare, niſi in manus Principis, cujus

[illegible] ſignetum ſuum conſuetum ſaltem [illegible] Judicis autoritate, [illegible]que [illegible] ſuum alio [illegible] ſigno ſignare.

[illegible] Protocollum ſeu abbreviaturam ſuam extendere, & omnia ponere [illegible] orum vel teſtiorum citra ſubſtantiæ mutationem poſſit: tamen al- [illegible] protocollum ſeu abbreviaturam etiam ſibi legatam extendere, ſeu [illegible] re, ſeu aliter quam de verbo ad verbum in publicam formam re- [illegible] auctor [illegible] non poteſt nec debet cum extenſo, & quid ſub iſto ſigno &c. vel aliis [illegible] ſis, vel ab [illegible] bis fortè inibi poſitis comprehendi intelligatur, ad Judicis, non Nota- [illegible] ationem ſpectet.

21. Advertant etiam Notarii, quòd quando in extenſione & ingroſſatione inſtrumentorum ra- [illegible] as maximè notabiles & in locis ſuſpectis, in una vel pluribus rigis faciunt vel verba interlinealia, [illegible] ad margines apponunt, a quibus quantum poteſt cavendum eſt, quod extunc in corpore inſtru- [illegible] ti, vel ſaltem ſubſcriptione de his faciant mentionem & approbationem. Et hoc maximè quan- [illegible] talis interlineatura eſt ſcripta ad marginem facta, non eſt manus propria ipſius, qui inſtrumenti [illegible] rem ingroſſavit.

22. Item Notarii caveant, quia præſenti ordinatione prohibentur ſcribere inſtrumenta ſua ni- [illegible] abbreviata vel obſcura, vel ambigua verba, quæ vitiant inſtrumenta, nec per ziferas, ſigna, vel no- [illegible], maximè non communiter omnibus cognitas, cum facilè poſſint mutari & corrumpi, ſed ſcribant p[illegible] literas integras, communes, legibiles & cognitas, in pergameno, non papyro, in Latina, vel noſtra Alemanica lingua.

23. Si caſu amittatur alicujus Notarii protocollum, & de hoc doceatur, poterit Notarius agere [illegible]ntra detinentem inſtrumenta prius inde extracta, vel ſi haberi non poſſunt, examinari facere te- [illegible], qui interfuerunt, & inde novum facere protocollum.

24. Sint etiam Notarii circa inſtrumentorum editionem & publicationem diligentes & cauti, [illegible] committant errores, cùm partes inde ad plures incommoditates, pericula, & expenſas ſæpe dedu- [illegible]tur, quas ſine dubio ipſi errantes refundere tenebuntur.

25. Quod ſi verò ſive probabiliter ſive improbabiliter contigerit aliquem incidere errorem, ſi- ve in ſolennitatibus, ſive nominibus, locis, temporibus, ſubſtantia, ſive aliis, tutius eſt ut ſaltem poſt e- ditionem, cùm Notarii poſtea videantur functi ſuo officio ad evitandas ambiguitates diſputationum & altercationes varias, non ſua, ſed Judicis deſuper aditi autoritate errores hujuſmodi emendentur.

26. Poſſunt etiam Notarii actuum coram ſe geſtorum, dum modò tamen ab eo vel his, de cujus vel quorum voluntate dependent actus hujuſmodi deſuper tempore eorundem actuum rogati fue- rint, ſine trepidatione alteriusque autoritate, imò tenentur ſub pœna in Jure expreſſa edere inſtru- menta eis qui rogarunt, ſeu eorum Procuratoribus, hæredibus, ſucceſſoribus, univerſalibus vel ſin- gularibus ſaltem ſemel. Sed quando ſæpius eiſdem vel aliis petentibus & prætendentibus ſua intereſ- ſe, maximè ubi quæſtio, ſeu dubium deſuper eſſet vel timeretur, aut aliud periculum ſeu præjudicium ex tali editione veriſimiliter immineret, tutius ac conſultius eſt propter varias in hoc opiniones, ut Notarii faciant ſe citari coram Judice, cujus autoritate vocatis vocandis editionem hujuſmodi faci- ant vel denegent.

27. Notarii autem ſciant, ſe non de nocte, niſi ex urgente cauſa quam exprimant, vel in locis oc- cultis, ſeu clam rogari, vel inſtrumentari debere, cùm hoc non ſine ſuſpicione procederet.

Caput II.

De Teſtamentis.

DEBENT autem Notarii præcipuè eſſe ſolliciti & diligentes circa Teſtamentorum & aliarum ultimarum voluntatum confectiones, propter magna ex eis imminentia præjudicia. Sunt e- nim ſecundum ſacratiſſimas leges teſtamentorum genera duo: alterum quod fit in ſcriptis ſeu mediante ſcriptura, clauſa ſeu involuta: alterum verò & communius, quod per ſolam nuncupationem ſine ſcriptura, vel aliqua literali ſolennitate fieri ſolet, & ideo nuncupativum dicitur, neque ſcriptu- ram de ſua eſſentia requirit. Item poteſt & tertium genus adhiberi, quòd fit à cœco cœcave per nun- cupationem, tamen non ſine ſcriptura, utpote tam à Notario quàm teſtibus adhibitis, & rogatis pro- priis manibus ſubſcripta ſingulorumque ſolitis ſignetis ſignata.

2. Et advertant ipſi Notarii, quòd ad ſingulorum teſtamentorum præmiſſorum genera confi- cienda requiruntur ſecundum leges, teſtes ad minus ſeptem, incluſo ipſo Notario. In Codicillis au- tem, in quibus legata & fideicommiſſa relinquuntur ſine hæredum alicujus inſtitutione, vel in dona- tionibus cauſa mortis, & in rure, ubi ruſtici teſtantur, & plures haberi non poſſunt teſtes ad minus quinque. In parentum autem inter liberos, ubi nullum aliud teſtamentum procedit, quod infirman- dum ſit, & in militum caſtris, non autem bellicis expeditionibus exiſtentium teſta[illegible]nus remittitur numerus teſtium usque ad duos.

3. Milites autem in expeditionibus bellicis exiſtentes etiam ſine omni ſolennitate vel teſte quocunque modo velint teſtari, poſſunt: non autem exiſtentes in talibus expeditionibus ſeu caſtris, Jure communi teſtantur.

4. Requiritur etiam quòd [illegible] ſtamentis non ſolùm rogentur teſtes, ſed ſpecialiter ad actus hu- jusmodi teſtandum vocentur, & adhibeantur, vel ſaltem ſi caſu illinc ſint, ad hoc præmoneantur.

Oo 5. Item

5. Item r[illegible]tur in omni teſtam[illegible]nt[illegible] qu[illegible]tator teſt[illegible] [illegible] aut ſcribere ſciat. Nam neutri eorum ſcietis in[illegible] [illegible]ſtatur [illegible]

6. Præterea etiam requiritur in omni teſtam[illegible]o, etiam nuncupativ[illegible] jam recept[illegible] relegantur coram [illegible]ſtatore, teſtibusqu[illegible] antequam ab his [illegible]em [illegible]

[illegible]. Caveant ergò Not[illegible] ab his, qui neque articulatim & intelligibiliter [illegible] poſſunt, cum ſint inteſtabil[illegible].

8. Videant autem Notarii teſtamentis adhibiti, & etiam teſtari volentes, quos [illegible] quia multi prohibentur adhiberi, ut regulariter omnes qui ſunt active vel paſſi[illegible] [illegible] terea mulier, hermophroditæ, in quibus muliebria præcellunt, in poteſtate teſtantis [illegible] ſcriptus, & cum eodem in eadem exiſtens poteſtate. Unde conſulitur ut ad requiſi[illegible] teſtes alii recipiantur, ne propter aliquorum inhabilitatem teſtamenta irritentur.

9. Teſtamenti autem in ſcriptis (quod magno in uſu an plus non eſt, ſe[illegible] ab eo fit, [illegible] vita neminem ſuæ ultimæ voluntatis conſcium eſſe vult) talis eſt forma: Producit teſtat[illegible] medium coram teſtibus ſeptem ad id ſpecialiter convocatis ſeu præmonitis & rogatis viri[illegible], [illegible] puberibus, omnibus ſimul præſentibus ſcripturam conſignatam vel ligatam, vel tantùm cla[illegible] involutam, ſive ipſius teſtatoris, ſive alterius cujuslibet manuſcriptam, offerteque illam iſtis te[illegible] ſingulis eorum ſubſcribendam, & ſignetis ſuis ſolitis ſignandam: dummodò tamen aperte d[illegible] ſuum eſſe teſtamentum quod offertur, ibique coram teſtibus ſua manu propria ſubſcripſerit: [illegible] pſe ſcribere neſciat, vel tunc non poſſit, alterius octavi teſtis manu, nomine & juſſu ſuo, in reli[illegible] parte teſtamenti ſubſcribi faciat. Tunc eodem die & tempore nullo intervallo, vel etiam actu [illegible]tra- neo, niſi fortè neceſſitatis cauſa, & modico interrumpente per ſingulos ſeptem teſtes propriis ſuis [illegible] nibus ſubſcribitur, & ſigillis ſuis ſeu ſignis ſolis ſignatur.

10. Teſtamenti autem nuncupativi forma eſt: Quia teſtari volens ejus vel eorum, quem [illegible] quos hæredem ſeu hæredes ſuos eſſe velit, legatariorumque nomina, & ea quæ in eo contineri [illegible] coram ſeptem teſtibus ad hoc vocatis & rogatis palam & dilucide nuncupat & exprimit.

11. In cæci autem teſtamento requiruntur ſubſcripta, primò quòd tam Notarius quàm teſt[illegible] ſeptem ad hoc vocentur, & cujus cauſa vocati ſint, certificentur: Secundò, quòd teſtator hæredem ſeu hæredes à ſe inſtituendos, & nedum nomen ſeu nomina, ſed & dignitates ſeu conditiones alias eorundem pro tanto, quod propter ſolam nominis ſeu nominum expreſſionem non oriri poſſit ambiguitas, & præterea aliam ſuam voluntatem tam circa eorundem hæredum inſtitutiones, quam ſubſtitutiones, fideicommiſſa atque legata coram ipſis Notario & teſtibus clare exprimat. Tertio, quod tabellio, vel ſi is haberi tunc non poſſit, octavus teſtis vocatus vice ejusdem, atque teſtes ſinguli per teſtatorem ad hoc rogati, uno & eodem tempore, loco, & nullo intervallo ſeu actu extraneo, niſi forte modico, & neceſſitate naturæ interveniente, ſeſe in fine utpote in margine inſtrumenti inferiori ſubſcribant, ſimulque conſignent. Poteſt autem teſtari volens vel in ipſo actu coram teſtibus, vel ſi magis placet, antea per alium quemcunque voluntatem vel teſtamentum ſuum dictari & ſcribi facere, & poſtea coram teſtibus & tabellario, prius patefacta, cujus cauſa vocati ſint, chartulam ipſam coram ſe & teſtibus recitare: & ubi tenor ejus omnibus notus fuerit, profiteatur teſtator elogium ſuum id eſſe, & ex animi ſui, quæ lecta ſunt, diſpoſuiſſe ſententia, & in fine ſequantur ſubſcriptiones atque ſignacula, tam teſtium ut prædicitur ſingulorum, quàm tabellarii.

12. Poteſt etiam unus vel plures, ſi propriis ſignetis carerent, alterius ſeu aliorum ſigno vel ſignis in hoc uti.

13. Iſtam autem formam non ſolùm in teſtamenti cæci, ſed codicillorum vel aliarum ultimarum voluntatum confectione obſervari neceſſe eſt.

14. Sciturus omnibus Notariis, quòd præfatas teſtamentorum formas à lege traditas diligenter obſervare negligentes, præter hoc quòd teſtamenta aliter facta de Jure civili non ſubſiſtunt, etiam Juris pœnas non evitabunt.

CAPIT. III.

De inſinuatione literarum Imperialium.

CIRCA Imperialium autem, vel Cameræ noſtræ Cæſareæ Judicii literarum citatoriarum, vel quarumcunque aliarum continentium inſinuationes, ſi quis deſuper rogatus fuerit, advertat, ut ſub præſtito in officio ſuo fidelitatis juramento literas hujusmodi originales illi vel illis ad quem ſeu quos diriguntur, retento tamen penes ſe toto tenore inde deſcripto, & poſtea in inſtrumento inſinuationis integrè inſerendo, in perſonam ſeu perſonas proprias, vel ſi commodè haberi non poſſunt, ad domum ſeu domos ſolitæ habitationis eorundem, vel per edictum per Judicem decretum præſent[illegible], legant, inſinuent, atque illi relinquant quam fideliter.

2. Quòd ſi verò ac quotiens contigerit, aliquas tales literas plures perſonas in diverſis reſide[illegible] tibus domibus ſeu locis continere, quibus ſingulis facienda ſit præſentatio, ſeu inſinuatio earund[illegible] ſciant Notarii hujusmodi præſentationem & inſinuationem ſingulis eorum, de quibus rogati fu[illegible] cum oſtenſione & lectione originalium eſſe faciendum, modo & forma præmiſſis, relicta & [illegible]

cuique

[illegible] co[illegible]pia col[illegible]onata & concorde, niſi fortè in una civitate ſeu villa, in d[illegible] tamen ædi-[illegible]tantes paucioribus copiis fuerint contenti.

3. Præſentationum autem ſeu inſinuationum ſuarum hujuſmodi & earum dies, menſes, annos-[illegible] & loca ſingula, & ſi fortè aliquis, cui fit inſinuatio, ſe parere nolle, vel in Imperatoris vel Judicii Cameræ contemptum ſeu ignominiam irreverenter verba proruperit, inſtrumentis ſuis tam his, ad quatum inſtantiam, quàm illis quibus facta fuerit præſentatio ſive inſinuatio edendis una cum litera-[illegible] inſinuatarum tenoribus integris referant & atteſtentur ſincerè & fideliter.

Capit. IV.

De conſtitutionibus Actorum & Procuratorum.

IN conſtitutionem autem tam actorum, quæ à Tutoribus vel Curatoribus minorennium ante lites conteſtatas, & quidem cum autoritate & decreti interpoſitione Judicis fiunt, & fieri debent, quàm Procuratorum ad lites, attendant benè Notarii, cùm ad Judicium Imperiale veniant quotidiè inſtrumenta procuratoria defectuoſa, ut quantum tam ad actus ſpecialia requirentes mandata, quàm alias clauſulas apponi ſolitas & conſuetas, de quibus etiam vulgaris habetur forma, benè extendantur inſtrumenta cum clara ſpecificatione quem vel quos conſtituent, ſive in ſolidum, ſive conjunctim, ſive diviſim Procuratores velit habere, ita, quòd non ſit melior conditio unius quàm alterius ſeu aliorum. Sed quicquid unus inceperit, alter id continuare poſſit, mediare, & finire: videlicet ad agendum, defendendum, libellandum, litem conteſtandum, jurandum de calumnia, & aliud quodcunque licitum juramentum præſtandum, ponendum, articulandum, poſitionibus adverſis etiam per juramentum reſpondendum: Teſtes & alias probationes producendum, excipiendum, replicandum, duplicandum, triplicandum &c. concludendum, ſententias audiendum, ad appellandum & provocandum: Si ad Judicia inferiora diriguntur, Apoſtolos petendum, recipiendum, appellationis cauſas proſequendum, alium vel alios loco ſuo ſubſtituendum, iſtos revocandum, & iterum totiens quotiens ſubſtituendum &c. Et generaliter omnia & ſingula &c. faciendum cum promiſſione & cautione ſolitis de rato & relevando, ſub omni conſtituentis rerum & bonorum obligatione, & hæc omnia in extenſa communique forma.

2. Et quia multum nunc inolevit practica, ut juretur de calumnia, idemque juramentum plura in ſe contineat capitula, quæ plerunque iſta in animas ſuas juranda mandantes ignorant, neceſſe eſt ut de his ſingulis informentur, & in inſtrumentis poſtea inſerantur. Sunt enim capitula à jure tradita, & in Judicio Cameræ exprimi ſolita, ut tam actor quàm reus per ſe, vel ſuum Procuratorem juret, quòd credat ſe juſtam habere cauſam litigandi, quòd protelandi cauſa, ſeu fraudulenter dilationes non petat, quotienſcunque interrogatur veritatem non occultet, & quòd aliis quàm quibus jus permittit, nil penitus donet vel promittat, quo pro ſe ſententiam obtinere poſſit, dolo & fraude omnino ſemotis.

3. Jurat autem articulos ſeu poſitiones ſuas offerens, ſi petit & vult quòd adverſarius per juramentum reſpondeat ſic, quòd contenta in eis, quantum factum proprium concernunt, vera ſint, & quantum alienum continet factum, quòd credat ea eſſe vera & probabilia.

4. Reſponſurus autem juret, ſe reſponſurum veritatem, utrum credat vel non credat ea quæ ſibi objiciuntur eſſe vera.

Capit. V.

De inſtrumentis Appellationum.

DE Appellatione autem & formalibus ſuis, in quibus plures & quotidiani occurrunt defectus, Notarii ſcire debent, quòd de Jure civili & ordinatione ſacri Romani Imperii omiſſo medio vel ab interlocutoria ſeu gravamine, quòd poſtea mediante appellatione a diffinitiva eſt reparabile, regulariter non appellatur. In caſu autem præmiſſo appellare volens ab interlocutoria, eam in ſcriptis, & cum cauſarum gravaminis inſertione faciat, cùm ex cauſis aliis juſtificari non poſſit.

2. A diffinitiva verò ubi appellari non prohibetur, ſine cauſæ ſeu cauſarum gravaminis expreſſione appellari poteſt, & quidem verbaliter & ſine ſcriptis, dummodò in continenti poſt ſententiam latam, hoc eſt, antequam divertatur ad alia, fiat, poſtea tamen in ſcriptis redigenda: alioquin autem ex intervallo appelletur, in ſcriptis fieri neceſſe eſt.

3. Et in ſumma ſciant & advertant omnes Notarii, quod ipſi debent eſſe Juriſperiti in his ſaltem, quæ Notariatus officium reſpiciunt, hoc eſt, ſummam Notariæ, ad hoc ut ſciant, partes coram ſe contrahentes ſeu agentes, de ſolennitatibus & clauſulis ad cōtractus & actus hujuſmodi, earumque validitatem requiſitis certificare, & ſe à contractibus & actibus à Jure reprobatis & prohibitis abſtinere, [illegible]um [illegible]às teneantur de imperitia & partibus læſis ad intereſſe.

4 De præmiſſis igitur tanquam pro generalioribus principiis atque cunabulis quibuſdam traditis ne ſtent adeo contenti Notarii, quin indies diſcant & advertant alia a Jure circa tabellionatus officium tradita, & quæ ſecundum locorum, in quibus actus hujuſmodi geruntur, conſuetudines in-

 troducta

troducta [illegible], & circa difficultates ſeu ambiguitates in actibus coram ſe [illegible] tate & diverſitate quandoque occurrentes ad peritiores recurrant, ne imperitia [illegible] liis noceat, quia de his tenentur, ut ſupra monſtratum eſt.

Datum in civitate noſtra Imperiali Colonienſi, octava die menſis Octobris, Anno a Na[illegible] Domini milleſimo, quingenteſimo, duodecimo: Regnorum noſtrorum, Romani viceſimo [illegible] Hungariæ vero viceſimo * tertio.

* Reichs Abſchied habet. xxiiii.

Per Regem

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium

Serntciner ſſst.

Anno Chriſti 1518.

MAXIMILIANI I. IMPER. AUG.
PROPOSITIO
DE BELLO TVRCICO

Ad Principes & Ordines Sacri Rom. Imperii facta in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum habitis Anno MDXVIII.

FREQUENTIA veſtra, & quæ hoc tempore præcipuè neceſſaria eſt Reipublicæ, & mihi pergrata non obſcurè indicat voluntatem veſtram, & ſtudia erga hanc cauſam, propter quam domo citi eſtis. Cum enim tam cupidè adveneritis, poſtquam in literis ſignificavi, nos de bello Turc[ico] acturos eſſe, facile intelligo vos ipſos, ut decet ſapientes Principes & viros fortiſſimos, & intelli[gere] quid à vobis totius orbis terrarum, univerſa Chriſti Eccleſia, dignitas hujus Imperii requirat: & [...] nos veſtros ea virtute ac fortitudine præditos eſſe, ut bellum omnium, quæ unquam fuerunt, longè juſtiſſimum & glorioſiſſimum, omnibus votis expectatis. Quare exiſtimo mihi nō longa oratione ad vos incitandos opus eſſe, & expectari à me potius claſſicum ad inferenda ſigna, quàm hanc in toga & in curia adhortationem. Sed tamen belli magnitudo & difficultas primùm deliberatione quadam eget, non utrum ſit inferendum; ſiquidem etſi hoſtes nos bello non laceſſerent, neq; in finitimis locis ac pene in conſpectu noſtro graſſarentur, tamen oportuit nos liberare orbem terrarum hac crudeliſſima atq; impia barbarie, & ex miſerrima ſervitute tot nationes oppreſſas eripere: ſed illud magis deliberandum eſſe videtur, cum tantæ ſint opes ac vires Turcici Regni, cum exercitus in longinquas regiones traducendi, cum fortaſſis pluribus locis & longo tempore bellum futurum ſit, quantis opus ſit copiis, an una Germanica natio tantos conficere exercitus, tolerare exercitus; arma, equos, ſtipendia, commeatus ſuppeditare poſſit; qui Reges, qui populi, ad ſocietatem hujus pulcherrimæ militiæ adjungi poſſint; an ita in Europa pax conſtituta ſit, ne me & vos ex medio curſu revocent homines perfidi, qui, ut ſæpe antè accidit, vel per occaſionem occupare noſtra conabuntur, vel turpi aliqua cum hoſtibus pactione facta metuent, ne fines Imperii proferamus. De his rebus ſcio à me requiri orationem à prudentibus omnibus. Nam me quidem in hoc Imperii faſtigio, non ſolùm in acie Ducem & Imperatorem eſſe, ſed multò magis hujus publici conſilii ducem atq; autorem eſſe convenit. Quare, niſi de his tantis rebus diu multumque, tot jam exercitatus bellis, & magna fortunæ varietate, cogitaſſem, profectò repræhenſione omnium dignus eſſem. Sed mihi credite, cum ab auſpiciis meis, recuperata Auſtria, poſt mortem Regis Hungariæ Matthiæ Hunniadæ, & ingenti expulſo exercitu Turcarum ex Croatia, nihil magis in votis mihi fuerit, quàm ut mox exercitus in provincias Turcarum traducerem, nunquam poſtea de hoc bello cogitare deſii. At nunc quidem occaſio percommoda erat hujus rei ſuſcipiendæ. Nam poſt Mahometi mortem magna de ſucceſſione inter fratres diſcordia erat. Siſimus etiam armis invadere Regnum conabatur. Quare in his provinciis non ſatis firma præſidia erant: & ut, quantum poſſem, providerem ne qui domeſtici motus nos remorarentur, Legem de veſtra ſententia tuli, in quodam Conventu, de Pace decennali.

Verùm qui me hæc parantem fluctus ſubitò exceperunt? Galli non ſolùm me de poſſeſſione Burgundiæ per ſeditionem dejicere conati ſunt, ſed etiam meo capiti inſidias per ſummum ſcelus ſtruxerunt. Poſteà Italia, quæ proximis annis ſingulari conſilio patris mei FRIDERICI Imperatoris pacata fuerat, iterum Gallicis armis perturbata eſt. Nam proximo anno poſt mortem Patris mei, Carolus VIII. cum ingenti exercitu bonam Italiæ partem hoſtiliter pervagatus eſt. Etenim non modo Neapolitanum Regnum occupare conabatur, ſed & Mediolanenſes bello adortus eſt. Qua ex re [a]nimadverti potuit, eum totius Italiæ dominationem ſibi polliceri. Itaque & mihi auxilia in Italiam ad defendendos Mediolanenſes contra Gallum: & eò exercitum ipſe adduxi. Ad hæc incommoda [tu]multus Hungarici eodem ferè tempore accidebant. Poſteà dum orta bella undique in Germania & Italia, conſilio atque armis ſedare contendo, ut poſtulabat neceſſitas publica, diutius quam volebam, differre conſilium de movendo Turcico bello coactus ſum. Sed, quantum judicare poſſum, divinitus ita res extracta eſt. Nam & tempus interea, & hæc bella afferunt nobis magnam facultatem & commoda ad Turcicum bellum. Partim enim ſunt domiti armis hi, quorum potentiam abſentes formidaturi eramus. Hiſpaniam ac Neapolim tenet CAROLUS meus nepos: Burgundia tota tranquilla eſt: Gallum nobis beneficio ac fœdere devinctum, ad ſocietatem belli, ut ſpero, adjungemus.

3. Quare certam tranquillitatem domi promittere nobis poſſumus. Hoc caput eſt nego[tii]. Nam

...qua pars deliberationis multò eſt facilior. Hæc me cura amplius jam viginti annis exercuit: præcipuè quomodo pacem in Europa firmam conſtituerem. Hunc mihi finem omnium bellorum ſemper propoſui; non ut latiùs fines Regni extenderem, ſed ut pace parta bellum transferrem in Turcicum Regnum. Hanc ob cauſam victor multa conceſſi iis, quos armis domui, ut mea moderatione eos ad pacem invitarem. Hæc præfatus ſum aliquanto prolixiùs, ut quæ mea voluntas in his bellis, quæ geſſi hactenus, fuerit, plane omnes intelligant, ac ſciant, neque anteà me iracundia, aut injuſta cupiditate unquam arma ſumſiſſe, neque hoc Turcicum bellum alio conſilio parare, quam quia neceſſarium & pium eſſe judico. Qua de re ubi pauca addidero, poſtea reliquam deliberationem de copiis, de commeatibus, deque modo belligerandi pertexam: quæ domi pace conſtituta non poteſt difficilis vobis videri, qui periti eſtis rei militaris, & quibus Germania ſatis nota eſt: deniq; qui arma & opes, & hanc Imperii dignitatem tenere nos ſcitis, ut vitam & omnes fortunas noſtras, ad defenſionem & publicam ſalutem orbis terrarum conferamus.

4. Nec verò quenquam è vobis quidem arbitror eſſe, qui Turcicum bellum parum neceſſarium exiſtimet, aut poſtulet, ut alii potius Reges, aliæ nationes ſibi has partes ſumant. Nam etiamſi Turcæ ſuis finibus jam contenti, non proferrent arma longiùs, nec nobis periculum denunciarent, nos quidem, quibus Deus præcipuè commendavit orbis Chriſtiani defenſionem, bellum inferre illis oportebat, ut Græciam & vicinas provincias crudeli ſervitute liberaremus. Nam ſi quis putat mitia aut tolerabilia eſſe Turcarum Imperia, is longè fallitur, nec nobis de Imperii laude cum illis certamen eſt, ſed de religione, de diſciplina, de conjugum & liberorum pudicitia. Præcipuè autem graſſantur in Nobilitatem, nec ſolum poſſeſſiones certæ victis nullæ relinquuntur, ſed etiam lixæ & gregarii milites rapiunt ad ſtupra nobiliſſimas atque honeſtiſſimas matronas, virgines, pueros; ad hæc multis modis extinguunt ac delent Chriſtianam religionem. An non hæ ſunt magnæ & juſtæ cauſæ, quæ viris fortibus ad tuendam gloriam Dei, & ſalutem omnium gentium, arma induant?

5. Quare ingenti dolore afficior, cum cogito Græciam, quæ non ſolum doctrinarum parens eſt, ſed etiam omni laude virtutem excelluit, & diu florentiſſima pars Eccleſiæ Chriſtianæ fuit, nunc tali ſervitute oppreſſam eſſe, in qua cùm cætera dictu fœda atq; horrenda perferenda ſunt, tum etiam religio penitus aboletur, & auget meum dolorem, quod res geſtæ præcipuè teſtantur, Græciam non ſponte, aut ſine certamine accepiſſe hoc jugum. Illa verò multos annos fortiſſimè dimicans tandem concidit, non virtute ſuperata, ſed quia ſola tantam hoſtium multitudinem, & tam longum bellum ſuſtinere non poterat. Audio etiamnum tantam eſſe vim ingeniorum, tantam virtutem Græcæ nationis, ut non alia gens præſtantiores duces Turcis ſuppeditet, quàm Græca, qui (ut audio) quanquam ritibus imbuti Turcicis, tamen memores noſtræ nobiſcum neceſſitudinis, inviti bellum gerunt in noſtris provinciis. Hanc certe nationem, quæ pulcerrimum Ornamentum nominis Chriſtiani, quæque cum majoribus noſtris ſanguine, fœderibus, & multis officiis conjuncta fuit, cum ob cæteras cauſas oportuit nos in libertatem vindicare, tum ob hæc merita ſingularia, quod aliquot ſæculis immanem illam barbariem fortiſſimè repreſſit, & à noſtris cervicibus depulit. Nullum enim juſtius eſt officium, quàm ſervatoribus calamitate aliqua fractis rurſus opem ferre, & parem gratiam referre.

6. Sed quò me dolor abducit? Tanta eſt enim non ſolum regnandi cupiditas, ſed multo magis humani ſanguinis ſitis; tantus furor in Turcis, ut non reliquerint nobis deliberationem de inferendo bello liberam, ſed de propulſando bello, de defenſione religionis Chriſtianæ, quam ubique terrarum delere conatur illa barbaries, conſilium capiendum eſt; retinenda eſt hujus Imperii majeſtas, tuendæ conjuges & liberi noſtri. Niſi enim occurrimus, paulo poſt domitis vicinis gentibus in media Germania videbitis excindi urbes, inflammari templa, rapi ad omne flagitii genus conjuges & liberos, divelli infantes à complexu parentum atque interfici, medias ſecari gravidas mulieres illo acynace barbarico, Fanaticæ religiones, quibus incitati ſunt, ne quidem concedunt eis ocium, ſed lege cogunt Imperium extendere. Et ſucceſſus tanti tamque proſperi, annorum fere ducentorum, addunt eis animos, ut quieſcere nullo modo poſſint. Quod ſi tanta fuit gloriæ atque imperii cupiditas, tanta audacia tunc, cum vires haberet admodum exiguas, nec quicquam niſi littus ad Pontum Euxinum tenerent, ut non mari, non montibus, non magnitudine Græci Imperii deterriti ſint, quò minus in Aſiam & Europam impetum facerent, cum quidem magnas inſuper clades acceperant, an nunc adeptos tantam potentiam, tantas vires, & hoc rerum faſtigium, exiſtimatis non delectari Imperii gloria? Atqui verò acerrimus eſt ſtimulus in bellicoſis ingeniis, armorum & Imperii decus, præſertim ſi aſpiret etiam fortuna. Multæ autem noſtræ clades numerari poſſunt inde usque à prælio, quod SIGISMUNDUS Imperator cum Turcis infeliciter commiſit, cum interea nullam ipſi inſignem cladem acceperint. Itaq; in tam felici victoriarum curſu, quàm non ceſſarint, videtis. Ut enim omittam res geſtas ſuperiorum: Mahometus, qui me puero floruit, ſumma celeritate, ceu fulmen quoddam, magnam Europæ partem pervagatus eſt. Cùm in Pannoniis infeliciter dimicaſſet, victus à Joanne Hunniade, nequaquam animo fractus eſt, ſed Conſtantinopolim adortus, diu obſeſſam, tandem anno antequam natus ſum ſexto, vi captam diripuit, crudeliſſimè interfecto Imperatore CONSTANTINO, cognato noſtro, & raptis ad ſtuprum ejus liberis. Poſteà capta Thracia, Myſiam invadit, ac ferè toto Illyrico domito, & occupato regno Boſnæ, Græciam adoritur, Corinthum vi expugnat, & Peloponneſum ditioni ſuæ adjicit, interfectis Palæologis Demetrio & Thoma fratribus. Tot Regnis ac Provinciis in Europa potitus, adeò non recepit ſe in ocium, ut ſubinde majora ſpe atque animo conciperet. Conſtitutis provinciis in Europa, trajicit in Aſiam, Trapezuntem expugnat, Rege interfecto. Deinde Mytilenem armis capit; cumq; jam minorem Aſiam ac Ponti oram univerſam teneret, trans-

 fert

fert bellum in Syriam & Ægyptum. Sed cum Sultanus acie victus pacem peteret, quia [illegible] materiam eſſe vidit in Europa, fœdus cum Sultano fecit, & rediens in Europam, inſtructa [illegible], & contractis copiis trajicit in Italiam, & oppugnavit Hydrunten, ac tantum terroris Italiæ incuſſit, ut jam Romanus Pontifex fugam pararet: omnia erant in Italia & Gallia bellorum plena. Deinde non ſolum Turcarum vires, ſed multo magis Ducis felicitatem, ſcientiam rei militaris, vigilantiam & celeritatem, omnes gentes formidabant. Memini me puero hunc tanquam Alexandrum alterum prædicari, ejusq; virtuti ac felicitati prona omnia videri. In tanta trepidatione noſtrorum Deus clementer reſpexit Eccleſiam ſuam, & illi Tyranno jam Italiæ aditum tenenti manus injecit, eumq; ne funditus Chriſtianum nomen, aras noſtras, & ſacratiſſimam Chriſtianam religionem deleret, è medio ſuſtulit atq; extinxit. Quod quidem ſi agnoſcimus, cogitemus nos quidem eò ſervatos eſſe, non ut otioſi perpetuò graſſari in Eccleſia Turcas ſinamus, ſed ut excitati nos quoq; cura Eccleſiæ liberandæ & defendendæ afficiamur, & ſciamus Deum rem tam piam ſuſcipientibus affuturum eſſe. Nam nos quidem, quibus Reipubl. defenſio commendata eſt, nō aliū Deo cultum gratiorē præſtare poſſumus.

7. Divinitùs & illud accidit, quod nonnihil retardarunt victoriarum Mahometi curſum, fortiſſimi viri, primùm Joannes Hunniades, deinde Georgius Scanderbegus, & Rex Hungariæ Matthias. Libenter enim commemoro, ut cogitetis ſalutem Eccleſiæ Deo curæ eſſe, & ut debitum virtutis teſtimonium his ducibus optimè mentis tribuamus. Hos enim Antagoniſtas, ceu murum, oppoſuit Deus ruenti Mahometo, ne ſubito impetu univerſam Europam opprimeret. Primum in Pannoniam ingreſſus, magno prælio victus eſt ab Hunniade. Deinde remorata eſt eum per multos annos Macedonia. Nam quoad vixit Scanderbegus, repreſſit Barbarum, & ſingulari virtute & felicitate patrium Regnum defendit. Hoc mortuo, tandem Macedonia, tam diuturno bello vexata, ſine certamine Mahometo ceſſit. Matthias aliquot præliis deterruit eum ab Hungaria; ad hæc arcem ei Sabaceam, trucidato exercitu Turcico, eripuit.

8. Extincto igitur Mahometo, pauliſper reſpiravimus. Nam & domeſtica diſſenſio mortem ejus ſequuta [e]ſt: ſed aliquanto poſt, ſedatis diſcordiis inteſtinis, iterum vicinis Regnis bella inferunt. Bajazethes Methunam Venetis ingenti certamine eripuit. Quid nunc Selimum? nonne videtis domita Syria & Ægypto, Hungariæ audaciſſimè bellum inferre? à qua niſi eum depellimus, quam facile erit Turcis poſtea per occaſionem irruptiones in Germaniam facere, quoties velint. Ac, mihi credite, non ſolum fortiter, ſed etiam magno conſilio Turcæ belligerantur, intenti in occaſiones omnes; nec omnia ſimul occupare conantur, ſed arce aliqua bello capta, paulatim tentant vicina loca. Ad hoc accedit aſſiduitas, qua creviſſe magna Imperia præcipuè videmus. Ubi ſemel pedem poſuerunt, inde non facile depelluntur: deinde communitis iis locis, quæ occuparunt, tum demum arma proferunt ulterius. Quare etiamſi Germaniam nondum attingunt, quanquam ſæpe jam in Carnos fecerunt irruptiones, tam ubi Hungaria potiti fuerint, erunt intenti in omnes occaſiones, ut nos imparatos, aut diſtractos inteſtinis diſcordiis opprimant. Si, ut Bulgaris & Valachis imperarent, nullos labores, nulla defugerunt pericula, quantò magis Germaniam atq; Italiam, ipſas quidem arces Chriſtiani nominis, appetent, quas ſi tenerent (quod prohibeat Deus) non ſolum Imperii magnitudine veteres Romanos æquarent, ſed etiam totam Chriſtianam religionem deleſſe ſibi viderentur. Haberent acceſſionem tantarum virium, ut reliquæ nationes ſine ullo certamine ceſſuræ eſſent. Et vos, qui nunc arma geritis, ne Chriſti nomen aboleatur, quiq; veram religionem & libertatem veſtram defenditis, poſtea adverſus Chriſtum pro nefaria impietate militare, Tyranno ſervire, & fuſtes expectare alicujus Scythæ, cogeremini. Qua immanitate domini in conjuges veſtros ac liberos uſuri eſſent? Verecundè dici non poſſunt ea, quæ non tantum in captivos, ſed etiam in ſuos committunt. Illud tamen recitabo: capto Byzantio, Imperatoris CONSTANTINI caput cervici abſciſſum eſt; id Mahometus fixum geſtari per urbem juſſit in pilo. Ejus verò conjugem & filias, non ita ſanctè, ut Alexander Macedo Darii Regis matrem & conjugem, captivas habuit, ſed in convivium adductas tradidit flagitioſe ſtuprandas ſuis ſatellitibus. Eadem in aliis regionibus accidere captivis credibile. Nunquam dicam fortem eſſe virum, quem talia exempla non movent, qui non ſumma animi cupiditate deſiderat, ut ſtatim pugnæ ſignum proponatur.

9. Itaque cum neceſſe ſit nobis tueri veram religionem, libertatem noſtram, conjuges, liberos, leges, ac diſciplinam publicam, adhortor vos ad hujus juſtiſſimi ac neceſſarii belli ſocietatem. Majores noſtri quantas res geſſerunt, ut in Aſia reprimerent Mahometicam barbariem? Illi non dubitarunt talem hoſtem procul quærere, nunc Turcæ Regnum nobis vicinum invaſerunt, nec tam Pannoniæ, quàm Germaniæ bellum denunciant. Multos jam annos Hungarorum virtute barbaries illa eſt à noſtris cervicibus depulſa: nos viciſſim nationi benemeritæ defenſionem debemus. Manes etiā fortiſſimorum virorum, qui in acie propter communē libertatem ceciderunt, flagitant, ut ſuæ patriæ mutuam gratiam referamus, quanquam reipſa non minus periculi nobis, quàm Hungariæ impendet.

10. Reliqua eſt altera pars deliberationis, quantis copiis res gerenda ſit, quo in loco bellum inferendum, unde commeatus ſubvehendi. Si animi non abhorrent ab hoc bello, hæc deliberatio facilis erit. Nam Summus Pontifex, Rex Hiſpaniæ, & Veneti, claſſem inſtruent, & civitates in litore Epyri & Peloponneſi ſitas, invadent. Noſter exercitus cum Gallicis & Anglicis auxiliis in Pannonias ducendus erit. Nam ideo properamus, ut hoc Regnum Turcico latrocinio liberetur. Inde in Illyricum transferre bellum erit commodiſſimum. Formulam etiam propono, quantum pecuniæ, quantum equitum ac peditum ſingulis Principibus Germaniæ imperandum eſſe putem. Commeatus autem ut Danubio convehantur, à me certè providebitur. Quare ſi, ut ſpero, hoc bellum expetitis, deliberationem ita inſtituetis, ut de formula inter vos conveniat: nam propter hanc præcipue hic conventus indictus eſt. Non ſumtus, non labores, non pericula detrectabitis, ſi ſtatuetis Deo vos

hoc

hic officium debere, ut hoc bellum ſummo ſtudio ſuſcipiatis. Chriſtus in extremo judicio rationem a nobis poſcet, ſi, cum Imperii ſumma dignitas ſit penes nos, deſeremus cæteras nationes, ſi non ſuſcipiemus defenſionem Chriſtianæ Reipublicæ. Hoſtium vires non extenuavi. Errant enim, ſi qui putant, Turcas ignavos aut imbelles eſſe. Tot victoriæ indicant, eis nec ſcientiam rei militaris, nec fortitudinem deeſſe. Polliceor tamen lætum belli exitum, quia Deus favet juſtis & piis conſiliis, ac certum eſt ſuam conſervaturũ eccleſiam. Servat autem non otioſos, ſed facientes officium, & ſeriò opem ejus atque auxilium implorantes. Nec multitudinem hoſtium, nec vires pertimeſcemus, ſed, ut docet nos Pſalmus, *Illi in curribus, & in equis, nos autem in nomine Dei* noſtri omnia geremus.

S. ROMANI IMPERII PRINCIPUM ELECTORUM RESCRIPTUM

Anno Chriſti 1519.

Datum Cardinali Legato Romani Pontificis, volentes Leges præſcribere Electoribus ſuper electione futuri Imperatoris; in conventu Collegiali Veſaliæ ad Rhenum, Anno MDXIX.

LEGATUS, aſſiſtente ſibi Archiepiſcopo Regino, &c. nomine Sanctiſſimi Domini noſtri poſt imprecatam Principibus Electoribus ſalutem, & oblatam Apoſtolicam benedictionem, propoſuit tria, ut ſequitur.

Primò, Principes hortando & animando, ut in ſtatu jam fluctuantis Reipubl. Chriſtianæ de optimo Principe, Rege Romanorum in Imperatorẽ eligendo cogitare vellent, qui auctoritate, potentia, rerum gerendarum peritia valeret, & in omnibus optimũ Ducem, optimum Senatorem præ ſe ferat.

Secundò, ut Regem Neapolitanum, cujus Regni proprietas ad Eccleſiam Romanam ſpectat, nullo pacto in Romanorum Regem eligant, obſtante ſibi defectu inhabilitatis & ineligibilitatis ex conſtitutione Clementis Quarti. id quod plurimis fortiſſimis argumentis & efficaciſſimis rationibus, clariſſimis exemplis comprobavit, quæ omnia repetere longum eſſet.

Tertiò, quia ſpecialiter, immò individualiter ſententia ſanctiſſimi Domini noſtri Principibus eſt enodata, petit Legatus, ut ſimiliter, clarè, expreſsè & individualiter reſponſum certum, clarum, non involucrum aut ambiguum per affirmationem vel denegationem, & per Principes etiam non collegialiter congregatos detur, ut S. D. N. certiorari de eorum voluntate poſſit.

RESPONSUM PRINCIPUM ELECTORUM.

REverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principes hîc congregati ob cauſas urgentiſſimas & hoſtiles motus reprimendos, qui in territoriis & dominiis poſt jam vacans Imperium emerſerunt, & ut pejora emergant in dies verentes, huc Weſaliam convenerunt: de futuro autem Romanorum Rege eligendo in nullo ſolliciti. Quare ad petita Reverendæ Dominationis ſuæ reſponſum dare non poſſunt. Sed ſibi Reverend. Dominatio ſua & omnium proximus ſanctiſſimus Dominus noſter Leo Pontifex Maximus perſuadeant indubitatiſſimè, quod ubi ad Romanorum Regis electionem per Reverendiſſimas & Illuſtriſſimas Dominationes eorum proceſſum fuerit, eos tunc eum in Regem electuros, qui ſit gloriæ & honori Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, utilitati & emolumento Reipublicæ Chriſtianæ, incremento ſacro Romano Imperio, hoſtibus Chriſtiani nominis formidini, & omni poſteritati futurus admirabilis.

Mirantur non minus Principes Electores, ſanctiſſimi Domini noſtri inſtitutum, id quod ævo noſtro electionum temporibus ab aliquo Romanorum Pontificum auditum eſt numquam, maximè hoc modo propoſitum, ut Electoribus legem præſcribat, jubeat, vetet. Sperant Beatitudinem ſuam aliàs clementiſſimam, futuram illam Romanorum Regis electionem boni æquiq; conſulturam.

CAROLI V. IMPERAT. AUG. MANDATUM PROCURATORIUM

Anno Chriſti 1519.

Ad Principes Electores ſuper ſua electione acceptanda & præſtanda.

CAROLUS Dei gratia Rex Caſtellæ. Arragonum, Legionis, utriusq; Siciliæ, Jheruſalem, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valenciæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, ac Inſularum Canariæ, necnon Inſularum Indiarum & Terræfirmæ Maris Oceani; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucenburgi, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ; Comes Flandriæ, Hahſpurgiæ, Tyrolis, Barchenonæ, Artheſii, Burgundiæ; Palatinus Hannoniæ, Holandiæ, Seelandiæ, Ferretris, Kiburgii, Namurii, Roſſilionis, Ceritaniæ, & Zuipbaniæ: Landgravius Alſatiæ: Marchio Burgoviæ, Oriſtani, & Goceani, ac ſacri Rom. Imp. Princeps Cathaloniæ, Aſturiæ, &c. Dominus Friſiæ, Biſcaiæ, Molinæ, Salinarum, Mechliniæ, &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, quod cum nunc poſt moleſtiſſimum obitum Cæſ. Majeſt. Domini atque avi noſtri colendiſſimi, alius Romanorum Rex ſive Imperator ſit eligendus, & ſacri Romani Imperii Electores pro hujuſmodi electione facienda, fide dignorum teſtimonio convenire intelligimus, poſſetq; contingere, cum

nos è Germano ſanguine orti ſimus, & tot tantaq; dominia nunc in Germania, tanquam Archidux Auſtriæ, poſſideamus, & prædeceſſores noſtri Romanorum Imperatores hoc ipſum Romanum Imperium in multis annis bene & feliciter adminiſtraverunt, atq; etiam quòd nos, ſi hanc Imperialem dignitatem Regnis atq; opibus noſtris conjunctam haberemus, non ſolùm ſacrum Romanum Imperium augere & ſuſtentare, ſed univerſæ Reipubl. Chriſtianæ, cui nunc Selimus Turcarum Rex, Aſia Africaq; devictis, hoſtis imminet, ſaluti proſpicere & conſulere poſſimus, ut iidem ſacri Romani Imperii Principes de nobis electionem in Regem Romanorum facerent, & ex antiqua conſuetudine quilibet Rex, Princeps ſive Dominus, qui per eosdem Electores Romanorum Rex electus fuerit, in futurum Romanorum Imperatorem coronandus, quàm primùm poſt electionem factam abſque omni protractione & mora inmediatè debeat in electionem hujuſmodi conſentire, ac decretum ſuper ea ab eligentibus petere, & acceptare, juramentum debitum & conſuetum præſtare; necnon ipſis Principibus Electoribus, priusquàm ſe ingerat adminiſtrationi Regni ſive Imperii, omnia eorum privilegia confirmare & approbare: necnon quædam alia obire, facere & adimplere, quæ approbata ſunt frequenti & ſolito uſu circa hujuſmodi tempus electionis fieri debere.

Nos verò admoniti divino oraculo; *Honorem tuum alteri ne dederis*, ſi & in quantum electio præfata de nobis facta fuerit, divina aſpirante gratia, à qua omnis emanat dignitas & poteſtas, pro beneficio totius Chriſtianæ Reipublicæ, pace & tranquillitate ac decore Nationis Germanicæ, hujuſmodi honorem & faſtigium ſolii Romanorum Regis acceptare, omniaq; & ſingula præmiſſa & alia facere & præſtare, quæ fieri debent & conſueverunt ratione electionis, deliberavimus. Et cùm id propria perſona nequeamus, de probitate fidei, conſtantia atq; rerum experientia Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Domini Matthei Sancti Angeli ſacræ Rom. Eccleſiæ Diaconi Cardinalis Gurcenſis, Coadjutoris Saltzburgenſis, ac Illuſtrium Principum Friderici Comitis Palatini & Ducis Bavariæ, & Caſimiri Marchionis de Brandenburg, & Reverendorum Dominorum in Chriſto Patrum Principum Erardi Epiſcopi Leodienſis, Ducis de Bullon ac Comitis de Los, & Bernhardi Epiſcopi Tridentini, & Illuſtris Heinrici Comitis de Naſſaw, Conſanguineorum noſtrorum; ac etiam Magnificorum, Nobilium, Spectabilium, fidelium nobis dilectorum, Maximiliani de Berges Domini de Senenbergen, Militis Ordinis noſtri Aurei velleris, Bucardi de Plana Domini de Larocha, Cipriani de Serentein Cancellarii noſtri Tyrolenſis, Pauli de Arnsdorff Commendator Ordinis S. Jacobi de Spata, Jacobi Villinger, Nicolai Ziegler, & Joannis Renner, Camerariorum, Conſiliariorum & Oratorum noſtrorum, plenam habentes & indubitatam confidentiam, ex certa noſtra ſcientia, omnibus melioribus modo, via, jure, caſu atq; fortuna, quibus meliùs & efficaciùs poſſumus & valemus, fecimus & conſtituimus & ordinavimus, ac facimus & conſtituimus tenore præſentium eos & quoslibet tres eorum in ſolidum noſtros veros, certos & legitimos ac indubitatos mandatarios, procuratores, actores, factores, & præmiſſorum ac infraſcriptorum negotiorum geſtores ac nuncios generales & ſpeciales, cum plena facultate ſubſtituendi totiens, quotiens eis oportunum viſum fuerit, & quicquid magis & melius dici & eſſe poteſt, ita quòd ipſi omnes aut major pars, vel tres ſaltem ipſorum, vel alii ab eis ſubſtituti noſtro nomine, loco & vice (ſicut eis vel ſaltem tribus eorum noſtram omnimodam & plenam poteſtatem, facultatem, auctoritatem, tenore præſentium damus, concedimus, elargimur, & datam, conceſſam & elargitam eſſe dicimus & volumus) in præfatorum ſacri Imperii Principum Electorum omnium vel eligentium ſive majoris eorum partis de noſtra perſona factam electionem & creationem in Romanorum Regem liberè & apertè conſentiant, & voluntatem noſtram præſtent, decretumq; ſuper hujuſmodi electione petant & exigant, petitumq; & obtentum acceptent, & ſuper acceptato in animam noſtram corporale juramentum in Romanorum Regem Electo cum omnibus & ſingulis clauſulis, articulis & verborum expreſſionibus in tali juramento comprehenſis, debitis & conſuetis. ac etiam quæcunq; alia neceſſaria juramenta præſtent & faciant: circaq; adminiſtrationem & regni gubernationem tempore abſentiæ noſtræ cum eiſdem Electoribus proſequantur & conveniant.

Quodq; omnium Principum Electorum tam Eccleſiaſticorum quàm Secularium, omniaq; eorum privilegia, literas, jura, libertates, gratias, immunitates & conſuetudines, dignitates & prærogativas, & omnia quæ ipſi & quilibet eorum pro ſe uſq; ad diem electionis de ſacro Romano Imperio obtinuit, conſecutus eſt, poſſedit, & in uſu habuit, obtinent, poſſident & utuntur per literas ſub nomine & ſigillo noſtro, quòd eorum fidei commiſimus, confirment, approbent & roborent. Nosq; obligent & devinciant, quòd nos, poſtquam Imperiali diademate coronati fuerimus, iterum hujuſmodi confirmationem ſub titulo Imperialis Majeſtatis noſtræ renovare, ac etiam tanquam Romanorum Rex & futurus Imperator prænominatos Principes Electores Eccleſiaſticos & Seculares in communi, & quemlibet eorum in ſpeciali, in eorum privilegiis, juribus, jurisdictionibus, minimè impedire, aut ea diminuere, ſed potiùs omnia & ſingula clementer adaugere juxta continentiam Aureæ Bullæ, & obligationum deſuper factarum. Et quòd hæc omnia præmiſſa quàm primùm ad ſacri Imperii ca in Germania pervenerimus, denuò confirmare, renovare & ratificare per manus noſtræ ſubſcriptionem debeamus & velimus.

Et generaliter omnia alia & ſingula, quæ ad augmentum ſacri Imperii & Germanicæ nationis, ac conſervationem & ſecuritatem liberæ electionis præfatorum Electorum exnunc inanteà perpetuis futuris temporibus concernunt, ſpectant & attinēt, faciant, promittant, obligent, gerant, adimpleant, in præmiſſu omnibus & ſingulis, & eorum quolibet, necnon connexis eorundē & emergentibus, quæ veri, legitimi & indubitati mandatarii, procuratores, negociorum geſtores & nuncii tam generales

quam

[illegible] ales, & amp[illegible] poteſtatem h[illegible]es, facere & gerere p[illegible] perſona-[illegible] adeſſemus, prout negociorum merita [illegible]atus & conditiones ac [illegible]um quarumcunq; te-[illegible] requirunt, facere & gerere poſſemus. Et ſi mandatum exigant [illegible]iale, quod eisdem vel [illegible]bus eorum in ſolidum, ac ſi de verbo ad verbum in debitis & requiſitis clauſulis præſentibus inſer-[illegible]m foret, traditum & conceſſum eſſe volumus, promittentes in verbo Regio, & ſub bona ſide no-[illegible] ratum & gratum habituros, quicquid per præfatos noſtros mandatarios, procuratores & nun-[illegible]ios, vel ab eiſdem ſubſtitutos, in præmiſſis vel circa, actum, factum, promiſſum & conventum, obligatum & geſtum fuerit, fideliter obſervaturos, nec ullo tempore directè vel indirectè, clam vel palam, contraventuros. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione roboratarum. Datæ in civitate noſtra Barchinone, die octava menſis Martii, Anno Domini MDXIX. Regnorum noſtrorum quarto.

CAROLUS.

per Regem.

Hannart.

CAROLI V. IMPERAT. AUG.

Anno Christi 1520.

IURAMENTUM POST IMPOSITAM SIBI CORONAM Regiam Aquiſgranenſem.

PROFITEOR & promitto coram Deo & Angelis ejus, amodò & deinceps legem & juſticiam pacemq; ſanctæ Dei Eccleſiæ ſervare, populoq; mihi ſubjecto prodeſſe, & juſtitiam facere, & conſervare jura Regni ſalvo condigno divinæ miſericordiæ reſpectu, ſicut cum conſilio Principum & fidelium Regni atq; meorum meliùs iovenire potero.

2. Sanctiſſimo Romano Pontifici, Eccleſiæ Romanæ, cæteriſque Pontificibus & Eccleſiis Dei condignum & canonicum honorem volo exhibere.

3. Ea etiam, quæ Imperatoribus & Regibus, Eccleſiis ſeu Eccleſiaſticis perſonis collata ſunt, & erogata, inviolabiliter ipſis conſervabo, & faciam conſervari.

4. Abbatibus & Ordinibus, vaſallis Regni honorem congruum volo exhibere, Domino noſtro Jheſu Chriſto mihi præſtante auxilium, fortitudinem & decorem.

CAROLI V. IMPER. AUG. EDICTUM

Anno Christi 1521.

CONTRA LUTHERUM, PROMULGATUM IN COMITIIS VVormatienſibus, Anno Domini, M.D.XXI.

Vulgò EDICTUM WORMACIENSE Interprete Johanne Cochlæo.

CAROLUS Quintus, divina favente Clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Charinthiæ, Carniolæ: Comes Habſpurgi, Flandriæ, & Tyrolis, &c. Univerſis & ſingulis ſacri Romani Imperii Electoribus, aliiſq; Principibus, tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus: Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Præfectis, Præſidibus, Judicibus, Sculteتis, Burgimagiſtris, Conſulibus, Scabinis: Civitatum, Oppidorum, Villarum, Terrarum, & quorumvis aliorum locorum Communitatibus: necnon Univerſitatum, Studiorum ſive Gymnaſiorum Rectoribus, & Locumtenentibus, ſeu Officialibus eorundem, ac cæteris quibuscunq; nobis, tam jure ſacri Imperii quàm hæreditario, aut alio quocunq; modo ſubjectis: & fidelibus dilectis, cujuscunque ſtatus, gradus, aut conditionis ſint, & ad quos præſentes, vel earundem exemplum, noſtro, vel alicujus Prælati Eccleſiaſtici ſigillo, ſive etiam publici Notarii manus ſubſcriptione, communitum pervenerit, gratiam Cæſaream, & omne bonum.

1. Ad veri Romanorum Imperatoris officium pertinet, non ſolum fines hujus ſacri Imperii: quod prædeceſſores noſtri, Germaniæ Principes, ob defenſionem ſanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ, ſuo ſuorumq; ſæpius effuſo ſanguine, per divinam gratiam, ſibi quæſierunt, ad Orthodoxam viam adductis, vel expulſis infidelibus, propagare: verumetiam, ne qua hæreſeos labes aut ſuſpicio, in jam ſibi ſubditis Nationibus ſacroſanctam Religionem noſtram commaculet, ſummo ſtudio providere: ac ſi qua jam oriri cœperit, eam omni ope, omnique cura, juxta normam, à Sancta Romana Eccleſia hactenus obſervatam, delere penitus & extinguere. Quod ſi quis alius è Majoribus noſtris, tanto nos magis præſtare debemus, quanto Dei Opt. Maximi immenſa benignitatis Nobis plura Regna & Dominia, pluresque & magis bellicoſos populos, majoresque vires, quàm jam multis ſæculis alicui Principi, qui hiſce titulis ſit potitus, ad ſuæ ſanctæ fidei tutelam & incrementum, elargiri dignata eſt. Accedit, quòd quum ex paterno genere, è Chriſtianiſſimis Imperatoribus & Archiducibus Auſtriæ, Ducibuſque Burgundiæ: Ex materno vero, Catholicis, Hiſpaniarum, Siciliæ, & Hieruſalem Regibus, ſimus orti: quorum omnium, pro fide Chriſtiana, res præclare

geſtas,

geſtas, nulla unquam delebit oblivio: Non ſine gravi conſcientiæ noſtræ on[illegible], & [illegible] nis nota, quadamq; veluti nebula, fœlicibus ineuntis Principatus noſtri auſpiciis o[illegible] deretur, ſi, quæ jam ab hinc triennium pullulare in Germania cœperunt, noxias quaſ[illegible] nio verius jam ſæpe olim per Concilia, & ſummorum Pontificum decreta, approban[illegible] damnatas, & nunc denuo, veluti ab Inferis, erutas, altiores jacere radices, ulla noſtra negl[illegible] eſſe videamur.

2. Sane, veſtrum neminem ignorare exiſtimamus, quibus erroribus & hæreſibus ab O[illegible] xa fide longe alienis, quidam frater Martinus Lutherus, Ordinis S. Auguſtini, Religionem Chriſtia- nam, in hac præſertim Inclyta Germanica Natione, omnis infidelitatis & hæreſum perpetua o[illegible] pugnatrice, ita inficere conetur, ut niſi maturè occurratur, tota hæc Nat[illegible], & deinde ſerpente conta- gione univerſa Chriſtiana Reſpublica, in abominandum ſchiſma, & bonorum morum pacisque, ac tandem deteſtandam ſui perniciem, prolapſura videatur. Quapropter, non immerito commotus Sanctiſſimus in Chriſto Pater, Dominus Leo X. Sacroſanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ Sum- mus Pontifex: ad quem fidem Catholicam, & Eccleſiæ Sacramenta curare ſpectat, prædictum Mar- tinum à principio clementer & paterne monuit, & hortatus eſt, ut à nephandis hujuſmodi incœptis deſiſteret, & jam ſparſos errores revocaret. Quod cum ille neglexiſſet, & pejora ſemper prioribus adderet: idem Beatiſſimus Pater, ad opportuna, neque tamen inſueta remedia procedere ſtatuit. It- que convocatis ſæpius Reverendiſſimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Epiſcopis, ac aliis Prælatis, necnon Regularium ordinum Prioribus ſeu Miniſtris generalibus, accerſitisq; pluribus ſ[illegible] entia & probitate præſtantibus viris, & in omni doctrinarum & linguarum genere eruditis, ac diver- ſarum Chriſtianorum Nationum Doctoribus & Magiſtris: prædicto tamen Martino prius vocato ac citato, ac in contumacia perſiſtente, ipſius ſcripta, tam Alemanico quam Latino ſermone ædita & ædenda, ut pernicioſa, & fidei unitatique Eccleſiæ contraria, authoritate ſua Apoſtolica, præfato- rumq; ad hoc accedente Cardinalium conſilio & aſſenſu, ac Epiſcoporum & Prælatorum, Docto- rumq; & Magiſtrorum matura deliberatione, damnavit, & ubiq; locorum comburenda, prorſusq; abolenda cenſuit & decrevit. Martinum verò ipſum, niſi infra certum expreſſum terminum, à publi- catione Decreti ſanctitatis ſuæ, mutata ſententia, ſe errores ſuos revocaſſe, & ad pœnitentiam rediſſe, docuiſſet: ut inobedientiæ & iniquitatis filium, ut ſchiſmaticum & hæreticum ab omnibus evitan- dum, &, prout jura poſtulant, puniendum declaravit, ſub pœnis & cenſuris, quæ in Apoſtolicis literis, Bulla plumbea communitis, & ſuper hac re æditis, latius continentur. Quas ad Nos, utpote Chriſtia- næ fidei verum & ſupremum propugnatorem, & Sedis Apoſtolicæ, ſanctæq; Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ Primarium filium, & Advocatum, per ſuum, & dictæ Sedis ſpiritualem Nuncium & Orato- rem, honorabilem virum nobis dilectum, Hieronymum Aleandrum, ejuſdem Sedis Protonotarium, & Apoſtolicæ Bibliothecæ Præfectum, dedita ad hoc opera, miſit: petens atq; requirens, ut pro offi- cio ac debito Imperialis dignitatis, in univerſo primùm Romanorum Imperio, deinde (quod Catho- licum Regem & Chriſtianum Principem decet) in cæteris etiam Regnis, Dominiis, & Provinciis no- ſtris, & præſertim in Germania, præſtito in auxilium fidei Catholicæ brachio ſæculari, omnia & ſin- gula in jam dictis literis Apoſtolicis contenta, inviolabiliter obſervari, & executioni mandari jube- remus.

3. Poſt quas quidem prædicto Martino factas à Summo Pontifice, Monitionem, Vocationem, Citationem, & ipſius tandem Condemnationem, necnon præſentatas Nobis ejuſdem Beatiſſimi Pa- tris literas, Bullamq; Apoſtolicam, per varia & diverſa loca Germaniæ publicatam, & noſtro juſſu & mandato, non ſolum Lovanii in Inferioribus Dominiis noſtris: verum & Coloniæ, Treveris, Mo- guntiæ, Leodii, executioni demandatam, tantum abfuit, ut idem Martinus reſipiſceret, errataque ſua revocaret, & petita abſolutionis venia, in gratiam cum Summo Pontifice & ſancta Eccleſia redire procuraret, ut etiam deteſtabiliores perverſi ingenii ſui fructus indies æderet, & perinde, ac in mani- feſtam Eccleſiæ perniciem, furens rueret, complures acervatim libros, non modo novarum, ſed etiam à ſacris Conciliis olim condemnatarum hæreſum plenos: nec ſolum Latino, verumetiam, ut faciliùs vulgus perverteret, Alemanico ſermone à ſe compoſitos, vel ſaltem ſuo nomine æditos, ferè quotidie

Lutheri dogmata.

divulgaret. In quibus (bone Deus) obſervatum ab Eccleſia jam tot ſæculis, ſeptem Sacramentorum numerum, ordinem, uſum, diſſipat, confundit, deturpat: inviolatas Matrimonii leges, miris modis fœdiſſime inficit: Extremam Unctionem cum Wiclepho fictionem dicit: Communicandæ ſacra- tiſſimæ Euchariſtiæ ritum, ad damnata Bohemorum revocat inſtituta. Ac ſaluberrimam contamina- tis peccato mentibus Confeſſionem primum ita involvit, ut confuſionem eam è Confeſſione fecerit, mox etiam magna in parte convellit: poſtremo, adhuc pejora ſe dec. ſcripturum minatur. Unde nonnulli jam (ut accepimus, quod vel auditu eſt intolerabile) ſumpta hinc occaſione, de Confeſſio- nis inſtituto & modo cœperint ſubdubitare. Alii mutilatam & truncam fecerint: Alii vero (proh ſcelus) & confiteri ipſi deſtiterint, & nequaquam eſſe confitendum publice aſſerere ſint auſi. Porro ſacerdotalem ordinem, & per quod ſacroſanctum Chriſti corpus ſanguisq; conficitur, divinum illud munus claviumq; cœleſtium poteſtatem, non ſolum viliſſimi pendit Lutherus, & Laicis pueris q;, at- adeo fœminis ipſis, communia facit: ſed & eoſdem Laicos, ad lavandas ſibi in Sacerdotum ſanguine manus, incitat. Ipſum verò ſummum noſtræ Religionis Sacerdotem, divi Petri ſucceſſorem, & verum in terris Chriſti Vicarium, non niſi infamibus & probroſis nominat verbis, & frequentiſſimis at[illegible] in- auditis invectivis contumeliis, & blaſphemus inſectatur. Liberū arbitrium prorſus nullū eſſe, [illegible]

n[illegible]ta

[illegible] ex Manichæi quidem & Wiclephi penu depromit: ſed tan[illegible] irrefragabili [illegible] Poetarum carminibus confirmat. Miſſæ venerabile Sacramentum neque [illegible], neq; vivis aliis, quam ſoli celebranti ſuffragari ſcribit. Jejuniorum & Orationum inſtitu[illegible] & conſuetudinem, ab Eccleſia obſervatam, invertit & corrumpit.

4. De Purgatorio, & Animarum, quæ in eo expiantur, ſtatu, deq; divini ſacrificii & veniarum ſuf[illegible], quæ a nobis fideles defuncti expectant, cum Waldenſibus & Wiclephiſtis contra Eccleſiam [illegible]. De Eccleſia vero ipſa nihilante, cum Pelagianis & Huſſitis. At Sanctorum Patrum authorita[illegible] & ſcripta, ab Eccleſia recepta, pro nihilo habet. Eſt ubi etiam ſæpe deridet, debitumq; illis cul[illegible]m & devotionem deterit & diminuit. Obedientiam, & Regimen omne prorſus tollit. Unde popu[illegible]d defectionem & rebellionem a ſuis, tam ſpiritualibus quam temporalibus Dominis faciendam, ad [illegible]pinas, cædes, incendia, cum magno & manifeſto Chriſtianæ Reipublicæ diſcrimine, provocentur. Quinimmo, quum vitam quantam ſolutam, licentioſam, atq; ab omni lege explicitam & vere ferinam [illegible]ducere conetur, ita exlex homo, leges ipſas omnes damnat & contemnit, ut Decreta ſanctorum Patrum, & ſacros Canones, publico igni comburere non formidaverit: facturus pejora Civili juri, ſi non magis ſæculi gladium, quam Pontificis excommunicationes & cenſuras metuiſſet.

5. Jam verò ſacroſanctis Conciliis palam contradicere, & pro ſuo arbitratu detrahere, non erubeſcit. E quibus potiſſimum Conſtantienſe illud, quod cum perpetua Inclytæ Germanicæ Nationis gloria, pacem & tranquillitatem diſſidenti Eccleſiæ dedit: ira ubique mordet, & impuro ſceleratoq; ore lacerat, ut in magnum univerſalis Eccleſiæ dedecus & offendiculum, ſed Germanicæ præſertim Nationis opprobrium & ignominiam Concilium ipſum nunc peſſimè omnium erraſſe ſcribat: nunc Synagogam Sathanæ quique in eo convenerant, & Joannem Huſſitam hæreſiarcham comburi juſſerant. Sigiſmundum utique fœlicis recordationis Imperatorem, & Sacri Imperii Principes, Antichriſtum, & ſuos Apoſtolos, homicidasque & Phariſæos, vocet. Quid, quod damnata in eodem Concilio omnia Joannis Huſſitæ errata, Evangelica & Chriſtiana eſſe, & ſe recipere, probaturumq; profitetur: Approbatos vero ejusdem Huſſitæ articulos, nequaquam admittit. In tantamque prorupit mentis væſaniam, ut ſi ſemel Joannes Huſſita fuerit hæreticus, ſe plus decies hæreticum Martinus glorietur: homo uſq; adeo novarum rerum ac potiùs perditionis humanæ cupidus, ut nihil fere ſcripſerit, vel ſaltem ſuo nomine divulgaverit, cui non aliqua peſtis, aliquis lethalis inſit aculeus: præter illos libros, ne nominandos quidem, ob execrandam eorum materiam, ipſius tamen titulo æditos, & ab eo cum reliquis ut ſuos agnitos, quorum ſingula verba, ſingula venena merito quis dicat. Et ne omnia, quæ innumerabilia ſunt Lutheri errata, ſingulatim percenſeantur, tanquam ſi hic unus, non homo, ſed Diabolus ipſe, ſub hominis ſpecie, ad perniciem humani generis, aſſumpta. Monachi cuculla, quàm plurimorum hæreticorum damnatiſſimas hæreſes, jamdiu ſepultas, in unam ſentinam congeſſerit, & aliquas etiam noviſſime de ſuo excogitaverit, ſub ſimulata prædicatione fidei, quam ad prætexendos ſuos dolos, tam ſæpe, tantoque opere objicit: Fidem veram prorſus deſtruit, ſub libertatis, quam promittit, ſpecie: Diaboli jugum & ſervitutem inducit, & ſub Evangelicæ profeſſionis nomine, omnem Evangelicam pacem & charitatem, omnemque rerum ordinem, & pulcherrimam denique totius Eccleſiæ faciem invertere, labeſactare, & penitus peſſundare molitur. Johannes Huſs.

6. Quibus omnibus per Nos, & conſilia noſtra omnium Nationum nobis ſubditarum, ſæpius & diligenter attentis & conſyderatis, & præſertim in hac parte ab eodem Beatiſſimo Patre requiſiti: absque inſigni macula noſtra, atque Orthodoxæ Religionis injuria & detrimento, rem tanti ponderis negligere nequaquam potuimus, ut etiam non debuimus, neque voluimus: ſed potius prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Imperatorum, veſtigiis inſiſtentes, eorumq; pro libertate Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ perpetuò laudabilia facta, ac pias & ſanctas, ſuper puniendis & exterminandis hæreticis, conſtitutiones obſervantes, convocatis ſæpius ad præſentiam noſtram, propter hoc præcipue, Electoribus: necnon univerſis ſacri Romani Imperii Ordinibus & Statibus, in hoc Wormacienſi Conventu congregatis, de eorum omnium & ſingulorum unanimi conſilio, matura deliberatione & conſenſu, in hanc tandem devenimus ſententiàm & concluſionem; Ut quamvis hominem, ita à Summo Pontifice & Sede Apoſtolica condemnatum, & in ſua obſtinata perverſitate obduratum, atque ab uſu Catholicæ Eccleſiæ alienum, & notorium hæreticum audire, omni jure exceptum eſſet: tamen ad tollendam omnem cavillandi anſam (idq;, quia nonnulli plæroſq; libros Martino aſcriptos, ipſius eſſe apertiſſime inficiabantur) complures audiendum à Nobis priùs hominem, quam in eum ad executionem Pontificii Decreti ulterius procederemus, aſſeverabant, Martinum ſæpedictum, miſſo ad ipſum, dedita opera, uno è Caduceatoribus ſeu Præconibus & Heraldis noſtris, Sub libero huc veniendi & hinc recedendi ſalvo conducto, accerſiri juberemus: Quod & factum fuit. Non ut nos de hoc negocio judicaremus, aut cognoſceremus (quum id dubio procul ad Romanum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam pertineat) neq; ut res ſacroſanctæ fidei noſtræ, nunc tandem, poſt tot ſæcula, per novas altercationes, cum magno fidelium ſcandalo & perturbatione, ac infidelium deriſione, in controverſiam revocari pateremur: ſed ut cum vulgi & plurimorum ita petentium ſatisfactione, hominis animum percontantes, eum bonis monitionibus & ſuaſionibus, ad rectam ſemitam (ſi fieri poſſet) reduceremus.

7. Itaq; Lutherum in noſtra, & ſacri Imperii Electorum, Principum, Prælatorum, & Statuum, præſen-

præſ[illegible] conſtit[illegible] ſupe[illegible] mus. Pr[illegible], Nunq[illegible] Cos add[illegible] itera, qui [illegible] con p[illegible]. Dein le[illegible] ra Conc[illegible], D[illegible] a noſtris m[illegible] de in obſervata[illegible] Ecc[illegible] bitis ad hoc noſtro & Imperii [illegible] & adhort[illegible], quæ ol[illegible] minem [illegible] de duriore[illegible] potuiſſet. Q[illegible] ſtag[illegible] [illegible] ſuos [illegible] vit, & con[illegible], & nun[illegible] poteſtatu[illegible] al[illegible] ſe compoſuiſſe dixit, quorum copia cum no[illegible] cta, id[illegible] in medium non tu[illegible] [illegible]ati. Quamuni vero ad [illegible] evocation[illegible] tenet te[illegible] num ſibi ad reſpondendū dari periit, qui qu[illegible] vis merito negari potuiſſet, tum quia novitates & errores in fide nulla ſunt dilatione tractandi, [illegible] tam penitus reſecandi: tum quia ex mandato noſtro ſibi legitimè inſinuato, necnon etia[illegible] quas ad eum dederamus, optime admonitus, quam ob cauſam vocaretur, non niſi [illegible] pararus, ad tantum Imperialis Conventus conſ[illegible]ſſum venire debuiſſet: tamen ex noſtra [illegible] & benignitate, unius adhuc diei [illegible]rinnum ad reſpondendum ſibi dedimus. Quo elapſo, rurſus co[illegible]m Nobis, & prædictis Ordinibus Imperii comparens, & ſimilibus adhortationibus ſæpius, ut ad c[illegible]r rediret, efflagitatus, pollicentibus etiam nobis, ſi reſipiſceret, erroreſq; ſuos agnoſceret, & quæ in ſ[illegible] libris damnata & mala eſſent, revocaret: faci[illegible] nos impetraturos, ut à Beatitudine Pontificis in gratiam benigne reciperetur, & adhibito fideli, æquo, & diligenti examine, ex ipſius libris, quæ mala ſcripſerat, ſecernerentur: quæ vero bona, Authoritate Apoſtolica approbarentur. Sed ne verbum qu[illegible] in ſuis libris mutaturū, imprudentibus ſimul & impudentibus verbis, oriſq; & corporis geſtu, q[illegible] potius, quàm religioſum aut ſanū hominem præ ſe ferente, apertiſſime negavit. Quinimmo, in noſtrā & ſacri Imperii faciem, Summorum Decreta Pontificum, & Concilia ipſa ſacroſancta, [illegible]raſſe ſæpiu[illegible] & ſibi ipſis contradixiſſe, & tandem nullius apud ſe momenti fore, aſſeveravit: ſeq; nihil ex his, quæ ſcripſerat, revocaturū, niſi evidenti ſibi ratione, & ſacræ ſcripturæ authoritatibus, ad ſuæ conſcientiæ animiq; ſatisfactionem & aſſenſum fuerit convictus: illud ſubinde repetens & inculcans (quo fraudū ſuarū virus, jam multis detegi cœptum, occultaret) conſcientia ſibi illæſa & integra neq; velle ſe, nec poſſe verbum Dei immutare. Mala mens, malus animus. Quaſi vero Nos id ab eo peteremus, ut verbum Dei immutaret, ac non potius, ut juxta verbum Dei verum, ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, à qua tam impie quàm turpiter defecerat, rediret. Cujus authoritatem, quum tantam voluerit eſſe

Matth. 18 Dominus, idemq; Deus noſter Jeſus Chriſtus, ut qui Eccleſiam non audierit, tanquam Ethnicus & Publicanus ſit habendus. Idcirco non immerito vel eam ſolam omnibus inventionibus, & vaframentis hæreticorum longe anteferendam nemo nunquam, niſi perditiſſimus & vere hæreticus, & Lutherus judicavit, qui ut tandem egregia ſua hic acta condigno fine clauderet, & quod peſſime incœperat, pejus terminaret, & quid animi habeat, & quàm fidelium clade exultet, vel in noſtro & ſacri Imperii conſpectu diſſimulare non potuit. Nam detorta (ut hæreticis mos eſt) à vero ſenſu ad ſuam impieta-

Matth. 10. tem Evangelica illa ſententia: *Non veni mittere pacem, ſed gladium.* Omnium ſibi, dixit, jucundiſſimam iſtam in rebus faciem videri, ob verbum Dei, ſtudia, & diſſenſiones fieri: Id eſt (quod utinam ne experientia videremus) ob diſſidentes ab Eccleſiæ ritu Lutheri opiniones, quas verbi Dei falſo titulo prætexit, vere ſtudia contraria, & diſſenſiones, & diſſidia, & ſchiſmata, & bella, & cædes, & rapinas, inter Chriſtianos concitari. Tali igitur, & tam ſubdola, atq; hæreticis omnibus peculiari reſponſione, Nobis, & ſacro Imperio à Luthero data, etſi decreveramus, ipſo ſtatim remiſſo, ad ulteriora progredi (id quod ex ſententia noſtra, manu noſtra ſcripta, & poſtera die publicata, nemini non conſtare poteſt) Tamē ad preces omnium Imperii Ordinum inclinati, adhuc ipſi triduum ad reſipiſcendum conceſſimus. Quo tempore duo Electores, duo Epiſcopi, duo Principes Sæculares, duoq; Civitatum nomine, Univerſos Ordines, & Status ſacri Romani Imperii repræſentantes, & ad hoc communi omniū juſſu & nomine deputati, vocato ad ſe Martino prædicto, nullum non admonendi & adhortandi eum ut tandē reſipiſceret; & niſi id faceret, quæ ipſum a Nobis, & ſacro Imperio, legumq; conſtitutionibus pœnæ manerent, declarandi officium fruſtra inſumpſerunt. Unus etiam ejuſdem ſacri Imperii Elector, adhibitis ſecum duobus Doctoribus, pietate & ſcientia præclaris, non ſolum adhortationibus: ſed etiam multorum errorum evidentibus redargutionibus, ad ipſius uſque obmuteſcentiam factis, mox ſeorſim ipſum prudenter & humanè commonefecit, ut ad Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, Noſtrumq; & ſacri Imperii Statuum, & cæterarum fidelium Nationum, ſanam ſententiam, juxta continuatum tot ſæculis Eccleſiæ ritum, potius, quàm ad ſuam unius opinionem, reſpiceret. A qua[illegible] recedens, in ordinem redire vellet, id ſe primum nonnullorum ſanctorum patrum, qui & ipſi aliquando erraverunt, laudabili exemplo, deinde ſalvis, anima, corpore, & honore, facturum cognoſceret. Ad quæ Martinus antedictus, etſi varia plæraq; & diverſa, cumq; eis, quæ ſcripſerat, pugnantia: nihilo tamen meliora, aut ſaniora, privatim reſpondit, quàm publicè, coram Nobis, & ſacro Imperio, fecerat. Atq; adeo ſe, non omn[illegible]modo ſupra memoratos, ſed & Concilium ipſum generale (ſi quo[illegible] ret [illegible]ſuſpe[illegible]m haber[illegible] proteſtatus eſt. Et ut certiſſimo, & omni exceptione majori teſtimonio [illegible] bis conſtat [illegible] illuſtriſſimo & ſc[illegible]rat[illegible]mo ore profari non eſt veritus, res Evangelii & Catholicæ fid[illegible] nunquam [illegible] in Concili[illegible] [illegible]eralibus bene tractatas. Unde non injuria plurimum nobis mir[illegible] ſubiret, cur nam a Summi Pontificis ſententia, ad generale Concilium nuper provocarit, quum tam impiè de Conciliis ipſis loquatur & ſcribat, niſi manifeſtè ſciremus, ut nihil eſt hæreticis æqu[illegible]o

dabile, atque œcumenicum Concilium: ita nihil illis iisdem magis proprium eſſe, quàm ut dictis factisque & ſcriptis, ſecum ipſi diſſideant. Quod ſi usquam alibi, præcipuè in Lutheri libris (divina providentia ſic operante, quo ipſius vana ædificia per ſe ruant) paſſim legere & videre eſt.

8. His omnibus & ſingulis, ſic omnino, ut præmittitur, ſe habentibus, quum prædictus Martinus, tam perversè & obſtinate, in ſuis adeo manifeſtè hæreticis opinionibus perſiſteret, ut ab omnibus iis, qui ſapiunt, partim demens, partim etiam malo aliquo obſeſſus ſpiritu, judicaretur. Nos, juata tenorem ſalvi conductus, ipſum ſtatim à conſpectu noſtro miſſum fecimus, datoque ſibi in comitatu uno ex Heraldis noſtris, & præſcripto termino, à die viceſima quinta menſis Aprilis, qua ex Wormacia diſceſſit, ad viginti deinde proximè futuros dies, quibus peractis, unà ſalvus conductus peractus & eatinctus cenſeretur. Nunc tandem ad reliquas opportunas medelas, huic peſtilentiſſimo morbo neceſſarias, in hunc, qui ſequitur modum, procedere decrevimus.

9. Primùm omnium, ad honorem Dei omnipotentis, Romaniq; Pontificis, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ debitam reverentiam, pro Imperialis dignitatis officio ac debito, necnon zelo & ſtudio, quo noſtrorum majorum more, & ingenita etiam nobis vi, ad defenſionem Catholicæ fidei, ſanctæque Romanæ & univerſalis Eccleſiæ honorem, tutelam & protectionem, omnes noſtras vires & facultates, Imperium, Regna, Dominia, amicos, vitam denique & animam ipſam noſtram, exponere ſumus parati: Ex Imperiali & Regia authoritate, necnon conſilio & aſſenſu Electorum, & omnium ſacri Rom. Imp. Principum, Ordinum, & Statuum, io hac celeberrima & frequentiſſima Imperiali Dicta Wormaciæ congregatorum, ad perpetuam rei memoriam. Exequendo ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, veri in hac parte judicis, ſententiam, decretum & condemnationem, in literis Apoſtolicis (ut ſupra dictum eſt) ad Nos directis, contentam, Martinum Lutherum, ut membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, ut obſtinatum ſchiſmaticum & Notorium hæreticum, à Nobis haberi declaramus, & ut talem à vobis omnibus & ſingulis habendum decernimus & edicimus: Mandantes de eorundem Statuum conſilio & cooſenſu, ſub criminis læſæ Majeſtatis, Noſtræque & ſacri Imperii graviſſimæ indignationis, ac etiam amiſſionis ſeudorum, Dominiorum, & bonorum omnium, gratiarum quoque & omnium Privilegiorum, à Nobis, & ſacro Imperio dependentium, quæ obtinuiſtis hactenus, aut prædeceſſores veſtri quomodolibet obtinuerunt: necnon proſcriptionis ac Banni, & interdicti Imperialis, pœnis: ne quis veſtrûm præfatum Martinum Lutherum, receptare, defendere, ſuſtentare, ſovere, dicto, facto, aut ſcripto præſumat. Quinimmo poſt elapſum ſupradictum viginti dierum terminum, contra eum, ubicunque depræhenſus fuerit, & in manu, aut facultate veſtra erit, juxta formam Imperialis Banni procedatis, vel ſaltem perſonaliter captum, tam diu cuſtodiatis, donec Nos, à vobis de hac re certiores facti, de legitima in eum proſecutione facienda vobis ſignificemus, & vos tam ſancti operis & laboris debita præmia, & mercedem etiam uberem, cum impenſis ob hanc cauſam factis, reportetis. Et nihilominus ejuſdem Martini complices, adhærentes, receptatores, & quomodolibet ſautores & ſectatores (niſi ſe iniquitatis ſemitam deſeruiſſe, & authoritate Apoſtolica abſolutionis remedium conſecutos eſſe, fidem condignam ſecerint) necnon eorum omnia & ſingula bona, mobilia & immobilia, juata ſacras conſtitutiones, ac interdicti & Banni Imperialis legem & ordinem, liberè & abſque ulla cootradictione proſequamini, illosque & illa capiatis, & in uſus veſtros, optimo & pleno jure convertatis.

10. Mandamus inſuper vobis omnibus & ſingulis præfatis, ſub eisdem prænominatis pœnis, ne quis Martini Lutheri ſcripta, à Summo Pontifice authoritate ſua Apoſtolica (ut præmittitur) damnata, aut alia quæcunque, tam Latino quàm Alemanico, ſeu alio quovis idiomate, ab eo hactenus compoſita, vel in poſterum componenda, utpote mala, ſuſpecta, & à notorio & pervicaciſſimo hæretico provenientia, emere, vendere, tenere, legere, deſcribere, imprimere, aut deſcribi vel imprimi facere, aſſerere, ſuſtentare, prædicare, deſendere, præſumat: noo obſtante, quod in illis etiam aliqua bona (ad fallendas ſimplicium mentes) immiata eſſent. In quo præter juſtam Sedis Apoſtolicæ ſententiam, etiam laudatiſſimam veterum Patrum inſtitutionem & conſuetudinem omnino exequendam duximus: Qui Arrianorum, Priſcillianiſtarum, Neſtorianorum, Euthychianorum, & aliorum hæreticorum libros, & in illis contenta omnia, tam bona quam mala, promiſcuè exuſſerunt. & adnihilarunt. Neque id immerito. Nam ſi optimi quique cibi, unius tantum guttæ veneni (quo humanum corpus læderetur) infuſione ſuſpecti, penitùs ſunt abjiciendi: quanto magis ea ſcripta, quibus tanta & tam noxia animabus venena paſſim inſerta ſunt, non ſolum nobis cavenda ſunt, ſed etiam (ne aliis noceant) prorſus deſtruenda & corrumpenda, atque ab omni hominum memoria veniunt obliteranda. Accedit ad id, quod quicquid boni in Martini libris reperitur, id antea à ſanctis Patribus, quos Eccleſia recepit & approbavit, ſæpe dictum & ſæpius repetitum, abſque ullius periculi aut mali ſuſpitione, legi, & haberi poteſt.

11. Eapropter, ſub eisdem pœnis omnibus & ſingulis ſupradictis, vos omnes, & quilibet veſtrum, tam Principes quàm alii, ad quos juſtitiam quomodolibet pertinet miniſtrare: & alii quicunque in univerſo Imperio, Regnis, & Dominiis noſtris conſtituti, hujuſcemodi peſtiferos Martini libros, tam Alemanicos quam Latinos, impreſſos & imprimendos, aut etiam manu ſcriptos, ubicunq; reperiantur (utpote magnæ ſeditionis, ſchiſmatis, hæreſeos, in Eccleſia Dei ſomites) diripiendos, & publico igni conſumendos, penitusque abolendos cum effectu curetis, Apoſtolicisque Nunciis, ſeu eorum Commiſſariis, ſi operam veſtram ad hanc rem requiſierint, fideliter & diligenter aſſiſtatis: & nihilominus in eorum abſentia, per vos ipſos hæc ſic fieri, noſtro nomine & juſſu, omnino & reipſa

faciatis. In quo omnibus fidelibus, dilectis, ſubditis noſtris, ut vobis ac Nobiſmetipſis aſſiſtant & pareant, tenore præſentium ſub eiſdem pœnis injungimus & mandamus.

12. Verum, quia maxime cavendum eſt, ne Martini libri, aut ex illis excerpta mala, ſuppreſſo aut etiam mutato authoris nomine, publicentur: quia etiam non ſine magna animi noſtri offenſa, multos quotidie videmus & audimus, cum alibi, tum maxime in Germania, componi & imprimi libros, pluribus malis traditionibus & exemplis refertos: & ne non omni aſtu & dolo, humanæ naturæ hoſtis, Chriſtianis laqueos tendat multos, paſſim divulgari picturas & imagines, non in opprobrium modo privatarum perſonarum, ſed & ipſius Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ contumeliam excogitatas: ex quibus omnibus libris & picturis, Chriſti fideles in maximos, tam in fide quam in vita & moribus, prolabuntur errores, & non ſolum privata odia, ſcandala, & ſimultates (pro ut experientia docet) multis in locis exorta fuerunt: verumetiam ſeditiones, tumultus, rebelliones, ſchiſmata, in Regnis, Provinciis, & populis, atque univerſa Dei Eccleſia (niſi provideatur) jamjam excitanda formidantur: Idcirco, ad hanc pernicioſiſſimam peſtem extinguendam, & ſupradictorum Electorum & Statuum concordi animo & ſententia, omnibus & ſingulis ſupradictis, tam Imperiali quàm hæreditario jure nobis ſubditis, ſub jam ſæpedictis omnibus pœnis præcipimus & mandamus, ne quis hujuſmodi famoſos & peſtilentes libros, ſeu quaſcunque alias ſchedas, ſcripturas, imagines, picturas, contra Orthodoxam fidem, bonos mores, & id quod ſancta Romana Eccleſia hactenus obſervavit: atque etiam invectivas criminationes & ignominias, contra Summum Pontificem, Sedem Apoſtolicam, Prælatos, Principes, Univerſitates Studiorum, & eorum facultates honeſtaſque perſonas, componere, ſcribere, imprimere, depingere, vendere, emere, tenere, habere; aut imprimi, deſcribi, depingi, vel vendi facere, quavis arte aut dolo audeat, aut attentet. Quinimmo ſub eiſdem pœnis jubemus omnibus & ſingulis ſupradictis, & præſertim iis, qui juſtitiæ miniſterio præſunt, ut ejuſmodi libros quoſcunque antehac impreſſos, vel poſthac imprimendos, necnon etiam manu ſcriptos, cujuſcunque ſint authoris, aut ubicunq; locorum per ſacrum Imperium, atq; etiam noſtra hæreditaria Regna & Dominia, inveniantur; ſimiliter etiam picturas hujuſmodi & imagines, noſtro juſſu & nomine occupent, diripiant, & publico igni comburant. Et nihilominus hujuſmodi deteſtabilium librorum, codicum, ſchedarum, ſcripturarum, & picturarum, authores & inventores, ac etiam poſt præſentis mandati publicationem, Impreſſores, Emptores, & Venditores, qui contra juſſa noſtra facere præſumpſerint (ſi modo id legitime conſtiterit) necnon eorum jura, & bona omnia & ſingula capiant, apprehendant, & detineant, ac jure bono quicquid ſibi licitum fuerit de illis diſponant: ita, quod de hoc nulli hominum, tam in judicio quàm extra, reſpondere ſint obligati.

13. Atque ut omnis ejuſcemodi & aliorum errorum occaſio tollatur, & ne talia ſcribentium venena longe lateque diffundantur, ſed præclarum imprimendi libros artificium in bonos tantum, & laudabiles uſus exerceatur: ex certa noſtra ſcientia, animoque deliberato, ac Imperiali Regiaq; authoritate, de maturo ſupradictorum Electorum, & aliorum ſacri Rom. Imp. Statuum, conſilio, deliberatione, & unanimi conſenſu, volumus & ſub Banni, & Interdicti Imperialis, ac aliis antedictis pœnis præcipimus & jubemus, tenore præſentis Edicti, quod vim inviolabilis legis habere decernimus; Ne quis de cætero Chalcographus, & librorum Impreſſor, aut alius quivis ubilibet per ſacrum Imperium, atq; noſtra prædicta Regna & Dominia conſtitutus, libros ullos, ſeu aliam quamcunque ſcripturam, in quibus de ſacris literis, aut fide Catholica aliquid vel minimum tractatur, non habito prius conſenſu & voluntate Ordinarii loci, aut ejus ad hoc ſubſtituti & deputati, cum authoritate etiam facultatis Theologicæ alicujus propinquæ Univerſitatis, pro prima videlicet impreſſione: alios vero cujuſcunque rei, & facultatis libros, ſchædas, & picturas, de conſenſu ſaltem Ordinarii, aut ejus ad hoc Subſtituti, ullo pacto imprimere, vel vendere, aut imprimi, vel vendi facere, directe vel indirecte, quòquo modo præſumat aut attentet.

14. Quod ſi quis cujuſcunque ſit dignitatis, gradus, aut conditionis, hanc noſtram mentem, decretum, ſtatutum, legem & ordinationem, in omnibus & ſingulis ſupradictis, tam Lutheranam, quam impreſſoriam materiam concernentibus, inviolabiliter obſervandam, ullo pacto, aut quovis quæſito colore vel ingenio, contrafacere, aut venire, auſu temerario præſumpſerit: præterquam quod illud irritum decernimus & inane, etiam in læſæ Majeſtatis crimen, ac noſtram, & Sacri Imperii graviſſimam indignationem, proſcriptionisque & Banni, ac interdicti Imperialis, necnon alias ſæpe dictas pœnas, ſe, ipſo facto, incurriſſe cognoſcat.

Harum teſtimonio literarum, Sigilli noſtri munimine roboratarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali Wormacia, die Octava Menſis Maij, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Viceſimo Primo, Regnorum noſtrorum: Romani ſecundo: Cæterorum vero omnium Sexto.

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.

CA-

CAROLI V. IMPER. AUG. ET COMMUNIUM S. IMPERII ORDINUM

Anno Chriſti 1522.

GRAVAMINA

Adverſus Papæ Romani, & univerſæ Curiæ Romanæ, ejusq; aſſeclarum, injuſtas uſurpationes & tyrannides.

CAROLUS V. IMPERATOR AUG. HADRIANO VI. PONT. ROM.

BEATISSIME Pater, Domine Reverendiſſ. Etſi ea eſt Sanctitatis veſtræ erga nos benignitas, amorque paternus, ſitque contrà noſtra erga S. Veſtram ea obſervantia & veneratio, ut majora eſſe non poſſint: illa tamen omnes & noſtræ maxime ditionis populi longè majora, tantaque exiſtimant, ut & nos nihil à beatitudine veſtra fruſtra poſſe petere, & S. veſtram nobis non omnia libenter non conceſſuram eſſe arbitrentur. Quæ res nos ea, quæ alioqui non niſi verecundè petere auderemus, liberè, confidenter à B. veſtra poſtulare facit, & maximè, ſi talia fuerint, quæ publicæ ſalutis cauſa à nobis efflagitata videantur.

2. Cum itaq; ſuperioribus menſibus in civitate noſtra Imperiali Nurnbergenſi omnes ordines ſacri Rom. Imperii pro tutela defenſioneq; Regni Hungariæ conveniſſent, & Electores cæterique Principes ac aliorum ordinum Status ſeculares inter cætera animadverterent, Germaniam ad eam egeſtatem rerum inopiam redactam eſſe, ut non modò ipſi quidquam contra Chriſti fidei hoſtes truciſſimos Turcas dignè gerere poſſint: Sed nec tantulas ſupereſſe S. Rom. Imperii opes & facultates, unde juſtitiam & pacem tueri & conſervare, ac nephariorum hominum ſcelera & in inferenda injuria audaciam poſſint cohibere, niſi etiam S. Veſt. liberalitate & paterno favore atque auxilio adjuti fuerint.

3. Itaque inter cætera cùm meminiſſent annatas, quas novi antiſtites Rom. Pontifici ſolvere conſueverunt, ab origine ea maximè ratione conceſſas eſſe, ut hujusmodi pecuniis Chriſti fidei hoſtes arcerentur: Nunc autem ipſi Turcæ, magna parte inferioris Panoniæ occupata, Germaniæ inhient: æquum eſſe, ut hujusmodi annatæ in Germania retineri, & illic in hunc uſum converti debeant. Præterea cum inter mortales nihil ſit ſanctius, Deo nihil gratius, quã juſtitiæ & æquitatis cultus; Qua de re etiam cenſuerunt, neque Deo ingratum, neque ulla ratione imperium dici poſſe, & ſi ea quæ ſolùm divinæ Majeſt. cultui dedicata conſecrataque exiſtimantur, ad juſtitiæ pacisque conſtituendæ uſum in parte convertantur: Propterea cuperent, noſtraque interceſſione à S. V. obtinere poſſe ſperant, inprimis ut penſiones, quæ ex ſacerdotiis Germanicis curiæ S. V. & Romanæ urbis hominib. perſolvuntur, poſthac in Germania detineantur. Adhæc cujuslibet Eccleſiæ majoris ſive minoris Collegium quotannis decimam proventuum ſuorum contribueret, vel ſaltem proximè vacaturæ præbendæ proventus, uti mortuæ & aſſiduè vacantis conſervarentur, nec non cùm Germania ditiſſimorum monaſteriorum plena ſit, ut illis quoq; tributum imponeretur: Atque etiam ut reliquorum ſacerdotum ordines quisque pro facultate & fortunis ſuis aliquid penderet: Præterea Mendicantium ordinum monaſterium quodlibet florenos quinque quotannis conferret. Quodque hujusmodi proventus omnes ad Turcarum impetus reprimendos, ac pro juſtitia & pace in Germania ac S. Rom. Imperio ſtabilienda, & in nullum prorſus alium uſum converterentur: usque S. V. ſuprà memorata omnia ad quadriennium concedere & clementer admittere dignaretur.

4. Nobis verò diligenter conſiderantibus, perpetuos reip. Chriſtianæ hoſtes Turcas, Hungarorum munitioribus locis & quodammodo propugnaculis captis, jam ſoli Germaniæ maximè imminere. Præterea S. Imperii proventus & vectigalia tum indulgentiâ, tum prædeceſſorum noſtrorum liberalitate, Eccleſiaſtico ordine locupletando, adeò eſſe extenuata atq; diſtracta, ut non modò Turcis reſiſti, ſed nec pax aut juſtitia in Germania diutius confirmari poſſit, niſi his atq; aliis tributis, quæ Imperii ordines ſibi præter hæc ultro impoſituri ſunt: ea Beatitudinis V. & munificentia & mitiſſimo animo ſubleventur.

5. Adhortatur nos & nephariam illam Lutherianam ſectam, quam ut tolleremus nullum officium prætermiſimus, ita multorum Germanorum animis uti peſtiferum virus paulatim obrepſiſſe, obſediſſeque, ut inde quoque incendium Reip. Chriſtianæ extimeamus, niſi prædictis tributis juſticia ita roboretur fulciaturq; ut aliquando in virulentæ illius doctrinæ ſectatores diſtricto gladio poſſit animadverti. Ad quam rem etiam multorum Germanorum animos, & horum præſertim, qui honeſtiſſimi ſunt ordinis, pro univerſalis Rom. Eccleſiæ tranquillitate & auctoritate conſervanda erectos incenſosq; cognoſcimus.

6. Quapropter B. V. ſummopere rogamus, ut divina illa ſua mente & mitiſſimis oculis, quibus Chriſtianum orbem irradiaſſe vident, hæc omnia clementiùs intueatur, ponatque ante oculos Turcarum infeſta ſigna aciesque jam penè invictas, pernicioſi Lutherani dogmatis incendium, quod peſſimi cujusque mentem obſedit. Præterea noſtram à Germania abſentiam: Quodque tantorum malorum imminentes flammæ nullo alio, quàm B. V. æterno illo benignitatis & munificentiæ fonte reſtingui poterunt: & hæc nobis, deinde S. Romano Imp. & nationi Germanicæ, alioqui de ſancta Apo-

ſtolica ſede optimè meritæ, pro tot tantisque malis coërcendis clementer ad quadriennium concedere & indulgere dignetur. Quod ſi S.V. fecerit, uti ſperamus, feret genti bello invictæ ad furorem Turcarum refrenandum dignas atq; optatas ſuppetias in ampliſſimo Chriſtiani orbis populo, & regno alioqui inquieto juſticiæ cultum & pacem conſtituet: unico beneficio ſibi innumeros & clariſſimos Principes conciliabit, Germanis autem reliquis, qui nunc ab iſta ſancta ſede, Lutheriana hæreſi circumducti, nonnihil alieni animi eſſe videntur, uberem occaſionem præbebit, hoc munificentiſſimo & paterno S.V. beneficio illectis, ut quicquid ſtudio, labore, obſervantia, quicquid fide, diligentia & ingenio, quicquid viribus atque opibus poſſunt, hoc totum pro B. V. & ſacroſanctæ iſtius ſedis Apoſtolicæ dignitate atq; autoritate tuenda deferant & polliceantur. Quemadmodum hæc omnia S.V. ex Oratore noſtro, & Dn. Johanne Emanuele Duce Seſſe extenſiùs intelliget: & S.V. valere, ac ſanctæ Romanæ univerſaliq; Eccleſiæ diu feliciter præeſſe cupimus.

Datum in oppido noſtro Valliſſoleti, ultim. Octobr. Anno MDXXII. Regnorum noſtrorum, Rom. quarto, &c.

CAROLUS

divina favente clementia electus Rom. Imperator ſemper Auguſtus.

ADRIANUS PAPA VI. VENERABILIBUS FRATRIBUS, DILECTIS FILIIS, NOBILIBUS VIRIS SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPIBUS Electoribus, & aliis Principibus, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, ac etiam Communitatum omnium Inclitæ Germanicæ Nationis Oratoribus in Dieta Nurnbergenſi congregatis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

VENERABILES *fratres & dilecti filii: Poſtquam ad Apoſtolatus Officium, divina diſponente providentia, aſſumpti ſumus, teſtis nobis eſt ille, qui nos ut immeritos, ita nil tale expectantes, promovit, nil nos aliud die noctuq; cogitaſſe, quam ut in curando grege nobis credito, tam in univerſum, quàm ſingulatim boni paſtoris partes, modis omnibus impleremus: atq; adeo nullam exiſtimaſſe è noſtris ovibus tam morboſam, quam non pro viribus curare: nullam tã vagam, & à cæteris errantem, quã non perquirere, & ad dominicã caulam reducere ſummopere cuperemus. Et ſanè ab ineunte ſtatim Pontificatu noſtro, (quod tum potiſſimum expedire videbamus) Chriſtianorum Principum animos, heu nimis jam inter ſe diſſidentes, ad pacem & concordiam ineundam, deponendaq; arma (aut ſi bellandum eſſet, ea in fidei hoſtes convertenda) tam per diverſos nuncios noſtros, quam per quotidianas fere literas hortari, animare, precari, hactenus nunquam deſtitimus.*

Et ne verbo tantùm, ſed & re ipſa hujus noſtri deſiderii ederemus exempla, Deus ſcit, quanto rei noſtræ familiaris, his præſertim temporibus incommodo, pecunias, & alia ſubſidia ad Rhodienſes milites ſtrenuos fidei propugnatores, ab immaniſſimo Turcarum tyranno atrociter obſeſſos, ac in alia etiam loca in ejuſdem hoſtis faucibus periclitantia, miſimus. Mox verò ab externis ad inteſtina animum advertentes, non ſine gravi animi moleſtia percepimus, Martinum Lutherum (quem ſua culpa jam filium noſtrum vocare non poſſe dolemus) hominem veterum, & jam damnatarum hæreſum ſuſcitatorem, poſt ſedis Apoſtolicæ paterna primùm monita, deinde etiam ſententiam, non abſq; conſilio optimorum & doctiſſimorum virorum, & diverſarum univerſitatum legitimè contra eum latam: poſt chariſſimi in Chriſto filii Caroli

Edictum Wormaciense.

noſtri Romanorum & Hiſpaniorum Regis Catholici, in Imperatorem electi, & veſtrum Imperiale edictum, ſuper ejuſdem ſententia executione, in proximis comitiis Wormaciæ habitis, maturè decretum; & per totam ferè Germaniam promulgatum: non modò per quos deceret, non punitum, aut per ſe cohibitum, à praviſſimis inceptis non deſiſtere, ſed omnis Chriſtianæ charitatis & pietatis Evangelicæ non oblitum modo, ſed & impiè contemnentem, novos quotidiè libros, errorum, hæreſum, contumeliarum, ac ſeditionum plenos, ſive de ſuo, ſive ab aliis adjutum, divulgare, ac veluti peſtem quandam Germaniam, & vicinas regiones longè lateq; pervadentẽ, venenata lingua ſpiculis bonas & animas & mores inficere & corrumpere conari: &, quod pejus eſt, horum ſuorum facinorum non plebejos modò, ſed & Nobiles pleroſq; habere fautores: adeò, ut (quæ fortaſſe iſtorum tumultuum primaria fuit cauſa) in Sacerdotum bona iri, & obedientiam tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus debitam, vilipendi cœptum ſit, & tandem inter nonnullos veſtrûm ad civilia bella deventum.

Quod quam malè cadat Chriſtianæ reipub. hoc præſertim tempore, mente & cogitatione facilè proſpicere poteſtis. Etſi enim prædixit Apoſtolus, oportere hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant: *nullum tamen videas tempus huic rei magis importunum, quàm hoc: aut quod citiùs ab hæreſibus, ſi quæ ortæ ſint, neceſſariò veniat repurgandum. Quum enim humani generis perpetuus hoſtis diabolus, ſub leonis rugientis ſpecie per Turcarum vires in Chriſtianas oves continuè debacchetur, non videmus, quomodo contra tantos impetus obſiſtere poſſimus, quamdiu eundem diabolum ſub draconis ſubdoli forma, iſtas hæreſes domi noſtræ diſſeminantem, interq; fortiſſimos Germanos noſtros diſcordias & ſeditiones ſuſcitantẽ, fovebimus. Atq; ut etiam debellare externos hoſtes maximè poſſimus, irritus tamen fuerit labor, impenſaque, & animarum ſaluti minimè utilis, foris hoſtes vincere, & domi hæreſibus, ſchiſmatibusque laborare. Meminimus, quum etiam in minoribus conſtituti, in Hiſpania eſſemus, multa ad nos & varia de Luthero,*

1. Cor. 11.

&

[...] erſis dogmatibus frequenter perferri. Quę cum per ſe durißima audiim, eo nobis duriora videbantur, quod ex ea regione venirent, unde nobis ſecundum carnem origo eſt. Sed ſolabatur nos tum rei ipſius adeò manifeſta vel iniquitas vel ſtoliditas, ut à nemine diu toleranda crederetur. Tum illa ſubinde nobiſcum facta [...] putatio, quòd dubio procul confidebamus iſtas venenatas plantas aliunde in Germaniam translatas, non perventuras ad fr. ugem in ea terra, quę acerrimos hęreſum, & omnis infidelitatis hoſtes ſemper protuliſſet.

Papa Adrianus natione Germanus.

Nunc verò poſtquam hęc mala arbor, ſive divino judicio ſic populi ſui peccata puniente, ſive ſocordia eorũ, qui, ut debebant & poterant, principio non obſtiterunt, quos videtis & auditis longè lateque ramos expandere cœpit: Conſiderandum vobis eſt Germani principes & populi, ac providendum, ne vos, qui ab initio hujus mali culpa aliunde orta, facile excuſari poteratis, per iſtam nimiam tolerantiam, & priſtinę virtutis, naturęque obliti, & tanto facinori, dum illi non reſiſtitis, conſentire videamini. Omittimus quod enormiſſimum eſt, tantam, tamque religioſam nationem per unum fraterculum (qui à Catholica fide & religione Chriſtiana, quam ab ineunte ętate, non ſolùm profiteri & ſequi viſus eſt, ſed etiam multis annis prędicaſſe ac docuiſſe dicitur, noviſſimè infeliciter apoſtatavit, ac Deo mentitus eſt) ſeduci ab ea via, quã à redemptore noſtro, & ejus ſanctiſſimis Apoſtolis demõſtrata, tot martyres, tot præclari doctrina & ſanctitate viri, & majores deniq; veſtri, omnes hactenus inceſſerunt: quaſi ſolus Lutherus ſapiat & ſciat: ſolus nunc primùm (ut de ſe hæreticus Montanus gloriabatur) Spiritum ſanctum acceperit, & Eccleſia ipſa, cum qua ſe futurum ad conſummationem ſeculi benigniſſimus humani generis Redemptor pollicitus eſt, in tenebris ignorantię & perditionis ambagibus ſemper erraverit, donec novo Lutheri lumine illuſtraretur.

Matth. ult.

Quę omnia quanquam apud eos qui ſapiunt, perridicula judicantur: Simplicibus tamen animis plurimùm ſunt pernicioſa, & eis qui novarum rerum cupiditate omnem ordinem immutatum vellent, plurima ad ea perpetranda, quę nunc experimini, cauſas & fomenta ſubminiſtrant. An nõ conſideratis Germani Principes & populi, prę ludium eſſe quoddam hoc eorum malorum, quę Lutherus & ejus ſectatores moliuntur? An non apertè videtis, iſtud prætenſum principio à Lutheranis veritatis Evangelicę patrocinium detectum, nunc eſſe merum rerum veſtrarum latrocinium? An putatis, aliò tendere iſtos iniquitatis filios, quàm ut libertatis nomine, omni obedientia ſublata, quod cuique libuerit, faciendi licentiam inducant? An ullius penſi juſſa & leges veſtras habituras creditis, qui ſacros canones, & Patrum decreta, nec non ſacroſancta Concilia, quorum auctoritati Imperatorum leges ſemper & libenter ceſſerunt, & promptè famulatę ſunt, non ſolum vilipendunt, ſed etiam diabolica rabie lacerare & comburere non verentur? Denique qui Sacerdotibus, qui Epiſcopis, qui Pontifici ſummo debitam obedientiam detrectantur? An ſperatis contenturos ſacrilegas manus à laicorum bonis, & non omnia potiùs ſibi, quę poterunt, vindicaturos, qui res Deo dicatas, quotidie vobis præſentibus & videntibus, ferunt, aguntque? An deniq; veſtris cervicibus parſuros, qui non tangendos Chriſtos Domini contemerare, cædere, trucidare auſi ſunt? In vos, in veſtras res, domos, uxores, liberos, ditiones, dominatus, templa, quę colitis, hęc miſeranda calamitas tendit, niſi maturè obviam eatis.

Proinde fraternitates, nobilitates, & devotiones veſtras, omnium & ſingulorum in Domino hortamur, & per Chriſtianam charitatem & religionem, quam tam ſæpe majores veſtri ſuo ſanguine & tutati ſunt, & auxerunt, obſecramus, atq; in virtute ſanctę obedientię, quam Deo & beato Petro, ejusq; Vicario omnes Chriſtiani debent, à vobis requirimus, ut depoſitis, ſi quę ſunt inter vos ſimultatibus, ad hoc commune incendium extinguendum, nunc ſaltem toto animo incumbatis, & Martinum Lutherum, cæteroſq; iſtorum tumultuum & errorum autores, ad rectam ſentiendi & vivendi viam (quod nobis gratiſſimum & jucundiſſimum eſſet) omnibus ſanctis modis reducere enitamini. Quod ſi (quod avertat Deus) veluti aſpides, obturatis auribus, audire recuſaverint, ne quod reliquum, & nunc ſanum conſtat, cum magna & evidenti nationis veſtrę macula & totius reipub. Chriſtianę manifeſto periculo inficiatur, ut eos juxta ſacras conſtitutiones, juxta leges à veſtratibus Imperatoribus latas, atq; adeò recens veſtrum ſuper hac re imperiale edictum, ſeveritatis virga animadvertatis. Novit ille, cui ſola arcana humanorum pectorum aperta ſunt, quàm nos, & pro natura noſtra, inſtitutoq;, & pro paſtorali, quod gerimus, officio, ad ignoſcendum potius, quàm ad ulciſcendum ſimus propenſi. Sed ubi tetrum iſtud cancer ita hulceroſum eſſet, ut blandis, levibusq; medicamentis curari non poſſet, auſtera erunt & ignita cauteria adhibenda, & abalienata membra ab integro corpore penitus reſecanda. Sic Deus omnipotens ſciſmaticos fratres, Dathan & Abiron in terra baratrum vivos demerſit: & nolentem obedire ſacerdotis imperio, capitali ſupplicio puniri juſſit. Sic Apoſtolorum Princeps Petrus Ananiam & Saphiram ſibi in Deum mentientes, ſubitò morituros denunciavit. Sic veteres & pii Imperatores Jovinianum & Priſcilianum hæreticos gladio ſeculi ſuſtulerunt. Sic divus Hieronymus Vigilantium item hæreticum optat in interitum carnis tradi, ut ſpiritus ſalvus fiat. Sic deniq; majores veſtri de Joanne Huſſita, & Hieronymo Pragenſi, qui nunc in Luthero revixiſſe videntur, à quo & in ſumma habentur veneratione, in Conſtantienſi concilio debitas ſumpſere pœnas. Quorum ſancta & præclara geſta ſi etiam hac in parte (ubi aliter fieri nequeat) fueritis imitati, non dubitamus, quin divina clementia ad eundum mox ſuppetias Eccleſię Dei, quę ab infidelibus vexata, in nationem veſtram virtute bellica, & hominum numero facilè præſtantem, os, oculoſque jamdudum intendit, ſenſus & corda veſtra inſpiret. Unde omnipotentis Dei & beati Petri benedictione per vos accepta, & de triumphato dracone ac leone Diabolo, id eſt, ſublatis domo hæreſibus, & devictis foris fidei hoſtibus, glorioſam victoriam, & in futuro ſeculo æternę ſalutis præmia reportetis.

Num. 16.
Act. Apoſt. 5.

Vos verò pro compertiſſimo habeatis, quicquid nobis opum & auctoritatis Altiſſimus concedere dignatus eſt, id omne & vitam ipſam pro tam ſanctis operibus, & pro ſalute commiſſarum nobis ovium libentiſſimè ex[...] os. Cætera quę tam in hoc Lutherano, quàm aliis negotiis vobiſcum particularibus communicata cupi[...] dilecto filio Franciſco Cheregato, electo Aprutini, quã nuper menſe Septembri ad negotia fidei & religio[...] noſtro nomine vobiſcum tractanda, noſtrum & hujus ſanctę ſedis nuncium, ad inſignem iſtum conventum ire juſſimus, vobis latius explicanda commiſimus. Cujus verbis hortamur vos, eandem quam noſtris habere[...]tis fidem adhibere. Dat. Romę apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die XXV. Nov. MDXXII. Pontificatus noſtri anno primo.

T. Hezius.

INSTRVCTIO
PRO TE, D. FRANCISCO CHEREGATO, DE QUIBUSDAM

Quæ Prælatis, Principibus, & civitatum Germanicarum Oratoribus dicere poteris viva voce, ubi & quando oportunum judicaveris.

Papa natione Germanus.

IN primis declarabis eis maximum dolorem, quo affligimur, ex proſperatione ſectæ Lutheranæ: ob id potiſſimum, quod videmus innumerabiles animas Chriſti ſanguine redemptas, & curæ noſtræ paſtorali commiſſas, illius occaſione à vera fide ac religione averti, & in perditionem ire, idq; in natione, ex qua nobis ſecundum carnem origo eſt, quæ ab initio, ex quo ad Chriſtum converſa fuit, uſq; ad iſtos proximos annos ſemper extitit fideliſſima ac religioſiſſima: ac propterea nobis vehementiſſimum deſiderium eſſe, ut huic peſti celerius occurratur, priuſquam Germaniæ ipſi contingat, quod Bohemiæ olim contigit: nosq; paratiſſimos eſſe, ad faciendum omnia in hunc effectum, quæ ex parte noſtra expectari poterunt: ac ſummopere deſiderare, ut etiam unuſquiſque eorum hoc ipſum pro viribus facere ſtudeat: utq; id faciant, nos quantum poſſumus unumquemque eorum hortari & rogare. Debebunt autem eos ad hoc movere ſequentia:

PRIMO, *& ante omnia honor Dei omnibus rebus præferendus, qui per iſtas hæreſes graviter læditur, ejusque cultus conſuetus, non ſolum diminuitur, ſed potius ex toto corrumpitur. Item charitas erga proximos, quâ unuſquiſque pro viribus ſtudere debet, proximos errantes ab errore revocare. Quod niſi fecerit, Deus eos, qui ſua negligentia perierint, de manu ejus requiret.*

Germani Chriſtianiſſimi.

SECUNDO, *movere eos debet infamia nationis ſuæ, quæ cum ſemper præ cæteris nationibus Chriſtianiſſima ſit habita, nunc propter eos, qui ſectam Lutheranam inſequuntur, apud omnes peſſimè audit.*

TERTIO, *moveat eos reſpectus honoris eorum proprii, qui maximè læditur, ſi ipſi, qui apud nationem Germanicam auctoritate & potentia pollent, hæreſes iſtas non totis viribus expellere laborant: tum quia degenerabunt à progenitoribus ſuis, viris Chriſtianiſſimis, qui in Conſtantienſi cōcilio ex magna parte inter fuerunt condemnationi Joannis Huſi, & aliorum hæreticorum, quorum aliqui ipſum Joannem Huſi propriis manibus ad ignem duxiſſe dicuntur. Tum quia ipſi, vel major eorum pars, edictum Imperiale, in executione ſententiæ Apoſtolicæ contra Martinum Lutherum & ſuos latæ factum approbarunt, eiq; auctoritatem ſuam adhibuerunt; & propterea niſi illud pro viribus executi fuerint, vel inconſtantes judicabuntur, vel etiam favere reputabuntur: cum manifeſtum ſit, eos, ubi efficaciter velint, illum exterminare facilè poſſe.*

QUARTO, *moveat eos injuria, quæ per Lutherum, eis & eorum parentibus, ac progenitoribus infertur. Cum enim ipſorum parentes & progenitores, & ipſimet ſemper tenuerint fidem, quam eccleſia Romana atque Catholica approbat, & Lutherus, ſuiq; ſectatores, longe diverſam fidem teneant, aſſerendo multa non eſſe de fide, quæ tamen illi tenuerint eſſe de fide: manifeſtum eſt, illos à Luthero condemnari, pro infidelibus & hæreticis, & per conſequens ſecundum Lutherum omnes eorum majores, qui in fide noſtra deceſſerunt, ſunt in inferno: cum error in fide homines damnationis reos faciat.*

QUINTO, *attendant finem, ad quem Lutherani tendunt, ut ſcilicet ſub colore libertatis Evangelicæ, quam hominibus proponunt, omnis poteſtas ſuperioritatis tollatur. Nam licet ab initio præ ſe tulerint, Eccleſiaſticam poteſtatem tanquam tyrannicè, & contra Evangelium occupatam annihilare, ſeu reprimere velle, tamen cum eorum fundamentum, ſcilicet libertas, quam prædicant, æquè vel plus militet contra poteſtatem ſecularem, quod ſcilicet illa nullis præceptis, quantumvis juſtis & rationabilibus obligare poſſit homines ad parendum, ſub pœna mortalis peccati: Manifeſtum eſt, eos etiam illam enervare velle: quamvis aſtutè fecerint illam ſalvando, ut ſcilicet principibus ſecularibus credentibus, machinationem hanc, non contra ſe, ſed duntaxat contra Eccleſiaſticos, (quibus laici communiter infenſi ſunt) dirigi, ac proptereà partim in eorum favorem tractis, partim diſſimulantibus, ſeu non contradicentibus, ipſi facilius Eccleſiaſticos everterent. Quo facto, dubium non eſt, quin populi idem contra ſeculares Principes tentaturi eſſent.*

SEXTO, *moveant eos maxima ſcandala, turbationes, direptiones bonorum, homicidia, lites, diſſenſiones, quas ſecta hæc peſſima excitavit, & quotidie excitat per totam Germaniam. Item blaſphemiæ, maledicta, ſcurrilitates & amaritudines, quæ iſtis ſemper in ore ſunt: quæ niſi ipſi ſedare curaverint, verendum eſt, ne ira Dei deſolatio veniat ſuper Germaniam, in ſe tam diviſam, immo ſuper ipſoſmet principes, qui cum poteſtatem & gladium a Domino acceperint, ad vindictam malorum, talia in ſubditis ſuis fieri permittant.* Maledictus, *inquit Propheta,* qui facit opus Dei negligenter, & prohibet gladium ſuum à ſanguine iniquorum.

Jeremi. 48.

SEPTIMO, *conſiderent Lutherum propè conſimili via ad ſeducendum populum Chriſtianum uti, quâ Machometus ille ſpurciſſimus uſus, tot animarum millia decepit; permittendo videlicet ea, ad quæ homines carnales inclinantur, & exinde eximendo eos ab his, quæ in lege noſtra graviora videntur: niſi quod Lutherus paulò modeſtius agere videtur, ut eò efficacius decipiat. Machometus plures uxores habendi, & eas pro arbitrio repellendi, aliasque ducendi licentiam conceſſit. Iſte ut Monachorum & Deo dicatarum virginum ac ſacerdotum, laſcivia carnis geſtientium ſibi favores conciliet, prædicat vota perpetuæ continentiæ etiam illicita eſſe, nedum non obligatoria: Proptereaque licere illis, per Evangelicam libertatem, nubere. immemor verbi Apoſtoli, cum dicit de viduis adoleſcentioribus, quod cum luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.*

1. ad Timoth. 5.

Quibus per te expoſitis, & aliis pluribus, quæ in hanc ſententiam partim ex literarum noſtrarum exemplis colligere, partim ex tua prudentia excogitare poteris: hortaberis noſtro nomine dictos Principes, prælatos ac populos, ut tandem expergiſcantur, & excitentur, ad obviandum, & tam gravis injuriæ quam Lutherani Deo & ſacræ religioni ejus, & maximæ ignominiæ, quam toti nationi veſtræ Germanicæ, ipſiſquemet Principibus, & maxima opprobria atque contumeliæ, quam majoribus eorum, (quos ut diximus) in effectu ad gehennam condemnant, inferre noſcuntur, & ad executionem ſententiæ Apoſtolicæ ac Imperialis edicti factis, omninò procedant: detur venia his, qui reſipiſcere, & errores ſuos abjurare voluerint. ſemperque promiores ſint ad miſerandum, quam ad vindicandum, exemplo Dei noſtri, qui non vult mor-

mortem peccatorum, ſed magis ut convertantur, & vivant. *At qui in errore pertinaces permanſerint, diſtrictionis virga juxta ſacrorum canonum & legum decreta, ſic puniantur, ut cæteri eorum exemplo, vel in fide ſtabilita permaneant, vel lapſi in rectam viam redeant.* Ezech. 18.

Quòd ſi quis fortè dixerit, Lutherum inauditum & indefenſum fuiſſe per Sedem Apoſtolicam condemnatum, & propterea audiri omnino debere, nec antequam convictus ſit, condemnandum eſſe: Reſpondebis, quòd illa quæ fidei ſunt, propter divinam auctoritatem credenda ſunt, non probanda. Aufer (*inquit Ambroſius*) argumenta, ubi fides quæritur: piſcatoribus creditur, non dialecticis. *Et certè fatemur, ei defenſionem negari non debere, in his quæ ſunt facti: hoc eſt, utrum dixerit, nec ne: utrum prædicaverit, vel ſcripſerit, nec ne: ſuper divino jure verò & materia ſacramentorum ſtandum auctoritati ſanctorum & Eccleſiæ. Adde, quòd ferè omnia, in quibus Lutherus ab aliis diſſentit, ſunt per diverſa concilia priùs reprobata. Non debet autem revocari in dubium, quod per Concilia generalia & univerſam Eccleſiam conſtat eſſe approbatum, tanquam fide tenendum. Injuriam namq; facit Eccleſiæ Synodo, qui ſemel rectè diſpoſita nititur in dubium revocare. Quid enim unquam certi eſſe poterit inter homines? vel quis diſputationum contentionumq; finis erit, ſi præſumptuoſo & perverſo cuiq; libertas ſeu licentia erit recedendi ab his, quæ non unius neq; paucorum, ſed tot ſeculorum, & tot ſapientiſſimorum hominum conſenſu, & Catholicæ Eccleſiæ (quam Deus in his quæ fidei ſunt, nunquam errare permittit) determinatione ſancita ſunt: cum tamen unaquæq; civitas leges ſuas inviolabiliter obſervari exigat? Quomodo non omnia turbationibus & ſcandalis & confuſione plena erunt, niſi ea, quæ ſemel, immo ſæpius maturo judicio conſtituta, ab omnibus inconcuſſe obſerventur? Cum igitur Lutherus & ſui, Concilia ſanctorum Patrum condemnent, ſacros Canones comburant, & cuncta pro arbitrio ſuo confundant, ac totum mundum perturbent: manifeſtum eſt eos tanquam publicæ pacis inimicos & perturbatores, ab omnibus ejuſdem pacis amatoribus exterminandos eſſe.*

Item, dices nos ingenuè fateri, quòd Deus hanc perſecutionem Eccleſiæ ſuæ inferre permittit, propter peccata hominum, maximè ſacerdotum & Eccleſiæ Prælatorum. Certum enim eſt, non eſſe abbreviatam manum Domini, ut ſalvare nequeat, ſed peccata dividere inter nos & ipſum, & abſcondere faciem ſuam à nobis, ut non exaudiat. Clamant ſcripturæ, peccata populi derivari à peccatis ſacerdotum. Proptereaq; (*ut ait Chryſoſtomus*) Salvator noſter curaturus infirmam civitatem Hieruſalem, ingreſſus eſt prius templum, ut peccata ſacerdotum primò caſtigaret, inſtar boni medici, qui morbum à radice curat. *Scimus in hac ſancta ſede, aliquot jam annis multa abominanda fuiſſe, abuſus in ſpiritualibus, exceſſus in mandatis, & omnia deniq; in perverſum mutata. Nec mirum, ſi ægritudo à capite in membra, à ſummis Pontificibus in alios inferiores Prælatos deſcenderit.* Omnes nos (*id eſt Prælati & Eccleſiaſtici*) declinavimus, unuſquiſq; in vias ſuas: nec fuit jam diu, qui faceret bonum, non fuit uſq; ad unum. Pſal. 13. *Quamobrem neceſſe eſt, ut omnes demus gloriam Deo, & humiliemus animas noſtras ei, videatq; unuſquiſq; noſtrûm, unde ceciderit, & ſe potiùs quilibet judicet, quàm à Deo in virga furoris ſui judicari velit. Qua in re, quod ad nos attinet, pollicéberis nos omnem operam adhibituros, ut primùm Curia hæc, unde fortè omne hoc malum proceſſit, reformetur: ut ſicut inde corruptio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem ſanitas & reformatio omnium emanet.* Reformatio Romanæ Curiæ. *Ad quod procurandum nos tanto arctiùs obligatos reputamus, quanto univerſum mundum hujuſmodi reformationem avidiùs deſiderare videmus. Nos (uti aliàs tibi dixiſſe credimus) Pontificatum hunc nunquam ambivimus, immo, quantum in nobis fuit, longè maluiſſemus privatam vitam agere, & in ſancto ocio Deo ſervire. Et profectò Pontificatum ipſum planè recuſaſſemus, niſi Dei timor, & ſyncerus electionis noſtræ modus, nec non ſciſmatis ex recuſatione noſtra imminentis metus nos acceptare illum coegiſſet. Subjecimus igitur colla ſummæ dignitati, non ob dominandi libidinem, neq; ad ditandos propinquos noſtros, ſed ad divinæ voluntati parendum, ad deformatam ejus ſponſam Eccleſiam Catholicam reformandam, ad ſubveniendum oppreſſis, & doctos & virtute præditos, qui multo jam tempore neglecti jacuerunt, erigendum & ornandum, & deniq; ad omnia alia agendum, quæ bonum Pontificem & legitimum B. Petri ſucceſſorem agere oportet. Quanquam nemo mirari debebit, ſi non ſtatim omnia errata & abuſus omnes per nos emendatos viderit. Inveteratus nimium morbus eſt, nec ſimplex, ſed varius & multiplex: pedetentim in ejus cura procedendum eſt, & prius gravioribus magiſq; periculoſis occurrendũ, ne omnia pariter reformari volentes, omnia perturbemus.* Omnes ſubitæ mutationes (*inquit Ariſtoteles*) in Republica periculoſæ ſunt. *Et*: Qui nimis emungit, elicit ſanguinem.

Quod autem ultimis literis tuis ſcribis, queſtos fuiſſe tecum Principes iſtos, quod Concordatis eorum per hanc ſedem derogatum ſit: dices, nos de his, quæ ante non facta fuêre, culpare nec poſſe nec debere, nobiſq; ejuſmodi derogationes etiam dum in minoribus eſſemus, ſemper plurimum diſplicuiſſe. Proinde nobis certiſſimam ſententiam eſſe: etiamſi ipſi non requirerent: illis noſtri Pontificatus tempore penitus abſtinere: partim, ut unicuiq; jus ſuum ſervemus: partim, quia æquitas & humanitas expoſcit, ut inclitam nationem noſtram, non ſolum non offendamus, ſed etiam peculiares ei favores impendamus.

De proceſſibus verò, quos à Rota avocari, & ad partes remitti poſtulant, dices nos cupere eis in hoc gratificari, quantum honeſtè poſſimus. Sed propter abſentiam auditorum ab urbe peſtis gratia, non poſſe nos de qualitate & habitudine ipſorum proceſſuum ad præſens informari: reverſis verò illis, quod peſte jam decreſcente, brevi futurum ſperamus, facturos in gratiam dictorum Principum, quicquid rationabiliter poterimus.

Item, ſollicitabis diligenter reſponſa literarum noſtrarum, & requires eos, ad quos ſcribimus, ut nos literis ſuis informent, quibus mediis eorum judicio videatur huic peſſimæ ſectæ commodius obviari poſſe. ut ea quæ per nos providenda fuerint, celeriùs provideri poſſint. Et ſuper hoc ipſo etiam tute diligentiſſimè informabis, & nobis plenè perſcribes.

Item, quia intelleximus, in Germania eſſe multos bonos & doctos viros pauperes, aliqua etiam præclara ingenia, quæ ex dignitate Apoſtolicarum proviſionum, hiſtrionibus & ſtabulariis potius, quàm viris doctis fieri ſolitarum, à ſedis hujus devotione averſa: cupimus, ut inquiras, qui nam illi ſint, eorumq; nomina ad nos tranſmittas, ut occurrente beneficiorũ Germanicorũ vacatione, illos proprio motu providere poſſimus. Scimus

enim, quantum Dei honori & animarum ſaluti ac ædificationi obfuerit, quòd jam diu beneficia Eccleſiaſtica, maximè curam & regimen animarum habentia, data fuerunt hominibus indignis.

De ſubſidio procurando, pro Hungaris, non damus aliam informationem, quàm diſcedenti tibi dedimus, excepto, quod te hortamur, ut rem illam ſummo ſtudio cures facias, cures. Nos etiam apud principes & reſpublicas Italicas, miſſis oratoribus, ſolicitabimus, ut pro viribus quiſq; ſubveniat.

Adrianus Papa VI.

T. Hezius.

RESPONSIO ILLUSTRISSIMORUM AC REVERENDISSIMORUM PRINCIPUM, nec non aliorum Sacri Romani Imperii ordinum, Pontificio Legato reddita.

SERENISSIMUS & Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus FERDINANDUS, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Locumtenens, nec non Reverendiſſimi in Chriſto patres, Illuſtriſſimi, Reverendi, ac Illuſtres Principes, Electores, aliorumq; omnium ordinum hujus Sacri Romani Imperii conventus proceres, litteras beatiſſimi in Chriſto patris & Domini, Domini Adriani, ſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Pontificis optimi & maximi, in forma Brevis, ſimulq; ea, quæ veſtra Reverendiſſima dominatio verbo propoſuit, tandemq; inſtructionem, quam ſcriptis nomine ſuæ Beatitudinis præſentavit, in negotio Lutheranæ factionis, cum debita honoris & reverentiæ exhibitione, atque non ſine ſingulari animorum gratitudine acceperunt, & diligentiſſimè intellexerunt.

1. Inprimis, ex quo Sereniſſimus & Illuſtriſſimus Princeps & Dominus Locumtenens, cæterique Electores, Principes, & hujus Sacri conventus Proceres noverunt, Beatitudinem Pontificis ex nobiliſſima Germanica natione originem traxiſſe & natum eſſe: Cujus eximias ac præſtantes animi & corporis dotes virtutesq; toto ferè orbe, etiam dum in minoribus eſſet, celebratas, jam pridem perſpicuas habent: Quare de ſuæ Beatitudinis ad ſummum Apoſtolatus apicem concordi ac divina electione & vocatione, incredibili quadam animorum hilaritate & lætitia ſunt affecti: aguntque Deo optimo maximoq; ſummas gratias, quòd ſanctæ ſuæ Eccleſiæ de tali ac tam digno, optimoq; paſtore providere dignatus eſt. Ex animoq; precantur, & pro ſua ſumma clementia, & perpetua ſui nominis gloria, animarumque ſalute, & Eccleſiæ univerſalis incolumitate, ſuæ Beatitudini omnem ſœlicitatem rerum atque corporum diutinam proſperitatem largiri velit: Nihil dubitantes, quòd ex hac tam ſancti & virtuoſi paſtoris concordi electione, ſanctæ, Chriſtianæ, Catholicæque Eccleſiæ, plurimum fructus & ſalutis ſit eventurum. Cujus rei evidens facit argumentū, quòd ſua Beatitudo iterū atq; iterū teſtatur, nihil ſe tam die noctuq; cogitare, quàm ut in curando grege ſibi commiſſo, boni paſtoris partes modis omnibus præſtare poſſit: inprimisque ſibi curæ eſſe, Chriſtianorum Principum animos, jam nimis inter ſeſe diſſidentes, ad pacem & concordiam incundam componere, deponendaque arma (aut ſi bellandum eſſet, ea in fidei hoſtes convertenda) quotidianis ferè literis hortari, precarique hactenus non deſtitit: Simulq; declarando, quanta hujus tam ſancti & præclari deſiderii (juvando, & ſubſidia mittendo Rodianis militibus cum incommodo ſuæ rei ſamiliaris) re ipſa ediderit exempla. Ex quibus omnibus Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Dominus Locumtenens, cæteriq; hujus Sacri Imperii ordines, non mediocrem ſpem & conſolationem, cum maxima animorum gratitudine accepêre. planè intelligentes, hanc concordiam Chriſtianorum Principum in omnibus rebus bene gerendis ac ordinandis non minimum momenti habere: ſine qua profectò nec reſpublica Chriſtianæ religionis rectè curari, vel inſtitui, multoq; minùs tyrannidi immaniſſimi Turcæ commodè obſiſti poterit. Quemadmodum hæc ex his, quæ Reverendiſſimus Dominus ſuæ Beatitudinis Nuncius Apoſtolicus nuper, cum pro ſubſidiis Hungarorum regno decernendis, perorando propoſuit, ſimulq; ex his, quæ per Sereniſſimi Hungarorum Regis & illius regni Legatos lamentabiliter expoſita & declarata ſunt, quas ſcilicet calamitates, injurias, & ad extremum uſque exitium Hungarorum regnum ab impiis hoſtibus tulerit, indiesq; majora timere habeat, abundè intellecta ſunt.

2. Quare Sereniſſimus Princeps Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Locumtenens, cæteriq; Principes, Electores & Ordines, ſummo ſtudio ex animo orant, ut ſua Sanctitas, in hoc ſancto propoſito, ea qua cœpit diligentia, ut pius pater & verus paſtor pro incumbentis officii ſui debito pergat, nihilq; intentatum relinquat, quo Chriſtianorum Principum diſſidentes animos ad pacem reducat: vel ſi id in totum fieri non poſſit, ſaltem ad tempus, in tanta temporum & rerum neceſſitate, inducias facere laboret: quo inſtantibus Chriſtianæ reipub. periculis & Turcæ perfidiſſimi conatibus, Dei auxilio, communibus Chriſtianorum copiis, & commodius faciliusq; obſiſti, & Chriſtianus populus ab illius tyrannide liberari poſſit: pro quo Sereniſſimus Princeps Locumtenens, aliiq; Principes Germani, unà cum cæteris potentatibus omni ope & opera fideliter ſunt laboraturi.

3. Deinde ſuæ Beatitudinis literæ, ſimulque inſtructio per ſuæ beatitudinis Nuncium Apoſtolicum, coram ordinibus Imperii oblata, continebant; ſuam beatitudinem maximo dolore aff[illegible], ex proſperatione ſectæ Lutheranæ, ob id potiſſimùm, quòd innumerabiles animæ, Chriſti [illegible] redemptæ, ac ſuæ beatitudinis curæ commiſſæ, illius occaſione, à vera religione avertan ur, a[illegible]e

in

in perditionem eant: ob id ſuam beatitudinem vehementiſſimè deſiderare, ut huic peſti celeriùs occurratur, ne deteriora inde contingant; cum explicatione quarundam neceſſariarum rationum, quæ Principes Germanos ad hæc quàm celeriùs conandum, maximè movere poſſint, ac debeant: in primiſque adhortando, ut ſententia per ſedem Apoſtolicam in Lutherum legitimè lata, & poſt ſacræ Cæſareæ & Catholicæ majeſtatis edictum, ſuper ejuſdem ſententiæ executione, in proximis comitiis Wormaciæ habitis decretum, debitæ demandentur executioni. Edictũ Wormacienſe.

4. Ad hæc ſacræ Cæſareæ majeſtatis Locumtenens, & Principes, aliiq; ordines dicunt, ſe non minùs, quàm Beatitudinem Pontificis ex animo dolere de impietatibus, animarum periculis & incommodis, quæ in Chriſtiana religione, ex Lutherana ſecta, aliiſve provenerint. Quicquid enim auxilii & conſilii pro extirpandis erroribus & animarum periculis amovendis ſua moderatione præſtare unquam poterint, ſunt pro ſumma ſua in Chriſti religionem devotione & pietate paratiſſimi: ingenueq; agnoſcunt, ſe, & Beatitudini Pontificis, & ſacræ Cæſareæ Majeſtati, ut Chriſtianos decet Principes, ad omnem obedientiam eſſe obnoxios.

5. Sed quòd ſedis Apoſtolicæ ſententia in Lutherum lata, ſimulque ſacræ Cæſareæ majeſtatia edictum, non ſit debitæ executioni demandatum, non ſine maximis, urgentiſſimiſq; rationibus, utputa, ne pejora inde cauſarentur, &c. hactenus prætermiſſum eſt.

6. Majori namq; populi parti jam pridem perſuaſum eſt, & modo Lutheranis libris ac dogmatibus populorum opinio ſic informata, ut jam pro comperto habeant, nationi Germanicæ à Curia Romana per certos abuſus, multa & magna gravamina & incommoda illata eſſe: ob id, ſi pro executione Apoſtolicæ Sedis ſententiæ, vel Imperatoriæ Majeſtatis edicti, quidpiam acerbius attentatum eſſet, mox popularis multitudo ſibi banc ſuſpicionem animo concepiſſet, ac ſi talia fierent pro evertenda Evangelica veritate, & ſuſtinendis, manutenendiſq; malis abuſibus, impietatibuſq;. Unde indubiè aliud nihil, quàm graviſſimi tumultus populares, inteſtinaq; bella ſperanda eſſent. Quemadmodum ex multis ac variis rerum argumentis Principes, aliiq; Ordines jam planè didicere, & cognovere. Opportunioribus itaque remediis his malis, in hac potiſſunùm temporum difficultate, ſuccurrendum eſſe exiſtimant.

7. Nam quemadmodum & reverendiſſimus Dominus Nuncius Apoſtolicus, nomine beatiſſ. Pontificis, in ſua inſtructione inter alia piè, Chriſtianè, & verè fatetur & agnoſcit, quòd Deus hanc Eccleſiæ ſuæ perſecutionem inferri permittit, propter peccata hominum; pollicetur que beatitud. Pontificis omnem adhibiturum operam, ut primùm Romana Curia, unde fortè omne hoc malum proceſſit, reformetur, ut ſicut inde corruptio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem ſanitas & reformatio omnium emanet.

8. Ad hæc beatiſſimus Pontifex pio ac paterno amore teſtatur, ſibi etiam dum in minoribus eſſet, plurimum diſplicuiſſe, quotiens Concordatis Principum per curiam Rom. derogaretur, ſuæq; Beatitudini hanc certiſſimam eſſe ſententiam, etiamſi Principes nunquam requirerent, ſui Pontificatus tempore penitus abſtinere, unicuique, & maximè nationi Germanicæ, jus ſuum conſervare, illiq; nationi peculiares ſavores impendere. Quis itaque ex his omnibus non videt, ſanctiſſimum Pontificem nihil penitus illorum omittere, quæ vel pius pater & verus paſtor ovibus ſuis unquam vel præſtare poſſet, vel debeat? Quis etiam per hæc ad veram pietatem, filialem amorem, & erratorum ſuorum emendationem non moveretur, maximè ubi ſua Sanctitas hæc tam pia, ſanctaq; inſtituta opere ipſo, uti cœpit, præſtiterit: quemadmodum Sereniſſimus Dominus Locumtenens, cæteriq; Principes, omnium hujus Imperii Ordinum Proceres indubiè ſperant, idque pro ſumma immortalis Dei gloria, animarum ſalute, ac publica pace & tranquillitate ſervanda fieri ex animo efflagitant, orantque.

9. Nam niſi iſtiusmodi abuſus & gravamina, ſimulq; certi articuli, quos ſeculares Principes juxta hæc ſpecialiter deſignatos, ſcriptis exhibebunt, fideliter reformentur, vera pax & concordia inter Eccleſiaſticos, ſeculareſq; ordines, hujuſq; tumultus & errorum extirpatio per Germaniam minimè ſperanda eſt. Nam ex longis & variis bellorum tumultibus, quibus Germania noſtra multis annis interturbata: Item ob alia gravamina & incommoda, quæ huic nationi hactenus incubuerunt, hæc natio pecuniis ac divitiis adeò eſt extenuata & exhauſta, ut etiam jam pro neceſſaria juſtitiæ ac pacis conſervatione in his deficiat. Multo majori itaque incommodo & difficultate Hungarorum regno & Croatis petita auxilia contra Turcam præſtare poterit.

10. Cum autem Ordines ſacri Romani Imperii nihil dubitent, beatitudinem Pontificis pro comperto habere, Principes Germaniæ in ſolutionem Annatarum ad aliquot annos ſedi Apoſtolicæ ſolvendarum, ea lege ac conditione conſenſiſſe, ut illa in oppugnationem perfidiſſimi Turcæ, & defenſionem fidei Catholicæ converterentur: Ex quo autem numerus annorum, intra quos annatæ illæ ſolvi debeant, nunc longo intervallo tranſactus ſit, neq; annatæ illæ à beatitudinis ſuæ prædeceſſoribus Pontificibus Romanis in hunc uſum, in quem decretæ ſunt, converſæ: Ob id, ſi modò neceſſitate exigente, communia auxilia in oppugnationem Turcæ per Germaniam eſſent decernenda & colligenda, cauſatur inde populus Germanicus, quare Annatæ priùs jam multis annis in hunc uſum reſervatæ, ad hoc opus non applicentur, averſaturq; alia in ſe ob hanc cauſam gravamina recipere. Ex quo Prælati Eccleſiaſtici pro annatis ſedi Apoſtolicæ ſolvendis, ut plurimum ſuis ſubditis ſuperindicta, & collectas imponere, & talia ab eiſdem recuperare cauſaverunt. Quare Illuſtriſſimus Princeps Dominus Locumtenens, aliique Principes, & Imperii Romani Ordines vehementer

orant,

orant, ut beatitudo Pontificis velit hæc & alia paterno affectu conſiderare, & illas Annatas, quæ poſt obitum Epiſcoporum, aliorumque prælatorum, ſeu Eccleſiaſticorum, ad Curiam Romanam ſolvendæ fuerint, in futurum non exigere, ſed illas fiſco ſacri Romani Imperii applicandas relinquere; ut eò commodiùs juſtitia, pax & tranquillitas nationi Germanicæ conſervari, & reſpublica eò meliùs per hæc ordinari, poſſintque per Germanicam nationem aliis Chriſtianis potentatibus contra Turcam communem hoſtem auxilia & præſidia præſtari: quod aliâs & abſque eo, minimè ſperandum erit.

11. Item cùm beatitudo Pontificis inter alia deſiderat informari, quibus mediis huic Lutherano errori commodiùs obviari poſſit, ut ea, quæ per ſuam Beatitudinem providenda fuerint, celeriùs curari poſſint: Ad hæc illuſtriſſ. Princeps Dominus Locumtenens, aliiq; Principes & Ordines dicunt, quicquid hac in re pro pietate & Chriſtianæ religionis devotione utilitatis & auxilii præſtare poterint, ſunt, eruntq; ſemper ex animo paratiſſimi. Ex quo autem hoc ſeculum in omni ſtatu, tam Eccleſiaſtico, quàm ſeculari, corruptiſſimos habeat mores, ſintq; non tantùm ex parte Lutheranæ ſectæ, ſed ex aliis cauſis multi errores, abuſus & corruptelæ, quæ ita inoleverunt, ut iſtis oportunis remediis provideri ſummopere neceſſarium ſit, ob id ſimulque propter immenſam tyrannidem crudeliſſimi Turcæ, qua multis jam annis Chriſtianitati multa incommoda & calamitates varias intulit, hodieque majora inferre molitur. Nullum itaque commodius, efficacius & oportunius remedium Illuſtriſſ. Dominus Princeps Locumtenens, cæteriq; Principes & Ordines cogitare poſſunt, quàm quòd beatitudo Pontificis, accedente ad hæc ſacræ Cæſareæ Majeſtatis conſenſu, liberum Chriſtianum Concilium ad locum convenientem in natione Germanica, quanto ocyùs & celeriùs, quoad fieri poſſit, videlicet vel in Argentoratum, vel Moguntiam, Coloniam Agrippinam, vel ad civitatem Metenſem, vel alium convenientem locum in Germania indiceret: nec ultra unius anni ſpacium (ſi poſſibile foret) hæc Concilii convocatio & deſignatio differetur: & quòd in tali concilio eis qui intereſſe deberent, Eccleſiaſtici, vel laicalis ordinis, non obſtantibus quibuſcunque juramentis & obligationibus, liberè liceret loqui & conſulere pro gloria ſummi Dei, & ſalute animarum, proque republica Chriſtiana, abſque aliquo impedimento: quinimò quilibet ad hæc debeat eſſe obnoxius, ut non dulcia, ſed vera & meliora conſulat, ſumma cura & diligentia per ſalutem animæ ſuæ, & abſq; aliqua adulatione doli vel fraudis ſuſpicione.

12. Verùm quibus modis & rationibus interim, & medio tempore iſti tumultus & populi errores poterint pacari, interteneri, & compeſci, maxima cura & diligentia Illuſtriſſ. & Sereniſſimus Dominus Locumtenens, & alii Principes conſuluerunt, cùm non minima pars iſtius negotii ex hac medii temporis intercapedine pendeat.

13. Itaque deliberaverunt in primis, ex quo Lutherus, & aliqui illius ſectatores in ditione ac territorio Illuſtriſſimi ducis FRIDERICI, Saxoniæ Principis Electoris, &c. agant: Ob id Illuſtriſſ. Princeps Locumtenens, & alii Ordines Imperii, apud prædictum Principem Saxoniæ ſumma diligentia curare volunt, & per eundem Principem efficere ſperant, ne Lutherus & ſui ſectatores aliquid ampliùs ſcribat, edat, & typis excudi faciat: indubieq; ſibi perſuadent, quòd prædictus Illuſtriſſimus Princeps Saxoniæ, pro ſua in religionem Chriſtianam pietate, & in ſacrum Romanum Imperium obſervantia & obedientia, ut virtute præditum decet Principem Electorem, omnem operam in hac re ſit adhibiturus.

14. Curabuntque ſimul Illuſtriſſimus Dominus Locumtenens, Principes, & Imperii Ordines, ut per omnem Germaniam cum divini verbi concionatoribus, ſive prædicatoribus, diligenter agatur, ne in populum Chriſtianum ſpargant, vel dicant ea, per quæ poſſit popularis multitudo ad tumultum vel rebellionem moveri, aut in aliquem errorem induci; ſed quòd nihil præter verum, purum, ſincerum, & ſanctum Evangelium, & approbatam ſcripturam, piè, manſuetè & Chriſtianè, juxta doctrinam & expoſitionem approbatæ, & ab Eccleſia Chriſtiana receptæ ſcripturæ doceant & prædicent, omniaq; ab illa omittant, quæ à populo doctiùs & ſanctiùs ignorantur, quàm ſciantur, quæve ſubtiliùs indagare, & ad imum uſque exigere, minimè expedit: nihilque in populo per concionem diſputationum moveant, ſed quicquid controverſiæ fuerit, uſque ad determinatiooem futuri Concilii reſervent.

15. Ordinabunt præterea Archiepiſcopi & Epiſcopi, ac alii Prælati per ſuas diœceſes viros doctos, probos, & ſacris literis peritos, quæ prædicaotibus fideliter & diligenter intendere debebunt. Et ſi quid ab illis vel erratum, vel minùs idoneè dictum eſſe offenderint, piè, manſuetè, ac modeſtè eos corrigent, & informabunt, in hunc modum, ne quiſpiam ſuſpicari poſſit, ut veritas Evangelica per hoc impediri quæratur. Qui prædicatores, ſi tales monitores audire nollent, nec à ſuis ineptiis abſtinere, debebunt per locorum Ordinarios congruis pœnis coerceri & puniri.

16. Præterea in omnibus bibliothecis, & apud typographos diligentiſſimè, quantum poſſibile erit, providebunt, ne in futurum aliquid novi typis excudatur: maximè, ne libelli famoſi, neque publicè, neque ſecretè vendantur. Et ordinabuntur apud omnes Poteſtates, ut ſi quiſpiam aliquid novi edere, vendere, vel typis excudere voluerit, ut priùs per aliquos viros probos, doctos, & literarum peritos iſta revideantur & recognoſcantur: & niſi per eoſdem admiſſum, vel approbatum fuerit, minimè vendatur, excudatur, vel publicetur.

17. Et per hæc media ſperant, quòd hoc tempore poterit iſtis tumultibus, erroribus, & offendiculis commodiùs mederi: maximè, ubi beatitudo Pontificis in iſtis gravaminibus congruã & debitam ſa-

tam faciet reformationem, & proviſionem, atq; liberum & Chriſtianum deſignabit Concilium. Per hæc enim maximè ſatisfieret populari, & nunc fluctuanti multitudini. Et ſi hic tumultus tam illicò in totum forſan per iſta ſedari non poſſet; nihil tamen dubitant, quòd major pars iſtius per hunc modum ad tranquillitatem & pacem moveretur. Indubiè enim multi probi & boni viri Chriſtiani futurum & proximè indicendum Concilium magno deſiderio eſſent expectaturi.

18. Poſtremò de Presbyteris, qui matrimonium contrahunt, & de religioſis, qui relictis monaſteriis, ad ſeculum redeunt, de quibus reverendiſſimus Dominus Nuncius Apoſtolicus, etiam inter cætera meminit, conſiderant Principes, & Imperii Ordines: ex quo in legibus civilibus nulla pœna ſpecialiter ſuper his ſit ſtatuta, ob id congruum & juſtum ipſis viſum eſt, ut tales per eorum Ordinarios debita pœna, ſacris canonum conſtitutionibus ſuper hoc expreſſa, utputa amiſſione Beneficiorum, & privilegiorum, & aliis condignis pœnis puniantur, & coërceantur: & quòd Ordinarii illi à Poteſtatibus ſecularibus in iſta animadverſione & punitione minimè impediantur: Sed quòd pro tuitione juriſdictionis Eccleſiaſticæ eis auxilium & favorem impendant, & ſuper his omnibus publica mandata & edicta faciant, ne quiſpiam Ordinarios in punitione & coercitione talium impediat: ſed quando aliâs illi votorum tranſgreſſores in ditione & territorio alicujus Principis vel Poteſtatis ſecularis delinquerent, quòd extunc debitis & congruis pœnis puniantur & coerceantur.

19. Poſtremò ſuper his omnibus Illuſtriſſimus & Sereniſſimus Princeps Dominus Locumtenens, aliiq; Principes & Ordines vehementer, & ex animo iterum atq; iterum orant, ut beatitudo Pontificis, ſimulq; reverendus Dominus orator, iſta omnia non aliter accipere & intelligere velint, quàm à bono, pio, ſincero, & Chriſtiano animo profecta, cogitata, & dicta eſſe. Nihil enim eſt, quod omnes iſti Principes & ordines tam ex animo velint, atq; cupiant, quàm ſtatum ſanctæ, Catholicæ, & Romanæ Eccleſiæ, beatitudiniſq; Pontificis fœlicem, incolumem, & ſalvum; ad cujus vota, deſideria, & obedientiam, ut fideles filii, ſe paratiſſimos offerunt, atque commendant.

R E P L I C A T I O.

Sereniſſime Cæſarea M. Locumtenens, Reverendiſſimi Patres, Illuſtriſſimi Principes, & totius ſacri Cæſarei ſenatus Ordines ampliſſimi, cùm pridie mihi longo tempore expectanti, datum fuerit tandem à vobis reſponſum, in re Lutherana; volui illuſtriſſimis dominationibus veſtris non ſolùm verbo, ſed & literis indicare, quam parum mihi illud ſatisfaciat, & per ſubſequens Pontifici maximo, ac universæ Chriſtianitati ſit minùs ſatisfacturum. Et omiſſis multis, quæ de pietate, fide, & obſervantia veſtra erga ſanctiſſimum Dominum noſtrũ & ſanctã ſedem Apoſtolicã in proœmio veſtri reſponſi habentur, de quibus tamen nomine ſuæ Sanctitatis veſtris illuſtriſſimis dominationibus gratias ago, veniam tandem ad ea, quæ ſuppletione, correctione & declaratione indigere videtur: reliqua prout ſtant, quatenus placeant ſanctiſſimo Domino noſtro acceptanda,

Et primò, quantùm pertinet ad id, quòd illuſtriſſimæ dominationes veſtræ dicunt, & ſe excuſando aſſerunt, quòd attento, quod populis Germaniæ ſit perſuaſum, quod ipſis multa gravamina à Curia Romana ſint illata, & ab ipſa multa ſcandala & incommoda indies patiantur; non fuiſſe viſum, ſibi expedire, ut ſententia Apoſtolicæ ſedis, & Imperiale decretum, debitæ executioni mandetur, ne inde contingat, pejora & acerbiora mala provenire. Adhoc replicatur, quod nec ſanctiſſimus Dominus noſter, nec Cæſarea Majeſtas, nec ullus Chriſtianorum Principum expectavit unquam tale a vobis reſponſum in hac re dari. Nam ſi Lutherus ante ſententiam Apoſtolicam, tot clariſſimorum virorum, ac Univerſitatum judiciis fundatam, & deniq; ante Cæſareum decretum ipſiuſq; edictum erraverat in uno; poſt eandem ſententiam & decretum erravit in longè pluribus, & nihil reliquum fecit, quò minùs tota orthodoxa religio a fundamentis everſa ſit. Quapropter cùm pœna debeant de jure commenſurari delicto, attento, quod indies magis cum ſuis ſequacibus erravit & errat, ut notorium; debent pœna ipſa augeri, atque gravari, & non diminui, prout ex præſenti veſtro decreto fit. Et quantum ad reſponſum ipſum, ex eo in primis offenditur divina majeſtas, cujus cauſa tam ſegniter curanda proponitur. Offenditur Pontificis & Apoſtolicæ ſedis dignitas: offenditur poſtremò Imperialis culminis celſitudo, quorum decreta & ordinationes tam impune ſuſpenduntur, abrogantur, deprimunturque: offenditur & pariter communis honor veſter, cùm omnes unanimes interfueritis eidem Imperiali decreto decernendo, & veſtram authoritatem præſtando. Nec ſatisfacit illa ratio, quòd propter ſcandala evitanda, dicta Apoſtolica ſententia, & imperiale edictum, exequi non debeant. Nam non ſunt tolcranda mala, ut proveniant bona: & magis ſunt curanda ea, quæ pertinent ad animæ, quàm ad corporis ſalutem. Neq; videntur excuſandi, qui Lutheranum ſectari velint, quod propter ſibi inflicta ſcandala & gravamina à Curia Romana (etiamſi verum illud eſſet) deberent ab unitate Catholicæ fidei propterea reſilire, & in profundum malorum ſe præcipitare. Nam omnia potiùs mala deberent æquo animo & patienter ſuſtinere, quàm ſe & animam ſuam, cum anima periculo in præcipitium dare. Et ſi illud in omni tempore præſtare debuiſſent, quanto magis deberent reſipiſcere? cùm intelligant, Deum optimum maximumq; dediſſe Eccleſiæ ſuæ ſanctæ paſtorem optimum: paſtorem (inquam) ſanctiſſimum, eundemq; Germanum, qui non ſolùm univerſam Eccleſiam ſit curaturus & inſtauraturus; ſed etiam Germaniam ſuam ad priſtinam pietatem reſtituturus, ac pluribus & inſignibus donis, in his quæ honeſtè poterit, illuſtraturus. Quare Principes illuſtriſſimi & excellentiſſimi, vos tantis affectibus rogo, & vehementer obteſtor, ut his rationibus veriſſimis adducti, velitis, antequam hujuſmodi celeberrimus conventus diſſolvatur, omnino ſtatuere, & firmiter deliberare, quòd eadem Apoſtolica ſententia, ac Imperiale edictum exequatur, & executioni mandetur, ſine aliqua diminutione: cùm ex hac magna parte, quinimò tota Germaniæ ſalus dependeat. Et ſi in aliquibus Germani populi, ut aſſeritur, ſunt à Curia Romana gravati, illud declarent. Nam ſemper Apoſtolica ſedes, quæ eſt mater piiſſima omnium oppreſſorum, parata erit, illos ſublevare, & pro viribus juvare, & tueri.

Quò ad ſeditiones & diſcordias, quæ ſunt inter Eccleſiaſticos, & ſeculares Principes Germaniæ, pacandas, ac ad articulos dandos eoſdẽ moderandos: reſpondetur, quod ſanctiſſimus D. N. ubi eas ſeditiones, diſcordias intellexerit, pro officio humeris ſuis incumbenti, curabit, ut omnino componantur, & extinguantur: cùm non

minùs

minùs habeat in filios ſuos & Eccleſia temporales Principes, ac habeat eoſdem Eccleſiaſticos. Pariformiter moderabitur omnia inter eos, ut unicuique habeat quod ſuum eſt, & neutri injurietur.

Quo ad Annatas non perſolvendas Romæ, ſed in Germania retinendas, pro ſuſtentatione Imperialis gubernii; habita ea declaratione, quæ facta eſt verbo difficultate, quæ fieri poſſit ad eam concedendam: reſervatur reſponſio ipſi Pontifici, quæ dabitur, vel Imperiali regimini, vel futuro Principum conventui, prout magis expedire ſuæ Sanctitati videbitur.

Quo ad Conſilium, quod datur per illuſtriſſimas dominationes veſtras, quòd attentis legitimis cauſis, quas adducunt, ſanctiſſimus Dominus noſter debeat convocare œcumenicū generale Concilium: replicatur, quod illud ſperatur non debere diſplicere ſuæ Sanctitati, ob omnes præcipuè illas cauſas: tamen petitur, ut illud Concilium aliis verbis magis idoneis reformetur: & quòd tollantur ea, quæ poſſent aliquā umbrā facere ſuæ Sanctitati, prout eſt, quòd ſua ſanctitas debeat convocare Conciliū de conſenſu Cæſareæ Majeſtatis, quòd ſit liberū, & quod relaxentur juramēta: item quòd ponatur magis in una civitate, quā in alia, & ſimilia, &c. Quia niſi tollerentur iſta, videretur ſanctitati Suæ ligari manus per illuſtriſſimas D. veſtras, prout in voce declaratū eſt.

Quo ad prædicatores, qui in poſterum fidelibus habebunt prædicare verbum Dei: replicatur, quòd ſervari debeat illud, quod ſanctiſſimus Dominus noſter nuper piè, & ſanctè ſtatuit, & ordinavit, de venerabilium fratrum ſuorum conſilio & aſſenſu. Quod eſt, ut ſtante iſta pernicioſa ſecta in Germania, nullus deinceps poſſit prædicare verbum Dei per civitatem vel diœceſim alicujus; niſi ille talis priùs fuerit examinatus per Epiſcopum, vel Officialem ſuum de doctrina & ſufficientia ſua, & eadem fuerit ab eo approbata, vel propia & Chriſtiana reputata. Et pariformiter, niſi ille talis fuerit ad munus prædicandi, per eundem Epiſcopum, vel ſuum Officialem inſtitutus: qui habeat etiam illum amovere & caſtigare, quando à recta via eeciderit. In cæteris placet, quantum de dictis prædicatoribus per illuſtriſſimas D. V. reſpondetur: id eſt, quod prædicent Evangelium cum interpretatione ſcripturæ, quaſi per Eccleſiam approbata.

Quo ad impreſſores & venditores, ſeu alios divulgatores Lutheranorum librorum, & aliorum, qui ſectam ſuam ſuſtinent & fovent; replicatur, quod nullo pacto placet data reſponſio, quòd curabunt illuſtriſſimæ dominationes veſtræ providere, quantum poſſibile erit, ne tales libri imprimantur, vel vendantur, &c. Sed dico in hoc, prout in aliis, totaliter debere exequi ſedis Apoſtolicæ & Imperialis celſitudinis ſententiam: id eſt, quòd libri impreſſi & imprimendi comburantur: imprimentes verò & vendentes, ſeu aliàs divulgantes dictos libros, juxta eaſdem ſententias puniantur. Et in hoc maximè peto, debere adverti: nam in hoc ſtat tota vis, pro iſta pernicioſa ſecta comprimenda, ne tales libri ampliùs inveniantur. Nam ex illorum lectione omnia hæc mala profecta ſunt. Et quantum pertinet ad id, quod nullus poſſit in poſterum libros novos imprimere, niſi illi tales libri priùs videantur & examinentur per aliquem virum doctum: dico, in hoc non debere recedi à conſtitutione moderni Concilii Lateranenſ. quæ jam eſt in uſu: & eſt, ut nullus, ſub pœnis in ea contentis, poſſit aliquos libros imprimere, niſi per ordinarium Epiſcopum loci vel ejus officialem tales libri lecti & examinati, ac pro Chriſtianis reputati & habiti ſint.

Lateranenſis Concilii decretum de impreſſione librorum.

Quo ad Clericos, qui uxorem ducunt: replicatur; quòd illa quæ pro reſponſione ſcripta ſunt, non diſplicere videntur, quando in cauda aculeum non habeant. Propter quod petuntur illa verba declarari, quæ ſunt in fine capituli dicti reſponſi ſub eiſdem verbis: Sed quando aliàs illi votorum tranſgreſſores in ditione & territorio alicujus Principis, vel poteſtatis ſecularis delinquerent, quòd ex tunc debitis & congruis pœnis puniantur, & coerceantur, &c. Dico, quòd ſi talia verba intelligi debent ſecundùm prædicta, id eſt, quòd tales puniantur à ſuis judicibus Eccleſiaſticis, bene ſtant: ſed ſi referantur, quòd ſeculares Principes vel potentes illos punire debeant: in hoc dico, & inſtantiſſimè peto tale reſponſum, utpote, contra libertatem & jus Eccleſiæ, omnino corrigi debere, & reduci ad verum ſenſum. Nam ſi Principes ſeculares auderent tales judicare, & in eos juriſdictionem exercere, eſſet ponere falcem in meſſem alienam, & tangere eos, qui ſunt peculiariter Chriſto reſervati. nec ob tranſgreſſionem voti, ſeu ob apoſtaſiam præſumant credere Principes, tales ad ſuam poteſtatem, vel juriſdictionem devolutos eſſe, ſi delinquent in ſuis dominiis, vel territoriis: cùm propter talem tranſgreſſionem, vel abuſum ordinis ſui, non deſinant propterea eſſe de juriſdictione Eccleſiæ. Quia cùm remaneant illis character & ordo, ſemper ſunt in ejuſdem Eccleſiæ poteſtate. Unde in tali caſu, quòd in dominiis Principum delinquant, ipſi Principes denuncient illos ſuis Epiſcopis, vel aliis ſuperioribus, qui eos caſtigent, corrigant: & ſi opus fuerit, pro viribus ſuis dictos Epiſcopos ſeu ſuperiores brachio ſuo juvent, & aliis præſtò ſint.

Super quibus omnibus & ſingulis petitur per me nuncium Apoſtolicum, habita matura deliberatione, ab illuſtriſſimis dominationibus veſtris, meliùs, clariùs, ſaniùs, & conſultiùs reſponderi.

DUPLICATIO ILLUSTRISSIMORUM ET REVE-rendiſſimorum Principum, &c.

QUamvis Principes, & reliqui ordines Germanicæ nationis, iterum pro verbis verba dare potuiſſent: quum tamen aliis magis neceſſariis occupati eſſent negotiis, Pontificium oratorem priori reſponſione contentum eſſe juſſerunt; donec gravamina nationis Germanicæ ſummo Pontifici tranſmiſſa forent, ac inde manifeſtum fieret, num verba ejus tam blanda, facta etiam debita ſequutura eſſent.

SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPUM AC PROCERUM GRAVAMINA CENtum, quæ adverſus Sedem Romanam, ac totum Eccleſiaſticum ordinem, Oratori Pontificiæ Sanctitatis, in Comitiis Germanorum Principum Noremberga, Anno &c. XXII. propoſuerunt.

POSTQUAM relatio per Oratorem Sanctitatis Pontificiæ Comitiis prædictis, coram Majeſtatis Cæſareæ Locum tenente, Electoribus cæteriſque Principibus, ac Imperii Statibus, ibidem congregatis, habita, ac Breve, quod vocant, Apoſtolicum, ejuſdem Romani Pontificis, in conſul-

[illegible] ,deſuperque reſponſio conſulta & [illegible] & Le-[illegible] nomine totius Romani Imperii tradita. [illegible] alia, [illegible] atque onerum Romani Imperii [illegible], [illegible] ius, [illegible] fiæ Cler[illegible] premerentur: placuit Principibus, ac cæteris [illegible] ordi-[illegible], per cont[illegible] cleſiæ Romanæ Primores, ſe in medium adducturos [illegible] erant, [illegible] altius a Principibus, ſigillatim per claſſes, & quam potuit maximum per ordinem di-[illegible] nſereque, ac ita deſcripta fuſius Legato Romano, ferenda ſecum trans Alpes, da-[illegible], ut apud Sedem Apoſtolicam curare velit, quatenus onera hæc, non ferenda Ger-[illegible] è medio tollere, emendareque Sanctitas ſua non dedignetur. Quemadmodum prædicta hæc in [illegible] ſione ſupra memurata, omnia latius continentur. Itaque per compendium, ut ſequitur, Ger-[illegible] æ nationis onera hæc juſto graviora, digeſta, ac oratori Pontificio, qui ſe nomine Sanctiſ-[illegible] Rom. Præſulis, ita ſyncerè ac Chriſtianè obtulerat, tradita ſunt; quo ſæpe dictus orator ac Le-[illegible] Pontificius, hæc inde Sanctitati legantis referre, ac apud eundem pro Germanis Principibus & [illegible] oceribus, totius Imperii Romani ordinibus, interpellare poſſit. Sunt autem gravamina ſuprame-morata, quæ per cap[illegible] nunc ſequuntur.

Gravamina Sedis Apoſtolicæ, non ferenda Germanis.

CAP. I.

De Diſpenſationibus ære redemptis.

1. Inter reliqua onera, vel illud minimè poſtremo loco eſt collocandum, quòd conſtitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quæ nullo divino præcepto, vel interdicta ſunt, vel imperata. Quod genus ſunt: Matrimoniorum tam innumera excogitata obſtacula, ex affinitatis, publicæ honeſtatis cognatione, ſpirituali, legalique, & conſanguinitatis, tam multis gradibus originem trahentia. Ciborum item uſus interdictus, quos Deus tamen ad hominis neceſſitatem creavit, ac cum gratiarum actione promiſcuè ſumendos Apoſtolus docuit. Hæc nimirum, atque iis ſimiles complures humanæ conſtitutiones, eousque ligant homines, donec pecunia ſibi harum legum gratiam a ſtatuentibus impetrent: ut ita pecunia faciat divitibus licitum, quod tenuibus gratis ſit prohibitum. Illicitisque his legum ac conſtitutionum humanarum retijaculis, non modò magna nummorum copia à Germanis eſt expiſcata, è Germania & trans Alpes lata: ſed & maxima inter æquè Chriſtianos orta iniquitas, plura offendicula, ſimultates, dum tenues hiſce laqueis vident ſe illaqueari, non ob aliud, niſi quòd ſpinas Evangelicas (ita enim Chriſtus divitias non ſemel appellat) non poſſideant.

Hæc Gravamina Maximiliano primo Imp. attribuuntur ab Ordinibus Imperii Proteſtantibus, ut ſuprà in Anno Chriſti 1510 videre eſt & in Hotomanni Bruto fulmin. c. 5.

CAP. II.

De tempore interdicto.

2. Pari modo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum ſolennibus, à Dominica Septuageſima, qua cantatur in Eccleſia, *Circumdederunt me*, &c. ſub Quadrageſimæ usque initium, quo tempore ab Eccleſiæ Romanæ primoribus, undique nuptias celebrari interdictum eſt. Quum tamen interim & ab Eccleſiaſticis & à ſecularibus paſſim ſine diſcrimine publicè Genialiter vivatur. Sed ita demum interdictum illud procedit, ſi gratis hoc facere quis intendat. Quòd ſi nummi ſpes refulſerit, jam quod primùm erat prohibitum, impunè ac liberè facere licet. Eſt enim & hoc grave Germanorum crumenis retijaculum, quo extrahuntur nummi. Nec minus interim gravamen, quòd pauperis divitisque longe diverſa, in relaxandis his conſtitutionibus, ſit conditio.

CAP. III.

De oneribus Papalium indulgentiarum.

3. Illud importabile jam olim increbuit Romanarum indulgentiarum onus, quando ſub perſona pietatis, quum aut Baſilicas Romanas conſtruere, aut profectionem in Turcas parare polliciti ſunt Romani Pontifices, omnem ſimplicibus, nimiumque credulis Germanis exuxerunt pecuniatum medullam. Et quod longè majoris eſt faciendum, per has impoſturas, ac earum conductitios præcones & prædicatores, profligata eſt Germana Chriſtianorum pietas; dum qui extrudere volebant venales ſuas Bu[illegible]as, laudes ſuis mercibus occinebant, miras & inauditas condonari per emp[illegible]as has condonationes, nedum noxas præteritas, aut futuras viventium; ſed & functorum vita exiſtentium in Purgatorio (quod vocant cantores illi indulgentiarum) ignis: modò numeraretur aliquid, modò tinniat dextra. Atque his mercium nundinationibus, ſimul & ſpoliata eſt ære Germania, & Chriſti pietas extincta; quando quilibet pro precii, quod in has merces expenderat, modo, peccandi impunitatem ſibi pollicebatur. Hinc ſtupra, inceſtus, adulteria, perjuria, homicidia, furta, rapinæ, fœnora, ac tota malorum lerna ſemel originem ſibi traxerunt. Quod enim malorum amplius jam horrebunt mortale[illegible], quando ſibi peccandi licentiam ac impunitatem, nedum in vita, ſed & poſt obitum, ære licet immodic[illegible], comparari poſſe à nundinatoribus illis indulgentiariis, ſemel perſuaſum habent? maximè Germani, quibus per hos veræ pietatis fucos, ſub religionis perſona, nihil non p[illegible]ſuaderi difficile eſt? ut ingenio planè ad pietatem credulu eſt Germania.

4. Et [illegible] [illegible]lgentiæ hæ non ſemel in hoc ad Germanos miſſæ ſint, [illegible] vendiſione p[illegible]a, fideles contra barbaros eſſent [illegible]andi, ac defendendi. E[illegible] tum habent Germani, pecuniam hanc, non in rem fidei, aut alioqui reipublicæ [illegible] tiam, ſed in propinquorum luxum, ac ſublevandam fami[illegible] iam ipſorum eſſe verſam. quo[illegible] nata ſunt perquam maxima incommoda, quòd & offendicula orta ſunt ſimplicibus; & [illegible] Germani toties ſentientes luſam fidem, quum verè jam res poſtulat, ut contra Turcas in[illegible] peditio bellica, nullis rationibus perſuaderi ſe patiuntur, ut credant, quod res ipſa ferè noto[illegible] cit; Ita ſcilicet inſtare cervicibus noſtris crudeles Turcas: ſuſpicantes ſemper, prioribus li[illegible] piam agi. Quæ una ratio eſt, ut tam ægrè manus contra Turcas jungant. Quantorum ergo [illegible] & in rebus temporalibus, ac Chriſti fidelium conſcientiis, cauſæ fuerint Romanæ Indulge[illegible] ctitas Apoſtolica, pro ſublimitate captus ſui, exigua opera, vel inde, ſi non ex re ulla alia, con[illegible] conſequi poterit.

5. Præterea Papalis Sanctitas, cæterique Epiſcopi, ac Eccleſiæ Romanæ columnæ, caſ[illegible] quot ſuæ tantùm abſolutioni reliquos fecerunt; quorum ſi unum aut alterum commiſeris, jam [illegible] numerandum, aut abſolutione tibi carendum eſt: nempe quòd in hoc reſervati ſint, ut ve[illegible] inde [illegible] morum aliquid eis accreſcat. Quod ex eo conjicere licet, quòd in caſibus etiam quarumvis pro[illegible] pore honeſtis, aut neceſſariis, nunquam tamen, niſi numeretur aliquid, diſpenſant. At ſi nihil a[illegible] ris, numeraverisve, indiſpenſatus perpetuò maneas oportet.

6. Verùm, ſi quis, unde numeret, habeat, jam nedum præſentes indulgentur harum con[illegible] tionum transgreſſiones; ſed & in futurum impunè, ut eas ipſas transgredi liceat, indulto permitti[illegible] Quo fit, ut anſam inde accipiant ii, cum quibus ita diſpenſatum eſt, pejerandi, homicidia, adulteria, [illegible] ſimilia flagitia perpetrandi: quando quilibet ex ſacerdotum vulgo, abſolutionem empititiam v[illegible]te indulti his impartiri poteſt. Quæ malorum ſeges tota ex habendi libidine, aurique ſacra fame qua nunc Eccleſiaſticorum nonnulli miſerè excruciantur, originem ducit.

CAPUT IV.

De prædicatoribus indulgentiarum Stationariis.

7. Eſt & aliud Indulgentiis vendendis addictum hominum genus, quos Stationarios vulgò vocant. hi ruſticorum plerunque abutuntur ſimplicitate, dum omnes vicos, villas, pagos, angiportus, omniaque peragrant caſtella & oppidula, prædicantes Sancti cujuspiam, Valentini putà, Huperti, Cornelii, Anaſtaſiive ſanctimoniam, ac quantum ad rem familiarem addat, ſi quotannis hunc vel illum munuſculo aliquo, quod eis Stationariis ſcilicet in commodum cedat, demulceas: Inſcribentesque dehinc ſimplices, ſub Sancti alicujus nomen ac tutelam, promittentesque, ut hoc aut altero morborum genere vacaturus ſit, qui eis annuum cenſum penderit. Quæ omnia in hoc excogitata ſunt, ut ſimplices illi ad vivum usque exugantur. Nam primùm hoc negotium à ſancto Antonio cœptum, in innumera morborum genera dehinc ſuevit diduci: ita ut vix ſuperſit morbus nunc aliquis, cui Stationarii non & peculiarem Sanctum, tanquam tabernæ vel negotiationi præpoſuerint. Proceſſitque eo usque ejus mali ſerpigo, ut pauperum ac ſimplicium illorum, Quæſtuarii ac Stationarii prædicatores, ſanguinem vorent & medullam: dumque illi unà cum liberis ſuis, neceſſariis ſpoliantur, in deliciis & luxu plus quàm Sybaritico degunt Stationarii. Quæ res & in primis præſentem ſibi Sanctitatis Apoſtolicæ medicinam poſtulare videtur, quo interdiceretur Epiſcopis, cæterisque Eccleſiæ Primatibus, ac eorum Vicariis, ne pro legationis ſeu functionis hujus admiſſione quidpiam poſthac acciperent precii: neve eas omnino tolerarent ampliùs, aut quantum per eos ſtaret, paterentur.

8. Nec minùs & in hoc à religioſis gravantur prophani, maximè pauperes, quibus res eſt anguſta domi. Nempe quòd mendicitas ordinum Mendicantium nihil in rure, neque in urbe ſinit non peragratum, dum à terminis, quos pervagantur, Terminarii dicuntur. Quas quidem pervagationes contra ordinis eorum ſtatuta, neque etiam ad neceſſitatem, per avaritiam inſatiabilem adinvenerunt. Ita enim fit, ut quum in oppidulo, aliquando non admodum c[illegible]bri, ſed perexiguo, duo, tria, aut eo ampliùs illorum ſint conventicula. in quæ omne, quicquid eleemoſynæ undique disquiri poteſt, confertur, dum tamen interim morbo aut ſenio confecti cives vel incolæ, qui per ætatem ex laboribus & ſudoribus ſuis, unà cum uxoribus & liberis honeſte vixerant, egeant, fame & inedia pereundum neceſſe habeant. Itaque rogant Sanctitatem Apoſtolicam, Imperii Principes, cæterique Status, quatenus Sanctitas ſua, paterno animi affectu offendicula & gravamina hæc Indulgentiarum, diſpenſationum, Stationariorum, Terminariorumqu[illegible] medio tollere, atque ita negotium temperare velit [illegible] ne libertas Chriſtiana [illegible]ervitute humanarum conſtitutionum penitus extinguatur [illegible] illaqueenturque conſcientiæ Chriſti fidelium [illegible] tis hominum, quibus nullum eſt peccatum majus, quàm nummis carere. Non ul[illegible] enim quicquam prohibent, quam ſi grati[illegible] contravenire quis velit; & diſpenſant illico quod pr[illegible]hi[illegible] rant, numerata ſcilicet pecunia ampliore. Verùm quòd ſinceriùs cum fidelibus Chr[illegible] quam cum ſuis ovibus agatur, inſtruanturque potius ad pietatem & charitatem mutuam [illegible]

Ch[illegible],

Chriſti, quàm ad obſervationem cujusvis traditionis humanæ, formidine pœnæ. Ac ſi errare eas aliquando labique contigerit, moneantur, & ſubleventur potiùs fraterné; quàm ita ſerviliter, ac dûre tractentur. Quo omnibus paulo notius fiat, paſtorem cupere potiùs & quærere ſalutem ovium, quàm privata compendia, ac earum lanam.

CAPUT V.

Quàm inique cauſæ prophanæ in prima inſtantia ad Romanum tribunal judiciarium trahantur.

9. Quum nedum juris ratio, ſed & rei ipſa ſeries poſtulet, ut diſtincti ſint jurisdictionum limites, & ut quilibet Ordinarius ſuis ſit finibus contentus, alterumque in exercenda jurisdictione non diſturbet: minimè tamen Pontifices Romani pro tempore exiſtentes, æquitatem hanc communem conſiderarunt, ſed neglecta hac, ad petitionem perſonarum Eccleſiaſticarum, laicos non rarò in cauſis etiam prophanis, putà hæreditatum, aut pignorum, & in prima quidem inſtantia, coram ſe Romam citari ac in jus vocari fecerunt. Quæ res nedum ita, ut prædictum eſt, in jus vocatis, ſed & totius Romani Imperii Ordinibus, cedit in jacturam, perniciem, contemptum, ac jurisdictionis dehoneſtationem, diminutionemque.

10. Item cùm Romæ quispiam, etiam laicus, interpoſito juramento aſſerit, ſe non ſperare juſtitiam apud judicem competentem in Germania aſſequi poſſe; protinus ad tale juramentum admittitur, ac citatio ei contra partem adverſam decernitur. Sicque proceſſus à judice Ordinario ex Germania Romam, nec judice interpellato, nec parte adverſa monita, protrahitur: inde juramenti prætextu, nec fori declinatio, nec ulla admittitur probatio, etiamſi planè doceri poſſet, auctorem illum pejeraſſe. Quæ res ſi altiùs radices ageret, nec principiis reſiſteretur, omnes tandem cauſæ ad Romanæ Curiæ tribunal devolverentur, ordinariique univerſi ſua privarentur jurisdictione. Quòd non ſolùm contra omnem juſtitiam, ſed etiam intolerabile foret. Ea propter ſacri Romani Imperii Status Sanctitatem Apoſtolicam rogitant, ut prædictum onus in Rom. Curia poſthac non tolerare velit; ſed curare, ut dehinc nemo vel Eccleſiaſticus, vel Secularis, ob cauſam prophanam, in prima inſtantia, Romam in jus vocetur, ſed perſonæ & cauſæ hæ ordinario judici, cui immediatè ſubjacent, relinquantur, ultraque hoc, ampliùs contra æquitatem non graventur.

CAP. VI.

De conſervatoribus, ac cæteris Papalibus judicibus.

11. Item eſt & aliud judicium Papalium, per quos æquè ordinaria attenuatur jurisdictio, genus, quos Conſervatores vulgò vocant: eos Epiſcopi, cæterique Eccleſiæ Principes, ex Primatibus, vel Abbatibus ſuæ Diœceſis, à ſede Apoſtolica in hoc impetrare ſolent, ut coram his, omnes illorum cauſæ, & lites, quas jam olim inſtituere cogitant, dirimantur, evocenturque per hos in jus perſonæ ſeculares, nobiles & plebei, in cauſis omnino prophanis; licet actoribus juſtitia per ordinarium tribunal nunquam fuerit denegata. Quòd ſi vocati in jus ire recuſaverint, ii contra jus ac phas excommunicatione, licet nulla, feriuntur: cujus rei innumera adduci poſſint exempla. Ac ſi, ut cœpit negotium, procederet, brevi eò rerum veniremus, ut omnes cauſæ prophanæ, ad Conſervatores hos, cæterosque judices Eccleſiaſticos, laicis nedum ſuſpectos, ſed & alioqui incommodos, pertraherentur. Quod ut eſt intolerabile Germanis Principibus, ita & aperta fronte, cum ſacri Romani Imperii pugnat conſtitutionibus ordinatis, quæ clarè & expreſſim volunt ac exprimunt, quòd nemo alium ex ordinario ad incompetens tribunal in jus pertrahere debeat. Quapropter Imperii Principes, Proceres, ac Status, Sedi Apoſtolicæ ſupplicant, ut gravamina atque onera hæc radicitus, funditusque tollantur & abrogentur.

CAP. VII.

De Papalibus delegatis, ac commiſſariis.

12. Item Sanctitas Pontificia ad Eccleſiaſticarum perſonarum petitionem, judices delegatos & commiſſarios, tanquam Eccleſiaſticos judices, per Germaniam concedere ſolet, ut impetrantes dehinc laicos, cujuscunque etiam dignitatis, vel præeminentiæ, coram ita delegatis, in cauſis prophanis, judicio convenire poſſint. Quod ut de facto ſæpenumero præſumunt, ita excommunicationis pœna mandatam ſibi inter partes jurisdictionem defendere conantur. Quæ omnia & in perniciem perſonarum ſecularium, & in jurisdictionis Germanicæ ac ordinariæ jacturam vergunt, & attenuationem.

CAP. VIII.

Quo pacto Eccleſiæ prælati per ſedem Apoſtolicam, ex Epiſcoporum ordinaria jurisdictione ac cæterorum ſuorum defenſorum tutela eximantur.

13. Inſuper & hoc moliuntur ſummi Pontifices, monaſteria aliquot eximendo, ut ab Epiſcoporum,

poſum,eorum ſcilicet ordinariorum,ac defenſorum,protectorumque aliorum, jurisdictione ita exempti, reddantur immunes, immediateque ſubjaceant ſedi Apoſtolicæ: quæ res non tantum prædictis ipſorum ordinariis ac defenſoribus, ſed & toti Romano Imperio cedit in jacturam; tum quando collatio pecuniaria, pro Imperii neceſſitate, viritim Imperii Statibus indicitur. Ita enim fit, ut ipſi per ſe ab oneribus publicis exempti, immunitate ſua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Epiſcopis ac defenſoribus ſuis (quod antehac facere neceſſum habebant) non porrigant: per quam technam Rom. Imperii attenuantur nervi, ac decreſcunt plus juſto vires. Quapropter & hîc Imperii proceres ac Status rogant, præfata onera exemptionum abroganda, tollenda, emendandaque, ac monaſteria hæc Epiſcoporum & defenſorum ordinariæ jurisdictioni relinquenda. Ut vel inde Imperium Romanum, per ſedem Apoſtolicam ita enervatum, vires priſtinas eo celeriùs recuperare queat.

CAP. IX.

De attenuatione juris, quod vocant, patronatus.

14. Item, quum per mortes poſſeſſorum pro tempore beneficia vacare incipiunt, quorum jus patronatus ad laicos ſpectat, ſeu Eccleſiaſticos, tum conantur & Papalis Sanctitas, & ejus oratores vel legati, juri huic derogare, hoc modo: ut conferant beneficia ita vacantia, Curtiſanis, aut aliis quibuscunque libuerit, ita, ut patronis ipſis jus ſuum præſentandi per hoc adimatur, auferaturque. ac interim hoc prætexitur à ſede Apoſtolica, quaſi præventioni hac in re ſit locus, ut qui prior beneficium illud contulerit, quòd hæc teneat collatio; licet patroni tempus quoddam habeant, intra cujus metas, beneficia ſua liberè, & à nemine præventi, conferre poſſint. Eam ob rem patronis laicis & Eccleſiaſticis ex fictitia hac præventione multa oritur jactura. Quapropter ſacri Rom. Imperii Status ſanctitatem Apoſtolicam rogitant, ut talia gravamina atque onera aboleantur, & poſthac beneficia vacatura, ſuo quæque patrono relinquantur, nec permittendum Curtiſanis, ut dehinc vel per judiciorum ordinem, vel ſuopte ingenio, ad talia beneficia ſe ingerant: ſed ſtatuto irrevocabili ſanciendum, ſi quid à quoquam contra patronos beneficiorum ordinarios, prætextu imaginarii iſtius juris, præventionis, ut præmittitur, fuerit attentatum, quòd omne id nullius ſit momenti, viribus careat, ſitque ipſo jure nullum, caſſum, & invalidum.

CAP. X.

De Eccleſiaſticis, qui Romæ, vel inter eundum Romam, mortem oppetunt.

15. Item, & tum Curtiſanis, cæterisque, ut prædictum eſt, inhabilibus perſonis, per ſedem Apoſtolicam vacantia, collata ſunt, officia ac beneficia, cùm familiares ſanct. ſuæ, aut qui Curiæ ſervirent, vel in anno (quod vocant) Jubileo, inter eundum Romam, aut etiam Romæ agentes, mortem oppetiiſſent: tanquam ſi beneficia hæc ſedi Apoſtolicæ eſſent commiſſa, rectè atque feudorum collatio committitur. Nec conſideratur à Pontificia ſanctitate, talia beneficia vel officia de jure patronatus ſint necne: per quod Eccleſiaſtici & laici patroni feudatarii denuo etiam jure ſuo patronatus ordinario, privati ſunt & ſpoliati.

16. Quin etiam aliquando, quum ii qui bonis, aut multis præditi ſunt beneficiis, Romam veniunt, à Curialibus Cardinalium, tanquam officii gratia ad menſam invitantur Dominorum ſuorum, inde clam adhibentur teſtes & notarius, quorum interventu conficiuntur inſtrumenta: quibus cùm ſuo tempore probari poſſit, tales fuiſſe Curiales Cardinalium, ac ideò beneficia eorum eſſe in perpetuum affecta. quàm doli ac fraudis res hæc ſit plena, unusquisque bonus facilè perpendere poteſt.

CAP. XI.

Quo pacto ſub prætextu familiaritatis Papalis curiæ, multorum Beneficiorum per Curtiſanos impugnetur collatio, etiamſi poſſeſſores illorum longe antehac talibus fuerint beneficiis inveſtiti.

17. Nec minùs & illud ſuetum hucusque fuit, ut ultra prædicta omnia quorundam magni penſi Beneficiorum, ſub nomine officialium vel familiarium Papæ & curiæ Papalis, per idiotas & alioqui inhabiles perſonas ſit impugnata collatio, ac per illos conatum, tentatumque, ſi quo modo fieri poſſet, ut beneficia hæc in Commendas ſeu Proviſiones (ita enim ipſi vocant) vertere, ac cenſibus annuis obnoxia reddere queant. hinc prætendentes, regreſſus, reſervationes, penſiones, & plura alia incompatibilia, ſibi in his competere. Quibus technis ac dolis malis, beneficia illa penitus exuguntur, enervantur, attenuanturque; cùm perpetuò Romanæ curiæ penſionibus annuis ſerviunt: ſitque, ut Germanorum utcunque habilium, nemo unquam ad hæc aſpirare poſſit.

18. Item, obviam veniunt & tum Germanis non ferenda a Curtiſanis onera. Ita enim per Germaniam ſubtili ingenio beneficia venantur, ut conentur viris Presbyteris ætate & integritate vitæ ſpectabilibus, qui beneficia ſua, absque omni controverſia, juſto titulo, & bona fide,

multos

[illegible]tos jam annos quiete poſſederant, in longæva poſſeſſione negotium facere, poſſeſſionem inter[illegible]are, ad Romanam curiam, perſonaliter ut compareant, in jus vocare, ac mille aliis artibus ita eos [illegible]igere, ut tranſactiones quantumvis iniquas, inire neceſſum habeant, modò ſupremos hos annos quiete agere velint. Coguntur enim hoc, quo dictum eſt modo, à Curtiſanis ad penſiones annuas, reſervata, & id genus alias præſtationes. Atque hoc agunt Curtiſani nebulones, non propria, ut ferunt, auctoritate; ſed Romanorum ſuorum ſtatutorum, ac regularum, quas vocant, Cancellariæ. Quæ conſtitutiones omnes quotidie pro libidine Curtiſanorum figuntur, ac refiguntur, cùm derogatur prioribus non admodum, ut videbatur, æquis, & feruntur iniquiores. Qua re nedum ſenio confectis beneficiorum poſſeſſoribus, harum decipularum atque fraudum rudibus; ſed & beneficiorum collatoribus imponunt mille instructi dolis Curtiſani. Nam etſi poſſidens Beneficiorum Presbyter, cum Curtiſano litigatore fictitio, non tranſigat: tamen ita ſibi litem facit præſtigiator ille Curtiſanus, ut ſi pendente effictà hac controverſia, moriatur, beneficii, ut prædictum eſt, litigioſi poſſeſſor, quòd dehinc continuò litem faciens, neglecto Collatoris ordinario jure, in poſſeſſionem ejus beneficii mittatur. Eapropter denuò atque iterum ſacri Rom. Imperii Status juſtas ſanctitati Apoſtolicæ fundunt preces, velit enumerata omnia Curtiſanorum importabilia onera emendare, ac penitus abrogare: Neve illis poſthac permittere, ut beneficia Germanorum libera, per machinationes præfatas, oppugnare impunè audeant.

CAP. XII.

Quomodo proviſiones Eccleſiaſticarum dignitatum Romam pertrahantur.

19. Item, quæcunque dignitates, ſeu beneficia pinguia, utputa, Præpoſituræ, Decanatus, Cantoratus, ac cætera officia, Canonicatus, Eccleſiæ Curatæ, & beneficia ſimplicia, quæ ſub menſe ordinario, extra Romana mœnia vacare incipiunt, quorùm antehac ad jus ordinarium patronatus Eccleſiaſticorum & laicorum ſpectabat collatio, & electio, tum excogitatur à Romana ſede, juris patronatus ab ordinariis collatoribus abalienatio: maximè, ſi poſſeſſores priſtini beneficiorum aut officiorum dignitatumve talium, familiares vel officiales Papæ aut Cardinalium fuerunt. Ideò rogant Rom. Imper. Status, prædictum etiam onus è medio tollendum, ac patronos collatores ordinarios apud collationem, electionem, præſentationem, & nominationem talium dignitatum ac beneficiorum (jura ſcilicet ordinaria) defendendos, ac defenſos manutenendos. Nec curandum, utrum familiares, vel officiales Romanæ curiæ fuerint, qui beneficia hæc poſſederint, regreſſum acceſſumve, aut aliud quoddam jus imaginarium ad ea habuerint: ita quòd tale jus prætentum ordinario patrono ac Collatori, nunc & poſthac nullum faciat præjudicium, nullamque generet jacturam, ſed per omnia jura ordinaria ſinantur illæſa.

CAP. XIII.

De regulis Cancellariæ Papalis, novis technis & reſervatis ſuper caſibus futuris.

20. Adhæc Cancellariæ Romanæ regulæ, quas ad ſua compendia ſubinde excogitare ſolent Curtiſani, ac toties ferre ac revocare; nec non & aliæ ſubinde novæ artes excogitari cœperunt, quibus beneficia Eccleſiaſtica ex Germania Romam eò faciliùs pertraherentur, adgravarenturque: ita, uti ſi Germanorum quispiam beneficiorum aliquod ambiat, id quod non aliunde, quàm ex Curtiſanorum manu, magna numerata pecunia, aut penſione annua reſervata, aſſequi poſſit. Neque in hoc Curtiſanorum inexplebilis auri ſitis contenta quieſcit, quin novas quotidie artes excogitet, qualis eſt & illa: cùm ſuper beneficio aliquo vacaturo, duo aut tria millia aureorum ad futuros caſus reſervantur collatoribus ordinariis; tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, eorumque juri ordinario, ac ipſis denique Eccleſiaſticis beneficiis in prægrande exitium, perniciem, attenuationem & detrimentum. Nam quum caſus aliquis futurarum reſervationum exiſtit, adſequiturque, is beneficium, cui priùs tot reſervata erant ſuper hoc millia, tum ad ſupremam opem (technas profectò inauditas) confingunt, permutationum ſcilicet reſervationem, ſurrogationem, reſervantes ſibi ingreſſum, regreſſum, acceſſum, atque alias id genus decipulas, quibus jus ordinariorum collatorum ita exhauritur & attenuatur, ut aut nunquam, aut vix tandem poſt multorum annorum curricula, patroni ac collatores ordinarii ad jus ſuum patronatus pervenire poſſint.

CAP. XIV.

De Eccleſiaſticis beneficiis, Curatis, & non Curatis, in genere.

21. Nec minùs & illud in Romana curia hucusque obſervatum eſt; ut gratiæ & reſervationes pectorales, menſales, generales & ſpeciales regreſſus, acceſſus, incorporationes, uniones, & concordata, quod ſuis vocant excogitatis nominibus, ob pecuniæ & privati lucri amorem, ſuper beneficiis ac prælaturis, præſertim per Germaniam, Curtiſanis à ſede Romana concederentur. Neque hoc contentus fuit habendi ſceleratus amor, quin & ea ipſa beneficia ac Prælaturæ prædictæ, ſocietatibus mercatorum potentum ære, cum onere cenſus mediocris, ſed ita, ut dehinc latiùs venderentur, conceduntur. Qua ſubtili practica atque techna factum eſt, quòd plurima, aut certè pinguium beneficiorum,

ciorum, magna, ſi non maxima portio ex Germanorum manu Romam eſt tra[illegible], quæ bene[illegible] hinc idiotis inidoneis, ac inhoneſtis etiam perſonis, non raro ſunt collata: & quidem nec Germanis, ſed barbaris, qui Germanam linguam neque loquantur, nec intelligant; ut inauditum dictu hoc inde ſit ſecutum, quòd ovibus Chriſti perfecti ſunt paſtores, quorum etſi oves vocem forte audierint, non intelligant. Verùm gravius etiam inde oritur Germanis onus, quòd quum beneficia hæc & Parochiales Eccleſias ipſi propria perſona neque poſſidere, neque gubernare poſſunt (quod tamen paſtoris officium in primis ſibi poſtulabat) nimirum ut ſubditis parochialibus, & integritate ac innocen[illegible] morum, egregium de ſe præberent exemplum, ut oves ſuas, tanquam oves Chriſti, doctrina ſolida, ſyncera, ac ex puris Evangelii fontibus hauſta, quantum ad ſalutem animarum ovium pertineret, ipſi paſtoresmet paſcerent. Eorum verò neutrum per paſtores illos ſubdititios curatur. Primùm enim ipſi, qui beneficia hæc Eccleſiaſtica à mercatoribus, quo prædictum eſt, aſſequuntur modo, quia propria perſona poſſidendum ea ſunt minùs idonei: Ideo hæc eadem aliis æquè, aut longe etiam quàm ſint, ad onus hoc inhabilioribus, pro annuo cenſu locant; non ſecus, atque cenſus ac redditus annui ex agris locantur & emuntur, ut is demum habeatur emptor idoneus, qui pluris mercem licitaverit. Ita planè pro precii quantitate elocantur nunc per Curtiſanos Eccleſiaſtica beneficia. Dehinc quum ferè fiat, ut majus precium annuum offerat, qui ad Eccleſiæ munus quàm minimum ſit idoneus; evenit, ut conductitii illi paſtores (an prædones rectiùs quis eos dixerit, dubium eſt) ſimplici Chriſti plebeculæ pro Evangelii limpidiſſimo fonte, turbidas, protritas, ac ruderibus oppletas, propinent lacunas, dum legendas (quas vocant) Sanctorum, nec ab Eccleſia receptas, & gentilibus fabulis, quam Chriſtianæ & Evangelicæ doctrinæ ſimilioribus, ad populum Chriſti publicè in concione docent. Quid enim aliud docerent indoctè docti, ac idiotæ illi, qui lanam magis, quàm ſalutem ovium, ut curarent, munus hoc Eccleſiaſticum pecunia etiam non modica conduxerunt? ac mercenarii ſunt, non (quod Evangelium abominatur) paſtores. Ita enim fit, ut Chriſti ſimplex plebecula, per ſuppoſititios hos paſtores, a germana Chriſti fide, ac in Deum fiducia, in quibus ſola requieſcit animæ ſalus, ad hominum ſuperſtitioſa ſomnia ac commenta, per quæ res familiaris mercenariorum conductitiorum, quam Chriſti gloria augeatur potiùs, ducatur, trahaturq;, ac multiplicibus etiam exactionibus interim gravetur plebs Chriſti: quando hoc ſolum curant conductores, ut ultra penſionem locatori pendendam, res ipſa eorum quoque reddatur lautior; expilaturque interea ſuis nummis ab exteris nationibus, unde nulla nec mutua benevolentia, aut gratiarum actio ſperanda ei eſt, Germania: quanquam beneficia hæc non ad exteros, ſed ſuos, hoc eſt Germanos, ut pertinerent, primùm fundaverit. Quapropter ſacri Romani Imperii Status obnixè quoque rogant, ut præfata onera ac gravamina, per quæ iam immenſo pecuniarum cumulo ſpoliatur Germania, quæ hinc per Curtiſanos malè prodigitur, radicitus ac penitus tollantur & auferantur, ita ut beneficia per Germaniam nemini, quàm natis Germanis, qui perſonaliter ea poſſideant (id quod & æquitas & honeſtas ipſa ſibi poſtulant) poſthac conferantur, ac concedantur.

CAPUT XV.

Quibus nexibus Archiepiſcopi ac Epiſcopi à ſuis Capitulis ob collationem beneficiorum ſint aſtricti.

22. Nec tantùm beneficia ac parochiales Eccleſiæ Romæ, ob pecuniæ favoris, aut familiaris conſuetudinis amorem, indoctis, turpibus, ridiculis, ac offendiculorum plenis conferuntur perſonis: Sed & ſimile quiddam ab Archiepiſcopis & Epiſcopis committitur, qui per eorum Capitulares congregationes ita obligantur, ut omnia præpinguia beneficia, Curata ac non Curata (quæ proculdubio à fundatoribus primùm, ut ad doctos ac integros pertinerent viros, ſunt fundata) Capitularibus Canonicis, utcunque ad hoc inidoneis, conferre neceſſum habeant: qui dehinc talia beneficia ſimplicia ac Curata, indoctis, ac ludicris perſonis, modò quàm maximum pendeant cenſum annuum, elocant, æquè atque ſuprà de mercatorum ſocietatibus dictum eſt: ita quòd poſſeſſores illi conductitii, majorem partem ex illicitis exactionibus vivere, atque ob id ſubditos eò ampliùs onerare coguntur. Similiter & cum cæteris Cathedralibus Collegiatiſque Eccleſiis, ac earum Capitulis agitur. Item & per Præpoſitos, reliquoſque in dignitate conſtitutos agitur idem, interim dum ſua conferunt beneficia Eccleſiaſtica.

23. Præterea, qui pinguiora, ita ut prædictum eſt, habent beneficia, ac Eccleſias Parochiales, utcunque annuas penſiones ampliſſimas, ex locationis titulo, à conductoribus percipiant, quibus redditibus à laicis fundatoribus beneficia hæc ampliter ſunt dotata, tamen committunt locatores, ut domus beneficiariæ, præ neglecta ædificiorum cura, penitus collabantur. Nihil enim aliud curant [illegible]neficiorum perſonati iſti poſſeſſores, aut locatores, quàm ut pecuniæ æquo majorem ſummam q[illegible] annis à conductoribus recipiant, ac eandem hinc in varios, ſed in inhoneſtos, illicitos, ac offendic[illegible]rum, peccatorumq; plenos uſus convertant: de ſalute & cura animarum, vel ſubditorum, vel et[illegible] eorum, quorum ex marſupio vivunt, hoc eſt fundatorum, prorſus apud hos nulla mentio, reſpectus (velut Megarenſium olim) planè nullus. Ea propter ſacri Rom. Imperii Status, ac Principes & Pr[illegible]ceres laici, hic quoque, ſupplicant, Sanctitas Pontificia velit eam offendiculorum ſylvam, turbatu[illegible]

rerum

rum ordinem, ac onera hæc juſto graviora, tollere, emendareque; ac Archiepiſcopos, Epiſcoposque, ab obligatione, qua ex promiſſionis prædictæ nexu tenentur, liberare, ſolutosq́; reddere, ac edicto cavere, ne poſthac Archiepiſcopi & Epiſcopi, talibus adſtringantur vinculis; ſed ut dehinc nulli beneficium Eccleſiaſticum, curam habens animarum, conferatur, qui non ſit doctrina, ætateq́; & moribus ad hoc idoneus, qui & honeſtam, ac Presbytero dignam vivat vitam, & qui ipſe propria illud poſſideat perſona: nec plura quidem, ſed unum tantùm beneficium Curatum, ſeu Parochialem Eccleſiam, Chriſtianè, hoc eſt ſine offendiculis ullis, ſed multo, cum doctrinæ, tum vitæ integritatis fructu adminiſtret.

CAPUT XVI.

De Prælaturarum commendis, ut vocant, & Incorporationibus.

24. Item, & illud hucuſque notoriè obſervatum fuit, ut Abbatiæ multæ, Cœnobia item plura, ac reliquæ id genus domus, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum congregationes, fundationes ſcilicet Imperatoriæ ac Principales, Cardinalibus, Epiſcopis, ac cæteris Prælatis, in tutelam commendarentur incorporarenturque. Quare factum eſt, ut per Cardinales, Epiſcopos ac prælatos illos, quibus ita, ut dictum eſt, commendatæ erant Abbatiæ ac Monaſteria, ita ſint attenuata, exhauſtaque, quòd cùm antehac in uno illorum monaſteriorum quadraginta, quinquaginta, aut ultra hoc etiam perſonæ ſatis commodè potuerunt foveri; ut nunc ægrè quinque, ſex, aut decem neceſſariis provideri poſſit alimentis. Quæ res omnis in privata compendia ac commoda Cardinalium eſt excogitata. Unde nedum plura oriuntur offendicula, ſed & gravamina oneraq́; ardua, ac non ferenda Germanis. Ideoque & hic ſupplicatur, Abbatias prædictas, Monaſteria, ac religioſas cæteras domus, denuo in integrum jus eorum, priſtinumq́; rerum ſtatum reſtituendas, cavendumq́; poſthac, ne cuiquam tales Commendæ, ut vocant, ſeu incorporationes concedantur.

CAP. XVII.

De Collegiatis Eccleſiis, quæ ſuper Nobilibus tantùm fundatæ ſunt.

25. Inſuper, licet quædam ſint Collegiatæ Eccleſiæ per Germaniam, quæ à Nobilibus, & in hoc, ut Nobiles tantùm ſummæ atq; mediæ ſortis ad eas reciperentur, primùm ſunt fundatæ, in quibus perdiutinæ obſervatæ ac præſcriptæ conſuetudinis privilegium eſt, ut tantùm Principes, Comites, Barones, aut alioqui Nobiles acceptari poſſint, & debeant: Attamen laudabiles hæ conſuetudines, jura non ſcripta, privilegia Papalia, nequaquam curantur, manutenenturve; ſed è regione agitur per Curtiſanos, ad liberæ electionis Epiſcoporum, Præpoſitorum, ac Decanorum, & Canonicorum præpeditionem, ut Coadjutores aliqui, contra Capitularium voluntatem ac conſenſum, efficiantur. Nec rarò Curtiſanis, licet indoctis & ignobilibus, parantur ad Canonicatus hujuſcemodi acceſſus, non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus, & privilegiis præſcriptis: ita quòd nobilibus Germanis beneficia ſubtrahantur, & hæc eadem ignobilibus, vel ob pecuniam, vel familiarem conſuetudinem hoc pacto conferuntur: ut, licet impetrantes ignobiles ad ea non admittantur, obſtante ſibi conſuetudine; tamen ſi quis Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumve hæc eadem à Curtiſanis impetrare velit, cum colore quodam excogitati oneris, ab eiſdem vel emere, vel annuo cenſu redimere cogatur: quamquam ſubinde alia huic negotio prætexantur vocabula; quæ res ipſa quoq; Nobilibus Germaniæ, ſupremæ atq; mediæ conditionis, in magnum cedit onerum ac gravaminum cumulum.

CAPUT XVIII.

Inveterata Privilegia manutenenda.

26. Ad hæc, quamvis omnia Eccleſiaſticis ac laicis ſtatibus privilegia ac immunitates ſint conceſſæ, Præpoſituras, aliaq; beneficia & officia per ſe conferendi atq; eligendi: attamen per Sedem Romanam novæ ſubinde excogitatæ ſunt technæ ac practicæ, per quas privilegiis prædictis derogatur multifariam; imò ea penitus tolluntur, ac turbantur. Ea propter rogant ſacri Romani Imperii Status, hoc emendandum, & in poſterum cavendum, ac unumquemq; cum ſuis juribus & privilegiis defendendum, manutenendumq́;. Id quod rei æquitas ipſa per ſe ſibi poſtulat.

CAP. XIX.

De Annatis.

27. Quantum ad Annatas, ut vocant, attinet, quas Eccleſiaſtici Prælati, Romano Pontifici quotannis pendunt, quasq́; ante aliquot annos Germani Principes Sedi Rom. ſub certis usq; annorum metis, eo tamen modo, ut perſolverentur, conſenſerunt, quo pecunia hæc ad nihil aliud, quàm contra Turcas parandam defenſionem, Romæ tanquam depoſita, fideliter adſervaretur. Verùm, cùm anni, in quos præfato modo conſenſum erat per Germanos, jam olim effluxerint, ac annatas depenſas, non contra Turcas, ſed aliò experientia Germani Principes didicerint, verſas: Ea propter per omnes Imperii ordines illud ipſum pro onere non mediocri huc allegatur, ſupplicaturq́;: id quod in reſponſione generali oratori Pontificio data, ac in primis ex Cæſareæ Majeſtatis literis, ad Sanctitatem Pontificiam eam ob rem ſcriptis, liquidò magis reperitur, quam ob cauſam laici Status Rom. Imp. vela complicanda cenſuerunt.

CAPUT XX.

De contributione Eccleſiaſticorum, ac religioſarum domuum, contra Turcas; ac pro defenſione juris & tranquillitatis publicæ.

28. Item, poſtquam laicorum Imperii Statuum majores Eccleſias, Monaſteria, cæteraſque religioſas domus per Germaniam, ad laudem omnipotentis, ita ampliter atque hoc pacto dotarunt divitiis auxeruntque, quòd jam laici ipſi vix tertiam aut quartam partes in bonis temporalibus poſſident; atque ob eam cauſam, neceſſitati, tam Eccleſiaſticorum quàm laicorum ſublevandæ, propugnandæque, ac manu defendendæ paci ac juri publicis; nec non & in Turcas, cæteroſq; Eccleſiæ Catholicæ, ac ſacri Romani Imperii hoſtes parandæ expeditioni, præ rerum inopia vires minùs ſuppetunt: Ideo negotii ipſius exigit neceſſitas, æquitaſque, quòd ſanctitas Pontificia ita æquè ac paternè rem temperet, ut Eccleſiaſtici etiam, tanquam qui ampliores poſſident divitias, nedum contra Turcas ad ferendum opem teneantur auxiliares porrigere manus: ſed ad tuendum jus publicum, ac tranquillum reipub. Chriſtianæ ſtatum, quotannis pecuniæ quippiam contribuendum: ita quod Archiepiſcopi & Epiſcopi, Eccleſiaſticis Prælatis ac perſonis ſuæ ditioni ſubjectis, ipſi ſoli ad ferendum hanc opem, contributionem prædictam indicere, jus ac poteſtatem habeant.

29. Atque illud eo moderamine agatur, ut Electores, cæteriq; Principes & Magiſtratus laici, ab Eccleſiaſticis Proceribus, in eorum Principatibus, Comitatibus, oppidis, ac territoriis, in exercenda juriſdictione non perturbentur, aut præpediantur. Nempe hac re fiet, quòd laici inter Eccleſiaſticos jus, ac tranquillitatem publicam tueri; & Eccleſiaſtici ſub laicis degentes, eò facilius ac commodiùs etiam jus quemq; ſuum defendere, ac manutenere poterunt, cùm Eccleſiaſtici paria onera unà cum laicis Magiſtratibus ac Gubernatoribus provinciarum ferre, & contribuere jubebuntur, quemadmodum ad idipſum ex Chriſtiana & Germana charitate, ac ob æquitatem, paritatemq; ſervandam, alioqui tenentur, obligatiq; ſunt.

30. Et quandoquidem omnes Eccleſiaſtici, in primis ac præcipuè, meritò pro viribus contra Turcas, tanquam hoſtes Chriſtianæ fidei, ad ferendam opem, parandam defenſionem, recuperandumq; manu, quas olim crudelis ille ferro ſubjugarat Chriſtianorum provincias, teneantur: Eam ob rem, pro licito, bono, ac pariter Chriſtianæ reipub. utili & neceſſario, viſum placitumq; eſt, ut ſi quando exigere id neceſſitas videbitur, quòd mundus & precioſior ſupellex Eccleſiarum cathedralium, monaſteriorum, cæterarumq; Eccleſiarum ac religioſarum domorum, auri, argenti, unionum, aliorumq; precioſorum lapillorum, deniq; & campanarum pars non neceſſaria, pro communi Chriſtianæ reip. utilitate in medium conferatur: ne theſaurus ille Eccleſiæ Turcis potiùs, quàm nobis cuſtodiatur, adſerveturve. id quod & per Græciæ regnum jam olim uſuveniſſe experientia ipſa docuit. Quæ res Turcis magno ceſſit lucro, præſidioque; quando reperto hoc Eccleſiæ mundo, ſeu theſauro, militibus ſuis comparare potuerunt uberiorem commeatum; ut eò inſtructiores hinc cæteras Chriſtianorum urbes oppugnarent ac provincias.

CAP. XXI.

Ut perſonæ Eccleſiaſticæ ob perpetrata maleficia commeritam nullam luant pœnam.

31. Item, quicunque Eccleſiaſticos recipit ordines, majores ſeu minores per hoc omnium pœnarum magiſtratuum ſecularium, utcunq; magna perpetret maleficia, immunis eſſe contendit. Neq; hoc ita ordinati temerè præſumunt: quòd ab Eccleſiaſticis ſummæ conditionis ſtatibus in peccandi hac licentia manuteneantur. Sæpenumerò enim compertum eſt, ut quum ita conſecratis, præſertim Sacerdotibus, per jura canonica legitimæ uxores ſint interdictæ; quòd dehinc pudicitiam matronarum, virginum, laicorum ſcilicet uxorum, filiarum, ſororumque attentant, ac noctu interdiuque ſollicitant. Efficiunt quoque per aſſiduum ac indefeſſum laborem, partim muneribus, donis ac blanditiis, ut complures honeſtæ alioqui virgines & matronæ, partim etiam in ſecretis, quas vocant, Confeſſionibus (id quod eventu ipſo compertum eſt) diuturna opera labefactentur, ad peccata, offendiculaque commoveantur. Nec raro etiam evenit, ut ii, uxores ac filias, maritis patribuſque detineant, & remorentur; minantes interim, gladio, aqua, ignive, ulturos repetitas uxores: atque tantorum malorum ſegetem ex libidine inſana contrahunt; mirum quid latrociniis, homicidiis, innocentum delatione, igni, rapina, furto, falſo cudendo numiſmate, ac mille ſcelerum formis, interim contra divina humanaque jura omnia, non ſine magno etiam aliorum offendiculo, liberrimè ac impunè quotidie committant. Nempe immunitate ac peccandi ſua licentia, quam ex privilegiis canonum ſibi uſurparunt, in hoc freti. Cùm enim & ſemel compertum habent, licere eis impunè quidquid libuerit; tum nedum magiſtratibus civilibus, ſed & ſuis Epiſcopis ac ſuperioribus medium oſtendunt unguem, quodcunq; illi vel jubeant, vel vetent. Et tandem ut in peccatis maleficiisq; perpetrandis magis adhuc foveantur, præter omnem æquitatis rationem, aliquatenus interdictum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ne malefactores hos publicè criminali judicio reos agere poſſint, niſi prius degradatos: id quod tantis ſumptibus, tantaq; pompa celebrari oportet, ut propterea perquam rariſſimum uncti illi malefactores merita plectantur pœna. Adhæc adſtringuntur, obligantur

Epiſcops

Epiſcopi per ſua Capitula, ut perſonas in ſacris ordinibus, quod dicitur, conſtitutas, ſecundum Canonica etiam jura, pœnis utcunq; levibus, punire, affligereq; non audeant. Quæ res tota eò ſpectat, ut ex diſparitate hac, inter laicos ac Eccleſiaſticos ſimultates, diſſidia, atq; odia plus quàm Vatiniana oriantur.

32. Illud quoque non mediocriter timendum eſt, ut ſi perſonæ Eccleſiaſticæ, jam dicti oneris, aliorumque maleficiorum cauſa, quæ quotidie perpetrare pergunt, non æqua jura, judices æquos, paresque pœnas habeant; quod eorum vita offendiculoſa apud laicorum vulgus tumultum quempiam, ſeditionemque pergrandem, nedum contra ipſos, Eccleſiaſticos ſcilicet, ſed & contra magiſtratus, ac ſuperiores omnes, quòd impunita ſinant maleficia tam notoria, commotura, excitaturaque ſint.

33. Quapropter neceſſitas, æquitasque ipſa ſibi poſtulant, ut Eccleſiaſticarum perſonarum prædicta præſumpta privilegia abrogentur, aboleantur, è medio tollanturque, ac illarum gratia finaliter ſanciatur, caveatur, ac ſtatuatur, quòd ordinati in majoribus vel minoribus conſtituti, unà cum perſonis laicis, æqua habeant jura, æquos judices, paresque pœnas: ita quòd Eccleſiaſtici ultra laicos, in paribus delictis, nullam prætendere poſſint prærogativam, immunitatemve, ſed ut quisque delinquentium Eccleſiaſticorum, ſub quo deliquit judice, ob commiſſum ſuum maleficium, ſecundùm delicti qualitatem ac menſuram, non ſecus atque alii malefactores, pœna à jure communi Imperii impoſita delicto commenſurataque, plecti, puniri, & affici poſſit atque debeat. Id quod verè Eccleſiaſticis, hoc eſt probis & eruditis viris, dubio procul, impendio magis arridebit: tantum abeſt, ut per hoc lædi jus eorum putent. Hac re namque fiet, ut titulo tantùm Eccleſiaſtici, alioqui improbi nebulones, ad obedientiam majoribus debitam, ac ad bene honeſteque vivendum compellantur; adhæc ſeditiones, ſimultatesque inter eos atque laicos præcaveantur, evitenturque. Denique & hoc ipſo laici ad obſervandum, colendumque integræ vitæ Eccleſiaſticos eò magis invitabuntur, promovebunturque.

CAP. XXII.

De onere Banni, ſeu Excommunicationis.

34. Item, Romæ cæterisque in locis per Archiepiſcopos ac Epiſcopos, aut certè eorum Eccleſiaſticos judices, multi Chriſtianorum ob cauſas prophanas, ob pecuniæ denique, ac turpis quæſtus amorem excommunicantur; multorumque, ſed eorum in fide infirmorum, conſcientiæ per hoc aggravantur, & in deſperationem pertrahuntur; ac denique ob pecuniæ, lucrive tantulum, aut alioqui res minimi precii, ad internecionem usque animæ, corporis, honoris, atque rei familiaris, contra divina humanaq; jura perducuntur. Quando nemo, niſi ob convictum hæreſeos crimen, excommunicationis gladio feriendus, aut pro ſecluſo à Chriſtiana Catholicaque Eccleſia, ſacris literis teſtantibus, reputandus eſt. Ea propter ſacri Romani Imperii Principes, Proceres ac Status laici rogant, ut Pontificia Sanct. tanquam fidus, Chriſtianus, ac pius pater, velit præfatum onus Banni, ſeu Excommunicationis, apud ſedem Romanam penitus abolere, ac apud cæteros Archiepiſcopos, Epiſcopos, & eorum judices Eccleſiaſticos ablegare, tollere, & denique ita ſancire, cavereque, ut nemo ullam ob cauſam, quàm manifeſtum ac convictum hæreſeos crimen, & quantum ad Sacroſanctam Chriſti fidem attineret, excommunicationis fulmine feriatur, aut pro ſecluſo à Chriſtiana ac Catholica Eccleſia habeatur. Periniquum ſiquidem eſt, fideles Chriſti ob temporalium bonorum, lucrive, aut deniq; ullam aliam humanarum conſtitutionum transgreſſionem, excepta hæreſis perfidia, à Deo Opt. Maximo, ſuaq; Eccleſia Catholica excludi, ſejungi, ſepararique.

CAPUT XXIII.

Quo pacto multi cohabitatores oppidorum excommunicati, & ipſi utcunq; innocentes excommunicantur.

35. Item & illud in plerisque ſæpiusculè evenit, quòd vicinorum excommunicati decem, & eo ampliùs, quos tamen cauſa nihil omnino contingit, cum ipſo principali excommunicationis pœna aggravantur: & non ob aliud, quàm ut officiales, Eccleſiaſtici ſcilicet judices, faciliùs, citiusque pro libidine ſua miſeram plebeculam depeculentur, ac pro ſuo libitu, eorum abutantur ſimplicitate, ipſosque principales ad quascunque etiam iniquas acceptandas tranſactiones per hoc compellant, adigantque. Nam etiamſi excommunicatus ipſe, unà cum uxore, liberisque ſuis, per intolerabile hoc & iniquiſſimum Banni onus in exilium ire cogatur, quòd hac in re nullus ſit Officialibus modus, neque finis, neque ulla facultatum ratio: Tamen nullus eſt hominibus illis reſpectus, num induſtria, datave ad hoc opera, & per contemptum; an neceſſitate ita impellente, vel caſu potiùs, vicini cohabitatores, cum excommunicato ipſo participarint, commerciumve habuerint; aut ſufficiensne hæc fuerit concivibus cauſa, quare excommunicatum meritò ſolum vertere juſſiſſe debuerant, horum penſi habetur nullum. Sed unum curatur hoc per Officiales, ut, quousque principalis ipſe excommunicatus, ſolvendo non eſt, concives ac vicini ſui, utut culpa vacent, ad ſolutionem tamen quod ſupereſt debiti, cogantur. Quod ſi aliquando Officialibus in os obtrudatur, contra domeſtica, nempe canonica ſua, eos hoc moliri jura, quæ pecuniæ cauſa quempiam excommunicari,

aut

aut interdictum edici vetent: Nihilominus tamen idipſum conantur, cauſſantes interim, non ob pecuniam, ſed contumaciam, quæ tantò ſit major, quantò, unde ſibi originem ducit, minorem habeat cauſam, tales excommunicari; atque hac decipula, avaritiam ſuam Officiales, nugando contegere nituntur.

CAPUT XXIV.

Item & de illicitis interdictis.

36. Præterea, cùm Sacerdos, aut alioqui Eccleſiaſtica perſona, caſu occiditur; tum nedum occiſor excommunicatur, ſed & totum oppidum, aut totus pagus, iniquiſſimè interdicitur: quod interdictum eouſq; durat, tam diuq; interrupta pendent publica Chriſtianorum officia, quouſq; vel occiſor, vel tota incolarum ejus loci communitas fecerint homicidii compenſationem, homicidiumq; expiarint: non conſiderato eo, dederitne occaſionem, ut ſe geſſerit probè, vel nequiter verſatus fuerit occiſus ſacerdos, vel aliâs Eccleſiaſtico ordini aſcriptus; licet jura canonica ipſa in quibusdam caſibus, modum negotio præſcribant. Prægravanturq; itaque ex delicto unius, centum alii nihil tale commeriti, nedum contra communem æquitatem, ſed & contra omnia divina & humana jura.

CAP. XXV.

De abrogatione feriatarum aliquot dierum.

37. Inſuper & feriarum feſtorumque dierum tanta copia laicorum vulgus non mediocriter urgetur. Nimirum, cùm tot ſint religioſi facti dies, ut vix ægrè tempus agricolis ſuppetat, quo fructus agri, tot ſudoribus è terra pellectos, aliquando aqua pluvia, immodicove æſtu, non rarò etiam grandine, aliáve tempeſtate periclitantes, in horrea conferant: quos tamen fructus, ſi non feriarum ſolennibus præpediti forent, commodè, ac citra jacturam ex agro legere, domumq; ferre potuiſſent. Adde, quòd feriatis quoque diebus (qui dubio procul bono conſilio, ac in Dei Opt. Max. honorem, primùm bene ſunt feriati) innumera perpetrantur delicta, peccataq; & ſcelera potiùs, quàm his omnipotens colatur, venereturve. Id quod res ipſa notorium facit: tantum abeſt, ut teſtibus hoc egeat. Eamq; ob cauſam ſacri Rom. Imp. Status laici conſultius putant, ac reipub. Chriſtianæ conducibilius, ſi effrenis feriarum (quæ animis, quàm externo cultu Chriſtianis, hoc eſt his, quibus à peccatis ſemper feriandum eſt, rectiùs celebrantur) feſtorumq; dierum numerus paulò coerceatur in arctum, minuaturque.

CAP. XXVI.

De Domibus ordinum militarium, ac Baliviis, ut vocant, per Apuliam Siciliamq; ordini militari Teutonicorum vi, doloq; Germanorum ditioni ereptis.

38. Item licet Dominis ordinis divæ Mariæ virginis, quos vulgò Fratrum Teutonicorum vocant, ex liberalitate Romanorum Imperatorum celeberrimæ memoriæ, item & Principum, Comitum & Baronum, in eos collata, cæterorumque Nobilium contributa auctione, certa bona temporalia, ac redditus & cenſus annui, per Apuliam, Siciliam, reliquamque Italiam, empti ſint atq; adaucti, non ob aliud, quàm ut contra hoſtes Chriſtianæ religionis, ad pugnam inſtructiores forent, haberentq; Germani Nobiles pariter & fidei Catholicæ propugnatores, unde commodiùs & honeſtiùs vitam militiæ ſemper paratam vivere poſſent: ea ex bonorum aſſe Præfecturæ ejus ordinis aliquot, quas vulgò Balivias, ac à commeatu ordini parando, Commcaturas vocant, diſtinctæ ſunt, & diſterminatæ per claſſes, quas & quietè ſine cujuspiam turbatione, per multa ſecula poſſederunt, uſurparuntque: Attamen per præcedentes Romanos Pontifices ordini prædicto bona talia erepta, ac Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopisq; illisq; nec Germanis, nec præfati Ordinis militaris exſiſtentibus, collata traditaq; ſunt. Quemadmodum & in hunc uſq; diem militaris Germanorum Ordo his ipſis, ſpoliatus, carere cogitur. Inſuper priores Romani Pontifices domus ordinis ſupradicti locatas, nato Italo, nempe Hieronymo Veneto tradiderunt, ac conceſſerunt: Eumq; ordinis ſæpedicti inſignibus decorarunt; contra Romanorum licet Pontificum ac Imperatorum ſtatuta & Privilegia, toties antehac per eorum prædeceſſores roborata, quibus ad Germanos tantùm Ordinis milites, ut hæc omnia pertinerent, cautum, ſancitumq; eſt.

Deinde & Romanenſes Curtiſani, ordinis ſupramemorati domos per Italiam, Bononiæ putà, Papalibus Bullis ac proviſionibus attentare conati ſunt: quo facto, ordinem ad litigandum ſecum Romæ coegerunt. Id quod non ad mediocrem perniciem & ipſius ordinis, & totius Germanicæ vergit nationis. Demum Germanis Stablore quoque, divi Benedicti Monaſterium, contra fundationis quanquam jura, ſuperioribus paucis equidem annis ereptum eſt, ac in commendam, ut ajunt, Cardinali Columnæ collatum: quæ omnia in perniciem tendunt, ac irrecuperabile Germanicæ nationis detrimentum; attentatumq; eſt, quicquid id eſt, contra jus & phas, ac æquitatem omnem. Eapropter imperii Status hic quoq; rogant, Sanctitas Pontificia velit Militari Teutonicorum ordini, bona erepta, cenſusq; & redditus ablatos, abſq; ulteriore mora redhibere, reddere, ac reſtituere; aut idipſum, ut quantocyus fiat, mandare, curareve: quemadmodum juris, boniq; & æqui ratio hoc ſibi poſtulat.

CAP.

CAPUT XXVII.

... tribus ... Romani Imperii ſtatuum laicorum, contra Archiepiſcopos, Epiſcopos, cæteroſq; prælatos Eccleſiaſticos. eorum quoq; Capituli, ac ſuffectos judices, quos vocant, Eccleſiaſticos.

39. Poſt verò contra ſuprà memorata, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Prælatorum, quòd hi, ... factum eſt, à ſede Romana conſervatores delegatos, atq; id genus alios pleroſq; Eccleſiaſticos ... trant judices, per quos laici non ferendis aggravantur modis; quòd non omnino infrequenter ... it, ut laici in periculum ac perniciem animæ, æſtimationis, corporis atq; bonorum perducantur, ... quantum per hos ſtat judices, pertrahantur etiam. Sed hic nondum finis. Sunt enim complura adhuc alia gravamina, prout ſigillatim ea per capita nunc recenſebuntur.

CAP. XXVIII.

Primum, quibus modis laicorum bona immobilia ad Eccleſiaſticorum manus; & non contrà, ab Eccleſiaſticis ad laicos perveniant.

40. Item, quum à ſede Romana conſtitutionibus ſit cautum ac proviſum, ne bona Eccleſiaſti... præſertim immobilia, regulariter perſonis laicis, unquam diſtrahi aut vendi poſſint; & tamen Eccleſiaſtici, nulla cogente neceſſitate, ſed tantùm, ut eorum res familiaris reddatur lautior, creſcantq; cenſus, nunquam non ceſſant, laicorum prædia emptionibus, innumeriſq; aliis modis ad ſe ... elicere. ſi qua tandem ſit poſſibile via. Quod ipſum quoq; Statibus laicis grave, damnoſum, ac intolerabile eſt. Quamobrem ſacri Romani Imperii Status laici, reipub. Germanorum utile, neceſſariumq; putaverunt, ſi omnia bona immobilia, ſoli ſcil. quæ poſthac aliquo, quocunq; tandem titulo, à laicis ad Eccleſiaſticos pervenirent, poſſent à laicis ſuperioribus, quorum ditioni prædia hæc ſubjecta forent, tandem ab Eccleſiaſticis redimi, lui, atque juſto precio vendicari: non conſiderato, quicquid contra hoc privilegiorum prætenderent Eccleſiaſtici.

CAP. XXIX.

Quomodo Epiſcopi bona hæreditaria Eccleſiaſticorum ad ſe trahere conentur.

41. Nec raro & illud facto contigit, quòd quum perſonæ Eccleſiaſticæ bona hæreditario titulo, à majoribus ſuis, unà cum cæteris cohæredibus, jure hæreditario ſibi fortè uſurparent; ac ſi debinc inteſtati deceſſiſſent Eccleſiaſtici, tum per Epiſcoporum nonnullos ſibiipſis bona illa hæreditaria laicorum vendicari cœperunt: non in mediocrem proximorum, venientium ab inteſtato cognatorum, perniciem ac jacturam. Quæ res ipſa quoq; laicis non ferenda, imò, omnimodo oneroſa, intolerabiliſque eſt.

CAP. XXX.

Qua ingenio, bona quædam laica, quæ Eccleſiis, aut aliis religioſis domibus certis pactionibus vendita ſunt, vel hypathecata, ditioni Eccleſiaſticæ ſubjugari conentur.

42. Adhæc, ſi quando caſu ita contingit, quòd bona laica temporali jurisdictione ſubjecta, fructibus, redditibus, cenſibusve annuis Eccleſiis, ac cæteris religioſis domibus legentur, vendantur, hypothecentur, aut quovis alio titulo tradantur, vel à laicis erga Eccleſias ac monaſteria annuo cenſu tributaria efficiantur; moliuntur Eccleſiaſtici, talia prædia laica, ex civili poteſtate ac ditione in Eccleſiaſticam transferre, atq; huic utcunq; iniquo illicitóve conatui, Epiſcopi, Eccleſiaſticiq; patrocinantur prælati, tuenturq; rem longè iniquiſſimam; tantum abeſt, ut in hoc quemquam reverentur Eccleſiaſtici.

CAP. XXXI.

De collatione beneficiarum Eccleſiaſticorum jam primùm fundatorum.

43. Item, quum beneficium aliquod Eccleſiaſticum à laicis ſummæ vel mediæ conditionis primùm fundatur, dotaturq;, tunc quidam Epiſcoporum primam ejus beneficii collationem ſibi uſurpare nituntur; ac beneficii ipſius dotationem, fundationemve priùs confirmare recuſant, quam eorum intentioni acquieverint, qui beneficia ex ſuis cenſibus dotarunt, hoc eſt, fundatores & patroni ſecundùm jura etiam Canonica Collatores ordinarii.

CAP. XXXII.

De confirmationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum non neceſſariis, atque aliis id genus gravaminibus.

44. Præterea ſi quis novam fundationem beneficii Eccleſiaſtici fraternitatisve erigere, atque eandem confirmandam petere velit, quamquam confirmationis hujusce, de jure ac æquitate minimè indigeat: Nihilominus tamen fundatores beneficiorum præter modum, pecuniarum exactionibus, ad vivum uſq; adgravantur, exuguntur;, ac per Romanorum ſtatuta, technas ac ſubtiles practicas, eò adigun-

adiguntur, ut fundationes hæ omnes, quamvis m[illegible]nt precu, neceſſ[illegible] ipſum non mediocre Germanorum laicorum eſt onus.

CAP. XXXIII.

De ſubſidiis, & aliis oneribus, quæ imponuntur Eccleſiaſticis, qui collatores habent laicos.

45. Deinceps, ſi quando contingit, Eccleſiaſticam perſonam a laico beneficio aliquo [illegible] Epiſcopo pro inveſtura accipienda præſentari; tum Epiſcoporum in ſpiritualibus, ut vocant, V[illegible] pro inveſtura tantum erogant æris, præſentatis illis, quantum collatum beneficium in annuo [illegible] proventu; non[illegible]unquam etiam, quantum bimo. Ita enim altera portio exigitur Epiſcopo, & [illegible] qua interim Archidiacono, aut Archipresbytero pro inveſtura, vel poſſeſſionis traditione [illegible]

46. Inſuper nimiumque pro viribus, illicitis exactionibus gravant Epiſcopi ben[illegible]ficia, ſi [illegible] nimirum; nullæ licet ſubſint urgentes, aut illud ſibi admodum poſtulantes cauſæ, hoc eſt, quod [illegible] vocant, manifeſtæ & rationabiles: ultra etiam modum quem jura communia in [illegible]bus [illegible] & neceſſariis præſcribunt. Illis nempe caſibus, quibus ſolis jura ſubſidium ab Eccle[illegible] ri permittunt; ſitque ejus rei immodico uſu, ut Presbyteris vitæ neceſſaria, vix aut [illegible] dem relinquantur. Demum & in totius populi caput hoc re[illegible]undat onus quando [illegible] Sacerdotes, ut reſpirare eis non liceat; ni viciſſim ſubditam plebeculam arrodant. Ita [illegible] ritur onus, eousque, ut nullum gratis, niſi numeretur ſemper aliquid, miniſtrent ſacramentum [illegible] cleſiæque Chriſtianæ donum, ad quod tamen præcipuum gratis ut facerent, darentque ea gratis, [illegible] nullo ære redimi poſſunt, atq; ipſi gratis accepiſſent, ſacroſancti Evangelii atteſtantibus literis, [illegible] bantur. At illud res ipſa fecit notorium.

CAP. XXXIV.

Quo pacto ſæpius, & quidem plures unà indocti atq; inidonei ordinentur ſacerdotes.

47. Item Archiepiſcopi, Epiſcopi, & eorum ſuffecti, quos Suffraganeos vocant, ſæpenumero plures indoctos, idiotas, inhabiles, vileſq; ac ludicras perſonas, ad ſacerdotii functionem ord[illegible]nt qui cum ex [illegible] ſterio Eccleſiæ, ad quod minus ſunt idonei, vivere non poſſint, tamen neque al[illegible] ſe vel ex beneficiis, vel propriis hæreditariis bonis, unde vitam Presbytero dignam ducere [illegible]ucant, habent; ſed tantùm imaginarios & fictitios, aliquando neq; illos quidem, ſecum ferunt titulos: ſicque dehinc, ut ex innata malitia, morumve levitate, aut qua premuntur egeſtate (ſicut res eſt malè [illegible] da fa[illegible]s) ut inhoneſta exerceant commercia, ac munia ſacerdotibus obſtant indigna. Quæ res anſam ſubinde miniſtrat, verè Eccleſiaſticos, ac Chriſto ſacros Presbyteros floccipendendi, nihiliq; faciendi; quòd illorum vita coram univerſo populo offendiculis ſit quam refertiſſima. Interim a quibusdam Epiſcopis, ſex corruptis teſtibus ad hoc adhibitis, dignus ne ſit ſacerdotii munere, vel minus, ordinandus, fides adhibetur; qui paſſim quosq; indigniſſimos ſimulatis ſuis vocibus teſtantur dignos, adque hoc miniſterium aptos ferunt & accommodos: licet non rarò nullus perſonatorum illorum teſtium, ordinandum, vel de facie, albus an ater ſit, noverit; conanturq; ita Chriſtianis ſan[illegible]ionibus, ſub perſona, fuco, atq; fictitio tantùm prætextu ſatisfacere.

CAP. XXXV.

De impenſis immodicis, quæ in Eccleſiarum conſecratione inſumuntur.

48. Inſuper quum Eccleſias ac templa, prætenuia quidem, Deo dicant ſacrántq: nonnulli Suffraganeorum, ſubditos utcunq; per ſe egeſtate laborantes, ſuperfluis, minimeq; neceſſ[illegible] ſumptibus onerant: neque hoc contenti, quin munera quoque, & illa quidem immodica, a miſera plebecula exigant.

49. Item quum laici Eccleſiis altaris donant ornamenta quædam, nec non caſulas, & ſimilia. ac in Dei honorem pecunias ſuas expendunt; nihilominus tamen Suffraganei exigunt, ut talia, priusquam ad altaris convertantur uſum, conſecrentur, pro qua demum conſecratione munera ac dona p[illegible]tuntur innumera. Quapropter æquum eſt, ut tales abuſus deleantur. Et ſi Suffraganei fruſtra [illegible] borare nolint, ut unicuiq; prælato aut plebano talia faciendi permittatur poteſtas.

CAPUT XXXVI.

Quemadmodum cœmiteria nonnunquam ſuperfluè, ac minimè neceſſariò conſecrentur.

50. Demum, ſi fortè ſine armis, pugnis tantùm & capillis in cœmiterio, duo, pluresve manus conſ[illegible]ant, aut [illegible] h[illegible]beant, ad [illegible] ſanguinis uſ[illegible] quantumvis modici effuſione [illegible], tum ad int[illegible] [illegible] ſtatem [illegible] Eccleſiaſtici, nec p[illegible] publica Chriſtianorum redintegrant offi[illegible]a, [illegible] denuo [illegible] pompa, gravibusq; nec pro [illegible] minoribus [illegible] conſ[illegible] quam primùm, ut [illegible]um eſt, ex prophano redditus ſit ſepulturæ [illegible] cer. Quæ omnia in caput tandem redundant laicorum.

5[illegible]

51. Item, Suffraganei excogitaverunt, ut ſolum ipſi, & nullus alius Sacerdos, laicis campanas baptiſent: credunt deinde ſimpliciores, ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanas baptiſatas, dæmones & tempeſtates pellere. Quapropter innumeri plerunque adhibentur compatres: præcipuè verò, qui fortunæ pollent, exorantur, qui baptiſationis tempore funem, quo campana religata eſt, tangunt, ac Suffraganeo præcinente, (quemadmodum in parvulorum baptiſatione fieri ſolet) omnes pariter reſpondent, ac campanæ nomen ingeminant, veſteque nova, quemadmodum & Chriſtianis fieri ſolet, campana induitur. Inde ad ſumptuoſa properatur convivia, quibus præcipue compatres, ut eò largiùs munera offerant, adhibentur; necnon Suffraganei & eorum Capellani, cum multis aliis miniſtris regaliter paſcuntur. Nec hoc ſatis eſt, ſed & Suffraganeo mercedem perſolvere neceſſe eſt, quam illi munuſculum vocare ſolent. inde evenit, ut aliquando etiam in parvis villis centum floreni in tali abſumantur & expendantur baptiſatione: quæ res non ſolum ſuperſtitioſa, ſed etiam Chriſtianæ religioni contraria, ac ſimpliciorum ſeductio, & mera eſt exactio. Veruntamen Epiſcopi, ut Suffraganeos vel viliſſima obærare poſſint mercede, talia & adhuc abſurdiora tolerant. Res igitur tam nephanda & illicita meritò aboleri debet. Cæterùm ſi conducere videtur, ut campanæ conſecrentur (ita enim Suffraganei baptiſationem appellant, quoties à prudentioribus de hac re interpellantur) conveniens erit, ut talis conſecratio per unumquenque fiat ſacerdotem: quemadmodum cum aqua benedicta, ſale, herbis, & ſimilibus fieri ſolet: idque abſque precio & expenſis laicorum; ne populus ſimplex ita ſeducatur, & damno aſſiciatur, nec non avaritiæ deteſtandæ præſumptio evitetur.

CAP. XXXVII.

Quemadmodum de nova ſancti cujuſpiam celebritate partem petant oblationis.

52. Deinceps, ſi fortè per diœceſin Epiſcopi alicujus nova effertur Sancti celebritas, ad quem paſſim concurſus ſit; tum Epiſcopi aut Prælati eo loci, oblationum omnium tertiam, aut certè quartam partem ſibi vendicare præſumunt. Quod tamen domeſtica eorum, nempe canonica jura, eis non permittunt; quin oblata illa pecunia, potiùs ac meritò, pro totius Chriſtianæ reipub. neceſſitate, ad contrahendam militum manum, parandumque expeditioni bellicæ commeatum contra Turcas uſurparetur; aut certè in proximi verteretur neceſſarios uſus.

CAP. XXXVIII.

Quo pacto illicitam à Præpoſitis monaſteriorum Deo dicatarum virginum petans pecuniam.

53. Item, quum monaſteria aliqua Deo dicatarum virginum, per Præpoſitos, ſeu Præfectos gubernentur, qui tamen ad libitum officio hoc moveri poſſunt (neque enim perpetua eſt hæc Præpoſitura) attamen Epiſcopi, acceptationi aut miſſioni Præpoſitorum, priùs conſenſum ſuum adhibere recuſant, quàm à monaſteriorum Deo devotarum, ſimpliciumque puellarum, pecuniæ aliquid numeratum fuerit.

54. Item, quum Abbas quiſpiam, aut Abbatiſſa eligitur, coguntur iterum per Suffraganeos conſecrari; licet antea ut monachi & moniales ſatis ſuperque ſint conſecrati; Suffraganeumque cum ſuis regie excipere & paſcere, ac inſuper tanquam muneris loco, magnam perſolvere pecuniam. Quæ res non in parvum damnum cedit monaſteriorum; ſed etiam illorum, quibus monaſteria illa ſunt ſubjecta.

Inſuper Pontifices Summi multa ac varia in curia Romana excogitarunt officia, quæ ipſi immani vendunt precio: quod quidem illi perſolvere, coguntur, qui (ita jubente pontifice) opera talium indigent officialium, ſeu ſcriptorum. Hinc evenit, ut natio Germanica, præcipuè verò Epiſcopi, quoties Pallium redimunt, aut confirmationem à Romano petunt Pontifice, ac multi alii oppidò aggraventur, ac longè plùs, quàm elapſis annis, pecunias ſuas dilapidare compellantur. Hinc facilè conjicere licet, quot Romæ, quantique laquei pro emungendis nummis tendantur. Quapropter talia officia meritò deleri debent.

CAP. XXXIX.

De Archipresbyterorum officialibus, & aliis judicibus Eccleſiaſticis.

55. Archipresbyterorum quoque officiales, ut plurimùm, ſunt indocti, inhabiles; inſuper & ſcurrilibus moribus, nihil penſi habentes, nihil aventes, quam pecuniam. Et quàm notoriè in publicis degant peccatis ac facinoribus, quotidiano diſcitur uſu; per quod laici, quos ob admiſſa debito modo corripere, ac in pietate Chriſtiana eruditiores & meliores reddere debebant, nedum ad meliorem frugem non perducuntur, ſed offendiculis onerantur potiùs. Adhæc per leves ac viles has officialium perſonas, in quorum conſcientiis, nulla Chriſtianæ pietatis viget ratio, ſed tantùm ſceleratus habendi amor, laici miſerè ad vivum uſque in bonis ſuis ſpoliantur, ac deprædantur. Id quod Archiepiſcopi & Epiſcopi, ſi quidem revera, quod dicuntur, eſſent, hoc eſt Chriſti paſtores, dubio procul, diutius non tolerarent, ovesque Chriſti talibus offendiculoſis paſtoribus curandas, minimè commendarent, paſcendasve committerent.

CAP. XL.

Quàm iniquè laici ad vetitum trahantur Eccleſiaſticorum tribunal.

56. Ferè & hoc quoq; accidit, ut laici ad Eccleſiaſticorum, licet periniquè, trahantur judicium. Nam etſi actor ſit Eccleſiaſticus, qui laicum reum judicio convenire intendit; attamen nihilo magis ordinariæ jurisdictioni reorum deferunt, quin paſſim Eccleſiaſtici tales reos, laicos ſcilicet quascunque etiam ob cauſas civiles ac planè prophanas, ad Eccleſiaſticum tribunal, refragantibus omnibus etiam juribus, pertrahere admituntur: quum tamen maximè conveniat, ac jure non ignoto ſit, quam expreſſim cautum, actorem rei forum ſequi debere.

CAP. XLI.

Quo pacto magiſtratuum civilium ſubditi, propter debitam pecuniam, ad judicia Eccleſiaſtica pertrahantur.

57. Præterea Eccleſiaſtici ſæpiuſculè laicorum ſubditos, ob debita pecuniaria, coram Eccleſiaſtico judice in jus vocant, ac prægravi eorum judiciorum ordine eosdem inibi vexant atq; excutiunt; licet à civili magiſtratu, adeoque judice reorum, ordinaria juſtitia, jurisque debita executio eis nunquam fuerit vel denegata, vel diutius, quàm par ſit, procraſtinata: ſitque ita per actorum, ut dictum eſt, petulantiam, quia conventi judicio Eccleſiaſtico laici, varios ob caſus jus ſuum non ita examuſſim, vel deducere per imprudentiam, vel non probare per ſimplicitatem, noverunt, neque edocti ſunt; ut in prætentam pronuncientur excommunicationem, ac irreparabile rerum ſuarum perducantur detrimentum, perniciem & jacturam.

CAP. XLII.

Quàm iniquè laicis judicibus præbeatur occaſio, ab Eccleſiaſticis ſubditorum ſuorum petendi remiſſionem.

58. Inſuper & alias ob plures cauſas illicitas, à judicibus Eccleſiaſticis contra perſonas laicas emittuntur citationes ac monitoria: quanquam tales judices, publica etiam teſtante fama, indubitanter perſpectum habeant, vocatos ita in jus ad ditionis ſuæ terminos minimè pertinere, illosq; ad ordinarium jus remittendos fore. Quod ipſum quoque laicorum ſubjectis, non ferendis modis, grave onerosumque eſt. Nam & ſi cauſæ, perſonæque tales, ad inſtantiam magiſtratuum civilium, ac laicorum ſuperiorum petitionem, tandem ad jus dicentis laici ordinarium remittantur tribunal: nihilominus tamen ita immeritò in jus vocati, gravibus onerantur impendiis, damnis, & expenſis; eò quòd ſuperiores ſuos laicos, quos non rarò ultra centeſimum lapidem peregrè abeſſe contingit, primùm requirere, dehinc literas miſſionum ab his impetrare, ac tandem eas ipſas judicibus Eccleſiaſticis mittere cogantur: interim nunciis ad hoc conductis eroganda eſt pecunia, ceſſandum à quotidianis operibus, ferendæ impenſæ itinerum atque Advocatorum. Quòd ſi fortè ſuperiores ſuos in jus vocati non continuò imploraverint, miſſionum literas impetrarint, easque judicibus prædictis transmiſerint ac ad monitionem usque proceſſum intereà ſit: jam Eccleſiaſtici judices vel requiſiti hinc à vocatorum ſuperioribus, quæcunque tandem in jus vocati ſit cauſa, remittere tamen ita vocatos atque admonitos ad ordinarium judicem laicum, recuſant.

CAP. XLIII.

Quòd judices Eccleſiaſtici cauſas aliquot ſpeciales, licet laicas, ita ſuæ afferant ditioni, ut omnino eas remittere nolint.

59. Quum apud Eccleſiaſticum judicem, ob decerptum virginitatis florem: item ob illegitimè natorum, hoc eſt, naturalium liberorum ſtatum, aut ſervientium mercedem, viduarumve, quæcunq; etiam judicio ventilantur cauſæ, contra laicos reos; tum vel interpellati à litigantium laicorum ſuperioribus, judices Eccleſiaſtici, terminum tamen ſiſtendi jure, nec circumducere, aut ad ſe in jus vocatos, ordinariæ jurisdictioni ut remittant, precibus induci poſſunt.

CAP. XLIV.

De aliis illicitis & inutilibus expenſis cauſarum prophanarum, quæ ad Eccleſiaſticos judices trahuntur, ac denuo remittuntur.

60. Adhæc, quum laicus coram judice Eccleſiaſtico, ut ſuprà dictum eſt, iniquè in jus vocatur, demumq; ad petitionem judicis ordinarii remittitur: tunc temere agentis procurator, qui tam malè in jus vocari fecerat laicum reum, mercedem ſuam, à convento, qui tamen temerè ad vetitum tractus fuit judicium, petit; cogiturque dehinc excommunicationis pœna innocens ille ultra expenſas, quas ob malam in jus vocationem in itinera, procuratores, proque impetrandis & redimendis miſſionum literis, neceſſariò expenderat. Adde & neglectorum operum æſtimationem, jam tandem nulliter & iniquè emiſſos judiciarios perſolvere, atque ære non immodico, coactus licet, penſare. Namque id ſi fortè recuſet, anathematis præſtò eſt gladius: hoc ei minantur judices Eccleſiaſtici fulmen, ni perſolutis vocationum literis, habendi libidinem ipſorum ſatiaverint. Ita afflicto additur afflictio.

ctio.Neque juris ratio,quæ temere in jus vocato,refundendas dictat expenſas,à judicibus his curatur quicquam: imò judiciarius hic eorum ordo,ex diametro, quod ajunt, cum juris bonique & æqui ordine pugnat. Eum tamen judiciorum ordinem,non ob aliud (quantum coujectura aſſequi licet) hactenus ita religioſè obſervarunt,quàm ut plurima actorum turba per hoc ad eorum alliceretur tribunal.Ita ſemper iniquum,ex re,quæ meritò debebat eſſe æquiſſima, ſtudent facere lucrum.

C A P. XLV.

Quomodo novæ per violentiam inſtituantur decimarum præſtationes.

61. Item,etſi laici per multa annorum curricula de certis eorum prædiis, neque majores, nequè exignas,ut vocant,præſtiterint decimas: tamen per Eccleſiaſticos judices, apud quos iniquis litigant conditionibus, auctoritate judiciaria, ita eis fit negotium, ut aut petitas judicio decimas, ſive quidpiam aliud eſt,quod ab eis exigitur,præſtare, perſolvereque, aut excommunicationis pœnam ferre, oeceſſum habeant.Neqoe hoc temerè. Nam etiam ſi à ſententia,quantumvis iniqua,Romam appellaverint, oou eos fugit, quàm oneroſus atque diſpar ſit & illic litium eventus.

C A P. XLVI.

Quo pacto Eccleſiaſticorum officiales ac ſuffecti, & ipſi laicos ad Eccleſiaſticorum tribunal in jus trahere conentur.

62. Ad hæc omnia perſonæ Eccleſiaſticæ, nedum ipſæ per ſe laicos, quibus dictum eſt, ac ſimilibus caſibus,ad Eccleſiaſticos trahunt judices;verùm etiam Eccleſiaſticorum officiales,ſuffecti,procuratores,domeſtici famuli,famulæque, ac denique ipſorum etiam ſubditi,conantur,adnituntur que idem juris,quod eorum babeot ſuperiores,ſibi ipſis quoque aſſerere,uſurpareque.

C A P. XLVII.

De cauſis injuriarum, quæ coram Eccleſiaſtico ventilantur judicio.

63. Tandem, ſi quando ex facto evenit, ut Eccleſiaſticus contra laicum iojuriarum agere, illatas ſorte verbo injurias, intendat: conatur Eccleſiaſticus judex eas ipſas qooque ſuæ jurisdictioni vendicare cauſas quo denuo reus judicio conventus, ordinario juri, ſuæque eripitur atque eximitur jurisdictioni.

C A P. XLVIII.

Quemadmodum cauſæ prophanæ, ob interpoſita juramenta, Eccleſiaſtico tribunali aſſerantur.

64. Inſuper & id præſumunt officiales,ſi quaodo in cauſis prophanis,ac inter perſonas Eccleſiæ minimè ſacratas,dicatasve,ſed omnino laicas,data fide,ſeo præſtito juramento, verbo, vel in ſcriptis, pacta, obligationes, contractus, vel promiſſiones factæ ſint, vel celebratæ: quòd eam ob rem, atque hujus prætextus ratione, tales prophaoæ laicæq; cauſæ coram ipſis potiùs, quàm ordinario judice agitari debeant: quæ nova Eccleſiaſticorum techna uſu ſi increſceret,ac diutius toleraretur,jam actum foret de civili cauſarum auditorio; quòd omnes prophanæ civilesque cauſæ,contractuum atq; transactionum, hac via neceſſariò ad Eccleſiaſticos pertraherentur. Quis enim contractus, quæ traosactio, quæ denique inter paciſcentes conventio, quæ non ſit ſolenni ita ſtipulatione, aut promiſſione vallata? Illuc nimirum rerum veoiremus,ut in totum civilia eluderentur judicia.Quòd nedum contra æquitatem ipſam,contra omnia jura ſcripta,ſed & civili magiſtratui intolerabile foret.Nam ut demus hoc interim Eccleſiaſticis judicibus, de perjurio commiſſo, ootionem ut habeant: nihilo magis per id cauſæ ipſius principalis,cootractus putà,aut transactionis,quamobrem ille pejeravit,judices competentes erunt; quin perjuros illos ob religionis transgreſſionem manifeſtariam tantùm judicio coovenire poſſent,ac Canonicam huic indicere mulctam; reſervata tamen civili magiſtratui,qui perjuros pœnali judicio ſecundùm civiles ſanctiooes plectere jus babet,commiſſa ſibi ob id pœna.

C A P. XLIX.

Quonam modo reformationes ſuorum judiciorum nec obſervent, neque manu, hoc eſt, executione debita tueantur.

65. Præterea,nedum rationi conſona jura communia,ſed & Eccleſiarum aliquot cathedralium propriæ Reformationes notoriæ,in quam plurimis caſibus negliguntur,irritaque ſiunt, dum contrarius ex eisdem ducitur ſenſus.Exequuntur enim hæ contra hos tantùm, quorum poteſtatem ipſi non reverentur. At ſi res potentiores, aut eos, quibus manu pares eſſe non poſſumus, contingat, tum ex juris ſui rigore remittunt quippiam.Nam etſi maximè Epiſcopi locorum ordinarii,aut eorum officiarii à vim paſſis, aut his, quibus contra jus injuriæ illatæ ſunt,pro debita juſtitiæ executione,ac talium gravaminum oneruinve abrogatione interpellentur. Sæpe numero tamen evenit,ut querela hæc, vel Præpoſitum contingat, vel Decanum, vel certè Capitulum, ac Eccleſiæ canonicos Capitulares, hoc eſt eos, contra quos loci hujus ordinarius Epiſcopus utcunque æquitati favens, remorante eum hac

 via,

via, in electione præſtita, ac promiſſa fide, meritam transgreſſionis emendationem atque mulctam præſumere, eisque infligere non audeat.

66. Ad hæc Epiſcoporum ac Prælatorum nonnulli, pro tempore Eccleſiaſticorum judiciorum Synodorumque, ad ſuum libitum, ſpeciales quasdam & prætentas ferunt reformationes, ordinationes, leges atque ſtatuta, quæ ipſa multifariam à jure communi diſſident, ac ſeorſim toti civili magiſtratui & jurisdictioni, eorumq; ſubditis derogant, atq; perniciem adferunt. Neque ullam præ ſe ferentia æquitatem, quòd ad Eccleſiaſticorum privata compendia, inq; laicorum necem ſint excogitata atq; efficta. Eamque ob rem laici ea acceptare, aut his parere minimè tenentur. Nam neque ipſi Eccleſiaſtici domeſticas has ſuas conſtitutiones ſecundùm rationabilem, lynceriorem, ac germanum æquitatis intellectum, obſervant. Etenim tametſi reformationes hujuscemodi, ut plurimum ſtatuant, coram officialibus, eorumque Eccleſiaſticis conſiſtoriis, manifeſta ac notoria tantùm, minimeque occulta delicta, debere agitati atque ventilari, conſiderarique in primis ſalutem animarum, & honorem Jeſu Chriſto debitum, potiùs quàm pecuniarum lucrum: Attamen ejus rei oppoſitum, atq; ex profeſſo contrarium, negotium ipſum, innumeræq; aliæ conjecturæ ac circumſtantiæ plus liquido manifeſtum reddunt: id quod partim ex ſuprà enumeratis, partim ex recenſendis ſequentibus articulis, utcunque ſuccinctis, cuique æſtimare facile eſt.

CAP. L.

Quemadmodum plus pecuniæ, quam pœnitentiæ peccatoribus imponant.

67. Patrum canonibus lancitum eſt, ſpiritualibus ac manifeſtis peccatis, ſpiritualem pœnitentiam ſeu ſatisfactionem imponendam eſſe; ut ſic non pecuniæ lucrum, ſed potiùs animarum ſalus quæri intelligatur. Id quod ſupra etiam memoratum eſt. At Eccleſiaſtici judices & officiales, perperam animadverſis canonibus, dictam ſpiritualem pœnitentiam in tantum exaſperant, aggravant & augent, ut laici, priusquam eam ſatisfactionem acceptare velint, pecunia magis ſibi ab ipſis immunitatem comparent: quare laici multum premuntur, Eccleſiaſtici contrà multum ditantur, utpote, qui in ſuum privatum commodum, & partis agunt munus, & judicis; quod tamen omnibus juribus diſſonum eſt.

CAP. LI.

Quem in modum honeſti viri & mulieres ex falſo rumore ſæpenumero graventur.

68. Accidit etiam nonnunquam, quòd viri & mulieres coram Officiali, ſeu Eccleſiaſtico tribunali, ut delictorum ac ſcelerum ſontes, ſiniſtro rumore deferuntur, ac non priùs per ſententiam innocentes declarantur, quàm ubi ſe jurejurando purgaverint: qua purgatione facta, in priſtinum æſtimationis ſtatum reſtituuntur. Et quamvis tam ſiniſtrè denuntiatis incommoda, damna, impenſæ, eam ob rem perpeſſæ, meritò refundi deberent: nihilominus tamen innocentes ipſi in dictæ reſtitutionis fidem Officiali, Eccleſiaſticove judici, duos aureos, cum aurei quarta parte, pro abſolutoriis literis, nequaquam neceſſariis, numerare coguntur. Et hoc eſt, cur Officiales, Eccleſiaſticique judices, tam iniquas & illicitas, rumoris falſi, atque delationis cauſas, ita adſectentur, ad ſe evocent, ſolisque ſibi vendicent. Id tamen ipſum non ſine magna ſingulari, ac gravi jactura mortalium committunt. Nam ſæpius evenit, quòd altercantes mulieres, ira, invidia, ſeu alio quopiam adfectu commotæ, invicem ſe maledictis impetant, conviciis proſcindant, in tantumque demenrentur, quòd altera alteram vel adulterii, vel magicæ artis ream inſimulet. Quod ubi coram Officiali deducitur, tum illa, quæ per iracundiam alteram probris ac contumeliis adfecerat, jurisjurandi ſacramento ſeſe excuſare, ac purgare cogitur: ſcilicet, quicquid injuriarum in alteram profuderit, id omne non ex certo animi propoſito, ſed ira, invidiaque profectum eſſe: parique modo altera, quæ adulterii, necromantiæve inſimulata eſt, ſuam innocentiam, quodq; prædictorum nequaquam ſibi conſcia ſit facinorum, juramento detegere jubetur. Interim verò quilibet apud ſe facilè conjicere poteſt, in talibus cauſis, mulieribus, ſive memoratorum ſcelerum vacuæ ſint, ſive iisdem criminibus obnoxiæ, jurandum tamen eſſe, dummodo famam, honorem, ac vitalem ſpiritum retinere velint. Qua ex re non ſolùm illicitum pecuniarum lucrum quæritur; ſed & deliberatæ pejerationes extorquentur, ſeculares que jurisdictiones, & judices in eorum mulctandi officio impediuntur. Et ſic contra rationem, impunita remanere delicta neceſſarium eſt.

CAP. LII.

Quomodo Eccleſiaſtici judices illicitum ex jactatis matrimoniorum cauſis petant intereſſe.

69. Deinceps, quum inter virum atq; fœminam, de pangendis matrimonialibus ſacris illis fœderibus, negotium, quod inter eos fortè agebatur, eousq; proceſſit, quòd ab alterutra partium matrimonii contractus, ex pactionibus illis, ratus, perfectusq; prætendatur; at inficietur altera: datumque eſt, ab altera alteri perſonæ veſtium, aut alioqui mundi muli. bris quidpiam, tanquam arrabonis loco, adſervandum ac cuſtodiendũ: accidatq; deinde, ut aſſerti contractus, matrimonii ſcil. contemplatione, contrahentes, ad Eccleſiaſticum perveniant tribunal, ac ibidem per ſententiam, in diverſum ire jubeantur, ſeparenturq;: Tum judex ille Eccleſiaſticus iniquè hoc ſibi in hac cauſa prætendit intereſſe:

nuni-

nimirum, ut omne, quicquid hinc inde arrabonis vice traditum ſit, ut hoc ſibi cedat tanquam commiſſum. Id quod nedum contra omnia jura, ſed & æquitatem atque honeſtatem ipſam proculdubio eſt.

CAP. LIII.

Quibus artibus judices Eccleſiaſtici cauſas promiſcuas, quæ coram civili etiam magiſtratu in judicium deduci poſſunt, ſibi ſolis vendicare conentur.

70. Item, licet complures ſint cauſæ ita promiſcuæ jurisdictionis, ut ſecundùm jura communia, apud Eccleſiaſticos atque civiles judices agitari & puniri poſſint: ſæpiuſculè tamen evenit, ut quum civiles judices, conceſſam ſibi hac in re provinciam & jurisdictionem adminiſtrare atq; exercere velint; quòd id ipſum ne faciant, per judices Eccleſiaſticos, ſub excommunicationis pœna eis interdicitur, prohibeturque. Quod ſi diutius perſtare deberet, brevi Eccleſiaſtici judices à civili magiſtratu, ejusq; jurisdictione, quascunque etiam cauſas eximerent, ſuæque aſſererent ditioni. Id quod Cæſareæ Majeſt. cæterisq; Imperii Romani membris grave eſt, & intolerabile. Et quanquam ſecundùm jura communia, manifeſta perjuria atq; adulteria, maleficiorumq; præſtigiæ, ac conſimiles aliæ cauſæ, per Eccleſiaſticos ac civiles judices, promiſcuum, uter occuparit, civiliter pro tempore plecti poſſint, habeatq; ita præventio hac in re locum: Attamen Eccleſiaſtici judices contra omnia jura, cauſas hujuſcemodi, ſolis ſibi, ſuæque jurisdictioni uſurpare conantur. Quod ipſum jurisdictioni civili non ferendum eſt onus ac gravamen.

CAPUT LIV.

Quemadmodum cauſæ prophanæ, ſub prætextu denegatæ executionis, ad Eccleſiaſticorum conſiſtoria trahuntur.

71. Item, ſi quando perſonæ laicæ in cauſis etiam omnino prophanis, à judicibus Eccleſiaſticis citationes impetrare conentur, prætendantque magiſtratum civilem, debitam ſibi juris executionem facere neglexiſſe; antequam ſummariè ſaltem per evidens aliquod docuerint inſtrumentum, juſtitiam, ut queruntur, ſibi denegatam: citationes tamen, atque alii judiciarii proceſſus à judicibus Eccleſiaſticis, ad ſolam petentium querelam his decernuntur. Quòd ſi deinceps ad petitionem, vel civilis judicis, aut partis in jus vocatæ, cauſæ hujuscemodi ad ordinarium tribunal remittantur, præfigitur civili judici per breve quatuor hebdomadarum, putà tempus fatale; intra quod, actoris intentioni & querimoniæ ex integro, atq; ex aſſe executionis ordine ſatisfaciat. Ac ſi in arctiſſimo ita præſtituto termino, ſententia diffinitiva, aut non fertur, vel executioni lata non mandatur; libertatem dehinc judex Eccleſiaſticus dat actori laico, coram ſuo tribunali, ulteriùs procedendum: fitque non rarò, (mirum hoc auditu) ut cauſa, quæ intra menſis ſpacium coram civili conſiſtorio agitari, peragique debebat, quòd hæc eadem apud Eccleſiaſticum judicem triennio, aut eo amplius, pendeat hinc indeciſa.

72. Ajunt præterea judices Eccleſiaſtici, in talibus caſibus, prophanas ad ſe cauſas pertrahere ſibi licere; ſi magiſtratus civilis in adminiſtranda juſtitiæ executione negligens inveniatur: è regione tamen ferre minimè poſſunt, ut in pari caſu idem juris cum eis ſervetur; nimirum ut in cauſis Eccleſiaſticis quiſpiam, de neglecto cultu juſtitiæ ab Eccleſiaſticis apud laicos, aut civiles magiſtratus conqueri, ac juſtitiam ſibi per civiles magiſtratus adminiſtrari poſtulare poſſit: quaoquam jura communia in genere diffiniant, ſtatuantque quo pacto canonica civilibus, & è regione canonicis civilia jura opem ſuppetiasque ferre debeant.

CAPUT LV.

Quo pacto Eccleſiaſtici judices, ſeculares cauſas, prætenſæ præſcriptionis prætextu, in ſe transferre conentur.

73. Neque hoc pleriſque longa experientia rerum ac eruditione doctis probatur, quòd judices Eccleſiaſtici quibusdam in locis diuturni uſus, quaſi poſſeſſionis, adimpletæq; præſcriptionis prætextu, laicorum controverſias coram ſe dirimendas hactenus præſumpſerunt. Nam ea ex re Cæſarea Majeſt. Romanumque Imperium haud parum detrimenti patitur: utputa, quòd non minimus Imperii honor, temporalis ſcilicet jurisdictio, memoratæ præſcriptionis velamine minuitur, attenuatur, & penitus ab Imperio ad Eccleſiaſticos transfertur. Quod contra recepta, apertaque jura, nemo eſt qui neſciat: quibus ſtatuitur & cavetur, ut nulli præſcriptioni, quantumvis longæ, adverſus præeminentem, tum Papæ, tum Cæſaris poteſtatem ſit locus.

CAP. LVI.

Quàm iniquè homicidæ, aliique peccatores, ab Eccleſiaſticis judicibus duplici afficiantur pœna.

74. Quum divina humanaq; jura vetent, ut nemo duabus cædi debeat virgis: meritò pleriq;, quibus cerebrum eſt, nonnullarum Cathedralium Eccleſiarum odioſa ſtatuta, perverſosque mores, quibus utriusque ſexus homicidas, reliquosque majorum, minorumve criminum reos hucuſque vexarunt, deteſtantur. Nam hactenus ſervata eſt conſuetudo, quòd homicidii, ſimiliumq; facinorum, quos

caſus Epiſcopis reſervatos vocant, rei, peracta in aurem confeſſione, publicam pœnitentiam, in totius populi conſpectu, cum magno ſuorum ipſorum dedecore, ignominia, infamia, ſubire coguntur. Quæ quidem pœnitentiæ forma non usquequaque improbanda foret; utpote, quæ ad primitivæ Eccleſiæ inſtituta quàm proximè accederet: ſi hac contenti, non etiam ampliorem juſto, peccantibus egregii iſti, maleque officioſi Officiales extorquerent pecuniæ ſummam, duplicique delinquentes punirent pœna. Quare, mirum quàm multi offendantur. Quòd quàm iniquum, quamque longè à Chriſti inſtituto ſit alienum, cuique ſanæ mentis conjectura aſſequendum relinquitur.

CAP. LVII.

Quomodo funeſtæ pecuniæ intuitu Eccleſiaſtici judices & officiales illegitimas cohabitationes & uſuras tolerent.

75. Præterea Officiales, auri ſacra pellecti fame, uſuras ac pecuniæ fœnus illicitum, nedum noo interdicunt; ſed & paſſim permittunt, fovent, ac tutantur. Inſuper etiam Clericos, Religioſosque & ſeculares, accepto ab eisdem annuo cenſu, publicè cum ſuis concubinis, pellicibus, & aliis id genus meretricibus, illegitimè cohabitare, liberosque procreare ſinunt. Quæ res ambæ quantum ſcandali, periculi, detrimenti, fortunis, animabus & corporibus pariant, non eſt quod recenſeatur; quum nemo id, niſi talpa cæcutiat magis, non videat.

76. Præterea contingit aliquando, quòd alter conjugum. belli, votorum, ſeu alia quapiam cauſa peregrè proficiſcatur; qui ſi aliquanto diutiùs, quàm alterius conferat libidini, abſit: tum Officialis alteri (pacta tamen numerataque prius mercede ſatis magna) cum alia victitare perſona ac cohabitare indulget, non præhabita prius diligenti veſtigatione, ſuperſtesne ſit abiens conjunx, an naturæ conceſſerit. Et ne hoc eorum factum à quoquam calumniari poſſet; tolerantiæ nomen ei, non ſine magno mortalium offendiculo, ſanctiq; matrimonii contemptu indiderunt.

CAP. LVIII.

Vt officialium delegati, ſeu Synodales judices, illicitos è domibus cenſus exigant.

77. Et hoc Germanis poſthac non ferendum onus eſt, quòd Synodales judices quarundam regionum oppidula & vicos oſtiatim peragrant, cenſusq; è domibus annuos exigunt: quos ubi tenuis plebecula perſolvere nequit, protinus cum excommunicationis jaculis petitur; ad eorum quoq; cenſuum ſolutionem cum ſumma rei familiaris attritione, atque attenuatione compellitur. Quod ſi penitus amoveri non poteſt gravameo, aliquo ſaltem fine ad æqui boniq; regulam coerceatur.

CAP. LIX.

Quo pacto hebdomataria pecunia à mechanicis exigatur.

78. Pari modo proximè memorati judices, quibusdam in locis à ſtabulariis, piſtoribus, laniis, propolis, molitoribus, ejusdemque generis mechanicarum artium profeſſoribus, qualibet ſeptimana pecuniam poſtulant: qua fortè per inopiam non ſoluta, Eccleſiaſtico ad id fulmine adiguntur.

CAP. LX.

De iniquis Eccleſiaſticorum areſtis, ut vocant, & impedimentis.

79. Non mediocrem item ſuperioritatis & jurisdictionis temporalis jacturam Cæſarea Majeſt. Romanumque Imperium patitur, ex malè obſervata hactenus, pluribus in locis, diuturna conſuetudine: videlicet, quòd Eccleſiaſtici judices, ubi inter duos laicos civilis orta eſt cootroverſia, ad alterius partis petitionem literas inhibitorias emittunt, quibus alteri partium mandant, ne inceptam coram ſeculari, ſeu ſuo judice, litem proſequatur; ſed in Eccleſiaſtico coram ſeſe judicio compareat. Cui mandato ubi pars vocata obtemperat, & ſe ſuamque cauſam ad ſuum ordinarium judicem remitti in judicio petit: tum primùm libellus, articuli, exceptiones, replicæ, duplicæ, & cæteræ id genus ſcripturæ, utrinque producuntur; quibus, reliquisq; actis & agitatis, perlectis, numeratisq; potiùs, quàm ponderatis, tandem interloquuntur, controverſiam coram ſe ventilandam eſſe. Cui ſententiæ propterea, velint, nolint, parere coguntur: etiamſi maximè ea graventur: quòd appellationem ad curiam Romanam interpoſitam, ob immenſos, tum labores, tum impenſas proſequi nequeant. Neque enim cuivis commodum eſt, adire Romam. An verò talibus, ſimilibusque ſententiis ſe ſuſpectos reddant, necne; cuilibet bono viro conjiciendum relinquitur. Unum hoc certum eſt, quòd ex jam enumeratis caſibus, copioſa civilium cauſarum ſylva, jurisdictioni temporali, ac civili magiſtratui, indies ſubtrahitur atque eripitur. Quòd oon ſolùm juribus & æquitati, ſed etiam rationi contrarium eſſe dignoſcitur.

CAP. LXI.

Vt plerique inopia rerum laborantes, judicialium expenſarum, variorumque laborum & expenſarum formidine, ad iniquas transactiones compellantur.

80. Neque hoc ſilentio præteriri poteſt, quòd Eccleſiaſtici judices & officiales, miſeros, ac ſimplices laicos, multoties ad illicitas, iniquas, ſibique penitus nocivas transactiones adigunt. Nam ſi quan-

ſi quando eos in jus vocant, magna patronorum, rabularum forenſium, ſcribarum, cæterorumque, quorum opera in judiciario ſtrepitu uti neceſſum habent, caterva, nullo ære conducta, ſed gratuito conquiſita, ſtipati aſtant, ac pauperibus illis prophanis, egeſtate preſſis, id hominum genus, non niſi magno conducendum eſt. Quod ubi fortunæ, reiq; familiaris tenuitas denegat, ni penitus cauſſas etiam juſtiſſima, decidere velint; tranſactionem ſeu compoſitionem utcunq; iniquam inire coguntur. Quare quantum graventur tenues, nemo eſt qui non facilè id depræhendat.

CAP. LXII.

In multis Eccleſiaſticorum conſiſtoriis, externi cauſarum patroni & procuratores, quàm non admittantur.

81. Et hoc hactenus Germanis multum adtulit moleſtiarum, quòd per Eccleſiaſticos judices, nulli coram ſe litigantium partium, aliis uti advocatis & procuratoribus licet, quàm iis, quos ſibi ſuisque tribunalibus, jurisjurandi ſacramento obnoxios reddiderunt. Ne tamen nihilominus externi patroni à litigatoribus conſulantur; adeò breves præfigunt terminos, ut adiri nequaquam poſſint. Et ne hoc eorum factum tanquam æquitati contrarium, improbari poſſit, ſe id in controverſiæ commodum facere adfirmant; quò celeriorem per conſiſtorii juratos procuratores ſortiatur exitum. At interim meridiana luce clariùs apparet, qua ſinceritate, quave dexteritate id agatur. Nempe compertum habent officiales, ſe ſuosq; ſuperiores, à conſiſtorii advocatis & procuratoribus timeri. Et ſic miſeri clientes patronorum verecundia, dum quod contra Eccleſiaſticum judicem, ejusve ſuperiores; quacunque in parte facere poſſent, in judicio proponere non audent, ultrà quàm par ſit, negliguntur. Quam rem Eccleſiaſtici Prælati, iiq; quorum in territorio tale exercetur conſiſtorium, quum prohibere, penitusq; eradicare deberent, tuentur, ac defendunt. Et id potiſſimùm eam ob cauſam; ut ſi quando ipſis, ſubditisve ipſorum in Eccleſiaſtico judicio experiundum ſit, dicti advocati & procuratores contra ipſos, exteris ſuis clientulis, ea quæ cauſæ ſibi poſtulat neceſſitas, conſulere, in judicioq; proponere vereantur: ne, ſi diverſum facerent, Prælatos ſibi infenſos, judicesq; ſibi malè propitios redderent: talemq; advocatorum & procuratorum metum ac formidinem, nemo eſt, cui vel cerebrum ſit, cui læva in parte mammillæ cor ſaliat, qui inficias ire vel poſſit, vel audeat; cùm id quotidiana experientia adeò eluceat, ut nemini non, niſi fortè iis, qui nondum ære lavantur, ſit exploratiſſimum. Quotus enim quisque eſt advocatorum, vel procuratorum qui non amore, ſpe, timore, invidia, favore, muneribus, ſimilibusve adfectibus, animo non aliquando, rectoque conſilio dejiciatur: quum nihilominus vacui etiam prædictorum adfectuum, vix tandem precibus, pretiove inducuntur, ut nihil diligentiæ, laborum nihil, nihil item clientuli jurium prætermittatur. Enumeratis verò gravaminibus, nulla præſentior adhiberi poſſet medicina, quàm ſi litigantibus à certo usque limite, & advocatos, & procuratores vel conſulere, vel ad conſiſtorium ſecum adducere liceret.

CAP. LXIII.

Quam levibus ex cauſis, pauperibus Sacramenta denegentur.

82. Et hoc facinus Chriſti diſciplinam profitentibus penitus abominandum eſt: quòd iis, quibus eſt res anguſta domi, ubi parochis & Eccleſiis ad diem ſolutioni deſtinatum, per inopiam ſatisfacere nequeunt, corpus & ſanguis Chriſti, ſacroſancta, quæ nobis ſacramenta in remiſſionem peccatorum reliquit, denegantur: immò quaſi pignus præcluduntur; non attenta ulterioris dilationis, & quidem modicæ, petitione. Quanquam tales ſimilesq; cauſſæ, pro conditione ſua, coram ſecularibus judicibus, meritò finem ſortiri deberent.

83. Item, quum agricolæ Autumni tempore vindemiare cupiunt, quemadmodum unicuique ad ſui utilitatem facere licet: nihilominus tamen, ſi vindemia illa diſplicet ſpiritualibus (ut vocant) qui eo loci decimas poſſident, miſeris inhibent agricolis, ſub excommunicationis, nec non pecuniarum pœna, ne uvas colligant priùs quàm ipſi id permittant: unde evenit, ut ſæpe pauperculi illi non parvo afficiantur damno; cùm uvas ſuas, quas maximis expenſis & laboribus per integrum coluerunt annum, vindemiare non audeant. Etiamſi illi interim vel frigore pereant, vel etiam marceſcere incipiant; tantummodo ob decimarum lucrum iniquum, ſæpius etiam ob invidiam deteſtandam. Quæ ambo contra jura ſunt divina, fas, & omnem pietatem, ac ideo meritò aboleri debent.

CAP. LXIV.

Vt Eccleſiaſtici Synodis abutantur.

84. Nec minùs moleſtum, grave, & Germanorum vulgo intolerabile eſt: quòd Synodales judices pluribus in locis quotannis id, quod non niſi poſt annorum intercapedinem ut fieret, juribus permiſſum eſt, obequitant, ac mirum, quid fictitiæ jurisdictionis, aut ſuperioritatis exerceant: hoc interim conſtat, ſimplici popello hac via, neceſſaria ſubtrahi alimenta: neq; talis peragratio eo fine & ordinatione, qua ſummis pontificibus inſtituta eſt, obſervatur. Nam pro pœnis & correctionibus, quibus facinoroſos & criminum ſontes à vitiis deterrere deberent, pecuniam præſentem & numeratam, & quicquid denique eis in lucellum cedere poteſt, exigunt. Id quod in ſuperioribus atiam partim memoratum eſt.

CAP. LXV.

De Canonicis Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum, parochis, reliquisque religioſis perſonis: & primùm, Quòd iniquis nexibus Epiſcopi & Prælati à ſuis adſtringantur Capitulis.

85. Illicitum eſt & hoc, planeq; iniquum, quod Canonici Eccleſiarumq; Cathedralium præeminentiores, quorum in manu potior Eccleſiaſticorum judiciorum, Synodorum, ac cenſurarum pars ſita eſt; reliquique Collegiatarum Eccleſiarum canonici, quibus eligendi ſuperiorem poteſtas eſt, nullum in Epiſcopum, ſeu Prælatum eligunt: niſi Se prius jurejurando aſtrinxerit, planeq; devoverit; literis quoq; interdum, inſtrumentisq; ſigillo probè munitis caverit, ipſis ipſorumq; ordinatis judicibus ac officialibus in nullo, utcunq; gravi, vel inhoneſto, intolerabiliq; propoſito, ſe contrarium fore. Ac ſi quando eos delinquere contigerit, impunè eis per ipſum, ut hoc ſibi liceat.

CAPUT LXVI.

De non ferendis ultrà oneribus, quibus miſera plebs pro Sacramentorum adminiſtratione gravatur.

86. Pleræque item parochiales Eccleſiæ, Monaſteriis, Prælatis, aliisque Eccleſiarum durатarum Rectoribus, incorporationis, ut vocant, ſeu alio quopiam jure ſubditæ ſunt: quas & ſi ipſi juxta canonum conſtitutiones, per ſeſe providere teneantur, ubi aliis elocant gubernandas, beneficiorum dotem, ac decimas, plerunque ſibi ipſis reſervant: & præterea tam enormibus abſentiarum penſionibus gravant, atque onerant, ut conductitii iſti Parochi eorumque Vicarii, Viceplebani, Sacellani, Coadjutores, cæterique conductarum Eccleſiarum adminiſtratores, competentem ſuſtentationem, decentiaque alimenta inde habere nequeant. Quo fit, (nam unde conductitii iſti paſtores & mercenarii vivant, habeant oportet) ut illicitis exactionibus, locatas ſibi oviculas, miſere deprædent, dilanient, omnemque ſubſtantiam tantum non abſumant. Poſtquam enim altaris, baptiſmique ſacramenta adminiſtranda ſunt; Primus, Septimus, Triceſimus, Anniverſariusq; dies peragendus, auricularis confeſſio audienda, mortui ſepeliendi: & quicquid denique réliquum eſt, quod ad vita functorum ceremonias obſervandas operæ precium arbitrantur, id gratuitò faciunt nequaquam, ſed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum miſera plebecula vel cum ſummo ſuo diſpendio præſtare difficulter poteſt: taleſq; exactiones uſque ad ſummum indies augent atq; accumulant; nonnunquam quoque excommunicationis fulmine ad ſolvendum adigunt: pleroſque etiam, quibus per inopiam non licet, ad celebranda vita functis obſequia anniverſarios, & alias ejus farinæ ceremonias, compellere conantur.

CAPUT LXVII.

Ut ob miſſas cantandas & legendas, pecuniam exigant.

87. Neque hoc præteriri poteſt, quum non minimum ſit, quo Germani premantur, quòd Sacerdotes, unius diei miſſas, ad quas aliâs fundationis, ſeu annuæ recordationis jure, celebrandas obligantur, non ſemel, ſed quater, quinquies, plurieſve venundant: unaque miſſa, duobus, tribus, aut pluribus Eccleſiaſticis beneficiis ſatis facere præſumunt.

CAP. LXVIII.

Quo pacto Parochi, à ſuis parochialibus ſubditis, ubi domicilium mutare voluerint, pecunias emulgeant.

88. Item, ſicubi curatæ Eccleſiæ ſubditus domicilium matrimonii, ſeu alterius cujuſpiam negotii cauſſa, in aliam transferre parochiam, animo ſecum volutat; non priùs migrandi licentiam à Parocho impetrat, quàm ubi pro teſtimonialibus literis aureum numeraverit nummum: quem ſi ſolvere vel nolit, vel egeſtate preſſus non poſſit, ſacramentorum interdicto, donec ſatisfecerit, mulctatur. Ex hoc itaque, ac cæteris ſuprà tactis oneribus & gravaminibus facilè deprehenditur, miruinq; in modum emicat, quod omnia Rom. Eccleſiæ ſacramenta iis, qui opibus abundant, auro venalia ſunt: reliquis verò, quibus minimum ſuppetit nummorum, & iniquus eſt Plutus (ille divitiarum Deus) non impartiuntur, ſed penitus denegantur.

CAP. LXIX.

Quemadmodum ſepulturæ jus quibusdam mortuorum cadaveribus, magno ſit ære redimendum.

89. Papalibus ſtatutum eſt canonibus, ut iis dumtaxat publici juris Eccleſiaſtica denegetur ſepultura, quos manifeſtis & planè notoriis, mortalibus, ut vocant, peccatis, ex communi hac mortalium ſorte, abſque dominici corporis ſanguiniſve participatione migraſſe compertum ſit. Verùm Eccleſiaſtici, non animadverſis talibus Pontificum decretis, ſorte ſortuna, aqua ſuffocatos, gladio, ruina, vel incendio occiſos, jugulatos, atque vita caſu functos, etiamſi non pateat, peccatis mortalibus obnoxii deceſſerint, nec ne, in Eccleſiaſticam tumulare ſepulturam, non permittunt; quouſque tam iniquo fato demortuorum uxores, liberi, amicive, ab ipſis cœmiterium non modico ære comparaverint.

CAP. LXX.

Ut plerique Eccleſiaſtici, vitam laicam, planeque rixoſam agant.

90. Nec minùs etiam Germanis moleſtum eſt, quòd potior Parochorum, Sacerdotum, monachorum, aliorumque Eccleſiaſticorum pars, in diverſoriis, ſtabulis ac choreis, populorum turbis ſe immiſcent; in plateis item habitu minùs decenti, utputà gladiis, veſtibusq; ludicris: prætereà rixis, jurgiis, litibus, altercationibus laicos ad iram, & conſequenter ad arma provocant, vulnerant, nonnunquam etiam confodiunt. Dein excommunicationis fulmine miſeros illos laicos, vel quos læſerunt, eouſq; divexant, quouſq; ad libitum ſuum laici ſe cum his compoſuerint.

91. Item in locis pleriſque Epiſcopi, & eorum Officiales, non ſolùm Sacerdotum tolerant concubinatum, dummodo certa perſolvatur pecunia: ſed & Sacerdotes continentes, & qui abſque concubinis degunt, concubinatus cenſum perſolvere cogunt; aſſerentes, Epiſcopum pecuniæ indigum eſſe, qua ſoluta, licere ſacerdotibus, ut vel cœlibes permaneant, vel concubinas alant. Quam res hæc ſit nephanda, nemo non intelligit.

CAP. LXXI.

Quo pacto nonnulli Eccleſiaſtici, publicas exerceant tabernas, & illicita corrodant lucra.

92. Eccleſiaſtici item, potiſſimùm in his locis, ubi jurisdictionem habent, in templorum dedicationibus, publicas exercent tabernas, ſuisq; Sacellanis & Sacerdotibus, taxillos, chartulas luſorias, & quicquid ad ludum pertinet, convivis adminiſtrare, ac omni ſepoſito pudore, illicitum inde percipere lucrum ſtudent: idq; ſuperioritatis quodam jure ſibi licere adſerunt. Quanquam Pontificum canones, Imperatorum leges, omneſq; omnium provinciarum magiſtratus vetent, ne Eccleſiaſtici ita à decoro & honeſto deviẽt; ut iis ſe involvant negotiis, circa quæ vix laicos occupatos eſſe decet.

CAP. LXXII.

Quomodo Eccleſiaſtici moribundis, ut ſuos & legitimos hæredes defraudent, perſuadeant.

93. Inter cætera etiam hoc obticendum eſt nequaquam, quum non minimum ſit onus, quo Germani gravantur; quòd regionum pervagatores, quos vulgò Terminarios ac Stationarios vocant, monachi & ſacerdotes, infirmos, animamq; jamjam agentes; ac præſertim eos, quibus æs eſſe in ciſta norunt, temporalibusve bonis abundare compertum habent, blandiloquentia, adulatione, verbisq; venuſtulis (ut ad peſſima quæq; hoc genus hominum ſemper plus æquo inſtructum eſt, atq; paratum) adoriuntur, circumveniunt, perſuaſionibusq; fictitiis eò tandem adducunt, quòd ſibi potiorem, & pecuniarum & bonorum partem in teſtamentis legant. Quare liberi, agnati, ac cognati, reliquiq; ſui & legitimi hæredes, quibus potiùs tota hæreditas illæſa relinquenda erat, contra omnem æquitatem, mirum quàm jactura adficiantur: interdumq; ad miſeriam uſq; adigantur.

CAP. LXXIII.

Quibus mediis innumeram pecuniæ ſummam, Mendicantium ordines Romam importent, Virginumq; veſtalium monaſteria moleſtent.

94. Quum nemini dubium ſit, iis qui jure experiri volunt, pecunia, eaq; non modica opus eſſe; & plerique Mendicantium ordinum regulis addicti, multas cauſas atq; lites in judicialem controverſiam, non ſine magno ordinariorum, parochorum, atque laicorum detrimento, contra phas, nephasque; immo nulla omnino neceſſitate exigente, Romam pertrahant: Tribus inſuper eorum generalibus, quos vocant, Cardinalitii galeri dignitatem, innumera, ut fertur, pecunia comparaverint: Non parum timendum eſt, ne non præfati Mendicantium ordinibus ſubjugati, multa ſacrarum virginum; & præſertim ea, ubi ſe ſolos dominari norunt, monaſteria, in quibus Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, ac Civium liberi frequenter vitam vivunt, pecuniis expilent, ac depeculentur, & eis dehinc quibuſcunq; aliis modis, interitus, pernicici, moleſtiarum, variorumq; incommodorum radix atque origo ſint; Interimq; miſerè, captivas moniales, ſub perpetui pœna carceris adigant, ne cuiquã alii, quo ſecum pacto agant, manifeſtent: id quod quibusdam in locis plus nimio, proh dolor, compertum eſt. Quibus verò pharmacis huic morbo mederi poſſit, cogitandum relinquitur: Num præſtaret, quòd virginum monaſteriis, ac Mendicantium ordinibus, in meri ac mixti imperii jurisdictionibus ſitis, quibus hactenus per jurisdictionum magiſtratus, ac poteſtates, nulli præfecti eſſent curatores, ſeu diſpenſatores, duo, ætate, moribus, ac probitate perſpicua præſtantes viri, unicuiq; tali monaſterio ſeorſim præficerentur, qui omnibus eorum communibus computationibus, acceptorum videlicet & expenſorum, intereſſent; quibuſq; curæ eſſet, ne in poſterum prædicta virginalia cœnobia, à Mendicantibus monachis, eorum non neceſſaria præſentia, vel quocunque alio modo gravarentur. Qua una re procul dubio efficeretur, quòd dictorum monaſteriorum annui fructus, cenſus, redditus, indies augerentur: monialium perſonæ in magnum uſq; excreſcerent numerum: & ſic multo meliùs, uberiùs, utiliùs, quàm ſi ipſarum pecunia, vel Romam, vel in alium quempiam locum indecentem, conferatur, ſuſtentari poſſent.

CAP.

CAP. LXXIV.

De Romanorum Pontificum legatis & oratoribus nec non Comitibus, quos vocant, Palatinis.

95. Accidit etiam aliquando, quòd legati & oratores Romani, cum Papalibus, ut vocant, facultatibus, in Germanjam mittantur; qui talium facultatum vigore & prætextu, liberos vulgò conceptos, naturales, Baſtardos, ſpurios, damnato ex coitu prognatos, aliosque, qui contra Chriſti inſtituta, legumq; ſanctiones in mundum editi atque expoſiti ſunt, legitimos efficere, & ad quoſcunque actus legitimos, idoneos reddere; ad ſucceſſiones item cum legitimis & naturalibus liberis habiles facere & admittere; omnium denique ſtatuum ac dignitatum capacitatem tribuere conantur. Cujus tamen rei, in Romani Imperii territorio, nullam omnino habent poteſtatem. Nec parum inde litium, jurgiorum, errorum, controverſiarum, offendiculorumque, in ſacroſancto Romano Imperio oritur; quòd ex non conceſſo coitu concepti, cum legitimè editis ad parem admitti debent ſucceſſionem. Quam rem, ut nimiùm Germanis moleſtam, Imperii ordines, tolli, amoveri, penitusq; aboleri, ſummopere petunt.

96. Pari prætcrea modo à Romana ſede jam dictis Legatis, Vicecomites Palatini ſufficiuntur, ſimili poteſtate legitimandi, ad ſucceſſionem admittendi, & omnia ad inſtar legatorum, quorum jam antè mentio facta eſt, efficiendi, nec non notarios creandi. Qui tamen Vicecomites adeò ſunt inidonei, adeò inhabiles, adeò literarum ignari, adeò denique rerum inexpertes; ut minimum etiam, quod ad notariatus artem pertineat, ignorent. Unde non immeritò ſubſequitur, quòd multo ineptiores, quàm ipſi ſint, creent notarios: ut ſemper dignum, quod in proverbio eſt, contingit patellæ cooperculum. Quod ipſum Imperii Status, abrogari efflictim rogitant. Præſati item Apoſtolicæ ſedis Nuncii & Legati à jurejurandis, pactis, obligationibus, abſolvere: & ſic abſolutos ad agendum de novo reſtituere moliuntur. Qua una re æquitati, fideiq; humanæ nihil eſt adverſum magis.

97. Conantur inſuper beneficia, quæ patronatus juri ſubſunt, conferre: & ſic patronis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus in juribus ſuis derogare, penitusque eos privare: quod etiam meritò aboletur.

CAP. LXXV.

Utriusque ſexus religioſi, in ſuorum monaſteriorum, clauſtrorum, fundationum, aliorumque conventuum commodum, ſuccedunt ſecularibus; quum ipſi viciſſim ab illis ad hæreditates, neque vocentur, neque admittantur.

98. Neque hoc Germanicorum gravaminum poſtremum eſt, quamvis ultimum hîc ſortiatur locum. Mos non ampliùs ferendus, hactenus inolevit, pauloq; altiùs, quàm par ſit, radices egit: videlicet, quòd Monachi, Moniales, Beguttæ, Beghardæ, Nolhardi, Conventus, & quicunque tandem ſunt, qui ſe religioſos, & à popularibus ſegregatus profitentur, parentibus, conſanguineis, agnatis, ac cæteris amicis, in hæreditariis bonis, aliquando in partem, nonnunquam in totum ſuccedunt: At viciſſim eorum cognati, ſeu neceſſarii laici, à prætactis religioſis, ad ipſorum hæreditates adeundas, non ſolùm non vocantur, ſed nec admittuntur quidem. Quod Germanis & grave, & moleſtum; injuſtum etiam, ac non diutius tolerandum onus eſt. Ea propter neceſſariò, ac ſumma prudentia curandum eſt, ut deinceps nemo ſe memoratorum religioſorum votis vel adſtringat, vel addicet, niſi priùs ea de re civiles magiſtratus certiores fecerit: quorum præſentia, auctoritate & conſilio religionem ingredi volentibus, à parentibus & amicis, juxta cujuſque fortunam ac facultates, mediocriter provideri debet, ut habeant, unde commodè in monaſteriis vivere poſſint. Ea tamen lege, eo pacto & conditione; ut omnibus hæreditatibus, omnibusq; parentum, fratrum, ſororum, cognatorum, cohæredum, ac quorumcunq; aliorum ſucceſſionibus renuncient: in animumq; nequaquam inducant ſuum, ſe in poſterum hæreditario jure quicquam ne dum ſperare, tantum abeſt, ut conſequi ſe poſſe putare queant. Idemq; cum his, qui jam olim religioſorum regulis ſeſe ſubjecerunt, fieri à ſacri Rom. Imperii Statibus, & petitur, & cenſetur.

CAP. LXXVI.

Quòd & in proximè habitis VVormaciæ comitiis, de hactenus memoratis gravaminibus, tractatum ſit.

99. Potior item pars, hactenus enumeratorum articulorum, Romanam Sedem, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, Officiales, Eccleſiaſtica conſiſtoria, cæterasq; Eccleſiaſticas perſonas concernentium, Cæſareæ Majeſtati in proximo Principum ac Procerum Wormaciæ celebrato conventu, à laicis Imperii columnis & Statibus, in ſcriptis, non ſine ſupplicibus oblata eſt precibus: quò prædicta gravamina, æquitate, neceſſitateq; ita poſtulantibus, aboleat, atq; è medio penitus tollat. Quod ipſum non clam Archiepiſcopis, Epiſcopis, reliquiſq; Eccleſiaſticorum Statibus, in prædictis Comitiis factum eſt. At hucuſq; nihil vel immutare, vel emendare cœperunt. Eam ob rem ſeculares Imperii ordines, neceſſariò, urgentibusque ex cauſis adacti ſunt, Papali Sanctitati ſuprà memorata, ac non ampliùs ferenda onera, prout ſua Sanctitas, clementi, Chriſtiano, planeque paterno animi adfectu fieri pe-

eri petiit, indicare, atq; ſuppliciter rogare, quo prædicta gravamina ſua Sanctitas emendet, atque è medio tollat.

C A P. LXXVII.

Plura adhuc gravamina ob oculos verſantur, indicatu maximè neceſſaria: quæ tamen brevitatis gratia obmittuntur.

100. Quamvis ſeculares ſacroſancti Romani Imperii ordines, longè graviora, multoq; plura adhuc haberent onera, quæ, æquitate interpellante, indicanda forent: At ne juſtæ brevitatis modum excedere videantur, jam recenſitis hoc tempore, reſervatis aliis in magis commodum tempus, contenti eſſe volunt: Ea ſpe freti, ea fiducia nixi, ubi hactenus enumerata abolita fuerint gravamina, quòd & reliqua unà corruitura ſint.

Peroratio, ac finalis petitio.

Super hæc omnia, omnium ſacri Romani Imperii ſupremæ atq; inferioris conditionis Statuum, ſupplex eſt adhortatio, humiliſq; precatio atq; petitio, qua Sanctitati Pontificiæ ſupplicant: quatenus ſanctitas ſua, omnia prædicta onera ac gravamina, ſedis Romanæ, ac ſæpedictorum cæterorum Statuum Eccleſiaſticorum & perſonarum Eccleſiaſticarum (id quod non ſemel in præcedentibus quoque juſtis precibus poſtulatum eſt) clementer tollere, emendare, abrogareque, & è medio auferre dignetur; ac Archiepiſcopos & Epiſcopos, ſi qua in re per eorum Capitula, gravamina hæc, quò minus emendare, abrogareq; auderent, obligati ſorent, à promiſſione, obligationeque tali, mandatis abſolutoriis, ſeveritatem quandam, ſed eam quidem neceſſariam præ ſe ferentibus, abſolvere, liberareque velit: inq; omnibus & ſingulis his, ita paternè ac gratiosè ſe gerere & exhibere, quòd talia onera atq; gravamina in genere, ſeorſimque, quantocyùs ex radice funditus, ac penitus tollantur, amoveantur, & emendentur. Quod ipſum, & quidem brevi, futurum, curatumq; iri, Sacri Romani Imperii Status laici, vel ob Opt. Maximi laudem præcipuam, & honorem; hinc rei quoque ipſius neceſſitatem atq; æquitatem maximè, quum, ut prædictum eſt, Sanctitas Pontificia per oratorem & Legatum ſuum, ita magnificè, ampliter, ac Chriſtianè ſe obtulerit, Indubiam, certiſſimamq; ſpem animo conceperunt. E regione, ſe Sanctitati Pontificiæ, tanquam obſequentes, morigerosque filios, cæteris quoq; Statibus Eccleſiaſticis, ut in Chriſto fratres, & commembra capitis unius, nimirum Chriſti, ſe devoventes, obligantesq;.

Quòd ſi enumerata onera atque gravamina in præſtituto tempore, non etiam ocyùs ex oculis mortalium ſublata, atque abolita, & abrogata ſuerint (id quod Imperii Romani Status laici futurum minimè ſuſpicantur, augurantur ve) tum Sanctitatem Pontificiam latere nolunt, prædicta urgentiſſima, atque intolerabilia, penitusq; non ferenda onera, diutiùs eos, neque perferre velle, neque tolerare poſſe: Sed rei ipſius iniquitate & neceſſitate, huc eos adigi, cogi, atque compelli, pro eorum captu ac induſtria, de aliis commodioribus fortè viis & mediis cogitandi, veſtigandi, ac conſultandi, quibus tandem modis, qua arte, qua denique ſolertia, onerum atq; gravaminum ſuprà memoratorum, ab Eccleſiaſticis exonerari, liberari, ac tandem in priſtinam immunitatem & libertatem aſſeri, atque vendicari poſſint.

Quemadmodum omnia hæc, priusquam Sanctitatis Pontificiæ orator & Legatus à Normberga ſolviſſet, eidem per modum reſponſi hinc legantis Sanctitati referenda, ad longum ſunt expoſita, atque enumerata: eſſentq; ita in compendium, & quodammodo per catalogum redacta & recenſita, memorato nuncio atq; oratori Pontificio ferenda ſecum Romam tradita; ſi non præter omnium expectationem, abitionem ſuam hinc tantopere maturaſſet, ac inopinatò ita diſceſſiſſet. Verùm ne ob id eò magis Germanorum Principum, Procerum, atq; Romani Imperii Statuum conſultatio & concluſio Sanctitatem Pontificiam ſugere, vel latere poſſent: tandem placuit, onera ac gravamina, quorum non infrequens tum coram agente adhuc Legato facta fuit mentio, per capita, ac ſigillatim ità ſcripta, Sanctitati Pontificiæ transmittere, eandemq; quàm humillimè ac ſuppliciter, pro abrogandis hiſce oneribus, rogare, obſecrareque; ne deteriora contingant.

CAROLI V. IMPER. AUG.

Anno Chriſti 1526.

RESCRIPTUM

AD CLEMENTIS VII. PAPAE CRIMINATIONES, cum Appellatione, & Generalis Concilii indictionis poſtulatione.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino CLEMENTI VII. divina providentia Sacroſanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino Reverendiſſimo;

KAROLVS divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator ſemper-Auguſtus, S. D.

BEATISSIME Pater; Domine reverendiſſime: Eramus profecto in magna mentis noſtræ anxietate, communem totius populi Chriſtiani calamitatem nobiſcum tacite deplorabamus, ob ea quæ à Sanctitate veſtra contra nos, ſtatumque noſtrum, & ſacri Romani Imperii dignitatem

dignitatem moliri audiebamus. Verum hanc noſtram anxietatem mirum in modum auxerunt veſtræ Sanctitatis literæ, quas vigeſimo die elapſi menſis Auguſti, ejusdem Sanctitatis Nuncius XXIII. Junii expeditas, legendas nobis tradidit: Quum nihil de his perſpicere liceat, quam juſtitiæ ſuæ (ut inquit) laudem, noſtræ vero ac noſtrorum cauſæ acerrimam damnationem: arma, bella, minas, cædes, pecuniæ, avaritiæ, & ambitionis ſtudium, regnandi, dominandique cupidinem nobis impingi. Quæ profecto nec verum paſtorem decent, nec noſtræ in Apoſtolicam Sedem, veſtramque Sanctitatem, ac illius dignitatem, devotioni, pietati, ac filiali obſervantiæ convenire videntur. Quinimo ab eo affectu & ſtudio (quo Chriſtianam Rempubl. ab ipſis ineuntis Principatus noſtri annis ſemper complexi fuimus, quo illius pacem, quietem ac incrementum omni conatu concupivimus, ac pro viribus curavimus) prorſus aliena cenſeantur, ac nos talibus afficiant ſpiculis, quod ni honori proprio tacendo detrahere, immaculatamque famam noſtram, tacita objectorum approbatione, lædere velimus, cogimur emiſſa in nos jacula refellere, noſtramque innocentiam purgare, ac ab his calumniis immunem oſtendere.

2. Nos enim, Pater beatiſſime, nobis ipſi conſcii noſtræque etiam conſcientiæ arcanis perluſtratis, nullam objectorum culpam fateri, nullamque horum nobis calumniam aſſcribere poſſumus. Teſtamur enim Deum, nos nihil antiquius unquam habuiſſe, quam V. Sanctitatem poſt illius ad ſacri Apoſtolatus apicem felicem aſſumptionem, velut Chriſti in terris Vicarium, & innata nobis filiali obſervantia colere, & venerari. Quem etiam, dum in minoribus ageret, ſingulari amicitia, & benevolentia continuo complexi ſumus, prout & Leonis & Adriani temporibus Sanctitas V. ſatis experta fuit, univerſoque orbi notum extitit: nullo modo exiſtimantes gradus ac dignitatis augmentum (poſt Deum, noſtrorum etiam aſſiſtentia quæſitum) id poſſe efficere, ut quicquam ab eadem Sanctitate procederet, quod à priſtinis ſuis moribus atq; inſtitutis alienum videretur. Et ſi multa in [illegible]s moliti audiverimus, ut dignitati, æſtimationi ac autoritati noſtræ detraheretur: ut felicitas, poteſtas, & magnitudo regnorum ac Principatuum nobis à Deo Opt. Maxim. collatorum minueretur, & ſi fas eſſet penitus ſupprimeretur: hæc tamen nunquam Sanctitati V. aſcribenda cenſuimus: nec etiam contrarium affirmantibus fidem dedimus, nec ideo minus æquo animo pacis vocem ſemper audivimus, veſtramq; Sanct. ad illam proponendam & amplectendam, velut rectum Paſtorem monuimus, & incitavimus.

3. Semper enim in quacunq; fortuna pacis ac quietis cupidi eſſe ſtuduimus, ad quæ noſter animus ſuapte natura inclinatur. Nec unquam inter Chriſtianos (niſi provocati coactive) bellum geſſimus, neque tentavimus.

4. Quum enim claſſem in hoſtes diſpoſitam haberemus, Menice inſula ad deditionem coacta: majora pro fide Catholica tentaturi, Gallorum arte, & copiis undique cincti, ad propria tuenda reducimur. Veſtræq; etiam Sanctitatis opera & miniſterio, cum Leone X. fœdus percuſſimus, ac pro Apoſtolicæ Sedis, ſacrique Imperii juribus, ac dignitatibus tuendis, ipſius Paſtoris autoritate & impulſu, in Inſubria ac Liguria arma movimus, noſtrumque exercitum Pontificio (cui tunc V. Sanctitas in minoribus agens, munereque legationis fungens, præfectus erat) adjunximus. Quam provinciam profecto, non niſi recta & juſta intentione, pro ipſius Chriſtianæ Reipubl. quiete, proq; Italiæ liberatione non ex cupiditate, ſuſcepimus. Teſtis eſt noſtrorum operum Deus, verus ſcrutator cordium, qui intima perſpiciens à longe cognoſcit, & qui noſtram ob id juſtam cauſam ſemper tutatus eſt: totq; inſignibus victoriis comprobavit ac juſtificavit: teſtis erit Sanctitas Veſt. ſi præteritorum rationem ac memoriam habeat, veraq; in lucem promere libeat. Teſtes ſunt ejusdem Sanctitatis V. miniſtri, ſæpius ad pacis ac induciarum media proponenda tranſmiſſi, qui aperte experti ſunt, nos ſemper, rebus etiam noſtris ſecundiſſimis, quaſcunque honeſtas pacis aut induciarum conditiones ſuſcipere paratos, quibus & honoris noſtri & fœderatorum juſta, æqua ac ſecura non haberetur. Teſtantur etiam hæc multiplicia mandata noſtra, tum Adriani, tum Sanctitatis veſtræ temporibus per nos ad Urbem miſſa, variæq; legationes ad id pro tempore diſpoſitæ ac deſtinatæ, ut nihil à nobis de his quæ ad pacem attinent, ullo unquam tempore prætermiſſum arbitremur. Qui non minus æquæ ac honeſtæ pacis ſtudioſi ac zelatores fuimus ſumusque, quàm injuriarum alacres ac prompti propulſatores, ac etiam, ubi ratio ſuadet, clementiſſimi remiſſores, hilareſque bonorum pro malis, & conviciis retributores.

Papæ non verbis ſed operibus credendũ.

5. Ait veſtra Sanctitas ſe conſciam nihil prætermiſiſſe, quod, vel ad boni, vel ad honeſti Paſtoris officium erga univerſum gregem, vel ad fidelis amici animum in nos ſpeciatim pertineret. Nolumus in hoc Veſt. Sanctit. officium impugnare, nec de illius conſcientia & animo contendere: ſed operibus credere, reliqua Deo perſcrutanda relinquere. Licet autem ſic eſſet, ut ait, id potius divinæ benignitati, cujus gratuito munere id fit, quam humanis viribus aut cujuſpiam induſtriæ tribuendum foret. Eſto quod multa nobis ſecus relata fuerint quæ apertius reſpondendo detegentur.

6. Quod autem Veſt. Sanctit. ſubjungit ſuorum bonorum operum, ſuique erga nos amoris eum exitum conſecutum eſſe, ut & repulſa totiens à benevolentia & conjunctione noſtra, nullum indicium veri amoris apud nos invenerit, ſive eorum artibus & dolis, qui eandem Sanctitatem veſtram nunquam nobiſcum conjunctam eſſe voluerunt, ſive noſtra mente oppreſſionem Italiæ & imminutionem dignitatis Sanctitatis veſtri meditante. Miramur hæc quidem ab ejusdem Sanctitatis veſtræ præcordiis emanaſſe, adeoque intempeſtivè, rei veritate prorſus alienam pronunciationem factam.

ſactam. Non enim ii ſumus, qui bonorum operum ingrati eſſe didicerimus, nec qui pro amore odium ſeu repulſam rependere ſoleamus. Quinimo reciprocas vices potius reddere, ac etiam pro acceptis beneficiis majora dum licet, impendere; amorisq; & benevolentiæ viciſſitudinem abunde referre ſolemus. Nec quippe tantæ imbecillitatis cenſendi ſumus, ut cujuſpiam artibus ſeu dolis à vera conjunctione & amicitia divelli valeamus: ubi perfectus amicitiæ nodus interceſſerit, qui contrario operum laqueo, non diſſolvatur: minusq; nobis oppreſſio Italiæ, imminutioq; Sedis Apoſtolicæ, ſedis dignitatis aſcribi poteſt: qui (teſte Deo) nihil horum tentavimus nec unquam cogitavimus. Verum omnem conatum, omneque ſtudium adhibuimus, ut Italiam liberam ac quietam redderemus, ut Apoſtolicam ſedem in ſuo decore, velut illius protector & defenſor, ſtabiliremus ac ſervaremus: utq; pacata Chriſtiana Repub. communia Chriſtiaoorum arma in perfidos Chriſtianæ religionis hoſtes, communi conſilio verterentur. Ubi igitur oppreſſionis actus non interceſſit, nil ſiniſtri de nobis præſumendum fuit. Cum in dubiis meliorem præſumptionem ſumendam omnia jura teſtentur: quæ etiam neminem ex præſumptionibus damnant, niſi evidentiſſimæ accedant probationes, aut talis eſſet præſumptio, adverſus quam jura probationem non admitterent. Quod profecto hoc in caſu omnino alienum patebit, cum non ſolum nulla nobis talis obſtet præſumptio Juris vel facti, verum omnis ſiniſtræ ſuſpicionis labes, à recta noſtra intentione, noſtrisque operibus omnino abeſſe videatur. Nec quippe hanc noſtram lynceram mentem, noſtramque æſtimationem lædere potuit Mediolanenſ. ſtatus, per noſtri exercitus duces captus, &, ut ajunt, occupatus. Hanc enim technam (omnium recte ſentientium judicio) repellendam curabimus, dum ſuo loco de ea re V. S. objectis particularius reſpondebimus: omnem rei geſtæ ſeriem non palliatam, non obumbratam, ſed mera veritate ſuffultam, aperte ac palam differentes, ab omnibus recti judicii capacibus videndam, inſpiciendam, ac recto intellectum oculo judicandam.

7. Si igitur ex his Sanct. Veſt. ſe compulſam, ut ait, prætendat, ad ea conſilia a quibus & natura & voluntate ſemper abhorruiſſe ſe aſſerit, idq; ſerius actum dicat quam plurimarum rerum indignitas, aut honoris ſui, & publici Italiæ boni ratio poſtulabat, arma ſcilicet capere, quæ & juſtitiæ, & Italiæ libertati, & ſibi ipſi poſſunt eſſe præſidio, videat quæſo S. V. quibus fundamentis moveatur: conſideret an hæc paſtorali congruant officio: an hic ſit gladius per V. Sanct. evaginandus exercendusque, quem Chriſtus in vaginam potius recondendum cenſuit, & qui etiam in hoſtes fidei ab ipſo Chriſtiani gregis paſtore regulariter exereeri prohibetur. Animadvertat V. S. an ex his honoris ſui aut publici Italiæ boni ratio habeatur? an hæc juſtitiæ conveniant? an Italiæ libertati ſeu quieti conſulatur? an potius ex oppoſito ſugilletur ſummi Paſtoris honor & autoritas, Injuſte agatur cum ipſo Apoſtolicæ ſedis protectore ac defenſore, turbetur Chriſtiana Reſpubl. univerſæque eccleſiæ ſtatus: Incendatur ignis qui tam facilè extingui nequeat: ut tandem Chriſtianorum viribus debilitatis, hoſtes perfidi, velut lupi rapaces pedetentim Chriſtianum abigant gregem, Novique errores indies pullulent, ac demum hæreticorum dogmata magis atque magis invaleſcant, Chriſtianæ quoque religioni irreparabile afferant detrimentum.

Gladius politicus Papali officio non congruit.

8. At proteſtatur S. Veſt. in ipſo exordio id non offendendi cujuſpiam cauſa, ſed tuendi ac conſervandi honoris officiiq; ſui. Sancta quippe hæc proteſtatio, ſi per contrarium non tolleretur ac inefficax redderetur, ſi in ipſis defenſionis terminis ſtaretur, nec ad ea quæ offenſionem ſapiunt tranſitus fieret. Qualiter enim defendendi cauſa parantur arma, ubi nullus eſt offenſor, qui V. Sanct. illiusque honorem aut dignitatem lædat? quam pòtius, ſi offenſa apparuiſſet, omni conatu totisq; viribus tueri ac protegere ſtuduiſſemus: nil antiquius in animo habentes quam ea in Apoſtolicam ſedem officia exhibere, quæ ad officium Chriſtianiſſimi Imperatoris pertinent, quæve Imperiali congruunt dignitati. At ſi (ut ipſa S. V. proteſtatur) defendendi duntaxat erat animus, cur priusquam proteſtatio illa in lucem prodiret ad manusque noſtras ſcripta veſtra pervenirent, tenta eſt offenſio in ſtatu Mediolani, ſacri Imperii feudo? Laudenſi civitate occupata & à noſtrorum (nil tale cogitantium) manibus erepta? Cur Veſt. S. ac fœderatorum copiis & viribus, nulla etiam præcedente monitione ſeu diffidatione exercitus noſter apud Mediolanum, non impune tamen, impeditur ac invaditur? Hæc ſi defenſionem an potius apertam offenſionem ſapiant lippis etiam pateret. Verum Veſt. S. hanc notam putans evadere, longam exorditur tragœdiam narrans quæ ſuo congruunt propoſito, his tacitis, quæ magis ad veram rei ſeriem diſcernendam facere videntur. Unde altius repetendo tota facti ſeries in lucem prodeat: liceatque ûnicuique animi noſtri ſinceritatem inſpicere.

9. Si ea quæ S. V. nobis, rebusque noſtris, dum in Cardinalatu etiam officia præſtitit, animadvertamus, id quippe anteceſſiſſe dignoſcitur, quod vita functo Maximiliano Cæſare, avo noſtro paterno felicis recordationis, dum is vivens cum Sacri Imperii Electoribus fundamenta jeciſſet quibus eidem, in Imperio ſucceſſor effici poſſemus, cumq; cum Gallorum rege, qui filiam ſuam nobis ſpoponderat, fœdere arctiſſimo juncti eſſemus, ut & nos filium nuncuparet, nilque ab eo, quod ab paterno amore alienum ſeu indignum videretur, prodere putaremus, his taliter ad Imperii aſſecutionem allectus incitatusque extitit: ut etiam cum taxatione perſonæ propoſita inhabilitate ipſius Imperialis dignitatis capeſſendę, conatus fuerit variis modis Electores inducere, ut illum eligerent, Imperatoremque deſignarent (quod non ad ipſius Gallorum Regis promotionem tentatum extitit, ſed ut per ejuſmodi Galli concurrentiam utroque noſtrûm excluſo, ſoluto fœdere tertius ſubintraret minori potentia præditus cui potius imperaretur quam impetare poſſet) nihil prætermittendo, ut ab ipſius Imperii adeptione penitus excluderemur. Et cum hujusmodi conatus irriti facti forent, viciſſetque ſacri

Imperii Electorum virtus, qui nec vi, nec metu, nec ullis artibus dimoveri pot[illegible] flante Spiritu, ab omni præambula promiſſione prius liberati, unanimi omnium [illegible] diſcrepante, eorum electionis vota uniformiter in nus contulerint nosque Imperato[illegible] re deſignaverint. Quam quidem electionem non tamen voluimus prius acceptare, quam [illegible] nis Summi Pontificis. V. S. patruelis conſenſus & auctoritas accederet, cum ea diſpenſatione, [illegible] Imperio nobis etiam Neapolitanum regnum retinere liceret, lege inveſtituræ * minime [illegible]

* al. nunc teſt

Papæ conatus Imperium ad Gallum transferendi.

10\. Hinc nova cogitantur media, ut ipſius Imperii ſacri dignitas illudatur & illius autoritas [illegible] matur viresque noſtræ minuantur. Præter id tamen quod tentatum extitit ex literis & nunciis, [illegible] practicis, ut noſtra coronatio apud Aquisgranum differretur impediretur ve, ac inde Wormaci[illegible] conventus protelaretur, ſeu potius inutilis ineffieaxq; redderetur, fuit etiam organo ac medio Al[illegible] ti Pii Carpen. Comitis, non ſine V. San. miniſterio & opera ut fertur) percuſſum fœdus inter Leone[illegible] & Gallum: quo etiam de auferendis à nobis utriusque Siciliæ regnis, deque protectionibus pot[illegible] tuum ac civitatum Italiæ inter ſe dividendis, Imperioque Italico penitus uſurpando, ſeu verius [illegible] vando & ſubvertendo agebatur: prout hæc ex nonnullis interceptis literis, quas originaliter in [illegible] noſtra ſervamus, liquide conſtare poterit. At quum Gallus Rex hujus ſpe fœderis fretus, cup[illegible] ſuæ ditionis fimbrias ampliandi, violato fœdere quod prius nobiſcum inierat, per Robertum de M[illegible] cha, rebellem ſubditum noſtrum, ad ipſius Gallorum regis ſtipendii conductum, arma in domi[illegible] ſtra Galliæ Belgicæ moviſſet: ipſiusque Galliæ Regis duces & milites, in Italia agentes, etiam [illegible] Apoſtolicæ ſedis dominia tunc poſſeſſa, urbem ſcilicet Rhegium, clanculum occupare conati [illegible] ſint: fatemur tunc Sanct. V. opera divum ipſum Leonem, Gallorum amplitudinem magis quam [illegible] ſtr[illegible] potentiam perhorreſcentem, de ipſorumque fide hæſitantem, in partes noſtras adductu[illegible] nobiſcumque fœdus iniſſe quo ſuam Sanctitatem, in ſua Apoſtolica dignitate tueri, & Rom. [illegible] ſiam ante occupatam per Gallos reſtituere & redintegrare, nec non illuſtrem Franciſcum SFor[illegible] in paternum ſolum & ſtatum a rege Gallo detentum reducere convenimus. Quod quidem adeo [illegible] animo ſuſcepimus: poſtergatis oblitisq; anterioribus geſtis, in ſtatus, honoris, ac dignitatis n[illegible] præjudicium molitis, ut nil aliud putaremus quam duo orbis luminaria, V. San. opera adeo inſep[illegible] biliter conjuncta cenſeri, ut inde mutua horum correſpondentia, orbis univerſus illuſtrari poſſ[illegible] ad perpetuamque unionem reduci. Hoc itaque fœdere freti cum ipſius divi Leonis copiis noſtris adjun ctis, & ut antea retulimus ſub Veſt. Sanctitatis præfectura & legatione per nos actum executumqu[illegible] extitit, ut Parma, Placentia eccleſiæ reſtitutis, ipſoque illuſtri Franciſco SForciæ in paterno ſolio ſta bilitu, Galli, etiam non ſine magna ſtrage ducum noſtrorum, virtute illuſtrium videlicet Proſperi Columnæ Marchionisque Piſchariæ ac aliorum noſtri exercitus ducum & militum ab Italia omnino expulſi fuerint. Et hæc ſunt quæ Leonis tempore Veſt. Sanctitas pro nobis egit. Quæ tamen non ita paſſim irremunerata fuere. Cum & ipſa Romana eccleſia ſuum ex his auxerit patrimonium, non ſolum Parmæ & Placentiæ recuperatione, ſed etiam novi cenſus onere regno noſtro Neapolitano injuncto, Veſtraque S. (quod non improperandi cauſa ſit dictum) aureorum x. milium penſionem annuam ſuper Metropoli Toletana, noſtra quidem liberalitate obtinuit.

11\. Quid autem Adriani tempore geſtum fuerit, diſſeramus. Novit S. V. quibus tunc favoribus Adrianus in ejus gratiam ſuſcepiſſet Cardinalem Volaterranum Veſt. S. æmulum acerrimumq; adve[illegible] ſariorum, quot illius artibus & mediis in V. S. caput moliretur, ac qualiter eandem V. S. a Florentinæ reipub. adminiſtratione excludere conabatur. Novit etiam, nos ita ſuarum rerum ſuæq; familiæ ac ipſius reipub. Florentinæ protectionem ac patrocinium ſuſcepiſſe, etiam cum ſtatus ſui ac ſuorum nepotum incremento, ut hic Adrianus ipſe, noſtro favore, noſtrique intuitu, non ſolum Veſt. S. in gratiam tunc ſuſceperit, verum tanta gratia proſecutus fuerit, ut nihil in rebus ſtatus, qui alicujus momenti cenſerentur, Veſt. Sanctitate inconſulta, tentaret. Hincque Volaterranus S. V. adverſarius cum indignatus nonnulla cum Gallis (ſuis interceptis literis) moliri videretur. Adriani juſſu capitur in vincu ſaque conjicitur debitas pœnas daturus, ni Adriano morte prævento, autoritate ſacri Cardinalium collegii, pro novi Pontificis electione liberatus fuiſſet, & inde electione facta eorundem Cardinaliũ intuitu a V. Sanctitate veniam obtinere meruiſſet: licet paulò poſt dies ſuos clauſerit extremos. Non diffitemur tamen, ipſo Adriano vivente, poſtquam in illius gratiam S. V. reducta extitit, illius operam non modice frugi nobis fuiſſe, in alliciendo eundem Adrianum ad fœdus illud defenſivum, quo medio Galli iterum in Italiam redeuntes Mediolanumque obſidentes, fœderatorum præſidiis den[illegible] victi repulſique fuere. Quod & ſi in Veſtræ Sanctitatis Pontificatu fuerit executum, id tamen ſub v[illegible] xillis & copiis ejusdem Adriani, in vimque præambuli fœderis actum extitit. Quod V. Sanct. opus manuum ſuarum deſpiciens (novus homo factus novaque dignitate aſſumpta) nequaquam appr[illegible] bandum ſeu innovandum cenſuit: licet ipſius fœderis executionem, in qua cæteri fœderati tunc [illegible] initer inſiſtebant, concurrentibus etiam Venetorum copiis, Veſtra Sanctitas, prout ratio ſuadeb[illegible] nequaquam impediendum cenſuerit: quum & ſi præſidia eccleſiæ eo tempore ceſſaſſent non [illegible] minus noſtrorum victoria in manu eſſe videbatur.

12\. Non tamen ob id S. Veſtræ auxilia atque conſilia tunc præſtita parvipendenda cenſemus [illegible] rum pro his & gratias tunc egimus & adhuc agimus, ſimulque nos V. Sanctitati debere, & obnox[illegible] eſſe profitemur: qui etiam vices non ſolum reciprocas, ſed & multiplicatas & longe majora præſt[illegible] ſi caſus ſe obtuliſſet Veſt. Sanctitati ipſique Apoſtolicæ Sedi pro illius rutela & augmento, ſemper [illegible] hibere parati fuimus, & ut filius patri correſpondere: à quo etiam propoſito quicquid in no[illegible] fa[illegible]

ſug

[illegible], nequaquam animum noſtrum alienatum [illegible] ſumus, niſi [illegible] occupandis noſtris viribus, ad rerum noſtrarum tutelam ac defenſio-[illegible] moderatè ſumpturi ſumus, ut ab offenſionis limitibus, quantum fas fuerit, [illegible] videatur. H[illegible]m moderatum temperamentum nos Chriſto, cujus V.S. vices in terra gerit, [illegible] re profit [illegible]

Papæ [illegible] debet imperator armis defenſivis non offenſivis.

13. Reprehendit V. Sanctitas, quod non fideli conſilio exercitus noſtri duces in Galliam tranſive-[illegible] ferens quod ex eo intempeſtivo (ut ait) tranſitu, ſucceſſerit celerior & craſſior in Italiam Gallorum irruptio, rege maximi nominis exercitum ducente: ac urbis opulentiſſimæ Mediolani ab illis [illegible]ceptio. Nos, Beatiſſime Pater, nec excuſamus illius tranſitus conſilium nec impugnamus. Id [illegible]en nobis inconſultis actum non extitit, qui id nulla juſta ratione negare potuimus. Illuſtri conſanguineo noſtro Carolo duci Borbonii, Anglicis etiam præſidiis freto, pro ſui ſtatus recuperatione, [illegible]o, eo quod noſtris ſe addixit obſequiis, privatus extiterat. Durum enim ac prorſus inhumanum viſum fuiſſet, ſi eo duce, vicesque noſtras in Italiam agente, obtenta de communi hoſte victoria, ejectisque inde Gallis, victricia arma eidem denegaſſemus ob rerum ſuarum noſtri cauſa, ut prætendit, occupatarum conſecutionem, ubi potiſſime ex eo exercitus noſtri in Galliam tranſitu, Italia quietior [illegible] liberior remanere videbatur, à militum quoque gravaminibus & inſolentiis, quibus plerunque victores milites uti ſolent, magis exonerata & exempta reddebatur. Sed cum aliter res tunc ſucceſſerit, quam putabatur, non quidem noſtra, ſed ducum culpa, ſed belli ſorte ita ſuadente, ut victoria quæ a Deo eſt, non ita paſſim pro voto hominum valeat obtineri, valuit ſaltem ducum prudentia, audacia ac magnanimitas in reducendo oportuno tempore, exercitum illæſum in Italiam, quo ipſorum Gallorum Regis impetus compeſci poſſet, illiusque conatibus obſiſti. Qui profecto (ut a fide dignis nob[illegible] relatum extitit) à V. S. ejusque miniſtris ad id fuit perſuaſus & incitatus (quod tamen pro certo non habemus, nec ita paſſim credendum putavimus) eam provinciam belli Italici tam acriter impetuoſeque tentavit, ut favente altiſſimo juſtæ noſtræ cauſæ defenſore victus, cum maxima ſuorum clade nobis per Viceregem noſtrum Neapolitanum captivus ſit redditus: & inde à nobis ſub conditionibus V. S. notis, liberatus.

14. Excuſat V.S. quod cum duces noſtri de defenſione illarum regionum ſpem totam poſuiſſent, ac de earum inſuper, quæ noſtræ erant propriæ periculo commoverentur, eademq; V.S. in magno etiam ſuarum rerum metu eſſet, ejus conventionibus occurrere coacta fuerit imminenti periculo, quas ait nos optime noſſe. Nos tamen earum conventionum veram noticiam habere non poſſumus: quæ nobis ſunt inſciis tranſactæ, quasq; nunquam vidimus ſeu legimus: quæ etiam miniſtris nunquam oſtenſæ fuere in ipſorum Gallorum relatione ſtare vellemus, qui aliter rem geſtam ajunt, quam S. Veſt. ſuis nunciaverit. Volumus nihilominus potius V. S. aſſertioni confidere. Recolimus enim dum eadem Sanctitas nos de hujusmodi conventionibus (rebus adhuc ſub ancipiti Marte laborantibus) ſuis literis monuiſſet, aſſerens nil inde eidem Sanctitati quæſitum quam fidem & ſecuritatem, id exigente, ut ajebat, neceſſitate, eliciens inde futuræ pacis auſpicium. Cum ipſa S. de conſueto ſuo erga nos animo & voluntate nihil omnino remiſiſſe aſſeveraret, cepimus tunc hæc in benigniorem partem V. Sanct. culpam nequaquam arguentes: nec de ejusdem, ut ajebat, erga nos animo & voluntate diffidentes. Id enim potius quorundam ſuaſionibus tribuendum cenſuimus, qui vires noſtras ſua detractione deprimendo, hoſtium potentiam extollendo V. Sanctitati ſuaſerit res noſtras in ſummo diſcrimine conſiſtere, hoſtiumq; vero robur, in excelſo culmine florere. Sic priſtinam V. S. voluntatem in quandam depictam neceſſitatem transformantes: licet re vera nulla urgens neceſſitas ſubeſſe videretur. Nec tanta erat in ipſis noſtris exercitus ducibus deſperatio, aut trepidatio, prout S. V. inſinuabant illius fœderis autores, qui S. V. terrere ſtudebant, quod ex ipſo rei exitu ſecuta victoria clarius enituit. Ex qua potius quam quod ex eo fœdere pacis auſpicium ſumendum videbatur in quorundam malignantium artes ſuis potius paſſionibus & cupiditatibus, quam ſaluti reipub. incendentes, ſanctum id opus perturbaſſent.

15. Commemorat V.S. quæ ſibi fuerat cura, quæ cautio rerum noſtrarum, aſſerens tunc rebus noſtris nihilominus non minus quam propriis caviſſe, Gallorum tranſitum in regni noſtri fines multis rebus remoratum fuiſſe. Merebatur quidem noſtra in S.V. devotio, ut Sanctitas ipſa tali officio fungeretur. Idque expoſcebat reipub. ſalus, ne uberior ignis incenderetur, licet ex ipſo affecto potius potuerit Gallos ipſos tunc aliquandiu in itinere detentos, ut à ſacri Imperii civitatibus Lucenſi & Senenſi pecuniam ac tormenta ad bellum contra nos & regnum noſtrum diſponendum extorquerent: ut quietum ipſius Senenſis civitatis ſtatum tunc perturbarent: Tyrannos intromitterent, ac pro eorum voto civitatis gubernium mutarent: eam civitatem à ſacri Imperii devotione omnino divertere ſatagentes. Novas interim copias in terris ac patrimonio Rom. eccleſiæ ex ipſis pecuniis ab imperialibus civitatibus extortis, congerentes: quibus ad regni noſtri invaſionem inimicitiores ac potentiores eſſe poſſent: nec ta[illegible]acerat in his urbanitas, ut ab ejusmodi invaſione diutius remorari ſeu retrahi poſſent, ni Deus Opt. Max. victoria apud Ticinum collata, eorumq; rege captivo tantum terrorem incuſſiſſet: ut non amplius de invaſione, ſed potius de eorum ſalute, & fuga cogitare viſi fuerint.

Luca & Senæ civitates Imperiales.

16. Sed ait V.S. quod ſi ſocietatem eorum ſequi voluiſſet, maxima eidem præmia non ſolum non proponebantur, ſed etiam parata eſſent. Atqui quæ ratio, quæ juſta cauſa, quis honeſtus color Veſt. Sanct. directum ejus feudi dominum, movere debuiſſet ad juvandum invaſionem contra proprium feudatarium nil tale merentem, nec tale facinus cogitantem, abſentemq;, nec monitum, nec impe-

titum, nec de aliqua ju[illegible]btrahendi [illegible] udum [illegible] ictum. Teneba[illegible] feudi tanquam directus illius dominus, potius nos in feudo tueri, quam inva[illegible] ſe ſocium invaſionis præſtare. Eodem enim ordine quo tenetur V[a]ſſallus pro[illegible] eodem ordine tenetur dominus vaſallum in feudo tueri. E[x] ex quibus cauſis [illegible] tit, ex eisdem cauſis dominus directa proprietate feudi, illiusque di[re]cto domi[illegible] ipſius feudi natura, ut ultro citroque oblationem pariat. Facile quidem fuiſſet [illegible] ac ad defenſionem non paratum, nil tale metuens aggredi, & forſan in parte oc[illegible] licuiſſet, an hæc paſtorali officio conveniſſent: cogitet S. V. Quæ enim præmia o[illegible] Chriſti Vicarium ad tam immane facinus induxiſſent? Sanctius itaque tunc conſu[illegible] S. ut præmiis illis neglectis non attentaret, quod forſan pro voto non ſucceſſiſſet, nec [illegible] ptumve conſummari potuiſſet. Sicque merito (ut inquit S. V.) plus apud eam valuiſſe [illegible] citiæ noſtræ merita, quam præmium ullum. Verum & ſi meliorem præſumptionem ampl[illegible] veh[illegible] nilque de intrinſecis Sanctit. Veſt. cordis judicare præſumamus, quod vero Chriſti Vicario non [illegible] grueret: non tamen pro comperto habemus, quid ceſſante victoria S. V. actura fuiſſet, quæ jam fu[illegible] cipiti Marte ſtatim Mediolanum colore ſequeſtri, ac depoſiti a noſtrorum ducum manu & prot[illegible] ne eripere: ac in ſua poteſtate, quamdiu de pace tractaretur reponere, & reducere conabatur. [illegible] etiam, ut ad id nos ac duces ipſos noſtros cogeret, illorumque vires minueret, a[c] ne[ce]ſſitatem [illegible] ecret, aſſerens anteceſſoris fœdus ſucceſſorem non ligare. Curavit (ut ajunt) non ſolum Floren[illegible] rum aliorumque potentatuum præſidia, qui ex Adriani fœdere ad contributionem def[en]ſivam te[illegible] bantur ſubtrahi & denegari. Verum & ſi noſtrorum Venetorum præſidia, ad quæ partic[u]lari [illegible]d [illegible] tenebantur, ſuſtuliſſe dicitur, his ſuadendo ne ſuas copias, ut tenebantur, noſtris jungeren[t], ut ſic [illegible] ſtri, omni fœderatorum auxilio deſtituti priusquam in campum prodirent, hoſtesq. adorirentur [illegible] acti fuerint, non ſine ſummo labore, & noſtris ac Sereniſſimi Archiducis fratris noſtr[i] impenſi[illegible] vas tum equitum tum peditum copias ex Germania adducere, & cum his exercitum noſtrum a[illegible] quo bellum aggredi ſperatamque victoriam nanciſci poſſent.

Papæ ſimulata amicina & tempori ſervitus.

17. Subdit eadem Sanctitas, quod ſequuta noſtrorum victoria contra Gallos, cum omnis ſib[i] ſublata contentio videretur, ſine cupiditatis & partium ſuſpicione, nobis etiam fœderis vinculo hærere poſſet: magnumque in nobis Italiæ beneficium & Chriſtianitatis totius poſitum arbitraretur non ſolum fœdus firmavit, ſed quo noſtri duces egentes pecuniæ exercitum alere ac ſuſtinere poſſ[e]nt centum illis dederit ducatorum millia, conditione appoſita, ut ſi de fœdere aliqua nobis dubitatio [o]riretur, illæ Sanctit. Veſt. pecuniæ reſtituerentur. Fatemur quidem, Pater Beatiſſime, Victoriam illam omnem ſibi contentionem merito ſuſtuliſſe: ſineq; cupiditatis (à qua ſemper fuimus alieni) partium ſuſpicione, cujus nulla ſuberat cauſa nobis hærere potuiſſe: omnique ratione arbitrandum fuiſſe, ea in re totius Italiæ ac Chriſtianitatis beneficium impoſitum: ni zizaniæ ſeminator, [e]ius fructum ſuffocaſſet. Diffitemur tamen eam in fœdere conditionem appoſitam, quod ſi dubitatio oriretur, pecuniæ noſtræ ducibus ſolutæ Veſt. Sanct. reſtituerentur. Quandoquidem ipſius rei geſtæ ſeriem longe aliter ſe habere conſtet, nec de tali conditione ulla in ipſo fœdere mentio facta appareat, verum in quodam articulo ſeparato & à capitulis fœderis penitus excluſo, enarretur. Quod cum Veſtra Sanctitas ad ſatisfaciendum exercitui noſtro, in Italia exiſtenti civitatesque & oppida Sanctæ Romanæ eccleſiæ ſubjecta, ac oppreſſionibus, militum ſublevanda, ſalutem & tranquillitatem Italiæ cuſtodiendam, ſummam pecuniæ inter Veſt. Sanct. noſtrosque oratores expreſſam, ſuo & [E]xcelſæ Reipub. dominorum Florentinorum nomine ſe ſoluturum promiſiſſet, pie pro tunc ad ſexaginta millium ducatorum auri aſcenſuram. Oratores noſtri eidem V. S. ſub juramento promiſeru[n]t quod caſu, quo fœdus cum ipſis noſtris oratoribus percuſſum, & capitula in ipſo fœdere contenta, non approbaremus, non ratificaremus, omnis ſumma pecuniæ, quæ per Veſt. Sanct. ac per dominos Florentinos ſoluta fuiſſet, eidem Sanct. & Florentinis integre reſtitueretur: cum ea adjectione, quod donec reſtitutio integre & plene facta foret, fœdus interea, & omnia ipſius fœderis capitula, ad unguem obſervarentur. Quum itaque fœdus ipſum, ac ſingula capitula in eo fœdere comprehenſa, quamprimum ad nos delata fuere rata & grata habuerimus, noſtræque ratificationis literas, cum ipſorum capitulorum fœderis inſertione in forma debita expeditas Veſtræ Sanctitati exhibere [fe]cer[im]us: qu[illegible] & vidit & legit, & palpavit, & dando ſuas reciprocas retinere potuit. Juſtificare ergo non poteſt, quin purificata fuerit per nos conditio illa, qua deficiente reſtitutio pecuniarum erat fienda. Quæ q[ui]dem conditio, & particularis conventio, prout illius verba ſonant, nequaquam nos urgebant, ad [illegible] extrinſecus a fœdere aut ſeparatim geſta vel tractata. Quinimo potius, & ſi pecuniar[u]m locus eſſet reſtitutioni, cujus tamen contrarium oſtenditur, ſervandum tamen erat fœdus. Interim à quo[,] [ju]xta ipſius ſeparati articuli ſeriem, ſine pollicitorum violatione recedi non potuit, nec ad contraria fœdera licite devenire valuit. Sicque ſatis erroneæ, & [(]ſalva pace ſit dictum) præter veritatem reſ[illegible] quod idem fœdus non plene à nobis acceptum, nec probatum fuerit, qui & plane & integre, ut præfertur, omnia in fœdere contenta probavimus, rataque habuimus, nil penitus de contentis in eo, [illegible] etiam [ſy]llabam aut literam mittentes. Quod ſi veſtra S. hujuſce noſtræ ratificationis literas rec[illegible] ſuasq; reciprocas (ut par erat) tradere renuit: ni ſimul traderetur ratificatio duorum articulor[um] de quibus extra ipſum fœdus pe[r] [illegible]ipta particulari[illegible], nobis tamen inconſultis ſeparatim & ad p[illegible] [illegible]ctatum fuerat. Ad quorum approbationem & ex vi fœderis (ut præmittitur) aſtringeb[a]mur. N[illegible] quod culpæ noſtræ aſcribi valeat, ſi [f]œdus [i]llud minime obſervatum: ſed potius inde violatū exti[illegible]

Ab hac enim culpa & labe omnino alieni ſumus: & ut id plene liqueat, placet illorum duorum articulorum extrinſecus tractatorum ſubſtantiam referre: cauſaſque differere: quibus non ita paſſim per nos approbandi viderentur.

18. Ex his enim duobus articulis ſeparatis, alter ſalem in ſtatu Mediolanen. diſtribuendum, cum id à noſtris oratoribus ſua S. expoſceret: ut, juxta fœdus per nos cum Leone percuſſum, curaremus cum duce Franciſco Sforcia, ſal eiſdem modis & conditionibus à ſede & Camera apoſt. recipi. Noſtriq; oratores ad id reſpondiſſent: non eſſe amplius nobis jus utilis dominii ducatus Mediolani, prout ante fuerat cum Leone, data jam per nos eidem duci inveſtitura, ſicque rem cum ipſo duce neceſſario dicendum eſſe. Ipſi autem oratores noſtri, non expreſſo quod id noſtro nomine agerent, ſimpliciter V. S. medio eorum juramento promiſerunt quod illuſtris Vice-rex curaret, ut illuſtris dux Mediolan. cum Veſt. Sanctitate pro hujuſmodi ſale conveniret. Si igitur hæc promiſſio, quæ non niſi factis tertii pollicetur de ipſo que tertio, nil ultro promittit: quod tertium illum curaturum, ut dux ad concordiam veniret, nil certi decernendo nos urgere videatur: ut hanc promiſſionem præciſe ratam habere debeamus. Ita, ut ſine ea fœderis per nos approbati & ratificati obſervantia evaneſcat. Judicet id quicunq; mentis compos, quandoquidem noſtra ſententia, & ut peritorũ conſilio freti, didicimus: nos nequaquam ad ipſius promiſſionis obſervantiam aſtricti cauſaremur, Reſpondimus tum in hoc modeſtius V.S. quod ſi hujuſmodi Sanct. Veſt. deſiderium nobis prius innotuiſſet, quod de ipſa ſalis diſtributione in ſtatu Mediolani ad opus ſereniſſimi archiducis, fratris noſtri, cum ipſo Illuſtri Franciſco Sforcia, transactum eſſet, noſtram libenter operam navare ſtuduiſſemus, ut S. V. hujuſce voti compos fieret. Verum & ſi fratri deeſſe non poſſemus, nos tamen cum eo curaturos, ut mediante aliqua honeſta recompenſa pecuniaria, ipſe frater noſter, jus hujuſmodi diſtribuendi ſalis: V.S. ad illius vitam concederet. Id enim æquum & juſtum videbatur, ne jus illud, quod eidem fratri noſtro, pro recompenſa præſidii per eum præſtiti ad defenſionem ſtatus Mediolani, deficientibus viribus ac copiis, Veſtræ Sanctitatis, aliorumque fœderatorum, eidem infructuoſum redderetur.

19. Alter verò ex his duobus articulis id continebat, quod ad tollendam difficultatem, quæ inter Sanct. V. & nos incidere poſſet, ſuper controverſia Mutinæ & Rhegii, offerebant noſtri oratores ut Veſtra Sanctitas conſequeretur utile ipſarum civitatum dominium ſuperioritatis & directi dominii, jure nobis ſemper ſalvo, ita ut S. Veſt. extunc recognoſceret, & acceptaret hujuſmodi directum noſtrum dominium ac ſuperioritatem · veſtraq; S. nobis aut agentibus noſtris, centena millia ducatorum aureorum (poſt recuperatam poſſeſſionem eorum quæ illuſtris dux Ferrariæ à tempore obitus Leonis eccleſiæ ſubtraxerat) perſolvere deberet. Huic propoſitioni & oblationi reſpondebat Veſt. Sanct. pro ſe & ſede Apoſt. hujuſmodi oblata acceptare, prout proponebantur, excepta ſuperioritate & directo dominio noſtro: ſupradictis civitatibus Veſt. S. recognoſcere renunciavit, ne juribus & ſuperioritati ab Apoſt. ſede prætenſis, præjudicium fieret. Offerente tum V.S. ſe contentam eſſe, ut ipſius ſuperioritatis controverſia videretur & decideretur infra tres menſes tunc proximos per V.S. & illius Vice-regem, aut alios qui ab utraque parte ſimul eligerentur. Et ſi hujuſmodi ſuperioritas nobis adjudicaretur, Apoſtolica ſedes recognoſceret prout ab agentibus noſtris fuerat propoſitum. Si vero Apoſtolicæ ſedi adjudicaretur, V. Sanct. ex ſua liberalitate & ex eo amore quo nos proſequi profitebatur, nobis condonaret recompenſam de qua deberemus eſſe contenti. Hanc Veſt. S. reſponſionem & oblationem ipſi noſtri agentes, ita demum acceptaverunt, ut ſalva nobis eſſent omnia Jura ſuperioritatis & dominii directi in ipſis civitatibus competentia pertinentia, quibus ob talem acceptationem præjudiciũ afferre non prætendebant. Conſentientes nihilominus, de hujuſmodi juribus cognoſci, modis & formis per dictam V.S. propoſitis. Si hæc igitur tam difformiter tam irreſolute extra fœderis capitula deſcripta in ea eſſent forma, quæ vel ad nos ad ratihabitionem (quam noſtri noſtro nomine non promiſerant) obligaret, vel in nos actionem pararet, qua ad id urgeri poſſemus, nulla accedente valida ſtipulatione nec pacto firmiter veſtito, ubi etiam tempus deciſioni præfixum illum impoſſibile redderet: conſulat in his V.S. peritos & comperiet nos, nec ad hujuſmodi ratihabitionem particularem aſtrictum, nec ex hujus defectu percuſſi nobiſcum fœderis, & per nos indifferenter ac plane approbati, obſervantiam fuiſſe deferendam, nec contrario fœdere fruſtrandam ſeu irritandam. Ut tamẽ moderatius cum V.S. pro ſua perſonæ qualitate ageremus, oſtendimus ea quæ per noſtras orationes in hac re tractata fuerant, nequaquam in noſtra poteſtate conſiſtere. Qui nec Imperii juribus præjudicare nec jus tertii auferre deberemus, nec in noſtra eſſet poteſtate illum ducem Ferrariæ urgere ad reſtitutionem petitorum, niſi is armis offenſibilibus coerceretur, qui ſe Imperii vaſallum profitebatur, & ea quæ reſtitui petebantur, de S. Imperii feudo tenere recognoſcebat, durumque videretur pro ea re bellum in Italia inſtaurare. Supplicavimus ergo V.S. ut pro Italiæ quiete, & ne inde novi motus ibidem cauſarentur, dignaretur eadem Sanctitas Veſtra conſentire, ut res ipſa, aut per juſtitiæ tramites, aut per compoſitionem amicabilem cum ipſo duce Ferrariæ fiendam, terminaretur. Et cum hujuſmodi oblata Veſt. Sanct. non placuiſſent, ſuperveniente poſtea Reverendiſſimo Sanctitatis Veſtræ Legato, Cardinali de Salviatis, apud nos tranſegiſſe, ut Veſt. Sanctitatis mente percepta, non recedentes à recto juſtitiæ tramite, cupientesque nihilominus quantum fas eſſet Veſt. Sanctitati gratificari, obtulimus eidem nos operam daturos cum effectu, quod ſine præjudicio jurium Sacri Romani Imperii, ſeu alterius cujuslibet, poſſet Sanctitas Veſtra dum ſibi expedire videretur, ſine cujuſpiam reſiſtentia, ſineque armorum apparatu ſua ſponte, per ſe aut ſuos ad id deputandos poſſeſſionem recuperare, Rhegii & Ruberiæ cum ſuis pertinentiis tuendam & poſſidendam, prout antea tenebat & poſſide-

Mutinæ & Rhegii utile dominium Papæ conceſſum ab Imperatore, ſalva ſuperioritate.

poſſidebat. Quod tamen Sanctitati veſtræ non placuit, licet credere non poſſemus eum, qui Chriſti vices in terris gerit, vel unius guttæ humani ſanguinis jactura, quamcunque ſæcularem ditionem ſibi vendicare velle, cum id ab evangelica doctrina prorſus alienum videretur. Quid igitur rebus ſic ſtantibus nobis impingi poſſit, quum fœdus plane à nobis acceptum ſeu approbatum fuerit. Quo colore noſtræ ratificationis literæ receptæ non fuerint: Quo jure ipſius Veſtræ Sanctitatis reciprocæ literæ nobis fuerint denegatæ: Qua fronte fidei religio, quam V. Sanct. in verbo Romani Pontificis ſuper ipſius fœderis obſervantia perſonaliter præſtitiſſe dinoſcitur, ſpreta fuerit ac neglecta: cogitet Veſt. S. de ſeipſa, judicet an ſic deceret ab eo fœdere diſcedere, penitusque repugnantia paciſci cum his potiſſime, qui eo tempore pro hoſtibus habebantur, contra quos potius ponenda erat defenſio, ad eorum conatus repellendos.

20. Quod autem S. V. ad id ſubjungit, cum propter æmulationem quorundam ex ducibus & ingrata cæteris conſilia, Piſchariæ Marchio nonnulla jactare tractareque cœpiſſet, in noſtri ſtatus detrimentum V. S. illa etiam conſilia audiviſſe ne fœdere à nobis rejecto penitus aſpernata eidem Sanct. deeſſet, ubi niti ac confidere poſſet. Non poſſumus profecto non mirari quæ in hoc Veſtra Sanctitas ſuis literis profitetur, quæ & ſi nobis ſæpius, à noſtris ducibus aliisque quamplurimis ſcripta relataq; fuiſſent, nuſquam tamen à nobis credita ſunt, ne adhuc crederemus, ni V. Sanct. id aſſeveraret, confeſſione & aſſertione in his potiſſime, quæ proprium factum concernunt, nulla plenior liquidiorque probatio eſſe poteſt. Qualia autem fuerint ea, quæ Marchio Piſchariæ in noſtri ſtatus detrimentum jactare & tractare dicebatur, & quæ Veſt. Sanctitas audiviſſe fatetur, cum in V. Sanctitatis literis non ſpecifice declarentur, ſed ſub verborum involucro res tam nephanda tegi videatur, comprobanda res erit, per ipſius Marchionis literas, quæ penes nos ſervantur, ac per aliorum quorundam, adhuc viventium teſtimonia, qui hujuſce facinoris conſcii participesq; fuere. Quibus ſatis aperte detegitur, ipſum Piſchariæ Marchionem non ita proprii honoris ac conſcientiæ immemorem fuiſſe quod quicquam in ſtatus noſtri detrimentum moliri cuperet, ſed potius aliter finxiſſe quam in animo haberet, ut aliorum in nos ac ſtatum noſtrum molientium factiones, ac incendia parata, quorum jam fumum ſenſerat, verioribus indiciis ac argumentis detegeret: hincq; facilius nobis præmonitus extingui poſſent. Sicque finxit ſe de nobis male contentum, ut inde liberius in molientium partes vocaretur, omnemque rei ſeriem audire ac funditus intelligere poſſet. Hicque Marchio ipſe ad eam tragœdiam vocatus ſimulata fide, in eam conſpirationem, cum cæteris illius autoribus convenit, atque conſenſit: perluſtratisque omnibus ad tantum facinus parandum diſpoſitis atque paratis, ac totius negocii ſerie plane perſpecta & intellecta, cum in his V. S. principalis eſſet autoritas, audiviſſetque Marchio nuncium ad id per V. S. transmiſſum, eidem ſui parte, ut ait, offerentem ſub cujuſdam Apoſtolici Brevis Credentia, regni noſtri Neapolitani inveſtituram, & poſſeſſionem, ſi is in ejuſdem Sanctitatis & fœderatorum cum copiis noſtri exercitus, eidem Marchioni magis affectis tranſiret atque transfugeret: ut inde communibus fœderatorum copiis, inter quas & Gallorum copiæ, cum ingenti Helvetiorum manu, ad ſui regis liberationem Italiæ concitatis, uno jactu atque contextu noſtrum exercitum prorſus delerent. Noſque non ſolum à ſtatu Mediolani, ſed etiam à regno Neapolitano ac ab omni imperio Italico excluderent: ut inde S. V. nos etiam ab omni Imperiali dignitate deponeret. Finxit Marchio ſe contentum his annuere, ſi id cum honore, ſine incurſu criminis læſæ majeſtatis exequi liceret: & ut ſuper ea re peritiores conſuleret, petiit quindecim dierum dilationem, quibus pendentibus, illi erat in animo nobis rei ſeriem aſcribere, prout & fecit, nec ideo minus ſe à practicis abſtinuit, qui etiam ad hanc fictionem magis colorandam habuit ex urbe conſilium peritorum, quo eidem Marchioni perſuadebatur, eundem licite poſſe, ac ſine honoris ſeu fidelitatis præſtita læſione, ſeu præjudicio, ſineque criminis læſæ majeſtatis, in partes Veſtræ Sanct. tanquam ſupremi domini illius regni tranſire, feudumque ab eadem ſanctitate ſuſcipere, ubi potiſſime ipſius ſanctitatis juſſus accederet. Si hæc igitur pater ſancte vera ſunt, prout narrat Marchio, qui usque ad ultimum vitæ ſpiritum in ea ſententia ſemper perſtitit. Si ſunt illa tractata atque jactata conſilia, quæ V. Sanct. etiam audiviſſe fatetur: videat ipſa V. Sanctitas, recto ſui intellectus oculo, ſi hæc tanto paſtore digna cenſerentur: inſpiciat qualis fructus inde colligi poſſit, quale ſcandalum, quantusque tumultus ex his in eccleſia Dei ac in univerſa republ. Chriſtiana naſceretur. Miſeranda quippe res eſſet, ac ab omni fideli catholico deploranda, in qua ita occupatur mentis noſtræ judicium, ut quaſi ſomnium illuſorium putemus, cui fides tribui non deberet, cum potiſſime (ut antea liquide oſtendimus) ceſſet fundamentum illud ſatis manifeſte erroneum, imo penitus falſum, de fœdere à nobis rejecto, quod nunquam rejectum ſed planè acceptatum conſtat.

Papæ hoſtiles fraudes & callida machinamenta contra Imperatorem.

Papæ perfidia in temeranda fœderis ſanctitate.

21. Sed ait V. S. ſe à verbis ad facta nullum aditum tentaſſe. Utinam ſic ſe res haberet, nihilque de facto tentatum eſſet, quia facilius pro verbis verba reddi poſſent. Facta autem pro infectis haberi nequeunt. Ad quod V. Sanct. ſe de eo officio commendat nos admoneri mandaſſe, ut duces noſtros in Italia quorum in manu res noſtræ erant, curaremus de nobis eſſe contentos, hinc probationem eliciens, eidem eſſe curæ, quietem & ſtabilitatem rerum noſtrarum. Noluimus inficiari id officium à Veſt. S. præſtitum, eo tamen tempore, quo idem Marchio totius rei ſeriem nobis aperte diſſeruerat. Cur autem tunc Veſtra S. re jam detecta id nobis nunciandum cenſuerit, id ejus judicio & conſcientiæ commendamus. Volumus tamen & hoc in benigniorem partem ſuſcipere.

22. At ſubjungit V. Sanctitas, quod maximo cum gemitu & dolore ſuo, atque Italiæ totius, cum duces noſtri ſtatum noſtrum Mediolani occupaſſent, atque arcem in qua Franciſcus Maria reſidebat cir-

circumvallare inſtituiſſent, poſtulante à nobis curam & ſecuritatem, adverſus dignitatem tantam Italiæ periculo, omnibusq; notis atque ignotis flagitantibus paratis qui & auxilia conferrent. Cunctis prope Chriſtianitatis regibus Veſtram Sanctitatem animantibus cum non videretur poſſe reſiſtere monitis, querelis precibusq; illorum. Cum vos officii veſtri debitum Italiæ calamitas & periculum commune commoveret, tamen adveniente per eos dies ab veſtra Sanctitate Commendatore, Herrera Nuncio noſtro tractandi cauſa miſſo relapſa eadem S. in priſtinam ſpem & cupiditatem benevolentiæ noſtræ, ſibi quoviſmodo conciliando dimiſſis conſiliis, conſpirationibus, oblationibusq; cunctorum, gravi omnium indignatione & querela, nobis comparare gloriam pacandæ Chriſtianitatis, & moderationis noſtræ omnibus declarandæ. Sicq; ea conventionum capitula, paucis (ut ſit) in locis leviter immutata remiſiſſe ad nos comprobanda, ſcripſiſſeq; manu ſua literas, quibus per Dei miſericordiam obſecrando, ut depellere eam ſuſpicionem, quæ de noſtra nimia cupiditate omnibus adhærebat, perpetuitatem & fructum amicitiæ ſuæ nobis pollicebatur, conſiliumq; fidele dabat, & quæ petenda erant omni cum humanitate & benevolentia à nobis petebat: ſecuritatem videlicet Italiæ duce Mediolani, ſi quo pacto erraſſet clementem V. S. amorem. Quæ tot illius opera atq; officia erga nos aliaque quam plurima, quæ nobis quotidie poſtulanti concedebat, ex quibus nobis commodum atq; honor accreſcebat (ut ait) parvipendimus. His multiplicium querelarum, accuſationum, & criminationum faſtidium adjungit: quibus tot & tantis (ut inquit) injuriis & cauſis invita V. S. & gemens de nobis deſperare & diffidere & coacta, ſuamq; amicitiam & benevolentiam, quam totiens (ut aſſerit) impudiavimus, multis & magnis regibus adjungere, quorum optimum in Chriſtianam rempubl. & ſedem Apoſtolicam animum. Si Veſtra Sanct. aſpernara eſſet, non jam paſtoris ſeu communis patris laudem: ſed ſuperbi & inſolentis nomen ſequiſiviſſet. Hæc, Pater Sancte, horrenda quidem ac penitus abominanda cenſerentur, ni ſcuto veritatis circundari hujuſmodi calumnias, convitia, improperia, crimina, facinoraq; nobis objecta refellere ac ſingulatim ſuo ordine extirpare & enervare ſtuderemus: non quidem Chriſtiano principe digna (ſi vera forent) ſed potius apud inferos recondenda cenſerentur. Ut igitur hujusmodi calumniarum nobis falſo objectarum, faſciculum diſrumpamus & colligata ſpicula in nos conjecta ſeparatim ac gradatim enervemus, cogimur hiſtoriam non fabulam recenſere, qua rerum geſtarum veritas in lucem prodeat. Et cum ab occupatione ſtatus Mediolani arcisq; obſeſſione hujuſmodi calumniarum principalior ſumatur occaſio: hincque pendere videantur leges & prophetæ, horum omnium, quæ in nos moliuntur & tentantur. Conſequens eſt, ut pro noſtræ villicationis debita ratione reddenda, & ne quid occulti remaneat, neve ſervi nequam nobis nomen ac famam comparemus, ſed potius ſervi fidelis & boni, qui in regnum Domini intrare valeamus, ab ipſo ſtipite initium ſumamus, & à capite rationem reddamus oportet, nihil quod ad rem faciat omittentes. Res igitur, ut apertiſſimis oſtenditur documentis, ſic ſe habet.

23. Poſtquam Franciſcus SForcia hujus nominis primus, & moderni Franciſci avus paternus: Ducatum ac ſtatum Mediolani nactus eſt ſeu verius occupavit: cum is non intraret per oſtium ſed per feneſtram, nec deſcenderet à linea vice comitum ducum Mediolani, ſed ex perſona uxoris ad tale feudũ incapacis, jus dicti ducatus prætenderet: Et tanquam ſtrenuus, prudens, ac fortunatus belli dux, non habuerit in ipſius ducatus aſſecutione contradictorem, nunquam tamen is, neq; filius ejus primogenitus Galeacius Maria SForcia, nec ex ipſo primogenito nepos Joannes Galeacius SForcia ipſius ducatus Mediolani inveſtituram à Sacro Imperio obtinere potuerunt. Succeſſit his Ludovicus SForcia moderni Franciſci pater, qui affinitate cum divo Maximiliano Cæſare avo noſtro contracta, primus ex SForcianis inveſtituram obtinuit pro ſe & filiis, ac deſcendentibus ſuis ordine ſucceſſivo, gradu primogenituræ ſervato. Quo Ludovico primo inveſtito adhuc vivente, inſurrexit adverſus eum Ludovicus Aurelianenſ. dux, inde Francorum rex hujus nominis XII. prætendens, quod ſi ex fœminea linea quiſpiam in eo ducatu recte ſuccederet, ipſe præferendus foret, qui ex deſcendenti à Valentina Philippi Mariæ Vicecomitis, veri ducis, filiæ legitimæ ortum trahebat. Pacto etiam in contractu matrimonii adjecto, ut deficientibus maſculis, ipſa Valentina ſuccederet: quod vacanti Imperio à Sede Apoſtolica approbatum dicitur, de cujus tamen approbationis viribus nunc diſceptandum occaſio non offertur. Ipſa autem familia SForciata ab illegitima poſteriore genita originem duceret. Ortum eſt hinc bellum inter ipſum Ludovicum Aurelianenſ. Inde Francorum regem, & dictum Ludovicum SForciam, qui Gallorum viribus, & potentia non ſolum à ducatu & ſtatu ejectus extitit, ſed etiam captivus in Galliam ductus eſt: ubi tandem dies ſuos clauſit extremos. Hinc Ludovic. rex intelligens ſe non eſſe tutum in ducatu Mediolani, niſi à Sacro Imperio inveſtituram obtineret, inito fœdere cum divo Maximiliano Cæſare avo noſtro recolendæ memoriæ, actoq; de matrimonio ſeu ſponſalibus contrahendis, inter nos & Claudiam ipſius regis Ludov. primogenitam, revocataq; per divum Maximilianum inveſtitura, eidem Ludovico SForciæ & liberis antea conceſſa, inveſtituram dicti ducatus obtinuit, pro ſe & dicta Claudia ejus filia, caſu quo nobiſcum nuberet. Ea lege adjecta de expreſſo ipſius Ludovici ſuorumque oratorum conſenſu. Quod ſi ſine culpa noſtra dictum matrimonium inter nos & Claudiam quoviſmodo effectum non haberet, prout non habuit, redderetur ipſa inveſtitura, dicto regi, & Claudiæ filiæ conceſſa, penitus inefficax nulliusque momenti. Verum omne jus dicti ducatus & ſtatus Mediolani, ex ipſa inveſtitura conceſſum, in nos recta via tranſiret. Conceſſa ex tunc illis conſentientibus in eum caſum nova inveſtitura, in noſtri perſonam præſentem, ad id & noſtro nomine ſtipulante & acceptante, reliquaque ad id requiſita ſolemnia peragente Sereniſſimo felicis memoriæ Philippo Caſtellæ rege patre noſtro, quam inveſtituram, in ſolemni forma conceptam,

& per ipſum divum Maximilianum tunc expeditam, adhuc hodie penes nos habemus. Et [illegible] fœdere per regem Ludovicum violato, dictaq́; Claudia ejus filia, matrimonio copulata, cum tunc duci Angolemen. Franciſ. Moderno Francorum rege, ſicq́; conditione purificata inveſtitura nobis, ut perfertur, conditionaliter conceſſa, validum robur & effectum obtineret: ut jus dicti ducatus & ſtatus Mediolani in nos translatum cenſeretur. Ipſe tamen divus Cæſar Maximilianus, tum quia publicam potius quam privatam utilitatem curabat, tum quia putabat jus nobis ex inveſtitura prædicta quæſitum ſalvum eſſe nullumq́; præjudicium nobis tunc poſſe afferri, qui in pupillari ætate conſtituti ſub illius tutela regebamur. Quo tutelæ officio fretus in illud liquidum, quod nobis competebat nec tacite nec expreſſe remittere poterat. Novam eidem Gallorum regi Ludovico pro ſe & dictis Claudia filia & Franciſco genero inveſtituram conceſſit, nonnullis etiam conditionibus nequaquam obſervatis, aſtrictam ac à nobis, qui jus potiſſimum prætendere poteramus, nunc approbatam. Qua de re ipſe divus Cæſar Maximil. violati fœderis, vindictam proſequens, expulſo ab ipſo ducatu Mediolani dicto Ludovico Francorum rege, ſub colore prioris inveſtituræ, Ludovico SForciæ conceſſæ, & ut præmittitur revocatæ, nobis iterum in pupillari ætate, & ſub illius tutela degentibus, Maximilianũ SForciam, ejusdem ducis Ludovici filium primogenitum, ad ipſum ducatum & ſtatum Mediolani admiſit & induxit. At is poſſeſſor effectus, immemor beneficii in eum collati, plura cum Gallis hoſtibus, in ſacri Imperii dedecus & detrimentum molitus eſt. Indeq́; inito ac percuſſo cum his fœdere, prodidit eidem arces & ſtatum, ac ad hoſtes tranſivit ceſſitq́; ducatui. Ex cujus felonia. Si quod jus in eodem ducatu habuiſſet, ad ſacrum imperium devolvebatur. At cum Modernus Francorum rex, tam ex prætenſo jure inveſtituræ Ludovico Regi ejus ſoccro conceſſæ, quam etiam ex jure ceſſo per dictum Maximilianum SForciam, ipſius ducatus poſſeſſionem, poſt Ludovici regis mortem nactus eſſet, nulla per eum ſeu alium ejus nomine nova inveſtitura ab ipſo Maximiliano Cæſare: nec à nobis petita, ſeu obtenta. Sic nos & ſacrum imperium contemnendo, pluraq; etiam contra decus & honorem noſtrũ, ac ipſius ſacri Rom. Imperii moliendo, & in nos ejuſdem feudi dominum cervicem elevando, armaq́; movendo, prout ſuis propriis literis ac notoriis geſtis innotuit, etiamſi validam antea inveſtituram habuiſſet, prout non habuit, omni illius commodo omniq́; jure, ipſo facto privatus extitit. Idque totum ad nos & ſacrum Romanum Imp. devolutum fuit. Ut ſic illuſtris Franciſcus SForcia in eodem ducatu Mediolani, nullum jus poſſet prætendere, niſi id ex noſtra liberalitate & gratia conſequatur. Non enim ex inveſtitura prima, jus aliquod habere poteſt, ſtante revocatione, ut præmittitur: facta per ipſum met concedentem, eo ſc. tempore, quo nondum eidem Franciſco duci jus in requiſitum dici poterat: ſed duntaxat in ſpe quod facilius tollitur. Ubi potiſſime plenitudo accedit poteſtatis, cum cætera ipſius concedentis ac revocantis ſententia. Non etiam ex ceſſione ſeu renunciatione dicti Maximiliani ejus fratris primogeniti, qui nullam de eo ſtatu habuit inveſtituram, ſed ſimplicem detentionem nullo jure ſuffultam, cui pariter obſtabat paternæ inveſtituræ revocatio. Sicque illius conceſſo nullius fuit effectus.* Nemo enim plus juris in alium transferre poteſt: quam ipſe habeat. Sed demus inveſtituram, eidem Ludovico patri conceſſam, in ſuo robore permanere, ipſumq́; ducem Franciſcum juxta illius ordinem ad ſucceſſionem vocandum, non vocatur ex ea niſi poſt mortem primogeniti, qui adhuc vivit: ſicq́; non evenit caſus, qui ipſum Franciſcum admittat. Non enim primogenitus ſimpliciter refutavit feudum ante feudi adeptionem: ut fieret locus ſequenti in gradu, ſed optato ſrudo, ubi de fructibus pro libitu ejus, vita comite, diſponere poterat etiam invito propinquiore ſucceſſore ceſſit & renunciavit. Et cum id egerit, paciſcendo cum hoſtibus in dominum feudi: totum illud jus, quod eidem Maximiliano primogenito competiſſet, ad ſacrum Imperium devolutum extitit. Sicq́; nos nullo jure cogebamur, etiam firma ſtante illa prima inveſtitura hujusmodi ducatum Mediolanenſem concedere ipſi illuſtri Franciſco SForciæ. Saltem vita comite ipſius Maximiliani primogeniti. Quinimo jure merito poteramus ducatum ipſum penes nos retinere eoque interim uti frui. Objicietur nobis fœdus percuſſum cum divo Leone. Super quo tamen nullum validum fundamentum favoris dicti Franciſci SForciæ ædificari poteſt. Res eſt inter alios acta, nihil ibidem cum duce Franciſco tractatum eſt, nec quiſpiam pro eo ibidem intervenit, nullusq́; pro eo ſtipulatus extitit, cui ſtipulandi jus eſſet. Et ſi inter contrahentes res ageretur, emergeret quæſtio, an is qui ex eo fœdere ſe fundaret, pro parte ſua impleviſſet quod debebat. Sed fatemur omnia ſolenniter geſta & impleta, ipſumque fœdus percuſſum, & ſtipulatum cum ipſomet duce Franciſco, non datur illi ex eo fœdere plus juris quam antea haberet. Sic enim ſonant ipſius fœderis verba. *Item: Quia illuſtris Franciſcus SFortia dux Barri prætendit ducatum Mediolani ſibi deberi ex vi inveſtituræ, per felicis memoriæ Maximilianum Cæſarem facta, attentata renunciatione fratris ſui primogeniti, per quam ſe primum ſucceſſionis locum aſſerit obtinere. Actum extitit & conventum. Quod ſi idem illuſtris Franc. Sforcia ducatum ipſum recuperaverit, præfati contrahentes, eundem in ſuis juribus conſervare curabunt, ac ab omni violentia tueri nitentur.* Ecce igitur, quod hic nullum aliud prætendat dux Franciſc quam quod ſupradictum eſt, abunde tamen enervatum. Ecce quod hic eſt conventio conditionalis, ſi ipſe dux ducatum recuperaverit, quæ conditio implenda erat in forma ſpecifica æque non impleta, prout ipſe implere non poterat, obligatio illa evaneſcit. Et eſto quod foret ipſa conditio firmiter impleta, & purificata. Ecce obligatio illa non diſponit niſi de eo conſervando in ſuis juribus. Quæ ut antea oſtenſum eſt, nulla ſunt nulliusque momenti. Si igitur nos tot titulis, totque juribus fulti, qui ducatum ipſum, fœderatorum noſtrorum præſidiis freti, noſtra tamen ut plurimum impenſa, non ſine magna noſtrorum jactura, totque præclaris ducibus ac militibus amiſſis, cum tanta Chriſtiani ſanguinis effuſione, ex hoſtium manibus recuperavimus, ab eorumque faucibus eripuimus,

[illegible] repulſis ac victis ſervavimus, ac [illegible] id urbem [illegible] te, ex noſtra mera liberalitate ac [illegible] noſtris [illegible] poſitis ac poſt [illegible], conceſſimus eum [illegible] Franciſcum [illegible] acere, eundemque ad dictum ducatum [illegible], ac [illegible] ipſius [illegible] Quis nam vir [illegible] capitis, nos de cupiditate, de ambitione, de inde[illegible] poterit? Quis nam ex his geſtis poteſt elicere ſiniſtram aliquam ſu[illegible] intenti videamur ad ea omnia quæ reipubl. Chriſtianæ quietem & [illegible] concernere videntur? Adhæc non verbo tantum obtulimus, ſed [illegible]. Fecimus enim ipſum ducem Franciſcum totius ſtatus poſſeſſorem, fecimus in [illegible] & conſignari omnes arces, omneſq; civitates, autoritatem & adminiſtrationem omnimodam eidem permiſimus, ut non ſolum regere & pro libito adminiſtrare poſſet fructus percipiendo, ſed etiam alienando, vendendo ac pro ejus voto diſponendo. Cujus etiam alienationis, dum ad id requiſiti fuimus tanquam a vero duce factas confirmavimus & approbavimus, fecimus in fœderibus per nos initis, tum cum Adriano, tum cum Venetis, tum etiam cum cæteris, cum quibus tractavimus eundem, tanquam Mediolani ducem nominari & includi, de ejuſque tutela & conſervatione tranſegimus: Conceſſimuſq; tandem inveſtituram dicti ducatus, & pertinentiarum in forma ampliſſima. Quam ad manus equitis Belliæ ipſius ducis Franciſci oratoris realiter conſignavimus, ſub certis conventionibus & obligationibus, per ipſum ducem implendis pro parte impenſarum, per nos in ejus beneficium factarum pro adoptione & conſervatione dicti ſtatus. In quibus tamen ita moderati habuimus, ut nec vix quartam ipſarum impenſarum partem, per annorum terminos eſſemus [illegible] recuperaturi. Hæc profecto ſcripta patent, nullaq; tergiverſatione celari poteſt, cum jam in Notorietatem tranſiverint.

24. Inſuper, cum de ipſius illuſtris Franciſci morte dubitaretur, phyſicique quæ de illius ſalute deſperarent, hincq; nova oriretur in nos ſuſpicio Veſtræ Sanctit. Venetorum, aliorum Italiæ potentatuum, ſi ſtatum ipſum Mediolanenſ. per mortem dicti ducis Franciſci ad ſacrum Imperium recta via rectoq; ordine juſtitiæ devolvendum, aut in noſtra poteſtate retineremus, aut ſereniſſimo fratri noſtro chariſſimo Ferdinando, Archiduci Auſtriæ concederemus. Cum & noſtram & ipſius fratris noſtri potentiam exoſam & formidabilem habere viderentur, potius Deo (qui nobis hæc ſua clementia & benignitate contulit) ipſiq; fortunæ invidentes, quam aliqua alia juſta cauſſa perciti. Placuit Veſtræ Sanctitati nos per dictum ejus legatum moneri & hortari, quatenus pro Italiæ quiete, ac ad ſubmovendum cujuſvis ſuſpicionis ſcrupulum in caſum mortis, dicti illuſtris Franciſci SForciæ, ducatum ipſum Mediolani nequaquam in noſtra poteſtate retineremus: Nec pariter ipſi Sereniſſ. fratri noſtro concederemus: ſed ipſum ducatum tali perſonæ traderemus, de qua Italiæ potentatus nullum metum, nulliuſq; ſuſpicionis objectum habere poſſent. Ad eumq; effectum Veſt. Sanct. per dictum legatum alterum duorum nobis ad id proponi fecit, ut ducem Borbonii, aut Georgium de Auſtria, Cæſaris Maximiliani naturalem filium. Annuimus nihilominus licet ad id nullo jure aſtringeremur, quod ducatus ipſe in caſum devolutionis minime penes nos retineretur, nec etiam ipſi Sereniſſimo fratri noſtro concederetur, obtulimuſq; in eum caſum dictum ducatum conferre in perſonam jure merito gratam & acceptam Veſtræ Sanctitati, à qua nihil ſuſpicari poſſet, quod ad turbandum Italiæ quietem tendere videretur. Licet etiam id à Veſt. S. acceptatum non fuerit, nec etiam aliis potentatibus gratum extiterit niſi perſonam, cui in eum caſum ducatum conferre vellemus, prius nominaremus ut diſcerni poſſet an grata & accepta foret. Non fuimus ab hac inſtantia alieni. Nominavimus in eum caſum ipſum illuſtrem Borbonii ducem, quem Veſtra S. primo propoſuerat, in eum quidem inveſtituram conferre parati, non pro commodo aut augmento noſtro, ſed pro tollenda ſuſpicionis rubigine qua Veſt. S. ac potentatuum animi augebantur, pro ſubmovenda ea umbra noſtræ magnitudinis qua intrinſecus premebantur: proq; ipſius Italiæ quiete quæ nobis ſemper cordi fuit, ut potius Chriſtianæ reipub. cauſam, quam privatam noſtram tueremur. Quid igitur cupiditatis nobis ex his aſcribi poſſit: Si ducatum Mediolani & ſtatum tanti momenti tantiq; valoris (ut præmittitur) per nos recuperatum quem licite retinere poterimus, tot titulis, totq; juribus fulti, ſemel illuſtri Franc. SForciæ conceſſimus: Iterum ſi per illius mortem ad nos devolveretur, ad Veſt. S. nutum alteri concedere annueremus, ii videlicet, quem V. S. prius nominaverat: Nos tamen juſtis juribus, tamq; amplo & importanti dominio ſuffulti (pro quo, ſi Julius Cæſar reviviſcens noſtram perſonam indueret, aut hi qui nobis cupiditatem impingunt, forſan etiam jusjurandum violandum cenſerent) nos ipſi non coacti [illegible] juramenti ſeu cujuſvis obligationis vinculo aſtricti, noſtra ſponte pro ipſa repub. jus noſtrum [illegible] quidem abrogare, & à nobis auferre conſenſimus excluſo etiam proprio fratre, qui jure merito poſt nos cæteris omnibus anteponendus videbatur. Cum hunc loco filii haberemus in ſuccedendi gradu proximiorem, cui nulla ratione nulloq; jure divino, naturali vel civili, extraneus quiſpiam anteferendus erat fateamur neceſſe eſt, non hic cupiditatem, non ambitionem, non avaritiam, non dominandi [illegible] aliena occupandi appetitum ineſſe. Sed potius ampliſſimam ubertemq; largitatem, munificentiam, ac, ſi [illegible]icere fas eſt, prodigalitatem dominandiq; contemptum arguere. quod tamen reipub. cauſa læto hil[illegible] animo, ultro, nec non ſponte præſtabamus.

Papa & Poteſtates Italiæ recuſant Mediolano præfici Ducem, nulli ſibi gratum.

25. Sed nunc ſubmovenda [illegible] cauſa illa gemitus & doloris Sanctit. Veſt. ac totius Italiæ, qua V. S. animum affligitur: occupati [illegible] ipſius ſtatus Mediolani inde per noſtros factæ cum obſeſſione [illegible], in qua duxerat. In qua re lic[illegible]t non omni culpa excludere & liberare poſſemus. Illam ſi qua foret

Piſcharia Marchio.

iu

in duc[illegible] quibus dum nos monuiſſent, de practicis & m[illegible]
& ſtatum [illegible]bantur. Marchio Piſchariæ, ut præfertur [illegible]
dicitus det[illegible]nans ipſum ducem Franciſc. hujuſce facin[illegible]
ſtra obedientia [illegible]heret, ac fœderatorum viribus non habita rat[illegible]ne [illegible]
per eum præſtandæ, nec impenſarum, quæ nobis erant reſarciendæ in eo[illegible]
de jure teneretur, atque eo etiam decedente fœderatorum præſi[illegible]io, nobis [illegible]
ſtatu ejus frater Maximilianus SForcia: quem jam ipſo jure privatum dixi[illegible]
Gallorum rege, cujus dicti Maximiliani, ſi quod habuiſſe[illegible] ceſſum erat. ut [illegible]
tumultuantibus populis, ad ipſiuſmet ducis Franciſci, ſuorumq; agentium, & fœ[illegible]
tiam & ſolicitudinem deleretur, & in ruinam & præcipitium deduceretur. & ſi fieri [illegible]
ipſius exercitus duces & milites trucidarentur. En etiam ſignanter adjecto. Quod cu[illegible]
Marchio Piſchariæ, habito de ea re cum ipſo duce Franciſco colloquio, ut magis illius [illegible]
animum tentaret, an firmus in ea factionis practica remaneret, ei duci perſuadendo d[illegible]
poſtquam jam à nobis inveſtituram obtinuerat, eratq; de ejus ſtatu ſecurus, non opo[illegible]
eam practicam proſequi: Idem dux reſpondiſſe fertur firmius & commodius eſſe, quod jam [illegible]
tum erat atque concluſum, quam quod ex inveſtitura aſſequi poterat, concurrente ibidem [illegible]
lute Italiæ: quæ etiam rei privatæ anteferenda cenſerentur. Inſtabant propterea duces ip[illegible]
molitiones repellendas, neve majora ſcandala inde ſequerentur, bis licentiam præberemus, u[illegible]
Franciſco duce & ſtatu Mediolani ſe noſtro nomine aſſeverarent, pro noſtri exercitus tu[illegible]la, [illegible]
exercitum ipſum comminuendum & penè diſſolvendum nil tale metuentes: juſſeramu[illegible], [illegible]
ſuſtineremus, ſed etiam augeremus, ni penitus ab Italia excludi vellemus. Nos autem qui hæ[illegible] n[illegible]
cile credebamus, ſed potius conficta ſimulataq; putabamus: eo quod qui bella tractare ſolent, [illegible]
belli quam pacis media cogitant, in hisq; libentius animos eorum adoptant. Arbitramur enim, [illegible]
ſub eo colore putaſſent nos cogere & urgere ad ipſum noſtrum exercitum integre ſervandum [illegible]
nendumq;: dubitantes itaque ne veluti belli cupidi in id præcipites ru[illegible]rent ac arma præter noſt[illegible]
voluntatem moverent: Cum etiam nil aliud quam pacem & quietem cuperemus, mandavimus [illegible]
dem ne quid novi tentarent in dicto ſtatu Mediolani, niſi in tribus caſibus: Si dux Franciſcus m[illegible]
retur: Si Galli cum Helvetiis Italiam intrarent, vel ſi factionum practicarum executio ex adverſo
tentaretur, ut hi prius arma contra nos exercitumq; noſtrum moverent. In quolibet enim horum
trium caſuum conſenſimus, quod pro tutela exercitus noſtri & rerum noſtrarum, ſe aſſeverarent in
Hier. Moronus. dicto ſtatu Mediolani. Verum cum Hieronymus Moronus, primarius ipſius ducis Franciſci Conſi-
liarius, ac ejuſdem factionis fertur principalis miniſter, multiplicatis ſuis literis monui[illegible]et dictum
Marchionem Piſchariæ, quem putabat factionis participem habere, ut rem ſuam diſponeret, eidem
affirmando reliquos factionis ſocios, jam diſpoſitos paratosq; eſſe, ut in octo vel decem dierum ſpa-
cio in noſtros irruendum eſſet. Idem Marchio participato cum cæteris ducibus noſtris conſilio ca-
ptoq; Morono, illius habita confeſſione, totam ſeriem negotii complectente ſatis conformiter ea
quæ Marchio nobis ſuis literis inſinuaverat, collecto exercitu noſtro undique ſparſo, aliquot civitati-
bus munitis Mediolanum progreditur, ducem Franciſcum interpellat, ut pro ſecuritate noſtra noſtri-
que exercitus arces & caſtra dicti ſtatus, in noſtrorum manus reponeret, idque cuſtodibus illorum
exequendum committeret. Annuit dux ipſe ut caſtra nobis traderentur, prout effectu tradita fuere:
Duabus duntaxat arcibus principalioribus, quas ipſe muniverat, Mediolani ſc. in qua ipſe recludeba-
tur, & Cremonæ exceptis: has enim duas in ſe reſervandas cenſuit, donec de noſtra voluntate [illegible]ertus
fieret offerens interim, illas noſtro nomine tenere, ac obſides dare, ac per ſe & per præf[illegible]os arcium
juramentum præſtare, quod ex ipſis arcibus nullum exercitui noſtro damnum ſeu præjudi[illegible]eret.
Non placuit hæc ſecuritas ducibus noſtris, vident pericula in mora. Si arces illæ magis munirentur
liberæq; permanerent, poſſe inde exercitus noſtri ruinam ſuccedere resq; noſtras in evidenti pericu-
lo remanere. Interpellant denuo, ac iterum atque iterum requirunt ſub rebellionis pœna ac læſæ Ma-
jeſtatis criminis confeſſi atque convicti, quatenus ipſa arce Mediolani in poteſtate noſtra ac noſtro-
rum poſita exiret, ſuique copiam faceret, & adverſus eas, de quibus culpabatur, defenſiones ac juſti-
ficationes, ſi quas habebat, proponeret, duosq; ejus rei conſcios, quos penes ſe habebat in arce reclu-
ſos, dimitteret interrogandos, ad ampliorem rerum geſtarum dilucidationem. At cum Dux ipſe his
non annueret, niſi à nobis mandatum haberet, noſtri arcem circunvallant: Interimque de geſtis nos
admonent, neceſſarias cauſas per quas ad hæc coacti fuerant, enarrant approbationem geſtorum à
nobis expoſtulant. Inſtant, ut eidem duci Franciſco reſcribamus, mandemuſq; ut arcem nobis
aut noſtris tradat. Nos referentes rem hanc præter mentem noſtram tentatam, nunquam vo-
luimus nec illorum geſta approbare nec duci (ut petebatur) mandare ut caſtris dimitteret. Sem-
per enim in animo habuimus, eam accuſationem, quæ in ducem ferebatur, debito juris ordine tra-
ctandam & terminandam. Nunc profecto ejus rei exitu præteritorum veritas elici poteſt cum
præparatæ jam diu factionis effectus illuxerit, quo magis deinceps eisdem noſtris ducibus crede-
re debeamus non poſſumus non laudare & approbare eorum prudentiam & fidem in conſerv[illegible]-
tione di[illegible] ſtatus, ipſiusque noſtri exercitus illiusque arcis aſſecuratione ne amplius muniri poſſ[illegible]
neve inde majoris mali & incommodi occaſio præſtaretur. Nec id quidem ita perperam & injuſte
geſtum videtur prout Sanctit. Veſt. ſibi ſuadet, dato enim fundamento quod ipſe dux Franci[illegible]us
læſæ majeſtatis reus accuſaretur. Et ſi unius duntaxat teſtis adeſſet depoſitio, ubi pl[illegible]ium ta-
men adeſt t[illegible]ſtimonium. Ex quibus etiam ſi eſſent ſocii criminis ac factionis participes, pot[illegible]ure
m

... contra ipſum ducem procedi & ad capturam & ad torturam. Et cogi ut ſui copiam faceret, & in vinculis cauſſam diceret, ſuasque defenſiones & juſtificationes carceratus adduceret, non autem in arce reclusus audiri debuit. Quinimo contra eum vocatum & non comparentem ac ſe ſubtrahentem & reſiſtentem potuit in ejus contumaciam pronunciari, ut pro confeſſo & convicto haberetur. Sed & priuſquam id fiat accuſato non comparente, nec ſui copiam faciente, licite ad manus curiæ rediment ur illius bona, quæ etiam à die ingreſſi criminis ipſo jure publicata confiſcataque cenſemur. Sicque hinc non tanta cauſſa gemitus & doloris Veſt. Sanctitati parata videtur. Si dominus Vaſallum ingratum & læſæ majeſtatis reum puniendum cenſeat, ni forſan quod in mentem cadere non potuiſſet, id gemendum dolendumq; putent, quod eidem hanc foveam in quam incidit ſub charitatis ſpecie paraverunt, ipſumq; ad hujuſmodi diſcrimen deduxerunt: Sed potius ingemiſcere ac dolere deberet non ſolum V. Sanctitas, ſed univerſa reſpubl. quod ſine juſta cauſſa ſineq; culpa noſtra tam ingens excitetur incendium, quo & turbatur univerſus eccleſiæ ſtatus & tota ſcandalizatur Chriſtiana religio.

26. Nec ſane intelligere poſſumus quod cuncti prope Chriſtianitatis reges (ut Veſt. Sanct. ait) efflagitarint, aggravaverint nec non partiti fuerint in re tanti præjudicii arma & auxilia conferre. Scimus enim & pro certo habemus nec Ungarum nec Polonum nec Portugalenſem, nec Danum, hujuſce conſilii participes ſeu conſcios. Anglus autem & ſi ejus fœderis conſervator & protector nominetur, nobis tamen apertis ſuis literis ſignificavit ſe nequaquam in id fœdus conſenſiſſe, nec mandatum dediſſe, nec talem protectionem acceptaſſe nec acceptare velle, licet ad id parte V. S. interpellatus ac inſtanter requiſitus extiterit: ſe pacis quam ſemper efflagitavimus mediatorem offerendo. Gallus verò & ſi cum Sanct. V. ac aliis Italiæ potentatibus fœdus percuſſerit, ut eo medio mitiores ſi poſſet quam jam ex noſtro fœdere obtinuerit a nobis pacis conditiones exhauriat, liberosq; obſides recuperet. Retulit tamen aperto ore quod Veſtræ Sanct. impulſu & ſuaſu, etiam priuſquam in regnum ſuum liber remitteretur, de ipſo novo fœdere ineundo ſollicitabatur. Et ſunt qui affirmant, ut ex quibuſdam literis percepimus: quod V. S. ipſo etiam Gallorum rege non petente, eidem juramentum relaxaverit quod nobis præſtiterat pro fœdere nobiſcum prius inito, quod tamen credere noluimus: quandoquidem res talis omnino à paſtore Chriſti Vicario aliena eſſe deberet, ne ipſius jurisjurandi ſine cauſa ſpreta religio ad deteriora incentivum præberet. Merito tamen V. S. his verbis utitur, *dimiſſis conſiliis & conſpirationibus*, ſi verbis addatur effectus. Si verò omnis conſpiratio dimittatur cum ſecundum rectam intelligentiam crimen denotet.

Papa Reges Chriſtianos in Imperatorem conciat.

Papa juramento abſolvit contra jus & officium ſuũ.

27. Quod autem ad ea conventionum capitula, quæ attulit Herrera, videamus qualiter S. V. prætendat illa paucis in locis leviter immutata: ſi enim bene cuncta rimentur, omnes articuli qui cum ipſius legato ſic compoſiti remanſerant cum V. S. concludendi: licet ipſam concluſionem V. S. reſervandam aſſereret, ejus poteſtate poſtquam ad nos pervenerat reſerata atq; reſtricta, mutati penitus ad nos remiſſi fuere. Ita ut nullus fere remanſeret intactus, qui non aliam ſubſtantiam aliumq; ſonum præ ſe ferret. Omnes tamen hujusmodi mutationes obmiſimus in quatuor duntaxat articulis, hujuſmodi conventionum, videlicet 12. 13. 14. & 15. moderationem peteremus.

28. In 12. enim ipſorum articulorum qui rem Ducis Ferrariæ complectebatur, licet omnis ſubſtantia, ultra quam tractatũ eſſet, mutari videretur: conſenſimus tamen nos effecturos cum effectu, quod eadem Sanctitas & intra præfixum tempus, dum ſibi expedire videretur, ſine cujuſque reſiſtentia, ſine armorum apparatu recuperare poſſet, poſſeſſionem Rhegii & Ruberiæ tenendam & poſſidendam, prout antea tenebat, ita quod non intelligeretur præjudicatum juribus Imperii aut cujuslibet alterius prout eadem S. V. admittebat. Id ſolum addidimus quod ad alliciendũ ipſum ducẽ Ferrariæ, remittendo eidẽ quasq; pœnas & jus commiſſ. ac abſolvendo eum à cenſuris forſitan incurſis, quod profecto non niſi ad majorem quietem Italiæ petebamus, non ignorantes ipſum ducem non aliter ſine armis cogi poſſe: ut Rhegium & Ruberiam dimitteret vel S. V. reſtitueret, in quibus & jure feudi Imperialis & ratione prioris ſpolii ſe potius tuendum cenſebat. Unde ad providendos novos belli tumultus, & ne remaneret cujusvis incendii ſcintilla, ſed univerſa Italia in eo fœdere ſine quovis ſcrupulo concurreret, id ita agendum neceſſario cenſentes, prout nunc agit V. S. nos etiam ſub ſpe defenſivi fœderis jam percuſſi, ad ipſius ducis Ferrariæ offenſionem aſtringere voluiſſemus, in qua re novos bellorum tumultus timebamus, quos tamen effugere nequivimus, qui dum ab offenſione nos abſtinere curamus, defenſioni ſtatus, dignitatis & autoritatis noſtræ intendere cogimur, & inviti trahimur. Qua de re hujuſmodi noſtram additionem nequaquam reſpuendam V. S. putabamus, in hoc enim nec V. S. autoritati derogatur. Nec à veri paſtoris officio declinabatur: ſed potius publicæ quieti conſulebatur.

29. In 13. ipſius fœderis ſeu capitulationis articulo illam ſalis diſtributionem in ſtatu Mediolan. continentem, ex quinque correctionibus per V. S. factis eas omnes admiſimus, eo duntaxat excepto quod ubi Veſt. S. delere fecerat illa verba ad ejus vitæ decurſum, ſatagens illud jus ſibi & ſucceſſoribus perpetuare. Nos qui duntaxat perſonæ S. Veſtræ ejus vita comite gratificari volebamus, non autem ſtatum ipſum Mediolani Sacri Imperii feudum perpetuo eccleſiæ Rom. aſtringere, & tali onere ſemper gravatum remanere ſine ſpe libertatis. Nolentes etiã ipſum Sereniſſ. Archiducem fratrem noſtrũ jure ſibi in ea re conceſſo perpetuo excluſum remanere. Noluimus illam cancellationem approbare, ſed verba illa ad ejus vitæ decurſus, prout in Capitulatione, quam attulit Herrera, firma manere cenſuimus. Ex ultima vero ipſius articuli correctione admiſimus eam partem additionis ibidem per San. V. factã ut eſſet illa conventio abſque præjudicio ſedis Apoſt. Ea autẽ verba quæ his ſubjuugebantur,

vid licet

videlicet de Sale ipſo in ducatu Mediolani diſtribuendo, cum viderentur relativa & [illegible] jura ſedis Apoſtolicæ, videremurq; fateri jus eſſe Apoſtolicæ Sedi illius diſtributionis, [illegible] mittere ne fateremur quod non erat. Sicque in hujus articuli correctione, nulla S. Veſt. fiebat injuria. Sed potius nos & fratrem noſtrum ac ſacrum Rom. Imp. ab injuria eximebamus: & non ſub verborum involucro diſceptationis cauſam relinquere volebamus: ſed clare & aperte dubium omne tollebamus.

30. In 14. articulo ipſius capitulationis unde illæ lachrymæ, illæ anguſtiæ prodiere, addiderat S.V in hoc ipſius articuli diſponen. de ſtatu Mediolani, & duce Franci. S Forcia hæc verba formalia: *Et quia ipſi Franciſco Mariæ duci nonnulla imputantur contra Cæſarem, aut à Majeſtate ſibi conceſſam inveſtituram & feudum perpetrata, cupiens eadem Majeſtas quantum in ſe eſt Italiæ fovere quietem. quæ ſervari poſſe non creditur, cum ejuſdem ducis à ſtatu & ducatu remotione, ideo conventum eſt quod idem dux in ſtatu ipſo permaneat. Et quatenus opus ſit in eo per Cæſarem de novo confirmetur, non obſtantibus quibuscunq; per eum contra majeſtatem etiam ſupradictum eſt attentatis, etiam ſi ſaperent crimen læſæ majeſtatis. Cæſar namq; ducem ipſum pro innocente habere vult, & ex mera liberalitate ſua ac totius Italiæ intuitu, totum ſibi remittit & indulget ſi etiam pejus quam dicitur aut creditur erraſſet.* Videat quæſumus, Sanctitas V. quam levis exiſtimanda foret hæc immutatio: quam juſta & honeſta petitio, quam optimum eſſet exemplum ad res bene gerendas, ad vaſallos & ſubditos debita fide & obedientia erga dominos continendos: quam egregiam præberet formam augendi & conſervandi Sac. Roman. Imp. a Deo inſtitutum, à Prophetis prædictum, ab Apoſtolis prædicatum, & ab ipſo Chriſto naſcente, vivente & moriente approbatum. Nos tamen qui nil aliud quam pacem, quam quietem reipublicæ Chriſtianæ cupiebamus, quantum fas Sanctitati Veſtræ ſatisfacere, nullumq; rectum noſtræ intentionis teſtimonium intactum, aut dubitationis ſcrupulum in Veſt. Sanctit. mente relinquere putabamus: reformavimus dictum decimum quartum capitulum ipſius capitulationis in hæc verba: *Ut autem nihil dubietatis ſeu ſuſpicionis in hoc fœdere relinqueretur, ſed omnis ſcrupulus de medio tollatur. Cum in priore fœdere potius ſub nomine proprio quam appellativo includi videtur illuſtris Franciſcus S Forcia dux Mediolani, qui aliquibus jam mēſibus gravi vexatus ægritudine, & in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutus fuit, etiam de Felonia ac læſæ majeſtatis crimine accuſatus ſeu inculpatus, & ſi hunc aut naturali morte aut civili juſtitia pravia ab ipſo ducatu Mediolani excidere contingeret: hæſitari poſſet an fœdus ipſum ad alium in eodem ducatu ex Cæſaris conceſſione vel diſpoſitione ſuccedentem protenderetur ideo ad ampliorem ipſius fœderis declarationem actum extitit. Quod ſive ipſe Illuſtris Franciſcus S Forcia vitam obierit, & ab hoc ſæculo migraverit, ſive per viam juſtitiæ dicto ducatu fuerit privatus in eum caſum Cæſarea Majeſtas pro Italiæ quiete & contemplatione S. D. N. ipſius ducatus Mediolani inveſtituram concedet illuſtri Carolo Duci Borbonii & Alverinæ. Ita quod S. D. N. & cæteri fœderati qui in hoc fœdere voluerint comprehendi, ſint & cenſeantur aſtricti ad defenſionem ipſius ſtatus Mediolani: etiam ad opus dicti illuſtris ducis Borbonii dum de ipſo Ducatu Mediolani fuerit inveſtitus. Quo caſu quantum ad omnia in fœdere contenta, tanquam ſuffectus in locum dicti illuſtris Franciſci S Forcia, fungatur omnibus honoribus & oneribus quibus ipſe vivens & in tali ſtatu permanens fungi debuiſſet.* Hæc eſt immutatio quam in hoc articulo fecimus, quam velut juſtitiæ & æquitati conſonam approbandam, & nequaquam reſpuendam cenſebamus, minimeq; in mentem noſtram cadere poterant, Summum paſtorem vices Dei gerentem in terris adeo pertinaciter inſiſtere debuiſſe. Quod ſi Dux Franciſcus tanti criminis reus appareret, impune evaderet: cogeremurq; inviti illi indulgere, ac in ſtatu illo conſervare: ſic incentivum majoris ingratitudinis majoriſq; delicti illi præſtando. Arbitramur Veſt. Sanct. ſat eſſe debere, ſi Ducatu illo ad nos & S. Imp. devoluto conſentiebamus S. Veſt. intuitu, ut nec illum retineremus, nec proprio fratri concederemus. Si perſonam quam Sanct. Veſt. antea ad id gratam habuerat nobiſq; nominaverat, moriente Duce Franciſco providendum non minus gratum eſſe putaremus, ipſo Duce Franciſco per juſtitiam privato: ut quod in naturali morte conſenſerat, in illius etiam morte civili recuſaturus non eſſet.

Papa contraria Deo, Prophetis, Apoſtolis, & ipſi Chriſto in Imperium molitus.

31. In 15. vero ipſius capitulationis artic. continente prætenſas novitates, tentatas contra eccleſiaſticam libertatem regno noſtro Neapolitano. Cum Veſt. Sanctit. fere totum articulum in verbis diſpoſitivis deleviſſet & cancellaſſet, his duntaxat verbis. Primo, diſpoſitione dicti articuli additis & commutatis. *Quod circa hujuſmodi obſervetur, quæ inveſtitura regni Neapolitani ipſi Cæſari conceſſa continentur.* Nos hanc etiam correctionem & mutationē pro Veſt. Sanctit. nutu admiſimus, additis duntaxat in fine articuli verbis ſequentibus, videlicet *his modis & formis quibus per Ferdinandum regem catholicum ejus anteceſſorem obſervata fuere, & juxta ipſius regni privilegia & jura.* Quid enim in hoc immutatum quod reſpuendum videretur? Si anteceſſoris rectos tramites inſequendos putamus, Si jura & privilegia regni noſtri ſervare ſtudeamus, qualiter aut ex his mutationibus tam juſtis rationibus fulfultis.

Neapolitani regni inveſtitura.

32. Sumat V. S. illud perſpicuum (ut ait) judicium à nobis illudi & pro nihilo haberi. Qualiter inferat in his facultatē primo conceſſā Herreræ uberiorem fuiſſe: Et quod facta concordia cum Chriſtianiſſimo reſtrictiora & jejuniora tranſmiſerimus. Qualiter & quo colore ex his prætendat judicem eandem Sanctitatem poſtremam eſſe, & à nobis contemni, ubi nobis cum aliis amicitia conve[illegible]iſſet: quicunque recti ſenſus & à paſſione alienus, facile hæc judicare poterit. Nos enim ſemper recti integriq; propoſiti remanſimus, prius cum V. S. quam cum quovis alio conveniendi. Nos & ante & poſt cum rege Gallo initum ſemper in eodem propoſito permanentes V. Sanctitatem ejuſq; miniſtros pro hujuſmodi ineundo ſollicitavimus pulſavimuſq;, nec quicquam unquam habuimus in ore quod non haberemus in corde. Nos Herreram ad S. V. pro eo fœdere ineundo miſimus longe antequam cum

ipſo

ipſo rege Gallo concluderemus, citiusque illum aut alium miſiſſemus, ni V. Sanct. legatum venientem, (ut ajebant) cum ampliſſimo mandato nobiscum concludendi præſtolandum cenſuiſſemus, ni etiam poſt illius adventum viſo mandato quod à V. S. habebat, & confiſi quod illo uti poſſet, diutius cum eo de ipſius fœderis capitulis tractantes, tempus inaniter conſumptum cognoviſſemus. Ubi capitulatione jam formata, & cum eo propter concordata dum de concluſione ageret nobis inſinuaverit, quod ex eo poſt ejus à V. S. receſſum mutata eſſent negotia intenderet concluſionem differre, donec V. S. conſuluiſſet. Ob quod ſanctius putavimus capitulationem ipſam, prout formata fuerat ad V. S. per Herreram transmittere, putantes ibidem rem celerius poſſe concludi, licet ſpe noſtra fruſtrati fuerimus, S. V. ad alios fines tendente, prout exitus demonſtravit.

33. Nunc ad literas manu V. S. conſcriptas de quarum reſponſione conqueritur deveniendum eſt, ut etiam inde omnem à nobis repellamus culpam. Ea enim per V. San. ejus reſponſionis culpa nobis in tribus impingitur. Primo quod V. S. ubi clementiam ducis Mediolani petebat, nos rigorem juſtitiæ obtulimus, ad quod ſatis diffuſe reſponſum dedimus, dum ipſius ducis negotium ante diſcuſſimus, ut ſic repetitione non egeat. Id ſolum hic adjiciendum cenſemus, non videri in hoc juſtam S. V. querelam. Si juſtitiæ viam amplectendam cenſuimus: Sine qua vera pax eſſe non poteſt. Cum juſtitia & pax ſe invicem deoſculentur, & ut ad clementiam deveniatur prius veritas eſt habenda. Sunt enim Pſalm 84.
(teſte Pſalmiſta) quatuor Sorores concatenatæ: *Juſtitia & pax oſculatæ ſunt: Miſericordia & veritas obviarunt ſibi.* Qui igitur miſericordiam expectat, reatum fateatur oportet: Qui pacem vult, juſtitiam amplectatur. Nec ita paſſim utendum eſt clementia, ut delinquendi incentivum præbeatur. Sed potius ad bonum regimen ſpectat *parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.* Non enim indulgendum videtur his qui contumaciter in rebellione perſiſtunt, his qui in arcib. munitis ſe continent, his juſti- Virgil 6. Æneid.
tiæ executionem ſatagunt evitare.

34. Secundo redarguitur noſtra reſponſio quod pro culpa quam V. S. in quibuſdam eſſe dicebat, V. S. quodammodo criminaremur, illos immunes criminis fatendo. Sed abſit tantus error qui nil ipſa reſponſione quam propria manu conſcripſimus legi poteſt, quod criminationem ſapere videatur, ſed potius venerationem & obſervantiam Veſtræ S. quam ſemper in verum patrem & paſtorem præcipuum habuimus. At ſi id V. S. criminationem putet quod ea aſſerente: ducem Franciſcum in aliquo forſan errore, alios quoſdam in vera (ut ajebat) tibaldaria incurriſſe ex quibus forſan aliquis jam deo computum reddebat. Nos intelligentes hæc à veſtra Sanct. referri ad criminandum Marchionem Piſchariæ tunc vita functum, qui (ut prætertur) antea vivens nobis illius factionis practicam detexerat. Reſpondimus de mortuis modeſte loquendum eſſe ac in dubio potius bene quam male præſumendum, hominemque mortuum qui per ſe reſpondere non poterat, potius laudandum quam vituperandum ſeu culpandum, Noſque cupere mortuum vivere, ut de ſeipſo rationem redderet. In duce autem non errorem qui in facto proprio cadere non poterat: ſed ſi ea quæ illi erant objecta vera apparerent, crimen potius acerrimum ac exemplari punitione dignum cenſeri. Hæc quippe nullam in V. S. criminationem afferunt, ni forſan S. V. ſeipſam dijudicans fateri vellet (quod non credimus) ſe ejus factionis conſciam autricemque fuiſſe, prout Marchio vivens nobis retulerat. Quem forſan ob id de tibaldaria agendum cenſeret, quod præter fidem datam illius factionis ſecreta detexiſſet, qui tamen ex eo fidelitatis debito, quo nobis prius aſtringebatur, tacere non poterat, quin ſeipſum ejusdem criminis reum faceret: ubi propalando tale facinus, veniam præmiumque & laudem jure ita diſponente conſequebatur.

35. Tertio redarguitur eadem noſtra reſponſio quod quæ V. S. nobis benigne & large pollicebatur, ea nos tanquam debita & obligata flagitaremus. Sed videamus qualia eſſent ejusdem Sanctitatis pollicita, qualisque fuerit reſponſio noſtra, ut etiam hanc culpam ruamus: hoc n. V. S. in ſuis literis ſub ſilentio pertranſit, aliis cauſam deterius cogitandam relinquens. Ut igitur horum veritas clare pateat, offerebat nobis V. S. ſi illius votis quoad ipſum Ducem Franciſcum annueremus, ſe nobis non ſolum decimas & Cruciatas & pileos & quicquid per ſpiritualem & temporalem poteſtatem facultatis haberet prælaturum, ſed etiam ſanguinem & vitam ad noſtram exultationem & ſatisfactionem exhibiturum: Reſpondemus non convenire reipub. Chriſtianæ cruciatam tali conditione perſtringi, ſed potius libere & ſponte offerendam, nec congruum videri ut illa differatur. Poteramus n. jam in noſtris his regnis concedere eo ordine, quo noſtri prædeceſſores illam ſemper à veſtris prædeceſſoribus obtinuerant, pro promontoriis in Africa. Qui ſitus adverſus fidei hoſtes tuendis ac propulſandis, quib. ad eum effectum nuſquam fuerat denegata, & minus nobis hujuſmodi Eccleſiæ theſaurum à V. S. denegandum ſeu differendum cenſebamus: qui ultra res Africanas prout veſtræ S. inſinuavimus, cupiebamus etiam cum ea pecunia quæ ex ipſa Cruciata colligeretur, rebus Ungaricis adverſus Turcas ſuccurrere, prout & religionis & officii noſtri & ſanguinis ratio incitabat. Pollicebamurque eam pecuniam nequaquam in alios uſus implicandam. Quod ſi ex ipſius cruciatæ denegatione ſeu dilatione quod ſiniſtri Chriſtianitati contingeret, hoſtesque fidei quicquam molirentur, cum jam tot bellis Papæ imputatur
contra nos & ſtatum noſtrum tentatis exhauſti eſſemus, nec ſine cruciata occurrere poſſemus, Chriſtianitatis
proteſtati ſumus id nequaquam noſtræ culpæ aſcribendum, ſed potius eidem imputandum qui id noxa.
denegaret quod ſibi non noceret & toti Chriſtianæ reipublic. ſumme prodeſſe poterat. De pileis autem, diximus unum duntaxat à veſtræ felici promotionis exordio à nobis petitum, quem ubi putabamus tam diu differendum, cum eſſet prima gratia à Veſt. Sanct. manu etiam noſtra conſcriptis literis petita ac inſtanter flagitata. Alter vero pileus petitus non fuerat, ſed ultro à Veſt. Sanct. oblatus noſtroque conſenſu acceptatus. Sicque alienum cenſebamus eos nunc pileos tali conditione per-

Tt

one perſtringi, quos tamen V. S. arbitrio tunc relinquendos putavimus, pollicentes nos de cætero pro his nec pro aliis quibuſcunque pilcis ullam facturos inſtantiam. Reliquas autem ipſius V. S. oblationes non ſolum gratas & acceptas habuimus, pro ipſiſque gratias ut decebat retulimus. Sed etiam reciproco, quicquid facultatis haberemus, vitam quoque & ſanguinem pro veſtræ Sa. honore ac incremento libere obtulimus.

36. Hæc ſunt, Pater ſancte, quæ illis literis V. S. manu conſcriptis, noſtra etiam manu in effectu reſpondimus, quas in lucem prodire cupimus, ut utriuſque noſtrum ſcriptis bene perſpectis plane decerni poſſit, an juſta ſit culpa quæ de his nobis aſcribitur, an ne hujuſmodi noſtra talem redargutionem & criminationem mererentur.

37. Ad eam autem acculationem & querelam, quam (ut præfertur) V. S. proponit de noſtrorum in Italia agentium iniquitate & contumeliis, ac oblncutionibus. Id, teſte Deo, affirmandum cenſemus nil tale à nobis nec noſtro juſſu prodiiſſe, nec ſub generali noſtro mandato comprehendi potuiſſe quicquam, quod crimen ſeu delictum ſaperet. Quod ſi nobis quid tale legitime conſtitiſſet, fuiſſemuſq; de his ut decet edocti vel etiam adhuc edoceremur, non remanerent hæc impunita taliterque pro juſtitiæ cultu provideremus, ut nulla horum culpa nobis aſcribi poſſet.

38. De re autem Senenſi non recte taxamur, nulla enim juſta culpa nobis impingi poteſt, quæ ad ipſius civitatis quietem ſtabiliendam ac bene regendam egimus, ſed quicquid vero ac juſto Principi convenire videretur. Eſt enim civitas illa antiquiſſima illius reſpubl. Imperiali ditioni ſubjecta, & ſupra alias omnes Italiæ civitates adeo ab omni ævo Sacro Imp. addicta, illiuſque devotioni affecta, ut nil ſupra deſiderari queat, habetque propterea ab ipſo S Imp. noſtriſque prædeceſſoribus ampliſſima privilegia etiam per nos confirmata, quibus ipſa reſpub regenda ac gubernanda conceditur. Et cum pluribus jam annis præter ipſorum privilegiorum mentem ejuſdem reipubl. regimen & gubernium eſſet à tyrannis uſurpatum, qui non amore ſed timore, non jure potentia ac potius vi illius ſubditos continebant. Quorum primus Pandolphus Petrucius: Inde eo mortuo Burgeſius ejus filius. Ac eo poſtea autoritate Leonis Pontificis à regimine expulſo, ſalcem in alienam meſſem mittendo: Sua S. novum tyrannum inſtituiſſet, Cardinalem Petrucium qui eo prætextu quotannis decem aureorum millia eidem Sanctitati perſolvere convenerat. Sic eandem Remp. Senen. unire ſatagendo Remp. Florentinæ ut inde magis Imperii vires in Italia debilitari ſeu verius enervari poſſent. Quem Cardin. tyrannum, nos etiam quandiu vixit, ut potius Leoni & ipſi V. S. quam nobis & ſacro imp. ac illi reip. ſatisfieret, in eodem regimine paſſi ſumus. Eo autem Cardin. mortuo, dum inter noſtros eſſet contentio quid magis illi reipubl. conveniret, an ſub ſolo gubernatore forent regendi, an ſub ordine civium ex moribus dictæ civitatis erigendo: rem V. S. conſilio & ordinationi committendam cenſuimus: ut noſtrorum contentionem tolleremus. Quorum pars una ad unum illius civitatis regimen deferendum putabat. Altera vero pars civibus & populo committendum ſatagebat. Electa eſt tandem inter eos media via, ut nec unus ſolus, nec reliqui ſine capite gubernarent: ad idque civis noſtrorum autoritate præfectus extitit. Primo Franciſcus Petrucius Borgheſius patruus. & cum is V. S. minus idoneus ad id munus eſſe videretur, Veſt. S. cum Fabio Petrucio Burgeſii fratre affinitate contracta hunc ipſius civitatis regimini præficiendum putavit V. S. Franc. Petrucium illius patruum excludere illamque rempub. ad ſuæ voluntatis libitum in manu habere conſenſerunt. ni id noſtri qui nihil aliud quam S. V. in his & aliis omnibus occurrentibus, noſtro juſſu morem gerere ſtudebant. Admiſſus eſt Fabius ipſe Petrucius V. S. intuitu, qui intrans ut agnus & cum omni humilitate receptus: tandem adveniente duce Albaniæ Gallorum duce, illius præſidiis fretus ſe non agnum ſed lupum oſtendit: ipſamque rempub. non Imperiali ſed Gallicæ factioni adjicere conatus eſt: eam cogendo, ut Gallis & pecuniam & tormenta bellica ad regnum noſtrum invadendum Neapolitanum erogaret. ipſique duci Albaniæ contra nos, & ſtatum noſtrum faverent, & ad illius nutum extorres & ſeditioſos factionis Gallicæ autores in civitatem reducerent. Et cum annuente altiſſimo de noſtrorum victoria certiores effecti Senen. ipſi à jugo ſervitutis hujuſmodi ſe excutere curarunt. Franciſcus & Fabius & eorum adhærentes, civium, ac populi intentione perſpecta, civitatem cum regimine pro derelictis habent: ſeque ab ipſa civitate abſentarunt. Proceditur contra culpabiles, aliqui (ut ajunt) juſtitia prævia plectuntur, aliqui certis limitibus proſcribuntur & confirmantur. Reſque eo deducitur, ut civitas & reſpublica Senen. per ſeipſam in libertatem proclamet, reipubl. quieti juxta ſuorum privilegiorum formam intendat: noſtræque ditioni, ut par erat. ſe totaliter devoveat. His Veſt. Sanct. (ut ajunt) percita, conqueritur ſuos turbari, maleque tractari, remedium à nobis expoſcens. Nos qui nil aliud cupiebamus quam Veſt. Sanct. in his & longe majoribus ſatiſfacere, noſtrorumq; in Italia agentium opiniones pro debito juſtitiæ concordare. Commiſimus commendatori Herreræ, quem ad Sanctit. Veſt. (ut præmittitur) mittebamus, ut is per dictam civitatem Senenſem tranſeundo in acceſſu & reditu ſe informaret: de ipſius civitatis gubernio & regimine, tam antiquo quam moderno, tam cum ipſis civibus in civitate manentibus, quam cum extorribus ante expulſis. Quid magis civitati & reipublicæ convenire videretur, an uni ſoli regimen conferendum eſſet, an pluribus civibus ex decurionum decreto hujuſmodi regimen eſſet concedendum, & hujuſmodi informationibus ſecreto ſumptis, ut ſub debito ſigillo ſecreti ad nos transmiſſi oportune provideremus. Interea tamen extorres ad ſuorum bonorum poſſeſſionem & fructus, prout prius tenebant, reſtituendos cenſuimus. Adimplevit Herrera quod ei commiſſum fuerat, ſumpſit informationes ab utriſque, tam civibus quam extorribus: providit extorribus ſuper ſuorum fructuum perceptione, juribus reipubl. ſalvis Miſit ad nos informationis omnes clauſulas ſigillatas. Comperimus melius reipubl. convenire præſens civiũ gubernium,

Papa falcem in alienam meſſem mittit, dum Imperialia affectat.

nium, quam vim tyrannide utentis. Duximus igitur nil immutandum donec aliter rebus omnibus perſpectis ordinandum cenſeremus. Interim in lucem prodeunt aliquorum factiones, qui pecunia corrupti & civitatem prodere, & extorres & factioſos in eam inducere, & ipſam rempub. ſubvertere conabantur: jam per ſubterraneos cuniculos perque alia media hoſtibus & rebellibus ad civitatem ingreſſum præparantes: inter quas tres apertiſſimæ conſpirationes, & (ut ajunt) proditiones detectæ ſunt. Compertis in factioſorum domibus, montibus, foveis, ſcalis, armis, munitionibus, & omnibus aliis ad id facinus perpetrandum diſpoſitis, deprehenduntur ut audivimus hi facinoroſi in flagranti crimine capiuntur, fatentur delictum, detegunt factionis practicas, damnantur juſtitia prævia: debito plectuntur ſupplicio. Si V. Sanct. inter ſuos amicos & benevolos annumerandos cenſuerit, ſi pro his quæ in eos geſta ſunt querelas prætendat, Si ex his ſibi contumelias & opprobria impingi putat, Si cum his omnem nobilitatem exterminatam cenſuerit: quæ potius in ipſa virtute conſiſtit, animadvertat Veſt. San. ne gravius pondus humeris ſuis imponat: neve hujusmodi factionum ſe conſcium tacite fateatur: quod nequaquam illius dignitati & officio convenire videtur. Cum potiſſimum autore cujus nutu cuncta reguntur, ipſa reſpub. Senen. ſuæ juſtæ cauſæ apertum præſtiterit teſtimonium, a tot invaſorum congreſſibus, ſe ſuis ſolum viribus, liberando.

Papali officio factiones & proditiones non conveniunt.

39. Ad illam autem querelam quam Veſt. S. profert, quod contra promiſſum & fidem datam, tot mala per noſtros in ſanctæ Rom. Eccleſ. terris & locis (ut ait) parata fuerunt. Et ſi noſtrorum militum inſolentias reſque injuſte geſtas, ſi quæ ſunt, nequaquam approbare, nec excuſare volumus, quin potius ubi fas erit, debita caſtigatione compeſcere. Non poſſumus tamen non admirari, quod S. V. ſe promiſſis & fide data juvare velit, quibus antea contradicit, & quæ etiam per nos ratificata V. S. reſpuit ac rejicit: noſtram ratificationem impugnans, ſuamque (ut prædiximus) denegans, indeque ad fœdus omnino contrarium tranſitum faciens. In quem calum non tantum exacerbandus videretur, ſi noſtri duces & milites qui ſua virtute & viribus Parmam & Placentiam eccleſiæ reddidere ac ab hoſtium faucibus evulſere, totieſque tutati ſunt, ut illis victum quærerent, ac de his prout de reliquis ab hoſtibus recuperatis diſponendum cenſerent, potiſſimum cum ita hæ civitates eſſent Eccleſiæ, ex fœdere Leonis conſignatæ, tenendæ duntaxat eo jure quo aut per ipſum Leonem tentæ fuerunt. Quod jus tamen nullum erat, quandoquidem ad feudum pertinerent Imperii, eſſentque per ducatus Mediolani: & de illis nullum Eccl. Romana titulum validum nec ab imperio, nec ab eo qui dare poſſet, obtinuerit.

40. Quæ autem de Legato & Nuncio objiciuntur, quantum illa à veritate diſtent, etiam ex legati & nuncii aſſertione patebit. Quam primum enim Legatus in Curiam noſtram pervenit, cum jam Nuncius ſe mandatum habere profiteretur, ut in pace cum Gallo ineunda & tractanda miniſtris id flagitantibus & ſollicitantibus, impeditus fuerit ipſius Viceregis in Italiam tranſitus. Quinetiam, ut fertur, Si Dom. Hugo illo tempore intra limites ipſios regni Franciæ repertus eſſet, illum pariter detineri curabant: ut ad Veſt. Sanct. pervenire nequiret. Sicque magis colorari poſſet animi veſtræ Sanctitatis nobis alienatio, & apertius incuſari poſſet ipſius Dom. Hugonis tardatio, quam etiam veſtra Sanctitas ſine juſta ratione accuſare nititur: ubi biduo duntaxat in Curia Regis Gallorum apud Viceregem ſe continuit, ad quem miſſus erat, ad eum duntaxat finem, ut cum Vicerege (ſi fas eſſet) ad iter illud Italicum cum dicto Domino Hugone peragendum excitaret. Quod ſi illum ad id diſpoſitum ſeu præparatum non reperiret, reciperet ab ipſo Vicerege ulteriorem inſtructionem, de his quæ in regno Neapolitano, poſt expeditum cum veſtra Sanctitate negocium, eſſent: & inde ipſe Dominus Hugo Vicerege dimiſſo, ſolus ad exequenda commiſſa in Italiam tranſiret; ut ſic non recta vi[illegible] illatio, quod ibidem ſe continuerit: ut rerum ſpecularetur eventum. Minusque incuſanda videtur ipſius Domini Hugonis mora in Mediolano facta, quæ quintum diem non exceſſit. Cujus etiam mora potius coacta cenſetur quam voluntaria. Cum in illius apud Mediolanum primo congreſſu apparuerint ipſius ducis Sueſſæ vices noſtras in urbe agentis literæ, quibus nunciabatur fœdus ante per veſtram Sanctitatem cum cæteris eſſe concluſum, eamque non potuiſſe induci, ut ipſius Domini Hugonis adventum per aliquot dies expectaret. Quinimo reſolute reſpondiſſe: quod nec per diem nec per horam ipſius fœderis concluſionem differret: nunciabat etiam arma jam parata. Exercitum ad iter diſpoſitum, ut noſtros adorirentur. Erat quoque rumor publicus & fama, quod clauſi eſſent paſſus, & aditus ad urbem, quod noſtri curſores ſive euntes ſive venientes, ubique detinebantur: literæq; omnes intercipiebantur: nullusque erat tutus acceſſus ad veſtram Sanctitatem, his rationibus coactus fuit Dominus Hugo ibidem ſuperſedere, ac iter ſuum per eos differre, donec à veſtræ Sanctitatis ducibus & miniſtris ſalvum conductum impetraſſet: prout fecit. Qui ſic interim cum duce Franciſco tractare viſus eſt, ut ſi poſſet illum induceret noſtris ut tenetur, obediret mandatis: utque omni rebellione ceſſante ſe noſtræ juſtitiæ & gratiæ, ut par erat, ſubjiceret. Noſque & duces noſtros de arce in qua continebatur, ſecuros faceret, ne inde rebus noſtris ac exercitui noſtro damnum aliquod emergeret, ſeu incommodum afferri poſſet: Non eſt igitur cur de his veſtra Sanctitas conqueri debeat, cui nulla ob id fiebat injuria. Quinimo ipſo duce nobiſcum, vel cum dicto Domino Hugone noſtro nomine tranſigente, felicior reddebatur noſtra cum veſtra Sanctitate conventio. tollebaturq; principalior difficultas illius novi fœderis, quod inter nos tractabatur: & quod cum veſtra Sanctitate inire putabamus, ni forſan veſtra Sanctitas ſuis cogitationibus atque conatibus obviam ire putaret, Si Franciſcus Sforcia ſine Sanct. Veſt. autoritate in gratiam reciperetur, illumque ſibi obnoxium non haberet.

41. Quod autem aſſeritur noſtros interim Parmam occulta proditione eripere tentaſſe: id enim no-

nim nobis penitus ignotum, ſed nos arbitramur duces noſtros rem tam arduam nobis inconſultis non auſos fuiſſe tentare, credimus potius ab aliquo maligno ſpiritu ad diſcordiam ſeminandam adinventum atque confectum. Quandoquidem ubi nos Parmam ſimulque Placentiam recuperare, feudumq; Imperii, prout fuerant antea, reunire & reintegrare voluiſſemus, id non occulta proditione, ſed palam & juſte per juris tramites exequendum fuiſſet: licet nos ita à cupiditate ſemper alieni fuerimus, ut potius noſtra, & Imperii jura negligere, quam publicam quietem turbare maluerimus, & potiſſimum illam ſanctam Apoſtolicam ſedem & catholicam Eccleſiam, cui ſemper (ut par erat) deferre conati ſumus. Sicque noſtros à prætenſa proditione omnino immunes eſſe cenſemus, cum potiſſime nihil aliud quam de eorum offenſione cogitare videretur, adverſus invaſionem contra eos præparatum, prout rei exitus demonſtravit.

42. Unde ex his omnibus criminationibus & querelis in nos adductis, recto ſemper his judicio ſumpto reſultare non poſſent tales injuriæ ſeu cauſæ, quibus veſtra Sanct. invita & gemens (ut ait) de nobis deſperare aut diffidere debuerit: nec ob id (ut aſſeruit) ſuam amicitiam & benevolentiam a nobis repudiatam cenſere, quam potius ſemper in ſummo precio habuimus. Nec propterea neceſſe fuerat Veſt. Sanctitati ſe tot magnis (ut ait) regibus adjungere, nec hos in odium noſtrum convertere, qui non his minorem in Chriſtianam rem & ſedem Apoſt. animum ſemper habuimus. Et quippe ſi veſtra Sanctitas ab his fœderibus & colligationibus contra nos & ſtatum noſtrum ac dignitatem tentatis abſtinuiſſet, non propterea, ut inquit, paſtoris ſeu communis patris laudem amiſiſſet: ſed potius magis atque magis confirmaſſet & auxiſſet. Sicque merito cum Pſalmiſta dicere poſſumus: *Quare*

Pſalm. 2. *fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania, Aſtiterunt reges terræ & principes convenerunt in unum, adverſus*, non inquam dominum, & Chriſtum, ſed adverſus miniſtrum à domino divinitus

Papale & gentium jugum projicit Deus ab Imperio. inſtitutum ab ipſomet Chriſto, à quo omnis pendet autoritas & poteſtas: qui propterea diſrumpet vincula, & linguam eorum & projiciet à nobis jugum ipſorum, prout in ſuam divinam benignitatem & clementiam recta noſtra intentione, & conſcientia freti, plene confidimus.

43. Subjungit V.S. cum eſſet res geſta & fides invicem data, eademque ſanctitas fœdere aſtricta cum illis regibus, acceſſit tum demum itineribus lente & tarde confectis dictus Domin. Hugo, eidem Sanctitati conjunctionem & conditiones eas afferens, quas cum veſtra Sanctitas tam ſæpe tamq; vehementer petiiſſet: toties (ut ait) repulſa & repudiata fuerit. Quarum tunc excipiendarum occaſio, & tempus præterierunt. Duo hæc, Pater Sa. conſideranda intuendaque videntur: quæ profecto non nos tantum, ſed omnes recte ſentientes in ſummam admirationem debent inducere, & pro quibus nos in Sanctitatem veſtram juſtiores querelas poſſumus retorquere. Alterum quod Veſt. Sanctit. ſciens dominum Hugonem præſto venturum, & jamdiu ad iter accinctum cum amplo mandato, & grata reſolutione noluerit per aliquot dierum ſpatium, noſtris id ſumme flagitantibus, ac cum omni inſtantia requirentibus, illius adventum præſtolari: Sed ſolum illius tarditatem inculando non habito reſpectu, quod is etiam curſoris more per equos ad id diſpoſitos (quantum illius ætas ac perſonæ qualitas ferre poterat) die noctuque iter ſuum feſtinabat: V. Sanct. adeo voluntariè prorupe- rit in hujus damnoſi ac ad ſcandaloſi fœderis participationem. Alterum vero quod eodem Domino Hugone ad Veſt. Sanct. provento & (ut V. S. profitetur) optatas eidem conditiones noſtro nomine offerente, priusquam aliqua armorum executio tentaretur: eadem San. ita rejicienda cenſuerit, ut earum accipiendarum occaſionem, tempus prætetiiſſe aſſereret: non advertens quantum difformiter nobiſcum egiſſet, fœdus, quod antea cum noſtris oratoribus inierat, jam hinc inde publicatum, & per nos ratificatum ac approbatum, reſpuendo, ſineque ulla ratione juſta ejus literas ratificatorias noſtris reciprocas concedere denegando. Nunc econtrario fœdus aliud illi repugnans, ſub defenſionis nomine penitus offenſum ſub colore univerſalis pacis diſponendo: pacem jam ubique contractam diſrumpens atque perturbans: & luco pacis bellum ac arma commovens. Adeo inviolabiliter ſuſtinere conatur V. S. ut etiam optatas (ut ait) conditiones, armorum cauſam ſubmoventes, reciproce recuſaverit. Digne damnata quidem hæc deformitas in ipſo paſtore & communi patre: qui omnibus æqualis eſſe debuiſſet. Eſto enim quod in nobis noſtriſque miniſtris aliqua mora argui potuiſſet, prout revera non poterat, non tamen ipſius moræ purgatio jure tanti momenti erat deneganda: ubi potiſſime nullum erat ad id tempus præfixum, nec dies qui interpellaret per horas nullaque pœna ad id adjecta, quæ moræ excluderet expurgationem, nec etiam aderat contrahentium intereſſe, ubi armorum motibus nondum executis radix procedebatur, ubi publica quies facilius parabatur. Hæc enim, Pater beatiſſ. non ad propulſandum (ut ait) Italiæ ſervitutis periculum, Chriſtianitatiſq; perturbationem: ſed potius ad effectus penitus contrarios diſpoſita videntur. Non pro ſede Apoſt. armis exercitu munienda. Quæ illis non indiget, ubi nullus adeſt offenſor: ſed potius pro ipſius Apoſtol. ſedis munitionibus profundendis, eccleſiarumque theſauro exhauriendo & effundendo, contra ipſummet Chriſtum, ad Chriſtianæ reipublicæ detrimentum: inventa ſunt non ad juſtitiæ & pacis viam (ut inquit) inter omnes æquis conditionibus parandam: ſed potius ad omnem juſtitiam perturbandam pacemque jam paratam infringendam ac quaſi deſperandam: non etiam videntur hæc conſilia ſeu geſta, quibus S. V. nec coram Deo nec corā hominibus rectam juſtificationem recipere debeat. Sed potius ſi fas eſt dicere, ſcandalum, eccleſiaſticique ſtatus gravem perturbationem peperiſſe videntur.

Imperator ſolus & unicus Eccleſiæ defenſor & conſervator.

44. At ſi hæc Sanct. V. recto ſui intellectus oculo, diligentique circumſpectione perluſtraverit, comperiet profecto nullum eſſe regem aut principem nobis recto ordine anteferendum, nullum cui Apoſtolica ſedes magis debeat, quemve magis tueri fovereque deberet. Nullum à quo magis

filialis

filialis obſervantiæ ac devotionis ipſa Apoſt. ſedes receperit aut recipere poſſit. Nullum qui magis Romanam Eccleſiam Apoſtolicamque ſedem ſtabilire, conſervare, ac augere cupiat. Nullum ex cujus regnis ac dominiis magis honoris, commodi ac pecuniæ, ad Apoſto. ſedem Romanamque curiam affluat. Si eam ad rem recte advertat Veſt. Sanctitas, comperiet quod ex Imperio regniſque ac dominiis noſtris Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Germaniæ, Galliæ, Belgicæ, ac ſuperioris Burgundiæ, pluſquã ex cæterorum omnium regnis, ac dominiis ſimul junctis, lucri & commodi ſedi apoſtolicæ ac Romanæ curiæ accedit. Non enim patimur Reges, aliorum paſſim & laute eccleſiarum ſpolia & annatas ex eorum regnis ad Rom. curiam deferri: qualia autem ſint ea lucra, ex centum illis Gravaminibus Nationis Germanicæ colligi poterit: quibus tamen ex ea devotione & obſervantia, qua ſemper Veſt. Sanctitati ac apoſtolicæ ſedi affecti fuimus, nuſquam aures præſtare curavimus, nec his animum adjicere. Quod ſi juſta aliqua ratione vel cauſa, apoſtolica ſedes his lucris careret, non eſſent claves auctæ, quæ bellorum Archivia pro libito aperire, & claudere ſolent, nec Veſt. Sanctitas ex regnorum noſtrorum pecuniis, atque redditibus exercitum in nos concitaret, nec temporalia arma moveret, quibus potius juſtum videretur, ad noſtram defenſionem uti.

45. Quod Veſt. Sanctit. teſtatur ſe nunc etiam eo animo eſſe, ſi ad æquitatem & humanitatem nos referre voluerimus: illius arma non ſolum nobis non adverſa, verum etiam ad res vere glorioſas perpetuo futura. Sin autem in occupanda Italia quotidie magis, & aliis partibus Chriſtianitatis perturbandis, nos non tam naturæ quam cupiditati & conſiliis noſtrorum obſequi perſeveraverimus, Veſt. Sanctitatem neque juſtitiæ neque libertati Italicæ (quæ illius ſedis tutela continetur) non defuturam, ſed juſta & ſancta arma moturam: non tam ad offenſionem quam ad defenſionem. Sancta quippe eſt hæc proteſtatio ſi verbis facta reſpondeant. Habet enim V. Sanctitas ex illis juſtificationibus quas ſuperius adverſus ea, quæ in nos objecta fuerant retulimus: noſtram & æquitatem & humanitatem, ſimulque admixtam juſtitiam, ut ſi talis ejuſdem ſanctitatis ſit animus, primam ipſius proteſtationis partem ad effectum deducere valeat. Quod ſi fecerit, & à nobis gratias, & a Deo præmium reportabit. Habet etiam ex ejuſdem juſtificationibus late oſtenſum: nos ab occupatione Italiæ & Chriſtianitatis turbatione, ab omnique cupiditate alienum eſſe, nilq; unquam injuſtum, nil Italicæ libertati contrarium, nil quod Apoſtolicæ ſedi tutela non conveniret per nos tentatum: imo nec cogitatum fuiſſet. Sicque merito ceſſabit ſecunda ipſius proteſtationis pars, ut nec arma juſte in nos moveri poſſint, nec offenſione nec defenſione opus eſſe videatur. Nos enim ut omnis à nobis abſit ſuſpicio, Si V. Sanctitas ejuſque fœderati pro illorum parte arma deponere conſentiant, erimus pariter ad ipſorum armorum depoſitionem promtiſſimi. Verum quippe hanc & rectam viam cenſen. & V. Sanctit. in his per viſcera miſericordiæ obſecrat, & per ipſam ſpem, quam de nobis (ut inquit) concepit, obviam eat immoderatis cupiditatibus, & magis pub. chriſtianitatis bono condonet. quam & nos ad id attrahendos putet: ſed rectis V. Sanct. clavibus oleo charitatis delinitis ſedabuntur. & ea cura, quam Veſt. Sanct. nobis dicit eſſe communem, cum ambo a Deo (ut recte inquit) in hanc ſollicitudinem pro commiſſis nobis honoribus ſumus vocati. ſic agendo facillime expediri quo pariter officio & debito, non minus quam V. Sanctitati non etiam neque defuimus, neque defuturi ſumus, quinimo totis viribus atque conatibus anhelamus: ut hæc duo magna luminaria a Deo inſtituta, ita ſibi ad invicem debito ordine correſpondeant, & ſubminiſtrent: ut orbis univerſus rectam illuſtrationem recipiat, nec per ipſorum luminarium objectum eclipſim in Chriſtiana religione & doctrina cauſari, & generari, ſeu diutius ſuſtineri valeat, in maximum Chriſtianæ reipubl. detrimentum.

46. Ad quod V. Sanctit. in ſuarum literarum calce ſubjungit. ſub conditione tamen, quaſi rem dubiam ſeu incertam proponens, dum inquit: Quod ſi, quæ de noſtra in pacem generalem voluntate paſſim ferebantur, veras prudentiæ & pietatis radices habebant, habemus occaſionem declarandi quæ ſentiebamus: omnia vere nos ex animo ſenſiſſe, atque operibus verba comprobando ſingularem optimi Principis laudem nobis acquirere: qui ſi Sanct. veſtræ amorem noſtrum cupiens, in liberanda Italia, quam ſuis fœderatis in eorum juſtis petitionibus ſatisfacere inſtituerimus: erit id noſtræ famæ & ſapientiæ melius multo accommodatum, & paci univerſali ſecuritatique tam rerum noſtrarum, quam totius Chriſtianitatis magis conſentaneum. Putamus, Pater beatiſſime ſatis dilucide, & aperte oſtenſum eſſe, qualis fuerit noſtra in pacem generalem voluntas: ut nec ulla in conditione ponenda nec de ea dubitandum videretur: qui nullo unquam figmento, nullave ſimulatione uſi ſumus, nil unquam in ore habuimus quod in mente ac voluntate non ſederet, omnia vere ex animo ſentientes quæ loquebamur operibus verba comprobaturi, ſi hi quos res tangebat, & ſine quibus pax generalis obtineri non poterat, juſtè noſtræ inclinationi (ut decebat) correſpondiſſent. Sed cum ea ſit univerſalis pacis natura, atque ſubſtantia, ut in ea omnium conſenſus univerſaliter exigatur: omnium voluntas neceſſario debeat concurrere: & econverſo ab uno ſolo ex contendentibus, quicunque fuerit dependeat: & in ſolius poteſtate ac voluntate conſiſtat. Ipſam univerſalem pacem impedire & etiam ſi facta foret turbare bellumque movere, & partem alteram etiam invitam, ad ipſum bellum trahere non potuit, ob id aliis renitentibus, noſtraque optima voluntas operibus comprobari. Qui propterea (tanquam omni culpa carentes) non putamus illam optimi principis laudem, à nobis auferendam, ſeu cujuſpiam maledicentia ſubtrahendam.

47. Si igitur V. S. prout flagitare videtur, conſulere intendat pub. quieti, juſtæque Italiæ libertati, deponat arma, reponatque gladium Petri in vaginam, idque efficiat, ut etiam ſui fœderati arma deponant; quod & nos (ut prædiximus) eodem contextu facturi ſumus: *ut* ſic juxta canticum Zacha. Papa Petri gladium reponat.

 ſine u-

Luc. 1. Pſalm. 101.

ſine timore ab inimicis noſtris liberati, ſerviamus illi. Hoc enim jacto fundamento, poterit facilius S. anct. Ve. eam ſuperficiem paris univerſalis ædificare & laborare (ut inquit Pſalmiſta) *In conveniendo populos in unum, & reges ut ſerviant domino.* Et cum ea quæ Dei ſunt cunctis rebus ſint anteponenda, & inde publica privatis juſta ratione præferantur, ne privatorum paſſio perturbet ea, quæ Dei ſunt & quæ ad pub. ſalutem pertinent, conſentaneum videtur: ut prius ab hoſtibus fidei, à Chriſtianorum cervicibus propulſandis, & ſi fas ſit ad ovile Chriſti adducendis: deque Lutheranorum, aliorumque hæreticorum ſectis, & erroribus comprimendis, corrigendis atque ſedandis, & ſi licuerit ad eccleſiæ gremium reducendis: de illis quoque omnibus, quæ Rom. eccleſiæ, totiusque Chriſtianæ reipubl. ſtatum, ſalutem, conſervationem, & incrementum concernere poſſunt, tractetur, & conveniatur.

48. Demum de juſtia (ut ait S. veſtra) à ratione & æquitate non alienis, privatorum ſeu fœderatorum querelis, & petitionibus merito ut tranſigatur conveniri poterit. In quibus tam publicis quam privatis, Si Veſt. Sanctit. recto ordine intendere, ac ad ea animum adjicere velit: veri patris ac paſtoris officium aſſumendo, comperiet nos velut devotiſſimum ac obſervantiſſimum filium, illi obtemperantem & obſequentem. Ita in omnibus juri, rationi, ac æquitati ſubnixum: ut nihil injuſtum indebitumve petituri ſeu deſideraturi ſimus: quin potius juſtis aliorum petitionibus ſatisfacturi: ac ſi expedierit, de proprio daturi & dimiſſuri, pro ipſius Chriſtianæ reipublicæ commodo, proque Chriſtianæ religionis augmento. Pro quo etiam imperium, regna, dominia, & quicquid nobis Deus & natura conceſſit, ac denique vitam ipſam expoſituri ſumus. Rurſus pollicentes nos hæc verba noſtra. (Si veſtra Sanctitas rem paterno amore complectatur) factis & operibus comprobaturos nihilque omnino pro parte noſtra obmiſſuros, quod ad rem ipſam recte diſponendam, ac peragendam facere videatur. Quod ſi ſecus quam putamus evenerit, veſtra Sanctitas noſtras juſtas rationes & requiſitiones obaudiat. Proteſtamur coram Deo & hominibus, quod ſi quid inde ſiniſtri Chriſtianæ religioni evenerit, id nequaquam noſtræ culpæ aſcribi poſſit: à qua omnino nos immunes ſervare curabimus, nil tamen prætermiſſuri de his, quæ ad noſtram neceſſariam defenſionem videbuntur pertinere quam totis viribus atque conatibus proſequi cogimur, omnibus illis viis ac mediis, quibus & divino & humano jure nos & noſtra tueri licebit: & quibus honor & dignitas nobis ſalvi & illæſi permaneant: & integre conſerventur. Obſecramus igitur Veſtram ſanctitatem ea reciproca obſecratione, qua erga nos utitur per viſcera videlicet miſericordiæ Dei noſtri, & per eam ſpem quam de Veſt. Sanct. ad Chriſtiani nominis ſalutem conceperamus. Obſecramus etiam per claves illas, quas dominus noſter Jeſus, ad parandam Chriſticolis viam, in regnum cœlorum Petro commiſit, quarum etiam adminiſtrationem Veſtra Sanctitas ut ejusdem Petri ſucceſſor aſſumpſit, illis ut decet utendo: Dignetur hæc Chriſtianitatis incommoda & pericula, ſua moderatione ſedare: ipſamque univerſalem pacem dirigere, ac perpetuo fundamento ſtabilire. Habet nunc Veſt. Sanctit. veram & apertam actorum & conſiliorum noſtrorum rationem. Habet ultimas excuſationes ac juſtificationes noſtras adverſus crimina & opprobria, quæ nobis injuſte quidem objiciebantur. Habet noſtram ſanam, rectamque intentionem, ac voluntatem ad bonum publicum & pacem generalem, quietemque univerſalem. Habet filialem noſtram devotionem & obſervantiam. Si Veſt. Sanct. paterno amore nos ut filium complectendum cenſuerit, ſi ipſas excuſationes ac juſtificationes noſtras, tanquam veras & legitimas, ratasque & gratas habeat; hisque ſe contentam reddat, ac ſi de culpis nobis objectis ſatisfactum putet, nosque his culpis carere profiteatur, & ſua pronunciatione declaret. Id demum ſupplicantes ut V. S. non putet: cogitet ſeu recordetur injuriam ſeu offenſam nobis fuiſſe illatam, nec arbitretur nos præteritorum memoriam habiturum. Sed V. S. eorum omnium obliviſcatur, ut ſic recedant vetera novaque ſint omnia: cum & nos idem facturi ſimus. Si V. S. id prout ſupplicavimus admiſerit.

Papæ imputandum, quominus Imperator rem Chriſtianam promovere poſſit.

49 Verum ſi Sa. V. nos ab his culpis & objectis immunes non cenſuerit: noſtrasque excuſationes & juſtificationes, pro veris & ultimis non habuerit: ſi arma contra nos continuarit & illorum depoſitioni non conſenſerit: ſi univerſalem pacem amplecti nolit cum tunc non patris ſed partis, non paſtoris ſed invaſoris officium aſſumeret: ſi æque rectus eorum judex non cenſeretur: nullo alio tunc ſuperſtite ſuperiore, cui nos & noſtra objicere debemus, eaque omnia quæ nobis objiciuntur aut in poſterum objici poſſent, vel tentari; ſive perſonam, ſive Imperium, regnaque & dominia concernant: ſimul & ea omnia quæ nobis ex adverſo, pro noſtra juſtificatione & innocentia, ad Chriſtianæ reipub. quietem prætendimus, & prætendere poſſumus ad ſacri generalis Concilii totius Chriſtianitatis cognitionem & judicium remittenda cenſuimus. Illique nos & omnia quæ cum S. V. habere poſſumus, aut deinceps habituri ſumus, omnino ſubjicimus. Supplicamus præterea eidem veſtræ ſanctitati illamque in domino hortamur: quatenus pro ſuo paſtorali officio proque cura & ſollicitudine gregis ſibi commiſſi dignetur ipſum ſacrum generale Concilium indicere, & convocare in loco tuto & congruo, cum debita termini præfixione. Nos enim cum ex his & aliis ſatis notoriis cauſſis turbari videremus univerſum eccleſiæ & Chriſtianæ religionis ſtatum, ut nobis ac ipſius reipubl. ſaluti conſulatur, pro his omnibus ad ipſum ſacrum univerſale Concilium, cujus etiam officium per viam querelæ his de cauſis implorandum cenſemus: petentes, cum ea qua decet inſtantia, apoſtolos & literas dimiſſorias ſemel, bis, ter. & pluries nobis concedi, & de horum petitione teſtimoniales literas fieri, ac expediri in ea, qua decet forma quibus ſuis loco & tempore uti valeamus. Et cum ad hæc ſolenniter peragenda ejusdem S[illegible]nitatis præſentia minime habere queamus, ut inde forſan futuris gravaminibus occurramus: has noſtras ejus Nuncio Apoſtolico penes nos agenti & legationis munere nomine Ve. S fungenti, per actum publicum, coram notario & teſtibus exhibendas, intimandasque cenſuimus.

Appellatio à Papa ad Concilium.

Datum

Datum in Civitate noſtra Granatæ, die decimoſeptimo menſis Septembris, Anno M.D.XXVI. Regnorum noſtrorum Romani VIII. Aliorum vero omnium XI.

CAROLUS divina favente clementia, Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, &c.

EL REY

Alphonſus Valdeſius.

CAROLI V. IMPERAT. AUG.

Anno Chriſti 1526.

RESCRIPTUM

AD CLEMENTEM PAPAM VII.

BEATISSIME Pater, Domine Reverendiſſime; Non mediocri cordis dolore ad literas Sanctitatis Veſtræ, quas vigeſima tertia Junii ad nos dedit, reſcripſeramus, quum noviſſimè ejusdem Sanctitatis Veſtræ Nuncius alias literas poſtridie à priorum data ſcriptas nobis exhibuit: in quibus licet adhuc videamus Sanctitatem veſtram aliam certè opinionem de noſtra erga univerſam Rempublicam Chriſtianam, & ſacroſanctam iſtam Sedem animo atque voluntate retinere, quàm actiones ipſæ noſtræ promerentur, non potuimus tamen non lætari, perſpicientes in eisdem literis Sanctitatem veſtram propenſiori æquiorique animo pacem optare, blandiusque quàm anteà nobiscum agere. Atque utinam ita in poteſtate noſtra eſſet, labantis Chriſtianæ Reipubl. rebus conſulere, & pacem univerſalem denuò componere, prout in aliorum manu bellum movere, & pacatam Chriſtianam Rempub. turbare extitit: Videret profectò Sanctitas veſtra ac cæteri ejus Fœderati, quàm ſit animus noſter ab eorum opinione alienus, licet (ut verum fateamur) nequaquam nobis perſuadere poſſumus Sanctitatem veſtram (quæ actiones noſtras novit) hæc ex animo & verè dicere, ſed potiùs terroribus quorundam, quibus Chriſtiana tranquillitas minus expedit, perterrefacta ad hæc impulſa videtur. Speramus tamen Deum Opt. Max. cujus gratuita benignitate juſta noſtra cauſa hactenus approbata eſt, Sanctitatis veſtræ animum mutaturum, ejusque electi populi ſaluti potiùs quàm privatis quorundam affectibus atque dolis conſulturum: & Nos, qui & meritis & viribus noſtris quodammodo ſemper diviſi, in ſolius Dei præſidio ſpem noſtram collocavimus, ejusque Clementiæ victorias nobis ab eo conceſſas acceptas tulimus, noſtraque ita protecturum, ut evidentiori etiam teſtimonio animus noſter cunctis pateſiat, nosque commodius & liberius ipſius nomen & gloriam, qua nihil nobis charius unquam fuit, promovere valeamus.

Papa terrore quorundam contra Chriſtianitatem agit.

2. Sanctitatem igitur veſtram quanto poſſumus affectu rogamus, ac per effuſum Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri ſanguinem obteſtamur, ut Chriſtiani populi calamitatibus proſpiciat, nec tot cædes, tot vulnera, totque horrenda mala in Chriſti corpus, cujus Sanctitatem veſtram caput eſſe profitemur, inferri patiatur. Nos enim, Beatiſſime Pater, quandoquidem Sanctitas veſtra de noſtro erga Deum animo (quid enim erga Rempub. Chriſtianam dicemus, quum quicquid vel boni vel mali ejus populo fit, ipſemet vel ingratum vel acceptum ferat?) dubitare videtur, ipſummet Deum immortalem teſtamur, pro virili ſemper conaturos eſſe, ut & Sanctitas veſtra, cæterique Chriſtiani nominis Principes intelligant, nihil æque nobis cordi eſſe, quàm Dei gloriam, ejusque populi ſalutem, pacem, & tranquillitatem ferventiori ſtudio indies ſtabilire.

Imperator in ſolius Dei præſidio ſpem habet.

3. De peculiari verò noſtra erga Sanctitatem veſtram voluntate ingenuè fatebimur, nos nihil unquam prætermiſiſſe, quod ad obedientis filii officium pertinere poſſit. Quæ omnia Sanctitas veſtra facilè experiri poterit, ſi non privatis, ſed publicis rebus conſulere, noſtrumq; animum (qui à Sanctitatis veſtræ obſervantia, dum eam Chriſti vices gerere recolimus, minimè abeſſe poteſt) tanquam communis pater amplecti, Chriſtianisque rebus in deterius prolabentibus, prout latius in aliis literis noſtris ad Sanctitatem veſtram ſcripſimus, pio ſtudio adeſſe voluerit. Quod ut faciat, Sanctitatem veſtram etiam atque etiam rogamus, illique veram à Deo Opt. Max fœlicitatem ex animo optamus.

Datum in civitate noſtra Granatæ, die XVIII. menſis Septembris, anno Domini M.D.XXVI. Regnorum noſtrorum, Romani octavo, aliorum verò omnium undecimo.

CAROLUS divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, &c. Rex.

EL REY

Alphonſus Valdeſius.

Anno Chriſti 1526.

CAROLI V. IMPERAT. AUG. MANDATUM

AD SENATUM SIVE COLLEGIUM CARDINALIUM, UT NEGANTE ſeu differente Pontifice Generalis Concilii indictionem, ipſi indicant.

CAROLUS divina favente Clementia, &c. Reverendiſſimis in Chriſto Patribus, Dominis N. Sa. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, amicis noſtris Chariſſimis, ſalutem cum incremento omnis boni.

Papæ molimina contra Chriſtianitatis decus & Reip. pacem.

1. Reverendiſſimi in Chriſto Patres, amici chariſſimi, tanto profectò animi dolore mens noſtra diſcruciatur, dum ea, quæ Romanum Pontificem ſuæ Pontificiæ dignitatis oblitum non contra nos tantum (id enim æquiori animo pateremur) verum in maximum Chriſtiani nominis dedecus, contraque totius Reipub. (quam induxeramus) pacem & tranquillitatem moliri audimus, ut tametſi animo certè perturbato, moderatis tamen verbis mentem noſtram vobis aperire, actionum noſtrarum (quanta pro rei magnitudine licebit brevitate) rationem reddere, & à Reverendiſſimis Paternitatibus veſtris noſtro ac totius Chriſtiani populi nomine auxilium implorare cogamur.

2. Quum enim in ipſo Imperii noſtri initio à Deo Opt. Max. in tanti Principatus culmine conſtitutos arbitraremur, non ut Imperii limites cum Chriſtiani ſanguinis jactura extendere propagareve ſtuderemus, ſed quo Imperialis dignitas autoritate & potentiâ decorata, & obſervaretur à multis, & contemneretur à paucis, indeq; Chriſtiana Reſpub. bellorum injuriis in extremum ferè diſcrimen adducta, ſempiterna tandem Cæſareæ dignitatis beneficio pace frueretur. Hoc itaq; animo relicta Hiſpania ad Germaniam venimus, ortas ibidem ſeditiones inter quoſdam Principes, divino favore ſedavimus, nihilq; omittimus, quod (judicio noſtro) ab optimo Cæſare ſperari poterat.

Gallorum Regis turbæ, & captivitas.

3. Verum dum nos Chriſtianam tranquillitatem ſtabilire curamus, ecce Gallorum Rex, quem uti patrem colebamus, noſtræ dignitati ſubinvidens, in ſtatum ac honorem noſtrum nihil non moliri conatur, noſq; tandem ad arma provocat invitos. Fatetur hoc Summus Pontifex Leo, fatetur Sereniſſimus Angliæ Rex, quos pro pace à Gallo obtinenda ſæpius ſollicitari fecimus, quiq; ſuis viribus juſtæ noſtræ cauſæ adeſſe non urgarunt. Fatetur & hoc divina juſticia, quæ ita nobis adfuit, ut poſt tot partas victorias, omni humano tandem auxilio deſtituti, victis hoſtibus, eorumque Rege capto, victores evaſerimus. Hinc data opportunitate, qua noſtro de Republ. bene merendi ſtudio ſatisfacere liceret, ab ipſis hoſtibus victis pacem primi flagitamus, tantumq; petimus, ut quæ a prædeceſſorum noſtrorum manibus eripuerant, & contra jus faſq; occupabant, nobis reſtituerentur. Æquiſſima poſtulata noſtra impetramus, pacem inimus, fœdus percutimus, & nihil in eo cautum volumus, niſi quæ ad Dei gloriam, communem Reipubl. pacem, Chriſtianæ religionis decorem & augmentum, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ veram dignitatem pertinere arbitramur. Percuſſo fœdere, Gallorum Regem captivum noſtrum convenimus, omnibus beneficiis, omni humanitate atque benevolentia ejus animum pro Chriſtiana tranquillitate nobis devincire curamus, & mutuò data acceptaque fide, amicitiam firmamus, ac maximo cum honore affectum in Galliam, datis obſidibus, redire permittimus: ad Pontificem cæteroſque Chriſtianos Reges ſcribimus, ut ſi Chriſtianam Remp. pacatam optarent, eorum patentes literas ad noſtrûm utrumque mitterent, quibus an hujuſmodi fœderis beneficio uti vellent, prout conventum fuerat, declararent.

4. Nondum tamen ſempiternam in Chriſti populo pacem firmaſſe gloriari cœperamus, quum novos bellorum tumultus pullulare graviſſima animi noſtri moleſtia ſentimus. At ubi à Pontifice, de nobis (ut ajebant) non bene contento, id manare audimus, Don Hugonem de Moncada Oratorem noſtrum mittimus cum facultate ampliſſimiſque mandatis, ut omnibus mediis, quibus id fieri poſſet, Pontificem de nobis contentum reddere curaret, ita ut homine audito, noſtro animo perſpecto, nil aliud à nobis optaſſe ſuis ipſemet verbis fateretur. Dumq; nil tanto Paſtore indignum nobis pollicentes, ejus optimum reſponſum præſtolamur, Pontificis Nuncius literas Sanctitatis ſuæ in forma Brevis proximè elapſi menſis Junii die xxiii. ſcriptas, xx. Auguſti nobis legendas dedit. quibus perlectis, quum non tantum à ſummo Eccleſiæ paſtore, à communi omnium patre, Chriſtique Vicario, ſed etiam à Reverendiſſimis Paternitatibus veſtris ſacroq; veſtro Ordine, quibus Apoſtolorum autoritas tribuitur, emanatas eſſe credamus (nec enim rem tanti momenti vobis inconſultis factam putamus) quo ſimus animi dolore affecti, vos ipſi judicate. Quis enim non miraretur ſtuperetque, videns à tanto Pontifice, à tot tantiſque tanta religione, pietate, atque prudentia præditis Patribus tales literas in Chriſtiani Principis, Rom. Cæſaris, atq; Apoſtolicæ Sedis protectoris, honorem & dignitatem tam inconſultè prodire? in quibus nihil præter bella, ſeditiones, proditiones, pernicioſa conſilia, temeraria judicia, improperia, injuriæ, falſæ criminationes, aliaque hujuſmodi tam a Pontificia dignitate aliena tractantur, idq; in Nos optimè de Republ. Chriſtiana meritos, & qui nullum unquam nec Cæſarem, nec Regem, nec Principem, nec privatum aliquem fuiſſe fatebimur, qui majori (nec tanta quidem fide, religione, atque obſervantia ſanctam Sedem Apoſtolicam veneratus ſit, qui cæteris poſthabitis majori ſtudio ejus ditionem & dignitatem tutatus ſit.

Pontificis contumelioſæ literæ.

5. Parmam enim & Placentiam, à Romani Imperii feudo disjunctas, Sedi Romanæ, nullo jure co-

re coacti, poſſidendas reſtituimus; importunasq; Germaniæ & univerſi Romani Imperii preces contra Gravamina & oppreſſiones, quas a Sede Romana pati, quum in Wormatienſi Conventu eſſemus, paſſim conquerebantur, obturatis auribus pro innata noſtra erga Apoſtolicam Sedem obſervantia obaudivimus. Subortæ ſunt ea de cauſa variæ rerum difficultates & incommoda; pullulat indies magis Lutheranorum inſania; Gravamina ubique divulgantur; omnes unanimes remedium implorant, petunt fieri Generale Concilium, in quo & Lutheranæ impietati, & Romanæ Curiæ (ut ajunt) oppreſſionibus obviam iri poſſit. In civitate Spirenſi Conciliabulum indicunt, ut in ſeditionibus ortis usque ad Generalis Concilii deciſionem ordo aliquis ſtatueretur. Vidimus Germanorum animos in Sedem Romanam graviter commotos, verentesq; ne hujusmodi Conciliabulum Germaniam à Romani Pontificis obedientia diverteret, Spirenſem congregationem graviſſimis pœnis prohibemus; eis tamen pollicemur, quanto citius fieri poſſit, Generalis Concilii indictionem fieri curaturos. De hac re ad Pontificem ſcribimus, ut Germaniam ab imminenti periculo per hujusmodi Generalis Concilii indictionem liberare dignaretur, inſtamus. Ipſe verò de Conciliabuli prohibitione gratiam habet, Generalis tamen Concilii petitionem in tempus (ut ajebat) magis conveniens differendam cenſuit, ita ut pro noſtra erga ſanctam iſtam Sedem obſervantia, maluerimos Pontificis affectibus potius quam Germaniæ precibus annuere.

Gravamina Germanicæ Nationis.

Concilium Generale.

6. Nunc verò Sanctitas ſua, veſtro etiam (ſi id credendum eſt) accedente conſilio, tot crimina in nos jactitat, ac ſi penitus Romanæ Eccleſiæ adverſarii hactenus fuiſſemus. Hinc enim de noſtro erga publicam pacem animo (nullo profecto recto judicio) dubitat, nosque à Chriſtianæ Reipubl. perturbatione deterret. Quaſi verò noſter erga Rempub. animus clarior non ſit, quàm ut cujuspiam admonitione egeat. Si enim de C. Cæſare judicatum eſt, quod maluiſſet non dimicare quàm vincere, eumque victoria adepta pacis autores libenter audiverit, cur de noſtra voluntate à communi omnium patre per contrarium diſceroitur? Ille pacis autores audivit, nos verò hoſtibus victis pacem primi obtulimus, nec tantum hoſtem captivum Regiæ dignitati reſtituiſſe contenti, Luſitaniæ Reginam ſororem noſtram natu maximam, & in ſucceſſionis gradu ſecundam ipſi matrimonio copulavimus, quod profectò ante victoriam minimè à nobis impetrare potuiſſet. Quanto igitur noſtra C. Cæſaris Clementiam excedere deberet, vos ipſi judicate.

7. Adhæc etiam Pontifex conſilia noſtra ad ſuæ dignitatis & Eccleſiaſticæ libertatis oppreſſionem tendere, videtur aſſeverare, quum ea, quæ pro Romana Sede præſtita commemoravimus, adeò omnibus nota ſint, ut inde nonnihil Germanorum animos à nobis alienaverimus.

8. Perpendite igitur Patres Reverendiſſimi, an in hoc Pontificis Beatitudo ſuis, & Apoſtolicæ Sedis rebus conſulat, an ſit Pontificiæ dignitatis Chriſtianorum Principum animos adverſus Eccleſiæ protectorem ad arma (ut ipſi ajunt) incitare, ac ſuis ſtipendiis tot corporibus atq; animabus æternum exitium parare. Cauſam audite, ut ſubditum noſtrum magni ſceleris accuſatum, nobis jure prævio punire non liceat, ob idq; armis nobiscum certare contendit. Quod tametſi ei ex ſententia ſuccederet, quid quæſo Chriſti Vicario dignum facturus eſſet, niſi ut juſticiam, quam promovere tenebatur, impediat; Eccleſiæ theſaurum in alios certè uſus convertendum exhauriat, ac Romanam Eccleſiam, & univerſum populum Chriſtianum in extremum diſcrimen adducat? Hæc ergò atq; hujusmodi alia ingenti cordis dolore, perturbato animo penſitantes, publicam Chriſtianam calamitatem nobiscum deplorare cœpimus, atq; non noſtro tantum honori, ſed Chriſti gloriæ, ejusq; electi populi ſaluti conſulere ex animo cupientes, ad Pontificis literas reſcribimus, juſtificationem de his, quæ nobis falſò objiciuntur, damus, petimusque ut Generale Concilium indicat, ac alia faciat, quæ ex incluſo literarum noſtrarum exemplo vobis videre licebit.

Papa corporibus & animabus æternum exitium parat.

Imperator contra Papam pro Chriſto & ejus populo.

9. Quæ omnia, Patres Reverendiſſimi, vos latere noluimus, ut ſi ex literis Pontificis, ejusve ſuaſionibus ſiniſtram aliquam ſuſpicionem animi noſtri erga ſacroſanctam iſtam Sedem non bene diſpoſiti concepiſtis, juſtificationibus noſtris, recto judicio, perſpectis, priſtinum veſtrum erga nos animum induatis, ac omnem prorſus iniquam opinionem abjicientes, labanti Chriſtianitati ſubveniatis.

10. Agite igitur, Patres Reverendiſſimi, & tanti mali cauſam cognoſcite, Romanum Pontificem à tam impio avertite conſilio, veſtrisque monitis tantum apud eum efficite, ut meminerit ſe à Deo Opt. Max. non ad perniciem, ſed ad ſalutem ſui populi; non ad arma, ſed patientiam & humilitatem in Romani Pontificatus ſolio conſtitutum; recordeturque nos eadem ratione in Romani Principatus apicem evectos, unde peculiari quodam affectu Chriſtianæ Reip. rebus conſulere præ cæteris tenemur, ni à Principe noſtro Chriſto degenerare velimus. Si verò Beatitudo Pontificis votis noſtris tam pro noſtra juſtificatione, quam pro Chriſtianæ religionis ſalute in Generalis Concilii indictione annuere negaverit; tunc juxta juris ordinem Reverendiſſimas Paternitates veſtras, ac ſacrum veſtrum Collegium hortamur, requirimus, atque monemus, ut quæ de indictione Concilii à Pontifice petimus, eo negante, aut plus æquo differente; vos debito ordine procedentes, præſtare non differatis. Proteſtantes apud omnipotentem Deum, ſi quid inde incommodi ac detrimenti Romanæ Eccleſiæ & Reip. Chriſtianæ acceſſerit, id non noſtra, ſed eorum culpa futurum, qui ſuis affectibus potius quam Chriſti gloriæ, ejusque populi ſaluti inſervire maluerint: quod de veſtro erga Chriſtianam Remp. animo atque voluntate nobis minimè perſuadere volumus. Si verò Reverendiſſimæ Paternitates veſtræ æquiſſima hujusmodi poſtulata noſtra concedere negaverint, eorumve exequutionem plusquam decet, ac dignitatis noſtræ ratio expoſtulat, diſtulerint, nos pro noſtra erga Deum gratitudine, proque dignitate noſtra Imperiali, qua ejus gratuita benignitate fungimur, quib. licebit remediis, ita in his pro virili providere curabimus, ut nec Chriſti gloriæ nec juſticiæ noſtræ, nec Chriſtianæ Reip. ſaluti, paci, & tranquillitati quovis modo defuiſſe videamur.

Imperator Chriſtianæ Reip. defenſor contra Papæ impietatem.

Imperator, nolentibus Papa & Cardinalibus, Chriſtianæ Reip. provideat.

Datum

Datum in civitate noſtra Granatæ, die ſexta menſis Octobris, anno Domini M.D.XXVI. Regnorum noſtrorum, Romani octavo, aliorum verò omnium undecimo.

YO EL REY

Alphonſus Valdeſius.

Anno Chriſti 1526.

CAROLI V. IMPER. AUG. EDICTUM

SUPER CAUSA GALLICA, ET CONVENTIONE *Madritia.*

CAROLUS divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, &c.

Reverendiſſimis & Illuſtriſſimis Principibus, Sa. Rom. Imperii Electoribus, &c.

* Hoc addit propter Cardinalem Moguntinum.

REVERENDISSIME in Chriſto * Pater, ac Venerabiles, Illuſtres Principes, amice & conſanguinei chariſſimi. Quæ noſtra hactenus de Reipublicæ ſalute, pace, quiete, & tranquillitate fuerint conſilia, adeò omnibus notum arbitramur, ut nulla hominum malitia, fama, hottorve noſter ulla ex parte lædi poſſe videatur. Semper enim ejus animi fuimus, ut non fucatis verbis, & à veritate prorſus alienis (ut à plærisque fit) ſed reipſa actiones omnes noſtras non apud paucos, eosq; omnis recti judicii expertes, ſed apud Deum ipſum Opt. Max. qui corda etiam ſcrutatur, & apud univerſam Rempub Chriſtianam comprobaremus.

2. Hinc enim (ne vetuſtiora repetamus) dum proprii commodi, atque etiam gloriæ obliti, Reipub. ſaluti, & præſertim Germaniæ quieti ex animo conſulere optamus, Gallorum Regem, quem (ut omnibus notum eſt) optimo jure captivum penes nos detinebamus, poſtquam omni benignitate & Clementia in his noſtris Hiſpaniarum regnis excepimus, magnoque honore à ſubditis noſtris tractatus extitit, tot eum beneficiis affecimus, ut ſi ſuæ ipſe felicitati non invidiſſet, in Ticinenſi conflictu non modò non cecidiſſe, ſed vicisſe ab omnibus videri potuiſſet. Hoſtis erat, illi chariſſimam ſororem noſtram natu maximam, & in tantorum regnorum ſucceſſionis gradu ſecundam matrimonio collocavimus, ut ex hoſte ſororius fieret. Chriſtianæ Reipub. turbator communi omnium judicio habebatur, communis ſalutis gloriam illi impartiri voluimus. Multa à prædeceſſoribus noſtris tum Hiſpaniarum Regibus tum Burgundionum Ducibus violenter occupaverat, & præter jus faſq; detinuerat: jura in his noſtra illi conceſſimus, ſolumque ab eo petiimus, quæ citra honoris & dignitatis noſtræ diminutionem, ac ſubditorum noſtrorum perpetuam indignationem omittere nequivimus, & quæ ipſemet vel non rogatus (ſi meritò Chriſtianiſſimus nuncupari vellet) nobis reſtituere debeter. Hisq; beneficiis affectum Regem captivum Regiæ dignitati reſtituimus, atq; (multis licet diſſuadentibus, qui minus ejus fidei credendum aſſeverabant) illi in Galliam abeundi copiam fecimus, maluimusque ejus fidem experiri, ac illi de jure noſtro aliquid potius redere, quam ut ulla Chriſtianæ Reipub. mala, ſi quæ forſan evenirent, quovis modo crimini noſtro noſtræve culpæ aſcribi poſſent.

3. Dumq; inteſtinis ſeditionibus pacatis, iter noſtrum (uti inter nos conventum erat) ad Italiam paramus, armaque noſtra in ſempiternos religionis noſtræ hoſtes communibus auſpiciis convertenda diſponimus, quibus & Hungaria defendi, & hoſtes ſubmoveri potuiſſent, ſuam fidem ex noſtro metientes animo, ille ſæviſſimum bellum in nos parat, initoq; cum Romano Pontifice, aliisque nonnullis
* Rex Franciſcus. Italiæ Potentatibus fœdere offenſivo, diviſoq; inter eos regno noſtro Neapolitano; dum * alter vanis pollicitationibus omnia, quæ nobis promiſerat, ſe præſtiturum aſſeverat, * alter verò ad Hungariæ de-
* Papa Clemens VII. fenſionem nos invitat, ut nos invaderent incautos, noſtra ac ſacri Romani Imperii dominia hoſtilibus armis aggrediuntur, nullaque noſtri nec amoris nec benevolentiæ, nulla Chriſtianæ Reipub. ſalutis, nulla religionis noſtræ honoris ratio in his habita eſt.

4. Quorum conatus, quum ex eorum ſententiis juſto Dei judicio minimè ſuccedant, Gallus ipſe Rex non contentus armis nobiſcum congredi, convicia in nos jactat, eaque cum Regio privilegio typis excuſa ubique circumferri curat, nihil veritus omninò contrariis operibus ſua met verba irrita face-
Imperator mavult virtute quàm conviciis vincere. re. Nos verò (tametſi nobis inſciis ad illam Apologiam ſeu potius Invectivam, quæ ſuperioribus diebus cum decreto Régio Lutetiæ tum Latinè, tum etiam Gallorum communi idiomate, excuſa fuerat, abunde ſatis reſponſum extitit) noluimus, immò expreſſè prohibuimus, ne quid tale in Regnis Dominiisque noſtris imprimeretur, maluimusque ipſum virtute quam conviciis vincere, ſperantes fore, ut modeſtia noſtra ſuam petulantiam compeſceret.

5. Nunc verò quum exemplum literarum, quas Rex ipſe ad vos, cæterosque ſacri Romani Imperii Status ſcripſit, ex his, quas ad ipſum pro obtinenda libera ad nos veniendi, atque hinc recedendi facultate pro Nuntiis Imperii nomine ad nos deſtinandis literas dederstis, occaſione aſſumpta, huc allatum ſit, non certè manu deſcriptum, ſed Lutetiæ typis excuſum, in eoque ipſum Gallorum Regem ſuis propriis verbis in nos noſtramq; dignitatem atq; honorem citra modeſtiam invehi videamus, tametſi co

etſi eo certè animo ſimus, ut in his turbatis atque adeò difficilimis temporibus publicam potius quam privatam cauſam agere cupiamus, ne tamen noſtra nimia taciturnitate falſis hujusmodi conviciis atque injuriis fidem quodammodo præſtare videamur, velimus nolimus, omnibus veritatem aperire cogimur, atq; actionum noſtrarum rationem reddere.

6. Ad vos igitur * Apologiam illam, ſeu verius Invectivam, unà cum ejus Reſutatione pro juſtificatione noſtra edita, his annexam mittimus, ut plenius diffuſiusque perñoſcatis, quo jure ratione ve Gallus ſuam fidem atq; jusjurandum violatum excuſare queat: qua ratione ſe pacis cupidum oſtendat, honeſtaque pacis media ſe nobis obtuliſſe prædicet, dum non modò pactis ſtare noluerit, ſed contra fidem ultro citroque datam atque acceptam, offenſivo fœdere contra nos percuſſo, cujus etiam exemplum cum his transmittimus, dominia noſtra hoſtilibus armis invaſit. Quo affectu Chriſtianam Rempub. noſtræque religionis ornamentum, atque Chriſti nominis gloriam proſequatur, qui dum ſæviſſimum Turcarum Tyrannum cum magna militum atq; inſtrumentorum bellicorum copia Pannoniam invadere audivit, ille in nos bellum movet, viresq; noſtras ad Hungariæ defenſionem deſtinandas intra fines noſtros pro ſubditorum noſtrorum protectione continere coëgit? Quo factum eſt ut cum maxima Chriſtiani nominis ignominia hoſtis voto ſuo potitus ſit, firmiſſimo illo religionis propugnaculo ſuæ impiæ ditioni ſubjiciendo, floтentiſſimo Rege extincto, Chriſtiq; cultoribus à ſuis ædibus profligatis, tot templis prophanatis, fuſoq; tot innocentium ſanguine, quod certè non absque ſummo cordis dolore referre cogimur. Et quum his cæterisq; Reipub. calamitatibus atque infortuniis ille cauſam dederit, nunc ſe ea moleſte tuliſſe prædicat: quaſi ſuis verbis majorem, quàm illius operibus propriisque cujusvis oculis fidem haberi velit. Hoc tamen animo hæc illum ſcripſiſſe arbitramur, ut obſtrueret ora his, qui ejus literis interceptis, ſua opera ſuoq; conſilio Turcas Hungariam tanto impetu invaſiſſe non ceſſant aſſeverare. Verum aliorum verba omittamus, ad ipſiusq; Regis literas tam fictu ſimulatoque dolore ſcriptas veniamus.

* Utraq. editur in S. Rom. Imperii Politicis, quæ congeſſimus.

7. Si Chriſtianæ Religionis periculum timebat; ſi Rempub. ſalvam cupiebat; ſi ferrum, quod in fidei hoſtes ſtringendum erat; ſi vires, quæ in ipſos vertendæ; ſi conſilia ad eos ſubmovendos exercenda in nosmet ipſos converti, ſi Chriſtianam manum Chriſtianum ſanguinem effundere tantopere execrabatur, cur ipſemet novis bellorum tumultibus excitatis, Rempubl. in diſcrimen adduxit? cur pacatam turbavit? cur armis dominia noſtra invaſit, à Chriſtianique ſanguinis effuſione regni ſui initium auſpicatus eſt? cur vires & conſilia noſtra ſæpius contra communes Religionis noſtræ hoſtes deſtinata ſuis machinationibus ſuisq; conatibus à communi ſalute prorſus alienis ad ſubditorum noſtrorum defenſionem revocare coëgit? quur toties victus, divina juſticia juſtæ noſtræ cauſæ favente, toties adverſam mavult experiri fortunam cum Chriſtiani ſanguinis effuſione, quam Chriſti gloriæ, ſuoque honori ac dignitati conſulere?

8. Hæc tametſi omnibus omninò nota ſint, nihil tamen veritus, an vera an falſa loquatur, omnem in nos culpam convertere conatur, dum multo ſanguine exiguum terræ ſpacium nos quærere ait. Exiguo profectò terræ ſpacio pro tanti Regis redemptione, Burgundiæ videlicet Ducatu, contenti fuimus, quem etiam nunquam petiiſſemus, ni jus noſtrum, quod in eo habemus, prout ex Gallorum Apologiæ Reſponſione clarè videre licebit, omnibus notum eſſet, illiusque contemptus ignaviæ potius, quam aut Religioni aut liberalitati nobis aſcribendus eſſe videretur. Et licet Rex ipſe tum in fœdere, tum etiam extra fœdus, ſuis propriis verbis ex ſuomet ore prolatis, ſanctoque jurejurando confirmatis, promiſerit ſeſe illum nobis reſtituere velle, deindeque à captivitate liberatus in ſuo regno conſiſtens, ſæpius & verbis & literis propria etiam manu ad nos ſcriptis, ſe omnia in fœdere contenta ex integro implere ſervareque velle profiteretur, ac demum mutata ſententiâ hujusmodi reſtitutioni intendere noluerit, nunquam tamen violati fœderis injuriam perſequi, ejusve dominia invadere, novisve ſimultatibus publicam tranquillitatem turbare voluimus, verum tum literis tum Nunciis ejus induratum animum ſollicitari fecimus, ut promiſſa obſervaret: & ſi non Reipubl. ſuo tamen honori atque dignitati conſuleret. Ille verò dum mavult Chriſtianam Rempub. in manifeſto diſcrimine adducere, ſuæque fidei & jurisjurandi oblivisci, ea, quæ ipſe commemorat, mala conſequuti ſumus: intereaque quam falſe apud nos pro Chriſtiana pace amplectenda proteſtatum fuiſſe, dicere non veretur, hisque met verbis utitur, quibus nos ſæpe illum hortati ſumus, ne fidem jusjurandumque violaret.

Burgundiæ Ducatus ad Auſtriacos pertinet.

9. Quod igitur variis dilationibus tempus inane conſumitur, quod Chriſtianorum agri vaſtantur, quod urbes diripiuntur, quod incendia vagantur, quod cædes committuntur, quod hoſtium fines propagantur, eorumque fines in dies accreſcunt, debet certè hoc Chriſtiana Respub. Regi Franciſco, qui in meditullio Chriſtianitatis conſtitutus glorians ac jactans ſe ab hoc Chriſtianitatis incendio, imminentique periculo longe abeſſe, nihil non interturbat, nullum in pace vivere permittit, mittenda in Turcas arma in ſuum caput convertere conatur, Nuncios ad juvandam Remp. deſtinatos in regno ſuo detinet, atq; inter ſuos triumphos Turcarum in ſororii noſtri regno irruptionem annumerat, ſibique hoc ſatis eſſe credit, ſi à ſuis Chriſtianiſſimus nuncupetur, * ſororiique noſtri ſortem miſerrimam prædicat, qui pro fide, pro religione, pro patria, ac pro Dei gloria Chriſto Deo Opt. Max. vitam ſuam devovit, ad fœlicioremque vocatus, optimi, ſtrenui, atque magnanimi Principis laudem apud poſteros reliquit. Hæc n. ſors cuivis ſanæ mentis homini non miſerrima, ſed fœliciſſima videri debet: quanto tamen ipſiusmet Franci Regis ſors miſerior ſit, viderit ipſe. Nos certe noſtram longe magis cum Hungaro, quam cum Gallo commutare vellemus, licet impudenter adeo toties inculcet, ſeſe omnia tentare velle, quibus Chriſtianæ Reip. tranquillitati conſuli poſſit. Si eam ſalvam cupit, quis eum ad bellum provocat? quis ejus dominia invadit? quis cum eo contendere vult?

* Ludovici Hungariæ Regis.

Sc. Franciſcũ & Henricum quorum uterque ejus nominis Secundus.

vult? quis talem cuperet movere Camarinam? Si ſuos * liberos, quos nobis ob[illegible], recuperare optat, cur impoſitas leges non ſervat? Si, quod poteſt, impoſſibile aſſerit, cur ipſemet (ut ipſe pollicitus eſt) ad captivitatem non revertitur? Inveniet profectò nos publicæ ſalutis ſuæq; dignitatis quam ſtudioſiſſimos. Verum ſi arma illi continuare libet, erimusne usque adeo noſtri honoris obliti, ut tantum hoſtem in gregem nobis commiſſum debacchari permittamus? Hæc igitur admonitio, hæc proteſtatio, quam nobis fieri vult, illi certè longè magis conveniret. Veruntamen pudet profectò nos ad has nugas inanesq; fabulas tot verbis reſpondere.

10. Si procul ab omni periculo diſtat, ſi jucunda quiete ac pace intra ſui regni fines fruitur, eam certe fœlicitatem nequaquam illi invidemus, imo potius ei ex animo gratulamur; magisque gratularemur, ſi dum ſua ipſe fruitur quiete, ſuos etiam finitimos in pace vivere permitteret, nec tot bellorum ſemina ubique jactaret, nec tot clandeſtinis conſpirationibus omnia niteretur turbare. Hæc licet adeo omnibus nota ſint, ut nulla penitus atteſtatione egere videantur, tamen ad vos ſcribenda duximus, ne quis exiſtimaret hujusmodi garrulitati fidem aliquam adhibendam eſſe, neve tot maligna verba ulla ex parte immaculatam famam noſtram lædere poſſent: atque ut ſciatis, per ipſummet Regem Gallum ſtetiſſe, quo minus inſtitutum iter, de quo ſuperioribus diebus ad vos ſcripſeramus, perficere quiverimus.

11. Speramus tamen, favente Deo Opt. Max. nos ita res noſtras diſpoſituros, ut eo etiam reluctante, ſuisq; conatibus irritis ac ſuperatis, noſtro de Republ. bene merendi, de religione purganda & propaganda, ſtudio omninò ſatisfaciamus. Ad id enim die vigeſimo proximi menſis Januarii in hoc noſtro Caſtellæ Regno, in oppido noſtro Valliſoleti, quo nunc tendimus, generalem Conventum celebrabimus, ubi tractabitur de mittendo cum ea, qua decet, celeritate ad Germaniam auxilio, quo non modo ipſam defendere, ſed hoſtium conatus infringere, eosque à Chriſtianorum cervicibus ſubmovere valeamus. Hiſpanorum nanq; animi hac injuria commoti & expergefacti, vires, opes, propriamque ſanguinem jam ultrò offerre cœperunt: nosq; ad hanc expeditionem ſtimulant, pro qua (ſi expedire videbitur) non regna tantum ac dominia omnia noſtra, ſed perſonam, ſanguinem, atque animam ipſam noſtram Chriſto Deo Opt. Max. nos devoviſſe profitemur.

12. Si vero interea Gallorum Regi (Deo inſpirante) reſipiſcere contigerit, ad noſtramq; amicitiam redire voluerit, nos certè omne illius commodum, honorem, atque dignitatem ex animo promovere curabimus, illiq; injuriam hanc libenter condonabimus, atq; de jure proprio illi cedere parati erimus, ut ſedatis contentionibus, communibus auſpiciis hoſtes profligare, illosq; à ſuis ſedibus ſubmovere, vel (ſi Deus conceſſerit) in ovile Chriſti redigere facilius valeamus.

13. Latere vos minime arbitramur, Amici & conſanguinei chariſſimi, pernicioſiſſimas Gallorum artes, qui, quo ſuum negocium agant, diſcordias ſeminare non ceſſant. Veſtrum nunc erit, eam ipſorum verbis fidem præſtare, ut intelligant tantorum Principum animos ſeſe fruſtra ſollicitare.

Datum in civitate noſtra Granatæ, die penultima Novembris, anno Domini M D.XXVI, Regni noſtri Romani octavo.

Anno Chriſti 1530.

CAROLI V. IMPERAT. AUG.

IURAMENTUM ANTE IMPOSITAM SIBI CORONAM *Romanam Bononiæ præſtitum.*

EGo CAROLUS Romanorum Rex, & brevi Dei gratia futurus Imperator Cæſar, per Deum Divumque Petrum promitto, polliceor, teſtificor atq; juro, me in poſterum pro viribus, ingenio & facultatibus meis Pontificiæ dignitatis & Romanæ Eccleſiæ perpetuum fore defenſorem, nec ullam Eccleſiaſticæ libertati vim illaturum: ſed poteſtatem, juriſdictionem & dominationem ipſius, quoad ejus fieri poteſt, conſervaturum ac protecturum; cujus rei teſtem voco Deum ipſum & hæc ſancta Evangelia.

Anno Chriſti 1530.

CAROLI V. IMPER. AUG.

PROPOSITIO

In præſentia ejus Majeſtatis, coram omnibus Electoribus, Principibus & Imperii Ordinibus, in Comitiis Auguſtanis, die 20. Junii, Anno MDXXX. per Fridericum Palatinum de ſcripto recitata.

ROMANA Cæſarea Majeſtas nequaquam dubitat, Majeſtatis ipſius amicos, agnatos, fratres ac patrueles, Electores, Principes, & omnes ſacri Romani Imperii ordines, recenti memoria etiamnum tenere, quod ſtatim poſt illud tempus, quod Majeſtas ipſius, Divina providentia & conſilio, ad Romani Imperii dignitatem, faſtigium & gubernationem, communi Principum Electorum conſenſu electa, & Aquisgrani inauguratione confirmata ſit, conventum ordinum Imperium Worma-

Wormatiæ indixerit, in quo de omnibus ſacri Romani Imperii negotiis, ſumma diligentia, cura & ſtudio clementiſsime conſuluerit, & neceſſarias deliberationes inſtituerit, & quod Cæſarea Majeſtas in illis ipſis vigentibus Comitiis adhuc agens, aliorum bellis ſit impetita & irritata, ita quidem & adeò, ut licet is plane fuerit ipſius animus, & ea voluntas, in ſacri Rom. Imp. finibus diutius permanere & commorari: tamen coacta fuerit in Hiſpanias & paterna ſua regna redire, quod tamen fecerit & de ipſorum voluntate, & non prius, quàm Imperii res omnes legitime procuraſſet, conſtituto nimirum, ex ſeptemviris, Principibus & aliis Imperii ordinibus, judicio & ſenatu, & Fratre Ferdinando, velut altero ſe, Legato ſibi deſignato per ſuam abſentiam.

2. Qui Legati & Conſiliarii, interea dum abeſſet, plenam habuerint poteſtatem omnia ſtatuendi, definiendi & agendi, quæ Imperii Romani neceſſitas, & alia imminentia pericula poſtulare & requirere viderentur, non ſecus ac ſi Majeſtatis ipſius præſens, & propria perſona rebus agendis intereſſet.

3. Per quam quidem Majeſt. ipſius abſentiam, Frater ejus Ferdinandus, Commiſſarii & Oratores, in Imperii adminiſtratione, omnia, quæ pro conditione rei, poſt celebrata Wormatiæ Comitia, neceſſaria, & edicto in illis promulgato non adverſari viſa fuerint, tali ſtudio, tantaque cura, ſolicitudine & diligentia fecerint, ut majori facere non potuerint, ita quidem, ut, quod ad conſervandam per Imperium communem pacem atque concordiam, & recte adminiſtrandam juſtitiam prodeſſet, nihil in ſe deſiderari paſſi fuerint. Ob quam etiam cauſam Cæſ. Majeſt. tranquilliori animo Germaniam deſeruit, & in Hiſpanias ac paterna ſua regna eſt profectus.

4. Interea vero dum in Hiſpania ageret, Majeſt. ipſius audivit, non ſolum magnas eſſe per Romanorum Imperium ſimultates atq; diſſidia religionis: verum etiam Turcicum Tyrannum, Chriſtiani nominis ac orthodoxæ fidei infeſtiſſimum hoſtem, magno exercitu collecto, nonnullis Chriſtianis finibus, ac præcipuè regno Ungarico, vim & bellum inferre decreviſſe, ejusque rei jam initium feciſſe, ac ſuperatis ibi, & in poteſtatem ſuam redactis, aliquot propugnaculis, caſtellis & arcibus, liberum aditum in Germaniam ſibi pateſeciſſe.

5. Ob eas etiam impendentes calamitates, Regem Ludovicum Majeſtatis ipſius fratrem & affinem, ac nationis illius Proceres, inſigni legatione ad Majeſtatis ipſius, per Romanorum Imperii fines deſignatum legatum, Commiſſarios & Oratores, tempore Comitiorum Norimbergenſium, miſſam, opem & auxilium Imperii ſollicitaſſe, impendentium periculorum & cladium, à Turca, poſt ſuperatum Belgradum, & alia nationis Hungaricæ propugnacula, capta, acceptarum, commemoratione addita, eas, quibus nunc ipſi premerentur calamitatibus & miſeriis, omnibus imperii ordinibus & Chriſtianæ Eccleſiæ membris communes, & ingentia illa pericula brevi omnes oppreſſura eſſe, affirmantes, ac niſi continenti & durabili belli apparatu & exercitu Hungari inſtruerentur, ipſos elidendis hoſtibus conatibus nequaquam pares futuros, inferentes.

6. Si verò in tempore ipſis ſuccurratur, eos, non tantum vim omnem hoſtilem depellere: verùm etiam ſua ſe poſſe recuperare, bonam ſpem concipere, aliorum auxilio ſi deſtituantur, ipſos Turcicæ Tyrannidi ſubjugatum iri, atque hac ratione futurum, ut & aliis gentibus finitimis, opem ferre non poſſint, & contra Chriſtianos bellum gerere, ac inimice agere cogantur, ut Legatorum illorum oratio fuſius omnia tractavit & commemoravit, de duorum imperiorum, Conſtantinopolitani & Trapezuntini, Dalmatiæ & maximæ partis Croatiæ, aliorumque multorum regnorum, nationum, urbium, caſtellorum & arcium, amiſſione & depopulatione, verba faciens, quod ſcilicet Turcicus Tyrannus, paucorum annorum ſpatio, Imperium ſuum ita extendiſſet & amplificaſſet, ut, multis ditionibus non numeratis, duo jam ſubjugarit Imperia ac viginti poſſederit Regna, quorum incolæ omnes triſtisſima ſervitute premerentur, & Tyrannide Turcicæ ſubjecti miſerabilem vitam agerent.

7. Iis vero Legationis Hungaricæ triſtisſimis querelis, & non longe poſt, ad multas alias gentes inundaturis calamitatibus, Cæſar. Majeſt. ita commotam fuiſſe, ut quo celerius & commodius auxilia mitterentur, totam illam pecuniæ ſummam, quam ei, inaugurationis cauſa, Romam proficiſcenti, omnes Imperii ordines communi conſenſu, in Comitiis Wormatiæ celebratis, pendere promiſisſent, ad ſublevandas Hungarorum calamitates, & elidendos hoſtiles conatus, in bellum illud converti & erogari clementisſimè mandarit. Cum vero auxilia illa nec in tempore, nec commode miſſa & adminiſtrata fuerint, Turcicum Tyrannum poſt ſuperatum Belgradum, alios quoque portus, urbes, arces, & propugnacula, magna cum clade & calamitate Chriſtianorum, cepiſſe, ac paulò poſt Rhodum etiam invaſiſſe, ac difficili obſidione, longoque bello defatigatam ſubegiſſe, quæ hactenus velut altera arx Chriſtianorum fuerit & propugnaculum.

8. Deinde ipſum inſatiabili regnandi libidine ardentem, Hungarico regno viciſſim bellum intuliſſe, ac multis arcibus, portubus, oppidis & caſtellis ſuperatis & captis Ludovici Regis exercitum Turcicæ Tyrannidi & armis violentis reſiſtere volentem profligaſſe, ac Regem ipſum contrucidaſſe, ac deinde victoria parta, longius progreſſum, omnia propugnacula, oppida & caſtella inter Savum & Dravum flumina vi cepiſſe, ac Buda Ungariæ metropoli capta, multisque aliis locis & urbibus ſubjugatis & captis, omnia diripuiſſe ac incendiſſe, multis Chriſtianis trucidatis, ac reliquis, cum magna auri & argenti vi, in triſtiſſimam ſervitutem abductis.

9. Nec trophæis & ſpoliis reportatis odii crudelitatem placatam in eo eſſe: ſe victoriis tantis auctum, Chriſtianarum nationum populandarum, & pii ſanguinis fundendi ſitientiorem evaſiſſe, ac truculenti animi conatibus, & cogitationibus in Germanicæ nationis interitum defixis, in Illyri-

cum, Cæſ. Majeſt. Regnum & Principatum, impetum feciſſe, ac cum ſupra modum omnem ibi graſſatus eſſe, cædibus, incendiis, rapinis, devaſtationibus agrorum, abduxiſſe illinc, utriusque generis, triginta hominum millia in miſerabilem ſervitutem, & eos, qui ſorte per impedimenta ſequi non poterant, contrucidaſſe.

10. Deinde proxime ſuperiori M D. XXIX. anno, cum innumerabili exercitu (æqualis à tempore Attilæ, qui flagellum Dei dictus ſit, non fuerit numeratus) in Ungariam progreſſum, ea vicisſim ſubjugata, Auſtriam penetraſſe, ac ejus loci Metropolim obſediſſe Viennam, rapinis omnia expilaſſe, & longè lateq; populatum eſſe agros, prope ad Lyncium & Aniſum flumina usque, nec ullum inhumanitatis genus prætermiſiſſe, nulla nec ætatis nec ſexus habita ratione, diſſectis ac in fruſta conciſis pueris infantibus, ac honeſtis matronis ac puellis nefariè ſtupratis & more pecudum cum ingentibus ſpoliis, abactis.

11. Itaque niſi tunc temporis hoſtis obſidionem ſolviſſet, Cæſ. Majeſt. planè conſtitutum habuiſſe, omnibus rebus aliis neglectis & poſthabitis, illo proficiſci cum copiis, & omne ſuum robur eò convertere. Datis etiam literis, tùm ad Ferdinandum Regem fratrem, tum ad Proceres atque belli duces Viennæ circumſeſſos, ut ſuum adventum prorſus expectarent, & fortiter agerent hortatam eſſe. Cum autem pedem ille referret, mutaſſe conſilium, & multis de cauſis optimum judicaſſe, ut rebus per Italiam pacatis Bononiam proficiſceretur, & cum Pontifice, de ſumma Reipublicæ conſtituenda, deque Religione & fide Chriſtiana, matura conſilia caperet. Quæ omnia in literis indictionis fuſius tractata ſunt & commemorata.

12. Cum etiam Imperator inviclissimus intelligeret, ſummam neceſſitatem, & præcipuè hæreditarii & immanis Turcici hoſtis rabiem atque furorem, & Chriſtianæ ſidei diſſidia requirere & flagitare, ut ejusmodi conventus indiceretur, ac optimum etiam judicaret, ut ſtatim poſt acceptum Bononiæ diadema (quo ſine ullis impedimentis, ut omnibus conſtat, etiam Romæ inſigniri potuiſſet) Neapolim proficiſceretur, quod regni illius ſtatus & conditio tum inprimis requiſiverit: tamen majeſtatem ipſius commodo privato poſtpoſito, cogitationem omnem ad communem Chriſtianæ Reipubl. utilitatem contuliſſe, cum ut animum ſuum erga Germanicam nationem omnes cognoſcerent, tùm ut primo quoque tempore huic conventui adeſſet.

13. Jam vero licet hoſtis, Divina providentia, forti propugnatorum manu ac veteranorum militum egregia virtute repulſus, Viennam capere non potuerit, tamen ingens damnum eſſe datum toti provinciæ & aliis finitimis locis, quod vix longo temporis ſpacio, vicisſim ſarciri poſſit.

14. Et licet tum temporis exercitum ille reduxerit, præſidia tamen atque Duces reliquiſſe ad fines, qui, ex eo tempore, non modo Ungariam & Croatiam: verum etiam Auſtriam, Stiriam & alia finitima loca aſſiduis irruptionibus, excurſionibus & depopulationibus graviter labefactarint & continenter devaſtarint. Et quandoquidem fines nunc habeat multis in locis conjunctos noſtris finibus, dubium non eſſe, quin ad proximam occaſionem, multo ſit majori cum manu reverſurus, ut ſine intermisſione, omnes Chriſtiani nominis profeſſores, ad internecionem diſperdat ac funditus eradicet, præſertim in Germania. Atque ante & poſt expugnatam & captam Conſtantinopolim, uſque ad has, cum magna Chriſtianarum nationum, urbium, caſtellorum, & locorum devaſtatione & excisſione, illatas Auſtriæ clades, quam multa nobis ademerit, quantum Chriſtiani ſanguinis hauſerit, & quantas in anguſtias orbem hunc noſtrum adegerit, ſupra eſt commemoratum, ac cum omnibus notum ſit, deploratione potius & querimonia, quam ulla opus eſt explicatione prolixiori.

15. Quæ immanisſimorum latronum crudelia facta, tanta Chriſtianorum populorum & nationum clade, tantaque ſanguinis effuſione perpetrata, omnium & ſingulorum piorum animos verè ac vehementer afficere, & rerum præteritarum exemplis ita commovere debebant, ut certò ſtatuerent, quod ſi jam rurſus ut antehac, remiſſe, lente & cunctanter agetur, neque majoribus quam huc uſque, copiis atque viribus, obviam ibitur illius furori, aſſiduis irruptionibus & hoſtilibus conatibus, non eſſe, quod deinceps ullam ſalutem, ſibi polliceantur: ſed fore, ut alia, poſt aliam, provincia amiſſa, tandem & brevi quidem, in ipſius poteſtatem redigantur omnes, extirpentur ac funditus deleantur.

16. His quidem de rebus, & aliis Sacri Imperii gravaminibus, & præſertim de aſſidua Turcici Tyranni eruptionibus impediendis, & elidendis hoſtilibus conatibus, per ſuam abſentiam, crebros fuiſſe conventus ordinum habitos, quibus etiam ipſe optaverit coràm intereſſe: Verùm id ſibi per ſuos adverſarios & bella non fuiſſe integrum, ſicut & literis & legationibus, in omnibus Imperii Comitiis, & aliis etiam conventibus demonſtrarit, & de abſentia ſe excuſarit.

17. Cum quibus quidem adverſariis Majeſt. ipſius, cum propter Imperii & Chriſtianæ Reipub. utilitatem, tum ut Turcica gravamina commodius levari, averti, componi & tolli poſſent, nunc tranſegerit & pactus ſit, ac omnibus ſuis privatis injuriis & offenſionibus, ubi primum licuit, Reipublicæ condonatis, pacem cum hoſte fecerit, publicæ pacis ac concordiæ cauſa, ac Turcicis devaſtationibus & aliis Sacri Imperii gravaminibus exploratis & diligenter penſitatis, ſuum in Germaniam reditum, longius differre noluiſſe.

18. Igitur relictis Hiſpaniarum regnis & populis florentisſimis, non absque magno diſcrimine in Italiam trajeciſſe, & quod ibi reliquum fuerit hoſtium, atque adeò totam Italiam pacaſſe. Quæ quidem res impedimento ſibi fuerint, quominus ad conſtitutum diem hic adeſſet, id quod anteà quoq; literis conſignatum, Electoribus, Principibus & aliis Imperii ordinibus huc cognoſcendum miſit.

19. Cum

19. Cum vero Cæſ. Majeſt. intelligat, in multis hactenus celebratis Comitiis, quædam de durabili & perpetuo belli apparatu conſignata, & ad omnes Imperii ordines dimiſſa eſſe, ut de iis diligentiores cogitationes ſuſciperent, & cum ſubditis ſuis deliberarent, quo, de ejuſmodi durabili auxilio, aliquid certè in aliis Comitiis decerni poſſet: tamen iis nihil actum, ſed nonnunquam ſubitaria tantum auxilia decreta & miſſa eſſe, quæ Majeſt. ipſius ſumptibus ac pecunia, ab Imperii ordinibus, ei Romam, inaugurationis gratia, proficiſcenti, numeranda militarint, atque hæc omnia, propria utilitate poſt habita, propter Imperii & Chriſtianæ Reipub. utilitatem, in bellum, contra Turcam gerendum, ut ſupra etiam dictum eſt, clementiſſime erogaſſe & impendiſſe.

20. Cum autem hic articulus, de durabili belli contra Turcam apparatu, omnium primus ſit ac maximus, & ejuſmodi planè, cujus non tantum Imperii, verum etiam totius Chriſtianæ Reipub interſit, ac dilatæ, de hac re, deliberationes in omnium oculis poſitæ ſint, ac in poſterum etiam magna incommoda & damna præbituræ & daturæ videantur, conſiderando nimirum, quod gravia & impendentia pericula hoc ipſum requirant & flagitent, cum Chriſtiani ſanguinis ſitientiſſimus hoſtis, de furore & rabie in Chriſtianos concepta, nihil remittat, ſed indies majora incommoda & detrimenta Chriſtianæ Reipub, inferat, ac eo ſpectet, ut in ſuam ſervitutem omnes redigat, imo ut extra naturæ fines exterminet: Cæſ. Majeſtatem clementiſſimè inquirere, & mirum in modum rogare Electores, Principes & omnes alios Imperii ordines, ut nulla interpoſita mora, de perpetuis & durabilibus contra Turcam auxiliis decernendis, diligenter deliberent, & ut vel conditionibus ſupra propoſitis, vel alia via, res tranſigatur & componatur, ſummo ſtudio provideat, easque rationes ineant, ne videlicet ullo tempore deſit pecunia, apparatus, copiæ, vires, atque hac ratione propoſitum & conſilium immaniſſimi hoſtis, de Chriſtianis crudeliſſimè perſequendis & ſubjugandis, impediatur, ac Chriſtiana Reſpub. defendi, immanisſimo hoſti bellum inferri, & amiſſa regna, ditiones, urbes, caſtella & arces non ſolum recuperari, verum etiam ipſi ſua poſſint eripi atque auferri, atque ita crudeliſſ. hoſtis, offenſionum & injuriarum tam atrocium & multiplicium juſtisſimam talionem ſentiat. Ad quam quidem rem perficiendam, auxilia conferre. Pontificem Max Cæſ. Majeſt. prolixe & liberaliter pollicitum eſſe, ita ut quantum facultatibus & opibus poſſit, illud omne, ad avertenda imminentia pericula, ſit erogaturus.

21. Adhæc Cæſaream Majeſtatem quoque tametſi pecuniam ei promiſſam, inaugurationis cauſa, totum in hunc uſum conceſſerit, licet ſumptus in hac ſolenni coronatione ſolus omnem fecerit, etſi præterea multam auri, argentique vim dependerit: tamen in hoc opere tam ſancto ac neceſſario, cum omnibus ſuis regnis atque ſubditis, quod Chriſtiano Cæſare dignum, & in ejuſmodi caſu neceſſarium ſit, facturam eſſe: ita ut omnes reipſa intelligant, videant & experiantur, Majeſtatem ipſius, quantum opera, conſilio & auxilio potuerit abundè præſtitiſſe. Idem quoque à fratre Ferdinando, Ungariæ & Bohemiæ Rege, expectandum eſſe, qui jam orbis Chriſtiani, Germaniæ præſertim, velut propugnaculum quoddam objectum furori Turcico, procul dubio, quantum opibus, facultatibus, opera & ſtudio, cum omnibus ſuis regnis, ditionibus & ſubditis poſſit, indefeſſe ſit facturus, & ut antehac fecerit, eaque omnia feliciter ceſſiſſe & bonum exitum ſortita eſſe.

22. Inſuper Cæſar. Majeſtatem bona ſpe teneri, omnes alios etiam Chriſtiani nominis Reges, Principes, atque Dynaſtas, in hoc pio, Chriſtiano & neceſſario opere, non eſſe defuturos auxilio, ſed omnia facturos ex officio, quorum nonnullis jam eo nomine ſcripſerit, & alios etiam ſit interpellatura.

ALTERA PROPOSITIONIS PARS DE CAVSA RE- ligionis agens.

23. Porrò, ad religionem quod attinet, inde ſtatim à ſuſcepta Imperii adminiſtratione, magno ſanè cum animi dolore Cæſar. Majeſt. audiſſe, diſſidium illud excitatum & diſtractiones Eccleſiarum maximas, in nonnullis Germaniæ locis ortas eſſe. Igitur ſe, ut Rom Imper., ſupremum advocatum, & orthodoxæ fidei, Chriſtianæ religionis, & Eccleſiæ Catholicæ defenſorem vigilem & ſtrenuum, ut medicinam in tempore faceret, pro officii ſui ratione omnium Imperii ordinum conventum Wormatiæ indixiſſe, ibique de avertendis his malis, ſanandis Eccleſiæ vulneribus, & tollendis ex ea diſſidiis ac ſchiſmatibus, ne altius inſiderent ea hominum pectoribus, & radices firmiores agerent, deliberationes accuratas ac diligentes inſtituiſſe, ac re diu multumque deliberata & benè penſitata communi Electorum, Principum, ac reliquorum Imperii ſtatuum decretum, componendum ejuſmodi diſtractionibus, & reconciliandis animis, peridoneum feciſſe ac promulgaſſe, cui ſi obtemperatum eſſet, non fuiſſe tot incommodis & malis pâtefactam viam, neque tam diverſas, & diſcrepantes ſententias in Eccleſiam irrepſiſſe.

24. Sed paulò poſt, ſe reipſa expertum eſſe, multis poſthabitis ac neglectis tam diligentibus deliberationibus & clementibus actionibus, alias rationes & vias priori actioni multis contrarias excogitaſſe & propoſuiſſe, ex qua re non tantum exiſtimationis & authoritatis ſuæ ſit ſecuta imminutio & contemptus, verum etiam Dei Opt. Max. voluntatem, legitimum magiſtratum in verbo ejus, non tantum inſtituentem, verùm etiam bonore afficere jubentem, pertinaciter fuiſſe rejectam, & contemptam, id quod non tantum in ſummam omnium Imperii ordinum contumeliam ceſſerit, eisq; maximo fuerit dedecori: verùm etiam tot rapinis, incendiis, bellis, devaſtationibus & nulli non calamite-

lamitatum genti, deinde præbuerit occaſionem commodam, & magnam aperuerit feneſtram, quo quidem in numero, popularis illa ſeditio, & Anabaptiſtarum ſectæ principem obtinuerint locum, nec etiamnum ullus earum appareat finis. ſed, ut ex multis circumſtantiis colligi poſſit & animadverti, graviora inſtent & paulò poſt ſecutura ſint mala.

25. Cum igitur magno ſanè cum animi dolore audierit & intellexerit, diſſidium hoc indies augeri & latius propagari, majoresque vires ſumere, nec tam diligentibus deliberationibus, maturis conſiliis & variis actionibus hucuſque effectum eſſe quicquam, ſe exiſtimaſſe, ad legitimam cauſæ cognitionem, diſſidium tollendum & animos reconciliandos, ſuam præſentiam multam habituram momenti. Igitur pro naturæ ſuæ bonitate & innata manſuetudine, hoc quicquid ſit futurum oneris & moleſtiæ ſuſcepiſſe, ac tam longum & periculoſum iter emenſum eſſe, ut juxta literas indictionis, quam primum de rei ſumma cognoſceret, bona ſpe concepta, hoc ſuum conſilium pleriſque probatum iri, & ad concordiam Eccleſiæ & Reipubl. ſalutem ac utilem pacem omnes pellecturum & invitaturum eſſe, ut hoc facilius res ipſa cognoſci & agenda ſuſcipi poſſit, animi diſtracti rurſum coaleſcant, & priſtina ubique locorum reſtituatur pax atque concordia, ac denique Cæſ. Majeſt. juvandæ Reipub. & propagandæ gloriæ Dei avidiſſima, in bono neceſſarioque propoſito conſtanter pergere, & fideliter perſeverare queat, poſſintque de aliis etiam rebus, omnibus & ſingulis profuturis, utiles inſtitui deliberationes.

26. His rebus omnibus conſideratis, Cæſ. M. totius negocii ſeriam ſuſcipere tractationem & actionem decreviſſe, ut non tantum de pernicioſis ac crudelibus Turcarum in Chriſtianas regiones irruptionibus avertendis, frangendis, debilitandis & imminuendis hoſtis immaniſſimi viribus, ac impediendis verſutis conſiliis: verùm etiam de dirimendis Eccleſiæ contentionibus, ac ſopiendis tollendisque diſſidiis ageretur. Igitur Cæſar. Majeſtas amanter, clementer & ſerio petere Electores, Principes ac omnes Imperii ſtatus, ut, quid hac de re cujusque animi & ſententiæ ſit, latino & germanico ſcripto comprehenſum, in medium proponant, quo, juxta literas indictionis, eo commodius & celerius, res ipſa intelligi definirique poſſit.

27. De abuſibus etiam tollendis ineantur rationes, & quales Eccleſiaſtici erga Politicos, Politici vero Principes viciſſim erga Eccleſiaſticos ſeſe gerere debeant, concludatur. quæque ſinguli habeant gravamina, indicetur, ut priſtina pax & concordia Eccleſiæ & Reipubl. eo citius & facilius reſtitui queat.

Anno Chriſti 1530.

CAROLI V. IMPER. AVG.
RESOLUTIO

Per Archiepiſcopum Moguntinum data ad Orationem Pontificii Legati in Comitiis Auguſtanis 24. iunii.

Religionis diſſidium.

REverendiſſime Domine: Invictiſſimus Imperator CAROLUS Semper-Auguſtus; Sereniſſimus Ungariæ & Bohemiæ Rex FERDINANDUS; Illuſtriſſimi Electores & Principes præſentes, abſentium Legati, & omnes ſacri Romani Imperii Ordines, Dignitatis Veſtræ orationem gravem, piam, Chriſtianam, & hiſce temporibus, ſi ullis aliis, maximè neceſſariam, attentè audiverunt, & diligenter conſiderarunt. Cumque invictiſſimus Imperator ſciat, ſe ſupremum Eccleſiæ Advocatum, & Reipublicæ Chriſtianæ gubernatorem ſummum in his terris à Deo conſtitutum & datum eſſe. ſui quoque officii eſſe arbitratur, omnia perſequi & tentare, quæ ad tollendas Eccleſiæ diſcordias, componenda Doctorum diſſidia, & priſtinam pacem reſtituendam facere & prodeſſe videntur.

Turcicum bellum.

2. Deinde cum multos nunc annos, Diabolicam rabiem & lupinam immaniſſimi Tyranni Turcici ſævitiam, maximo cum dolore, ſit expertus, extremæ neceſſitatis rationem habendam eſſe ducens, impoſterum omnes ſuas vires, omnem auri argentique vim, in bellum contra Turcam gerendum conferre & erogare decrevit. ut pericula Germanicæ Nationi imminentia, & vulnera in Germanicum ſanguinem caſura, avertat ac prohibeat: & quæ hoſtis ille efferatisſimus Romano Imperio ademit, vicisſim recuperet & ſubjuget. Cujus Majeſtati Sereniſſimus Ungariæ & Bohemiæ Rex FERDINANDUS, aliique Romani Imperii Electores, Principes, Comites, Prælati & Ordines, ut curarum, ita laborum quoque ſocii, ſeſe fideliter ſunt adjuncturi, omnes labores & moleſtias exhaurient; ſumptus, quos debent, facient; omnesque, ſi ita poſtulaverit, Regnorum ac ditionum ſuarum opes, ſeque ipſos pro defendenda ac tutanda Chriſtiana religione, & ex Imperii finibus hoſte truculentisſimo abigendo exponent, talesque omnino ſeſe exhibebunt, ut conſilia & facta ſua in primis Deo, deinde & Beatisſimo Patri noſtro Papæ Clementi Septimo, ovium Chriſti Paſtori, & Petri ſucceſſori probare, & coram hominibus etiam officio ſuo ſatisfacere posſint.

Albertus Cardinalis Mogunt. &c. S. Rom. Imperii Archicancellarius.

CARO-

Anno Chriſti 1530.

CAROLI V. IMPER. AVG. DELIBERATIO

DE MEDIIS CONCORDIAE ET PACIS, INTER VTRAMQVE partem uſque ad futurum Concilium ſervandis, per Georgium Trucceſium & Cancellarium Badenſem Doctorem Vehum propoſita in Comitiis Auguſtanis, 8. Septembr.

I.

PRimò, ut articuli, de quibus convenit, peculiari Tractatu conſignentur & conſcribantur.

II.

Secundò, ut articuli, de quibus vel omninò, vel aliqua tantum ex parte nondum convenit, pari diligentia conſcripti & Receſſui inſerti, ad futuri Concilii autoritatem indeciſi rejiciantur, quod de iis judicandi, decernendi & definiendi poteſtatem habeat. Ut autem, quod proponimus, commodiùs fieri poſſit, quatuordecim eruditione præſtantes viros ad eam rem deligendos arbitramur.

III.

Tertiò, ut Monaſteriis nondum abolitis, deſtructis ac demolitis uſitatæ ceremoniæ & Regulæ ſequendæ ac obſervandæ relinquantur, neque adusque Concilii futuri tempus, aliquid ſacrorum bonorum vendatur, aut in alium uſum profanum convertatur.

2. Vacua verò Monaſteria, eorumque reditus, ſequeſtri à Cæſarea Majeſtate delecti & conſtituti, debita fide atque diligentia adminiſtrent, usque ad legitimum Concilium, cui adminiſtrationis ſuæ reddere teneantur, ſalvo tamen jure patronatus, Electoribus, Principibus, aliisq; Collatoribus commiſſo, ac à Patribus tanquam per manus tradito & accepto.

3. Deinde perſonæ, quæ ordinem & profeſſionem ſuam deſeruerunt, rurſus reſtituantur, iisq; de neceſſariis vitæ ſubſidiis ad Concilium uſque proſpiciatur, & opera detur, ne quid ad benè beateq; vivendum neceſſarium ipſis deſit.

4. Quòd ſi qui Abbas aut Prælatus cum ſuis Fratribus ex Monaſterio ejectus, & in exilium pulſus, reſtitui, ac in Monaſterio vivere, quàm exulare maluerit, ne ſcilicet aliis Fratribus gravis ſit & moleſtus, qui propter ejuſmodi exules majores ſumptus ſuſtinere & facere coguntur: quò minus ad ſuam profeſſionem & ordinem redeat, non prohibeatur. Reditus tamen non ipſe, ſed alii ad hoc delecti, interea temporis adminiſtrent ea diligentia & fide, ut Monachi & Moniales rerum neceſſariarum ſubſidia & adminicula ex iis habere poſſint.

IV.

Quartò, ad Miſſas quod attinet, veſtibus, cantionibus, aliisque ceremoniis ſolitis & hactenus uſitatis, ac Canone utroque lecto, in poſterum etiam fiant ac celebrentur. Ea verò quæ in diſputationem cadere poſſunt, ad Concilii autoritatem indeciſa rejiciantur atque reſerventur.

V.

Quintò, quod ad Sacramentum Altaris, ſub utraque ſpecie laicis etiam exhibendum, & Sacerdotum conjugia attinet, in eo Electores, Principes, & cæteri in cauſa Religionis his conjuncti Ordines ita ſeſe gerant, exhibeantque et conſcientiam ſalvam & puram retinere, & Cæſareæ Majeſtati atq; Concilio, præcipuè verò Deo rationem probabilem reddere & exponere poſſint. Quòd ſi in Concilio compertum fuerit, ipſos in officio non manſiſſe, atque adeò aliquid contra conſcientiam admiſiſſe, Cæſareæ Majeſtatis judicio atque cenſuræ, ut obedientes Principes decet, ſeſe ſubjectiſſimè ſubmittere non graventur.

VI.

Sexto, ne conſervandæ publicæ tranquillitatis, & pacis atque concordiæ alendæ & ſtabiliendæ gratia, in iis, quæ pertinent ad fidem, religionem & Dei cultum, ab Illuſtriſſimo Saxoniæ Electore, & aliis in cauſa Religionis conjunctis Principibus atq; Ordinibus aliquid immutetur ſeu innovetur, donec Concilium legitimum, generale atque Chriſtianum hac de re deliberaverit, & certi aliquid definiverit atque conſtituerit.

VII.

Septimo, ne Illuſtriſſimus Dux Elector Saxoniæ, cæterique Principes atque Ordines, alios, quam ſuos ſubditos, in fidem, tutelam ac defenſionem ſuam recipiant.

VIII.

Ultimo, ut commemorati Electores, Principes atq; Ordines, cum aliis Electoribus, Principibus atq; Ordinibus, Cæſareæ Majeſtati debitam obedientiam ac reverentiam in hiſce Comitiorum negociis præſtent, quorum, ut & aliorum, expreſſa debet fieri mentio.

Anno Chriſti 1530.

CAROLI V. IMPER. AVG.

SENTENTIA

Pro Decreto Religionis recipiendo, Principibus atq; Ordinibus Proteſtantibus data per Electorem Brandeburgicum, 24. Septembr.*

* Quod habes [illegible] 3. hu[illegible] ctionis, fol. 513

QUod adeò confidenter affirment, ſuam doctrinam eſſe piam atque ſinceram, Cæſaream Majeſtatem non ſatis mirari poſſe, cum non ſolum confutata jam ſit autoritate Scripturæ, verum etiam ſuperioribus omnibus Conciliis, & ante multam ætatem condemnata.

2. Quò magis etiam mirari, quòd ſibi reliquisque Principibus errorem & falſam religionem attribuant. Etenim ſi vera ſint, quæ dicant, jam & ſuos, & reliquorum etiam Principum, & ipſiusmet Saxonis Parentes atque majores, qui religionem illam ſervarint & propagarint, habendos eſſe pro hæreticis. Itaque perſuaderi ſibi non poſſe, nec etiam fateri ſe, quod dicant, ipſorum videlicet doctrinam inſiſtere teſtimonio verbi Divini.

3. Cum autem ſingulari quadam clementia, ſtudioque pacis, Decretum juſſerit ad hunc modum conſcribi, in eoque plus æquo ſeſe demiſerit; idcirco poſtulare, ut ſicut reliqui Principes, ita ipſi quoque illud recipiant, & ſecum perpendant, quantis malis occaſionem ſint præbituri, niſi faciant. Cujus quidem rei culpam Deo ſint aliquando reddituri.

4. Nullis etiam ſcriptis hoc eſſe proditum, ut ſpoliare quem liceat, & poſtea ſic excuſare, quaſi fas non ſit, eum, qui damno eſt affectus, reſtituere.

5. Quod ad ſcriptum attinet, oppoſitum Confutationi, jam antea demonſtraſſe, nullam ſe diſputationem ampliorem religionis velle permittere; quando quidem hoc neque liceat, neque ſui ſit officii; hac nimirum de cauſa illud repudiaſſe.

6. Niſi enim Decretum hoc admittant, & ratum habeant, capiendum ſibi eſſe conſilium ex tempore, & faciundum in eo, quod ſuam perſonam atque munus deceat.

EJUSDEM.

Repetita ſententia ad Principum atq; Civitatum Proteſtantium replicationem, per eundem electorem Brandeburgicum propoſita.

SAcra Cæſarea Majeſtas poſt multam deliberationem vobis reſpondet: non ſe fateri neque credere, quod de ſua religione jactant: ſe quoque de ſua ſalute & conſcientia ſolicitum eſſe, & à veteri perque manus tradita religione multò minus, quam ipſi, diſceſſurum.

2. In Decreto autem jam facto nihil poſſe mutari: ſi quidem illud admittant, rectè; ſin minùs, cauſam ſibi præberi, ut cum reliquis aliud faciat Decretum, & rationem ineat, quemadmodum & hæ ſectæ nuper natæ funditus extirpentur, & pax Germaniæ concilietur, & vetus Eccleſiæ religio, fides atque ritus valeant. quæ quidem res ad ſuam curam, officiumque propriè pertineat. Niſi enim obtemperent, nunciaturum ſe omnia Pontifici Maximo, cæterisq; Regibus, & illorum in ea re uſurum eſſe tum conſilio, tum adjumento.

3. Ad illud, quod nemini ſe dediſſe cauſam offenſionis dicant, non eſſe nihil, quod objici poſſit. Nam ipſorum Eccleſiæ Miniſtros magnum attuliſſe momentum ad ſeditionem atque bellum illud horribile ruſticorum, quo propè ad centum hominum millia perierint; & in pontifici[illegible] atque ſui & reliquorum Ordinum contumeliam, ludibrium atque contemptum, multa per ipſorum fines atque ditionem eſſe facta. Non igitur ipſus tam vacare culpa, quam præ ſe ferant.

4. Principes etiam atque Ordines, nulla privata cupiditate, verum ex officio ſuam operam ſibi devoviſſe, præſertim cum ipſi nullam concordiæ viam admittant. Quam autem hæc defectio ſit honeſta, quamque deceat iſtos, qui Decretum Wormatienſe laudarunt olim & approbarunt, non eſſe obſcurum.

5. Poſtremò, velle etiam atque mandare, ut Abbates, Monachos & alios Ordinis Eccleſiaſtici, quos ejecerint, in integrum reſtituant. Nam audire ſe quotidianos illorum gemitus, & de reſtitutione quotidie ſolicitari.

Anno Chriſti 1530.

CAROLI V. IMPER. AUG.

SENTENTIA

De Confeſſione Suevica, in Ordinum conſeſſu data Argentinenſium & [a] Sororum Legatis, 17. Octobr.

a Conſtantienſium, Memmingenſium & Lindavienſiū

QUandoquidem in religione diverſam à reliquis omnibus opinionem profiteantur, & graviſſimum illum errorem de Sacramento Euchariſtiæ probent, ſtatuas etiam è templis ejecerint, & Miſſam abrogarint, & Collegia Cæſarum atq; Regum liberaliter olim conſtructa ſubverterint, & varias quoque Sectas foveant, inque vulgus per Germaniam diſſeminent, editis libellis, qui paſſim circumferuntur: idcircò ab ipſis denuò [illegible] poſtulare, ut ad ſanitatem redeant, & priſcam religionem recipiant: alioqui non ſe prætermiſſurum eſſe, quod ſui muneris ratio poſtulet.

EJUS-

EJUSDEM

Repetita ſententia, die 20. Octobris data.

EXemplum a Confutationis ipſis dari non poſſe. Nam & Saxoniæ Principi gravibus de cauſis b hoc denegatum; & omnem de fide diſputationem eſſe prohibitam. Si vero conciliationi ſtudeant, & cum Eccleſia redire velint in gratiam, non recuſare, quo minus repetatur ſemel atque iterum Confutationis recitatio. Mandare autem, ut idem doctrinæ genus, quod reliqui omnes Principes atque Ordines, profiteantur, & adverſus Turcam auxilia conferant. Niſi enim à ſua protervia deſiſtant, acturum ſe de conſilio Pontificis & aliorum Regum, ut ſe deceat.

a Qu. Faber & Eccius Confeſſionem Argentinenſem ſive Suevicã, cujus Bucerus auctor, confutaverant. b scil. exemplũ Confutationis ad Apologiam.

Anno Chriſti 1530.

CAROLI V. IMPER. AUG. RESCRIPTUM

Ad Proteſtantium Principum atque Ordinum Articulos de Pace publica, Cæſ. Majeſtati exhibitos, die Martini, qui fuit 11. Novembris, in Palatio Imperatoris, per Alexandrum Schweiſſium Cæſ. Majeſt. Secretarium, Friderico Palatino, D. Balthaſaro Epiſcopo Conſtantienſi, & D. Iohanne Reunero præſentibus, recitatum.

AD primum articulum, in quo Imperatorem publica pace & facto decreto, ſicut olim piæ memoriæ Cæſarem MAXIMILIANUM, comprehendi debere perperam ſtatuerent, Majeſtatem ejus reſpondere: Publicam pacem, in qua & ipſe comprehendatur, per Imperium in Comitiis Wormatienſibus conſtitutam & confirmatam, nondum eſſe abolitam aut irritam, ſed ſuum vigorem & ſubſtantiam etiamnum habere. Igitur minime videri neceſſarium de nova pace conſtituenda novas inſtituere & ſuſcipere actiones. Nec nunc temporis de alia pace actum eſſe: ſed Majeſtatem ſuam omnibus Imperii Ordinibus præcepiſſe, ut publicam pacem & concordiam, quam hoc Decretum & Mandatum præcipue ſpectet, præcipiatque, omnes interea colerent, nec quiſquam contra faceret. Igitur non eſſe, quod Majeſtas ſua ſibipſi pacem præcipiat, aut in Decreto facto comprehendatur.

II. Ad alterum articulum, in quo poſtularent, ne in cauſas ad religionem ſpectantes pertraherentur, nec, ſi minus eas obſervarent, Fiſco permitteretur adverſum ipſos actio, Cæſaream Majeſtatem reſpondere, ipſos neque in illa religionis cauſa comprehendi, neque in eam pertrahi, his de cauſis, quod articulus quidem in ea comprehenſus claris ac perſpicuis verbis dicat & affirmet, ipſos Decretum de religione factum declinare & repudiare.

III. Igitur Cæſaream Majeſtatem, excluſis ipſis, utpote Decretum declinantibus & rejicientibus, cum aliis Electoribus, Principibus, atque Imperii Ordinibus feciſſe pactum, non quidem offendendi, ſed muniendi ſui cauſa, ſi qua fortè vis intentabitur iis, qui una ſecum eandem profitentur religionem; idque tantum defenſive, & non offenſive, à Cæſarea Majeſtate factum eſſe. Quod autem petant, ne Fiſco liceat adverſum ſe experiri, non eſſe æquum. Hoc enim propriè ad Majeſtatis ſuæ pertinere munus, ut jus omnibus adminiſtretur: ideoque nolle ſibi quicquam in eo præſcribi vel derogari.

Anno Chriſti 1532.

CAROLI V. IMPER. AUG. EDICTUM

De Compoſitione pacis cum Proteſtantibus.

ANNo ſupra milleſimum quingenteſimum trigeſimo ſecundo, cum inter CAROLUM V. Imperatorem, & Proteſtantes ab Alberto Moguntino, & Ludovico Palatino, Pacificatio Suinfurti & Norbergæ inſtitueretur, eidem Johannes Fridericus Dux Saxoniæ, loco parentis Johannis Electoris, unà cum reliquis Principibus, Franciſco Lunæburgio & Wolfgango Anhaldino, interfuit.

Tali autem modo eadem concluditur: Ne quis interea ſub prætextu religionis, aut ulla alia de cauſa, alteri bellum indicet aut inferat, aut etiam ſpoliando, obſidendo, capiendo, aut inſuper arces, urbes, oppida, pagos, villas prædiaque per inſidias occupando, eidem vim faciat, neque hæc facienda aliis ſuaſor impulſorve ſit & exiſtat, aut ulla alia ratione unquam damnum det: ſed alter alterum vera amicitia & Chriſtiana charitate complectatur. Quæ pax publica ut eo ſanctius & certius conſervetur, Imperator ipſe promittit, ſe omnes proceſſus judiciales, in cauſa religionis per Imperii Fiſcalem & alios, contra Electorem Saxoniæ, eiq; adhærentes, inchoatos, aut deinceps inchoandos, abrogaturum & ſuſpenſurum eſſe, usque ad futurum Concilium: vel ſi illud minus procedat, usq; ad ulteriorem conſultationem Statuum Imperii. Huic cautioni Cæſareæ eo melius ratæhabendæ, in Comitiis Ratisponenſibus Calend. Martii inſtitutis, quibus alias Imperatori contra Turcam, Auſtriam infeſtantem, auxilia decreverant, tandem præter Imperatorem & prædictos Principes, qui præſentes tranſactioni iſti interfuerant, ſubſcribunt menſe Julio abſentium quoque Legati & Mandatorii, utpote:

Nomine Principum;

Georgii Marchionis Brandenburgenſis: Wolffgangus Chriſtophorus à Wiſentau, Præfectus in Suabach, & Sebaſtianus Heller Doctor.

Erneſti Ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis; Johannes à Wick Doctor.

Wolffgangi Principis Anhaldini: Item Gebhardi & Alberti Comitum Manſsfeldenſium; Johannes Ruelius Doctor.

Nomine Civitatum;

Argentinæ; Jacobus Sturmius, & Jacobus Meier.

Noribergæ; Bernhardus Baumgartner, & Leonhardus Schultes. Hiq; cum mandatis Halæ Suevorum, Heilbrunæ, Winshemii, & Wiſenburgii.

Lubecæ; Andreas Stolp, cum mandato civitatis Hamburgenſis.

Conſtantiæ: Conradus Zuick, & Sebaſtianus Geiſsberg.

Ulmæ; Georgius Beſſerer Duumvir. & Hieronymus Schleicher, cum mandato civitatis Iſnenſis.

Magdeburgæ; Leonhardus Mertz Doctor & Syndicus.

Bremæ; Johannes à Wick Doctor.

Brunſuigæ; Theodoricus Brutenus Secretarius. Et is cum mandatis Civitatum, Goslariæ, Gottingæ & Embecæ.

Northuſæ; Benedictus Pauli Doctor.

Eslingæ; Bernhardus MaiZbeck.

Reutlingæ; Juſtus Weys Duumvir.

Memmingæ; Johannes Keller Duumvir.

Lindaviæ; Antonius Hunle.

Biberaci; Chriſtophorus Greter Duumvir.

Kemptenſis; Henricus Seltenhan.

Sequitur ipſa cautio ſeu confirmatio Imperatoris de Pace publica.

Nos CAROLUS, Dei gratia, Imperator ſemper Auguſtus, &c. Fatemur, & teſtatum facimus hiſce literis: Quoniam Reverendo in Deo Patri, & Illuſtribus, Alberto Sacræ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali, Archiepiſcopo Moguntino & Magdeburgenſi, ac Ludovico Palatino Rheni, Duci Bavariæ, &c. noſtris amicis, cognatis & Electoribus, inter Nos & Principem Electorem Saxoniæ, & ejusdem filium, ac Georgium Marggravium Brandeburgenſem, &c. & ipſorum conjunctos, Comites & Civitates, in controverſia religionis amicabiliter partes ſuas interponendi & tractandi poteſtatem benignè conceſſimus, vigore noſtri mandati, & inſtructionis eis hanc ob cauſam à nobis exhibitæ, ipſique toties eam rem, primum Suinfordiæ, deinde Norinbergæ tentarunt: tandem eo deventum eſſe, quod Nos, ut ſupremum caput Imperii, prædictis noſtris amicis, cognatis & Electoribus Moguntino & Palatino conſenſimus, ut publicam ſtabilemque pacem inter Nos & omnes Status Imperii Germanicæ ditionis, Eccleſiaſticos & Seculares, faciant usque ad generale, liberum & Chriſtianum Concilium, quemadmodum de eo in Comitiis Norimbergenſibus decretum eſt: aut ſi hoc non procedat, ùsque donec univerſi Status Imperii iterum conſcribantur, ſicut ea de re paulò poſt peculiari articulo cavetur.

Ita videlicet, quod infra hoc tempus Synodi, vel quo Status Imperii, ut dictum eſt, iterum conveniant, & aliter deliberent, nemo propter religionis, aut ullam aliam cauſam, alteri bellum inferat, indicat, ipſumve ſpoliet, capiat, invadat, aut obſideat, neve ad hæc facienda per ſe vel per alium, cuiquam inſerviat: arces, urbes, oppida, caſtella, pagos, villas vel prædia, inſidiis occupet, vel contra voluntatem alterius violenter eripiat, dolove malo, incendiis, vel alia ratione alteri damnum det, neque ullis iſtiusmodi machinationibus, conſilio, auxilio, vel alio modo opem ferat, neque eos ſciens & intelligens hoſpitio excipiat, victum, potum, aut receptum præbeat aut toleret, ſed unusquisque alterum vera amicitia & Chriſtiano amore complectatur.

Quam pacem publicam jam deſcriptam, nos Imperator, univerſis ordinibus Imperii publicamus, annunciamus, & ſub expreſſa gravi & non contemnenda pœna ſervandam mandamus, volumusque benignè operam dare, ut prædicta Synodus intra dimidium annum indicatur, & poſtea intra unum annum inchoetur. Si verò hoc non fiet, tunc iterum communes Status Imperii in locum commodum vocentur & conſcribantur, ad deliberandum quid in poſterum, tum de Concilio, tum de aliis rebus neceſſariis, agendum & ſtatuendum ſit.

Nos itaque, ut eo firmius & certius talis publica & communis pax prædicta conſervetur, clementer conſenſimus & promiſimus, nos curaturos, ut omnes proceſſus judiciales, ad cauſas religionis ſeu fidei ſpectantes, per noſtrum Fiſcalem & alios contra Electorem Saxoniæ & ipſius conjunctos, qui vel jam eſſent inchoati, vel deinceps inchoandi, ſuſpendantur usque ad futurum Concilium, vel ſi id non ſit proceſſurum, usque ad aliorem deliberationem prædictorum Statuum Imperii. Et ſi Elector Saxoniæ, cum ſuis conjunctis univerſis aut ſingulis, ab alio quisquis is ſit, in jus vocetur, tunc ipſi, vel ſui conjuncti, Nos, ſi in Imperio Germanicæ nationis tunc temporis erimus, aut nobis abſentibus, eum, quem noſtro loco cum mandatis in his negotiis conſtituerimus, requirant, & in quibus graventur, exponant. Eoque caſu debemus & volumus Nos, & nobis abſentibus Locum noſtrum

ſtrum tenens, & Commiſſarii noſtri, qui à nobis ad hoc, expreſſum mandatum habeant, tales proceſſus judiciales inhibere & abrogare, ut ſupra dictum eſt: ſicut etiam nos jam ex autoritate & plenitudine Majeſtatis Cæſareæ, & vera ſcientia, nunc ut tunc, & tunc ut nunc, eos inhibemus, ſuſpendimus, & abrogamus, vigore & virtute harum literarum.

Et ſi ultra hoc ab ullo judice aut judicio proceſſum, actitatum, aut ulla lata ſententia fuerit, id in univerſum & ſigillatim nullum, irritum, & invalidum eſſe debet, & eum, eosve, contra quos talis proceſſus inſtituetur, aut ſententia feretur, nequaquam obliget aut teneat, ullo modo aut ratione; ſine dolo malo, &c. & in ſignum ac teſtimonium horum, ſigillum &c. Ratisbonæ, M. D. XXXII.

CAROLI V. IMPER. AUG. FORMULA

Anno Chriſti 1541.

DE INSIGNIBUS SIVE ARMIS GENTILITIIS.

CAROLUS Quintus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus; & Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani, &c. Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lothrici, Brabantiæ, Limburgiæ, Lucenburgiæ, Geldriæ, Wirtenbergæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Artheſiæ, & Burgundiæ; Palatinus Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, & Zutphaniæ; Langravius Alſatiæ; Marchio Burgoviæ, & Sacri Romani Imperii, &c. Princeps Sueviæ, &c. Dominus Friſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Noſtro & Imperii Sacri fideli dilecto N. N. gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum.

1. Etſi omnibus & ſingulis Sacri Romani Imperii ſubditis & fidelibus ad gratiam propenſi ſumus, eosque meritis honoribus & ornamentis honeſtare conſuevimus, Cæſarei tamen eſt officii, & animi noſtri, eos cæteris præferre, qui non ſolum fide & obſervantia erga nos & Sacrum Romanum Imperium, verum etiam animi moribus clari, & eximiis virtutibus præſtantes habiti ſunt.

2. Quapropter attendentes in primis egregias animi tui dotes, probatos mores, induſtriamque & vigilantiam, quam optimorum authorum monumentis in gratiam ſtudioſorum ædendis publico bono impendis. Præterea tuam erga nos & Sacrum Imperium fidem & obſequium, quæ nobis hactenus, præſertim in rebus hanc expeditionem noſtram in Galliam concernentibus, tuis labore & induſtria curandis præſtitiſti, & etiamnum præſtas, haud abs re noſtra Cæſarea liberalitate & clementia dignum judicamus, te peculiari ornamento cohoneſtare, atque una filios & ſucceſſores tuos, quo & ipſi noſtræ erga te beneficentiæ participes efficiantur, hujusmodi pariter Cæſareæ gratiæ tecum reddere conſortes.

3. Motu itaque proprio, ex certa ſcientia, animoq; deliberato, tibi præfato N. N. hæc infra ſcripta armorum inſignia, videlicet ſcutum azurei ſeu cœleſtini coloris, in cujus medio gallus nigri coloris, extenſis alis, exerta lingua, corona aurea coronatus conſpicitur. Et ſupra ſcutum galeam communem ſive clauſam, aurei ſive cœleſtini, & aurei ſeu crocei, argenteique ſive albi colorum redimitam laciniis, in cujus cono è faſcia tortili azurei ſive cœleſtini, & albi ſeu argentei colorum, galli caput coronatum, ut in ſcuto, eminet; quemadmodum hic omnia in medio præſentium accuratius depicta ſunt, de novo dedimus, conceſſimus, & elargiti ſumus, prout tenore præſentium damus, concedimus & elargimur, volentes & decernentes, quod tu præfate N ac filii, hæredes & deſcendentes tui legitimè nati & naſcituri, eorundemque hæredes & ſucceſſores in infinitum utriusque ſexus, ex thoro legitimo ſeriatim deſcendentes, prædicta arma & inſignia habeatis & deferatis, illisque in omnibus & ſingulis honeſtis decentibusque actibus & expeditionibus, tam ſerio quam joco, cæterorum armigerorum more, in torneamentis, haſtiludiis, bellis, duellis, ſingulari certamine, & quibuscunque pugnis, vexillis, tentoriis, annulis, ſignis, ſigillis, ſignetis, aulæis, tapetis, periſtromatibus, monumentis, ædificiis, picturis, ſculpturis, ſepulchris, clenodiis, & univerſa ſupellectili veſtra, aliisque in rebus omnibus pro libitu, arbitrio veſtro uti frui poſſitis & debeatis.

4. Aptique ſitis & idonei ad ineundas & recipiendas omnes exemptiones, libertates, privilegia, feuda, vacationes à muneribus & oneribus quibuscunque realibus, perſonalibus, ſive mixtis: jura quoque & conſuetudines, quibus cæteri ejusmodi armorum ornamentis inſigniti gaudent, utuntur & fruuntur, absque alicujus contradictione & impedimento.

5. Quapropter mandamus univerſis & ſingulis Principibus, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Procuratoribus, Advocatis, Officialibus, Quæſtoribus, Civium Magiſtris, Judicibus, Conſulibus, Armorum regibus, Heroldis, Caduceatoribus, Civibus, Communitatibus, & denique omnibus noſtris & Imperii Sacri ſubditis, & fidelibus dilectis, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis vel dignitatis fuerint, ut te præfatum N. N. filiosque, hæredes & deſcendentes tuos antedictos, in perpetuum in hujusmodi armorum fruitione, nec turbent nec impediant, verum illis liberè & absque ullo impedimento & contradictione uti frui, & in iis permanere ſinant

& per-

& permittant: quatenus gratiam noſtram charam habeant, ac præter noſtram & Imperii ſacri indignationem graviſſimam, pœnam viginti marcharum auri puri cupiant evitare; quarum medietatem fiſco ærario noſtro Imperiali, reliquam vero partem injuriam paſſi aut paſſorum uſibus, toties quoties contrafactum fuerit, irremiſſibiliter decernimus applicandam.

Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum Datum in oppido noſtro. N. Die quarta menſis Octobris; anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo; Imperii noſtri vigeſimo primo, & Regnorum noſtrorum vigeſimo ſexto.

CAROLUS.

Vt. Naves.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium.

Obernburger ſit.

Anno Chriſti 1545.

CAROLI V. IMPER. AUG. CONFIRMATIO.

ARTICULORUM LOVANIENSIUM DE FIDE ET RELIgione Chriſtiana.

CAROLUS divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, rex Germaniæ, Caſtellæ, Legionis, Arragonum, Navarræ, Neapolis, Siciliæ, Majoricarum inſularum, Indiarum, & terræ firmæ maris Oceani. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ & Geldriæ. Comes Flandriæ, Artheſii, Burgundiæ Palatinus & Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretis, Hagenaldi, Namurci & Zurphaniæ. Princeps Zvveviæ. Marchio ſacri Romani Imperii. Dominus Friſiæ, territorii Trajectenſis citra & ultra Inſulam, Mechliniæ, Salinarum & Groningæ. Et dominator in Aſia & in Africa. Univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem.

Cum pro noſtro erga Deum Optimum Maximum, Chriſtianamque Rempublicam officio, quieteque & tranquillitate ſubditorum, in noſtris inferioribus regionibus conſiſtentium, extirpationi pernicioſorum dogmatum, hæreſum & errorum, in prætactis regionibus (proh dolor) pullulantium & graſſantium, diligentiſſime ſemper invigilaverimus ac incubuerimus. Quod ut commodius faciliusque fieret, & de noxiis ſupplicium ſumeretur, pleraque ſalubria ædiderimus, publicaverimusque ſtatuta, frequenter illa innovando, ampliandoque: appoſita etiam nonnunquam gravium pœnarum comminatione. Certiores attamen effecti ſumus, quod prætactis remediis non proficientibus, naturæ inimico male ſuggerente, hæreſes antedictæ, iniquaque dogmata, neque extincta aut ſedata extant, imo publice & privatim magis atque magis indies gliſcunt. Quod quidem evenire maxima ex parte compertum eſt, ob doctrinarum diverſitatem, quam concionatores, & alii ad quorum officium ſpectat verbum domini ad populum enunciare, ſpargunt & effundunt. Nonnullis eorundem de literis ſacris, uno modo, aliis aliter ſentientibus: unde inductum vulgus perſæpe ambiguum, incertum & ſæpenumero deceptum fuit. Quibus malis ut obviam eatur, & quantum in nobis eſt, detur opera, quod ſacroſancta mater noſtra Eccleſia (quam puram & immaculatam eſſe oportet) nullis diverſarum traditionum maculis aſpergatur, utque Chriſtiana noſtra pietas & religio, certa conſtansque, in publicis concionibus de cætero in dubium non revocetur, prædicatoresque determinatam habeant reſolutionem, quam populo annunciare teneantur, nonnullos per Decanum aliosque ſacrarum literarum profeſſores noſtræ Lovanienſis Academiæ, filiæ noſtræ, articulos deligi curavimus, quibus dubia per hæreticos in controverſiam diſputationemque circa Orthodoxam fidem, religionemque noſtram hactenus vocata, reſolvuntur diluunturque, tenoris infraſcripti.

DECANUS ET FACULTAS THEOLOGORUM LOVANIENSIUM OMNIbus in Chriſto fidelibus, Salutem.

MAgnas quotidié vires in his regionibus accipit hæreticæ peſtis contagium, ac niſi occurratur, futurum proſpicimus, ut hic brevi plena ſint omnia, non ſolum Lutheranorum, Oecolampadianorum & Anabaptiſtarum, ſed iſtorum etiam, qui nuper adhuc obſcuris nominibus emergere cœperunt, nec dici poteſt, quanto ſtudio teneantur multi clanculũ monſtra iſta alendi. Quare pro officio, quod in Eccleſia Dei gerimus, verbis paucis cõplexi ſumus articulos certos dogmatũ, quæ propter hæreſes dictas, valde expedit hoc tempore, à bonis & catholicis concionatoribus populo (nam populi cauſa operam hanc ſuſcepimus) exponi, fideliterque & diligenter explicari. Quos quidem articu-

ticulos aliquando fuſius, pauloque altius repetitis principiis, ampliare exponereque potuiſſemus, verum hoc neceſſarium nobis viſum non eſt. Quinimo utilius fore credidimus, ſi quam ſimpliciſſime proponerentur, ad captum etiam imperitiſſimorum. Porro eo libentius rem hanc curavimus, quia certo intelligebamus, eandem Cæſareæ M. magnæ curæ eſſe, & quæ ipſius egregia pietas eſt, ultro etiam iſtiusmodi quippiam expetere.

ARTICULUS PRIMUS.

CRedendum eſt ſeptem eſſe Eccleſiæ ſacramenta à Chriſto inſtituta, quæ ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo & Matrimonium. Per quæ, quamvis externa & corporalia ſigna, Deus inviſibiliter, ſive per bonos, ſive per malos miniſtros, noſtram ſalutem operatur.

II.

Baptiſmus ad ſalutem omnibus eſt neceſſarius, etiam infantibus, per quem peccata plene tolluntur, & fiunt filii Dei, ac hæredes vitæ æternæ: nec unquam eſt iterandus.

III.

Pœnitentiæ Sacramentum (quod poſt Baptiſmum omnibus relapſis eſt ad ſalutem neceſſarium) complectitur Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem.

IV.

Contritio, eſt dolor de peccatis propter Dei offenſam ſuſceptus, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. non autem (ut quidam hoc ſeculo pernicioſe docent) terror conſcientiæ, propter apprehenſum gehennæ ſupplicium peccatis debitum. Præparat tamen hic terror & gehennæ metus, ad veram animi contritionem.

V.

Confeſſurus diligentiam legitimam adhibere debet, quo ſacerdoti judici ſuo, manifeſtet omnia peccata ſua mortalia, etiam occulta cordis, ut ab eis per illum abſolvatur: cujus abſolutionis miniſter eſt ſolus ſacerdos, ſecundum Eccleſiæ ritum conſecratus.

VI.

Satisfactio, eſt perſolutio pœnæ, plerunque adhuc debitæ, remiſſa jam culpa. Nam omnem pœnam peccato debitam ſemper condonari culpa remiſſa, erroneum eſt, & ſcripturis ſacris adverſatur.

VII.

Certa fide tenendum eſt, hominem habere liberum arbitrium, quo poteſt male, & cum gratia Dei bene agere, & poſt mortale peccatum admiſſum, Deo adjuvante pœnitere, & peccatorum remiſſionem conſequi.

VIII.

Ad juſtificationem ante omnia neceſſaria eſt in adultis fides, qua certo credimus Chriſtum Jeſum Dei filium, nobis propiciatorem à patre propoſitum eſſe pro peccatis noſtris in ſanguine ipſius, ſine qua nullis noſtris operibus, nullaque pœnitentia juſtificatio obtineri poteſt. ſicut nec fide ſola, ſine pœnitentia & propoſito vivendi ſecundum mandata Dei.

IX.

Fides qua quis firmiter credit, & certo ſtatuit propter Chriſtum ſibi remiſſa eſſe peccata, ſeque poſſeſſurum vitam æternam, nullum habet in ſcripturis teſtimonium, imo eiſdem adverſatur, etiam ſi firma & certa ſpe expectare debemus in hac quidem vita, per Sacramentum baptiſmi & pœnitentiæ, peccatorum remiſſionem, in ſeculo autem futuro, vitam æternam.

X.

Itaque, quamdiu inter hoſtes noſtros, & adverſarias poteſtates hic vivimus, nulla nobis eſt ſecuritas: ſed cum timore & tremore juxta ſententiam Apoſtoli noſtram ſalutem operari debemus. Et ſecundum varias animorum noſtrorum affectiones, nunc magis ſperare, nunc magis timere, ſimpliciter tamen magis & frequentius de miſericordia domini ſperandum eſt, quam formidandum de ſeveritate.

XI.

Opera bona omnibus adultis ſunt ad ſalutem neceſſaria, & cum ex fidei & charitatis ſpiritu proficiſcuntur, ita grata ſunt Deo, ut eis tanquam juſtam mercedem vitam retribuat æternam.

XII.

Confirmatio & extrema Unctio Sacramenta ſunt à Chriſto inſtituta: ſed non ut duo præcedentia ad ſalutem neceſſaria. ex contemptu tamen illa omittere, mortale peccatum eſt.

XIII.

In Euchariſtiæ Sacramento eſt re ipſa verum corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, illud ipſum, quod de virgine natum, & in cruce paſſum eſt.

XIV.

In Euchariſtia non manent panis & vinum, ſed hæc in corpus & ſanguinem Chriſti admirabili potentia verbi ipſius ſunt converſa: manentibus tantum panis vinique ſpeciebus. *unde certa fide tenendum eſt, ſacram Euchariſtiam ſancte à nobis adorari, ſive in Miſſa, ſive extra Miſſam, ubicunque repoſita fuerit:* aut quoties in ſupplicationibus publicis à ſacerdote circumfertur. Euchariſtia adoranda.

XV Non

XV.

Non eſt laicis neceſſaria ad ſalutem communio ſub utraque ſpecie, juſtisque de cauſis ab Eccleſia ſancitum eſt, ut illis ſub una tantum panis ſpecie Sacramentum communicetur: in quo carnem & ſanguinem, *Atque ita totum Chriſtum ſub una ſpecie ſumunt.*

XVI.

Sacrificium Miſſæ ex inſtitutione Chriſti, tam vivis prodeſt, quam defunctis.

XVII.

Solis ſacerdotibus ſecundum Eccleſiæ ritum ordinatis, data eſt à Chriſto poteſtas conſecrandi verum corpus Chriſti & ſanguinem.

XVIII.

Matrimonium contractum & conſummatum inter Chriſtianos, eſt indiſſolubile, *qualiscunque fiat alter conjugum, ſive adulter, ſive ſterilis, ſive hæreticus.*

XIX.

Nunquam licet Chriſtiano poſt divortium contrahere matrimonium, vivente eo cum quo prius legitime contraxerat.

XX.

Matrimonia contracta contra Canones ipſa dirimentes, ſimpliciter ſunt irrita & nulla.

XXI.

Firma fide tenendum eſt, unam eſſe in terris veram atque catholicam Chriſti Eccleſiam, eamque viſibilem, quæ ab Apoſtolis fundata, in hanc usque noſtram ætatem perdurans, retinet & ſuſcipit, quicquid de fide & religione tradidit, tradit & traditura eſt *cathedra Petri*, *ſuper quam* ita à Chriſto ſuo ſponſo eſt ædificata, ut in his, quæ fidei ſunt & religionis, errare non poſſit.

XXII.

Extra hanc nulli ſperanda eſt ſalus: ſuntque extra eam hæretici, ſchismatici & excommunicati unde vehementer formidanda eſt excommunicatio: nec humana, ſed divina eſt excommunicandi poteſtas.

XXIII.

Unus eſt eccleſiæ ſummus paſtor, cui omnes obedire tenentur: ad cujus judicium controverſiæ, quæ ſuper fide & religione exiſtunt, ſunt referendæ.

XXIV.

Summam hanc præpoſituram primus omnium geſſit *ſanctus Petrus, verus Chriſti in terris vicarius, & totius familiæ* ejus paſtor. Poſt Petrum vero ex Chriſti inſtitutione omnes deinceps Pontifices, Petri in cathedra ſucceſſores.

XXV.

Certa fide tenenda ſunt, non ſolum quæ ſcripturis expreſſe ſunt prodita, ſed etiam quæ per traditionem Eccleſiæ Catholicæ credenda accepimus, & quæ deſinita ſunt ſuper fidei & morum negociis per cathedram Petri, vel per concilia generalia legitime congregata.

XXVI.

Conſtitutiones Eccleſiaſticæ de jejuniis, feſtis, & abſtinentia ciborum, aliisque multis, obligant in conſcientia: etiam extra caſum ſcandali.

XXVII.

Recte fit in Eccleſia, quod ſanctos in cœlis cum Chriſto agentes veneramur & invocamus, ut pro nobis orent: quorum etiam meritis & interceſſione, Chriſtus nobis hic multa largitur, alias non largiturus: per quos etiam miracula multa in terris operatur.

XXVIII.

Quapropter ſancte & religioſe faciunt, qui loca eis dicata, una cum ipſorum reliquiis religioſa pietate viſitant, & hoc modo ab ipſis opitulationem quærunt.

XXIX.

Gratus eſt etiam Deo imaginum uſus, recteque coram eis procumbimus, invocaturi ſanctos, quos repræſentant.

XXX.

Firmiter credendum eſt, poſt hanc vitam purgatorium eſſe animarum: in quo ſolvitur pœna peccatis adhuc debita. Eisdem tamen ſubvenitur, ſacrificio altaris, oratione, jejunio, eleemoſyna, aliisque bonis operibus vivorum, ſicut & indulgentiis, quo citius ab ea liberentur.

XXXI.

Animæ defunctorum purgatæ, mox regnant cum Chriſto in cœlis. Et animæ impiorum hinc migrantes, ſempiternis inferni traduntur ſuppliciis.

XXXII.

XXXII.

Recte vota Deo facimus, tam monaſtica, quam alia, & facta obligant apud Deum, nec adverſantur libertati Evangelicæ: quæ à peccatis libertas eſt, & iis quæ ſpiritum noſtrum quoquomodo impediunt, quo minus totus Deo ſerviat. non autem à voti, vel juramenti obligatione, nec ab obedientia magiſtratus Eccleſiaſtici vel ſecularis.

Ergo quod unum noſtræ facultatis eſt, mandamus Theologiæ ſtudioſis omnibus, quacunque ratione nobis ſubjectis, & inpoſterum ſubjiciendis. Primum, ne quid usquam doceant aut profiteantur, quod dogmatibus his contrarium ſit: deinde, ut eadem fideliter, cum locus & occaſio poſtulabit, tueantur & explicent ad veteris & orthodoxæ fidei cuſtodiam & ædificationem Chriſtiani populi. Si qui vero contraria, eos pro modo facultatis noſtræ omnino punire decrevimus.

Anno à nativitate Domini M. D. XLIIII. Menſis Decembris, die ſexta, Facultas Theologiæ congregata per juramentum in collegio Theologorum ſuper articulis præcedentibus, probavit hos articulos ſub forma, qua ſcripti ſunt. Sic ſubſcriptum de mandato dominorum Decani & Facultatis.

Judocus de Langhenhove Notarius ſubſcripſit.

Hac proinde cauſa, cumque articuli peracti in noſtro concilio accurate perlecti, catholici & ſancti comperti fuerint, eoſdem, quantum in nobis ſitum eſt, harum teſtimonio literarum noſtra autoritate decretoque firmamus. Omnes & ſingulos Epiſcopos, Eccleſiarumque prælatos, cujuscunq; gradus dignitatisve fuerint, requirentes & exhortantes. Et quantum protectionis & conſervationis ſanctiſſimæ fidei noſtræ nobis incumbentis provincia exigit, illis mandantes, quatenus ſingulis eorum vicariis, officialibus & officiatis, articulorum prædictorum auctenticum exemplar tranſmittant Parochialib. Presbyteris, & monaſteriis mendicantium, & non mendicantium, & aliis quibuscunque, ad quos verbum Chriſti populo annunciare pertinet, in eorundem Prælatorum diœceſibus conſtitutis tradendum & porrigendum, aperteque & absque verborum involucro populo è ſuggeſtu exponendū. Juxta quorum articulorum contenta tam Epiſcopi, quam clerus, exemptus & non exemptus, non modo in publicis concionibus, verumetiam in privatis communicationibus ſeſe accommodare ſtudebunt. Non permittentes quicquam, ab eisdem articulis diſſonum, ſeu contrarium à ſuis evulgari, proponi, aut ſuſtineri: adhibita diligenti, de transgreſſoribus, contraria, pugnantia, ſeu his diſcordantia, prædicantibus aut ſentientibus, inquiſitione: & de noxiis (ut aliis cedant in exemplum) debita animadverſione ſequuta. Omnibus itaque noſtris, noſtrorumque vaſallorum officiatis, & juſtitiæ præfectis, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus Epiſcopis prædictis, Prælatis, & aliis eorundem officiatorum opera egentibus, circa præmiſſa faveant & aſſiſtant, impertito eis, ubi exinde fuerint requiſiti, auxilii ſecularis brachio. Inſuper dilectis & fidelibus noſtris, ſupremo capiti, Præſidenti, & noſtris conſiliorum privati magnique Conſiliariis, Cancellario & Conſiliariis, conſilii noſtri Brabantiæ gubernatori. Cancellario & Conſiliariis Geldrenſibus, Gubernatoribus, Præſidentibus & Conſiliariis Lucenburgenſibus, Flandriæ, Artheſii, Inſulenſis, Duacenſis, & Orchiarum. Magno noſtro Hannoniæ Ballivo, & Conſiliariis noſtris in Montibus Hannoniæ. Gubernatori, Præſidenti, Conſiliariis Hollandiæ, Friſiæ & Trajecti, Gubernatori & ſupremo Ballivo Namucenſi, Locumtenenti Tranſyſulano, & Groningæ, receptoribus Zelandiæ Meridionalis & Orientalis, Schaldæ, Præpoſito Comitis in Valenchenis, Ballivo Tornacenſi & Tornaceſii, Sculteto Mechlinienſi, omnibusque aliis noſtris, noſtrorumque vaſallorum officiatis, & juſtitiæ præfectis, quibus literæ noſtræ dirigentur, & ad quos negocium hoc pertinet & ſpectat, Damus in mandatis, quatenus præmiſſa ſervent, ſectentur, & adimpleant, & ab omnibus ſervari, ſectari, & adimpleri, absq; contradictione aut contraventione quacunque procurent. In quorum robur, fidemque præmiſſorum, præſentes literas noſtro fecimus ſigillo communiri. Datum Bruxellæ, die XIII. Menſis Martii. Anno Domini M D. XLV. Imperii noſtri XXVI. Regnorumque noſtrorum Caſtellæ, Legionis & aliorum XXIX. Subſcriptum per Imperatorem in ſuo concilio, & ſignatum Verreyken.

CAROLI V. IMPER. AVG. MANDATUM

Anno Chriſti 1546.

Quo jubetur Dux VVirtenbergius rebellionis reus, ſeq; ſuaq; omnia ultro dedere, aut læſæ Majeſtatis indignationem pœnamq; perferre.

QUamvis aliquot antè annis propter bellum, abs te & Lantgravio adverſus fratrem meum motum, & agrum Wirtenbergenſem, quo multatus fueras, receptum, in vos exemplum edere jure potuiſſem; noxam tamen omnem & injuriam clementer, quia ſupplex petebas, tibi remiſi, omnemque, quam potui, munificentiam atque humanitatem præſtiti. Nuper etiam ante hoc bellum ſuſceptum, pari benevolentia te minimè meritum proſequutus fui, cum tyrannidem in tuos finitimosque Imperii Ordines immaniter exerceres, neque legibus humanis neque rationis habenis coerceri poſſes. Legatos ad te miſi, à quibus quam ob cauſam arma ego ſumpſerim, cognoſceres, quique tibi, ut ab armorum ſocietate abſtineres, edicerent. Tu his omnib. ludibrio habitis, violata fidei quam mihi debes, religione, ſocietatem & amicitiam *Interprete Lamberto Hortenſio,*

cum hoſtib. meis iniſti; quos proſcripſi, quorum urbes, oppida, arces, agroſque non haſtæ ſed armis ſubjeci, cum his arma ac vires conſociaſti. Et ne qua contumelia ludibriumque prætermitteretur, confœderatorum tuorum opibus fretus, fratris mei primum, deinde quorundam ex Ordinibus Imperii, adeoque mea, quæ ad Imperium pertinent, oppida armis non petiviſti modò ſed etiam invaſiſti. His nondum, quamvis gravibus & atrocibus flagitiis, expletus bellum inſuper, qua fuiſti amentia, mihi feciſti: Majeſtatem meam, dictis virulentis imminuiſti: meam authoritatem decusque elevaſti: omnemque in id operam ſedulò navaſti, ut me Imperatorio ſplendore exueres, renunciata ea, qua mihi obnoxius es, fide, quam ſociorum conjurationi poſthabuiſti. Super hæc copias cum inſaniæ tuæ conjuratis ſociis in me armaſti, & conſcriptas mihi frequenti acie objeciſti, prius multis & meis & fratris clientibus memorabili rerum ſuarum naufragio afflictis. Eadem proinde mulcta & ſtrages fortunarum, ut Majeſtatis reum, quæ alios, te quoque manet.

Hæc quanquam iraſe habent, & cauſæ, cur in te ultimo humanorum ſupplicio animadvertere poſſem, comparent, uti meritos es: ne tamen plebs inſons, cui plus miſericordiæ quàm tuæ cauſæ ſpei debetur, rei Principis peccatum luat (huic omninò parcere ſtat ſententia) edico, ut exemplo, ſimul meas literas acceperis, te ultrò mihi dedas: omnem tuam provinciam, urbes, agros, caſtella, quantum denique fortunarum tibi eſt, in jus meum tradas, ut de his ex meo arbitrio conſulam. Et ni imperata feceris, ferro & igni populabor omnia, teque bello, donec oppreſſero, uſque perſequar. Porrò literæ tuæ expurgatoriæ, quas quatuor hinc diebus ad me dederis, non faciunt mihi ſatis, neque ejuſmodi ſunt, ut hoc unum facinus vel extenuare vel excuſare queant. Datæ Rotenburgi ad Neccarum, Anno 1546. menſe Decembri.

Anno Chriſti 1548.

CAROLI V. IMPER. AUG.

INTERIM

SIVE

Declaratio Religionis, hoc eſt, conſtitutio præſcribens, qua ratione ſacroſancti Imperii Romani Status in negotio Religionis uſq; ad deciſionem Concilii generalis, ſeſe mutuò gerere ac excipere debeant, in habito Auguſtæ Conventu, 15. Maii. à Cæſ. Majeſt: publicata, & à Statibus Imperii acceptata, A. D. 1548.

Sacra Cæſarea Majeſtas, Dominus noſter Clementiſſimus, ſacri Rom. Imperii Electoribus, Principibus, & cæteris Statibus, abſentiumque Legatis ſequentia jubet intimari.

Quanquam ſacra Cæſarea Majeſtas ab initio ſui regiminis nihil magis in votis habuit, quam ut ea tractarentur & promoverentur, quæ univerſo orbi Chriſtiano, & in primis ſacro Imperio Germanicæ nationis, tanquam dilectæ patriæ ſuæ, ad honorem, utilitatem, ac felicem ſtatum ipſius, conſervandamque ſub alius & felici Majeſt. ſuæ adminiſtratione, omnium ordinum pacem, concordiam & tranquillitatem ullo modo conducere poſſent: tamen ſua Majeſt. jamdudum ſatis perſpicuis indiciis ſenſit, & reipſa experta eſt, abſque Chriſtiana compoſitione, vel legitima determinatione hujus exorti pernicioſiſſimi controverſæ religionis diſſidii, ex quo hactenus omnes diſcordiæ, rancores, bella, anguſtiæ, & gravamina ſtatuum proceſſerunt, ullam hujuſcemodi firmæ pacis, juſtitiæ & publicæ tranquillitatis ſpem non ſupereſſe: Ideo ſua Majeſt. antea variis ſuper ea re inſtitutis colloquiis & tractationibus nullum non movit lapidem, quo exitiale hoc diſſidium ad Chriſtianam concordiam, vel ſaniorem intellectum promoveretur.

Verum cum in proſecutione illius operis res ipſa declararet, illud diſſidium adeò altas egiſſe radices, ut jam non ſolum Germanicam, verum etiam multas alias Nationes attingeret, omnibusque eis commune eſſe cœperit, ita ut viſum ſit, huic tam gravi morbo ullo alio convenientiori remedio, quam per viam univerſalis catholici Concilii, ſubveniri non poſſe: impetravit tandem ad preces Statuum ſua Majeſt. poſt multas in ea re habitas tractationes, quod generale Concilium in Germanica natione Tridenti convocatum & celebrari cœptum ſit. Quapropter & horum Comitiorum initio cum Statibus ita egit, eosque permovit, ut inſequentes ſanctorum patrum majorumque noſtrorum veſtigia, qui in negotiis fidei ſemper ad ſacra Concilia recurrere, eisdemque obtemperare ſoliti fuere, in adhæſionem & ſubmiſſionem hujus Concilii communiter conſenſerint, ac ulterius ſuæ Majeſt. liberum permiſerint, de Chriſtianis ac convenientibus mediis cogitare, quibus medio tempore uſque ad finem ac determinationem Concilii omnes Status piè & pacificè ſimul vivere & habitare queant, ita ut nemo contra jus ac æquitatem gravetur. Et ſicut ſua Majeſt. tunc temporis hujuſmodi Statuum conſenſum ac remiſſionem clementiſſimo animo ſuſcepit, ita & nunc non minus ſuſcipit.

De negocio verò ipſo remiſſionis, tanquam per ſe graviſſimo, ſua Majeſt. hactenus paterno affectu fideliter, & cum ſumma diligentia deliberavit, Statuumque ſententias (ſicut ipſimet ſciunt) exquiſivit: reque perpenſa, non ſine dolore animi percepit, quam immenſa incommoda huic inclytæ nationi hactenus ex prædicto diſſidio fuerit illata: quæ calamitas & pernicies ex eodem impendeat, ita ut inevitabilis neceſſitas expoſtulet pro conſtitutione ac conſervatione firmæ pacis, juſtitiæ, unitatis, ac pro tollendis diſcordiarum ſeminibus, hanc rem uſque ad progreſſum & determinationem generalis Concilii, non in præſenti ſtatu & confuſione, quaſi ſuſpenſam relinquere, ſed potius ad majorem Chriſtianam concordiam, moderationem, ac ſaniorem & propriorem intelle-

intellectum reducere, variiſque ingruentibus contrariis opinionibus amplius non connivere, vel committere ut per eas publica pax amplius turbetur & impediatur.

Dum igitur Majeſt. ſua in hoc tota eſt occupata, peropportunè contigit, quod quidam viri magni ſtatus & nominis, proculdubio bono quodam zelo erga Chriſtianam concordiam, pacem & tranquillitatem, & ex vero erga patriam amore, adjunctum hoc conſilium & ſententiam ipſorum ſuæ Majeſt. propoſuere, exactius diſcutiendam tradidere, ſeque diligenter eam obſervaturus polliciti ſunt.

Id conſilium ſua Majeſt. nonnullis egregiis ſacræ ſcripturæ peritis, ac probatis doctoribus, videndum commiſit: ex quorum relatione animadverſum eſt, id ſi in recto Chriſtiano ſenſu intelligatur, à noſtra vera Catholica religione, & Eccleſiaſticis doctrinis, ſtatutis & ordinationibus, exceptis duobus *articulis*, Communionem ſub utraque ſpecie, & matrimonium ſacerdotum concernentibus, non abhorrere: ſed ad promovendam ac impetrandam pleniorem controverſæ religionis Chriſtianæ concordiam, conſervandamque in ſacro Imperio publicam pacem & tranquillitatem, conducere, quemadmodum & adhuc Majeſtati ſuæ, attenta qualitate horum temporum, ita videtur: nihilque magis in votis eſt, quam ut omnes ordines ſub ipſius Cæſareo regimine, ſicut ex officio hoc ſuæ Majeſtati incumbit, in religione concorditer & pacifice ſimul vivant, conveniant.

Itaque Majeſtas ſua communes Status, qui hactenus ordinationes & ſtatuta univerſalis eccleſiæ obſervarunt, requirit, clementer petens, ut & in poſterum ea obſervent, conſtanter in iis permaneant, perſeverent, nec deficiant, vel quicquam immutent, quod ſe facturos eſſe conſtanter aſſeruerunt. Reliquos vero Status, qui innovationem inſtituerunt, pari modo Majeſtas ſua clementer & ſeriò requirit, ut vel communibus Statibus ſeſe rurſus conjungant, & cum illis in obſervatione ſtatutorum ac ceremoniarum univerſalis Eccleſiæ Catholicæ conſentiant: vel ſaltem in doctrina ſua & eccleſiaſticis ordinationibus cum prædicto conſilio ſeſe omnino conforment, nec ultra illud quicquam inſtituant, vel attentent. Et caſu quo ulterius ſe intromiſiſſent, per omnia ſeſe præfato conſilio & confeſſioni conforment, firmiterque in eo permaneant. Et ut omnes Status, ad promotionem publicæ pacis, quietis, & unionis, prædictum ſcriptum pro nunc tulerent, neque illud impugnent, aut contra illud doceant, ſcribant, aut concionentur: ſed omnes Status univerſalis Concilii declarationem atque determinationem patienter & obedienter expectent.

Nihilominus Majeſtas ſua omnem diligentiam adhibebit, nihilque intentatum relinquet, quò Concilium univerſale juxta Statuum requiſitionem quàm primum celebretur, & Germanica Natio à præſenti Schiſmate penitus liberetur.

Similiter & Majeſtas ſua jam tota in eo eſt occupata, ut Catholica quædam * Reformatio conci- * Quam ha-
piatur, in præſentibus quoque Comitiis ipſis Statibus publicanda: de qua ſperandum ſit, ipſam us- bes tom. ha-
que ad determinationem ſæpe dicti Concilii, ad tollendos abuſus & ſcandala, atque ad plantationem tum Conſtit.
& conſervationem Catholicæ diſciplinæ, rationis vivendi, & virtutum, non parum frugiferam eſſe futuram.

Et quum in ſæpe nominato conſilio, ſub rubrica de Cæremoniis, inter alia contineatur, ſi quid in illis ſuccreverit, ex quo ſuperſtitio oriri poſſet, ut illud tollatur, &c. Reſervat ſua Majeſtas ſibi in eo & aliis articulis, ubi & in quantum opus fuerit, nunc vel deinceps omni tempore poteſtatem convenienter ſtatuendi ac diſponendi. Quicquid enim ſua Majeſtas ad promovendam Dei gloriam, ad componendam controverſam Religionem, conſervandam firmam pacem, Juſtitiam & tranquillitatem in ſacro Imperio Germanicæ Nationis, denique ad utilitatem & commodum communium Statuum ſuſcipere, inſtituere, efficere & promovere poterit, in eo ſeſe juxta officium ſuum Imperiale cum omni clementia exhibet promptiſſimam.

Atque hæc ad declarandam Cæſareæ Majeſtatis voluntatem communibus Imperii Statibus clementer & benignè ſignificanda duximus.

Cap. I.

DE CONDITIONE HOMINIS *ante lapſum.*

DEus creavit initio hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, eumque gratia ornavit, & fe- Gen. 1.
cit per originalem juſtitiam, ut eſſet omnibus cum corporis, tum animi viribus rectus, nec agitaretur ullis turpidis & pravis motibus: ſed in eo caro ſpiritui, atque inferiores animi vires ſuperioribus, quæ tantum ad bonum hortabantur, parerent.

2. Cum igitur animus hominis tam bene conſtitutus eſſet, reliquit eum Deus in manu conſilii Eccleſ. 15.
ſui usque eo, ut non minorem haberet vim ad eligendum bonum, quàm malum.

3. Quòd ſi hac libertate ſua uſus fuiſſet rectè, & mandatis quæ ipſi Deus dederat, obediſſet: bona quæ acceperat homo, atque juſtitiam ſibi & omni poſteritati ſuæ conſervaſſet, nihilque ei ac poſteritati ipſius defuiſſet ad bene beateque vivendum: non fames, non ſitis, non frigus, non æſtus, non dolor, non morbus, non mors eum afflixiſſet: omne denique peccatum atque vitium vitaſſet: nec ab illis, tanquam peccatorum ſtipendiis, periculum ei ullum poſteriſque illius allatum fuiſſet.

CAP. II.

De conditione hominis lapſi.

Rom. 5. VErùm, poſtquam primus parens noſter contra, quàm mandaverat Deus, fecit: incidit in pœnam
à Deo propoſitam, & juſtitiæ originalis donum pulcherrimum amiſit: hinc carentia juſtitiæ hu-
Eph. 2. jus, unà cum vitioſo concupiſcentiæ habitu, quæ ſpiritui & ſuperioribus animi viribus perpetuò re-
pugnat. Quod peccatum (hoc eſt, privationem illius juſtitiæ, qua parte rationem ſubditam reddebat
Deo) unà cum concupiſcentia in omnem poſteritatem ſuam propagavit, ut cum eo omnes, quotquot
Job. 25. in hanc lucem eduntur, homines naſcantur: nec eo vacuus ſit ullus, nec unius quidem diei infans, ſecun-
dum Scripturas.

1. Cor. 2. 2. Hinc illud naturæ noſtræ vulnus ut *animalis homo non percipiat quæ ſunt Spiritus*, ne eadem
Rom. 8. ante gratiam expetat atque liberè eligat: cum *concupiſcentia & affectus carnis*, qui in eo dominatur,
inimicitia ſit adverſus Deum, & à lege Dei abhorreat: tantoque magis impediat in bono, quantò ma-
gis ad malum impellit.

3. Et quanquam retinet homo talis libertatem arbitrii, licet infirmam & læſam, ex qua tanquam
fonte profluunt & virtutes morales ethnicorum, & harum actiones: tamen ante gratiam Dei & repa-
rationem, ad juſtitiam quæ coram Deo valeat, aſpirare haud poteſt: ſed eſt potius ſervus peccati, Sa-
tanæ mancipium, inimicus Dei, & malis hujus mundi obnoxius: premitur enim fame, ſiti, frigore, æ-
Rom. 5. ſtu, dolore, morbo, & ad extremum morte ipſa evertitur. *Per unum* enim *hominem peccatum in hunc
mundum introivit, & per peccatum mors.* Hæ autem iſtius primæ prævaricationis pœnæ, renatis cum
peccatoribus communes ſunt. Illis tamen à Deo etiam ad exercitium adhibentur: injuſtis vero & im-
piis infliguntur ad pœnam.

4. Adde huc quod in homine tali, quem peccatum originale depravavit, quoad natura tantùm
conſtat, nec per gratiam inſtauratur, regnat una cum concupiſcentia prava etiam Satan, qui eum vin-
culis ſervitutis ſuæ conſtrictum tenet, in eoque operatur, ut conſervetur in deſideriis ſuis, faciens vo-
luntatem carnis & cogitationum, ac originale, quod à parentibus traxit, peccatum actualibus cumu-
Epheſ. 2. let, fitque *filius iræ*, ſecundum Apoſtolum, ut ſi in hac miſerrima conditione ſua moriatur, juſto tan-
Eſa. 66. dem Dei judicio in gehennam conjectus, æternis ibi ſuppliciis plectatur, ut *nec ignis ejus*, ut apud E-
ſaiam ſcriptum eſt, *extinguatur, nec vermis moriatur*.

CAP. III.

De redemptione per Chriſtum Dominum noſtrum.

Joan. 3. DEUS igitur, qui dives eſt in miſericordia, nolens perire quos condiderat, Filium ſuum miſit in
mundum, ut cum impoſſibile eſſet homini, ſeipſum liberare, in Domino hoc noſtro atque Sal-
Rom. 3. vatore haberet *redemptionem per ſanguinem ejus*, ut ſcriptum eſt apud Apoſtolum.

Epheſ. 1. 2. Poſuit enim Deus ſuper eum iniquitates noſtras, ut in corpore ſuo peccata ferret in cruce, af-
Eſai. 53. figens ea in ligno. Hic cum innocens pro nobis peccatoribus pateretur atque ſatisfaceret, redemit
1. Pet. 2. quidem nos, & Deum Patrem ita placavit, ut idem Pater miſeros nos & peccatis inquinatos, ob ſan-
2. Cor. 5. guinem ipſius abſolveret, ac ſibi reconciliaret. *Verè* enim, inquit Paulus, *erat Deus in Chriſto, mun-
dum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum.*

Rom. 3. 3. Et quanquam Deus gratuito & propter nomen ſuum propicius eſt nobis, & iniquitates no-
ſtras delet propter ſe: tamen ne ſine ullo ſatisfactionis precio peccata remitteret, ad oſtenſionem ju-
ſtitiæ ſuæ pro incomprehenſibili ſapientia & immenſa bonitate ſua, juſtitiâ cum miſericordia miſcuit,
& voluit, ut precium pro redimendis nobis Filii ſui ſanguine conſtitueretur, ut quas nos peccatores
dare deberemus pœnas, eaſdem Agnus ille Innocentiſſimus perferret in cruce, noſque è vulneribus
ipſius, quod nobis miſeris deeſſet, redemptionis precium mutuari, & ad liberationem ſalutemque no-
ſtram uſurpare poſſemus, ut cum miſereatur noſtri benigniſſimus Pater gratuito, non tamen miſerea-
tur niſi interveniente ſanguine Filii ſui: ut quod nobis hic gratis contingit, id tamen merito ac juſtitiæ
Jerem. 9. Chriſti acceptum ferre debeamus, ut *quicunque glorіatur*, *in* hoc *Domino* redemptore & Salvatore
1. Cor. 1. noſtro, *glorietur*.

CAP. IV.

De juſtificatione.

JAm qui precioſo ſanguine Chriſti redimitur, & cui meritum paſſionis Chriſti applicatur, continuò
is juſtificatur: hoc eſt, invenit remiſſionem peccatorum ſuorum, à reatu æternæ damnationis ab-
ſolvitur, & relevatur per Spiritum ſanctum, atque ita ex injuſto fit juſtus. Nam Deus quando ju-
ſtificat, non humano tantum more agit cum homine, ut ei ignoſcat duntaxat, peccatum donet, &
reum abſolvat, ſed facit etiam meliorem: id quod homines attribuere nec ſolent, neque poſſunt. Com-
municat namque cum illo de Spiritu ſuo Sancto, qui purificat cor ejus, & per charitatem in eodem
corde diffuſam incitat, ut quod bonum ac juſtum eſt, expetat: & expetitum, opere ipſo perſe-
quatur.

2. Hæc eſt vera illa juſtitiæ inhærentis ratio, quam deſiderabat David, cum hanc emitteret vocem:
Pſal. 50. *Cor mundũ crea in me Deus, & Spiritum rectũ innova in viſceribus meis.* De hac Apoſt. ſcribit: *Abluti*
1. Cor. 6. *eſtis, ſanctificati eſtis, juſtificati eſtis.* & cum inquit: *Deũ ſecundum ſuã miſericordiã nos ſalves feciſſe per*
Tit. 3.

lavacrum

lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundanter per Jeſum Chriſtum ſalvatorem noſtrum: ut juſtificati gratia ipſius, haredes ſimus ſecundum ſpem vita aterna.

3. Quanquam autem juſtitia hæc, quæ è fonte legis ſpiritus profluit, longe eſt abundantior, Matth. 5.
quam fuit Scribarum atque Phariſæorum juſtitia: tamen in iis, qui hac præditi ſunt, nihilominus Galat. 5
concupiſcentia repugnat Spiritui, quoad hic vivitur. Eo fit, ut iidem illi mente quidem ſerviant legi Rom. 7.
Dei: carne autem legi peccati, & ſine peccato non vivant. 1. Joan. 1.

4. Cum igitur homo plenam juſtitiæ inhærentis perfectionem, quoad in hac terra vivit, non 1. Cor. 10.
conſequatur: certe Chriſtus, qui factus eſt nobis ſapientia, juſtitia, ſanctificatio, & redemptio à Deo, nobis in hac etiam parte benigniſſimè ſuccurrit, quatenus & per communicationem juſtitiæ ſuæ, juſtitiam hominis de illa participantis inhærentem ut efficit, ita auget, ut de die in diem renovetur, donec in æterna patria plenè perficiatur, & per meritum ſanguinis ſui precioſi atque juſtitiam, quam
conſtituit perfectiſſimam, impetrat homini indulgentiam: ut quod homo per infirmitatem ſuam mi- Auguſtin.
nus poteſt, id per ipſius Chriſti perfectionem recuperetur ac condonetur. Hinc illa Joannis conſola- contra Fauſtũ
tio: *Filioli, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis, ſed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Pa-* lib. 19. c. .
trem Jeſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. 1. Joan. 2.

5. Concurrunt quidem Chriſti meritum & juſtitia inhærens, ad quam renovamur per donum
charitatis: inhærens, ut ex ea piè, juſtè ac ſobriè vivamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & Auguſt. lib.
adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri. Sed meritum Chriſti, ut ſit juſtitiæ noſtræ inhæ- 19. c. 7. contra
rentis cauſa, & ut cum in multis labamur omnes, ac propter infirmitatem imperfectionemq; noſtram Fauſt.
multa occurrant, quæ animos noſtros turbare, & deſperationem ſolicitare poſſint: in eodem merito & pretioſo Chriſti ſanguine reſpiremus, ac inveniamus quo ad ſpem ſalutis firmiſſimè niti valeamus.
Nam in Chriſto Jeſu Domino Redemptore, & Salvatore noſtro, quem induunt pii, & cum quo do- Rom. 8.
nantur eis omnia ſecundum Apoſtolum, *omnia nobis ſunt firmiſſima, ſolidiſſima, & perfectiſſima, ut* Gal. 3.
eisdem ipſis ad ſpem vivam rectè fulciamur.

Cap. V.

De utilitate & fructibus juſtificationis.

HAbent quidem juſtificati pacem ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Eis namq; Rom. 5.
Deus eſt placatus, miſericors & propicius, ut ſperare poſſint, *ſi, cum inimici eſſent, Deus reconciliaverit ſibi ipſos per mortem Filii, multo magis futurum eſſe, ut reconciliati ſalventur*, ut verbis Apoſtoli, quæ conſolationis pleniſſima ſunt, utamur.

2. Item, qui juſtificantur, iidem etiam adoptantur Deo filii: ut hæredes ſint Patris æterni in cœ- Rom. 8.
lis, *cohæredes* autem *Chriſti*, autore Paulo, & jam habeant jus adeundæ hæreditatis illius, quæ eſt vita æterna.

Cap. VI.

De modo, per quem homo juſtificationem accipit.

ET ſi Deus non ex operibus juſtitiæ, quæ fecit homo, ſed ſecundum ſuam miſericordiam juſtificat
eum, idque *gratis*, hoc eſt, ſine merito ejus, ut *ſi gloriari velit, in Chriſto tantum glorietur*, eujus Rom. 3.
ſolius merito redimitur à crimine, & juſtificatur: tamen Deus miſericors non agit hic cum homine, 1. Cor. 1.
ut cum trunco, ſed trahit eum volentem, ſi adultus ſit. Talis enim non accipit beneficia illa Chriſti,
niſi præveniente gratia Dei, mens ejus atque voluntas moveatur ad deteſtationem peccati. Nam cum Eſa. 59.
peccatur: ſeparet inter Deum & nos, ut Eſaias inquit: nemo ad thronum gratiæ & miſericordiæ accedere p[illegible] niſi qui prius per pœnitentiam ab eodem peccato fuerit averſus. Itaque Joannes cùm
pr[illegible] Domino, dixit: *Agite pœnitentiam, appropinquat enim regnum cœlorum.* Marc. 1.

Mox [illegible]adem gratia divina movet mentem in Deum per Chriſtum, ut hic modus eſt fidei, per
[illegible] ſine hæſitatione credens, Scripturis ſanctis & promiſſionibus quas eædem afferunt, aſ-
ſentitur. Chriſtus enim ipſe, cum primo exegiſſet pœnitentiam, mox fidem talem requirit, inquiens:
Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquat regnum Dei, agite pœnitentiam, & credite Evangelio. Marc. 1.

3. Qui ita credit, & divinæ juſtitiæ timore, quo utiliter concutitur ad conſiderandam miſericordiam Dei & redemptionem per ſanguinem Chriſti, eſt converſus: hic erigitur, & movente gratia
Dei, concipit fiduciam atque ſpem, ut credat præter ſpem meriti ſui, in ſpe miſericordiæ promiſſæ, Rom. 4.
tribuens gloriam Deo: atque ita perducitur ad charitatem.

4. Tali in Deum fide, quicunque miſericordiæ divinæ ac Chriſti merito nititur, ſeque eisdem Gala. 3.
committit, accipit promiſſionem ſpiritus, & ſic juſtificatur per fidem in Deum, ſecundum Scriptu- Rom. 3.
ram, ut ei non ſolum remittatur peccatum, ſed idem etiam ſanctificetur & renovetur per Spiritum ſanctum: ea namque fides impetrat donum Spiritus ſancti, quo diffunditur charitas in cordibus noſtris. Quæ quatenus ad fidem & ſpem accedit, eatenus per juſtitiam inhærentem verè juſtificamur. Hæc enim juſtitia, fide, ſpe ac charitate ita conſtat, ut ſi aliquam harum juſtitiæ huic ſubtraxeris, eandem ipſam mancam planè reliqueris.

Cap. VII.

De charitate & bonis operibus.

CHaritas autem, quæ eſt finis præcepti & plenitudo legis, ſimulac juſtificationem ingreditur, fœcunda eſt, jamq; omnium bonor. operum ſemina intra ſeipſam includit: quæ ut parata eſt ferre

bonos juſtitiæ fructus, ita fert eos in juſtificatos quamprimum, & quoties debet, eique operandi fa-
Pſal. 1. cultas impedimento aliquo non adimitur. Itaq; *fides, quæ per dilectionem non operatur, non videtur*
Galat. 5. *viva, ſed ſterilis potius ac mortua*, authore Jacobo. Quinimo *homo quantalibet fide præditus, ſi ei de-*
Jacob. 2. *ſit charitas, manet in morte*, ut Joannes teſtatur, cum præſertim charitas jam eſſe debeat pars vitæ æ-
1 Joan. 3. ternæ in nobis inchoatæ, & tandem per glorificationem perficiendæ. Quanquam enim fides & ſpes
1 Cor. 13. deſinent, cum migraverimus in illa æterna tabernacula, charitas tamen manebit, & in eadem ipſa in-
troibit, ut ſecundum eam beatiſſimè vivere, ac Deo, qui tum nobis erit omnia, ſempiterno ævo frui
poſſimus. Eſt tamen fides nihilominus vera, qua Chriſtiani ab infidelibus diſcernuntur, quatenus
ſcripturis & revelatis à Deo aſſentiuntur, etſi eadem à charitate disjuncta ſit.

2. Ex hoc maximo Dei dono, quod quanto magis in nobis augeſcit, tantò magis vetuſtas car-
nis noſtræ imminuitur, quæ manant tanquam è fonte bona opera, ad ſalutem cujuſque juſtificati tam
Joan. 15. neceſſaria ſunt, ut qui ea non fecerit continuò, gratiam Dei amittat, & tanquam palmes inutilis ex-
Matth. 7. cindatur à Chriſto & in ignem projiciatur, ut Chriſtus ipſe in Evangelio ſuo docet.

3. Et quanquam opera hæc talia ſunt, ut Deus jure quodam ſuo ea à nobis exigere poſſit, & ſan-
cti, etiam ſi omnia quæ ex eis præcepta ſunt, fecerint, & agnoſcere & dicere debeant ſe eſſe inutiles
ſervos: tamen cum ex charitate Dei profluant, & gratiæ Dei effectus ſint, ſe quia Deus ſecundum
ſuam voluntatem operantibus mercedem liberaliſſimè promiſit: eadem & temporalium bonorum, &
æternæ vitæ remuneratione dignatur, ſecundum Apoſtoli teſtimonium, inquiens; *Abundate in omni*
1 Cor. 15. *opere bono, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino.* Non enim eſt *injuſtus Deus, ut obli-*
Heb. 6. *viſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ejus.*

4. Ac juſtificati jam ut ſervi facti juſtitiæ, membra ſua exhibentes ſerva juſtitiæ ad ſanctificatio-
nem, cooperante gratia, bonis operibus abundant: & quantò magis eiſdem abundant, tanto majo-
ra juſtitiæ incrementa ipſis adjunguntur, ut qui juſti ſunt, juſtiores fiant. *Ne verearis*, inquit Scriptu-
Eccleſ. 1. ra, *juſtificari ad mortem.* Item: *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.* Et: *Qui in Chriſto fructuoſus eſt, re-*
Apocal. 22. *purgetur à Patre cœleſti, ut fructum copioſiorem ferat*, ut Chriſtus ipſe docet. Et hæc eſt illa ex ope-
Joan. 15. ribus juſtificatio, de qua Jacobus frater Domini.
Jacob. 2.

5. Quod reliquum eſt, etſi opera à Deo mandata, ut neceſſaria ad ſalutem, ſunt præcipuè urgen-
Matth. 19. da, juxta illud Chriſti: *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*: quæ tamen præceptis ſuperaddita aut
piè aut honeſtè ſuſcipiuntur: ipſa etiam commendanda ſunt, ne à Spiritu Sancto multa bonorum in Scri-
pturis ſanctis commendante, diſcrepemus: Aliàs relinquere aut vendere omnia, & ſequi Dominum,
2. Reg 6. Item ſervare virginitatem aut continentiam, bonum & utile non eſſet. Quinimo David, cum ſaltaret
2. Cor. 9. ante arcam, jure fuiſſet irriſus à Michol: Item, Paulus fruſtra remiſiſſet ſalarium iis, quibus verbum
Dei prædicaverat.

6. Breviter, diſcernenda ſunt opera ſupererogationis, quæ *ſupra præceptum* (ut verbo Chryſo-
Pſal. 118. ſtomi utamur) *fiunt*, ab iis quæ contra fiunt. Hæc enim Chriſtus ipſe damnat, ut fermentum Phari-
ſæorum: at illa Spiritus Sanctus, in Scripturis loquens, commendat, inquiens: *Voluntaria oris mei*
beneplacita fac Domine.

CAP. VIII.

De fiducia remiſſionis peccatorum.

Galat. 2. HIc cavendum eſt, ne aut homines faciamus ſecuros nimis, ſibique fidentes, aut anxia dubitatione
in deſperationem impellamus. Itaque cum Paulus dicat, ſe quidem nullius peccati conſcium, ſed
in hoc tamen non juſtificatum eſſe: homo non poteſt ſine dubitatione propriæ infirmitatis aut indiſ-
poſitionis, credere ſibi peccata remiſſa eſſe. Sed tametſi non debet ſe in ſeipſo jactare, non ita tamen
terrendus eſt, ut de promiſſis Dei deque mortis & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet, & deſperet
ſe remiſſionem peccatorum & ſalutem conſequi poſſe, quin ei omnis ſpes & totius fiduciæ certitudo
eſſe debet in pretioſo ſanguine Chriſti, qui effuſus eſt propter nos, & propter noſtram ſalutem: in
quo ipſo reſpirare nos atque confidere & poſſumus certò & debemus, confirmante nos Spiritu S. qui
dat teſtimonium ſpiritui noſtro, quod ſimus filii Dei.

CAP. IX.

De Eccleſia.

NUnc de Eccleſia, quæ eſt univerſitas Chriſti fidelium, agendum videtur, in quam Spiritus San-
ctus ita contrahit ac jungit renatos atque Chriſtianos, ut ſint una domus, unum corpus ab uno
Epheſ. 4. baptiſmo & una fide: quæ (autore Paulo) una eſt in omnibus Chriſtianis. Itaque neceſſe eſt, vitam
Chriſtianorum, ut ad perfectum finem, quo tendit Eccleſia, perveniatur, bonam eſſe ac piam: nemo
tamen ſibi ipſi perſuadeat, ullam vitæ probitatem ſibi profuturam eſſe, niſi ſe huic fidelium unitati &
communioni junxerit atque accommodaverit. Sit igitur Eccleſia Domus Dei viventis & corpus illud,
Epheſ. 1. cujus caput eſt Chriſtus: *multi enim unum corpus ſumus in Chriſto*, inquit Paulus.

2. Pro hac Eccleſia idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſe tradidit, ut eam ſanctificaret, mun-
dans ipſam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ſibi glorioſam, non habentem maculam, aut ru-
Epheſ. 5. gam, aut aliquid hujuſmodi; ſed ut ſit ſancta & immaculata.

3. Ac cum Eccleſia unica ſit illa columba & corpus unum, certe ut hanc ſolam Spiritu ſuo ſancti-
ficat & fovet Chriſtus: ita extra eam bona gratiæ ſuæ tribuit nemini. Qui igitur in communione hujus
corporis

corporis non eſt, nihilo magis Spiritu Sancto vivificatur ad ſalutem æternam, quam ullum membrum naturale à corpore ſuo abſciſſum atque avulſum ad vitam naturalem: eo quod ſpiritu vitali ab uno ſuo capite defluente, non amplius vegetatur. Itaque credendum eſt, neminem extra Eccleſiam Chriſtianam & communionem ejus ſpiritualem, vitam æternam conſequi poſſe.

4. Communionis autem hujus eam eſſe rationem, ut cum Spiritus Chriſti ab eo ut capite delabatur in corpus ſuum, hoc eſt, Eccleſiam & omnia membra ejus permeet, ſingula membra percipiant ex eo, quantum ſibi ſatis ſit ad ſalutem: & quod ſingulis bonum contingit, id omnibus commodare, atque adeo univerſitati ipſi conſulere. Nam (ut ait Apoſtolus) *creſcunt membra in charitate per omnia in illo, qui eſt caput Chriſtus*: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. In tali conjunctione, atque ſocietate hominum, eſt ſumma conjunctio, dum membra pro ſe invicem ſolicita ſunt. Et ſive patitur membrum unum, compatiuntur omnia membra: ſive gaudet unum membrum, congaudent omnia membra. Ephes. 1. & 1. Cor 6. Ephes. 4. 1. Cor. 12.

5. Et quanquam Eccleſia, quatenus conſtat membris talibus, quæ ſecundum charitatem vivunt, ſanctorum eſt tantum, & eatenus ſpiritualis & inviſibilis: eadem tamen etiam ſenſibilis eſt, qualem Chriſtus ipſe monſtrat, inquiens: *Dic Eccleſiæ*. Ad hanc eandem pertinent Epiſcopi, qui regunt populum, quem Chriſtus ſanguine ſuo acquiſivit. Pertinent alii item miniſtri. Dedit namque Deus quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Evangeliſtas, alios paſtores & doctores. Matth. 18. Ephes. 4.

6. Ad hanc eandem Eccleſiam pertinet verbum Dei, quod in aures influit: pertinent Sacramenta, pertinent claves ligandi atque ſolvendi, pertinet poteſtas coercendi per excommunicationem, pertinet jus ordinandi miniſtros Eccleſiæ, pertinent vocationes ad munera Eccleſiaſtica, pertinet denique jus ſanciendi Canones.

7. Debent autem quæ ad ſenſibilem & externam Eccleſiæ partem pertinent, ſervire ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. Jam in Eccleſia non ſolum ſancti, ſed etiam mali, ut ejus membra, licet arida, verſantur: unde eam Chriſtus modo reti in mare jacto, & tam bonos quam malos piſces comprehendenti, modo agro ſeminato, bonas fruges & zizania ſimul ferenti, comparat. nam qui membra facti ſunt Eccleſiæ per baptiſma, recidunt ſæpe in crimina: faciuntque ſe ſervos peccati atque æternæ damnationis reos. Et quanquam gratiam communionis ſanctorum & ſpiritualis eccleſiæ amittunt, hærent tamen nihilominus in externa Chriſtianorum ſocietate atque Eccleſia: audiunt verbum Dei, & Sacramenta capiunt, & alia item ſenſibilia cum Eccleſia habent communia, niſi vel per excommunicationem juſtam, vel per Schiſma, vel per Hæreſim, vel per defectionem à fide Chriſtiana abſcindantur.

8. Miſera eſt quidem conditio eorum, qui ex peccato mortali languent, & à ſpirituali communione remoti, in periculo æternæ damnationis verſantur. Sed quia tamen eis verbum Dei audire, & Sacramentis item uti licet, utiliter hiſce tanquam inſtrumentis divinæ gratiæ in communionem Sanctorum reſtitui facilius poſſunt: præſertim cum in Eccleſia etiam externa Spiritus Sanctus ſalutem per verbum Dei & Sacramenta operetur.

9. Verum Schiſmatici, Hæretici, & à fide Chriſtiana deſciſcentes, quia non ſolum à ſpirituali, ſed etiam externa Eccleſiæ ſocietate ſejuncti ſunt, quandiu in hoc calamitoſo ſunt ſtatu, non habent quo poſſint juvari ac recreari. Imo tanquam membra à toto Eccleſiæ corpore abſciſſa, in ſuam ipſorum perniciem putreſcunt, non digni qui in ulla corporis Chriſti parte conſiſtant, cujus unitatem tam turpiter ſcindunt atque lacerant. Hinc illud Apoſtoli: *Hominem hæreticum poſt unam & alteram admonitionem devita*, ſciens quia ſubverſus eſt qui hujuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus. Tit. 3.

Cap. X.

De notis & ſignis Eccleſiæ veræ.

AC quoniam varii ſunt cœtus humanæ conſociationis, operæprecium eſt notas & ſigna, quibus Eccleſia ab aliis ſocietatibus humanis diſcernatur, noſſe: cum præſertim, qui ab Eccleſia vera deficiunt, Schiſmatici atque hæretici conſtituant ſuos cœtus, eiſque authoritatem & nomen eccleſiæ adjungere non dubitent, & alii eorum alio in loco Chriſtum eſſe dicant: à quibus ut caveamus nobis, Chriſtus ipſe monet. Matth. 24.

2. Sunt igitur ſigna Eccleſiæ veræ, hoc eſt, magnæ illius domus, in qua non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia. & quædam in honorem, quædam in contumeliam: doctrina ſana, & rectus Sacramentorum uſus, quibus ab Ethnicorum & Judæorum cœtibus Eccleſia disjungitur: quorum utrique & ſana doctrina, & Sacramentis Novi Teſtamenti carent. 2 Tim. 2.

3. Tertium ſignum eſt, unitas, quæ vinculo charitatis & pacis continetur, ac membra Eccleſiæ ita conglutinat, ut non ſolum quod perpetuus Sanctorum conſenſus ab Apoſtolis uſque ad nos recepit & approbavit, idem ſentiant, ſed etiam idem loquantur, monente Apoſtolo: *Obſecro autem vos per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.* 1. Cor. 1.

4. Quartum ſignum Eccleſiæ veræ eſt, quod ſit Catholica & univerſalis, hoc eſt, per omnia loca & tempora diffuſa, & per Apoſtolos eorumque ſucceſſores continuata uſque ad nos, ſucceſſione propaga-

Pſalm. 2. Heb. 1 &c. pagata usque ad fines terræ juxta promiſſiones Dei; *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Item: *Multi venient ab Occidente & Oriente, & recumbent* Matth. 8. *cum Abraham, Iſaac, & Jacob, in regno cœlorum.* Item: *Et eritis mihi teſtes in Hieroſolyma, & in omni* Actor. 1. *Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.* Item: *Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum da-* Joan. 14. *bit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere.*

5. Hæc duo ſigna diſtinguunt Eccleſiam Chriſtianam à Schiſmaticorum atque Hæreticorum gregibus, qui vinculum pacis rumpunt: & à Catholica unione ſeipſos in ſuam ipſorum perniciem divellunt, dum partem ſuam toti atque univerſæ Eccleſiæ anteferunt.

Cap. XI.

De authoritate & poteſtate Eccleſiæ.

Joan. 10. ET ſi Scriptura, ut Chriſtus inquit, ſolvi non poteſt, & idcirco immobilis & omni humana authoritate major eſt: tamen fuit penes Eccleſiam authoritas diſcernendi ſcripturas veras ab adulterinis. Hinc eſt ille Canon Scripturarum, qui germanas à falſis, quæ ſub nomine Apoſtolorum atque diſcipulorum Domini obtrudebantur, diſcrevit.

2. Et ut Eccleſia hujus rei authoritatem poteſtatemque habuit ſemper, ſic etiam interpretandi atque adeo ex eiſdem ſcripturis eliciendi & explorandi dogmata: quippe cum huic Spiritus ſanctus non Joan. 14. deſit, qui ipſam *in omnem ducat veritatem*, quemadmodum Chriſtus ipſe promiſit. Hinc illud Petri: 2. Pet. 1. *Omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.* atque hæc interpretandi poteſtas cumprimis neceſſaria eſt, in iis præſertim quæ difficilia ſunt intellectu: id quod res ipſa docet.

3. Habet præterea Eccleſia traditiones, à Chriſto & Apoſtolis per manus Epiſcoporum ad hæc uſque tempora delatas: quas qui convellit, is negat eandem columnam eſſe & firmamentum veritatis. Hujus generis ſunt baptiſmus parvulorum & alia.

4. Conſtat item, poteſt item coercendi atque excommunicandi eſſe penes Eccleſiam, idque Matth. 16. ex inſtituto Chriſti de poteſtate ligandi. huic conſentaneum eſt illud Apoſtoli: *Tollite malum ex vo-* 1. Cor. 5. *bis.*

5. Habet item poteſtatem Juriſdicendi. Nam cui competit jus coercendi, & poteſtas juriſdicendi deeſſe non poteſt.

6. Ac, ſi quæ ſtiones dubiæ oriantur in Eccleſia, habet quidem hæc poteſtatem judicandi de eiſdem atque decernendi, idque per Synodum. & quod hæc, in Spiritu ſancto legitimè congregata, de- Actor. 15. cernit, Spiritus ipſe ſanctus decernere videtur, juxta illud Concilii Hieroſolymitani: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis.* Itaque ſaluberrimam eſſe Conciliorum autoritatem, dubitare debet nemo.

7. Et quod ex eodem Concilio Hieroſolymitano intelligitur, eſt etiam penes Eccleſiam poteſtas conſtituendi Canones: idque ad utilitatem eccleſiæ, cujus poteſtas omnis eſt ad ædificationem, & non ad deſtructionem.

Cap. XII.

De Miniſtris Eccleſiæ.

HAbet Eccleſia doctrinam divinitus traditam, quæ populo explicanda eſt. Habet ſacra & externa, quæ piè & ſalubriter ad utilitatem Chriſtianorum tractanda ſunt atque explicanda, quo minus miniſtri, qui muneribus ad has res neceſſariis funguntur, eidem Eccleſiæ deeſſe vel poſſunt vel debent. Ac munera quidem hæc, omnibus Chriſtianis communia non ſunt: verum Deus ipſe initio dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti.

2. Itaque tempore Apoſtolorum non omnibus data fuit poteſtas ad functionem munerum Eccle[illegible] ſuam, ii quos ad eadem ipſa ſegregavit. Nam cum Antiochiæ eſſet Barnabas, Lucius, Act. 13. M[illegible], *miniſtrantibus illis Domino* (ut Lucas in Actibus Apoſtolorum ſcripſit) *& jeju-* *n[illegible], dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos.* Cavendum eſt igitur nobis, ne ſpirituale ſacerdotium, quod omnibus Chriſtianis, quos Spiritus ſanctus unxit, commune eſt, cum hoc externo atque miniſteriali, quod non omnium eſt, ſed eorum tantum qui ad hoc vocati atque ritè ordinati ſunt, confundamus: quod ſine gravi ac pernicioſa eccleſiarum perturbatione atque calamitate accidere non poteſt.

Cap. XIII.

De Pontifice ſummo & Epiſcopis.

ATque ut Eccleſia, quæ eſt unius capitis, hoc eſt, Chriſti unum corpus, eo facilius in unitate contineri poſſet, etſi multos habet Epiſcopos, qui populum ejus, quem Chriſtus precioſo ſanguine ſuo acquiſivit, regant, idque jure divino: unum tamen in remedium ſchiſmatis, qui cæteris omnibus præſit cum plenitudine poteſtatis, ſummum Pontificem habet, idque pro prærogativa Petro conceſſa: quod ipſum quam utile ſit ad avertenda ab Eccleſia ſchiſmata, ſatis conſtat iis qui non ignorant, à contemptu hujus ſummi ſacerdotis plerumque ſchiſmata orta eſſe, ut Cyprianus ſcribit, & res ipſa teſtatur.

2. Qui igitur Cathedram Petri tenet ſummus Pontifex, eo jure, quo Petrus, accepit à Chriſto, di- Joan. 21. cente; *Paſce oves meas*, univerſam Eccleſiam & gubernat, & gubernare debet.

3. Qua

3. Qua tamen poteſtate ſua uti debet non ad deſtructionem, ſed ad ædificationem. Hanc autem plenitudinem poteſtatis ſic videtur Chriſtus Petro, ejusque ſucceſſoribus dediſſe, ut reliquis Epiſcopis partem ſolicitudinis ejus commiſſæ non abſtulerit, ſed ſuarum Eccleſiarum & Diœceſium veros jure divino Epiſcopos eſſe voluerit. Debent autem Chriſtiani homines & Pontifici ſummo, & ſingulis ſuis etiam Epiſcopis parere, juxta illud Apoſtoli: *Obedite præpoſitis veſtris, qui vigilant pro animabus veſtris.* Heb. 13.

Cap. XIV.

De Sacramentis in genere.

Sacramenta duabus potiſſimum de cauſis divina authoritate inſtituta ſunt. Altera, ut ſint ſigna & notæ quædam magnæ illius congregationis, quæ eſt Eccleſia. in nullum enim nomen coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel Sacramentorum viſibilium conſortio colligantur. Quamobrem Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſocietatem novi populi, Sacramentis numero pauciſſimis, obſervatione facillimis, ſignificatione præſtantiſſimis, colligavit: Baptiſmo videlicet, Confirmatione, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctione, Ordine, & Matrimonio.

2. Altera vero eſt ut non ſolum ſignificent, ſed etiam ſanctificent & conferant inviſibilem Dei gratiam, non propria rerum externarum virtute aut merito miniſtri, ſed Domini in illis tacite ac ſecretius operantis. Itaque etſi decet bonum eſſe Sacramentorum miniſtrum, tamen malus etiam poteſt ea utiliter diſpenſare.

Cap. XV.

De Baptiſmo.

AC primo quidem, quia homini ad ſalutem neceſſarium eſt, ut regeneretur in novam creaturam, cum ejus natura ſit filius iræ: inſtituit Chriſtus ipſe Sacramentum Baptiſmi, ut ſit lavacrum illius regenerationis, quod ſane homini non minus eſt neceſſarium ad vitam novam atque ſpiritualem, quam nativitas carnalis ad vitam naturalem. Nec ſalutem quisquam conſequi poteſt, niſi aqua & Spiritu ſit renatus, ut Chriſtus ipſe teſtatur. Joan. 3.

2. Hoc igitur Sacramentum abluit nos, ſanctificat, juſtificat: hoc Sacramentum facit, ut conſequamur remiſſionem peccatorum noſtrorum originalium atque actualium. Hoc denique Sacramentum tale eſt omnino, tamque ſalutare, ut qui eo initiatur, induat Chriſtum, ut Paulus ſcribit. Gal. 3.

3. Conſtat autem Sacramentum hoc, verbo Dei & aqua. Nam ſimulac verbum ad elementum accedit, ſit Sacramentum, cujus lavacro regeneramur & mundamur ab omni peccato. Itaque quoties aquam corpus abluentem cernimus foris, toties Spiritum, quem non cernimus, intus plus operari cogitemus.

4. Jam formam verborum, ſine quibus myſterium hoc confici non poteſt, Chriſtus Apoſtolis tradidit, cum præceperit ut in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizarent. Huic præcepto Domini, quoties Baptiſmus confertur, & fides accipientis, ſi adultus ſit, pro infantibus verò, cum ſuſcipientium eos & pro ipſis confitentium, tum totius Eccleſiæ fides & fungentis miniſtri verbum innititur, quatenus hic ait: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Matth. 28.

5. Ac nobis quidem videtur, ad excitandam fidem, conſolationemque adultorum vehementer pertinere, ut intelligant, qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizantur, ſe jam poteſtate, virtute & potentia Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, conſecrari ac ſanctificari, ſeque totos reconciliari Deo, & jam peculium Dei fieri, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: in eujus tutelam jam tranſeunt, ſeque fœdere ſempiterno cum Deo jungunt, quatenus Diabolo ejusque operibus abrenunciant, promittuntque ſe Deo militaturos.

6. Quod autem ad munus baptizandi attinet, etſi hoc ad ſacerdotes maximè pertinet, tamen laicus etiam rectè & utiliter in caſu neceſſitatis baptizare poteſt: nec ſi hæreticus baptizaret, dummodo debita materia, forma ac intentione utatur, Sacramentum hoc iterandum eſt, cum hoc idem non dignitate miniſtri, ſed veritate verbi divini & Spiritus ſancti virtute conſtat.

7. Quanquam autem Baptiſmus aufert omnia inquinamenta noſtra ſecundum Scripturas, hic tamen non omnem vitiatæ naturæ languorem aufert, ut ſupra etiam monuimus: relinquit enim concupiſcentiam ad malum inclinantem, reatu ipſo ſublato. Concupiſcentia autem illa contra bonum in homine ſpiritum pugnare non deſinit, quoad in hac terra vivimus. Gal. 5.

8. In quo tamen ipſa Baptiſmi virtus nobis non deeſt, ut quæ non ſolum peccati omnis reatum ſemel ademit, ſed contra concupiſcentiam adhuc hærentem in nobis deſideriorum bella cientem, firmat vires noſtras per Spiritum ſanctum, quo ipſo ita munimur contra omnem concupiſcentiæ vim, ut reſiſtere ei ac prævalere poſſimus, monente Apoſtolo: *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Hactenus de Baptiſmo. Gal. 5.

Cap. XVI.

De Confirmatione.

ATque ut homini ad vitam corporis non ſolum neceſſe eſt ut naſcatur ac ſit, ſed etiam ut creſcat atque nutriatur, ita eidem ad ſalutem non ſolum neceſſe eſt regenerari, verum etiam in bono confirmari, & per virtutem Spiritus ſancti augeri: in quam rem inſtitutum eſt Sacramentum cum primis

mis utile ipſa nimirum Confirmatio, quam celebrarunt Apoſtoli, cum Samaritanis imponerent ma-
Act. 8. nus, cum utili hujus efficacia, ut in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, & quod hic egerunt Apoſtoli, Chriſti nomine fecerunt: & in myſterio hoc inducendo, non aliter quam in aliis partib. muneris ſui, vicem Chriſti geſſiſſe videntur. Innititur autem myſterium hoc promiſſionibus Chriſti de gratia Spi-
Luc. 24. ritus ſancti, hujusque miſſione: *Ego mittam promiſſionem Patris mei in vos.* Item. *Paracletus autem*
Joan. 14. *Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos omnia.*

2. Et quanquam Sacramentum Confirmationis initio impoſitione manuum tantum celebratum fuit, tamen Eccleſia ſub ipſis ſtarim Apoſtolorum temporibus ex eorundem traditione, ut externo ſigno internam Spiritus ſancti unctionem deſignaret, ritui ejus adhibuit chriſma, cum impreſſione ſigni ſanctæ crucis: quem morem, eumque pervetuſtum Eccleſia Catholica approbare non deſinit. Et credit, quos famulos ſuos Deus regeneravit ex aqua & Spiritu, eosdem hoc myſterio ita conſignari, ut ſeptiformem Spiritum ſanctum paracletum de cœlis, Spiritum ſapientiæ & intellectus, Spiritum concilii & fortitudinis, Spiritum ſcientiæ & pietatis ac timoris, capiant. Hæc cum credat, & in hujus Sacramenti adminiſtratione teſtificetur Eccleſia Catholica, quæ eſt optima myſteriorum Dei interpres: qui aliter ſentit, eandem negat veritatis columnam eſſe atque firmamentum.

3. Vis igitur Sacramenti hujus eſt, ut qui eo confirmantur, accipiant Spiritum ſanctum, quo in via ſalutis progredi, perſeverare, & tentationibus atque inſidiis carnis, mundi, Diaboli, feliciter reſiſtere poſſint.

4. At quia plerique eorum qui baptizantur, infantes ſunt nec fidei profeſſionem per ſe edunt: conveniet ut pueri, cum jam adulti, de religione Chriſti jam ſatis inſtructi, ad percipiendum confirmationis Sacramentum accedunt, fidem Chriſti & obedientiam Eccleſiæ ſuo etiam ore profiteantur: &
Conc. Aurelianen c. jejuni atque confeſſi hoc ſacro myſterio initientur, quemadmodum per Concilium Aurelianenſe conſtitutum eſt. Non tamen cenſemus, propterea parvulos ab hoc Sacramento repellendos eſſe, cum
Matth. 19. Chriſtus ipſe non dubitarit eis manus imponere, non enim legem hic damus Eccleſiis.

5. Miniſter autem hujus Sacramenti ſit Epiſcopus: id quod conſenſu totius Eccleſiæ catholicæ, & Apoſtolorum praxi comprobatur.

Cap. XVII.

De Sacramento Pœnitentiæ.

AC quoniam homines renati ſæpe in gravis crimina incidunt, inſtituit Chriſtus Sacramentum Pœnitentiæ, quod poſt baptiſma ſit nobis tanquam ſecunda tabula in naufragio. In hunc enim uſum
Joan. 20. tradidit clavem ſolvendi inquiens: *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* Simulac enim peccatorem peccati ſui pœnitet vere, idemque cum fiducia accedit ad thronum miſericordiæ, & credit hoc Sacramento accipi quod Chriſtus promiſit, fit ei ſicuti credit: nec deeſt Sacramento huic, quod promiſſum eſt. Ut enim Sacramenta alia, ſic & hoc vim habet ſanctificandi. Conſiſtit autem Sacramentum hoc in abſolutione ſacerdotis, quæ inſtituto & verbo Chri-
Ibidem. ſti nititur, qui in hanc rem poteſtatem ſuam delegat ſacerdotibus, inquiens: *Sicut me miſit Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.*

2. Sed quia tamen ſacerdos non ſolum habet poteſtatem remittendi, verum etiam ligandi, cum utraque ſimul divinitus ei datur: videtur eatenus poteſtatem judicandi accipere, quatenus hanc utriusque clavis poteſtatem accipit: nec eam exercere poſſe, niſi intelligat utrum remittere an retinere debeat. Tale autem judicium non poteſt aliunde, quam ex confeſſione oris & peccatorum enumeratione, hauriri. Nam cum plerasque hominum delicta ſine teſte committantur, occulta autem crimina animam etiam ſaucient atque obſideant, ac manifeſtis interdum graviora & perniculoſiora ſint: ſacerdos de his non ſane judicare poteſt, niſi qui commiſit, ea recenſeat & confiteatur, & hæc ſua quaſi vulnera ipſe aperiat.

3. Itaque quatenus ad ſananda hominum delicta pœnitentiæ remedium monſtratum eſt, eatenus etiam confeſſio pœnitentis, cum enumeratione peccatorum, nobis commendata videtur: quare ut Sacramentum pœnitentiæ tanquam ſalutare & neceſſarium probandum eſt populo Chriſtiano, ita ipſa etiam confeſſio & peccatorum enumeratio, quæ ut non minus laxanda eſt, ita viciſſim non nimis
Pſal. 18. aſtringenda. *Delicta enim quis intelligit?* Itaque enumeranda ſunt peccata, quæ non quidem anxie nimis, ſed tamen diligenter cogitanti & ſeſe excutienti in mentem veniunt. Quæ autem in mentem non veniunt, generali confeſſioni recte includuntur, & nihilo ea minus remittuntur, quam ſi ea confitendo enumeraſſet. Et quoniam hic ex abſolutione quæritur venia, non tantum oneris imponit confeſſio, quantum conſolationis abſolutio credenti affert.

4. Jam etſi illa ſatisfactio, quæ culpam & æternam pœnam expiat, ſoli Chriſto tribuenda eſt, Satisfactio tamen, quæ in pœnitentiæ fructibus conſiſtit, maxime autem jejunio, eleemoſyna & oratione, ſive à nobisipſis ſuſcepta, ſive à parochis & diſpenſatoribus Sacramentorum injuncta: ſi ex fide & charitate peragitur, peccatorum cauſas excindit, & peccati reliquiis medetur, ac temporalem pœnam vel tollit, vel mitigat, & in exemplum denique adhibetur.

5. Sed

5. Sed ut ad abſolutionem ſacerdotis in qua conſiſtit vis Sacramenti pœnitentiæ, redeamus: forma ejus & verbum tale eſſe debet, ut qui confitetur, audire atque intelligere poſſit, ſibi virtute, merito ac beneficio Chriſti, peccata remitti, juxta hujus inſtitutum & verbum: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Joan. 20 Nam *hoc munus eſt Dei, cum miniſterium ſit ſacerdotis*, ut verbis Ambroſii utamur.

Cap. XVIII.

De Sacramento Euchariſtiæ.

Qui jam per Sacramentum pœnitentiæ revixit in Domino, ei item neceſſe eſt ali, & in bono ſpirituali creſcere. Inſtituit igitur Chriſtus Sacramentum Euchariſtiæ ſub viſibili ſpecie panis & vini, quod verum Chriſti corpus & ſanguinem nobis præbet, & hoc ſpirituali cibo unit nos ſibi ut capiti & membris corporis ſui, ut in ipſo ad omne bonum enutriamur, & cum ſanctis in eorumque communione augeſcamus per charitatem. *Unus enim panis unum corpus multi ſumus, omnes qui ex uno pane participamus*, inquit Paulus. 1. Cor. 10.

2. Forma autem hujus Sacramenti, ſunt verba illa ſolennia, quæ Chriſtus ipſe dedit: *Hoc eſt corpus meum.* & iterum: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei*, &c. Matth. 26.

3. Quod ſi igitur Chriſto & verbo ejus tantum tribuimus, quantum debemus: dubium non eſt, quin ſimulac verba eadem accedunt ad panem & vinum, ex his fiat verum corpus & verus ſanguis Chriſti, quatenus panis ac vini ſubſtantia in verum Chriſti corpus & ſanguinem transmutatur: quod qui negat, idem Chriſti omnipotentiam in dubium vocat, & eundem ipſum vanitatis iſ ſimulat.

4. Quo magis cavendum eſt, ne indigne hoc Sacramentum ſumatur. Scriptum eſt enim: *Nam qui edit aut bibit indigne, judicium ſibi edit ac bibit, non dijudicans corpus Domini. Propter hoc multi inter vos infirmi ſunt ac imbecilles, & dormiunt multi.* 1. Cor. 11 Indigne autem ſumit Sacram. non ille, quicunque aut aliter de eo ſentit quam oportet, aut non vere reſipiſcit. Nam, ut Auguſtinus inquit, *mutet vitam, qui vult accipere vitam: nam ſi non mutet vitam, ad judicium accipiet vitam: & magis ex ipſa corrumpitur, quam ſanatur: magis occiditur, quam vivificatur.* Itaque probanda eſt conſuetudo Eccleſiæ, quæ hominem non ante ad Sacramentum Euchariſtiæ ducit, quam pœnitentiæ Sacramentum cum repurgarit.

5. Habet Euchariſtia vim roborandi in bono ſpirituali: cui rei non ſane ullus eſt locus, niſi repurgatio peccatorum anteceſſerit. In quo ipſo imitari debemus bonos medicos, qui non ante præbent quæ roborare ac confirmare poſſunt, quam malos humores è corporibus ejecerint: quæ niſi fecerint, non proſunt ægroto, ſed magis obſunt. Jam quanto major hic adhibenda eſt cautio, ne indigne ſumas: tanto plus conſolationis capiunt, qui euchariſtiam digne ac pie ſumunt, & cogitant ſe pane è cœlo deſcendente, qui vitam dat mundo, veſci: & ex hoc verum atque ſpirituale robur contra omnia mala percipere.

Cap. XIX.

De ſacra unctione.

Sacramenta, quæ paulo ſuperius poſuimus, magnam ſane & multiplicem utilitatem generi humano afferunt: tum aut ex vetuſtate carnis languentes regenerant, aut regeneratos, in gratia quam acceperunt, confirmant: aut relapſos, in gratiam unde deciderunt, reſtituunt: aut reſtitutos, Chriſto firmius uniunt: in quem uſum, cumque ſalutarem, non deeſt Sacramentis gratia Chriſti: ſed hæc potius per eadem veluti inſtrumenta hominibus tribuitur. Quanquam igitur horum Sacramentorum utilitas latiſſime per omnem vitam patet, tamen ne homo, cum ægrotat, deſideret ſubſidium peculiare, quod hoc ejus periculoſiſſimo tempore, vel corpori ipſius ſubvenire, vel animam contra ignita Satanæ tela munire poſſit, inſtituta eſt unctio ſacra, ad quam oratio Eccleſiæ accedat. Hanc unctionem primi exercuerunt Apoſtoli, qui mandato Domini ad prædicandum Evangelium miſſi, dæmonia ejiciebant, & oleo ungebant multos infirmos, & ſanabantur. Marc. 6. Quæ utique ſacramentalis & myſtica, non medicinalis aut corporalis, unctio fuit: ad quam inter initia fidei, externa etiam corporis ſanitas, quaſi quoddam internæ ſanationis ſignum, conſequebatur, quemadmodum in aliis Sacramentis, ad commendationem & confirmationem rudis adhuc fidei, interna virtus externis & ſenſibilibus ſignis & miraculis demonſtrabatur. Nunc vero adulta & corroborata fides, ſigna quæ infirmis dantur, non requirit.

2. Hujus myſticæ & ſalutaris unctionis à Domino fundatæ ritum, quo adminiſtrari eam conveniat, Apoſtolus Jacobus promulgavit: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſalvabit infirmum, & allevabit eum Dominus*, &c. Jac. 5.

3. Quanti autem in Eccleſia eſſe debeat teſtimonium fratris illius Domini, teſtimonium dicimus: imo vero promulgatio, quam cum fecit legatus atque Apoſtolus Chriſti. Chriſtus ut à ſe factam, proculdubio ratam habuit. Qui igitur contemnit hoc Sacramentum, Chriſtum ipſum contemnere, & gratiam, quam hic per unctionem ſacram nobis quodammodo porrigit, aſpernari videtur: atque hoc fuerit tanto periculoſius, quanto gravius eſt diſcrimen, in quo ægrotus verſatur, non ſolum corporis, ſed etiam animæ, in quod poteſtates tenebrarum eum adducunt, quatenus in extremo vitæ tempore, omnes quaſi machinas ad extinguendam ſalutem hominis admovent, ejusq; animum terroribus incredibilibus frangere, & in deſperationem impellere conantur.

4 Unctio-

4. Unctionem quidem hanc ſacram, ſolis infirmis adhibendam Jacobus Apoſt[illegible] reliqui etiam Apoſtoli ſervaverunt: non tamen in omnibus, ſed periculoſis modo [illegible] ubi vitæ hujus interitus timetur, exercenda eſt myſtica illa unctio.

Cap. XX.

De Sacramento ordinis.

QUod autem ad miniſteria Eccleſiæ attinet, quanto hæc majora ſunt, tanto magis dono Dei gratia egent. Quanquam enim Chriſtiani omnes ſunt ſacerdotes, quatenus ſpirituales hoſt[ias] Deo offerre, & nomen item ejus in omni loco utiliter invocare poſſunt: non omnes tamen ſunt eccleſiæ miniſtri, ſed jam inde ab ortu eccleſiæ ſegregati ſunt quidam in miniſterium eccleſiæ, qui hujus muneribus fungerentur: & eoſdem ita diſtinxit Deus, ne iidem omnia poſſent, neve ex promiſcua illa
[1. C]or. 14. ratione perturbatio naſceretur. Neque enim Deus eſt confuſionis author. Inſtitutum eſt igitur ſacramentum ordinis, cum ſigno impoſitionis manuum, & aliis huic ſacramento congruentibus ritibus quo qui conſecrarentur, ad munera eccleſiæ acciperent gratiam, qua ad eadem ipſa munera adminiſtranda apti, habiles atque idonei efficerentur. Hinc illud Apoſtoli ad Timotheum: *Noli negligere*
[1. Tim.] 4. *gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterii.*

[Joan.] 2. Hoc autem ordinis ſacramentum verbis Chriſti nititur: *Sicut me miſit Pater & ego mitto vos.*
[Matth.] 16. *Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Item. *Euntes in mundum uni-*
M[arc]. ult. *verſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Item. *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eas.* Item.
Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quibus igitur in perpetua Eccleſiæ ſucceſſione manus imponunt Epiſcopi, ut ordinibus initientur, poteſtatem muneris ſui exequendi dant: quæ ſane duplex eſt, ordinis videlicet & juriſdictionis. Sub alteram cadit miniſterium verbi divini, adminiſtratio ſacramentorum, & eccleſiarum ordinatio ad ædificationem: ſub alteram vero, poteſtas excommunicandi, pœnitentes abſolvendi. Ordines autem quos Catholica Eccleſia agnoſcit ſunt hi ſeptem; Presbyterorum, Diaconorum, ſubdiaconorum, Acolytorum, Lectorum, Exorciſtarum, Oſtiariorum, quibus diſtincta munera, eaque aut neceſſaria eccleſiis, aut utilia, aſſignari debent: ut facile appareat, cum de eccleſia Chriſtiana male mereri, quicunque ordines hos vel ſpernit, vel tollit.

Cap. XXI.

De Sacramento matrimonii.

INſtituerat Deus in paradiſo matrimonium, quo mas & fœmina ad perpetuam & individuam vitæ ſo-
Matth. 19. cietatem conjungerentur, juxta verbum Domini: *Quamobrem homo relinquet patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.*

2. Quanquam autem matrimonium ad tam arctam hominum ſocietatem inſtitutum erat, tamen ſub lege patrum matrimonia a prima inſtitutione duobus modis degeneraverunt: videlicet ut & unus plures uxores duceret, & ductam aliquando, dato libello repudii, à ſe dimitteret: quorum prius ex diſpenſatione Dei permiſſum, futuri temporis myſterio ſerviebat, ut per plures unius viri uxores inſinuaret Chriſtum tam ex ſynagoga quam ex multitudine gentium, eccleſiam ſibi collecturum, & ſponſam ſibi adjuncturum: & ut fœcunditate plurium uxorum, Chriſto Salvatori ex eodem ſemine naſcituro ſervirent.

Deut. 24. 3. Repudium vero Moyſes populo ob duritiam cordis permiſit lenius ducens, uxorem à viro
Matth. 19. odio habitam dimitti, quam occidi, ut cæde ejus novis nuptiis locum aperiret.

4. Verum poſtquam plenitudo gratiæ Dei venit, ut alia, quæ vel in cœlo vel in terra eſſent, reſtauravit Chriſtus, ſic etiam matrimonium reſtituit. Hinc illud Chriſti: *Qui fecit hominem ab initio, ma-*
Matth. 19. *ſculum & fœminam fecit eos DEUS.* & dixit: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhæ-*
Mar. 10. *rebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quos igitur Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Et paulo poſt: *Moyſes ob duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic. Quamobrem quicunque dimittit uxorem ſuam, niſi ob fornicatio-*
1. Cor. 7. *nem & aliam duxerit, mœchatur.* Quod Apoſtolus interpretatur, cum ait: *Iis qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari.*

5. Hæ itaque Chriſtiani matrimonii ſingulares conditiones, manifeſtis Scripturæ Sanctæ teſti-
Geneſ. 2. moniis comprobantur. Una, ut ſit matrimonium duorum tantum, hoc eſt, viri unius cum una muliere
Matth. 19. conjunctio. *Duo*, inquit, *erunt in carne una.* Nec ſic junctis liceat, defraudato conjuge ſuo, alicui
1. Cor. 7. tertio corporis ſui poteſtatem permittere, prohibente Apoſtolo & dicente: *Mulier poteſtatem corporis ſui non habet, ſed vir: ſimiliter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.* Altera conditio eſt, ut vinculum conjugii inter duos ſemel colligatum, nullo amplius divortio, ſed ſola alterutrius morte, diſſolvatur. Nam quod Chriſtus ob fornicationem dimitti poſſe uxorem inſinuat, hæc ſeparatio thori & menſæ conſuetudinem inter conjuges ſcindit, vinculum conjugii non ſolvit, ita ut adulterium committat, ut alienam contrectans uxorem, quiſquis ſic dimiſſam duxerit.

6. Quoniam igitur Chriſtus matrimoniũ gratia ſua melius fecit, & arctiori quaſi vinculo cõſtrinxit, ut quemadmodũ Chriſtus unius Eccl. unus eſt ſponſus, idq; indiſſolubili nexu, ſic unius uxoris unus ſit

mar-

maritus, idque perpetua conjunctione, & ſimiliter atque Chriſtus cum Eccleſia ſponſa ſua perpetuò jungitur, quare matrimonium non ſolùm conjunctio eſt maris atque fœminæ, ſed etiam Sacramentum, ob gratiam Chriſti, quæ ei nunquam deeſt: ut cum vir uxorem ſuam diligere poſſit, perinde quaſi Chriſtus Eccleſiam, ſic ille cum hac colat ſocietatem individuam, ut una ſit in perpetuum contentus. Nec cum hac invita divortium faciat, exceptis cauſis quæ jure divino explicantur.

7. Ac quoniam Deus fovet matrimonium gratia ſua, idemque approbat, quatenus conjuges inter ſe matrimonium contrahunt, ſignum datur illuſtre, ad ſperandam conſuetudinem ipſorum cum bonam eſſe per ſe, tum Deo gratam. Et quanquam prolis procreandæ cauſa matrimonium potiſſimum contrahi debet, tamen qui contrahit etiam fornicationis vitandæ cauſa, non peccat. *Habeat enim unusquisq; uxorem ſuam propter fornicationem*, inquit Paulus. Vis igitur Sacramenti hujus eſt, ut intelligant conjuges, ſe non humana, ſed divina authoritate conjunctos, gratiam accepiſſe, qua ipſis legitimus congreſſus non imputetur ad culpam: qua item Chriſtianus uxorem gentilem, cum eo manere volentem, ſanctificet, & ſanctos, hoc eſt, Deo dicatos filios procreet: qua denique perpetuam fidem conjugi ſervet, ut ſint *duo in carne una*: & qua *mulier fidelis ſalva fiat in procreatione filiorum, ſi permanſerit in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate.* Itaque matrimonium honorabile, in eoque thorus immaculatus eſſe poteſt. Matth. 19. 1. Tim. 2.

8. Quod cum Manichæi, Taciani & Encratitæ ignorarent, matrimonium reprehendere non dubitarunt: quam eorum ſceleratam temeritatem, à doctrina dæmoniorum profectam, Apoſtolus Paulus damnat. 1. Tim. 4.

9. Ac quoniam vinculum matrimonii tale eſt omnino, tantamque vim habet ad conjungendum, ut non ſit ullum conjunctionis humanæ vinculum, quod magis conſtringat: quod cum agnoſceret Adam in Paradiſo, ſic de muliere, quam Deus è coſta corporis ipſius ædificaverat, locutus eſt: *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea: ob hoc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt.* Gen. 2.
Quamobrem *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* Matth. 19.

10. Itaque cum patria poteſtas huic inter conjuges conjunctioni ſuo juri cedat, audiendi non ſunt, qui volunt hoc tempore matrimonium vel ſponſalia contracta ſcindi & irrita eſſe, ſi parentum conſenſus non acceſſerit. Nihil hic detrahimus obedientiæ, quam liberi parentibus debent, ſed nolumus parentes in impediendis aut dirimendis matrimoniis poteſtate ſua abuti. Quia tamen cenſemus honeſtatis eſſe, ut liberi ſine conſilio & conſenſu parentum non contrahant, hujus officii ſui per concionatores ſedulò admonendi ſunt.

11. An vero parentibus poteſtas permitti debeat in hoc caſu, liberorum inobedientiam derogatione, aut ſaltem diminutione dotis, aut aliqua alia via puniendi, de hac re ordinariæ poteſtati cura relinquenda videtur.

CAP. XXII.

De ſacrificio Miſſæ.

UT religionem, ſine qua nulla gens vivit, jus naturæ introduxit, ſic etiam cæremonias, ſine quibus religio coli non poteſt, nec ſolet. In ipſis verò cæremoniis externam oblationem, velut præcipuam, omnes omnium ſeculorum gentes obſervaverunt, quæ etſi (teſte Cypriano) *circumciſionem velut crudelem & naturæ inimicam horruerunt, non tamen ſimiliter, repudiarunt reliqua ſacrificia: ſed in multis legem naturæ ſequentes, expiationum retinuerunt inſtrumenta, & immolare victimas, & incendere auges, & libaminibus fundere coram Deo vota & preces, cultu cum ipſa natura hominibus inſito, & per omnium animos divinitus purgato*, perſeveraverunt. Sed & hoc commune, & omnium animis affixum, omnes gentes tenuerunt, ut externæ oblationis cultu, vim Deo deberi, magno conſenſu exiſtimarent. Serm. de Circumciſ.

2. Nemo enim externa oblatione colendum unquam cenſuit, niſi quē Deum eſſe aut ſcivit, aut putavit, aut finxit. hujus cultus antiquitatem, duorum fratrum Cain & Abel ſacrificia comprobant, quorum priorem ſimul & munera ejus averſatus reprobavit Deus, minoris vero oblationem placatus aſpexit. Aug. de civit. Dei lib. 10. c. 6

3. Hunc vero ſacrificandi ritum Deus, volens omnes homines ſalvos fieri, mentibus hominum hac de cauſa divinitus inſevit. Cum enim propter unius hominis peccatum, univerſum genus humanum iræ Dei & juſtæ damnationi obnoxium teneretur, tantoque gravior & periculoſior illis damnatio immineret, quanto magis peccata peccatis accumulando, juſtam Dei iram contra ſe incitabant: Deus nolens perire quos condiderat, mediatorem & reconciliatorem humano generi deſtinavit, qui nos cum authore noſtro reconciliaret, & juſtam Dei iram ſingulari ſacrificii oblatione placaret. Deus igitur magnæ dilectionis filium ſuum carne noſtra circundatum miſit in mundum, qui peccata noſtra in ſe ſuſcipiens, in corpore ſuo ea pertulit in cruce, & ſemetipſum pro nobis hoſtiam appendens, per proprium ſanguinem in ſancta ſemel ingreſſus, æternam redemptionem adinvenit. Heb. 9.

4. Hujus precioſiſſimæ hoſtiæ nidore delinitus Pater, iram remiſit, & homines prius peccatis immerſos, impuros & injuſtos, & damnationi obnoxios, nunc filii ſui ſanguine ablutos abſolvit, juſtificavit, ac ſibi reconciliavit. 1. Cor. 6.

5. Hujus unicæ oblationis virtus atq; efficacia, non illi modo tempori ſerviens, quo Chriſtus in carne hoſtiā ſe appendit, ſed omnes omnium ſeculorum ætates complectens, omniū hominū qui ab origine mundi fuerunt, & in finē uſq; ſeculi naſcituri ſunt, delendis peccatis ſuffecit. *Verè enim erat Deus in Chriſto, mundum ſibi reconcilians.* Et: *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* &, *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: & nō pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi.* Mundus autem non unius tem- 2. Cor. 5. Joan. 1. 1. Joan. 2.

 poris,

poris, ſed omnium ætatum homines comprehendit. Hinc in Apocalypſi Chriſtus agnus dicitur ab origine mundi occiſus, quoniam ſanguis ejus omnium ætatum jam inde ab initio mundi delicta emundavit.

Apoc. 5.

Heb. 10. Coloſſ. 1. Epheſ. 1. Eſai. 63. Eſai. 53.

6. De hac oblatione, quæ ad totius generis humani reconciliationem una ſuffecit: Paulus ait, *Una oblatione conſummavit in æternum ſanctificatos.* &, *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis, ſive quæ in terris, ſive quæ in cœlis ſunt.* &, *Placuit inſtaurari omnia in Chriſto quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo.* in Eſaia: *Torcular*, inquit, *calcavi ſolus.* &, *Cujus livore ſanati ſumus.*

7. Ut vero hujus tam efficacis oblationis, quæ omnium hominum ſalutem pleniſſimè, ſufficientiſſimè, & perfectiſſimè meruit omnes homines participes fierent, & ejus fructum in ſe transferrent; Deus ab initio mundi, ſub lege naturæ divina inſpiratione in animis hominum ſacrificandi ritum excitavit, & mox data lege, diverſa ſacrificia monſtravit.

8. Quorum omnium hic uſus erat, non ut homines Deo reconciliarent, & ſalutem ipſa mererentur, ſed ut per hæc externa ſacrificia venturi ſacrificii, in quo redemptionem omnium Deus promiſerat, memoria in animis hominum ſubinde excitaretur, fides confirmaretur, & fructus ejus credentibus, & in virtute venturi ſacrificii ſperantibus applicaretur. Et ut quoties iſta ſacrificia celebrarentur, homines cum aliorum beneficiorum Dei, quæ continua ejus benignitate accipiebant, tum ſalutis ſuæ per promiſſum reconciliatorem accipiendæ, gratis animis recordarentur.

Pſal. 49.

9. Nullum itaque ſive ſub naturæ, ſive ſub Moyſis lege ſacrificium per ſe Deo placebat, qui non qui iis, quæ offerebantur, ſe non indigere ſæpe proteſtatus eſt. *Si eſurivero*, inquit, *non dicam tibi meus eſt enim orbis terræ & plenitudo ejus. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem eorum potabo?* Sed quatenus hæc viſibilia ſacrificia, inviſibilis & futuri ſacrificii Sacramenta erant ſi quis ea in fide à Deo promiſſi Reconciliatoris obtuliſſet, hoc agens his externis ſacrificiis, ut fidem in venturum Chriſtum oſtenderet, & ſalutaris iſtius ſacrificii fructum, quem jam & fide conceperat, & firma ſpe expectabat, in ſe transferret, & Deo pro tantis beneficiis animi ſui gratitudinem declararet utque tali ſacrificia & Deo grata, & offerenti ſalutaria erant, nulla quidem ſua propria, ſed futuri ſacrificii virtute, quam per fidem offerenti applicabant.

10. Et ut ratio ſacrificiorum diſertè intelligatur, unicum eſt ſacrificium meritorium, cujus virtus delendis hominum peccatis efficax, homines à Deo alienatos, & iræ ejus ac damnationi obnoxios reconciliavit, & æternam ſalutem & redemptionem toti hominum generi meruit: illa videlicet Chriſti victima ſalutaris, qua pro delictis hominum in cruce ſe hoſtiam appendens, in æternum conſummavit ſanctificatos.

Heb. 10.

Heb. 10.

11. Cujus meritum non accipit augmentum, quia perfectum eſt: nec diminuitur aut exhauritur, quia æternum eſt. Unde & reliqua omnia ſacrificia nihil huic ſacrificio ſuperaddunt, nihilque ipſa per ſe merentur: ſed unicæ hujus oblationis fructum credentibus applicant, & ad excitandam & retinendam in animis hominum hujus unicæ oblationis memoriam & fidem confirmandam, & pro omnibus Dei beneficiis declarandam gratitudinem, ſerviunt.

12. Sunt autem hujuſmodi adplicatoria ſacrificia quædam legibus omnibus commonia, & promiſcuè omnibus hominibus permiſſa: qualia ſunt ſacrificium contribulati cordis & humiliati ſpiritus, & ob colendam pietatem ſuſceptæ carnis afflictiones, ſacrificium labiorum, precum, gratiarum actionis & laudis, & ſi quæ ſunt ſimilia.

Pſal. 50.

13. Quædam vero ſemper fuerunt uniuſcujusque legis propria, & certis hominum officiis alligata, à quorum oblatione alii magnis comminationibus & pœnis arcebantur, primo Regum decimotertio, ſecundo Paralip. vigeſimoſexto. Nec ulla lex, quemadmodum nunc, nec ulla gentium religio ſacrificiis caruit: hæc enim tria colligata ſunt, & ſe invicem neceſſario conſequuntur: *Lex, ſacerdotium, & ſacrificium*, Heb. 7.

1. Reg. 13. 2. Paral. 26. Heb. 7.

14. Sic itaque ſub lege naturæ juſti homines & de Dei promiſſionibus edocti, in eum quem futurum ſciebant Salvatorem, credentes, ſacrificia offerebant: quorum oblatione, futuræ ſalutis fidem & ſpem, & pro ea gratitudinem ſuam declarabant, & ejus quod futurum expectabant, ſalutaris ſacrificii meritis adjuvari ambiebant. Hunc morem cæteræ gentes, occulta inſpiratione animis eorum inſita, imitantes, non quidem Deum, ſed quem Deum aut putabant aut fingebant, ſacrificiis placare voluerunt.

15. Lex verò per Moyſen data, ad legem naturæ accedens, non ut eam tolleret, ſed ut meliorem redderet, oblationes externas inſtituit: quæ & præfigurarent futurum Chriſti ſacrificium: & quoties eas celebrarent Judæi, tum aliorum beneficiorum Dei gratis animis recordarentur, cum illius venturi ſacrificii virtutem in ſe, credendo & ſperando & orando, transferrent.

Matth. 5. Jerem. 31.

16. Chriſtus qui non venerat legem ſolvere, quatenus vel naturalis vel moralis erat, ſed eam potius adimplere, cum novam legem ſuam, de qua jam antè per Jeremiam promiſerat, in mundum induceret, ne eam ſolam in hac parte, contra præcedentium legum communem morem, mancam aut imperfectiorem relinqueret, peculiari ſacrificio pariter & ſacerdotio eam inſtruxit, ſiquidem neceſſe fuit, juxta Apoſtoli ſententiam, ſuccedente nova lege etiam ſacrificium huic legi peculiare conſequi Heb. 7. & ſacerdotes, velut hujus ſacrificii miniſtros, aſſumi, Heb. 5.

Heb. 7. Ibid. 5.

17. In qua legis parte, ſanè bona, ſancta & pia, idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ne eccleſiæ ſuæ deeſſet, in ultima cœna cum gratias egiſſet Deo, ſacramentum corporis & ſanguinis ſui inſtituit,

duplicem

duplicem ejus uſum ſtatim commendans: ut à fidelibus velut animæ ſalutare alimentum ſumeretur, Math. 26. *Accipite*, inquit, *& comedite*: & ut in memoriam paſſionis ſuæ offerretur, cujus oblationis miniſteriũ, Marc. 14. Luc. 22. Apoſtolis, velut novæ legis ſacerdotibus, contradens: *Hoc*, inquit, *facite in meam commemorationem*. 1. Cor. 11

18. Quemadmodum igitur ante Chriſti adventum Deus patribus certa quædam ſacrificia tradidit, quibus magni iſtius ſacrificii, quod futurum ipſi expectabant, memoriam in animis ſuis excitarent, fidem ſtabilirent, & fructum ejus credendo & orando ſibi applicarent, & per eorum oblationem beneficiorum Dei gratis animis recordarentur: ſic Chriſtus eccleſiæ ſuæ mundam & ſalutarem Heb. 10 corporis & ſanguinis ſui oblationem, ſub ſpeciebus panis & vini commendavit, qua corporis ejus in cruce pro nobis appenſi, & ſanguinis effuſi memoriam ſubinde in animis noſtris renovaremus, & fructum iſtius oblationis cruentæ, qua in æternum conſummavit ſanctificatos, in nos transferremus, hoc eſt enim facere in memoriam ejus, id eſt, gratis animis commemorare mortem Domini, & per memoriam & meritum paſſionis ejus deprecari Patrem, ut nobis reconcilietur.

19. Hæc eſt munda & ſalutaris oblatio, illius unici ſacrificii, quo omnium ſalus comparata eſt, rememorativa, non ſolùm ſignificans, ſed re ipſa in ſe comprehendens veritatem illarum rerum, quas diverſorum ſacrificiorum oblationes olim præſignabant: eadem nimirum corporis & ſanguinis Chriſti hoſtia, quæ in cruce eſt oblata, non alia: idem agnus, non alius, & unus utrobique Chriſtus, ſed tunc cruento & paſſibili modo oblatus eſt, qua oblatione omnibus credentibus remiſſionem peccatorum & redemptionem ſufficienter impetravit. Nunc vero eundem ſub myſterio & modo incruento & impaſſibili offerimus, non ut peccatorum remiſſionem & animarum noſtrarum ſalutem jam primùm promereamur, ſed ut paſſionis Dominicæ memoriam recolentes, Deo gratias agamus pro ſalute nobis in cruce impetrata: & ibi promeritam peccatorum remiſſionem & redemptionem, fide & devotione nobis applicemus & appropriemus.

20. Hanc tam ſalutarem victimam in ſpiritu prævidit Malachias, cùm ait: *Non eſt mihi voluntas* Malach. 1. *in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Quod vaticinium de ſolis ſpiritualibus ſacrificiis accipi non poteſt, quæ nullius legis propria, ſed omnibus temporibus & hominibus communia exiſtunt, & cum ſacrificiis veterum ſemper commixta duraverunt. At ipſa verborum ſerie ſatis convincitur, Prophetam loqui de ſacrificio, quod, ſublatis veteribus ſacrificiis, in locum eorum erat ſucceſſurum. Unde rectè hæc verba de ſacratiſſimo Chriſti ſacrificio accipiuntur, non illo quidem, quo ſe in cruce pro peccatis generis humani obtulit (illud enim nec inter gentes, nec in omni loco, ſed in Judæa conſummatum eſt) ſed quod ex gentibus congregata eccleſia per totum terrarum orbem offert ad recordationem mortis Domini, & ad virtutem ejus in credentes transfundendam: atque hic loci illius intellectus, luculentis Patrum teſtimoniis roboratur.

21. Irenæus l. 4. contra hæreſes c. 32. *Eum qui ex creatura panis eſt accepit, & gratias egit, dicens: Hoc eſt corpus meum. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & novi teſtamenti novam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis, accipiens, in univerſo mundo offert Deo. de quo in 12. prophetis Malachias ſic præſignavit: Ab ortu Solis uſq; ad occaſum, nomen meũ glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo & ſacrificium purum.*

22. Auguſtinus: *Noverunt*, inquit, *qui legunt, quid protulerit Melchiſedech quando benedixit Abraham. Et ſi jam ſunt participes eis, vident tale ſacrificio nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Vnde alius* Aug. contra adverſarios legis lib. 1. cap. 20. *Propheta dicit ad eum, qui ſecundum carnem eſt Iſrael: Non eſt mihi voluntas in vobis*, &c.

23. Ambroſius de hoc novæ legis ſacrificio teſtatur: *Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus: nunc Chriſtus offertur quaſi recipiens paſſionem, & offert ſeipſum quaſi ſacerdos.*

24. Chryſoſtomus: *Nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidem, ſed recordationem facientes mortis ejus: & una eſt hæc hoſtia, non multa. Quomodo eſt una, & non multa? & quia ſemel oblata eſt illa, oblata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium, exemplum eſt illius, idipſum ſemper offerimus: Nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium, ſed ſemper idipſum*, &c.

25. Athanaſius: *In æternum*, inquit, *Chriſti eſt ſacerdotium: quia quotidie offertur per miniſtros Dei oblatio. Chriſtum & pontificem habens, & ſacrificium.*

26. Hanc vero oblationem, quam Eccleſiæ in recordationem mortis ſuæ faciendam Chriſtus commendavit, prius ipſum in Cœna exercuiſſe, & Patri ſeipſum ſub ſpeciebus panis & vini obtuliſſe, Pſal. 109. magni teſtes comprobant: inter quos David, Chriſtum appellans *ſacerdotem ſecundum ordinem Mel-* Geneſ. 14. *chiſedech*, ſatis oſtendit, Chriſtum ſacrificio panis & vini, figuram, quæ in Melchiſedech ſacerdote præceſſerat, adimpleviſſe, de qua re ſanctus martyr Cyprianus lib. 2. epi. 3. *Qui ordo utiq; eſt de illo ſacrificio veniens, & inde deſcendens, quod Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis ſacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem?* Et mox: *Vt ergo in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotem benedictio circa Abraham poſſet ritè celebrari, præcedit ante imago ſacrificii, in pane & vino ſcilicet conſtituta: quam rem perficiens & adimplens Dominus, panem & calicem mixtum vino obtulit: & qui eſt plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimplevit.*

27. Arnobius: *Hic*, (inquit, de Chriſto loquens) *qui per myſterium panis & vini ſacerdos factus eſt in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, qui panem & vinum ſolus obtulit in ſacerdotibus, dum Abraham victor reverteretur de prælio.*

28. Damaſcenus: *Pane & vino ſuſcepit Melchiſedech Abraham ex cæde alienigenarum, qui erat*

 ſacerdos

ſacer[illegible] m. illa menſa hanc myſticam præfiguravit menſam, [illegible] ſacerdotis [illegible] aram præferebat imaginem. Tu es, inquit, ſacerdos ſecundum or[illegible] dech. Similia multa teſtimonia inveniuntur apud Hieronymum ad Evagrium, Auguſtinum [illegible] na Chriſtiana libro quarto, cap. vigeſimo primo, Ambroſium de Sacramentis lib. 4. Chry[illegible] Theophylactum.

29 Secundum hæc ſacræ ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimonia, Catholica E[illegible] Chriſti ſacrificia agnoſcit, eadem ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ratio[illegible]m & ritum [illegible] multum diverſa: Unum in cruce cruentum: Alterum, quo in cœna ſub panis & vini ſpe[illegible] ſanguinem ſuum ipſe ſacerdos juxta ordinem Melchiſedech Patri obtulit, perpetuum c[illegible]ndens [illegible] legis ſacrificium, quod Apoſtolis ſuis ac ſucceſſoribus ipſorum, ut ad finem uſque ſeculi in memoriam ipſius facerent, commendavit.

30. Horum ut modus offerendi diverſus, ſic & uſus diſcretus eſt, cruento ſuo ſacrificio C[illegible]us totius mundi reconciliationem, & propiciationem pro peccatis, & plenam omnium redemption[illegible] impetravit. Alterum vero ſacrificium, ad recordationem cruenti ſacri[illegible]ci inſtitutum & [illegible]ccleſiæ c[illegible]mendatum eſt, quo Chriſtum impaſſibili & incruento modo ſiſtimus Patri, non ut remiſſio[illegible] p[illegible]ccatorum & redemptionem de novo mereamur, ſed ut in cruce meritam fide & devotione n[illegible]bis ap[illegible]cemus, Chriſti juſſionem ſequentes, qua juſſit ut hoc in memoriam ſui faceremus: id eſt, ut p[illegible] memoriam & meritum paſſionis ſuæ, Patrem pro reconciliatione noſtri & peccatorum rem[illegible]e, & animarum noſtrarum ſalute, proque corporum ac rerum noſtrarum incolumitate, deprecaremur.

31. Hactenus oſtenſum eſt, quibus rationibus & teſtimoniis ſacrificium altaris ſubnixum ſubſiſtat: nunc de ritu ejus pauca ſubjiciantur.

32. In celebratione ſacrificii altaris, nunc laudes Dei, nunc fideles populi preces, nunc gra[illegible]rum actiones nunc ſcripturarum lectiones ſubinde admiſcentur. Unde & laudis, & gratiarum a[illegible]nis, & precum ſacrificium rectè nuncupatur: quo ritu Catholica Eccleſia Chriſti exemplum re[illegible]rt, q[illegible] in cœnæ ſacrificio pro incolumitate Eccleſiæ, quam in terris relicturus erat, multas preces ad patrem

Joan 17.
1. Tim. 2.

fudit, & tandem hymnis & gratiarum actione cœnam myſticam conſummavit.

33. Sed & hanc Pauli ſeriam commonitionem, qua in primis fieri voluit obſecrationes, orat[illegible]nes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſu[illegible] limitate conſtituti ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate Eccl[illegible]ia

Epiſt. 59. ad Paulinum.

in celebratione ſacrificii altaris, juxta Auguſtini ſententiam, plenè & examuſſatim obſervat: tum obſecrationes facit, antequam illud, quod eſt in Domini menſa, incipiat benedici, Orationes verò, cùm benedicitur & ſanctificatur: poſtulationes autem, ceu interpellationes, cum populus benedicitur, & miſericordiſſimæ poteſtati commendatur.

34. Quibus peractis, & participato Sacramento, gratiarum actio cuncta concludit. Vide Auguſtinum epiſt. 59. ad Paulinum, ubi ritum celebrandi ſacrificii altaris, qualem hodie obſervat Eccleſia, perſpicuè agnoſces.

35. Sed & apud alios omnium ætatum viros Catholicos hunc ritum receptum & confirmatum videre licet, qui admixtas in celebratione hujus ſacrificii preces, & gratiarum actiones, & ipſam hoſtiam ſolenni prece conſecrari ſolitam, magno conſenſu meminerunt. De qua re Chryſoſtomus in Matthæum homil. 83 de Sacerdotio libro tertio. Baſilius Magnus de Spiritu ſancto cap. 2[illegible]. Theophylactus in cap. 14. Marci. Gregorius epiſt. 63. ad Joannem Epiſcopum Syracuſanum, Ambroſius de Sacramentis lib. 4. cap 5. qui & hunc canonem, quo nunc utitur Eccleſia, penè ſecundum ſingula ejus verba, paſſim in libris à ſe editis recenſet.

CAP. XXIII.

De memoria Sanctorum in altaris ſacrificio fieri conſueta, & de eorum interce[illegible]ione inibi expedita, & obiter de Sanctorum invocatione.

CUm itaque in hoc altaris ſacrificio immenſi iſtius beneficii memoriam recolimus, quo Ch[illegible]ſtus ſemetipſum pro totius corporis ſui myſtici, id eſt, pro omnium credentium incolumitate & ſalute hoſtiam fecit, ibique ſecundum Domini exemplum & Apoſtoli commonitionem, pro totius Eccleſiæ incolumitate preces ad Deum fundendæ, & pro omnibus ejus beneficiis gratiæ agendæ ſint: Eccleſia inter ſeſe omnia ſua membra colligens, eorum etiam memoriam facit, qui hac mortalitate exuti, apud Dominum vivunt, & in primis grata veneratione Deo dilectos Sanctos complectens, pro h[illegible] gratias Deo agit, qui eos cum natura imbecilles eſſent, gratiæ ſuæ munere ita roboravit, ut vitia carnis ſuperarent, & contra peccatum, diabolum & mortem non ſua, ſed Dei virtute fortes, viriliter dimicando, coronam juſtitiæ à juſto judice impetrarent. De hujus gratiarum actionis pro ſanctis antiquitate & conſuetudine, per totam Eccleſiam divulgata, vide apud Dionyſium Areopagitam, Cyprian[illegible]m lib. 3. epiſt. 6. lib. 4. epiſt. 5. Auguſt. de civitate Dei lib. 8. cap. 27. lib. 22. cap. 10. contra Fauſtum Manich. lib. 20. cap. 21.

2. Nec ſolum veneramur ſanctos, & pro his gratias agimus, ſed eorum precibus & meritis in [illegible]mnibus divinæ protectionis auxilio muniri poſtulamus, [illegible] ſentientes, eos velut ejuſdem c[illegible]mmunionis cives, & corporis ejuſdem membra, etiamnum uno ſpiritu & vinculo charitatis n[illegible]m colligatos, ſalutem noſtram appetere, & mal[illegible] noſtris indolere: ideoque pro neceſſitatibus no[illegible]s apud communem Deum Patrem, per Jeſum Chriſtum communem omnium mediatorem, interpellare. Quod ut faciant, ipſum jus communionis, qua nobis juncti ſunt, ſimul & præceptum eos adducit.

cit. Or [illegible] Jacobus, *pro* [illegible] *mnt alvcmi* [illegible] Charitas qui er [illegible] net, & ea [illegible] apud Deum nunc pro [illegible] & ab infirmitatibus & [illegible] cultas non prohibet: quodq; [illegible] alia vita facere apertis Scripturæ [illegible] cha.15. ubi Onias conſpicitur manus protendens, & orans pro populo: *&* [illegible] *tribus, de quo dicitur Hic est* [illegible] *amator & populi Iſrael. Hic eſt qui multum orat* [illegible] *univerſa ſancta civitate Hieruſalem, Jeremias Propheta.* & Zachariæ primo. Angelus [illegible] Juda interpellat: *Domine exercituum, usquequo non miſereberis Hieruſalem, & urbium Juda quibus iratus es?*

3. Hac fide, ſicut eorum qui nobiſcum in carne vivunt, ita & ſanctorum apud Deum [illegible] preces pro nobis poſtulamus: & ut pro nobis orent, eos nominatim appellamus, nec [illegible] ei, qui poteſt omnia, facile ſit efficere, ſive per Angelorum miniſteria, ſive alia ſibi placita ratione [illegible], ut noſtras petitiones ſancti reſciſcant, quũ utique hoc præſtat, ut Angeli peccatoris converſio [illegible] cœlo cognoſcentes, gaudio exultent.

4. Merita vero Sanctorum non talia eſſe aſſerimus, qualia in Chriſto invenimus, qui ſemetipſum pro nobis impendens, & ſanguinem ſuum pro nobis fundens, plenam cum Deo [illegible] mundo promeruit. Sancti vero merita ſua, quibus & ipſi ſalvati ſunt, & nobis ſuffragantur, [illegible] omnis ſalutis & totius meriti fonte, Chriſti videlicet paſſione, hauſerunt. Non enim, [illegible] gorem ſpectemus, cuiquam Sanctorum operationes ſuæ, quantumvis fructuoſæ, ad propriam [illegible] tem ſuffeciſſent, juxta illud: *Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* Et illud Chriſti: *Si* Pſal. 142
ceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: quia [illegible] *ſumus.* Et illud Pauli: *Non ſunt condi-* Luc 17.
gnæ paſſiones hujus temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur in vobis. Ex Dei autem miſericordia Rom. 8.
& liberalitate & Chriſti gratia, non ſolum ipſis ad ſalutem Sanctorum merita [illegible], ſed etiam nobis ad protectionem & gratiæ divinæ impetrationem proſunt Deo in eis miſericorditer [illegible] plen-
te, quod veraciter promiſit, cum ait: *Ego ſum Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in* Exod. 20.
tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia, his qui dili-
gunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Sic defuncti Abrahami merita, ſic Iſaac [illegible] fecerunt: & Jacob Gen. 26.
in religione nepotes ſuos erudiens, nomen ſuum & patrum ſuorum ſuper ipſos invocari [illegible], Geneſ. 48. quod & Moyſes plena fiducia fecit: *Quieſcat,* inquit, *ira tua, & eſto placabilis* [illegible] *populi tui: recordare Abraham, Iſaac & Iſrael ſervorum tuorum,* Exod. 32. Sic propter gratiam, qua apud Deum valuit David vir ſecundum cor Dei, tota ejus poſteritas indulgentiam Dei in commodum ſuum perſæpe ſenſit, 3 Reg. 12. 4 Reg. 19. Eſa. 37. Ez. 14.

Cap. XXIV.

De memoria defunctorum in Chriſto.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſecundum voluntatem Patris hoſtiam redimendis hominibus ſalutarem ſeipſum in cruce affigens, utique omnes eos, qui hanc victimam ſuam ſalvandis hominibus jam inde ab origine mundi deſtinatam, fide & voto prævenifſent, vel in ſequentibus tempor hus fide eam amplexuri eſſent, intra ſeipſum velut membra ſua collegerat, volens paſſionis ſuæ fructum ad omnes pariter qui corporis ejus membra unquam effecti eſſent, pervenire: unde Eccleſia communis hujus ſacrificii memoriam recolens, omnia ſua membra pariter advocare, nec quenquam eorum excludere debet, qui ſecundum Domini liberalem voluntatem, utilitatis hujus ſacrificii capax exiſtit. Ideoque, quemadmodum prius Sanctorum, ita poſtea etiam reliquorum Chriſtianorum memoriam circa ſacrificium altaris inducit, quos in vera Chriſti fide deceſſiſſe pie credit, de quibus tamen ſatis certum eſſe nequit, utrum ſatis emundati & purgati hinc emigraverint. Aliam tamen Sanctorum, & aliam aliorum in ſomno pacis quieſcentium, memoriam ſervat. Horum quidem, non ut oremus pro eis, ſed magis ut orent ipſi pro nobis, ut veſtigiis eorum inhæreamus: Horum vero, ut communi Domino pro eis ſupplicemus, quatenus Deus omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis & pacis indulgere dignetur per Chriſtum Dominum noſtrum. Auguſt. in Jo. an. u. ct. 84.

2. Eos vero, qui nos in ſigno fidei præceſſerunt, ut à commercio orationum noſtrarum non ſecludamus, ipſa communionis, quam cum omnibus ſanctis conſiſtemur, ratio diſerte expoſcit: quippe qui etiam corporibus ſoluti, ſpiritualibus tamen nexibus nobiſcum cohærent, & uno ſpiritu velut ejuſdem corporis membra nobis adglutinantur, & vinculo charitatis connexi adhærent nobis, nec mors eos corporalis exemplici corporis Chriſti compage præſcindere aut ſeparare poteſt.

3. Cum itaque talem orandi formam nobis Dominus inſinuaverit, ut nemo pro ſua tantum, ſed velut magnæ communionis civis, pro omnium utilitate rogare debeat, & per Apoſtolum præcipiat Jac 5.
nos pro invicem orare ut ſalvemur: magnæ in conſortes ſuos crudelitatis, & [illegible] Domino [illegible] teſtandæ temeritatis fuerit, ſi quis à commercio orationum nullratum in Chriſto defunctos excluſerit: quod eum facere nusquam Scriptura præcipit, & communionis ſpiritualis, quam cum Sanctis omnibus profitemur, ratio diſerte vetat.

4. Hanc autem conſuetudinem per totam Chriſti Eccleſiam divulgatam, quæ circa altaris ſacrificium memoria defunctorum adhibetur, ex Apoſtolica traditione promanaſſe, magnis & fide dignis teſtimoniis abunde [illegible] poteſt. Dionyſius Areopagita lib. Eccleſiaſticæ hierarchiæ cap. 7. *de precε ſuper defunctis* [illegible] *ex divinis ducibus hoc eſt, Apoſtolis traditio pervenit ad nos:* ubi & totum harum precum ordinem & rationem luculenter explicat. *Precatur,* inquit, *oratio illa divi-*

divinum ... admittit per humanam infirmitatem admi... in luce ſtat ... um.

Chryſoſt. ad pop. Hom. 69. in primo Cor. homil. 41.

5 Chryſoſtomus ad populum Antiochenum Homil. 69. *Non temere*, inquit, *ab Apoſtolis h... ſancita fuerunt, ut in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim ... de multum contingere lucrum cum enim conſtiterit populus extenſis manibus, & tremendum proponatur ſacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro ... deprecantes*

In ſermo. de iis qui in fide hinc migraverunt.

6. Damaſcenus: *Apoſtoli*, inquit, *diſcipuli Salvatoris, qui totius mundi circulum cepere prædicando verbum vitæ, quod ſuis oculis viderant, in tremendis vitalibus ſacramentis, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam edixerunt: quod adhuc firmiter, atque adeo ſine contradictione, obſervat Apoſtolica ... catholica Eccleſia Chriſti & Dei, a finibus uſque ad fines terræ, ab eo tempore uſque in præſens & in finem mundi uſque.*

In Enchiridio c. 10. in quæſtio 2. ad Dulc.

7. Auguſtinus: *Neque negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viventium relevari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt: ſed hæc eis proſunt, qui, cum viverent, ut hæc eis prodeſſe poſſent, meruerunt*, &c.

8 Similia vide apud Epiphanium lib. 3. contra hæreſes. Tertull. ad uxorem de corona militis. Ambroſium in orat. pro Imperatore Theodoſio de exceſſu fratris, Item libro 2. epiſtolarum ad Fauſtum. Cyprianum lib. 1. epiſt. 9. Bernhardum in Cant. 1. ſermo 66.

9. Poſt hanc defunctorum memoriam, ubi jam iterum eccleſia communem viventium ſalutem clementi Domino commendavit, reliquæ preces ad dignam ſumendæ ſacroſanctæ Euchariſtiæ præparationem referuntur: quæ pars Miſſæ peculiaris eſt præſentibus, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſacramentaliter aut ſaltem ſpiritualiter ſumentibus: nec in commune admodum ſervit, cum nemo ſicut pro alio baptizari, ita nec ſacramentum ſumere utiliter poſſit. Participato tandem ſacramento, & cæteris ritè peractis, *gratiarum actio cuncta* (ut ait Auguſtinus) *concludit.*

Cap. XXV.

De communione cum ſacrificio jungenda.

Aug. de ſpiritu & litera cap. 8.

De conſecra. diſt. 2. ca. peracta ca. relatum.

Atque hic expedierit, cum veriſſimum illud & ſingulare ſacrificium offertur, veterem eccleſiæ morem revocare, quo non ſolum ſacrificans ipſe, ſed & diaconi & reliqui eccleſiæ miniſtri, qui diebus ſolennioribus velut teſtes tanti ſacrificii & neceſſariorum miniſteriorum coadjutores adhibentur, ut perceptionis corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti participes ſe præberent, ſeria canonum ſanctione jubebantur: ſed & fideles omnes pro recolenda mortis Domini & noſtræ redemptionis memoria, ad hoc mediatoris noſtri ſacrificium confluentes, ſedulis exhortationibus monendi & excitandi ſunt, ut prius explorati, confeſſi & abſoluti, ſacroſanctæ communionis gratiam ſumant, & diviniſſimæ euchariſtiæ participationem unà cum ſacerdote ſedulò & devotè frequentent.

Cap. XXVI.

De cæremoniis & uſu Sacramentorum.

Cæremoniæ veteres, quæ ſacramento baptiſmatis adhibentur, retineantur omnes, Exorciſmus videlicet, abrenunciatio, profeſſio fidei, Chriſma & alia: pertinent enim ad efficaciam hujus ſacramenti adumbrandam & ſignificandam.

2. Item in cæremoniis veteribus, quæ ab Eccleſia catholica adhibentur Miſſæ, nihil mutandum videtur. ſunt enim omnes ad id, quod in Miſſa agitur, cum primis aptæ.

3. Et quod ad uſum hujus ſacri attinet, debent in ſingulis civitatibus & in ſingulis eccleſiis (etiam ſi in una civitate aut loco plures ſint) quæ proprios ſacerdotes & populi illic conveniendi frequentiam habent, ſingulis diebus duæ ad minimum Miſſæ celebrari. altera matutina, cui intereſſe poſſint homines qui labore manuum rem quærunt, ut convenientes vel communicent de euchariſtia, vel ſe Deo piè commendent. Altera verò celebrior, quæ agetur circa horam octavam diei antemeridianam, cui eodem modo adſint, qui vel communicare de euchariſtia, vel ſe Deo commendare velint. In pagis autem ſingulis quibusque Dominicis & feſtis diebus, ſingulæ Miſſæ ad minimum celebrentur.

4. Atque ut populus ad uſum Miſſarum revocetur commodè, Concionatores juxta ſententiam de hoc ſacro ſuperius explicatam, populum hortari debent, ut eidem libenter intereſſe, cui etiam præſcribendæ ſunt certæ meditationes, eæque ad ſingulas Miſſæ partes aptæ: & ante præfationem presbyter aut diaconus, ſi hujus copia ſit, oſtendat verum Miſſæ uſum, cumque populo ea præſcripto, de quo etiam conveniat, commendet pro ratione de ſacro hoc ſuperius explicata.

5. Canon item, in quo nihil mutetur, habeat etiam ſuam ſuccinctam & dilucidam interpretationem, ut inde presbyteri & functionem officii ſui eo melius intelligere, & quod intelligunt, populo explicare poſſint.

6. Cæremoniæ reliquæ Sacramentorum, juxta præſcriptum agendarum veterum, adhibeantur in quas tamen ſi quid irrepſit, quod cauſam dare poſſit ſuperſtitioni, tollatur.

7. Altaria, veſtes ſacerdotum, vaſa Eccleſiæ, vexilla, cruces cereæ, candelæ, imagines, retineantur in Eccleſia. Sed ita tamen, ut ſint monumenta: nec cultus latriæ in hoc genus transferatur: nec ad imagines & ſtatuas ſuperſtitioſe concurſus fiat.

1 Cor. 14

8. Horæ item Canonicæ, & illa pia pſalmodia, quam nobis Apoſtolus ipſe commendavit, ... a Eccleſia minime tollantur: & ubi ſublatæ ſunt, reſtituantur, maximè verò de tempore & Dominica & aliis vetuſtis & ſolennioribus feſtis.

8. Quæ autem de Sanctis adjecta ſunt, ad ea quæ in veteri de Sanctis communi poſita ſunt, revocanda: & ſicubi modum excedunt, corrigenda videntur.

9. Vigiliæ item & exequiæ mortuorum de more veteris Eccleſiæ celebrentur: eſſet enim immane, in Eccleſia nullam illorum memoriam retinere, quaſi animæ ipſorum una cum corporibus interierint.

10. Feſti item dies ab Eccleſia recepti, retineantur, ſi non omnes, tamen præcipui.

Dominicæ dies.
Natalis Domini.
Circunciſio Domini.
Epiphania.
Palmarum.
Paſcha cum duobus diebus ſequentibus.
Aſcenſio Domini.
Pentecoſte cum duobus diebus ſequentibus.
Corporis Chriſti.
Feſti item dies beatæ Mariæ virginis, & ſanctorum Apoſtolorum.
Sancti Joannis Baptiſtæ.
Mariæ Magdalenæ.
Stephani.
Laurentii.
Martini.
Michaelis.

Omnium Sanctorum, & apud ſingulas Eccleſias eorum ſanctorum, qui ibidem ſingulares patroni habentur, ut in eisdem Sanctorum feſtis Deum in ſanctis honoremus, nosq; ad imitationem ipſorum excitemur, & conſideremus orationibus ipſorum adjuvari & meritis aſſociari.

11. Dies item Rogationum ante Aſcenſionem Domini, & Letania in die ſancti Marci, & per annum aliæ conſuetæ proceſſiones pro veteri more obſerventur.

12. Similiter in hebdomada ſancta & circa reliqua Eccleſiæ feſta debitæ ſolennitates adhibeantur, & in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes aqua Baptiſmalis per omnes Eccleſias parochiales ſolenni benedictione præparetur.

13. Ac cum abſtinentia carnium, quæ non abominationis, ſed temperantiæ cauſa ſuſcipitur, per ſe bona & ad carnem caſtigandam apta ſit, ac etiam publica utilitas poſtulet, ut certis temporibus à carnibus abſtineamus, cum alias pecora ad aſſiduum carnium eſum ſufficere vix poſſint, mos & inſtitutum veteris Eccleſiæ diebus jejuniorum, feria ſexta & Sabbato à carnibus abſtinendo, retineatur.

14. Hanc enim abſtinentiam Eccleſia ex nulla ſuperſtitione ſuſcepit, quæ à cibis quibusdam certis temporibus abſtinet, non ob ullam ciborum immunditiem (ſciens omnia munda eſſe mundis, & nihil inquinare hominem quod per os ingreditur) ſed ad edomandam carnem, ut anima à pravis cupiditatibus & à malis motibus melius humilietur: eamque abſtinentiam præcipue diebus feriæ ſextæ & Sabbati indixit, ut homines ad cultum Deo debitum perſolvendum, ad auditionem verbi Dei, & ad ſacroſanctæ Euchariſtiæ perceptionem (quæ olim frequentior diebus dominicis ſervabatur) biduana abſtinentia præparati, magis idonei & digniores accederent: & ut hac voluntaria caſtigatione quaſi cum Chriſto (cujus paſſionis memoria his diebus potiſſimum à fidelibus recolitur) carnem ſuam crucifigerent.

15. Conſueta etiam Eccleſiæ jejunia obſerventur, ſed ita tamen, ut non aſtringantur quos neceſſitas excuſat: quales ſunt, qui gravioribus laboribus exhauriuntur, & peregrinantes, item gravidæ mulieres, lactentes pueri, ſenes, ægroti.

16. Nec improbetur benedictio earum rerum, quæ exorciſmis & orationibus ad uſum hominum præparantur, dummodo operationes, quæ inde naſcuntur, non rebus ipſis, ſed divinæ virtuti tribuantur: & caveatur, ne eædem ad ullum incantationis aut ſuperſtitionis genus transferantur.

17. Et quanquam cum Apoſtolo ſentiendum, eum qui cœlebs eſt, curare quæ ſunt Domini, &c. 1.Cor. 7.
eoque magis optandum, multos inveniri clericos, qui cum cœlibes ſint, vere etiam contineant: tamen quum multi, qui miniſterii eccleſiaſtici functiones tenent, jam multis in locis duxerint uxores, quas à ſe dimittere nolint: ſuper ea re generalis Concilii ſententia expectetur, cum alioqui mutatio in ea re, ut nunc ſunt tempora, ſine gravi rerum perturbatione nunc fieri non poſſit.

18. Illud tamen negandum non eſt, etſi conjugium per ſe honorabile eſt, juxta ſcripturam: eum tamen qui non ducit uxorem, & vere continet, melius facere, ſecundum ſcripturam.

19. Eadem eſt ratio uſus Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie, cui multi etiam aſſueverunt, & ab eo avelli ſine gravi rerum motu hoc tempore non poſſunt: & quia Concilium Oecumenicum, cui omnes Imperii Status ſe ſubmiſerunt, procul dubio piam & ſolicitam curam adhibebit, ut in hoc caſu conſcientiis multorum & publicæ tranquillitati optime conſulatur, qui uſum utriusque ſpeciei antehac receperunt, eumque relinquere nolunt, ſuper ea quoque re deliberationem & ſententiam Oecumenici Concilii expectent.

20. Hi tamen, qui utriusque ſpeciei uſum amplectuntur, illam inveteratam ſub una ſpecie communi-

municand[illegible] mrepræhend[illegible] nec alteri[illegible] eros [illegible] nec [illegible] Concilium Oecumenicum decreverit.

20. Et quanquam Sacramentum Euch[illegible]æ ſub utra[illegible] ſpecie inſtitutum [illegible] tamen [illegible] dum eſt Chriſtum in carne dividi, contra quam Scriptura divinitus inſpirata tradit, ſed ſub ſin[illegible] ciebus integrum contineri.

21. Ac quoniam in Sacramento Euchariſtiæ eſt verum Chriſti corpus, & verus Chriſti [illegible] in hoc Sacramento Chriſtum merito adorari debere.

22. Item Sacramentum Euchariſtiæ ſemel verbo Chriſti conſecratum, etiamſi aſſervetur [illegible] tamen Sacramentum & corpus & ſanguinem Chriſti remanere donec ſumatur.

23. Quæ verò ad diſciplinam Cleri & populi pertinent, videntur cum primis neceſſaria eſſe [illegible]lenda ex Eccleſiis ſcandala, quæ dant magnam cauſam horum temporum perturbationi, id quod res ipſa loquitur. Itaque ſi quam Eccleſiis utilem reformationem Cæſarea Majeſtas procuraverit, tantum abeſt ut quiſquam ſanctæ religionis noſtræ, & publicæ tranquillitatis ſtudioſus, repudiare eam velit, ut omnes etiam pro ea citius promovenda & procuranda, obnixe & ſumma ope laborare debeant.

IMPERATOR.

NOs Carolus Imperator Semper Auguſtus, &c. teſtamur & confirmamus, ſupra poſitam D[e]clarationem, eam ipſam eſſe, cujus in noſtro & ſacri Imperii Receſſu, dato in hoc præſenti Augu[ſt]ano Conventu, mentio fuit facta: Hujus appenſione teſtimonii, ſigilli noſtri Cæſarei munimine ro[bo]rati. Datum in civitate noſtra Imperiali Auguſta, die ultimo Junii, Anno Incarnationis Chriſt[i] Domini noſtri, milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo: Imperii noſtri vigeſimo octavo, Regnorum trigeſimo tertio.

Carolus.

Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, per Germaniam Ar[chi]cancellarius, &c. ſubſſr.

Joannes Obernburger ſub[ſſr].

Anno Chriſti 1548.

CAROLI V. IMPER. AUG. CONSTITUTIO

DE PACE PUBLICA TENENDA, AUGUSTAE IN COMItiis declarata, renovata, atque publicata, Anno Domini M. D. XLVIII.

Interprete Juſtino Goblero JC.

CArolus Quintus, Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Arragonis, Leonæ, utriusque Siciliæ, Jeruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoritæ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gribaltaris, Canariarum & Indiacarum Inſularum, ac Terræ Firmæ, Marisque Oceani, &c. Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carniæ, Carinthiæ, Limburgiæ, Lutzenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, ac Wirtembergiæ, &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Guriciæ, Barcinonis, Arthois, Burgundiæ; Comes Palatinus Henegoiæ, Hollandiæ, Selandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritaniæ, & Zutpheni; Landgravius Alſaciæ; Marchio Burggoiæ, Oriſtani, Gociani; ac ſacri Romani Imperii Princeps in Suevia, Cathalonia, Aſturia, &c. Dominus Phryſiæ, * Marchiæ Vindelicorum, Portenoiæ, Biſcoiæ, Molinis, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Nunciamus univerſis & ſingulis noſtris & ſacri Imperii Electoribus, Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, & Militibus, Capitaneis, Præfectis, Schulteris, Magiſtris civium, Judicibus, Conſularibus, Civibus & Communitatibus, cæterisque omnibus noſtris & Imperii ſubditis ac fidelibus, cujuscunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis exiſtant, ad quos hoc noſtrum Imperiale ſcriptum vel ejusdem copia videnda ſeu legenda pervenerit, exhibitave fuerit, gratiam noſtram & omne bonum.

* fort. Marchiæ Vandalorum.

Cap. I.

Pacis publicæ proclamatio.

CUm quondam Maximilianus Cæſar, avus noſter præclara memoria, graviſſimis de cauſis motus, ad ſacri Imperii, ejusq; ſubditorum honorem ac ſ[al]utem, adeoque ad commune Reip[ublic]æ provectum & utilitatem, cum E[le]ctoribus, Principibus, & Statibus ſacri Imperii de public[a] pace conſtituenda ſe concordaſſet, obſtrinxiſſet ac obligaſſet, nosq; mox ingreſſu noſtri regiminis [...] rſ[e]rimus ac cognoſceremus, varias omnisq; generis commotiones & adverſitates inter alienos & extraneos Primates ac Poteſtates, ſeſe in Imperii membra eiq; conjunctos exercere, ex quo non commu[ni]bus

bus Statibus ſolum, verum etiam univerſæ Chriſt[illegible] d[illegible]ſſidiis & pe[illegible] , deva-ſtationes, cum [illegible] detrimento animarum, honoris, ac dignitatis [illegible] vi deliberatione ac [illegible] adverſum iretur, pax & juſtitia in ſacro [illegible] conſtitueretur [illegible] conſervaretur. Huc nos adducti, veſtigiis ejuſdem avi noſtri [illegible] tunc qui [illegible] noſtris Wormatiæ Comitiis cum communibus ſacri Imperii Statibus de publica pace [illegible] ſtatuenda unanimiter tractavimus, ac nos invicem concordavimus, quemadmodum ab avo noſtro [illegible] facto, ea Wormatiæ primum conſtituta, deinde in aliis Comitiis latius declarata eſt. Quam publicam pacificationem nos jam in ſacri Imperii ſalutem ac utilitatem, & pro firma concordia, tranquillitateq; conſervanda, aliisque plurimis & graviſſimis de cauſis, deliberatione atque conſilio reverendorum [illegible] atque Illuſtrium noſtrorum dilectorum cognatorum & affinium, Electorum & Principum, Eccleſiaſticorum & Secularium, Prælatorum, Comitum & Statuum ſacri Imperii hiſce hic Comitiis apud nos comparentium denuo renovavimus, conſtituimus, ac juxta qualitatem & neceſſitatem temporis & negociorum cauſarumque, auximus ac declaravimus: Renovamus, conſtituimus, addimus, augemus ac declaramus eandem hiſce mediantibus ſcienter ac virtute harum literarum hoc modo, ut [illegible] hoc tempore publicationis nemo, cujuſcunq; dignitatis, ſtatus aut conditionis fuerit, ullius rei cauſa, qualecunque nomen habuerit, quove quæſito colore ſeu prætextu id ſieret alteri bellum inferre, armisve eum infeſtare, oppugnare, ſpoliare, capere, invadere, obſidere, aut aliquam prohibitam conſpirationem ſeu fœdus contra alium facere ſerireve debeat. Nec quis alterum poſſeſſione ſua, arce, oppido, pago, ſacra æde, Monaſterio, Sacello, reditibus, penſionibus, decimis, immobilibus mobilibusve bonis, Regalis, Juriſdictione, judiciis, mero ac mixto Imperio, ſpiritualium ac ſecularium, telonus, vectigalibus, fluminibus, paſcuis, aliisve quibuscunq; juribus, nullo excepto, vi manuq; armata ac de facto temere privet aut ſubditos abſtrahat, vel ad inobedientiam adverſus ſuos Magiſtratus concitet, aut eos invito ſuo ac nolente Magiſtratu præter morem hactenus ſub prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus ac Regibus laudatiſſimæ recordationis, & nobis obſervatum, tuendos ac defendendos ſuſcipiat. Quinimo quisque alterum in re ſua quietum ac impeditum relinquat: Tum & alienos ſubditos ſpirituales ac ſeculares per ſuum quisque Principatum, ditionem, Comitatum, dominia ac municipia libere, tuto, ac impedite commeare, migrare, ac proficiſci patiatur: nec ſuis ullo pacto permittat, illorum honori ac libertati præter jus æquumque, vi, factove derogare, eosve comprehendere, lædere, offendere, aut gravare quovis modo.

2. Jam & illi, per quem ejusmodi fractæ paris facinora patrantur, nemo aut ipſe, aut alius ſuo nomine ſerviat, miniſtret, conſulat, auxiliumve præſtet, neque arcem, oppidum, munitionem, pagos, villas, curtesve occupet, aut præter alterius voluntatem vi factoq; temere præripiat, aut incendio aliave via damnificet, ſeu ad id auxilium præſtet: nec ſcienter aut doloſe receptet, hoſpitium, commeatum, victumve præbeat, aut præberi ſuſtineat: Sed ſi quis in alium quid habere ſe putat, de eo experiatur ſuo loco ac judicio, in quo jam antea aut nunc cauſæ ea ordinatione noſtri Judicii Cameræ expedientur, aut deinceps ordine expediendæ fuerint.

Videtur [illegible] Pace pub. ad [illegible] hunc conſtitut.

Cap. II.

** Abrogatio omnis diffidationis & Belli.*

ET obiter quidem omnia manifeſta & publica bella, bellique denunciationes per univerſum Imperium abrogavimus, caſſavimus & removimus: abrogamus, caſſamus & removemus ea ex plenitudine Romanæ Imperialis poteſtatis, ac virtute harum literarum.

* Hunc § adducit Hieron. Schurpff. in. 3 Con. 98 99 & [illegible] ubi non in[illegible] mode [illegible] atq; explicat.

Cap. III.

Quomodo pax publica conſervanda præcepta ſit, & ſub quibus pœnis.

MANDAMUS quoque omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordini ac civitatibus, aliisque omnibus noſtris & Imperii ſubditis ac dilectis fidelibus, acriter præcipientes mediantibus obligationibus, juramentis, & obedientia, nobis ac ſacro Imperio ab ipſis præſtitis, ac quæ præſtare tenentur, adeoq; ſub mulcta ſeu pœna duarum milium Marcarum auri puri, medietatem noſtro Imperiali ærario, & alteram medietatem offenſo vel læſo irremiſſibiliter ſolvendam. Tum & ſub privatione ac perditione omnium & ſingulorum Privilegiorum, libertatum ac jurium, quæ quisque eorum à nobis ac ſacro Imperio obtinet: ut hanc pacem diligenter juxta ac fideliter conſervent, ac ut prædictum eſt, manuteneant & exequantur, ſuisque officiatis, mandatariis & ſubditis medio juramento conſervandam præcipiant. Ac huic unioni & obligationi pacis publicæ, ut prædictum eſt, recte abſque contradictione pareant, & obſequantur, ſub gravi noſtra & Imperii indignatione, ac præſcripta pœna illis ac cuilibet evitanda.

Cap. IV.

** Pœna pacifractorum.*

QUod ſi qui vero vel ſublimioris vel inferioris ſecularis ſtatus, quicunque ille vel illi fuerint, adverſus prædicta quid egerint, aut agere conarentur, ii quidem de facto, ipſo jure, mediantibus

* Videndus Schurpffius in ſupra allegato Conſ. 98.

alüs

aliis pœnis, in noſtrum ac ſacri Imperii Bannum inciderunt. Permiſſumq; [illegible] & ſingulis contra eosdem facinoroſos ac pacifragos, quamprimum iidem per nos, aut nobis [illegible] ſacrum Imperium abſentibus, per dilectum noſtrum fratrem Romanorum Regem, aut noſtro in Judicio Cameræ præmiſſa Citatione in prædictum Bannum incidiſſe declarati fuerint, vim impetumque facere impune tam in ipſorum Bannitorum bona, quam perſonas & corpora, nec temere in eo quisquam aut violenter egiſſe exiſtimetur. Adhæc omnes ſuerarum obligationes, pacta, aut fœdera ipſos ſpectantia, quorum nomine actionem habere potuerint erga obligatos, caſſa & in nihilum redacta ſint: Feuda quoque ſeu militaria beneficia, quotquot transgreſſor poſſediſſet, tenuiſſetque, dominis cedant: nec eadem feuda, aut eorum partem, quoad pacifragus vixerit, neque ipſi, neque aliis ſucceſſoribus eorum, aut ſuam partem, fructumve concedat, ſeu de ipſis infeudet, inveſtiatve. At dominus feudi tamen fructus eorundem feudalium bonorum, quantum de neceſſariis impenſis quotannis ſuperſit, actori ſeu læſo ſub noſtra, & nobis abſentibus, dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri Judicii Cameræ moderatione præbere atque præſtare tenebuntur, quanto pacifragus tempore vixerit, aut donec idem cum læſo tranſegerit, ſeq; concordarit, ac Banno liberatus & abſolutus fuerit.

2. Verum autem re inter Bannitum & offenſum tranſacta compoſitaque, dominus feudi Bannito aut pacifrago abſoluto reſtituat. Si vero Bannitus durante Banno moriatur, & ſui hæredes feudorum capaces cum læſo ſe concordarint, ſeque infeudari petierint, ei petitioni locum dabit dominus, eosque infeudare juxta loci cujusque morem tenebitur: agnatorum vero in hoc caſu jure ſuo ſalvo.

3. Si vero in dominum feudi pax fracta eſſet, ex jure feudali juxta conſuetudinem agatur. Damnificato autem, ſuisque conjunctis & adhærentibus medio hujus tranſactionis tempore, tum & priusquam declaratio ſequatur, contra eosdem facinoroſos ac pacifragos, & eorum auxiliatores & receptores ſua defenſio ac perſecutio incontinenti, aut cum ſuos amicos & auxiliatores habere poſſit, [illegible] que omne Electoribus, Principibus ac Statibus Imperii ſignificandi denunciandique, ut cognoſcant, poteſtas reſervata ſit. Ac iisdem quidem damnum paſſis ipſorumq; conjunctis & auxiliatoribus, facta ejusmodi defenſione ac proſecutione (ſi offenſio ac pacis fractio manifeſta, aut deinceps comperta fuerit) nulla ob id pœna injungetur, aut temere quicquam deſignaſſe putari debebunt.

Cap. V.

De executione Banni, aliisq; pœnis.

CUMQUE ad conſervandam noſtram Imperialem pacificationem neceſſarium ſit, in pacifragos & transgreſſores hujus ordinationis Imperiale Bannum aliasque pœnas, in quas ordine Juris inciDiſſe declarati fuerint, exequi: propterea rationem inivimus cum Electoribus, Principibus, ac Statibus, modumq; ac viam dedimus, qualiter in pacisfractores debita executio ſuſcipienda, ac commeritæ eis pœna irroganda ſit, quæ in communi noſtra Judicii Cameræ * ordinatione ſub ſua Rubrica collocata eſt.

* Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 17. & 2. ſeqq.

Cap. VI.

De Communibus ac levibus ſpoliis.

QUONIAM autem ob vulgaria ac levia ſpolia ac privationes, absque vi violentiaque attamen præter Jus factas, quæ huic Imperiali pacificationi, ejusdemq: pœnis non ſunt ſubjectæ, variæ diſceptationes in Imperio ac contentiones oriri atque contingere poſſent: Veruntamen ad conſervandam firmiter pacem & jus æquum neceſſe ſit, ſpoliatis hoc caſu mature reſtitutionem ſuarum rerum præſtari, æqua commiſeratione erga ſpoliatos moti, adductiq;, cum Electoribus, Principibus, & Communibus Statibus modum ac rationem procedendi dictorum ſpoliationum ergo conſtituimus, quemadmodum in communi Judicii Cameræ * ordinatione hoc loco publicata ſuo titulo habetur ac comperitur.

* Ordinat. Camer. part. 2. tit. 8.

Cap. VII.

De conſtituta publica pace.

PORRO, cum prædictis ſtatibus nos jam hoc loco univimus, ac mediantibus juramentis, quibus quisque noſtrum ſacro Imperio obſtringimur, ad ſervandum id & exequendum conſentimus & obligamur, hoc ipſum facientes per præſentes literas, quod nemo noſtrum deinceps alteri ſuisve fraudulenter ſubornando, connivendo, aut alterius offenſores receptando, contra hanc pacem quicquam moliatur aut machinetur, vel conſentiendo, vel faciendo, vel iuvando, aut aliis permittendo, ut ſupra dictum eſt. Quinimo ſi quis noſtrum alterius pacifragos offenſores cognoverit, ei ve ionotuerint, ſive in ipſo facto ac patrato facinore requiſitus fuerit, aut illos conquirere aut comprehendere poterit, adverſum eos ex incontinenti acriter ac diligenter feſtinet, procedat, agat, ita, ac ſi ipſius res ſit.

2. Similiter nos ac noſtrum quilibet, ut ſupra dictum eſt, apud noſtros officiatos, ſubditos & addictos acriter curabimus, ac efficiemus, mediantibusque juramentis ipſos obſtringentes ad id quod, ut dictum eſt, fideliter conſervandum ac præſtandum, eiq; rei, ut in ſuis quisque municipiis ac mandata functione diligenter proviſionem faciat ac proſpiciat, quo publicæ paci pareatur & obſequatur. E-

ejus-

ejuſmodi fraudulentæ machinationes & clandeſtinæ ſuppetiæ, receptacula & favores præoccupentur, omittantur, ac minime concedantur, ullo pacto, absque dolo.

3. Ac ſi quis ſacro Imperio ſubjectus, nos, Electores, Principes, aut alios ſtatus, ſacro etiam Imperio ſubjectos, auxilioq; Imperio adſcriptos contra conſtitutam publicam pacem, vi, violentiaq; impeteret, bello laceſſeret, læderet, infeſtaret, aut res eorum vi, non jure, occuparet, in hoc quidem flagrante crimine atq; facinore omnes requiſiti, aut ubi ipſis innotuerit, inſequi, tueri, deprehendere, ac aliter non agere debent, ac ſi ipſorummet ſuorumve res eſſet.

4. Quod ſi vero in flagrante patratoque facinore nihil effectum eſſet, aut effici potuiſſet, & facinoroſi illi, eorum auxiliatores, adjutores & fautores ſeu promotores, à nobis, & nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, à dilecto noſtro fratre Romanorum Rege, aut noſtro judicio Cameræ in Bannum juxta ſacri Imperii factam ordinationem denunciati eſſent: taliſq; denunciatio vel etiam excommunicatio, quæ ex eadem noſtra & Imperii ordinatione in adjumentum atq; præſidium denunciationi impetrari poterit: ſi Actor eam, in cujus voluntate ſemper ſitum eſſe debeat, petierit, nihil auxilii cauſæ adſerret: tunc quidem Princeps is, ſub quo patrator ſeu facinoroſus commoratur, ad noſtram requiſitionem, & nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri judicii Cameræ, aut ſi qua ei ob juſtas cauſas à nobis aut dilecto fratre noſtro nobis abſentibus, aut judicio Cameræ remiſſum fuerit: Tunc quidem Circulus, ſub quo facinoroſus ille reſidet, ad noſtram ſimiliter requiſitionem vel interpellationem: ac nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecti noſtri fratris Romanorum Regis aut dicti noſtri judicii Cameræ declaratum Bannum adverſus eundem facinoroſum absque recuſatione exequatur omni eo modo, quo cum Statibus communibus hoc in loco * de executione declarati Banni ac ſententiarum latarum convenimus, ac in noſtra com- *Ordinat. muni judicii Cameræ ordinatione præſentibus Comitiis, quemadmodum ſupra memoratur, clare Camer. part. conſtitutum eſt Quo nimirum publica pax firmiter manu teneatur, ac offenſores ſevere puniantur, ſal- 2, tit. 9. vo nihilominus articulo prædicto, patratorem ipſo facto in Bannum incidiſſe.

Cap. VIII.

De pœna transgreſſorum hujus ordinationis.

SI quis autem noſtram hanc ordinationem, ac obligationem contempſerit, nec eam præſtiterit, aut ut præſtetur, effecerit, aut negligens fuerit: idque palam conſtaret, ita, ut negari non poſſet, cum eosve pronunciamus, declaramus his mediantibus propter ejusmodi contemptum, pœnam violatæ pacis incidiſſe: ac tunc quidem contra eosdem, cum denunciatione, declaratione, executione, ac reproductione talium ac aliarum pœnarum per nos, ac nobis extra ſacrum Imperium abſentibus per dilectum noſtrum fratrem, Romanorum Regem, aut noſtrum Imperiale judicium Cameræ ſevere ac irremiſſibiliter procedatur, agaturque, procedi, agiq; poſſit ac debeat, prout tenore noſtræ publicæ pacificationis, aliasq; æquum fuerit.

Cap. IX.

De mandatis judicii Cameræ contra pacifragos, & qua forma procedi debeat.

QUod ſi contingat, ut quisquam adverſus hanc noſtram pacem vi armata atque exercitu, alterum, aliasve violenter invaderet ac oppugnaret: tunc quidem Imperiale noſtrum judicium Ordinat. Camer part. 2. Cameræ ad implorationem ejus, qui de vi armata ac bello inferendo ſibi metuit, ſeq; ad com- tit. 17 & 23. petens & æquabile jus offerret, aut Imperialis noſter fiſcalis plenum mandatum ac poteſtatem habeat, ei qui in conatu conſcribendi exercitus & expeditione eſt, ſub pœna Banni præcipiendi ac mandandi, ut ab ea violentia factoq; ac invaſione deſiſtat, & jure competenti contentus ſit.

2. Si autem ille illive, quibus id mandatum eſt, non paruerint, Imperialis fiſcus noſter adverſus eum eosve contumaces poſt prædictum Mandatum ad declarationem absq; mora matureq; procedere: eosque contumaces per judicium noſtrum Cameræ in Bannum, aliasq; pœnas publicæ pacis, ut decet, pronunciari ac declarari debebunt: Nihiloq; minus judicium noſtrum Cameræ contra omnes & ſingulos illius illorumve, qui, ut prædictum eſt, in armis ac propoſito inferendi belli extiterint, generale ſcriptum avocationis, ſub pœna Banni protinus emittet ac publicabit. Tum & vicinos pro conſervatione ac manutentione, ut ſupra dictum eſt, implorabit ac exhortabitur ad auxilia ferenda iis, quibus hoc modo vis violentiaq; infertur, ac bello infeſtantur.

Cap. X.

Pro expenſis, ad conſervandam pacem atque juſtitiam factis coram judicio Cameræ agi poſſe.

AC cum quiſpiam pro conſervatione & executione pacis & juris, alteri, tenore publicæ noſtræ pacificationis armata manu, auxilia, opemq; tulerit, ac propterea ſumptus expenſasque aliquas fecerit, eas facinoroſus illi aut patrator refundere teneatur: ejusque auxiliatoris arbitrio ſit permiſſum violatorem mox vi, factoq; ad refuſionem expenſarum adigere: aut per moderationem judicii noſtri Cameræ ſub pœna Banni illas ab ipſo extorquere, cui & Cameræ noſtrum judicium mature opem ferre, eamq; minime denegare debebit.

Cap.

Cap. XI.

** Coram judicio Cameræ non ſolum ad pœnam, ſed & pro illatis damnis ac ſpoliatione principaliter agi poſſe.*

* Hoc cap. citat & enodat Mynſinger. cent. 2. Obſervat. 29.

*Hunc locum tractat Oldendorpius Enchirid. Exceptionum, num. 10. ubi ait, non ab re voluiſſe Imperatorem Carolum V. adverſus fractorem pacis agi poſſe tam ad pœnam quam ad reſtitutionem damnorum. &c.

VOLUMUS quoque, caſu quo alicui Eccleſiaſtici vel ſecularis Status, quicunq; is fuerit, fracta publica pace damnum daretur, vis q; facto inferretur, aut ſuis rebus, quocunq; nomine vocentur, nulla excepta, adverſus publicam pacem ſpoliaretur: extunc arbitrio ejus, cui vis illata, damnum datum, ſpoliatioque facta ſit, conceditur atque relinquitur, * ad pœnam juris & pacificationis noſtræ conjunctim aut diviſim, eorumque alterum. Tum quoque de vi illata factaque damnificatione aut ſpoliatione ſimul cum prædictis pœnis, aut tantummodo principaliter ac diviſim coram judicio noſtro Cameræ actionem inſtituere: cui etiam à judice noſtro Cameræ & Aſſeſſoribus mature, ut æquum eſt, Jus atque juſtitia miniſtretur. Salvo tamen in univerſum Imperiali noſtro fiſco jure ſuo, commiſſam pœnam exigendi.

Cap. XII.

Quod inſtantia damni ob fractam pacem dati, ac ſpoliationis in hæredes recidat.

QUERELA igitur noſtro judicio Cameræ præmiſſo modo dati damni aut ſpoliationis ergo mediante conjunctaque commiſſa pœna, aut diviſim tantum, abſque commiſſa pœna annexa, facta, ſi reus pendente ac nondum finita lite ante vel poſt litis conteſtationem moriatur: extunc quidem inſtantia ac lis dicti damni ſeu ſpolii ad rei ſive accuſati hæredes, & ſucceſſores prorogetur, ipſique hæredes teneantur, eandem litem atque inſtantiam eodem ſtatu quo illam invenirunt, continuare: ac quicquid ſuper ea pronunciatum fuerit, præſtare & exequi, vel alioquin alia via ſe cum Actore concordare.

Cap. XIII.

De antiquis fractæ pacis, ac levibus ſpoliis.

QUOD ſi quoque ante hoc tempus quiſpiam ſpoliatus, neque dum reſtitutus, aut juxta Imperialem noſtram reſolutionem horum Comitiorum earrs componeretur, ſive hæ pacis fractæ, ſive vulgares leveſque ſpoliationes exiſterent, iis quidem actio ſua ac reſtitutio vigore jam aureæ conſtitutæ ac modo declaratæ publicæ pacis, alias ve prout de jure agendi proſequendique, his mediantibus, non excepta, verum omni tempore reſervata eſſe debebit: Reo tamen ſua exceptione ſalva atque permiſſa.

Cap. XIV.

De poteſtate judicii Cameræ Bannum ac pœnas ejusdem concernente.

Reſervatio & poteſtas pœnam fractæ pacis in mulctam commutandi: & quod pœna Banni poſſit ex juſta cauſa alterari, & in pœnam pecuniariam mutari, hic expreſſe permittitur, & non ineleganter docet Mynſinger cent. 2. Obſ. 30.

CUM & interdum ea facinoroſorum ac pacifragorum conditio ſeu qualitas ſit, ut pœna fractæ pacis contra ipſos abſque graviori periculo ac majori diſpendio proponi ac ſtatui nequeat, atque juſtum & æquum tamen ſit (ne maleficia maneant impunita) ut quilibet transgreſſorum debitam pœnam luat, eaque pœna ex modo ac qualitate ſui facinoris, ſeu transgreſſionis, ejusque circumſtantiis moderetur: Ideo reſervamus nobis, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, adeoque Cameræ judicio noſtro committimus, ac poteſtatem damus ex officio, aut ad petitionem partis conſtitutam pœnam fractæ pacis, in mulctam ſeu pœnam pecuniariam commutandi: eamq; mulctam in publica noſtra pace nuncupatam moderandi, aut loco ejusdem ad pœnam juris communis, citra tamen omne fiſci noſtri præjudicium, agendi: veluti quolibet tempore ex noſtro atq; Imperii communi jure utilius æquiusque fore exiſtimaverint.

Cap. XV.

Quomodo adverſus pacis fractæ, aut lati ipſis auxilii ſuſpectos agi, & ad purgandum procedi debeat.

SI verò quiſpiam ex Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordine, civitatibus, aliisve, cujuscunq; dignitatis aut conditionis fuerit, Eccleſiaſtici vel ſeculares, aut ſui, contra hanc publicam pacem aggrederentur, clanculum abducerentur, captivi tenerentur, aliis venderentur, traderentur: Suæ arces, oppida, ac domicilia, clandeſtine occuparentur: illegitimis ex propoſito factis homicidiis, latrociniis, incendiis, aut aliis modis perſonam ipſius aut bona contra jus ac publicam pacem noſtram læderetur, & vi, violentiaque premeretur: quacunque via modoq; id fieret: facinoroſi autem ſeu patratores necdum manifeſti eſſent: Actor quoque nec probare vellet, nec poſſet: illi tamen ex legitimis ac prægnantibus ſufficientibus indiciis ſuſpecti eſſent: aut de ea re publica vox & fama exiſteret: Aut ſi quis ex iisdem indiciis hac ſuſpicione laboraret, quod facinoroſis illis

illis ac læſoribus adverſus dictam publicam pacem, auxilium, opem, præſidia, aſſiſtentiam, favorem, commeatum, victum, cibum, potum, aut aliud beneficium præſtitiſſet, exhibuiſſetve: eosve domicilio ſuo, hoſpitiove ſuſcepiſſet, aut recepiſſet, neq; id dum palam conſtaret, exſtiteretve: Volumus, quo nimirum in talibus ac ſimilibus caſibus accuſator ad accuſationem ſuam, & accuſatus ad culpæ ſeu innocentiæ ſuæ expeditionem maturius ac minori ſumptu pervenire poſſit, læſo prorſus poteſtatem factam, facinoris, auxilii, aut conniventiæ ſuſpectum coram ſuo (ſuſpecti) ordinario judice, aut coram nobis, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus coram dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, aut Imperiali noſtro judicio Cameræ, ad excuſandum ſe medio juramento, impetendi: Ita tamen ut judici ſibi electo antea articulatim exponat vel indicet, quibus de cauſis læſorem ſeu facinoroſum ſuſpectum habeat. Ac ubi Judex cauſas & indicia ſuſpitionis legitima, cauſæq; conferentia, & admittenda exiſtimaverit, Citationem decernat adjectis ſuſpitionis articulis, ac ſuſpectum ad certum præfixumque diem citet, ſi non Elector aut Princeps exiſtit, perſonaliter comparendum, ad articulos ſuſpitionis, prout de jure reſpondendum, ſeque ipſum perſonaliter medio juramento purgandum, innocentiamque ſuam demonſtrandam: Simul & cum ea Citatione ſuſpecto loco noſtri ac ſacri Imperii nomine ſalvum conductum pro ipſo ac ſibi aſſiſtentibus ea dicta die ſeu termino ad ſuum cujusq; domicilium ſecuris ſcripto tranſmittat. Quæ quidem Citatio caſu, quo citato ad oculos aut ſuum conſuetum domicilium denunciari non poſſet, in duobus aut tribus locis, unde citato veriſimiliter innoteſcat, affigi debet. Ad quam Citationem citatus, ſi non eſt Elector aut Princeps, perſonaliter: Si vero Elector eſt aut Princeps, per conſtitutum Procuratorem ſuum comparere, ac ſuper articulis reſpondere tenebitur. Quos ſi negaverit, ac pars agens ſuſpitionem ſufficientibus indiciis ſeu ſama rumoreve, aut per unum aliquem fide dignum teſtem, qui de facto ſeu ſacinore, de auxilio, aſſiſtentia, aut conniventia teſtaretur, probaret: aut ſi ſuſpectus de vulgo levioriſque ſtatus: Actor vero gravis ac honeſta perſona, ejusq; fides, ſtatus, natalitia, atq. conditio nota eſſent, datosq; ad hoc articulos ſuos medio juramento veros affirmaret: ex tunc ſuſpectus tenebitur, eique per decretum imponatur, ad ſe medio juramento purgandum, niſi Judex legitimis de cauſis ipſi in jure propoſitis moveatur, ad dandum aliquem Commiſſarium, coram quo ſuſpectus domi ſuæ, aliove idoneo loco, juramentum purgationis perſonaliter præſtet, quod ipſi harum vigore concedendum eſt. Si qua verò communitas vel Eccleſiaſtica vel ſecularis hoc modo accuſaretur, duæ partes Senatus ſeu Conſulatus ejusdem communitatis coram Commiſſario ad hoc deputato perſonaliter jurare tenebuntur. Et ſi aliquæ inter eos perſonæ conſulatus privatim ſuſpectæ eſſent per Actorem nominatæ, & hæ inter duas illas partes prædictas quoque ad jurandum includantur ac connumerentur. Si autem quidam ejusdem oppidi, civitatis, aut communitatis conjuncti, ut privatæ perſonæ, ſive in conſulatu ſint, ſive extra conſulatum, ſuſpitione laborarent, cum illis agatur eo modo, quo cum aliis privatis perſonis, ut dictum eſt. Sique accuſatus tanta & tam gravi ſuſpitione laboraret, ut aliorum quoque purgatione neceſſe eſſet, in arbitratu ſtet judicis, ſibi eam velit injungere, nec ne, qui nimirum compurgatores jurabunt, ſe credere, quod ille illive, qui ſe per juramentum excuſarunt, recte vereq; juraverint. Hac purgatione facta, à ſuſpicione ſit liberatus, ac utrunque juramentum juſtè præſtitum habeatur, donec accuſatus in jure de facto ſeu ſacinore convictus fuerit. Tunc quidem debet ac poteſt contra convictum tanquam ſacinoris reum ac perjurum ad pœnam, aliasq; ut æquum eſt, procedi, agique.

2. Verum ubi accuſatus purgationem aut excuſationem quovis modo recuſaret, aut citatus ad dictam diem perſonaliter absq; probabili allegata ratione legitimorum impedimentorum non compareret: ejus tunc quidem, cujus ſuſpitione laborat aut accuſatus eſt, ſacinoris reus habeatur, ac pronuncietur: Accuſatori quoque, aut Imperiali noſtro fiſcali Citatio, ad videndum & audiendum ſe talis facinoris ergo in Bannum ac pœnas publicæ pacis incidiſſe, declarari ac denunciari, concedatur. Adhæc absque ulteriori probatione inſimulati ſacinoris (niſi accuſatus ad docendam ſuam innocentiam paratus eſſet, in quo audiendus erit) in pœnas publicæ pacis noſtræ declaretur, denuncietur, aliasq; in hoc, ut decet, procedatur, agaturque.

3. Si & ob id in Bannum ita declaratus fuerit, neq; nos ipſi, neque Electorum, Principum, Comitum, Baronum, Dominorum, Magiſtratus, aut aliorum quisquam eum ſcienter in aula ſua, Curia, ædibus, aliasve ſuſtentare, hoſpitio ſuſcipere, paſcere, victum ſeu commeatum præbere, clam palamve: ſed tanto tempore, quanto Bannitus eſt, evitare, pro infami æſtimare, ac habere debemus, omnesq; illi homines in univerſum adverſari poterunt, prout tenore ac vigore publicæ conſtitutæ pacis fieri æquum eſt & decet.

4. Aſt ſicubi is, ut prædictum eſt, citatus propter corporis ſui conſtitutionem, qualitatemve, aut aliis manifeſtis de cauſis perſonaliter comparere non poſſet, à ſuo quidem, aut vicino Domino ſeu Magiſtratu probabile documentum, ſub ejusdem Domini ſeu Magiſtratus Sigillo judici transmittat, ſicq; cauſas ſuæ abſentiæ & excuſationes proponi faciat, eique Judex ulteriores dilationes (ſi qua ſpes ſeu opinio eſt impedimenta ac remoras illas brevi ceſſaturas eſſe) indulgeat ac præfigat. Vel, ſi quominus, Commiſſarios prædicto modo ad procedendum in cauſa agendumq; ordinabit.

5. Si autem ſuſpectus fuerit Elector, aut Princeps, iſtud juramentum coram judice per conſtitutum Procuratorem, qui omnino ex nobilibus ſit, in animam ipſius præſtabit. In quibus cauſis ſummarie, quemadmodum Imperii ordinatio pacis fractæ ergò conſtituta, perhibet, quovis tempore procedatur.

6. Debemus nos quidem ac poſſumus, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilectus

frater noſter, Romanorum Rex, aut Imperiale noſtrum judicium Cameræ, non ſo[illegible] nem partis, aut Imperialis noſtri fiſcalis, verumetiam proprio motu atque ex officio eas p[illegible] excuſationes aſſumere, ac illis prædicto modo ſuſpect[illegible]s ad faciendum imponere.

7. Permiſſum quoq; ſit ac liberum unicuiq;, qui alterum non modo facti aut auxil[illegible] lati, ut ſupra dictum eſt, ſuſpitionis, ſed etiam eorundem reum eſſe, accuſare, idque probare voluerit coram nobis, aut nobis, ut ſæpe dictum eſt, abſentibus, coram dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, aut noſtro Imperiali judicio Cameræ, aliisve ordinariis judiciis, quo ejusmodi cauſæ pertinent, ſpectantque, ut facere, proponereq; poſſit, ubi & mature ei jus, juſtitiaq; adminiſtrari debebit.

Diffamare cave, quia revocare grave. l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 25.

8. Quod ſi quispiam verò alterum absq; juſtis cauſis ſuſpectum facere, ac diffamare, nec eam ſuſpitionem in jure proſequi vellet, is, ut jam dictum eſt, diffamatus, aut in ſuſpitionem acceptus, poteſtatem habeat, eum, qui ſuſpectum ipſum facere conatus eſt, coram noſtro Imperiali judicio Cameræ, aut ſuo ordinario judicio impetendi, in quo & jus ipſi juſtitiaq; miniſtretur. ‡ Ac volumus hisce mediantibus nulli Magiſtratui, quorum ea poteſtas eſt, derogatum contra maleficii ſuſpectos licere agere, prout quolibet in loco juris eſt, & conſuetudinis.

Cap. XVI.

De alienatione bonorum in fraudem. Ordinat. Camer part. 2. tit. 11.

De purgatione eorum, qui bona ſua fraudulenter ac doloſè alienant, aut qui ea hoc modo ab aliis accepiant.

SIMILITER declaramus, ordinamus, ſtatuimus ac volumus pro conſervanda & exequenda noſtra pacificatione, ſi quis quacunque dignitate, Statu, aut conditione emineat, ex legitimis præſumptionibus vel indiciis hac ſuſpitione laboraverit, quod arcem, oppidum, caſtrum [illegible] munitionem, aut bona ſua doloſè commodo ſuo vendat, alienet, permutet, aut cuiquam tuitionis nomine, aliave de cauſa donet, tradatve, quocunque colore ſeu prætextu id fecerit, ac inde pacificationis conſtitutionem transgreſſus fuerit, pacemq; fregerit: Tunc quidem poteſtas erit, licebitque nobis, & nobis fortè abſentibus extraq; ſacrum Imperium conſtitutis, fratri nobis dilecto, Romanorum Regi, aut judicio Cameræ ex officio, vel ad implorationem offenſæ ac læſæ partis, aut noſtro Imperiali fiſco venditorem & emptorem, alienantem, tradentem, & accipientem, aut protectorem, memoratæ fraudis ac doli ſuſpectos coram ſe omni modo, ut proximo articulo conſtitutum eſt, citare, ac ſcripto vocare, ad ejusmodi memoratam fraudem, & dolum expurgandum. Quod ſi ille aut illi tali modo vocati ac citati perſonaliter non comparuerint, neq; ejusmodi expurgationem fecerint: Tunc quidem ob talem eorum contumaciam vigore prædicti articuli contra ipſos agi ac procedi debebit.

Cap. XVII.

Pacis fractores, & ejusmodi patratores domi non eſſe recipiendos: Ac de eorundem ſalvo conductu.

TALES quoq; facinoroſos, patratores, & violatores pacis, nemo hoſpitio domiq; ſuæ recipiat, vel commeatum, cibum, potumve aut aliquod adjumentum ſeu ſubſidium præſtet, in ſuis municipiis, ditione, dominio, proprietate, aut territorio, quinimo eosdem comprehendere, & adverſus eos acriter tendere ex officio, & ad quorumlibet accuſationem contra illos juſtitiam miniſtrare: nec hisce adverſum tueri, defendere, aut ullas ſuppetias opemve ferre, nec ulla indulta, ſecuritates, præſidia, libertates, aut ſalvum conductum dare ſeu concedere, quando horum omnium parte adverſa non permittente aut conſentiente incapaces ſunt, neque talibus prædictis omnibus ullo modo frui debebunt. Quandoquidem in omnibus datis indultis, ſecuritatibus, conditionibus, pactionibus & conductis, à quoquam conferendis, ſeu præſtandis talem pacis violationem volumus exceptam, nec in ea comprehenſa eſſe: teneatur accuſator in hujusmodi caſibus & lite, paria vincula ſeu pœnam talionis ſubire, ſed cautionem tantum ſiſtendi juris, ut æquum eſt, præſtare.

2. Verum ſi quis hanc ipſam præſtare nequiret, aut alioqui diffamata, peregrina, extraneave eſſet perſona, tum ea in finem litis juxta ejusdem perſonæ qualitatem honeſtè ac integrè cuſtodiatur: niſi ipſe patrator aut facinoroſus cum ipſa rapina prædave deprehenſus ſit, aut facinus alioqui manifeſtè ita conſtaret, ut nulla probatione opus eſſet, aut ea incontinenti fieri poſſet: tunc quidem accuſator ille opulentus à cautione: & alter ignotus aut diffamatus à cuſtodia ſeu vinculis liberetur.

3. Volumus quoque, ut omnes Electores, Principes ac alii Status Imperii, in omnibus ac ſingulis eorum datis indultis, ſavoribus, ſecuritatibus, conceſſionibus, ac conductis, in Bannum declaratos ac denunciatos, publicatosq; pacis violatores fractoresq; nominatim & expreſſè excipiant & excludant excepto eo, ſi ad excuſandum, ut ſupra dictum eſt, aut ad tranſigendum ſeu amicabiliter componendum ejusdem rei cauſa cum conſenſu partis adverſæ conſcripti, vocatique fuerint, tunc quidem ipſis, per eos, à quibus ad ejusmodi tractationem vocantur, licebit neceſſario conductu aut ſecuritate impartiri, cujus ipſi quoq; in tali cauſa capaces eſſe debeant, atque participes fieri, omni modo, perinde ac ſi in Bannum declarati denunciative non fuiſſent. Et ſi pacifrago plures eſſent adverſarii, iidem quoque pro conſenſu ſimilis conductus requirantur, quam & ſcripto præſtare illi teneantur. His verò non conſentientibus aut denegantibus, nihilominus pacifrago ad dictam diem ac inde diſcedendi ſalvus detur conductus.

4. Cumq; in Imperio multifariam accidat, ut quidam è vulgo ac leves ſubditi, aut municipes, ob facino-

cinora ac delicta à Magiſtratu ſuo recedant atque profugiant, jus juſtitiamq; averſantes ac declinantes, aut aliis iniquis de cauſis magiſtratui ſuo ac vicinis inſurgentes, negociumq; faceſſentes, eisdemq; minantes, ac pro prætenſa ipſorum actione ſeu jure ordinariam æquamque jurisdictionem & juſtitiam recuſantes: Quibus obviando ordinavimus & ſtatuimus, ut nemo tales ſciens, prudensq; deinceps ſuſtineat, ferat, domi ſuæ, hoſpitiove recipiat, foveat aut conducat: Sed imo poteſtas ſeu magiſtratus, ſub quo tales profugi deliteſcunt, ubi minas eorum ſenſerint, aut perceperint, eo adigere ipſos debent, ut fidejubeant, caveantque, ſe ordinario juri coram magiſtratu ſuo parituros eſſe, ac factum, facinusque nullum deſignaturos, quin evitaturos potius. Quos item profugos minantes nullum Privilegium ſeu libertas tueri, defendereve debebit. Poteſtas attamen ſeu Magiſtratus neceſſarium conductum illis contra vim violentiamque præbebit, & eum quidem etiam brevi via modoque ſeu ſummariè illis miniſtrabit. Facit hic Conſt. V. Const. Camer. … 2. & 3. 17

5. Quæcunque autem Poteſtas ſeu Magiſtratus adverſus hæc quenquam reciperet, foveret, conduceret, aut caveri ſibi, ut præfatur, negligeret, omitteretq;, adverſus eum quidem, ubi admonitus fuerit, una cum recepto ac conducto veluti contra violatorem pacis ad meritas pœnas procedatur.

Cap. XVIII.

De pacis fractorum receptoribus.

QUod ſi facinoroſi ac transgreſſores hujus pacis talia latibula, munitiones aut præſidia ſeu fautores haberent, ita, ut majori vi, militaribusq; copiis neceſſe fuerit, tunc quidem adverſus facinoroſum, ejusq; receptorem, poſteaquam in noſtrum atq; Imperii Bannum ordinaria via declarati fuerint, ad executionem obtentæ ſententiæ Banni, & pœnarum procedatur, quemadmodum de executione, ex conſenſu communium Statuum, ceu præfatur, jam hoc loco à nobis clare proviſum atq; ordinatum eſt. Ordinat. Camer. par. 2. tit. 14.

2. Si quis autem iſta pacificatione comprehenſus, cujuscunque Status, dignitatis ſeu conditionis fuerit, Eccleſiaſticus vel ſecularis, à quopiam hac pacificatione non complexo, impeteretur, accuſaretur, aliasve læderetur, aut idem facinoroſos ac læſores domi ſuæ foveret, reciperet, aut ſuppetias, opemve ferret: tale quidem ab ipſis læſis, aut à noſtro judicio Cameræ nobis, aut nobis abſentibus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, ſignificetur, juſtam in ea re debitamque proviſionem facturis.

Cap. XIX.

De poteſtate judicii Cameræ contra pacis violatores.

QUod ſi cauſæ executionum contra declaratos pacifragos, aut ipſorum Receptores & auxiliatores tam graviter ac periculoſæ contingerent, ut propterea congregationem communium Statuum fieri oporteret, id etiam nobis Judex Cameræ & Aſſeſſores, ſicubi in Imperio Teutonicæ nationis fuerimus, aut nobis abſentibus, fratri noſtro dilecto, Romanorum Regi protinus ſignificabunt, ad hoc, quid facto opus ſit, deliberandum, ſtatuendumque.

2. Atqui tamen nihilominus Cameræ Judex noſter, judiciumq;, ad implorationem læſorum, belloque pulſatorum, vel etiam ex officio adverſus transgreſſores & fractores pacis ſedulo, ut æquum eſt, procedere debebunt.

Cap. XX.

Quomodo Accuſatori contra Banniti arces, munitionesq́; auxilium præſtetur.

ET ſi quam Bannitus arcem vel munitionem habeat, quam Elector, Princeps, vel Status, ſub quo Bannitus commoratur, accuſatori, ut ſupra dictum eſt, tradere non poſſet, tali in caſu ipſi accuſatori auxilium feretur, eum in modum, * velut de executione Banni & ſententiæ, in noſtra judicii Cameræ ordinatione hiſce Comitiis hoc in loco conſtitutum, ordinatum atq; proviſum eſt. * Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 17.

Cap. XXI.

Contra plurium atq́; communium vaſallorum arces.

CUm & jam pridem nobis & hodie graviter conqueſtum ſit, quomodo è communibus quorundam nobilium ſeu vaſallorum caſtris vel arcibus, ac in eisdem quoque multæ ac variæ læſio captivorum hominum, rapinarum, prædationum & incendiorum adverſus publicam noſtram pacificationem crebro contingant, ac frequenter uſitatoq; moliantur: Idcircò communium Statuum deliberatione, conſilio, atq; conſenſu ſtatuimus & ordinamus, idq; præſentium tenore facimus, ut ſi quam declarati Banniti vel fractores pacis in ejusmodi communibus caſtris vel arcibus partem, commune domicilium, aut jus aliquod habeant eo penitus excidant, nec ante ad id admittantur vel recipiantur, quam nobiscum, cum Imperio, ac parte adverſa de re ſua negocioq; tranſegerint. Quæ declaratio noſtra atq; conſtitutio omnibus communibus vaſallis & arcibus per hanc noſtram Imperialem pacificationem publicata jam denunciataque ſit, ac notificata. Sin autem tales communium caſtrorum ſeu arcium vaſalli ſpreta hac denunciatione Bannitos, vel pacifragos ſua parte, communi habitatione, aut jure abuti permiſerint, atq; in his contumaces extiterint, declaramus, ordinamus, ſtatuimus ac volumus ipſos ob eandem contumaciam in pœnas hac pacificatione, manutentione ac declaratione contentas incidiſſe, eaq; Bannum denunciari debere. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 13.

Cap. XXII.

De Bannitis bona ſua doloſe alienantibus, & in tuitionem aliorum conferentibus.

Ordinat. Ca- mer. par. 2. tit. 12.

SIMILITER ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, hiſce acriter præcipientes, ſi quis declaratus Bannitus aut pacifragus res ſuas ſeu bona cuiquam Principi, Poteſtati, Magiſtratui, communitati, aut aliis tuitionis, alteriusve rei cauſa dederit ſeu tradiderit, hæ res quidem ac bona ab iis Principibus, Poteſtatibus, Magiſtratibus, communitatibus aut aliis non recipiantur, neq; ipſi ultro ea ad utilitatem Bannitorum ac pacifragorum accepten. Quod autem ſi fieret, declaramus, pronunciamus, ordinamus ac volumus, ejusmodi traditionem, dationem aut acceptationem declaratis Bannitis aut pacifragis nequaquam prodeſſe, aut quicquam ipſis uſui utilitative fore. Ac eosdem etiam Principes, Poteſtates, Magiſtratus aut communitates ob id de facto in Bannum aliasque pœnas in pacifragos conſtitutas incidiſſe, & ita denunciari ac publicari.

Cap. XXIII.

Si Eccleſiaſticæ perſonæ adverſus hanc pacificationem deliquerint.

QUOD ſi Eccleſiaſticæ perſonæ, quod minimè arbitramur fore, adverſus hanc pacem noſtram & mandatum facturi ſint, utiq; Prælati, quibus eſt immediate contra illos jurisdictio ordinaria, ad interpellationem læſorum, eos absq; mora ad reſarcienda rependendaque damna, in quantum facere poſſunt, adigere, cogereq; debebunt, graviterq; ob transgreſſionem punire: Sin vero ipſi ceſſarent, nec facinoroſi comperentur: ipſos quidem ſimiliter ut facinoroſos harum vigore noſtra & Imperii gratia ac tuitione omni deſtituimus atq; privamus, eisque ut pacem impedientibus in ipſorum adverſitatibus neq; præſidium neque patrocinium aut defenſionem ullam præſtabimus: nihilominus tamen ad excuſandum ſe, ſi ſuſpecti eſſent, velut ſupra de ſecularibus poſitum eſt, admittentes. Neque contra hanc pacis ſanctionem quisquam ſcripto, jurejurando, aut alio quovis pacto obligetur vel ipſe, vel alterum obſtringat, quod hæc omnia virtute Imperialis poteſtatis noſtræ vana, inutilia, & nequaquam fore obligatoria pronunciamus & declaramus: In aliis tamen particulis, punctis & articulis, iisdem literarum obligationibus, juramentis aut confœderationibus ex tenore ſuo ſalvis: neq; hæc publica pax ulli de ſuis legitimis debitis, ſeu creditis, ſeu literarum obligationibus quicquam vel adimere, vel etiam adferre debebit.

Cap. XXIV.

De privatis equitibus graſſatoribus.

CUMQUE plures equitum ac peditum ſint, partim neq; dominos habentium, partim quidem habentium, ſed alibi agentium: aut quos ſibi arrogant vendicantve dominos, ii tamen in illos nihil poteſtatis ſeu jurisdictionis habent, quin hinc inde in ditionibus ac municipiis ſuæ libidinis ac prædationis cauſa vagantium: Ordinamus, ſtatuimus ac volumus, ut deinceps ejusmodi equites ac pedites in ſacro Imperio nequaquam ferantur aut ſuſtineantur, ſed undiquaq; conquirantur ac venentur, comprehendantur, & ſevere interrogentur, propterque ſua delicta & facinora graviter puniantur. Et ad minus ipſorum res, facultates, & bona eis auferantur, deprædentur, ac juramentis, fidejuſſoribus, cautionibusq; neceſſariis devinciantur ac obſtringantur.

Cap. XXV.

De peditum Dominis carentium conventiculis, factione, & eorum in agricolas graſſatura.

SI quoque in futurum accidat, ut in cujusquam noſtrum Electorum, Principum, aut aliorum Statuum, Eccleſiaſticorum aut Secularium Principatu, ditione, civitate, aut municipio extranei milites, ſive ſint equites ſeu pedites, ſive ſinguli ſive per cohortes, aliasve magno aliquo numero præter Electoris, Principis, aut Domini cujuslibet loci voluntatem permiſſionemve delitere ac vagari præſumant: Elector quidem, Princeps aut Status, in cujus principatu, ditione, municipio ſeu dominio concurſum faciunt, congreganturq;, ab ipſis requirat, cui domino militent. Et ſiquidem reſponderint, ſe nobis, aut dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, militare aut conſcribi, ejusque rei certum aliquod documentum exhibuerint, ſuo ipſorum commeatu, atque impenſis abire patiantur: Si quem vero dominum indicare non poſſent, aut certo quem etiam nuncuparent ſeu indicarent, is tamen, ſi quicunq; velit, citra noſtrum mandatum atq; indultum, & absque manifeſta nota, neceſſaria, legitima cauſa conſcribendorum, ducendorumq; militum jus non habeat, neq; id ita oſtendere poſſet: Tunc quidem Elector, Princeps, aut Status, in cujus Principatu, ditione, municipio, vel territorio exiſtunt, omni diligentia ac ſedulitate adhibita, ejusmodi factionem, congregationem, atq; concurſum ſive ſingulatim, ſive gregatim, ut amoveat, avertat, vel etiam prævertat, præveniatq; operam dabit. At ſi uni id Principum præſtare impoſſibile fuerit, vicinos Electores, Principes, aut Status ilicò requirat, ſibi juxta modum vim ejus factionis concurrentis, aliorumq; militum & equitum & peditum, aut ſi quibus opus erit fuerit, machinis ſeu tormentis bellicis ocyus adſint, aſſiſtantque, & ejusmodi errones, dubiosq; milites, ut ſupra dictum eſt, oratione perſuaſioneque, aut facto diſſipent, & citra cujusquam incommodum aut

damnum

dammum, quantum in poſſis, ditione ac municipiis eliminent: Duces & Capitanei ſi poſtea alibi deprehenſi fuerint, cogant, ut non ſolum data, factaque miſeris ſubditis damna reſarciant, verum etiam ejuſmodi factionis duces & autores ad pœnam debitè infligendam mancipent. Et ad hæc quilibet fidelem operam atq; ſuppetias ferant. Quod ita etiam Elector, Princeps, aut Status requiſiti, ut prædictum eſt, ſuo ipſius ſumptu facere tenebuntur, ſub gravi noſtra atq; Imperii indignatione, atque etiam mulcta quadraginta Marcarum auri puri nobis irremiſſibiliter exolvenda. Quam pœnam quoq; Imperialis noſter fiſcus à contumacibus, ut decet, exigendi hiſce mediantibus poteſtatem, mandatumq; habeat. Ac nihilominus Elector, Princeps, aut Status, qui tali modo pro ferendo auxilio ac juvamine faciendo requiſitus ſit, jus ac poteſtatem habeat, contumacem luæ ac ſubditorum ſuorum læſionis, damniq; acceptique ergo coram judicio Cameræ noſtro in jus vocare, ubi & reſpondere, & damnum datum ex moderatione dicti judicii noſtri Cameræ refundere tenebitur.

2. Ac ſicubi milites iſti enumeratis jam conceſſisque rationibus etiam tolerantur, nihilominus Duces ipſorum & Capitanei tamen de ſolutione ac commeatu fidejubeant, ad quod medius quoque ipſorum juramentis adigantur ac compellantur.

Cap. XXVI.

De iis qui ultra diem & annum in Banno perſeverant.

PORRO ordinamus, ſtatuimus, arbitramur, ac volumus, ut quilibet cujuscunque dignitatis, conditionis, aut Status ſit, qui ultra anni ſpacium tempusq; temere in Banno perſeveraverit, manſeritq;, per Archiepiſcopum aut Epiſcopum, ejusve Vicarium aut Officialem ejus Epiſcopatus, in quo commoratur, cuive ſubjectus eſt, literis compaſſua, aliisque Proceſſibus mediantibus, ut decet, in Bannum declaretur & aggravetur.

Cap. XXVII.

Qui ob fractam pacem banniuntur.

QUICUNQUE iſto modo ob facinus, ut ante poſitum eſt, & infra ponetur, in Bannum veniunt, inciduntve, à nobis quidem, aut nobis extra Imperium abſentibus, à dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, non abſolveotur præter læſi voluntatem, ſi non inde jure ſe exemerint aut extricarint.

Cap. XXVIII.

Abrogatio omnium privilegiorum, ſeu libertatum huic pacificationi adverſantium.

SEPONIMUS quoq; & abrogamus omnes & ſingulas gratias, indulta, Privilegia, libertates, conſuetudines, fœdera & obligationes, per nos, aut noſtros in Imperio anteceſſores, aliusve ante emiſſas & conceptas, quovis modo huic pacificationi noſtræ adverſantes, contrave facientes ſeu facturos in poſterum, quibuscunq; verbis, clauſulis, ſenſu poſitæ pactæq; eſſent. Quas & quæ omnia nos ex Romanæ Cæſareæ poteſtatis plenitudine hiſce mediantibus, præſentiumq; tenore ſeponimus, volentes, neminem, cujuscunq; dignitatis, ſtatus, aut conditionis ſit, huic pacificationi & mandato adverſum, per ejusmodi gratias, indulta, libertates, conſuetudines aut fœdera ſe tueri, defendere, aut excuſare debere, aut poſſe, nullo pacto, modove.

Cap. XXIX.

Pax hæc publica aliis juribus nihil deroget.

AC iſta mandata quidem publicam pacem, & ejusdem pœnas complectentia, & concernentia, communibus noſtris & Imperii juribus, reliquisq; ordinationibus & juſſionibus ſeu præceptis ob id ipſum antea emiſſis in tantum; non quod per illos articulos non eſt abrogatum, imminuta, quinimo aucta eſſe volumus, ita ut immediate ac incontinenti unusquisque poſt harum publicationem, eandem pacem ſervare teneatur.

Cap. XXX.

Conſervatio ac defenſio pacificationis juris, & ordinationis hujus.

QUONIAM autem omnes ordinationes, mandata, & juris adminiſtrationes ſeu executiones inefficaces ſunt, niſi digna rectaque conſervatione ac defenſione muniantur, & confirmentur, efficiunturque: Idcirco, & quo ſacrum Imperium, Status que ſui, & ſubditi eam pacem, jusque & ejus conſervationem alacrius ſibi uſurpare, congratularique poſſint, nos quidem, cum Electoribus, Principibus, ac Statibus Imperii jam hic congregatis, ipſique viciſſim nobiscum concordavimus, univimus, conſenſimus, ac obligavimus, mutuoq; obſtrinximus, dictam pacem, jusq; acriter & ſevere ante omnia conſervare, manutenere, idque efficere ac præſtare. Tum & in noſtris terris, ditionibus, municipiis ac dominiis, omnibus noſtris officiatis & ſubditis, mediantibus ipſorum juramentis mandabimus, inque patentibus literis ſeu diplomatibus noſtris præcipiemus, eam manutentionem fieri, quotiescunq; neceſſarium fuerit.

2. Ac quidem ſi contingat, ut contemptores & transgreſſores publicatæ pacis noſtræ, aut ii qui latis ſententiis ac mandatis noſtri judicii Cameræ, arbitrariis transactionibus temere & contumaciter obſiſtant, arcibus, munitionibus, caſtris, præſidiis, auxiliisve ad ſua temeraria facinora uterentur: Tum

& ſi [illegible] pacificatione complexus, cujuſcunque ſtatus [illegible], ſive [illegible] vel ſe [illegible] hac præſentione comprehenſo, bello infeſtaretur aut [illegible] lenter [illegible] ceptar [illegible] ppetias, omnive pa[illegible] laret, ad [illegible] ut contra, juſt [illegible] ac eorum receptores & auxiliatores ab Electoribus, Principibus, ac Statibus [illegible] eſſ [illegible] videtur executio, quemadmodum in memorata [illegible] ju[illegible] erit Cameræ [illegible] Comitiis, hoc quæ loco cautum atque conſtitutum eſt, gr[illegible] bus ac ſufficientibus de [illegible] poſſet, noſt[illegible]rid quidem Cameræ Judex & Aſſeſſores, aut læſus ipſe nobis, ſicubi in [illegible] aut nobis abſentibus, dilecto fratri noſtro R[illegible] R[illegible] illud ſignificent, & ſi tunc [illegible] rit, debemus ac volumus ipſi, aut jam di[illegible]tus dilectus frater noſter, Electores, Princi[illegible] Comites, Barones, ac Status Imperii protinus convocare, ad perſonaliter, aut juſtis de cauſis [illegible] conſtitutos ſeu mandatarios comparendum, nobiſcum d[illegible] raturos, conſultaturos, acturos ac [illegible]naliter determinaturos, rationemque inituros, qua læſus primum reſtituatur, deinde pacifragi ad pœnam & reparationem datorum damnorum adigantur, ac rei judicatæ, ſi quis executioni jus [illegible]nere obſtitiſſet, ſatisfaciat.

3. Et ſi quæ alias Chriſtianitatem, ſacrum Imperium, communem Rempubl. conſervationem hujus noſtræ pacificationis, aliaque concernerent, ac proponerentur, in melius ſuſcipienda, ſtatuendaque forent.

4. Debemus quoque ac volumus hujusmodi noſtram, & ſacri Romani Imperii conſtitutam [illegible] publicatam pacem, atque ejusdem ordinationem & conſtitutionem, juris conſervationem, & executionem eorundem mutuo ac invicem fideliter continere & obſervare.

5. Ac ſi qui forent (nemine excepto) qui adverſus iſta ierint, fecerintque, aut facere præſu[illegible]lerint, quovis modo, contra eos quidem mutuum auxilium, conſilium, præſidiumque præſtabi[illegible], nequaquam alter alterum deſerentes.

6. Quocirca mandamus omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & [illegible]ribus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, equitibus ac militibus, Magiſtris civium, judi[illegible]b[illegible] conſiliariis, civibus, communitatibus, ac aliis omnibus noſtris & ſacri Imperii ſubditis ac fidelibus, cujuscunque dignitatis, Status, aut conditionis ſint: acriter ac firmiter vobis ex Romana Imperat[illegible] poteſtate mediantibus juramentis, quibus nobis præcipuè ac ſingulariter Imperii nomine devinct[illegible] que obſtricti eſtis, adeoque per obedientiam, quam nobis ut Romano Imperatori debetis, etiã ſ[illegible]b a[illegible]miſſione privationeque omnium gratiarum, Privilegiorum, ac Jurium, quæ a nobis & ſacro Imperio, aut ab aliis etiam tenetis, hiſce mediantibus, mandantes, ut hanc præſcriptam pacificationem mandatumque noſtrum in omnibus punctis, articulis, & tenore ſuo, firmiter ac fortiter omni [illegible]gent[illegible]a conſervetis: perque ditiones, Principatus, Comitatus, dominia, municipia, quæ quisque gubernat, inque mandatis habet, per veſtros præſides, officiatos, vicem gerentes, Vicarios, Præfectos, Adminiſtratores, quocunque nomine vocentur, etiam ſubditis ac municipibus veſtris conſervanda & exequenda acriter mandetis, efficiatis, ac præparetis, nihil in his negligentes, nec in adverſum cogitantes, facientesve clàm aut palàm, nulla ratione, ſub omnium prædictarum ſimulq; aliarum pœnarum, communium Imperii Jurium, Regiæ reformationis, noſtræq; graviſſimæ indignationis cautela ſeu evitatione. Ac præ[illegible]iſta, mandatumque communibus noſtris & Imperii Juribus, & aliis Ordinationibus ac Mandatis publicatis nihil obeſſe nihilq; detrahere, ſed ea augere ac immediatè poſt hanc publicationem quisq; eam ſervare teneatur.

Perpetua ſit non temporalis hæc conſtitutio pacis

7. His interfuerunt devoti nobis dilecti amici, cognati & affines Electores, Principes, ac Status in maximo numero, & abſentium Legati ac Mandatarii, Civitatumq; Nuncii, quemadmodum omnes illis Comitiis hic Auguſtæ habitis comparuere, ac in Receſſu ejusdem nominatim exprimuntur.

8. Teſtimonio harum literarum noſtri Cæſarei ſigilli appenſione obſignatarum.

9. Ac nos Electores, Principes, Prælati, Comites, & Barones, atque abſentium Principum, Prælatorum, Comitum, & Baronum, item liberarum Imperiique Civitatum Legati, Mandatarii, & Nuncii, qualiter omnes in his Comitiis hic Auguſtæ habitis comparuimus, atque in Receſſu eorundem Comitiorum circa finem nuncupati ſumus, fatemur noſtro noſtrorumque ſucceſſorum ac hæredum nomine: atq; etiam Dominorum & Magiſtratuum noſtrorum nomine, a quibus mandata accepimus, vel ad hæc Comitia miſſi ſumus, eorumq; ſucceſſorum & hæredum, quicquid præſcripta omnia, nempe gratioſiſſimi Domini noſtri Romani Imperatoris obligationem, Ordinationem Majeſtatis ſuæ & ſacri Imperii Publicam pacem, ejusq; conſervationem concernit, ideoq; noſtro conſilio, facto, & conſenſu ſuſceptum, renovatum, declaratum, ſancitum [illegible]q; conſtitutum eſſe: quæ & pro communi Reipublicæ utilitate promovenda provehendaq;, ac firma pacis juſtitiæq; conſervatione in ſac[illegible] Imperio humiliter ſuſcepimus, & cum ſua Imperatoria Ma[illegible]ſtate, adeoq; invicem nos ac mutuò o[illegible] & obligavimus. Tum & mediante Principali [illegible]ra addiximus, promiſimus, ac ſt[illegible]pulati ſumus, facientes id quidem ſcienter, hiſce & virtute harum [illegible]rarum, noſtro ſimul & ſuc[illegible] rum hæredumq; noſtrorum nomin[illegible] adeoq; Dominorum & Magiſtratuum, qui nos mi[illegible]unt, atq[illegible] hæredum & ſucceſſorum ipſorum [illegible] ac pacificationem obe[illegible]ter [illegible] ſervaturos, eamq; fideliter cuſtodituros ac defenſuros [illegible] Idem quoq; officiariis & ſubd[illegible] noſt[illegible] ſecundum hujus Imperialis pacificationis tenorem [illegible]ſtris [illegible]eris, mediantibus ipſorum ju[illegible]ame[illegible] absq[illegible] mora mandabimus fie[illegible]. Omniaq; alia & [illegible] [illegible]ncta & articulos [illegible] Ordinatio[illegible] pe[illegible] pacificat[illegible] [illegible]tent[illegible]s, in quantum nos concernant, fideliter præſtatur[illegible], executu[illegible] dem parituros eſſe, absq; omni fraude.

[illegible] Dominus [illegible] Archiepiscopus Moguntinus, [illegible] ricus [illegible] Principum [illegible] Nos Erneſtus [illegible] ſuperio [illegible] Bavariæ, noſtro [illegible] Abbas in Weingarten [illegible] Hohenberg, & Werdenberg, &c. noſtro [illegible] Ac nos [illegible] ſtri & Conſulares Auguſtani noſtro [illegible] Imperiiq; Civitatum [illegible] publicæ Pacificationi apponi appendi [illegible]

Datum in noſtra Imperatoris Civitate, & Sacri Imperii [illegible] Auguſtana, ultimo [illegible] Junii, poſt Chriſti Domini noſtri nativitatem, anno milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo, Imperii noſtri vigeſimo octavo, & noſtrorum Regnorum triceſimo tertio.

CAROLUS.

Sebaſtianus Archiepiſcopus Mogunt. per Germaniam Archicancellarius, ſſt.

CAROLI V. IMPER. AVG. REFORMATIO

Anno Chriſti 1548.

POLITIAE IMPERIALIS.

Pro bono publico edita in Comitiis Auguſtanis, Anno Domini M. D. XLVIII.

CAROLUS divina favente clementia Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Arragoniæ, Legioniæ, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, Indiarumque, & Terræ firmæ, maris Oceani, &c. Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Corinthiæ, Craniæ, Limburgiæ, Lutzenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, & Wirtembergæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, Barcinonis, Arthois, & Burgundiæ; Comes Palatinus, Hannegoiæ, Holandiæ, Selandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritaniæ, Zutpheniæ, Landtgravius Alſatiæ; Marchio Burgoiæ, Oriſtani, Gotiani; ac Sacri Romani Imperii Princeps in Suevia, Cathaloniæ, Aſturiæ, &c. Dominus Phryſiæ, Vandalicorum, Portenoiæ, Piſtiæ, Molinis, Salinarum, Tripoli, & Mechliniæ, &c. Nunciamus omnibus & ſingulis noſtris, & Sacri Imperii ſubditis ac fidelibus, adeoque generaliter unicuique Chriſtiano fideli homini, cujuscunque dignitatis, ſtatus, conditionisq; ſit, quibus hæc noſtra Reformatio & ordinatio, ejusve antigraphus ſeu deſcriptio viſa lectave fuerit, clementiam noſtram, omneq; bonum, ac notum vobis hiſce mediantibus facimus.

Juxta ſecundum præceptum Decalogi: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Non [illegible] habebit Dominus inſontem eum, qui aſſumpſerit nomen Domini in vanum. Deut. 6.

1. Quandoquidem Deus omnipotens creator noſter in Decalogo, decemque præceptis, quæ unusquisque, ſingulique homines mediante animæ ſuæ ſalute obſervare tenentur, ordinavit ac mandavit, divinum nomen ejus venerari coliq;, nec vane uſurpari, nominari ve, à quoquam mortalium. Cui præcepto nos inhærendo ſequendoq; prædeceſſores noſtros Sacri Imperii, Romanos ſcilicet Imperatores, laudatæ ac felicis memoriæ, imitando, tandem quoque in Comitiis Auguſtanis Anno M. D. XXX. ſalubriter prævidimus, & acriter ſevereq; præcepimus, ne nomen ejus ſanctum, membraq; dejerentur omnibus modis caveri ac evitari. Quod ſi autem eam admonitionem & mandatum quis transgreſſus fuerit, ut idem dejerator, omnesq; illi, qui talia flagitia audiunt, nec eis contradicunt, aut ad Magiſtratum deferunt, puniantur, ita, quemadmodum Imperiales conſtitutiones, noſtræque Reformationes & Ordinationes de ejusmodi & aliis facinoribus & criminibus prolixe ſanciunt, diſponunt, atque declarant. Verum autem divina illa præcepta, noſtrorumq; anteceſſorum conſtitutiones, ordinationes, & adhortationes, hucusque parum aut nihil profuerunt, quinimo fere oblivioni traditæ ſunt, atque neglectui contemptuiq; habitæ, adeo quidem, ut per oſcitantiam & ceſſationem Magiſtratus debitæ juſtæque pœnæ non fuerint ſecutæ, neque adhibitæ. Quocirca Deus omnipotens, creator noſter, juſta ira, meritaque indignatione erga homines commotus & accenſus, famem, bella, peſtem, aliasque multiplices pœnas in terris graſſari permittit, &c. Hæc vero omnia nos unacum Electoribus, Principibus & Statibus Sacri Imperii, & abſentium nunciis graviter admodum in animum revocantes, his noſtris Comitiis hic deliberando conſultandoq;, qua via modoq; ejusmodi dejerationibus atq; blaſphemiis, aliisque pernicioſis criminibus, & prohibitis uſurarum contractibus, item helluationibus & frequentibus aſotiis, immoderatæ veſtium luxuriæ, & ſimilibus ataxiis ſeu inordinationibus, vitiis & defectibus obvietur & adverſum eatur, eaque omnia deinceps prævideantur, evitentur ac prohibeantur, Transgreſſores vero illorum facinorum & criminum puniantur.

2. Itaque anteceſſorum noſtrorum Sacri Imperii, noſtrasque Reformationes & Ordinationes prædictis in Comitiis Auguſtanis concluſas, ac typis evulgatas in manus ſumpſimus, revidimus, in compendium contraximus, alicubi correximus, auximus, & mutavimus, deliberato maturoque conſilio

tan ſem[illegible] ntem Reformationem & Ordinationem redegimus [illegible] no[illegible] is om[illegible] conjunctim & diviſim, privatim ac publice, generaliter autem & in [illegible] Chriſt[illegible] libus hominibus, his mediantibus denunciamus, acriter ac ſevere mandantes & [illegible] ut huic Reformationi & Ordinationi in omnibus ſuis punctis, totoque tenore, ſub pœna cui[illegible] culo annexa, ſtrenue ac firmiter ſinguli per ſeſe pareatis, veſtros eo adducatis & compellatis, [illegible] Reformationi ac ordinationi noſtræ, ſub evitatione ejusdem pœnæ, inviolabiliter pareant [illegible] quantur.

Cap. I.

De blaſphemis in Deum.

CUm in divinis & canonicis ſcripturis, ac civili jure, blasphemiæ execratio, ſeu maledictio no[illegible] nis Dei, ſub graviſſimis pœnis prohibita ſit, atque per ejusmodi peſſimam ac flagitioſam imp[illegible] tatem Deus omnipotens non ſolum adverſus blaſphemos ipſos & vituperatores Dei, [illegible]ue nominis, verum etiam contra Magiſtratus, quos talia prohibere oportebat, ad indignationem, & [illegible] opera horribiliter, ad temporaneas juxta ac civiles pœnas infligendas commoveri & excitari [illegible]. Proinde quo tale præceptum in univerſo Sacro Imperio diligentius obſervetur ac cuſtodiatur, neque quisquam ignorantiæ ſe alicujus excuſare poſſit. ſancimus, ordinamus, ac volumus, ut omnes ac ſinguli Magiſtratus ſuis Parochis & Concionatoribus dent in mandatis, plebem omnibus Dominicis diebus diligenter admoneant, a ſacrilegis illis convitiis, maledictionibus & infamationibus nominis Dei, ſacræq; paſſionis, vulnerum, virtutis, potentiæ ejus, aliarumq; ſimilium execrationum & blaſphemiarum, ſeſe contineant & abſtineant penitus atque omnino. veluti ipſis Parochis & Concionatoribus ejusce conſignationis formula per Magiſtratum præſcripta tradetur. Deinde quoque Parochi & Concionatores in cæteris omnibus & generalibus precationibus plebem populumque fideliter [illegible]moneſaciant & adhortentur ad orandum, quo Deus omnipotens tales tantasq; blaſphemias & ex[illegible]tiones à Chriſtiano populo elementer avertere dignetur. Ut autem Magiſtratus, eorumque Judices [illegible] certius norint atque intelligant, quomodo blaſphemiæ & execrationes illæ, quove diſcrimine [illegible] mulctandæ puniendæque ſint, ex merito & delicto cujusque, ſtatuentes, volumus quemlibet Magi[illegible]tum & Judicem ſequenti Ordinatione noſtra inſtructum eſſe, eamque in infligendis pœnis obſer[illegible] ut ſequitur.

2. Videlicet, ſi aliquis, cujuscunque dignitatis, ſtatusve fuerit, qui Deo tribueret, quod ejus di[illegible]nam Majeſtatem non deceat, aut poteſtatem, nec ipſi conveniat, aut voce verbisq; ſuis, id quod ad De-
De contemptu in Deum & blasphemiis in Christum, Sebaſt. Brandt fol. 77 & 78. um pertinet, detraheret, ac ſi Deus non poſſet, nec juſtus eſſet, aut ſimilia quædam injurioſa & contumelioſa verba effutiret contra Deum absque medio, & adverſus ſanctiſſimam ejus humanitatem, contraq; divina Sacramenta evomeret, talis capite damnetur ac puniatur, membris aliquot abſ[illegible] iſſis, juxta conditionem perſonæ criminoſi delinquentis & blasphemiæ, tum & ex Juris præſcripto ordine. Facta autem ejusmodi maledictione & execratione, præſentibus duabus aut pluribus perſonis, teneantur ſingulæ id Magiſtratui indicare confeſtim, & ad ſummum intra octiduum proximè ſubſequens. Simul & indicando eos qui præterea totei fuiſſent, & contumelias illas in Deum audiviſſent. Quos & Magiſtratus (niſi ipſimet ſe indicaverint) vocet, & ſingulos privatim, aliis abſentibus, audiat, atque d[illegible]genter examinet, videlicet an execrationes illas ſeu maledictiones ſimilesve ipſe audiviſſet, & quo id modo, qua forma contigiſſet, omnibus circumſtantiis diligenter percunctandis.

3. Ubi autem Magiſtratus vere comperiet, rem delationi conformem, & blaſphemiam in Deum factam eſſe, blasphemos utique, ſive Clericus, ſive Secularis fuerit, per ordinariam poteſtatem, non loci, ubi delictum patratum eſt, juxta majus & minus, & qualitatem perſonæ, mulctetur aut puniatur.

Audientes blasphemiam & non deferentes. 4. Si qui vero maledictionem ſeu execrationem prædictam audierint, vel in ædibus ſuis factam tacite ſuſtinuerint, nec Magiſtratui loci indicaverint, ii præter id, & absque eo, quod Deum graviter offendant, etiam à Magiſtratu ſuo, ſecundum qualitatem cauſæ, mulctentur puniantur ve.

5. Quod ſi quis verò prædictam blasphemiam, quam audiiſſet, ad requiſitionem ordinariæ poteſtatis ſuæ, dolosè aut fraudulenter reticuerit, volumus eundem à Magiſtratu ut colluſorem blasphemiæ pro qualitate & conditione facti cauſæq;, in corpore vel bonis graviter plecti.

6. Si quis autem Electoris cujusquam, vel Principis, vel Comitis, vel Domini, aut Communitatis, vel alterius cujusquam Officialis. aut ex Nobilibus, aut aliis, quibus ſunt Judicia, vel eis præſunt, propter munera, dona, aut ſavores illos quos detulerunt, aut comperiſſent ipſi, blasphemos in Deum fuiſſe, nec, ut ante dictum eſt, punirent, ſed ſcientes & prudentes ſubprimerent ac ſubticerent, tales quidem Officiati, Nobiles, & cæteri, per ſuos Magiſtratus, utpote Principes, Comites, Dominos & Communitates, confeſtim ſimul atque ipſis innotuerit, adeo puniantur ſevere; quò cognoſcatur palam, ipſis invitis nec conſentientibus contigiſſe. Quod ſi vero Elector, Princeps, Prælatus, Comes Dominus, Nobilis, vel Communitas, ſuos Amptmannos, Officiatos, Præfectos vel ſubditos non puniunt, vel ipſi blasphemiam admittunt, adverſus eos Fiſcalis noſter contumaciæ & inobedientiæ erg[illegible] tanquam contra permiſſores & colluſores, ſeu patratores ipſos ejuscemodi blaſphemiæ & execrati[illegible]nis, prout æquum eſt, procedat.

7. Sin autem Magiſtratus ſupradictos blasphemos punire nequiret, tunc quidem Cæſareo [illegible] ſcali, ſub pœna decem Marcarum auri, indicet atque proponat, qui contra eos, ut æquum eſt, [illegible]ere pro-

procedat. Atque vero ſi talis blaſphemus prædictus ad inopiam, cujusnam ſtatus ſit, ... humilis fuerit, debito modo capitali morusve pœna plecti non poſſet, is quidem blaſphemus ... blaſphemiæ crimine convictus fuerit, infamis propterea erit, & ab omnibus pro tali habendus, atque infamia notari, nec eo minus, quandocunque fieri poteſt, criminaliter & capitaliter, ut antedictum eſt, capitis & membrorum pœnam, juxta qualitatem patrati criminis, luere.

8. Qui item præterea delatos blaſphemos, ut ſupra ponitur, ſcienter ac temere in familiam ſuam, ſeu pro miniſtris aſciſcit, cum illis negociatur aut agit, promovet vel receptat, ne plectantur aut puniantur, ſed pœnam ut effugiant, contra eos, ſeu fuerint ſublimis ſeu humilis ſtatus, Cæſareus noſter Fiſcalis coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ ad pœnam arbitrariam procedere debet. Si quis vero prædictarum blaſphemiarum ergo judicium declinaret, vel profugeret, eo nihilominus contra ipſum & res ſuas, prout in bujusmodi caſibus de jure æquum eſt, agi procediq; decebit.

Cap. II.

De criminationibus & dejerationibus, vel execrationibus nominis divini.

QUANDOQUIDEM vero vulgo ac frequenter fit hoc tempore, ut plerique homines, vim virtutemque Dei, & potentiam, corpus, membra, vulnera, mortem, paſſionem, cruciatus & Sacramenta, Domini noſtri ac Salvatoris Jeſu Chriſti ſæpe multumque leviter, temere, praveq; dejerent, criminentur & execrentur: ob quod Magiſtratibus quidem impenſius atque attentius æquum eſt ac decet in illos animadvertere. Quocirca arbitramur, volumus ac jubemus ſevere, ſicubi civis quispiam, ſeu operarius vel manuarius opifex, aut agricola, ſeu ruſticus, aut taliusmodi privatæ ac cœlibes perſonæ, incolæ ſeu extraneæ, ſupradicto modo ſemel aut iterum dejeraverint, ab illo, qui audiverit initiò benignè admoneantur, & familiariter rogentur, ut ab ea re deſinant atque deſiſtant, & de cætero abſtineant, ne Magiſtratui deferre neceſſe habeat aut opus ſit, quo debita pœna corripiantur. Quod ſi vero non deſiſtant, Magiſtratui vel Majoritati eccleſiaſticæ aut ſeculari, juxta qualitatem perſonæ indicentur confeſtim: delinquens autem incarceretur vel mulctetur ſevere, juxta modum & gravitatem delicti perpetrati.

Cap. III.

De criminatione & blaſphemia adverſus genitricem Chriſti, & ſanctos Dei.

SI quis adverſus matrem Chriſti Salvatoris noſtri, aut dilectos Sanctos Dei maligne dejeraret, is primum humaniter familiariterque admoneatur, ut ceſſet atque deſiſtat: quod ſi non fecerit, nec maledicere deſierit, mox abſque mora, ut ſupra dictum eſt, indicetur: & delinquens corpore aut ære, juxta conditionem perſonæ, & qualitatem patratæ & commiſſæ blaſphemiæ, per Magiſtratum ac ſuperioritatem competentem corripiatur. In his verò pœnis omnibus non ſolum magnitudo vel enormitas criminationis & blaſphemiæ, ſeu quantitas ipſa delicti attendatur, verum etiam, an eædem perſonæ ſæpius in eodem crimine peccaverint, & quoties illud exceſſerint, qua occaſione, quo motu ſeu inſtinctu id fecerint: cujus ſtatus aut conditionis eæ perſonæ ſint, expendendum erit, ut ita demum pœna ex præſcripto & forma Juris magna vel modica irrogetur.

2. Quod ſi quisquam Elector, Princeps, aut Status, cauſa talium blaſphemiarum & criminationum aliquod decretum ſeu conſtitutionem, hac forte graviorem ſeverioremve evulgaſſet, aut in poſterum deinceps ſimilem editurus eſſet, ei quidem per hanc ordinationem nihil derogetur, quin omnibus modis permittatur & concedatur.

3. Magiſtratus item ſi exiſtimaverit, ejusmodi pœnam blaſphematorum & dejeratorum acuendam & exaſperandam fore, ejus rei, ex qualitate negocii, facimus ipſis damusque poteſtatem.

4. Ne vero ejusmodi criminationes Dei & blaſphemiæ reticeantur, quisque Magiſtratus, puniendi & mulctandi poteſtatem habens, exploret & expiſcetur talia delicta ſedulo atque diligenter.

Cap. IV.

De Nobilium, & eorum equitum blaſphemiis & criminationibus.

JAm &, quo prædictæ blaſphemiæ, apud Comites, Dominos, & Nobiles (quos minus illa quam vulgum aut plebem decent) & eorum miniſtros ſeu familiares eſſentiæ omittantur, nec cæteri homines per ipſos offendantur: Volumus ac jubemus, ut quisque Electorum, Principum, Comitum, Dominorum, Nobilium, Communitatum, & ipſimet hanc noſtram Ordinationem & Conſtitutionem ſub prædicta pœna evitanda obſervent: ſimiliter & apud ſuos aulicos ac miniſtros ſevere præcipiant atque conſtituant ſub debita juſtaq; pœna & mulcta, itaut præfatæ criminationes, dejerationes & blaſphemiæ apud ſuos aulicos, miniſtros, & familiares, non minus quam apud reliquos dejeratores & blaſphemos, ut ſupra dictum eſt & conſtitutum, evitentur, mulctentur quoq; & puniantur.

2. Porro ſi qui Comites, Domini, Communitates, aut Nobiles, peculiariter & in ſpecie, Electoribus aut Principibus non ſubſint, ſed immediate ſolique nobis & Sacro Imperio attineant: Volumus atque jubemus eosdem, ſub juramentis ipſorum, quibus mediantibus devincti ſunt nobis & Sacro Imperio, ſeſe à prædictis blaſphemiis & dejerationibus abſtineant ipſi, miniſtri, famuliq; eorum, familiares & conjuges, omnibus modis, prout ſupra dictum eſt, de Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus ſeu Dominis, Communitatibus, & aliis Nobilibus, qui Electoribus & Principibus ſubſunt, & eorum miniſtris & familiaribus, expreſſe clareq; conſtitutum eſt. In quibus omnib. ita ſeſe Electores,

Principes, Comites, Barones, Domini & alii Nobiles, Clerici & Laici, ſedulos ac [illegible] gerantque, quo ipſorum juſtis moribus ac vita, honor & gloria Dei, ut diximus, plus promoveatur ac provehatur, minusve impediatur, aut removetur, quemadmodum alioquin ob ſtatum ipſorum ante tenuiores minoresq; perſonas facere teneantur.

Cap. V.

De vulgarium militum blaſphemiis & dejerationibus.

Articfels-brieff vide Maximiliani I. formul. Articulor. militar.

CUm inter vulgo milites ſeu bellatores in uſu ſit, formulis eorum Juramentorum id quoque contineri, ut dejerationes, maledictiones & blasphemiæ puniantur, eosce in crimmoſos quandoq; capitaliter animadvertant, ſed tameo propter prædictas blasphemias & criminationes ſeu dejerationes nulla pœna mulctave conſtituta ſit: Idcirco præcipimus & mandamus nos ſevere omnibus Electoribus, Principibus, Statibus, Communitatibus Sacri Imperii, ac militum etiam tribunis, præfectis ſeu capitaneis: & vulumus atque jubemus, ſi qui deinceps milites conſcribent ſuſcipientque, ut in omnibus eorum formulis & catalogis articulorum juratis ponant, ſe non ſolum pœnarum & mulctarum cauſa erga perſonas, quæ Deum creatorem noſtrum, redemptorem & ſalvatorem, ac Mariam benedictam matrem ejus, & dilectos ſanctos Dei blasphemantes, verum etiam earum dejerationum & blaſphemiarum nomine, pœnas, ac mulctas, quæ ſtipendiis eorum detrahantur, obſecuturos ſore, quæ mulctæ quidem deinceps pauperibus privatorum in alimoniam, aut virginibus pauperibus conferantur præbeanturque.

2. Capitanei vero, Tribuni, Centuriones, ſeu proviſores militum, ſevere & acriter dent operam, ſtudeantque, ut blaſphemiæ, criminationes & dejerationes, de quibus antea mentio facta eſt, ab univerſa, totaq; calonum & lixarum turba evitetur ſimiliter caveaturque, ſub pœna capitali.

Cap. VI.

Quæ res in militia ac bello privilegiatæ ſint.

IN veteri militia apud priſcos Imperatores ac Principes exercituum laudabiliter uſitatum eſt, quemadmodum & hiſtoriæ multifariam perhibent atque demonſtrant, Eccleſias & alia ſacra loca immunia & privilegiata: Sacerdotes item & Eccleſiaſticæ perſonæ, ſenes & ægroti homines, agricolæ, gravidæ mulieres, puerperæ, ingenuæ fœminæ, & virgines in rebus & negotiis militaribus ac bellicis non ſpoliatæ nec vi violentiave obrutæ ſint, neque ut ſpolientur, aut violentur, ſevere & acriter caveri. Propterea & nos præcipimus omnibus Tribunis, Centurionibus & Capitaneis, his mediantibus ſevere & acriter mandantibus, ut apud omnes eorum milites in formulis articulorum & juramentorum ſtatuant & caveant provideantq;, ne Eccleſiæ, aliaque ſacra loca, adeoque Sacerdotes, privilegiatæ perſonæ, ſenes & infirmi, ſeu ægroti, Agricolæ item, gravidæ mulieres, puerperæ, ingenuæ & honeſtæ fœminæ, virgines & infantes, ab omnibus ipſorum calonibus & lixis, totaque calonum turba ſecuræ tutæq; ſint, nec deprædentur, nec vim violentiamve patiantur, & nequaquam moleſtentur aut prægraventur. Quicunque verò contrà fecerint, corpore & capitaliter puniantur.

2. Hujus autem noſtræ ordinationis ſinguli pedites, Tribuni, Centuriones, Capitanei, antigrapha apud ſe habeant ejusdem tenoris, ac militibus unà cum formulis articulorum juraturis legenda præbeant, & ſevere obſervare præcipiant. Similiter & eorum proviſores horum mandatorum ac præceptorum antigrapha ſeu copias habeant, eaque præcepta ſevere & acriter cuſtodiant atque conſervent.

Landsknecht.

3. Si qui * equites autem nullo ſub vexillo, ſignis aut ordine, ſed alicubi in oppidis, vicis, & villis degant ſeu laborent, contra eos dem pœnarum & mulctarum omnium ratione ac modo, quemadmodum & contra incolas ipſos, res gerenda, negociumq; exercendum fuerit.

Cap. VII.

*De * aſcopis & acoironis, id eſt, vagantium militum conventiculis, vulgum plebemq; gravantibus.*

* Herrnloſen Knechten.

SI qua porro accideret, in Electoris cujusquam, Principis, alteriusve ſtatus eccleſiaſtici aut ſecularis, principatu ſeu dominio, peregrinos equites aut pedites congregari, ſingulatim, catervatim, aut alio modo, agmine quodam magnoque numero, præter Electoris, Principis, aut Domini, cujusque loci, voluntatem, ac permiſſionem ingredi, vel populari etiam conarentur: ex tunc Elector quidem, Princeps, aut Status, in cujus dominio ſeu territorio ejusmodi milites ſeſe conglomerant, interpellet, quæratq; ab eis, cuinam domino militent ac ſerviant, ducanturve: quod ſi nos aut dilectum fratrem noſtrum, Romanorum Regem, nuncupaverint, idque literis ſeu diplomate aliquo demonſtraverint, obedienter proficiſci ſuis impenſis permittantur.

2. Quod ſi vero herum vel autorem non habeant, quem vere indicare poſſent, aut etiamſi nominaverint, ſed eum collectum militem, cujuscunque nomine fuerit congregatus, citra noſtram permiſſionem, curaq; cognitas, urgentes & rationabiles cauſas conſcribendi non haberet poteſtatem, ac demonſtrare nequiret: tunc quidem Elector, Princeps, aut Status, ſub cujus dominio ſeu diſtrictu vagantur, omnem navet operam, omnemq; adhibeat diligentiam, cœtum illum ſeu colluviem militum, ſingulatim aut catervatim diſſipandi ac diſpergendi. Si qua vero ipſi per ſe ſe ad facere impoſſibile foret, tunc in propinquo adjacentes & conſidentes Electores, Principes, aut Status illico imploret vocetque,

juxta

juxta qualitatem, ſibi, juxtaq; numerum & vim factionis illius, vi aliisq; viribus militaribus auxiliari, aut ſi neceſſe fuerit, etiam bellicis tormentis obviare, mox, & quantocyus fieri poterit, eamque factionem ac militem incertum, ut prædictum eſt, verbo vel facto, vi voceve, abſque aliorum injuria & damno, extra diœceſin provinciamque, quantum fuerit poſſibile, diſpellere ac propulſare. Ductores vero ſeu principales, ubi præſto fuerint, aut poſtea in aliis locis reperti fuerint, compellantur non tantum ſubditæ plebi illata damna reſarcire ac reſtituere, verum etiam Ductores ipſos, Capitaneos, Autores & concitatores ejuſcemodi factionis & turbæ, juſtis debitisq; pœnis ſubjicere. Idque Elector, Princeps aut Status, ad requiſitionem, ut præfatum eſt, ſuis impenſis facere teneantur, ſub noſtra & Imperii gravi indignatione, inſuper & mulcta quadraginta Marcarum auri puri, nobis pendenda exolvendaque. Quam pœnam Fiſcalis noſter Cæſareus à contumacibus, ut par æquumq; eſt, his mediantibus exigendi poteſtatem habeat.* Nihilo ſecius tamen Elector, Princeps aut Status ille, qui ſic pro ope auxilioque ferendo interpellaſſet, adverſus contumacem damni paſſi actionem tam ſuiipſius, quam ſubditorum ſuorum nomine inſtituere, ſi quod damnum paſſus fuiſſet, idq; coram Imperiali noſtro Cameræ judicio, ubi contumax quoque reſpondere tenetur, & damnum paſſum reſtituere, ex ſententia dicti Imperialis noſtri Judicii. Etiamſi vero ex enumeratis cauſis miles feratur Capitanei tamen & Ductores pro commeatu & alimontis fidejubeant caveantq; : ad quæ præſtanda, mediis ſuis juramentis, adigantur & compellantur.

Cap. VIII.

De Compotationibus & Ebrietatibus.

Cum & ex ebrietate & compotationibus, ceu quotidiana docet experientia, Deus omnipotens mirifice offendatur & iraſcatur, multaque vitia & flagitia inde naſcantur & emergant: Præteritis quoque Comitiis propter compotationes & ebrietatum cauſa conſtitutum erat, ut quisque Magiſtratus compotationes abrogaret, & ebrietatibus adverſaretur, transgreſſores vero ac delinquentes ſevere puniret. Quæ ordinationes quidem ac conſtitutiones hactenus tamen parum tanto malo profuerunt, quin abuſus is & ataxia compotationum & ebrietatum magis undiq; magisq; ac frequentius graſſata eſt, ac ceu radices in helluonum fundo egit, ut propemodum extirpari amplius non poſſit. Ex quo blaſphemiæ, criminationes, calumniæ, dejerationes, homicidia, cædes, adulteria, ac ſimilia crimina & flagitia, vitiorumq; omne genus, velut ex agmine facto exundarunt, hodieque dum exundant: cum alioquin ex ebrietate res tacendæ & ſecretæ quandoq; prodantur, eoque potationis ac bibacitaris vitia Germanois peculiaria, quorum virtus tamen apud priſcos ſæpe laudata, apud exteras modò pleraſque oationes vituperio, ludibrioq; eſt.

2. Sæpenumero etiam ex illa inter milites rixæ, contentiones, tumultus, & ſeditiones exortæ, & adverſus principes ac ductores contumaciæ & rebelliones: commeatus quoque & victus ſumptusque creſcunt & augmentantur: Convivia vero honeſta, & ſocietates decoræ, ex quibus olim Germani cumprimis laudati fuerant, minuuntur ac evitantur, ut interea ſileam, compotationes & ebrietates illas, *τῶν πάντων κακῶν, omnium malorum cauſam eſſe*, hominisq; vitam ſimul & animam, felicitatem, decus, honorem, favorem, ſenſus longævitatem, & vires perdere. Quocirca mandamus omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, ac cæteris Statibus, cujuscunque dignitatis, conditionis, ſtatus, aut nationis ſint, ut ſuis ſubditis exemplo ſint, majoremq; in eos animadvertendi occaſionem habeant, ultro ſuaque ſponte potationes & ebrietatem evitare, ac in aulis ſuis, ſatrapis, miniſtris, familiaribus: tum & in ipſorum principatibus, dominiis, terris, territoriis, omnibus ſubditis, ſub acri ſeveraq; pœna ac punitione prohibeant compotationes, quocunq; modo fiant vel fingantur, fieri aut fingi poſſint: ipſimet quoque idem mandatum ſtreouè conſerveot atque cuſtodiant. Patresfamilias quoq; ſuis domeſticis & familiæ, liberis, ſervis & ancillis, mandent atque præcipiant, blaſphemias, criminationes & dejerationes in Deum, *Deiq; genitricem*, & ſanctos Dei, devitent ac caveant, ac quoque à compotationibus & ebrietatibus omnino abſtineant, quemadmodum bis mediantibus ſtrenuè atque ſevere præcipiendo jubemus & mandamus.

3. Volumus item, ut Magiſtratus ſuis Parochis & Concionatoribus præcipiat, ſingulis Dominicis diebus vulgo ac plebi annuncient, ut compotationibus abſtineant, enumeratis ac perecenſitis vitiis & flagitiis, quæ ex enmpotationibos oriantur, & ex ebrietate ſequantur: prout formula illis ejusmodi deuunciationis per Magiſtratum porrigetur.

Cap. IX.

De inordinatione & ataxia veſtitus, ejusq; luxu ſeu ſplendore.

Postquam honeſtus ac moderatus veſtitus ex ſua dignitate & ſtatu quenque decet ornatque. Gerat enim unusquisque ſeſe ac veſtiat ex modulo dignitatis, honorum, rerum ac facultatum ſuarum, quo diſcrimen ſit in cujusque ſtatus hominibus. Modus autem veſtium ac ornamentorum cum in tantum luxum devenerit creveritq; inter dominos, equites, nobiles, cives, & colonos, ſeu agricolas, hoc pacto modoque, ut idcirco non ſolum privatæ perſonæ, verum etiam nationes & provinciæ inde extenuentur, egentioresq; efficiantur: videlicet, cum per aurea, argentea, ſericaque indumenta, per Dammaſena, Atlaſena, Byſſina, aliosq; peregrinos pannos, Mitras, margaritas, uniones, qui hodie abuſus ad luxum magnus eſt multusque in Germanica natione, ex qua trajicitur atq; avehitur in peregrinas & alienas regiones ingens pecuniarum copia: ut interim de livore, odio atq; invidia,

in

in diminutionem ac detrimentum Chriſtianæ dilectionis conticeſcamus. Quandoq [illegible] tanta veſtium luxuria, &, ut ita dicam, precioſitate & prodigalitate immodeſtia exuberat, [illegible] Principem & Comitem, inter Comitem & Nobilem, inter Nobilem & civem, inter civem [illegible] ſive agricolam, nullum diſcrimen, nullaq; agnoſcatur differentia: Idcirco univimus & con[illegible] nos cum Electoribus, Principibus, & Statibus, ac ordinationem de veſtitu amictuque, hoc [illegible] doq; ut ſequitur, conſtituimus, quam etiam ſub pœna & mulcta impoſita obſervari [illegible] mus atque jubemus.

Cap. X.

De civibus, agricolis, & colonis, aliisq; ſubditis.

CUm in civibus & incolis, inque mercatoribus, inſtitoribus & negociatoribus, ac opificibus, in civitatibus, & eorum miniſtris, itemque in militibus, adeoque in pagis & colonis, eorumque uxoribus & liberis immoderatus juxta ac inordinatus veſtitus ſeu amictus conſpiciatur comperiaturque, in ornamentis & emelus, maximo Reipublicæ detrimento: itaque malum patriæ populoque pernicioſam radicem egiſſe: Ad hæc eum ſcorta & meretrices, lictores & Judæi tali veſtitu utantur, quo honeſtas ſupprimitur, & cujusque conditio & ſtatus nequit internoſci: atqui in ea ipſa re tota communis ordinatio ob diſpares diſſimileſque mores & uſus ditionum conſcribi non poteſt. Proinde ordinamus ac volumus, ut eo circa quisque Magiſtratus intra annum proximum, ſub pœna duarum Marcarum auri puri teneatur, ordinationem bonam, honeſtam & firmam componere & conſtituere, eamque ut decet, conſervare, contumaces verò, immorigeros atque rebelles punire. Si qui verò Magiſtratus negligens in his reperiatur, nullamque juſtam ejus excuſationem habeat, adverſus eundem quidem Magiſtratum Fiſcalis noſter Cæſareus procedet ut æquum eſt, ad indictam pœnam infligendam.

Cap. XI.

De Nobilitate ac Nobilibus.

PORRO Nobiles, ſericas aut carmaſinas atlaſinas veſtes non gerant, eis autem ad ſummum permittuntur damaſinæ, aut ſimiles, quas ſex ulnis de ſerico tantum, nec amplius, fimbriari poterunt. Similiter poterunt annulos aureos, aureasque vittas ſeu tiaras, unamque catenam auream geſtare, valoris non amplius ducentis aureis, quam tamen filo cingant vel involvant, prout antiquitus factitatum eſt.

2. Si quis vero principis architriclinus, Magiſter curiæ, Cancellarius, Marſchalcus, aut Conſiliarius, nec tamen Nobilis fuerit, poterit ſe ſimul cum uxore ſua, & liberis, in modum nobilium, ut dictum eſt, veſtire ſeu gerere.

3. Milites verò (ſeu Equites aurati) ab his eximuntur, quibus catenas aureas, absque filo cinctas ſeu implicatas aperte ac publice geſtare liceat & permittatur, ne tamen eædem valore quadringentos aureos excedant.

4. Quibus & prohibitum non ſit, Marderinis pellibus indui ac veſtiri.

5. Nobilium item uxoribus concedantur quatuor ſericæ tunicæ, quas gerere palam ac publice poterunt, videlicet unam ſericam (Sammat) alias tres de Damaſo, aut ſimili ſerico, ne tamen plures ſint quam quatuor, & quoq; ſine margaritis, ſine argento aut auro. Quas ſi libeat fimbriari margaritis, aut intexere argenteis telis filisve, ſuperius quidem id permittitur, non ultra mediam quartæ ulnæ partem latitudine. Equitis autem (aurati) conjunx fimbrias ejusmodi intexere margaritis, auro, aureisque filis ſuperius poterit, nec latius unius quartæ ulnæ media parte. Si quæ vero plures veſtes prædictis modis habeant, easque ſuis liberis & filiabus reſervare vellent, id liberum ipſis concedetur ac permittetur.

6. Liceat eis quoq; tiaras ſeu Birretas, aureasq; vittas geſtare, ſic tamen, ne ligamina & ornamenta addita aureorum quadraginta precium excedant.

7. Fœminæ item nobiles & ingenuæ, catenam, fibulam, torquem, aliaque cimelia præter annulos precio ducentorum aureorum, nec ultra plurisve geſtare licebit.

8. Similiter aureas bortas & cingulos, qui precium quadraginta aureorum non excedant.

Cap. XII.

De Doctoribus, eorumq; uxoribus.

DOCTORES item, & uxores eorum, poterunt, liceatque ipſis veſtes & amictum, catenas, aureos annulos, aliaq; ſtatui eorum convenientia, privilegiisq; conformia geſtare.

Cap. XIII.

De Comitibus & Dominis (ſeu Baronibus.)

COMITES, & Domini (ſeu Barones) non gerant aureas & argenteas veſtes, hoc eſt, ex aureis & argenteis filis textas, ſeu amictum, ſolummodo ſericum, vel bombycinum, Sammat/Carmaſina, aliaq; ſericis filis texta veſtimenta, ſed auro non intertexta vel fimbriata, niſi Equites (aurati) fuerint.

2. Eis & catenas geſtare licet, quæ tamen quingentos aureos precio non excedant.

3. Similiter ſeſe Comites & Domini (Barones) amicire poterunt pellicibus, exceptis Zobelinis, aliisque precioſioribus.

4. Con-

4. Conjugibus quoq; eorum liceat ſericas veſtes auro & argento infimbriatas & intertextas geſtare, præter catenas & cimelia, ſexcentis aureis precioſiora, præterq; tota aurea aut argentea veſtimenta, à quibus pro diſcrimine ac differentia altioris ſtatus, geſtare ſeſe abſtineant.

CAP. XIV.

De Ephippiis & ornamentis Equorum.

QUandoquidem in ephippiis etiam & equorum ornamentis luxus & ſumptus ſuperfluus reperitur ac cernitur, nulli porrò liceat ephippia tribus aureis precioſiora, extra arma, & ea quæ ad armarum pertinent, fulvaque ephippia geſtare ducereve, niſi fuerit Eques (auratus.) Nec Comes quiſpiam, Dominus, Barove, aut Eques, ejusve miniſter vel ſervus, ephippiis ſericis, & ex filis bombycinis textis (Sammat) utatur, neq; aureis vel argenteis qualibuscunque, tantum in his, Electoribus, Principibus, ac principum ſimilibus exceptis, qui ſecundum eorum ſtatum ipſi, equiq; eorum ac miniſtri, quos habent ſub ſuis Marchallis, talibus ephippiis uti poterunt.

Huc facit titulus C. Nulli licere in frenis, in equeſtribus ſellis, & in balteis margaritas, ſmaragdes & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis, l. 11.

2. Si quis item à ſuo principe, Domino, alteriusve herilis ſtatus aliquo munere, veſte, aut cimelio donatus fuerit, ea ipſe dona quidem in Principis ac domini ſui honorem portare geſtareque nequaquam probibeatur, eo videlicet caſu, ita tamen ne quis dolus malus, fraus ve aliqua interveniat aut uſurpetur.

3. Cum quoq; hæc ordinatio eo tantum reſpectu & ratione ſuſcepta inſtitutaq; ſit, ut luxus & abundancia veſtitus avertatur, arceaturque, ſi qua porrò Elector aliquis, Princepsve aut Status, in ſua ditione ac ſuperioritate, veſtitus ergo, alteriusve rei cauſa ordinationem quampiam acriorem hac noſtra ſeverioremq;, in profectum & utilitatem ſuæ ditionis ac ſubditorum, conſtituere vellet, aut jam anteà conſtituiſſet, eidem Electori, Principi ac Statui liberum ſit, nec iſthac ordinatione & conſtitutione vetetur remoreturve.

4. Neq; teneatur quisquam in elocatione ſuorum liberorum huic ordinationi directo, omninove parere, ſed licebit ei elocare, nuptuique dare, juxta vires ſui patrimonii, facultatumq; ſuarum: haud tamen ſumptuoſius veſtire licebit.

5. Conſtituimus etiam, volumus ac jubemus ſingulariter, atq; in ſpecie, uti omnes Electores, Epiſcopi ac Prælati, Clerum ſuum & Eccleſiaſticos eo perducant, invitentq;, habitum ac veſtitum ipſorum ſtatui convenientem atq; decentem, in civitate atq; eccleſia, in foro & choro gerant, quomodo id honeſtas, modeſtia & pietas ſancta ſacraq; exigit atq; requirit: Immodeſtia vero & luxus veſtimentorum eis prorſus eſt vitandus.

6. Eſt & evitandus atque cavendus inutilis & ſupervacaneus ille ſumptus hactenus in deaurando cupro, ferro, & lapidibus factus: Idq; ita aurifabris, pictoribus, aliisq; artificibus inaurandarum rerum ſolitis & gnaris, ſub pœna decem aureorum, ne quid porro ejusmodi inaurent, Magiſtratu id acriter & ſevere vetante. In quo tamen Electoribus & Principibus, & in iis, quæ ad honorem Dei, miniſteriaque ſacra ſpectant, nihil volumus præfinitum aut præſcriptum eſſe.

7. Quo vero hæc noſtra conſtitutio & ordinatio, nimii veſtitus cultusq; ergo, ac ob cimelia omittenda, firmius obſervetur & exequatur, ſancimus atq; mandamus, omnibus & ſingulis Electoribus & Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, dominis, Equitibus, miniſtris, Schultetis, Burgimagiſtris, Judicibus & conſiliariis, hiſce mediantibus ſevere, ac volumus, ut ipſimet hanc noſtram conſtitutionem & ordinationem ſevere juxta ac diligenter obſervent, ac in ſubditis & officiatis, ac ipſos attinentibus firmiter præſtentur & exequantur, ita, ut ſi quis contrà fecerit, nec mandato noſtro obſecutus fuerit paruerit ve, eum quisque Magiſtratus ſub amiſſione veſtis & cimelii ſeu clinodii, quod huic ordinationi adverſum geſtatur, unà cum mulcta in duplo tanta puniat, quanta veſtis ipſa, aut cimelion æſtimetur, illi quidem Magiſtratui pendenda, cujus eſt civilis Jurisdictio ejusdem loci. Quod ſi vero Magiſtratus quiſpiam ipſe hanc noſtram ordinationem transgrederetur, aut in pœna exigenda, manuq; tenenda negligens reperiatur, & noſter ob id Fiſcalis interpellaret pro emendatione, at nihilominus tamen in contumacia Magiſtratus perſeveraret, tunc vero Fiſcalis ipſe noſter, contra ceſſatorem Magiſtratum, ſimul & delinquentem ſubditum, ad exactionem dictæ pœnæ ac mulctæ pergat procedatque, &c.

CAP. XV.

De quibusdam articulis, in quibus Magiſtratui ordinationem facere mandatur.

CÆterum duximus in animum, plures quandoque impenſas, & ſumptus nimios, nec admodum neceſſarios fieri in nuptiis, puerperiis (ſuſcipiendorum infantum ex ſacro baptismatis fonte) & ſepulturis, ſimilibusque aliis minimè paucis ſumptibus, multum ſæpe inutiliter collatis: Præterquam quod & in aliis punctis, in ulnis, menſuris & ponderibus, immoderatis diverſoriorum & hoſpitum exactionibus, item opificum & mercenariorum, nunciorum mercedibus cibisque torcularium, apparandorum vinorum, omnis generis ataxiæ, inæqualitatis & iniquitatis vitiorum modum excedentium in Reipublicæ detrimentum, gravaminum & impedimentorum. Ad hæc opificum quorundam, velut ſtannifuſorum, pannitonſorum, & ſimilium, quos ſi exteri ſalutant, & ad operas conducunt, ſumptus mox & impenſas inutiles ac ſupervacaneas parant, conviviis adornandis, quos ſumptus deinde ad operas reputant atque connumerant, ſic, ut & ipſi opifices inter ſeſe

 diſſi-

mine proponere, ac æſtimare, & pluris quidem atque ejuſmodi merces unquam æſtimari poſſint, & ſic ingens fœnus ex eo, velut omnibus patet, ſibi comparare & acquirere ſoleant.

3. Item alii mutuo dent pecuniam, & de centenis capiunt nominatim quid: is verò qui mutuò ſumit, magnam pecuniam mercedis & ſervitii nomine, pro quo tamen nihil inſerviunt neque miniſtrant, ſeſe devincit atque obligat. Neque ejuſmodi ſervitii precium ſeu ſalarium abſq; ſolutione ſortis & capitalis ſummæ non audent neque poſſunt recuſare aut denegare adverſus obligationem factam & contractum initum.

4. Jam & quod quidam pecuniam in moneta dent mutuò, attamen cautionis litera aurum præſcribit ac continet.

5. Sunt & qui certam pecuniarum ſummam absque fœnore mutuò dent, atqui tamen mutuò ſumens cogitur quandoq; magnas merces illis levi viliq; precio tradere, in quo mutuò dato ſortem ac capitalem ſummam ſimul cum magno lucro, duplo aut etiam triplo recipiunt.

6. Quidam etiam mutuò dant cum hiſce conditionibus & pactis, quòd mutuò accipiens in quatuor nundinarum temporibus nuncupatis pro cenſu & penſione reddat certam quandam pecuniarum ſummam, tantam quidem, quæ pro centum excedat viginti.

7. Cum autem hujuſcemodi contractus, aut ſimiles, uſurarii & fœneraticii ſint, divino & communi jure prohibiti, præterea & noſtra atque Imperii ordinatione, Anno milleſimo, quingenteſimo, Auguſtæ Vindelicorum graviter vetiti. Idcirco conſilio, ſcientia & voluntate noſtra & ſacri Imperii Electorum, Principum & Statuum, eandem ordinationem uſurariorum contractuum ex vera rectaq; ſcientia renovantes & confirmantes, ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, ut tales iniqui ac illegitimi contractus, omniaque injuſta pacta, pactiones, conventiones, negocia, quocunque nomine vocentur, nominari & excogitari poſſint, omnino ac prorſus evitentur ac omittantur, nec ab aliquo, cujuscunque dignitatis, autoritatis aut ſtatus fuerit, præſumantur, vel uſurpentur, cum hoc ſimul omnibus judicibus, eccleſiaſticis & ſecularibus mandantes ac præcipientes, ubi tales uſurarii contractus ipſis innotuerint, eos tanquam iniquos, indignos, irritos & invalidos judicent, condemnent & declarent, quemadmodum & nos illos invalidos ac non obligatorios decernimus & declaramus, neque ſuper eisdem contractibus executionem concedimus aut permittimus.

Quinetiam ſi quis deinceps poſt publicationem hujus noſtræ ordinationis tali uſurario aliquo contractu uſus fuerit, amittat quartam partem ſortis quoque & capitalis ſummæ, eaque ſuo civili Magiſtratui (alicubi hæreditarium jus appellata) accedat, & pro eadem quarta parte per dictum civilem Magiſtratum puniatur ſeu mulctetur.

Qui ſi quidem in hoc negligens repertus fuerit, tunc eundem magiſtratum, Fiſcalis noſter Cæſareus pro certa pœna, velut pro duabus aut tribus marcis auri puri, impetere atque accuſare debebit.

8. Cum & cenſus ſeu reditus cum pacto retrovendendi paſſim vulgò communiterq; uſurpantur, centum quidem florenis quinq; tantum, & non amplius annuatim, velut uſitatum eſt, floreni emantur: offerendi verò precii ſeu redimendi facultas, ex jure redemptionis, penes venditorem, & non apud emptorem exiſtat, non attento cautionis ſeu ſcriptæ obligationis ejusdem contractus tenore: & quicquid præterea datum, acceptum, aut tractatum ſuerit, volumus ut tale, ac omnia alia iniqua pacta ſeu conventiones pro uſurariis & inutilibus habeantur ac æſtimentur, etiam per judicem haud aliter cognoſcantur aut judicentur, ſed, uti ſuprà dictum eſt, puniantur.

9. Si qua vero cautio cenſus annui ſeu obligatio ſub fidejuſſoribus conſtituta comprehenſaq; eſſet, aut conſtitueretur, volumus his mediantibus ordinatum eſſe, eandem cautionem ſeu obligationem haud extra ſacrum Imperium Teutonicæ nationis alienari, aut venditorem, vadesve, aut fidejuſſores, Imperio ſubditos, extra illud citari vel vocari. Si vero per emptorem contra fieret, ex tunc quidem vades ſeu fidejuſſores comparere, vel obſequi, & venditor illos redimere non obligetur: Transgreſſor etiam mediam partem ſummæ principalis in obligatione ſeu cautione expreſſæ amittat, de qua medietate quarta venditori, & reliqua quarta pars Magiſtratui, ſub quo venditor commoratur, aſſignetur, ac vendicetur.

Extra Germaniam ne quis pro cenſu ſive uſura conveniatur.

Cap. XVIII.

De Monopoliis, & damnoſis propolis.

Quanquam de Monopoliis, doloſis ac fraudulentis negociationibus, adeoque iniquis propoliis non ſolum in communibus ſcriptis legibus, verum etiam in publicatis Imperii decretis & Receſſibus, ſub gravibus pœnis ac mulctis, ut ſub amiſſione, periculo, & perditione omniũ rerum bonorumq;, item profligatione ac proſcriptione ſæpe multumque, ſatis ſuperq; vetitum eſt cautumq;: talibus tamen conſtitutionibus, receſſibus, decretis & mandatis hactenus minimè paritum eſt debitè vel obſecutum, quin econtrà paucis in annis plurimæ alicubi ſocietates in mercatorũ negociis, & quædam privatæ perſonæ, inſtitores & mercatores in Imperio exorti ſunt & extitere, qui varias merces & mercimonia, item & vina, ſiliginem, triticum, & hujusmodi alia ſimilia, à ſummis ad infimos (in quib. paſſim hincinde explorationib. & indagationib. undiquaq; valent, præſertim cum merces depereant, vel in majus precium & æſtimationẽ excreſcant, idq; priusquam aliis inſtitoribus ſeu mercatorib. innoteſcat) in ipſorũ manus ac poteſtatẽ ſoli conquirere moliuntur, ad monopolia & propolia exercẽda, mercib. illis æſtimationẽ ac preciũ ſuo arbitratu imponentes, aut emptori vel vẽditori cũ dicẽtes merces eas

nemini, præterquam ipſis, vendituros, aut retenturos eſſe: aut ut venditor, minoris, vel aliter vendere nolit, quam conventum ſit, afficientes his artibus ſacrum Imperium, omnesq; Status maximo damno atque incommodo, adverſus prædictas communes leges ſcriptas, & omnem honeſtatem.

2. Econtrà autem adhæc pro Republica, ejusque commodo, profectu & utilitate juxta ac ex neceſſitate ordinamus & conſtituimus, idq; facimus his mediantibus ſevere, ac volumus tales diſpendioſas negociationes, propulia, & ob ea ſactas conventiones & pactionea, contractus & pacta, deinceps eſſe prohibita, vetita & abrogata, neq; porrò de cætero, neq; per ſemetipſum, neque per alios uſurpari vel tractari. Quicunque verò contrà egerint vel ſecerint, eorum res bonaq; confiſcentur ſuntq; confiſcenda, & Magiſtratui cujuslibet loci, quorum ibi publica ſunt, vel criminalia judicia, applicentur ac addicantur. Societates quoque, inſtitores & negociatores omni ſalvo conductu in Imperio per Magiſtratum deſtituantur ac priventur, neq; illius capaces eſſe debeant, quibuscunq; verbis, ſenſu, ſententia aut clauſulis ejusmodi ſalvus conductus ſcribatur aut tribuatur.

3. Nec tamen per id cuiquam vetitum prohibitumve ſit cum aliquo ſocietatem inire ad merces emendas & diſtrahendas, tantummodo ne id dictæ conſtitutioni, ordinationi & mandato adverſetur, contrave uſurpetur.

4. Quisque Magiſtratus etiam in ſua ditione diligenter atque ſeverè diſponat & animadvertat, ut præpoſita hæc ordinatio rectè obſervetur, & expediatur.

5. Si quò ea verò à quoquam, quicunque ſit, transgrederetur, in eum Magiſtratus, ibi, ubi transgreſſio facta, ſeu delictum patratum fuerit, vi & tenore hujus ordinationis, cum amiſſione rerum, bonorumque ſuorum, & proſcriptione, ac ejectione extra ditionem, irremiſſibiliter animadvertat, puniatque.

6. Caſu autem, quo Magiſtratus ipſe in eo deſes & negligens eſſet, idque noſtro Cæſareo Fiſcali innoteſceret, vel indicaretur, Magiſtratui vel ſuperioritati ei quidem, ſub qua inſtitores, mercatores, aut negociatores illi commorantur, domiciliave ſua habent, ſignificetur commoneanturque, ejusmodi gravia negotia intra Menſis ſpacium ut emendent ac puniant. Quod ſi ſuperioritas illa ſeu Magiſtratus in præfixo ſtatutoque tempore non ſecerit, vellet ex tunc ac cogeretur ipſe Fiſcalis ex officio ſuo contra eum procedere, agereque ut æquum ſit, ejus etiam faciendi poteſtatem tunc atque jus habere, adeoque absque mora facere debet.

7. Quod ſi tali in caſu ceſſatio aut negligentia ſuperioritatis, Magiſtratus, transgreſſorum, à Fiſcali noſtro coram noſtro Imperialis Cameræ Judicio agetur ac procedetur, delinquentibus & transgreſſoribus ejusmodi nullæ prorſus declinatoriæ, aut aliæ exceptiones, vel etiam avocationes ullæ, quocunque modo vel forma illæ proponantur aut fieri poſſint, concedantur, transgreſſores nequicquam relevaturæ, multò minus ut per illa remittantur, aut ut remiſſionem aliquam deſuper impetraturi ſint.

8. Ad hæc ſuperioritas & Magiſtratus, qui ad factam accuſationem in ſtatuto menſis ſpacio atque tempore in animadverſione ac punitione transgreſſionis ceſſat, negligensq; reperitur, per Fiſcalem coram noſtro Cæſareo Cameræ Judicio accuſari debet, ac pro centum marcis auri puri irremiſſibiliter puniri, atque mulctari.

9. Cum & vi virtuteque ſuprà allegatarum legum & jurium, unicuique tales transgreſſiones & crimina monopolarum & propolarum deferendi & accuſandi poteſtas data commiſſaq; ſit, illi utique, qui tale crimen & delictum patratum ſuperioritati & Magiſtratui, ſub quo ſactum illud contigit, indicat & defert, aut caſu ceſſationis & negligentiæ, imperatoriu Fiſcali primum verè certoq; ſignificaverit, triens ſeu quarta portio delinquentis bonorum tribuatur, quorum vindicationem ſuperioritas & Magiſtratus, aut caſu, ut ſupra dictum eſt, judicium imperiale, cæterique Status omnes, provehant atq; promoveant.

10. Quod ſi primus ille delator, cujus delatio poſtea vera comperta foret, in ſimili cauſa ejusdem quoque ipſe delicti reus ſonsque exiſteret, tunc quidem nihil delinquentis ac transgreſſoris bonorum, neque ulla portio ei tribuatur, alioquin inſons & inculpabilis haberi, nullaque infamia notari, ſed pro utilitate ac profectu Reipublicæ ſibi imputari debet.

11. In hoc item, ut in cæteris privilegiatis caſibus de plano atq; ſummariè procedatur, Juri quoque & proceſſui ſua recta via, ſuusque curſus, absque ullo impedimento aut remotatione cujusquam reſtitutionis, ſupplicationis, inhibitionis, ſuſpenſionis, advocationis, alteriusve ſimilis remoræ relinquatur ac permittatur.

12. Similiter præſens hæc ordinatio, conſtitutio, juſſio, mandatum, præceptum, unà cum articulis, & intentione ſua, univerſos in ſacro Imperio Teutonicæ nationis mercaturam exercentes, & negociantes comprehendat & complectatur, omnesque Principatus, Dominationes, Dominia, Civitates & Communitates vinciat & obliget. In adverſum autem, nullus ſalvus conductus, nulla ſecuritas, aut privilegium, quacunque forma & prætextu id præbeatur aut exhibeatur, quenquam tueatur aut defendat, protegatve. Inchoetur quoq; hæc ipſa ordinatio & conſtitutio intra duos menſes, re ipſa effectualiter, poſt publicationem & denunciationem ejus factam.

Cap. XIX.

De venditione frumentorum & fructuum in agris & prædiis.

QUandoquidem non absq; pernicioſo gravamine vulgi plebisq; re ipſa experitur atq; cognoſcitur, quod miſeræ plebi, vulgoque per quosdam pleonecticos, & quaſi frumentarios prædones ſeu fru-

ſeu frumentarios negociatores & avaros homines in ſpecie & prætextu emptionis ac negociationis ad ſata ſementaq; eorum in agris: Vinum item ac botros in vitibus, aliosque fructus, & frumenta, labores, opera, armenta, æs pecuniamque mutuo dederint, per quæ pauperculi coloni, egenique illi, quæ duro labore, ſudoreque acquiſierunt, viliori precio, leviorique, quam alioquin uſitato conſuetoque more & æſtimatione ſoleat, venundare cogantur. Quæ res non illi pauperculæ plebi & colonis tantummodo damna atque diſpendia irrecuperabilia inferi, verum etiam dominis ipſorum ſeu proprietariis, quibus eo minus debita & credita præſtare reddereq; poſſint, videlicet maximo ſuo malo damnoque, præterquam quod ea adverſus ſacras & humanas conſtitutiones, contraque dilectionem proximi ſint, contraq; bonos mores pugnent.

Legis ſue memariç meminit Cornifici ad Heren. lib 1.

2. Quapropter ſancimus, conſtituimus, & ordinamus, ut quisque pauperi plebi in neceſſitate, & quo agros, prædiaq; ſua melius faciliusque excolere poſſit, aliisque neceſſariis victualibus & alimentis opem ferat, pro vinis, frumentis, fructibus, aliisque, communi precio, valore & æſtimatione ejusdem temporis expendere, ſolvereque debeat, nec de & ſuper eisdem mereib. mutuum dare prohibitum ſit. Quod ſi vero ſecus quam modo dictum eſt, agatur, & in iis quidquam doli fraudisve fiat, & committatur, volumus atque decernimus acriter, ut talis emptor ſeu mutui dator, ſortem capitalemque ſummam perdat, etiamque à Magiſtratu, juxta qualitatem & conditionem cauſæ, mulctetur & puniatur.

Cap. XX.

De Judæis, & eorum uſuris.

CUm alicubi locis quibusdam Imperii Teutonicæ nationis, Judæi uſurarii non tantum ad magnas aſſecutationes, cautiones, & obligationes, fidejuſſiones & hypothecas, verum etiam ad rapinas & furta, quibus uſuris vulgum, plebemq; miſeram, egentem, & improvidam, ſuprà quàm quisquam æſtimare poſſit, gravant, onerantq;, quin etiam miſerabiliter perdunt, & ad pleraque facinora flagitiaq; eis occaſionem præbent. Itaque conſtituimus, ordinamus, ac volumus, ne quis porrò Judæos ſuſcipiat, aut illi ſuſcipere concedatur, præterquam illis, qui à nobis & ſacro Imperio Regalia habent, aut ſpecialia ad hoc ipſum privilegia acceperunt. Quisque item Magiſtratus, ſub quib. Judæi habitant, neceſſariam juſtamque proviſionem faciant, ordinationem formamque æquam conſtituentes, ne qua ſui aliorumq; ſubditi per Judæos, eorumque impias & execrabiles uſuras tam miſere graventur, ac perdantur: & in ea re æqualis ordinatio inter extraneos pariter ac incolas obſervetur.

2. Caveant quoque Judæi, & abſtineant ſeſe à furtivis rebus, & rapinis emendis: aut ſi quæ res ejusmodi apud eos reperiantur, illis, ad quos pertinent, reddantur, ac reſtituantur, ubi id docuerint & ad ſe pertinere probaverint, absq; omni detrimento atque incommodo.

Cap. XXI.

De venditione pannorum laneorum, & ex filis laneis textorum, totorum, aut particulatim ad ulnas conſciſſorum.

QUoniam & id quidem compertum eſt, quod in venditione τ͂ ὑφασμάτων, *id eſt*, pannorum laneorum, totorum, vel particulatim, quibus veſtimur, & membra cooperimus, multum pleonexiæ & impoſturæ uſurpatur, & emptor quandoque graviter decipitur: videlicet cum panni per inſtrumenta textoria nimium extenduntur, deinde per aquam & humiditatem madidi facti, multum in menſura emptori decedit: interdum etiam panni ferrugine tincti maculoſi fiunt, in diſpendium ac detrimentum totius Reipublicæ.

2. Proinde ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, ne deinceps in Imperio ſacro Teutonicæ nationis, ullus pannus ulnatim ſeu per ulnas menſurando vendatur, niſi anteà tinctus, ac madidus aqua, & tonſus fuerit. Verum utique toti integrique panni non tenſi, attamen tincti vendantur, ſub pœna & mulcta amiſſionis & perditionis ejuscemodi panni. Quod ſi vero tincti & tonſi eſſent, ac iterum bisque tenſi reperirentur, iidem illi panni pro damnatis ac perditis in utroque prædicto caſu habeantur ac reputentur. Ac mulcta quidem Magiſtratui ſub quo venduntur, & cujus civilis ea eſt Jurisdictio, absque medio debeatur. Hæc autem ordinatio noſtra incipiet in ſex menſibus proximis, ſimul atque Comicia hæc noſtra finita fuerint, ac deinceps ſic, absque intermiſſione obſervetur ac exequatur. Quemadmodum de & ſuper his in ſacro Imperio Teutonicæ nationis, ſicubi neceſſarium fuerit, mandata ac præcepta evulgaturi & publicaturi ſumus.

3. Si quis verò Magiſtratus ſocors in his & indiligens comperiatur, nec in transgreſſores animadvertat, poteſtatem facimus cuilibet ſontem & transgreſſorem coram ejus competente Judice, vel eô loci, ubi cum panno repertus fuerit, pro pannis contra ipſos agendi atque impetendi, per quos adverſus dictam conſtitutionem deliquit, ſibi actori eosdem pannos ut reddat tradatq;, qui etiam ſufficienti ex cognitione ſeu re experta, jure ſibi acquirat atque impetret.

4. Cumque in natione Teutonica boni conficiantur panni, ita, ut exterarum nationum pannis commodè ac utiliter carere liceat, & pecunia, quæ pro exteris & peregrinis pannis expenditur, in natione Teutonica retineri ac conſervari poſſet: Idcirco Magiſtratui hoc mediante injungimus atq; præcipimus, hac in re æquam utilemq; ordinationem uti ſuſcipiant, faciantque, providendo, ne lanifici texto-

res lana careant atq; indigeant, ſed eas æqua juſtaq; mercede ac precio venales habere queant, nec lanæ paſſim tanta copia ad exteras nationes transvehantur.

Francofurtenſes & Argentinenſes, in quorum nundinis ne fiant.

5. Quandoquidem in proſceniis & textoriis, aliasq; ante mercatorum thecas umbraculorum appendices faciunt inſtitores pannicidæ, per quas nec colores, nec lina ſeu telæ pannorum probe agnoſci poterunt, quando ſic obſuſcantur & obnubilantur: volumus ejusmodi proſcenia & tectoria auferri, & per Magiſtratus deinceps non tolerari pative, ne emptor per ea decipiatur & defraudetur.

Cap. XXII.

Verdorbne Kauffleut und Banckenrottierer.

De egenis, depauperatis ſeu decoctoribus, & perditis inſtitoribus & mercatoribus, qui ob æs alienum paupertatem ſimulant.

CUm & frequenter, ſæpe multumque per inſtitores, negociatores & mercatores, doloſè ac fraudulenter ſpecie & prætextu fidei ac fidelitatis nummi atq; pecuniæ ab aliis mutuò accipiantur ad exercenda peragendaq; ſua negocia: qui quandoq; non bona fruge, ſed luxu faſtuq; ſuo, inordinata, immodeſtaq; vita, nec ſervata aliqua mediocritate, aliisq; variis modis, præterquam & absque eo, ut corpore, rebusve ſuis quidquam adverſi, infortuniive, aut incommodi, ſeu captivitatem, vel exactionem aut λύτρωσιν aliquam paſſi ſint, ad egeſtatem & pauperiem devenerint: poſtea ſurgunt, & profugiunt, alio ſe ad alias ditiones & dominos proripientes, & ab iis adverſus Magiſtratum ſuum, & actores ſeu creditores, à quibus mutuò pecuniam & merces ſumpſerunt, ſalvum conductum accipiunt, receptantur ac provehuntur: Cumque ejusmodi technæ, doli mali, fraudesque ac noxiæ actiones & conatus, quæ furto comparantur, magno Reipublicæ detrimento ſint.

2. Conſtituimus itaq;, ordinamus, ac volumus, ut tales inſtitores, ac negociatores, qui propoſito doloſè ac fraudulenter, non ex caſuali aut accidentali publicè noto infortunio aufugiunt, & ſedem evertunt profugi, deinceps nusquam ab ulla poteſtate aut Magiſtratu recipiantur, vel absque voluntate & conſenſu creditorum ſalvi conducantur ſeu ſuſtineantur, vel tollantur: quinimo, ubicunque locorum inveniantur, apprehendantur, & capiantur, actoribus & creditoribus ſuis de jure reſponſuri, ac juxta qualitatem negocii cauſæque puniantur. Ac ubi rurſus ſe domum conferrent, ad nulla honeſta munera vel officia, ſeu dignitates aſciſcantur. Quod ſi vero cognito caſuali infortunio, damnum paſſi, & ob id in egeſtatem conjecti fuiſſent, tunc quidem recipi, & ſalvo conductu uti fruique poterunt, ſibi compatiendo, & communi jure adverſus eos agendo.

3. Quandoquidem etiam plerumq; à Romanis Imperatoribus & Regibus Moratoria vel Quinquennalia impetrant ac obtinent, attamen medio tempore, aut poſt exitum quoque illorum, creditoribus ſuis haudquaquam ſatisfaciunt, vel ſecum eis componunt, tranſigendo, &c. Volumus itaque his mediantibus ſevere, ne hujusmodi Moratoria aut Quinquennalia deinceps illis indulgeantur aut concedantur, niſi nos ipſi, ac ſubſequentes Romani Imperatores aut Reges, antea recte informati atque edocti fuerimus à Magiſtratu, ſub quo egeni ac depauperati illi inſtitores, mercatores & negociatores habitaverunt. Velut iidem inſtitores & negociatores fide digna teſtimonia edant proponantque, quomodo ex fortuito inopinatoque infortunio & caſu in corpore & rebus ſuis damnum paſſi, & profugi facti ſint, & quod in hujusmodi caſibus Moratoria & Quinquennalia locum habeant & valeant. Quæ ſi vero alio modo, & ſuppreſſa tacitaq; veritate impetrarentur & obtinerentur, irrita ſint, nullasque vires habeant.

Cap. XXIII.

De venditione Gingiberis.

CUm ad nos quoq; plures querelæ deferantur, quod in venditione Gingiberis varii doli fraudesque verſentur & uſurpentur, in præjudicium ac detrimentum Reipublicæ.

2. Volumus, ut deinceps in Imperio non coloratum, ſed album, nec focatum Gingiber habeatur aut vendatur, ſub pœna mulctaque amittendi ejusmodi Gingiberis: Velut ea propter in ſacro Imperio Teutonicæ nationis, ubi neceſſitas poſtulaverit, mandata præceptaque edemus ac publicabimus.

Reutteren / quos Uberreutter und Vorreutter vocant. Confer cum tit. D. ſe ſervo corrupto, & tit. ſeq. De fugitivis, juncto cap. 24. cum ſeq. Conſtit. Caroli V. De pace pub.

3. Quo & tales doli fraudesque ſpecierum ejusmodi innoteſcant, ac pateſcant, quidam in ſingulis circis inſpectores ordinentur ac deputentur, qui id genus ſpecierum (vel aromatum) inſpiciant. Quod ſi quicquam doli mali fraudisve comperiant, id quidem Magiſtratui indicent atque denuncient.

Cap. XXIV.

*De * Equitum ſervis & miniſtris.*

QUandoquidem & hoc frequenter contingit, ut alter alterius miniſtros & familiares ſibi dolo & fraude arroget aut vendicet, vel ſervi quandoq; & miniſtri ſua petulantia & temeritate abeant. Volumus igitur, ne quis alterius equeſtres, ſervos, aut miniſtros ad ſe alliciat, aut etiam ſuſcipiat, niſi teſtimonium habeat ac monſtret, quo doceat miſſionem heri ſui aut nobilis voluntariam atque ho-

honeſtam fuiſſe & eſſe: quod teſtimonium miniſtro herus aut nobilis dare teneatur. Quod ſi vero recuſaret aut denegaret, tunc ſervus illum duobus viris interpellet ac requirat teſtificationem: quam ſi denuo herus aut dominus nobilis abſque juſta ratione & cauſa denegaret, & defectus non in miniſtro comperiatur cenſuram æquam agat interponatq; Magiſtratus, & r●quidem comperta ac cognita, ipſe Magiſtratus teſtimonium perhibeat, præbeatque.

2. Quilibet Magiſtratus quoque, quantum ſpectat ad miniſtros & ſervos in ditione ſua (quandoquidem ſalaria & mercedes in paucis annis nimium excreverunt) ex qualitate & conditione loci regionisq; conſtitutionem & ordinationem ad communem Reipublicæ utilitatem & uſum componant, ne ſuo illi arbitratu atq; libidine ſervitia & miniſteria deſerant, ſimul & contumaciæ ipſorum & petulantiæ obvietur, & licentiæ obverſetur.

Cap. XXV.

De levi ac inhoneſta cohabitatione.

PORro & cum multæ leves atque inhoneſtæ perſonæ extra matrimonium à Deo inſtitutum cohabitent, ob id quidem ordinamus & præcipimus, ut quælibet Majoritas, Eccleſiaſtica pariter & civilis, ad quam ea res ſpectare dignoſcitur, æquam advertentiam adhibeant, quo ejusmodi publica crimina & ſcandala debitè corripiantur, ac ſtrenuè emendentur, nullove modo ad ea conniveatur.

2. Cumq; conjugatæ perſonæ nonnunquam divertant, alter conjugum alterum relinquendo, & cum aliis levibus perſonis in manifeſto adulterio ſeſe copulent concurrentes, atque cohabitent, connivente Superioritate & Magiſtratu, propter quæ flagitia Deus omnipotens, cum ejus divinis mandatis adverſentur, & cæteri homines offendantur & ſcandalizentur, utique graviſſime iraſcitur: Præcipimus itaque ſevere, talia manifeſta adulteria, ac aliæ illicitæ cohabitationes deinceps nequaquam permittantur vel concedantur, quinimo per Magiſtratum graviter corpore vel ære mulctentur, juxta qualitatem & conditionem perſonarum, criminis & delicti perpetrati.

3. Similiter & in illos eſt animadvertendum, qui perſonas ejusmodi convocant aut copulant, vel in domicilia ſua recipiunt, ſuſtentant, celant, ſevere quoque puniantur.

Cap. XXVI.

De Mendicantibus, vagantibus, & otioſis.

VOlumus item quemlibet Magiſtratum, propter mendicos & alios otioſos, ſeveram advertentiam adhibeat, nec cuiquam mendicare liceat aut permittatur, cui nulla infirmitas aut defectus corporalis acciderit, nec indigeat. Quod & mendicorum liberi, cum ſuo panem labore parare & acquirere queant, aptiq; ſint, à mendicis illis parentibus auferantur, & opificiis addicentur, aut aliis ſervitiis & miniſteriis applicentur, adhibeanturque, ne quotidie continuoque mendicitati inhæreant. Similiter & Magiſtratus provideat, ut quælibet Civitas, Oppidum & Communitas, ſuos ipſa mendicos & egenos nutriat foveatque, nec exteris & peregrinis permittatur, paſſim & ubiq; locorum mendicare in Imperio. Quod ſi vero inſuper validi mendicantes inveniantur, iidem de jure, viaque juris, aliasve in terrorem & exemplum aliorum corripiantur ac puniantur: niſi quoddam oppidum aut municipium tot mendicantibus gravatum eſſet, ut eo loci ſuſtentari nequirent, ex tunc quidem idem Magiſtratus eosdem mendicantes literali & ſcripto teſtimonio, alio & ad aliud municipium transferendi habeat licentiam ac poteſtatem.

2. Quisque Magiſtratus item, ubi hoſpitalia ſunt, curam habere debet, ut ea hoſpitalia diligenter conſerventur ac manuteneantur, Adminiſtrator aut hoſpitalis magiſter, quotannis rationem accepti & expenſi reddat: ſingulis quoque annis hoſpitalia ad minus ſemel à Magiſtratu viſitentur & inſpiciantur: eorumque fructus & reditus in nullum alium uſum, aliasque res nullas, quam ad alimoniam, ſuſtentationem, & indigentiam ſeu neceſſitatem pauperum, & in pios uſus conferantur & uſurpentur. *Hoſpitalia.*

Cap. XXVII.

De Zygeuneris, hoc eſt, de præſtigiatoribus, & planis.

DE iis, qui ſe Zygeuneros appellant, hinc inde in terris paſſim errantes & vagantes, mandamus atq; præcipimus Electoribus, Principibus, ac Statibus, mediantib. eorum juramentis, quibus ſacro Imperio devincti ſunt, acriter & ſevere mandantes, ne de cætero tales Zygeuneros, quandoquidem veriſimiliter indicatum eſt, & conſtat, quod ſint exploratores, proditores, & traditores Chriſtianorum regnorum & nationum, Thurcis & aliis Chriſtianorum hoſtibus, ſinant, ferantve per ſuas ditiones vagari, commeareve, neque dent illis ſalvum conductum, vel paſſagia. Volumus item, atq; præcipimus, dictos Zygeuneros extra Teutonicam nationem confeſtim & quam cito expelli & ejici, neq; in illa amplius commorari. Quod ſi vero comprehendantur, & quisquam adverſum eos vi facto ve egerit, temere is aut violenter nihil feciſſe vel inique patraſſe videatur.

ſui, ad quæ hujusmodi pertinent, id commiſſum eſſe, ut & ipſi curam agant, & proviſionem faciant, proviſorea & redituarios Eccleſiarum juramentis aſtringi, Eccleſiis benè ac fideliter præeſſe, ſingulisque annis rationem reddant, ut ſuprà dictum eſt.

Cap. XXXII.

De Iudicibus, Advocatis, & Procuratoribus.

CUm & ſæpe contingit, ut inter partes litigantes coram judiciis in litibus & juſtificatione agentes, non absque magnis gravaminibus & incommodis, quandoque per Judices, ac ſæpenumerò per Advocatos & Procuratores doloſè ac fraudulenter ex propoſito lites differantur: Volumus itaque ob id omnibus Magiſtratibus injunctum eſſe, ut huc attendant, & dent operam apud Judices eorum, ut quovis tempore ad requiſitionem & interpellationem partium expeditè eis, & absque remoratione juſtitiam adminiſtrent. Advocatos item & Procuratores acriter commonefaciant, ne lites & cauſas maligno propoſito aut fraudulenter protelent ac remorentur, atque ab injuriis & contumeliis caveant, & ſeſe abſtineant, in exhibendis productis propoſitionibus & ſcriptis, ſub gravibus evitandis pœnis & mulctationibus irremiſſibiliter pendendis & præſtandis de jure, & ſecundum qualitatem & conditionem perſonarum & cauſarum,

Cap. XXXIII.

De Myropoliis & Apothecis.

QUandoquidem in Myropoliia & Apothecis ſeu Pharmacopoliis nonnunquam vetera & vetuſtate corrupta & inefficacia materialia, ac aliæ ſimiles ſpeciea, quibus in Receptis & medicinis uti ſolent, inveniantur, quæ ad recuperandam valetudinem plus noceant homini quam proſint, ſicubi illis utatur: Idcirco volumus ac reputamus, ut Magiſtratus, ſub quibus Apothecæ & Pharmacopoliæ ſunt, eas per peritos artis quotannis ad minus ſemel viſitent atq; perſpiciant, ac in ea re bonam ordinationem ac reformationem inſtituant, adeoq; materialium æquum juſtumque precium ſtatuant, ut quisque pro ſua mercede ac precio recentia & efficacia materialia ac medicinas comparare atq; conſequi poſſit.

Cap. XXXIV.

De famoſis libellis, picturis, & facturis.

QUanquam anteà in Comitiis quoq; cum Electoribus, Principibus & Statibus Sacri Imperii, & cum abſentium nunciis nos concordavimus atq; conſtituimus, ordinationes etiam typis excuſas evulgavimus, ac publicè edidimus, ut in omnibus Typographiis, & apud omnes Bibliopolas ſacri diligentia provideatur, ne porrò quicquam novi, præſertim famoſorum libellorum, picturarum & ſimilium, publicè vel clàm excogitatorum, excudatur aut venundetur, quemadmodum ejusmodi decreta & Receſſus amplius perhibent ac docent: Atqui comperimus tamen eam conſtitutionē noſtram ne minimum quidem obſervari, ſed imò, quod tales famoſi libelli, ſcripturæ, picturæ, & facturæ, eò plus multoq; magis excogitentur, fingantur, imprimantur, vendantur, & publicentur. Quandoquidē autem ad plantandum & conſervandum amorem Chriſtianum & concordiam, cavendaque & vitanda diſſidia, contentiones, rixaa, aliaque quæ ex talib. ſubſequuntur, nos debitores fatemur, & proviſores: Idcirco ſtatuimus & ordinamus ſeverè præcipientes, ut deinceps omnes Typographi & librorum impreſſores, ubicunque locorum in ſacro Imperio commorentur & habitent, ſub pœna ceſſationis ac deſertionis eorum officii, ſubq; gravi mulcta, videlicet N. florenorum ordinariis Magiſtratibus ipſorum, irremiſſibiliter ſolvendorum, nullos libros, parvos vel magnos, quibuscunque nominibus vocentur, typis excudendos, niſi iidem anteà per ordinarium Magiſtratum cujuslibet loci, & ad hæc ordinatos inſpecti fuerint, & doctrinæ Chriſtianæ Eccleſiæ, ſimiliter ac decretis Comitiorum horum atque Receſſibus jam anteà factis datisq; non adverſentur, ſed conformes exiſtant, comperianturque nec ſeditioſi, injurioſi, tumultuoſive, ſublimesne an humiles, publicasne an privatas perſonas ſpectent, adeoque approbentur & concedantur. Sub eadem quoque ac ſimili pœna omnes ſupradicti Typographi & impreſſores librorum teneantur ac obligentur ad omnes libros, quos ſic ex permiſſione Magiſtratus impriment atque excudent, autorem libri, & Typographi nomen, una cum civitatis & loci, ubi impreſſus ſit, diſcriminatim nuncupare ac indicare.

Typographi.

2. Præterea conſtituimus, ordinamus ac volumus, ut omnes ac ſinguli Magiſtratus, nobis ac ſacro Imperio ſubditi, acriter & ſeverè attendant efficiantque, ut non tantum quemadmodum ſupra dictum eſt, juſſui noſtro ac mandatis fideliter pareatur, verum etiam ne quid Catholicæ doctrinæ adverſum, aut quod diſcordiæ occaſionem præbeat, invehatur: nihil item injurioſi, pasquillici, aut alio modo, quocunq; nomine vocetur, huic hoc loco, habito datoq; Receſſui ſeu decreto repugnans, ſub quocunque prætextu aut ſpecie id fieri poſſit, effingatur, ſcribatur, edatur, pingatur, ſculpatur, fundatur aut efficiatur. Quin ubi ejusmodi aut ſimiles libelli, ſcripturæ, picturæ fuſiles & ſculptiles ſeu res fictiles impreſſæ, aliasve extarent, aut in futurum ederentur, publicarentur, circumferrentur, & venderentur,

ex au-

cæ auferantur à venditoribus, ac omnibus modis ſupprimantur: nec quidem venditor tantummodò, ſed & emptor, aliiq; penes quos ejusmodi libri famoſi, aut picturæ, pasquilli, aliive tales ſcripti, picti, aut impreſſi reperiantur, in carcerem conjiciantur, & criminaliter vel per quæſtionem interrogentur, unde & à quo tales libros, picturas, aut ſcripturas acceperint. Et ſi autor ipſe aut alius, quisquis fuerit, à quo captivus ejusmodi ſcripta, picturas, aut libros acceperit, ſub eodem Magiſtratu habitaret, aut commoraretur, illicò idem quoq; comprehendatur & incarceretur. Si verò ſub alio Magiſtratu habitaret, ei ſtatim per illum Magiſtratum, ubi primus venditor aut emtor talium ſcripturarum deprehenſus fuerit, ſignificetur ac indicetur, & in eum tamdiu inquiratur, donec autor ipſe inveniatur, qui ex tunc unà cum illis circumferentibus vendentibus, aliasve donantibus, via viq; Juris, & juxta qualitatem & conditionem cauſæ, corripiatur ac puniatur.

3. Si quis verò Magiſtratus, quisquis ille erit, aut quo nomine vocetur, in exploratione & cognitione talium rerum, aut ſicubi indicatum ei fuerit, deſes ac negligens in animadvertendo ac puniendo fuerit, reperiaturque, ex tunc Cæſareus noſter Fiſcalis contra eum ipſum Magiſtratum, atque infamatorem, Typographum, aut bibliopolam & venditorem, ad juſtam & debitam pœnam procedat agatque: quam pœnam mulctamque juxta qualitatem & conditionem Imperiale judicium noſtrum ſtatuere ac moderari ex ſuo arbitrio poterit, ejusque ſtatuendæ ac moderandæ poteſtatem habeat.

4. Attamen ſi præteritis temporibus forte ejusmodi libelli, picturæ, aut ſcripta ad quempiam perveniſſent, & ſic penes ipſum delituiſſent, nihil periculi inde patiatur: teneatur tamen, ubi repererit, non amplius evulgare, donare, aut vendere, neque eo modo priorem injuriam renovare, ſed alienare & abdicare, aut ita cuſtodire, & conſervare, ne alicui ad injuriam vel ignominiam tendere poſſit.

Cap. XXXV.

De Aurifabris.

QUandoquidem & argentum non ejusdem nec ſimilis precii aut valoris fabricatur per auri & argenti fabros, & in eodem opificio multum doli mali fraudisque uſurpatur, ordinamus, conſtituimus, & volumus, his mediantibus, ſevere præcipientes, ut deinceps quælibet Marca, quæ ad manus opusque aurifabri pervenit, quocunque pacto modoq; id fiat, non minus quatuordecim lothos puri argenti contineat, & priusquam finiatur exeatque labor ſeu opera per aurifabrum, & opificem, mediante jurejurando ad probam & inſpectionem per Magiſtratum conſtituatur ac probetur, idque ſigno ſigilloq; ſuo, juxta Domini aut Civitatis, ſub qua habitet, ſignum impreſſo percutiatur ac ſignetur. Quod ſi ad inſpectionem, redditionem non faciat, aut idem argentum in operando quatuordecim lothos argenti non teneat, ex tunc opifex aurifaber, à Magiſtratu ex dolo & fraude operis mulctetur, & puniatur.

Cap. XXXVI.

De Opificibus & Artificibus in genere.

POſtquam opifices & artifices in ordinibus & gradibus ſuis interdum invicem conveniunt & conſpirant colludendo, ne quis minoris precii quam alter opus operamque ſuam vendat, & ſic earius graviusque precium quoddam inducunt, ut hi, qui operas ejusmodi mercari velint, ex illorum æſtimatione & cenſura emant oportet. Ob id volumus & præcipimus ſevere Magiſtratibus, ne deinceps talia patiantur aut concedant, ſed legitimè provideant ac caveant. Quod ſi porrò ab opificibus admittatur, Magiſtratus in delinquentes juxta qualitatem rei & cauſæ irremiſſibiliter animadvertat.

Cap. XXXVII.

De opificum filiis, ſervis, & tyronibus.

CUm etiam in quibusdam locis ſit uſus, mos, vel conſuetudo, ut lini textores, barbitonſores, opiliones, etiam paſtores, molitores, & ſimiles opifices ſeu manuarii in ſocietatibus & conventiculis non ad alia opificia ſeu artificia quàm ſuorum parentum admittantur & recipiantur: atqui tamen iniquum putandum, eos, qui ſunt honeſtæ conditionis & vitæ, excludi. Proinde volumus ejusmodi uſus, mores & conſuetudines, ceu graves ac oneroſas, abrogatas & annullatas eſſe: ſtatuentes, ordinantes, ac volentes, ne lini textores, barbitonſores, opiliones, oviumq; paſtores, molitores, telones, fiſtulatores, Buccinatores, Balneatores, & illi, qui de eorum parentibus orti, oriundiq; ſunt, eorumque liberi, ſi probè & honeſtè ſe geſſerunt, deinceps ex ordine, gradibus, officiis & miniſteriis ullo modo vel quavis ratione ejiciantur aut excludantur: Quinimò iidem veluti alii honeſti opifices, manuarii & artifices recipiantur & admittantur. Quicquid vero præter jam dictos, alios communes & vulgares opifices ſeu manuarios attinet vel convanit, in iis omnib. volumus Magiſtratui ordinandi & conſtituendi, juxta cujusq; ditionis qualitatem & conditionem his mediantibus, permiſſam & conceſſam eſſe poteſtatem, ejusq; conſervandi datam licentiam & facultatem.

2. Quandoquidem in ſacro Romano Imperio Teutonicæ nationis, communiter in Civitatibus & Oppidis, in quib. hactenus donata & indonata opificia ſervata & retenta fuerunt, cauſa & nomine filiorum Magiſtrorum opificum, ſociorum, ſervorum, ac tyronum, pleræq; contentiones, rixæ, controverſiæ, adverſitates, moleſtiæ & damna, non inter ipſosmet tantum, verum etiam inter ipſorum opificio-

ficiorum magiſtros, & alios, qui opera effeciſſent, ocioſos, donaria & impenſa, propter magiſtrorum filios & opificum ſocios, exortæ fuerunt, & emerſerunt. Idcirco volumus, ut illa donatis & indonatis opificiis, quotcunq; in ſacro Imperio, In Civitatibus, & in Oppidis aliis in uſu ſint, ſocii, quotannis, vel ſingulis menſibus ab alienis & exteris advenientibus ſociis ſervitium ac miniſterium petentibus, ac ejusmodi ſervitia ſollicitantibus, & ad alia deputatis, auferantur, ac derogentur. Si qui verò alienorum & exterorum opificum ſociorum in Civitatea & Oppida conveniant, ſervitia vel heros & magiſtros requirentes, iis, iiq; ſemper magiſtros ſuos, à quibus artificium didicerunt, requirant: & apud miniſtrum ſocietatis & opificii ſeſe indicent, ſive hoſpes ſive pater is vocetur, qui illi petenti conſilio & auxilio eſſe debet, ſumma fide ac diligentia, ut opificii magiſtrum ac herum acquirat, omni modo ac via, quemadmodum priores alii opificum ſocii & ſervi, quovis tempore fecerunt. Veruntamen in his omnibus illa donaria & convivalia, aliosq; uſus deinceps omiſſos ac abrogatos volumus.

3. Mulctæ item ſeu pœnæ prædictorum donatorum opificiorum aut non donatorum ergo, filiorum & ſociorum, decætero non præſumantur aut uſurpentur, nec alter alterum injurietur, vel vexet, aut infamia notet. Quicunque verò tale quid fecerit, quod tamen fieri non debet, Injuriator id apud Magiſtratum ejusdem loci expediat & exequatur. Si autem in his contumax reperiatur, ab eodem Magiſtratu, juxta qualitatem cauſæ & negocii mulctetur, atque tamdiu bonus honeſtusq; habeatur, donec cauſa ipſa, ut ſuprà dictum eſt, expedita finitaque fuerit. Qui verò læſus & injuriatus fuerit, nullo modo ejiciatur aut expellatur, ſed in opificio ſuo ac miniſterio perſiſtat: ſocii item ac miniſtri pariter cum eo, juxtaq; eum munia ſua atq; ſervitia ſua obire teneantur, donec & quousq; injuriarum actio cauſaque, prout æquum eſt, expediatur. Similiter quid quisque adverſus alterum petere agereque prætendat, in rebus ac negociis iis, quæ opificium ipſum non concernant, quisque id quidem coram eo Magiſtratu, aut oppido, ubi reperti fuerint, aut commorantur, & pro rebus cauſisque, vel non, concernentibus, coram ſocietatibus, ex honeſto more, uſu & conſuetudine eorundem locorum, uti par æquumq; eſt, expediat.

4. Quicunque verò opificum magiſtrorum filii aut ſocii, vel miniſtri talia judicia, ſententias, vel transactiones, aut plebiſcita recuſaverint, nec obſervare voluerint, ii in Imperio Teutonicæ nationis, in Civitatibus & oppidis deinceps ad opificium & labores, vel ad ejusmodi donata vel non donata munia exercenda non admittantur, quinimo expellantur & excludantur. Verum enimvero, ſi quis hiſce gravatus fuerit, ei ablatam ſeu denegatam nolumus, ad proximum Magiſtratum provocandi & appellandi, poteſtatem: quæ omnibus quidem nota eſſe volumus.

5. Nolumus & hoc, ne pactiones faciant aut tranſigant ſervi & miniſtri cum opificiorum magiſtris, quem quovis tempore cibum potumve præbeant: attamen ut magiſtri herique ſervos & miniſtros ſuos ita paſcant, nutriantque, ne querimonia opus ſit, indigeantve. In qua re Magiſtratus quovis tempore juſtam æquamque advertentiam adhibeat.

6. Reſervatis tamen ſingulis Magiſtratibus, ſuis Regaliis, quæ à nobis, & ſacro Romano Imperio acceperunt, & obtinent. Hancque ordinationem juxta cujuslibet ditionis qualitatem & conditionem arctandi, imminuendi & moderandi, ſed nullo modo augendi vel ampliandi, poteſtatem ipſis Magiſtratibus concedendo vel permittendo.

E P I L O G U S.

Quodque omnia & ſingula ſuprà dicta puncta & articuli hujus noſtræ ordinationis, quæ ad provehendam communem Reipublicæ utilitatem, conſilio, ſcientia ac voluntate Electorum, Principum & Statuum, ſuſcepta, inſtituta & promulgata eſt, per ſingulos Status Imperii, cujuscunque dignitatis & conditionis fuerint, ſub cautione ac evitatione prædictarum pœnarum ac mulctarum, acriter ac ſeverè obſerventur ac peragantur. Hæc ipſa eſt noſtra juſſio ſevera atq; voluntas, in teſtimonium noſtri ſigilli appenſione confirmata, ac corroborata.

Data in noſtra ac ſacri Imperii Civitate Auguſta, ultima die Menſis Junii, poſt nativitatem Chriſti Domini noſtri Salvatoris, Anno Milleſimo, quingenteſimo & quadrageſimo octavo, Noſtri verò Imperii Anno vigeſimo octavo, Regnorum autem noſtrorum, Anno triceſimo tertio.

CAROLUS.

Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium.

Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, per Germaniam Archicancellarius, &c. ſubſcripſit.

Joannes Obernburger ſubſcripſit.

CAROLI V. IMPER. AUG. MANDATUM

Anno Chriſti 1548.

De revocando & inhibendo Conciliabulo Bononienſi per Paulum III. Papam inſtituto.

CArolus V. divina favente clementia, Rom. Imp. Auguſt. ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusq; Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ,

diæ, Brabantiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolæ, &c. Notum facimus tenore præſentium, quod pro ratione muneris noſtri, quo Dei Optimi Maximi voluntate fungimur, proque eo zelo, quem erga ſacroſanctam fidem & religionem noſtram orthodoxam meritò gerimus, & ipſius religionis ſumma neceſſitate ita exigente, cogamur contra nonnullos, qui ſeſe aſſerunt Legationis munere fungi, una cum aliis Prælatis & perſonis in conventu Bononienſi, cui titulum *generalis Concilii* prætexunt, jam congregatis, & deinceps eo nomine congregandis, juſtam atque legitimam proteſtationem facere: id verò ob locorum diſtantiam coram facere non poſſumus.

a. Franciſci de Vargas Licentiati &c.

2. Ea propter de fide, prudentia, & rerum uſu, honorabilium, doctorum, fidelium, nobis dilectorum, a N. Licentiati Vargas, Procuratoris generalis Fiſci noſtri Regni Caſtellæ, & Martini de Soria Velaſco Burgenſis, Jurium Doctoris, Conſiliariorum noſtrorum, plene confiſi, eusdem fecimus, conſtituimus & deputavimus, ac tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia, & ſano accedente conſilio, facimus, conſtituimus & deputamus Procuratores & Mandatarios noſtros: ſimul & in ſolidum dantes eis plenam facultatem & poteſtatem, ut ſimul, vel ſaltem alter eorum qui intereſſe poterit, proteſtationem, noſtro ac totius ſacri Imperii, Regnorumq; & Dominiorum noſtrorum omnium nomine, contra præfatos aſſertos Legatos, aliosq; Prælatos & perſonas, nomine Concilii Bononiæ tam congregatos quàm congregandos, ſolenniter cum verbo, tum ſcripto proponere, & adregiſtrari petere & obtinere: inſtrumenta ſuperinde neceſſaria à Notario, ſeu Notariis publicis, adhibitis ſeu adhibendis, requirere, & omnia alia dicere, facere, gerere, & exercere poſſint & valeant, quæ in hujusmodi actibus requiruntur, & neceſſaria fuerint, ſeu quovis modo opportuna: & quæ nos ipſi facere poſſemus & deberemus, ſi præmiſſis perſonaliter intereſſemus: & ſecundum à nobis habent in mandatis, promittentes in verbo noſtro Cæſareo & Regio, nos ratum gratumque habituros, quicquid per præfatos Procuratores & Mandatarios, vel alterum eorum, factum, dictum geſtumque fuerit in præmiſſis, nec quovis modo illis contraventuros eſſe, dolo & fraude penitus remotis: harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in civitate noſtra Imperiali Auguſtæ Vindelicorum, die 22. Menſis Auguſti, Anno Domini 1548. Imperii noſtri 27, & Regnorum noſtrorum 37.

CAROLUS &c.

Perrenottus

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium.

Obernburg.

Hic debet ſequi Proteſtatio facta Bononiæ, quæ verbotenus tantum in aliquibus locis a Romana diſſidet, ſed ſenſu conveniunt, quam maluimus hoc loco inſerere.

Anno Chriſti 1549.

CAROLI V. IMPERAT. AUG.
PROTESTATIO

Contra Conciliabulum Bononienſe a Paulo III. Papa congregatum. Facta Romæ per Illuſtrem Iacobum Mendozam Legatum Cæſareum, Anno Domini, M. D. XLVIII.

SAnctiſſime Pater: Cum Reſpublica Chriſtiana miſerabiliter convulſa eſſet, religio labefactaretur, mores vehementer corrupti eſſent, tota ferè Germania ab Eccleſia deſciviſſet; Invictiſſimus Dominus meus CAROLUS Cæſar, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, cujus ego Oratoris & Procuratoris vices gero, primum à Leone, deinde ab Hadriano, deinde à Clemente, ſanctiſſimæ memoriæ Pontificibus Maximis, poſtremò à Sanctitate veſtra, Beatiſſime Pater Paule III. ſæpe ſummis & continuis precibus Univerſale Concilium efflagitavit, & ratione ſuæ dignitatis, & ut ſatisfaceret aſſiduis ſupplicationibus ordinum Imperii, ut ſolum everſarum rerum effugium, ad quod ſemper in duris Eccleſia accedere conſueſſet; quas quidem ob cauſas à Sanctitate veſtra primum Mantuam, poſtremo Vincentiam convocatum eſt generale Concilium; ſed harum civitatum neutra ſatis apta fuit, in qua diverſarum & multarum provinciarum homines, libenter ſimul & commodè convenirent, Germani præſertim, quibus juſtis & gravibus de cauſis eo proficiſci non licebat.

2. Demum Imperatoris ipſius voluntate, cæteris etiam Chriſtianis Principibus aſſiſtentibus, ipſisq; adeo poſcentibus Germanis, Sanctitas veſtra Tridentum delegit, Germanorum gratia, propter quos id præcipuè Concilium fiebat, quod illam approbaverant civitatem, quemadmodum Imperatori, iisque in publicis eorum Ratisbonæ habitis Comitiis, in provincia Germaniæ celebrandum conceſſerat eadem Sanctitas veſtra, quod locus eſſet aptiſſimus ob libertatem, ſecuritatem, & opportunitatem. Ita enim poſitus eſt, ut tam Italiæ propinquus quam Germaniæ ſitus eſſet, nec à Gallis aut Hiſpanis longiſſimè diſtare videretur. Cujus civitatis Epiſcopus eſſet Chriſtophorus Madrucius, vir ſanè probus piusque ac ſacri Imperii Princeps, & ſanctitatis veſtræ multis nominibus amicus: & quod omnium rerum, quæ ad victum neceſſariæ ſunt, commoditas non deſit, Sanctitas veſtra in ſua Bulla latius declarat.

3. Tridenti eſt, inquam, indictum Concilium generale omnium conſenſu. Legati, Cardinales miſſi, primum Reverendiſſ. Panutius, Moronus & Polus adfuere, qui vices Pontificis repræſentarent: Oratores Imperatoris, admodum Illuſtriſſimus & religioſiſſimus Epiſcopus Atrebatenſis, Illuſtriſſimus vir Dominus de Granvella, & ego Jacobus de Mendoza. Sed nondum viſum fuit Sanct. Veſtræ, ut apparet ex ſecunda Bulla Sanct. Veſtræ, tempus ſatis idoneum ad inchoandum Concilium, poſt aliquot dies iterum a Sanct. Veſtra miſſi Sedis Apoſtolicæ Legati, Cardinales, Reverendus de Monte, Reverendus Sanctæ Crucis, & iterum Reverendus Polus: rurſum Oratores, Ego Jacobus Mendoza, & Illuſtris vir Franciſcus Toledo abſens: acceſſerunt nonnulli aliorum Principum itidem Oratores, nonnulli erant in itinere, multarum nationum Epiſcopi etiam ab ultimis terris convenere magnis impenſis: magno labore inchoatum eſt, & petitum ab omnibus Chriſtianis Concilium, & cauſa religionis & reformationis morum in eo tractari cœpta.

4. Eodem quoque tempore bellum adverſus hoſtes & S. Imperii violatores Imperator gerebat, in quo ſuſcipiendo potiſſimum tuendæ & amplificandæ religionis, idque interveniente Sanct. Veſtra, ratio habita eſt, ita ut quos ratione flectere non poteramus, armis cogeremus. Cum res eſſent in hoc ſtatu, cœpto (ut dixi) religionis negotio, cauſa morum (quæ totis viribus & conſilio indigebat, ad quam legitimè & abſolutè prorſus peragendam Sacra Majeſtas & Germaniæ Ordines à retro Pontificibus & Sanctit. Veſtra jam antea remedium tam crebro flagitaverat) ſed frigide nimis & vix tentata. Deinde virtute Imperatoris pacata Germania, in qua recuperanda Sanct. Veſtræ & ſacroſancto Concilio munus incumbebat, maxima ſpe & certitudine eorum adventus, tum etiam, qui hucuſque Concilium recuſaverant, & eorum qui in tam neceſſario religionis negotio adhuc occupati, Imperatori adjutores erant.

5. Ecce Reverendiſſimi aſſerti Legati tumultuoſe, præter omnium expectationem, Sanctitate Veſtra (quod ipſi dicunt) inſcia & inconſulta, leviſſima ſanè cauſa procurata & conficta de tralatione Concilii retulerunt ad Patres, nullo conſultandi, ſed neque cogitandi ſpacio dato, ita ut pridie propoſuerint, poſtridie decreverint, perendie diſceſſerint cum multis Patribus, atque iis quidem tum temporis vel unius ferè Italicæ nationis, vel ante adeptum Epiſcopatus nomen in Italia degentibus.

6. Huic conſilio, Sanctiſſime Pater, plures Epiſcopi, magnæ fidei & autoritatis viri, quibus religionis & morum cauſa cordi erat, tanquam callido nimis & immaturo, Chriſtianæq; Reip. periculoſo, contravenère, planeq; & publicè, inſpirante eis Spiritu ſancto, cujus ſanè cauſa imprimis agi debebat, tum tralationem propoſitam, tum Legatorum aſſertorum & Patrum, qui eos ſecuti ſunt, injuſtam eſſe tralationem Concilii, velleque ſe manere Tridenti, libero & legitimo Concilii loco, publice proteſtati ſunt.

7. Inter hæc Imperator, dum Epiſcoporum congregatio Bononiæ manet, hoſte ad Albim devicto, Saxonia provincia ſuperata, duobus belli Ducibus, altero pugna, altero deditione captis, pacata prorſus Germania, arduum & periculoſiſſimum bellum ſolus confecit: nec deſtitit ſæpius Sanct. Veſt. per Nuncios, per Legatos Sedis Apoſtolicæ, per illuſtriſſ. virum Joannem Vegam, per me & Majeſtatis ſuæ apud S. V. Oratores, & ante & poſt confectum bellum, magnis & continuis precibus ſollicitare, juberet Patres, qui Bononiæ perſtant, ad Concilium Trident. redire, eandemque ipſam admonere, prævideat, quot ſcandala, diſſidia, pericula, impendeant Chriſtianæ religioni, ſi jam cœptum Concilium Tridenti non continuetur & abſolvatur.

8. Comitia interim Auguſtæ Germanis indixit, quæ quidem adhuc celebrantur. In his libero, ſpontaneo, generali totius Germaniæ Ordinum & Statuum, præterea omnium Civitatum conſenſu, petente Imperatore, decretum eſt, Germanos omnes ad Concilium Tridenti convocatum venturos, ut ea, ſuper quibus indictum fuit, tractentur, & ſacroſancta Concilii autoritate decidantur: Ipſam ſacroſanctam Tridentinam Synodum ſe ſuſcepturos, idq; prorſus & abſque ulla conditione ſe præſtituros, Imperatori ſunt polliciti.

9. Legavit Imperator Oratorem ad Sanctitatem Veſtram, Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Chriſtophorum Madrucium, Cardinalem & Principem Tridentinum, qui S. Majeſtatis & Sereniſſimi Romani Regis Ordinumque S. Imperii nomine Sanctitas Veſtra pium hoc & ſanctum Germaniæ Concilium indiceret, ſupplicaret, juberet Patres, qui Bononiæ agunt, ad Concilium Tridenti inchoatum reverti: hortaretur & admoneret, ut honeſtiſſimam & neceſſariam occaſionem, tot laboribus & periculis iam diu quæſitam, nunc demum partam, ſuſciperet & amplecteretur, in qua & Patres cum dignitate Tridentum redire, & religionis cauſa generali Chriſtianorum conſenſu, ipſorumque Germanorum, quorum potiſſimum gratia ipſa ſacroſancta Synodus Tridenti convocata fuerat, tractari & confici, & ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ autoritas magna cum Pontificii nominis Majeſtate, & ipſius Sanctitatis Veſtræ immortali gloria augeri poſſet: idque non privatim ſolum, ſed publicè faceret in Reverendiſſimorum Cardinalium conſeſſu.

10. Præterea juſſit me, qui Senas ad componendas illius Reipub. res veneram, idem negotium præſtare. Quod ſi Sanctitas Veſtra dilationem aut excuſationem aliquam interponeret, neque præſentem occaſionem ſuſciperet, huiusce rei, ut tam juſtæ petitionis, promtiſſimique erga Chriſtianam religionem Majeſtatis ſuæ animi, tam publicè quàm privatim vos ipſos Reverendiſſimos Cardinales, & omnes omnium Principum Oratores, qui Romæ agunt, teſtes vocarem, præcepit.

11. Præterea juſſit Procuratores & Conſiliarios ſuos, qui Bononię expectabant de ea re reſponſum, & à Patribus ibi congregatis, & à Sanctitate Veſtra, ſi unquam vel ipſi Patres vel Sanctitas Veſtra id recuſaſſent, vel dilationem aliquam interpoſuiſſent in generali Patrum cœtu, nomine Majeſtatis ſuæ proteſtari, iniquam fuiſſe tralationem, & omnia inde facta & ſecuta ab ipſis Patribus affectata, & nulla eſſe atque futura fore. Factum eſt, beatiſſime Pater, poſt requiſitiones privatas etiam publicè primum à

Reverendiſſimo Tridentino die nona Decembris: deinde à me die 14. ejusdem menſis, hora antemeridiana, in hoc Reverendiſſimorum Patrum conſeſſu cum debita humilitate inſtantiſſimè rogando, idque per viſcera, & per ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti; tempus tamen Sanctitas Veſtra interpoſuit ad conſulendos ſuper reſponſo Patres, qui Bononiæ ſunt; qui quidem non diſſimile ſeceſſioni ſive (ut ipſi dicunt) translationi conſilium dedere vanum, ſubdolum & captioſum, in graviſſimum religionis & univerſalis Eccleſiæ diſſidium, ſcandalum & detrimentum.

12. Sanctitas autem Veſtra id conſilium approbaſſe, illorumque ſententiam ſuſcepiſſe quodammodo viſa eſt, illegitimam ſeceſſionem Tridentinam, periculoſiſſimam ſane & pernicioſam Reipub. Chriſtianæ, *translationis* vocabulo, congregationemque ſeu illegitimum Conventum Bononienſem *generalis Concilii* nomine appellans: tantumque ei congregationi autoritatis in ſuis ad Reverendiſſ. Cardinalem de Monte, Epiſcopum Præneſtinum, & ad vos qui adeſtis literis, & ſuo ad Imperatorem reſponſo tribuere videtur, quantum Epiſcopi prænominati autoritate propria ſibi ipſis arrogare auſi ſunt.

13. Præterea reſponſum ad Cæſarem dat dilatorium & illegitimum, præſenti occaſioni & negotio impertinens, ineptum & inconveniens. Quid enim magis alienum, quam in graviſſima cauſa, in negotio religionis & Spiritus ſancti, & cauſæ cognitionem antevertere, & ſententiam ferre, & ſe judicem conſtituere, antequam judicium ſibi deferatur: & his qui ægrotabant, & ſanandi erant, qui hucuſque remedium detrectare videbantur, qui nunc religionem, qui morum reformationem, qui unionem publicarum diſſenſionum petunt à Sanctitate Veſtra, (Concilium enim petunt Tridenti, ubi cœptum fuerat, continuari & abſolvi, quod omnium bonorum cauſam futurum certiſſimè credunt) præſentiſſimam medicinam tergiverſationibus & ambagibus producere & denegare.

14. Et cum probationem cauſarum translationis à perſpicuis & religioſiſſimis & probatiſſimis teſtibus ſumi, conveniens ſit, in hac ipſa teſtibus parum inter ſe convenientibus, nullius autoritatis de plebe hominibus fidem adhibere: Imperatoris autem & Regis Romani, & Principum Statuumque Germaniæ, qui in publicis Comitiis congregati ſunt, qui & per Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Cardinalem atque eundem Sacri Imperii Principem, Sanctitatem Veſtram certiorem faciunt, de hoc tam ſancto, tam pio Germanorum propoſito atque decreto fidem in dubium vertere, quod ex ipſorum & Sanctitatis Veſtræ reſponſo, cùm publicè tum privatim dato, intelligi poteſt.

15. Multa alia à me prætermittuntur, Sanctiſſime Pater, quæ tempore & loco, ſi opus fuerit, in hac cauſa dicentur. Quid præterea deſiderabamus à Germanis, quid ab eis petebamus, toties à Cæſare repetitis itineribus, tot impenſis, tot laboribus, maximo & ancipiti ſuſcepto bello, atq; confecto? Perdet omnes labores hos S. V. pro religione ſuſceptos: perdet optimam & præſtantem ſanandæ reſtituendæq; religionis occaſionem, & perdet religionis cauſam, admonitus & requiſitus. Id vero certiſſimum Concilium univerſale, ob cauſas graviſſimas & maxime neceſſarias Tridenti congregatum, V.S. indictione, flagitante Imperatore, Principibus Chriſtianis aſſentientibus, petentibus Germanis, convenientibus Epiſcopis, jam cœptum, niſi ſumma urgentiq; neceſſitate, præcedentibus tractatibus, & diligentiſſima diſcuſſione, ſervato juris ordine, conſenſu omnium Patrum, aliò mutari, neque legitimè poſſe nec licere.

16. Sæpe enim tralationes callido & præcipiti conſilio ſine cauſa factæ, in cauſa eſſe ſolent, ut magno religionis periculo, magnis in Repub. Chriſtiana turbis & diſſenſionibus, interdum populi Chriſtiani pernicioſa diviſione Concilia diſſolvantur. Cauſa autem tam ſubitæ translationis nulla fuit, ſed arrepta, quæ ſe primùm obtulit. Occaſionem vos Reverendiſſimi aſſerti Legati, ut à me dictum eſt, & reliqui Patres, feciſtis, id quod jam pridem meditati fueratis. Febres enim neſcio quas & aeris vitium cauſati, affectatum & procuratum quorundam medicorum, ſed præcipuè ancillarum & coquorum, viliſſimorum hominum, teſtimonium recitantes, Tridento præcipites diſceſſerunt. nempe & tunc & deinceps apertiſſimè patuit, nullam extitiſſe vanæ formidinis cauſam.

17. Præterea ut ulla fuerit ratio diſcedendi, Veſtram Sanctit. in hac prætenſa cauſa conſuluiſſent, cùm tam parvi temporis mora nihil periculi eſſet allatura. Neque enim tam repentina res erat, quod exitus morbi, quem cauſati fuerant, comprobavit. Inconſulta autem Sanctit. Veſtra, diſceſſiſſe illos Epiſcopos, faſſi eſtis, & Sanctitas Veſtra poſtmodum affirmavit. Cui quidem Sanctitatis Veſt. teſtimonio multum certè fidei & autoritatis detrahunt veſtræ ad Reverendiſſimum de Monte literæ, & reſponſiones ad Cæſarem datæ.

18. Imperatore quoque conſulto & aſſentiente, id facere debuiſſent, cui curæ ſunt & tutelæ omnia univerſalia Concilia, atque id ex munere officii Auguſtalis: cujus quanta ſit in Conciliis autoritas, manifeſtum eſt. Verùm tanta fuit Legatorum aſſertorum feſtinatio & ſimulatio, ut nec ipſi voluerint conſulere, nec eos qui dicebant, Sanctitatem Veſtram & Imperatorem priùs per Sanctam Synodum certiores fieri oportere, audiendos putarint. Cumque Imperator ipſe pro tuenda & amplificanda religione, pro Eccleſia, pro Concilio laboraret, ipſi vano & inani timore ſimulato, Imperatore inconſulto, abſceſſerunt. Atqui ſæpe aliàs Imperator per Oratores ſuos cùm ipſos aſſertos Legatos, tum Sanctitatem Veſtram admonuerat, ſe neque tralationi Concilii, ſed neque ſuſpenſioni aut vacationi tacitè vel expreſsè aſſentiri poſſe.

19. Præterea juris ordinem contempſerant, & eam cauſæ cognitionem, quæ in Synodalibus tralationibus Sanctorum Patrum ſanctionibus inſtituta eſt. Rem enim ferè omnium graviſſimam properè ſanè & leviter confecerunt. Debuerant certe juſtas multorum graviſſimorum Patrum, qui illis haudquaquam aſſentari docti, rei ex recta conſcientia conſulebant, contradictiones libenter audire, eorumque ſententias ac rationes animadvertere atque examinare, ac non ipſis neglectis, vixque

audius,

auditis, rem pro libitu definire: quorum quidem ſententiæ, quod graviores & firmiores erant, ſanioresq; Reipublicæ, debuiſſent jure præferri: potuiſſentque multarum nationum Patres, etſi multitudine aliis impares, tralationem merè voluntariam, eandemque Reip. Chriſtianæ pernicioſam, impedire. Quam ſi firri oportebat, fuerant ſacrorum Conciliorum decreta ſervanda, ne diſcederetur à terminis ejus regionis, eligendus erat in Germania locus propinquior & opportunior: atque ob id maximè fieri oportebat, ut de quorum cauſa præcipuè agebatur, Germani tuto poſſent ad Concilium venire: quod proculdubio feciſſent, omnibus non veniendi ſubterfugiis, impedimentis & difficultatibus ſublatis, ut exitus ipſe comprobavit.

20. Illud verò nulla ratione defendi poteſt, quod Bononiam in medio Italiæ collocatam, ſubditam imperio Eccleſiæ, delegerint: quo nemini dubium eſt non adituros Germanos. Locum itaque delegerunt, quem poſſent omnes meritò multis de cauſis, quæ nunc à me prætermittuntur, recuſare, non ut Concilium proſequantur, ſed ut ſummo exitio Chriſtianorum decoloratione & deformatione ſtatus Reip. Chriſtianæ Concilium præproperè & ex abrupto diſſolvant, aut ex animi eorum ſententia conficiant. Ac cum ſit Conciliorum officium diſſidia tollere, religionem luſtrntare, mores emendare, hic receſſus, quem ipſi translationem vocant, turbabit Concilium, perdet omnia.

21. Verum cum piiſſimus Imperator, Sanctiſſime & Summe Pontifex. ut verus & legitimus Romanus Imperator, Eccleſiam omnium matrem augere ac defendere teneatur (quod ſemper ab initio Regnorum ſuorum & Imperii fecit) cumq; ab antiquiſſimis retrò temporibus Imperatorii muneris fuerit, univerſalia Concilia protegere, & eo usque integra & ſalva præſtare, quoad negotia, quorum gratia congregantur, debito loco & ordine abſoluta ſint: cumque Germaniæ diſſidia componere, eamque provinciam, partem Imperii potiſſimam, magnumque Eccleſiæ membrum, pacare, & ad veram Chriſtianamque religionem reducere conſtituerit: cumque ad eundem etiam Hiſpaniarum, aliorumque regnorum & ſtatuum ſuorum, quorum Rex verus ac Dominus eſt, auxilio Sanctitatis Veſtræ & Sacroſancti Concilii, corrigendorum, & ad veram Chriſtianam vitam reducendorum, cura pertineat: quæ ita demum vana non erit, ſi Sanctitas Veſtra Concilium Tridenti indictum, Tridenti cœptum, Tridenti continuaverit, & abſolverit.

22. Animadvertens, inquam, Imperator, hunc receſſum, ſeu (ut ipſi dicunt) tralationem, ſine ordine legitimo factam, neque lege, nec ratione, neque cauſa, neque conſilio inniti, omnem ſancti juſtique propoſiti ſui rationem perturbare: præterea totam Germaniam, ad quam hæc potiſſimum cauſa ſpectat, Concilium poſtulare Tridenti, polliceri ſe Concilio Tridenti affuturam, Sanctam Tridentinam Synodum ſuſcepturam; Sanctitatem Veſtram, quam ſemel atque iterum obteſtatus eſt, nunc quoque ut bonus obediensque Sanctitatis Veſtræ & Eccleſiæ filius, maximè conteſtatur, debita humilitate & Chriſtiana monitione, per viſcera Domini noſtri Jeſu Chriſti, ne magno labore tamdiu quæſitam componendæ reſtaurandæq; religionis occaſionem prætermittat.

23. Ovibus à Deo Opt. Max. ſibi commiſſis auxilium feratis, jubeat ſuos aſſertos Legatos, cum reliquis Epiſcopis, qui receſſerunt, ſine mora Tridentum reverti, qui locus viſus eſt Sanctitatis Veſtræ approbatione tutus & liber, ipſiusque Invictiſſimi & pientiſſimi Imperatoris fide tutior atque liberior, cujus muneris eſt, Concilia ptotrgere atque tueri: ibique, ut decet ac neceſſarium eſt, ſacroſanctum Concilium autoritate Imperatoris, efflagitatione & aſſenſu Principum, Tridenti inchoatum, diuque habitum proſequatur: quod nullo pacto recuſare poſſunt, & ſanè id jam anteà polliciti ſunt, ſi utique Germani ad Concilium acceſſiſſent, ſe, quàm primùm illa falſi morbi ſuſpicio refrixiſſet, eſſe redituros, atque adeò Sanctitas Veſtra idipſum Cæſari per Nuncios ſæpe & Legatos promiſit.

24. Anno jam ferè elapſo, ceſſante morbo (ſi quis fuit) re tranquilla & pacata, ablata ratione timoris, poſtulantibus Principibus & Statibus Germaniæ, iisq; deniq; pollicentibus, ſe liberè & abſque ulla conditione aut prætextu Synodum ſanctam Tridentinam ſuſcepturos, cur non revertuntur & intermiſſum continuant opus, ut cœperant, ut continuare oportebat? Hoc ſi Sanctitas Veſtra fuerit executa, & nunc aſſertos Legatos Tridentum redire ſua autoritate & Imperio coëgerit, neque dilationem aut difficultatem ullam interpoſuerit, rem populo Chriſtiano valde neceſſariam, & divinæ majeſtati gratiſſimam faciet.

25. Sin autem tam juſtæ petitioni tempore & occaſione neceſſariis, quæ quidem nunc ſe ultrò præſens offert, aſſentiri noluerit (quod abhorrendum ſanè eſt ab eo, qui prorſus totius Reip. Chriſtianæ curam gerit, atq; adeò ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti vices repræſentat) Ego Jacobus Hurtadus Mendoza, nomine pientiſſimi & invictiſſimi Domini mei CAROLI Cæſaris, Romanorum Imperatoris, ex illius ſpeciali mandato, ac nomine totius Sacri Imperii, Regnorum & Dominorum ſuorum, multiplicatas privatim & publicè Evangelicas requiſitiones, monitiones, denunciationes, idq; nõ ſolùm (ut ſuperius dictum eſt à me) ſemel atq; iterum, ſed etiam plures in hoc ampliſſimo & religioſiſſimo Cardinaliũ conſeſſu, die Mercurii, hora antemeridiana, 14. Decembr. in hoc eodem loco rurſus, die Martis, hora pomeridiana, 27. ejuſdem Decemb. præſentibus reverendiſſimis Patribus & Principum Oratoribus, aliam proteſtationem die Lunæ, 16. Menſis Januarii. hora meridiana, à Procuratoribus & Conſiliariis Imperatoriæ Majeſtatis prolatis, in generali cœtu convenientibus, Bononiæ habitam: tandem noviſſimè proteſtor, dictam tralationem ſeu receſſionem fuiſſe & eſſe illegitimam, & nullam: atq; omnia inde acta, atq; ſecuta, & quæ poſthac quomodocunq; de re qualibet agentur atq; ſequentur, affectata fuiſſe, & futuras rixas & contentiones in Eccleſia Dei inducere atq; nutrire, ac deinde nullius momenti, nullius effectus, magnam cladem & exitum populo Chriſtiano minari, fidem Catholicam & ſacroſanctam religionem in periculum adducere, univerſalem Eccleſiã Dei ſcandalizare, decolorare, deformare, ejusq; ſtatum & majeſtatẽ pervertere, ac proinde nullius momenti, nullius effe-

ctus, nullamq; habuiſſe vim, ſed nec habitura vigorem ullum, ullam penitus ſubſiſtentiam: ... ; tam poſſe eſſe autoritatem aſſertorum Legatorum Sanctitatis Veſtræ & eorum Epiſcoporum, qui Bononiæ ſunt, Sanctitati Veſtræ majori ex parte obnoxiorum, atque ab illius nutu omnino pendentium, in religionis & morum reformationis cauſa, tanti momenti negotio, univerſæ Reip. Chriſtianæ, ci... provinciæ, præſertim cujus mores & inſtituta parum eis nota, legem præſcribaot.

26. Præterea ejusdem invictiſſimi Romani Imperatoris Semper-Auguſti nomine & ſpeciali mandato, prout ſupra, proteſtor atque denuntio Sanctitatia Veſtræ reſponſionem illegitimam, præſenti negotio & neceſſitati ineptam & inconvenientem, fuco & figmentis plenam, ac prorſus deluſoriam fuiſſe & eſſe, nulloque jure nullaque ratione ſubſiſtere.

27. Proteſtor præterea, omnia damna, tumultus, diſſidia, clades, ruinas, excidia populorum, adhæc diviſiones & ſcandala in Eccleſia Dei, & religionis pericula, atque Reip. Chriſtianæ detrimenta, quæ inde evenire atque eveniunt & poſſunt contingere, Veſtræ Beatitudini, non ſibi imputanda. Ad quæ quidem facilimè & potuit & debuit, ex forma & eſſentia Pontificatus usque ad ſanguine... usque ad animam, remedium commodum adhibere.

28. Proteſtorque ſimiliter, CAROLUM Romanorum Imperatorem Semper Auguſtum, defectu, culpa & negligentia Sanctit. Veſtræ, Eccleſiæ procellis & tempeſtatibus, quas metuit ex h... facto, videtque impendere, totis ſuis viribus obviam iturum, ejusque protectionem & tutelam omni ſtudio ſuſcepturum: totumque id, quod ſui juris, muneris, officii & dignitatis eſt, quo Imperator eſt, quo Rex eſt, quatenus jus patitur, & legibus ſanctorumque Patrum inſtitutis, & orbis eo conſenſu decretum atque obſervatum eſt, exnunc oon omiſſurum, omniaque alia, quæ ejusdem Domini mei Imperatoris nomine poſſum & debeo, quò meliùs expediat atque conveniat modo & ordine.

29. Proteſtor vobis etiam, Romani Patres, ampliſſimi Cardinales, ſalvo omni jure, & facul...tibus, quomodocunque Domino meo Imperatori competentibus, ubi Sanctitas ſua in præmiſſis negligens fuerit, aut quacunque alia cauſa inſtaurationem religionis, unionem provinciarum Germaniæ veràm, abſolutam & generalem in ſancto univerſali Concilio fieri oportet, morum reform...nem omiſerit, aut diſtulerit, vosque itidem in his negligentes fueritis, eadem omnia, quæ Sanct... ſuæ proteſtatus ſum, eodem modo & ordine, nomine invictiſſimi & piiſſimi Domini mei CAROLI Romanorum Imperatoris Semper Auguſti, proteſtor atque denuncio: atque hanc proteſtationem bis, ter, & toties, quoties & ubi mihi viſum fuerit, eſſe neceſſarium: & quamcunque aliam ſuper præmiſſis & ab eis dependentibus connexis, & demergentibus facturum affirmo, & facultatem mihi reſervo. Teſtes vos omnes, qui adeſtis huic meæ proteſtationi, ſiſtens, petoque à vobis Notariis, & à quocunque veſtrûm, ut publica de his omnibus conficiatis inſtrumenta.

Anno Chriſti 1552.

FERDINANDI CÆSARIS AUG. ET SACRI IMPERII STATUUM

TRANSACTIO DE PACE PUBLICA

Facta Patavia Noricorum, altera die menſis Auguſti, Anno Domini MDLII.

Interprete Juſtino Goblero J. C.

NOs FERDINANDUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus; Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ, &c. Rex; Infans Hiſpaniæ; Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniæ, Lucimburgi, Limburgi, Geldriæ, Superioris & Inferioris Sileſiæ; Princeps Suevíæ; Marchio Sacri Rom. Imperii, Burgaviæ, Moraviæ, Superioris & Inferioris Luſatiæ; Princeps Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Phirti, Kiburgi, Gorciæ, &c. Comes Palatinus Burgundiæ, Hannoniæ, Holandiæ, Selandiæ, Namurci, & Zutphaoiæ; Lantgravius Alſatiæ; Dominus Marchiæ Vaudalicæ, Porteoaiæ, & Salinarum, &c. fatemur; Cum aliquoties jam antea nobis innotuiſſet in Germaniæ Sacri Imperii natione hinc inde multifariam commoveri ad bellum arma, palamque tumultuari, ac id quidem præcipua Generoſi Philippi Heſſorum Landtgravii, &c. Cuſtodiæ detentionisque cauſa: ingenita nobis cupiditate, deſiderio, fide, amore, atq; promptitudine erga ſacrum Imperium, omnesq; & ſingulos ejus Status ac membra, cumprimis vero ad communis Reipub. ſalutem, pacem, tranquillitatem & concordiam conſervandam provehendamque, & Chriſtiani ſanguinis effuſionem, inſontium excidia, Patriæ devaſtationes evitandas ac prohibendas, promptè ac meritò voleotesq; adducti, Romanam Imp. Majeſtatem, dilectum fratrem & Dominum noſtrum amanter juxta atq; ſuppliciter requiſivimus ac interpellavimus, ut nobis ad dicti Lantgravii liberationem, aliarumq; appendentium controverſiarum, ad bella tumultusq; occaſionem præbentium, derivationem, amicam tractationem indulgere, concedereque dignaretur, quod ita nos quidem & amicè ab ipſa Cæſarea Majeſtate & fraternè impetravimus & conſecuti ſumus.

2. Quo factum eſt, ut una cum illuſtrisſimo Principe Domino Maximiliano Rege Bohemiæ &c. dilecto noſtro filio, & Illuſtriſſ. Mauricio Duce Saxoniæ, &c. cognato, & Alberto Duce Bavariæ, genero, Electoribus, Principibus, ad proximum Paſcha, in civitate noſtra Linc... conveniremus, de rebus hiſce benignè atque confidenter colloquentes, variis deliberationibus & tractatibus inter nos habitis, ac diligenter omnibus perpenſis neceſſarium, operæq; precium fore exiſtimavimus, aliam convocationem huc Pataviam (gehn Paſſaw) ad 26. Maji proximam indicere ac præſtituere.

3. S...

3. Similiter & hos Electores ac Principes ceu nobiſcum interceſſores & compoſit[illegible] harum amicè tranſigendarum rerum cauſa literis noſtris evocavimus & accerſivimus, talibus divina clementia gravaminibus, litibus atque diſcordiis, quibus fieri poteſt, viis, modisque obviaturi, ac denique finem impoſituri.

4. Proinde nos, & infra memorati Principes, Elector Saxoniæ, &c. huc ad dictam diem cum cæterorum Electorum & Principum Legatis pervenimus, videlicet, Archiepiſcopi Moguntinenſis nomine Daniel Brendel & Honburck, majoris ædis Canonicus Moguntiæ, Chriſtophorus Matthias Jurium Licentiatus Cancellarius, & Petrus Echrerus. Archiepiſcopi autem Colonienſis nomine Henricus Saliſpurgenſis, & Franciſcus Burghardus, ambo Doctores. Archiepiſcopi Trevirenſis nomine, Joannes de Petra, Primas inter Archidiaconos Trevericos: Philippus Baro in Winnenberg & Beylſtein, ditionis Trevericæ, aulæque Magiſter, & Felix Hornung Doctor, Cancellarius. Palatini verò Friderichi nomine, Ludovicus Comes à Stolberg, Konigſtein, & Ruthſchefort. Joannes à D[illegible]eim, præfectus in Creucenach, Melchior Drechſel Doctor, & Juan. Koting. Joachimi Marchionis nomine, Adam Trotte Mariſchalcus, Chriſtophorus Stratius, Timotheus Jung, & Lampertus Diſtelmeyer, Doctores. Item reverendi & generoſi, Erneſtus Archiepiſcopus Saliſpurgenſis, &c. Maurinus Echiteſenſis, & Wolffgangus Patavienſis Epiſcopi, Albertus quoque Palatinus Rheni, Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ, in perſona. Item Epiſcopi Herbipolenſis nomine Henricus Comes à Caſtel Canonicus, & Hans Zobel. Joannis Marchionis Brandenburgenſis nomine Henricus comes à Caſtel Canonicus & Hans Zobel. Joannis Marchionis Brandenburgenſis nomine Adrianus Albinus Doctor, Cancellarius, Andreas Zuch Doctor, & Bartlolus à Mandelslo. Henrici junioris Ducis Braunſvigenſis nomine, Vitus Grummer. Wilhelmi Ducis Juliacenſis nomine, Wilhelmus K[illegible]d r. Wilhelmus à Hevenhof, ap[illegible]atus Ley. Magiſter curiæ Theodoricus à Schepſted, & Carolus Horſtus, Doctores. Philippi Pomeraniæ nomine, Jacobus Zuzevvitz, Doctor & Cancellarius, Et Chriſtophori Ducis Wirtembergenſis nomine Johannes Theodoricus à Plenningen, ſuperior Advocatus in Stutgarte, Luduvicus à Fravvenberg, Advocatus ſuperior in Lauffen Joannes Henricus Hecklin, & Caſpar Behem, ambo Doctores hic coram nobis comparentes. Quibus cum vocatis tranſactoribus rem cœpimus tractandam, ac initio dicti Electoris Saxonici, ſuorumque conjunctorum pullulata & gravamina duobus ſpecialibus ſcriptis complexa accepimus, eaque ſumma diligentia, fideque perpendentes, quo ad amicè componi, & ingruentis belli diſcrimina, pace, tranquillitate, & concordia firmata, in Sacro Teutonicæ nationis Imperio averti poſſent. Atque ſic tandem poſt multam longamque tum ſcriptorum verbo rerum tractationem agitatam, ſequentia media, punctaque ad Cæſareæ Majeſtatis beneplacitum, ac Electoris Saxonici, ſuorumque confœderatorum aſſenſum ac ratificationem relata ſunt, deque iisdem unanimiter tandem in hunc qui ſequitur modum conventum eſt atque concluſum.

CAP. I.

Ceſſio armatæ militiæ, & Philippi Heſſorum Landtgravii λύτρωσις ſeu liberatio.

PRimum Elector Saxonicus, ſuique belli conſortes Principes ac Status hanc compoſitionem amplectentes à cœptis ſumptisque armis prorſus deſiſtent: ſuosque paratos & conſcriptos milites ad undecimum duodecimumve diem Auguſti menſis proximum undiquaq; dimittant, diſſipent, atque diſcurrere, vel nobis Regi Ferdinando ad petitionem ſtipemque noſtram adjungi vel admoveri ſinant: denique omnibus modis operam, in quantum fieri poteſt, ne quid injuriæ damnive dolo malo Cæſareæ Majeſtati, nobis, aut cæteris Sacri Imperii Electoribus, Principibus, Statibus, & civitatibus illorum diſcurſu, lætioneque inferatur, quin ita potius diſperſi Cæſareæ Majeſtati, Sacroque Imperio obſequentes ſe gerant permaneantque, remiſſis illorum Statuum, civitatum, aliorumque juramentis, quos hactenus oppugnarunt & obſiderunt, aut ſibi aliqua adhæſione & confœderatione ſubdiderunt, idque vigore tranſcripti jam hoc in loco patentium literarum exemplaris remiſſionem illam conteſtantium, quemadmodum & earundem, & hujus edicti virtute à ſuis juramentis protinus liberantur & abſolvuntur.

2. Interea quoque temporis Philippus Heſſorum Landtgravius ſancitam Halæ in Saxonia capitulationem (exceptis jam antea reſolutis articulis, puncto de Caſſella loquente) ratam de novo habere, ac irrefragabiliter obſervare debet, adeoque detentionem ſuam & cuſtodiam haudquaquam vindicare, quinimò Cæſareæ Majeſtati, Sacroque Imperio ſeſe Principem per dies vitæ ſuæ obſequentem exhibere, & ad omnia iſta Cæſareæ Majeſtati formula decenti hoc loci præſcripta ſufficienter aſtringere, efficereque tandem, ut idem à filiis, ditioneque ſua nova literarum obligatione præſtituta ſervetur ac teneatur. Capitulatio Domini Landtgravii.

3. Simili modo uterque Electorum Saxonicus & Brandenburgenſis, Dux item Wolffgangus Palatinus, &c. obligationes quisque ſuas jam pridem factas modò renovent, easque ſcriptas cautiones ad ſextum Auguſti diem Illuſtriſſimæ Principi Dominæ Mariæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ, viduæ, dilectæ ſorori noſtræ, ejusve præſidenti apud Mechliniam tradantur.

4. Econtrà memoratus Landtgravius cuſtodia ſua penitus liberetur, & ad dictum Auguſti diem undecimum vel duodecimum Rheinfelſium tutò certoque extra periculum ſiſtetur liber. Jam & ipſa copias ſuas Cæſarea Majeſtas diverſis in locis in hos Status conſcriptas, hanc compoſitionem acceptantes haudquaquam producat, aut etiam fundendi ſeu dimittendi mora moleve ulla gravetur. Rheinfelſium arx ſancti Goarini.

5. Cœptam quoque Caſſellæ munitionem Imperatoria Majeſtas Landtgravio clementer perficere concedet.

6. Similiter Naſſovienſium durante cuſtodia promulgatarum ſententiarum executio differatur

ac

ac ſuſpen[illegible], donec liberato Landtgravio amica [illegible]
ten quo minus ea amicab[illegible] progrederetur tractatio [illegible]
nio, literarum documenta, aliaque neceſſaria, quæ Ad[illegible]
proferri nequibant de cætero exhibeantur ac produ[illegible]. E[illegible]
[illegible] hæc non contingit, ipſimet, cu[illegible] eorum, atque adhuc al[illegible]
[illegible]
rum. Principes, ex quibus ambæ partes quindenos Cæſareæ Majeſtati intra menſ[illegible]
[illegible] us fuerit liberatus, nominent, indicent atque proponant. Ex quibus amb[illegible]
Maj[e]ſtas Cæſarea tres Principes deligat, [illegible] autem ſex illos ad minus tre[illegible]
propria, aut etiam ad idem deputati co[mmi]ſſarii, tanquam Cæſareani Commiſſarii, gravam[illegible]
cept[io]nes, contra prædictas latas ſententias & [exe]cutionem debito modo, ac ut decet, re[illegible]
at[que] evideant, ecquid acta tempore cuſtodiæ Landtgravii exhibita rurſus aſſumenda, [illegible]
[illegible] Proceſſus ſuper ejusmodi propoſitis & adhuc dum proponendis gravaminibus, excep[illegible]
differendi ac ſuſpendendi ſint nec ne, cognoſcant, & quid Juris ſit, promulgeant. Atque hæc [illegible]
amica tractatio & deciſio ad ſummum intra biennium poſt concluſionem & datum compoſiti[illegible]
transactionis hujus certò expediatur ac exequatur.

7. Cæteris vero punctis & articulis omnibus inter memoratos Electorem Principem Sa[illegible] & Wilhelmum Lantgravium Heſſiæ propoſitis tamdiu, quousque reliqua communiter propoſ[illegible] vamina expediantur, d[i]latis atque ſuſpenſis.

8. Adminiſtrator item ordinis Teutonici, atq; Dux Henricus Brunsvige[n]ſis, aliq[illegible] præteriti Schmalkaldenſis belli cauſa impetentes, aut porrò impetituri, ceſſent quoq; & qui[illegible] nec prædicta gravamina reſulvantur.

Reviſio.

9. Etiam nova ſuperius memorata gravamina, quæ durante Lantgravii cuſtodia [illegible] Judic[illegible] rixli, aliasve adverſus eum præſumpta fuere, ſimul cum eorum exceptionibus, ab E[le]ctoribus & P[rin]cipibus harum controverſiarum intereeſſoribus proximo Comitio, uti decet, recog[illegible] anturq;, ac idem Lantgravius prout neceſſe eſt, audiatur: In iisdem quoque quod æquum & juſtu[m] decernatur, neque interea tamen in Cameræ Imperialis Judicio procedatur.

Suſpenſio proceſſus.

Cap. II.

Religionem, pacem, & juſtitiam concernentia.

VERUM atqui alios ſequentes articulos quod concernit, ab Electore Saxoniæ, ſuisq; co[n]jun[ct]is in hac pacificatione propoſitis, & quidem primò de Religione, de pace, & juſtitia, Majeſtas Cæſarea ſponſionem gratioſam nuper ad oppidum Linſium factam, extunc dato reſpo[nſo] [illegible] ter præſtabit, & ut intra dimidii anni ſpacium Comitia habeantur, in quibus dein qua via, qui[bu]sque modis, nimirum ſeu Generali ſeu Nationali Concilio, aut Colloquio, vel communi etiam I[mperii] conventu Religionis diſcordiæ commodè atque compendioſo ſopiantur, hæq; ad unionem Chri[ſti]anam redigantur, atq; ejusmodi conciliatio Religionis ab omnibus Sacri Imperii Statibus, mediant[e] Maj[eſt]atis ſuæ ordinaria ope præſidioque pertractetur.

Comitia. Colloquia.

2. Initio autem Comitiorum ad præparationem concordiæ delectus placidarum pr[u]dentiumqu[e] perſonarum conſtituatur, utriusq; Religionis æquali numero cum Mandato deliberandi, quibus m[o]dis ejusmodi conciliatio atq; concordia inſtitui commodè poſſet, absque Electorum Principum præjudicio tamen hujus delectus ergò.

3. Et quidem interea temporis nec Cæſarea Majeſtas, neque nos, ac Electores, Principes, & S. Imperii Status quempiam ex Auguſtanæ confeſſionis Statibus, propter religionem, vi [illegible], aut aliàs contra ejus conſcientiam ac voluntatem cogere, aut ea de cauſa vi bellove petere, vel [illegible], vel oppugnare aliquem, sive damnum aliquod inferre ſive per mandata, ſive alio quovis modo ip[ſum] gravare vel etiam contemnere, feremus, ſed ſuæ Religioni fideique quietè & pacific[e] [illegible]lare, caderc que [illegible]nentes.

Religionis ergo tranquillitas eſto.

4. Ob hoc quoq; bellum Status omnes Auguſtanæ confeſſionis cæteros Sacri Imperii Status antiquæ religionis Eccleſiaſticos & ſeculares ſimiliter Religionis ſuæ, Ceremo[ni]arum, conſtitutionum, rerum immobilium & mobilium, ditionum, ſubditorum, redituum, cenſuum, ſuperioritatum, & Jur[iſ]dictionum cauſa non gravent, ſed pacificè tranquilleq; illis uti fruiq; ſinant, nec vi [illegible]ctove, [ſe]u alias malignè contra eos quicquam præſumant: Verum enim vero juxta noſtras & Sacri Imperii ordinati[ones] conſtitutiones, edicta, decreta, Receſſus factæ pacis, ſinguli erga ſingulos ordinario jure juſtitia [illegible] contenti ſint, ſub proxime renovatæ pacificationis pœna.

Pacificatio publica renovata.

5. Quicquid verò in Comitiis illis à communibus Statibus una cum Cæſareæ Majeſtatis ordinario præſidio concludetur ac ſtatuetur, in poſterum quidem & re[ct]e & firmiter ſervetur, neque in co[n]trarium, aliave via diverſum agatur.

6. Omne autem quod dictis induciis adverſatur, adverſarive cenſetur, in nihilo de[tra]get illis, au[t] quicquam imminuet, idq; à Cæſarea Majeſtate, nobis item, & Electoribus Principibus, ac Statib[us] [re]ſpectivè, ſufficienter, in quantum fuerit neceſſe, vigore h[uju]s compoſitionis ſeu transa[ctionis] [illegible] confirmatumq; ſit: Prætor quoq; Cameræ Judicii & C[onſe]ſſ[o]res de iisdem induc[illegible] [illegible], diisque eorum juramentis, eisdem pareant & o[illegible] Implorantibu[s] [illegible] partibus n[illegible] eo, cujusnam ſint religionis, neceſſarias & l[egiti]mas [illegible] ſup[illegible]: formulam q[illegible] cu[illegible] risjurandi *Deum & ſanctos*, aut *Deum & ſancta E[vangelia]*, conſeſſoribus, aliisque perſonis Part[illegible] deinceps liberam permittendo.

Formula juris jurandi Deum & ſancta Evangelia.

7. In ſuffragiis quoque dandis rogand ſque æq [illegible] tas ſervetur, æquum [illegible] quum reddendo & conſervando: Similiter & in præſentan his Aſſeſſoribus, aliisque [illegible] & [illegible] his hac tractatione placuit, ſi quod opc æpre [illegible] um ac deliberatione dignum in dicaſt [illegible] ii Ca [illegible] tione apparuerit, quandoqui em eadem conſtitutio communi Statuum aſſenſu, [illegible] nitioque Imperii ſancita eſt, non etiam niſi per Cæſaream Majeſtatem Statusque communes rebus ita ſerentibus ordinaria via, utpote viſitationibus, aliisque; me lius mutari tolliq; poſſe. In qua re nos, Electorum Legati, comparentes Principes, & abſentium nuncii recipimus nos, ac conſentimus omnem diligentiam, operamq; præſtituros, ne qua partium, in Religionis negocio ſuffragiorum, imparitate ſibi præ cæteris metuat, partialitate remota: Auguſtanæ quoq; Confeſſionis conſortes à Cæſareo Cameræ judicio non excludantur, aliaq; gravamina, ſi quæ comperiantur, ex æquitate removeantur: & hæc quidem omnia proximis Comitiis explicentur.

8. Cæterum & hoc nos unà Electorum Legatis, comparentibus Principibus & abſentium nunciis apud Cæſaream Majeſtatem, amanter, reverenterque cum reverentia petivimus, uti ejus Majeſtas puncta illa plus neceſſaria, inter quæ & articuli præſentationis, & ne Auguſtanæ confeſſionis conjuncti à judicio Cameræ, ut ſuprà dictum eſt, excludantur, continentur explen [illegible] dine Majeſtatis ſuæ Cæſareæ ad provehendam, retinendamque pacem & concordiam in Imperio, quantocyus fieri poſſet, reſolvere dignaretur.

Cap. III.

Germanicæ nationis libertatem contino [illegible] ntia.

QUOD ad gravamina, quæ Germanicæ nationis libertati contraria irrepſiſſe, ne dicam irruiſſe, videntur, inter Electoris Saxonici articulos alio quoq; ſcripto comprehenſa [illegible] t: Volebamus quidem unà cum Electoribus, Legatis, Principibus præſentibus, & abſentium nunciis prompti paratique ac minimè gravati, illos ipſos, appendicesque ſuos ſingulatim [illegible] & ſpecificè pro amicabili compoſitione tractanda ſuſcepiſſe, niſi intellexiſſemus à Cæſareæ Majeſtatis ad hanc tractationem lectis deſtinatisque conſiliariis, ipſius Majeſtatem talium gravaminum hactenus bona ex parte inſcium eſſe atque ignarum, quamobrem de iis mandata dare conſiliariis nequiviſſe: Adhæc, ea ipſa gravamina tanta, tamque varia eſſe & prolixa, econtrà verò tempus hoc perexiguum indictæ diei, ut ipſi Electori quoque Saxonico, ſuisque conjunctis, donec hæ res omnes, quemadmodum neceſſitas poſtulat, explicentur, copias ſuas alendo, immodicos ſumptus atque impendia non ſolum pariet, verumetiam ſuperioritatibus hinc inde, miſerisque ſubditis graviſſimo maximoque damno ſit futura. Imperii gravamina Cæſarem latent.

2. Proinde hujuſcemodi gravaminum reſolutionem ad proxima Comitia, aliumve Imperii conventum hac vice rejicientes, ſpe bona ex Linſica conſenſione per Cæſareæ Majeſtatis conſiliarios præbita ſuffulti, conſilium inituram eſſe, quo ſacri Imperii & Statuum publicis & privatis cauſis conſulatur, cum jam in eo tota Majeſtas ſua elaboret, ut & apud ſuam Majeſt. Germanicus Senatus conſtituatur, & Germanicæ res cauſæque per Germanos tractentur ac diſponantur, ita, ut omnibus placeat, omnibusque ſat ſiat. Quandoquidem Germanicæ nationi ceu dilectæ ſuæ patriæ tam benè velit, ut haud quidem diminutam eam aut debilitatam, verum multò magis quantum fieri poteſt auctam, amplificatam atq; conſervatam cupiat, quæ quidem hoc tempore pollicitatio undiquaque cum gratiarum actione accepta eſt.

3. Ne autem Elector Saxonicus, ſuiq; adjuncti metuant hanc tractationem ſponſam neglectum iri, aut poſthaberi, ſine debito non deciſam, debemus nos filiusque noſter dilectus, Maximilianus Rex, Electores quoque Principes, & Status ſacri Imperii in manus ſumere propoſita gravamina, atq; Cæſareæ Majeſtati ea offerre, eoque eniti atque conari promovendo, ut quoad æquitatis fundamento inſiſtant, viſa quoque ut decet, Aurea Bulla, ac aliis ſacri Imperii ordinationibus, conſtitutionibus, veteribusque laudatis Germanicæ nationis conſuetudinibus omnia probè reſolvantur ac perficiantur. Reliqua verò ad Cæſaream Majeſtatem non propriè ſpectantia gravamina, ſed à quibusdam ſacri Imperii Statibus & membris privatim allata ſunt, aut quæ ipſi inter ſeſe Status diſceptant, de forma fortè ac modo communis conſultationis tractationisve, aut aliam ob rem quampiam controverſam, æqua & illa, ut ſuprà ponitur, Cæſareæ Majeſtatis tanquam Capitis eorum conſilio præſidioque proximi Comitii initio proponi vult atq; abſolvi, gratioſa nimirum hac piaq; Majeſtatis ſuæ pollicitatione, ut quæ ad ipſius Majeſtatem in ſpecie proprieque faciunt, in iis ſic ſe tam gratioſo bonoque animo ac voluntate geſturum eſſe, ut communes perſpiciant Status, ſumma ejus Majeſtatem cupiditate controverſias omnes ut decet, velle atque expetere compoſitas, & Rempub. privato emolumento longè prælatam fore, cæteraque omnia ita ſuſcipi, inſtituique, ut omnibus Statibus ex æquo & bono quàm pleniſſimè fiat ſatis. Aurea Bulla.

4. Porrò ad articulum Regis Franciæ Oratorum veniendo, media quædam ac puncta pacis publicæ conſtituendæ, aliorumq; negociorum quorundam prætendentium: ita ſe habet, ut cum, quæ publicæ ſunt paci in Germanica natione, ſolummodò Imperatoriam Majeſtatem nos, & Electores, Principes ac Status ſacri Imperii, neminemq; prætetea concernant, & jam iſti conventus harummet rerum, utpote publicæ pacis ſanciendæ, aliorumque gravaminum amovendorum cauſa ſit inſtitutus, idcircò nulla jam alia tractatione fore opus exiſtimatur.

5. Atqui vero privata Regis Franciæ negocia quod ſpectat, Elector Saxonicus vigore Linſenſis decreti ſeu receſſus cum dicto Rege aut ſuis Oratoribus, ſi id necdum factum eſt, dein tractare poterit: Linſenſe decretum ſeu Receſſus.

Si quid idem Rex fortè privatarum cauſarum adverſus Cæſar. Majeſt. prætendit, poter[illegible] actiones ſeu poſtulationes nobis exhibere, Cæſar. Majeſtati porrò per nos transmittendas, ſe [illegible] voluntatem deſuper declaraturi.

CAP. IV.

Securitatem eorum, qui huic bello conjuncti, & a Cæſarea Majeſtate Banniti ſunt, concernentia.

QUANTUM attinet eos, qui belli præteriti cauſa, Banno & indignatione Cæſareæ Majeſtatis [illegible] ſunt ac proſcripti, huic militiæ juncti, nihil equidem intermiſimus ipſi, ſimul cum Electoribus, Legatis, præſentibus principibus, & abſentium nunciis, quò minus fideliſſimè amantiſſimèque & humiliter rem hanc promoveremus, tandemq; impetraremus, ut Albertus Comes à Mans[illegible] pariter cum filiis ſuis. Comes item Rheni, Chriſtophorus Comes ab Aldenburg, Johannes Domi[illegible]u ab Heideck, Fridérichus à Reyfenberg, Georgius à Reckenrod, Sebaſtianus à Schertle, &c. aliique ejus belli cauſa indignatione incidentes à terris & Comitatibus ſuis boniſq; abacti, nempe Dux Ott[illegible] H[illegible]ricus Palatinus, Wolffgangus Princeps ab Anhalt, item Braunſuigenſes Principes ac nobiles, cæteríque omnes & ſinguli ſuperioris & inferioris Status, nominati & innominati, ob bellum præteritum [illegible]mulati, ac eidem dum adhærent, metu ſolicitudineque liberati, rurſus in Cæſareæ Majeſtatis gratiam fidemque admitterentur & reciperentur, nunc hujus quidem compoſitionis vigore reconcil[illegible]muntur: hoc pacto tamen conditioneq;, ut de cætero Cæſareæ Majeſtati, ſacroq; Imperio juſt[illegible]bitamq; præſtent ac ſervent obedientiam, neq; adverſus ejus Majeſtatem, nos, aut Imperium m[illegible]nt, priusquàm hic articulus communibus gravaminibus inferendus reſolvatur, cui deinceps transactioni reſolutioniq; ſtabitur.

2. Jam & reconciliati, inq; gratiam recepti, ut ſuprà dictum eſt, ac iſto jam tempore extra Germanicæ nationis Imperium in Gallia, aliiſve locis agentes, & contra Cæſaream Majeſtatem militantes intra ſex ſeptimanas proximas poſt Datum hujus compoſitionis ſe declarent, moxque ab eo tempore adverſus Imperatoriam Majeſtatem, Imperiiq; Status non militent, neq; ſe ejusmodi militiæ mancipent, utendove præbeant, tum & ad ſummum bimeſtri proximo in Germaniam revertantur, aut hac ipla reconciliatione & gratia omnino deſtituantur oportet.

CAP. V.

Abrogatio actionum omnium illorum, quibus hoc bello damnum datum eſt.

CUMQUE durante bello pleræq; novationes ſint obortæ, quidam etiam Electores, Principes, Status & civitates bonis rebusq; ſuis privati damnumq; paſſi ſint, omnia Principes hujus militiæ occupata vel dominia, vel territoria, vel oppida, villasve, hominesve, hæc quidem cuncta Statibus iis, quibus antea fuerant, reſtituant, juramentaq; ipſis ut ſupra dictum eſt, adhæſionesq; remittant, atq; de illis abſolvant ac liberent, ſalvis quoq; liberarum civitatum Privilegiis & libertatibus, quas deinceps retinebunt.

2. Viciſſim Cæſarea Majeſtas publicæ pacis, aliorumq; damnorum evitandorum reſpectu, omnes & ſingulas actiones, impetitionesque, quas Status hi & civitates, ſive etiam privatæ perſonæ in belli hujus Principes, eorumque hinc inde conjunctos & adhærentes datorum occaſione prætendere poſſent, abrogat de plenaria Cæſareæ Majeſtatis ſuæ poteſtate, operam nobiscum & cum cæteris Imperii Statibus datura, omniq; ſtudio & gratia eo enitura, ut æquis mediis viiſq; ratiocinetur, quò damna illa perquam graviter accepta, Statibus læſis, civitatibus item & ſubditis abſque hujus militiæ conjunctorum Statuum ope impendioque, ne qua porrò ſuccedentibus motibus occaſio detur, & firma pax tranquillitasque retineatur.

CAP. VI.

Ad Palatinum Otthenricum pertinentia.

QUOQUE Ducis Ottohenrici Palatini nomine, perq; ſuos Legatos ſupplicatum rogatumq; eſt, nempe ut Romanæ Imperatoriæ Majeſtati commendaretur, fida nos pariter cum Electoribus, Legatis, comparentibus Principibus & abſentium nunciis promotione apud prædictam Cæſaream Majeſtatem præſtitimus, atque effecimus, ut ſua ſibi ditio in Principatu Neuburgi ſuis cum pertinentiis maneat.

CAP. VII.

Generalis omnium militum hujus belli conjunctorum ſecuritas.

ELECTORES quoque, Principes, Status & oppida hujus belli conſortes, ſive ſint Marſchalci, equitum magiſtri, ſuperiores, officiati, ſive alii milites, quocunque nomine vocentur, ſimul cum omnibus eorum in hac militia conjunctis, adhærentibus, adjuratiſve ſuperioris & inferioris Status, nominatis & non nominatis metu curaque vacent, in gratiam rurſus ſuſcepti: hocque bellicum negocium, & quæ ſub eodem interim geſta ſunt, mutuo, alternatimque ſublata, ſopitaq; eſſe debent ſimul

ac ſe-

conjunctim & diviſim, ita ut neutra partium alteram præter jus, juſtitiamq;, clam palamve ſiniſtra mentione carpat, agatve, cumprimis erga Cæſaream Majeſtatem, erga nos ſacrumque Imperium ſeſe, ut decet, obedienter exhibendo.

2. Reinhardus quoque à Solms Comes juſta cautione facta, cæterique omnes utrinque capti ad præſtitutum diem undecimum ſive duodecimum Auguſti absque diſpendio libertate donentur.

3. Quod ſi Albertus Marchio Brandenburgenſis bello ceſſerit, ac intra tempus præfixum militem dimiſerit, hanc quoq; transactionem ſua parte probaverit, induciasq; ſervaverit, nec ipſe cuiquam milesq; ſuus damnum dederit, his etiam complectetur.

4. Quodq; poſtulatam Braunſuigenſium procerum, eorumq; poſſeſſionum reſtitutionem, quibus à Duce Henrico Braunſuigenſi ornati ſunt, æsq; alienum ſpectat, ad cavenda vitandaq; alia majora gravamina inde ſecutura, contraq; componendæ pacis cauſa, & ſacri Imperii tranquillitate conſervanda, interceſſores dabit ſeu Commiſſarios Cæſarea Majeſtas, utrumq; Electorem Saxonicum & Brandenburgenſem, Joannem quoq; Marchionem Brandenburgenſem, & Philippum Ducem Pomeraniæ, plenam eis poteſtatem cum pleno mandato tribuens, Principales ipſos aptum idoneumque in locum quantocyus fieri poteſt vocandi, ad tranſigendam & reſtitutionis & æris alieni controverſiam, idque ſummariè prout neceſſitas poſtulaverit, quàm quoq; accuratiſſimè fieri poterit. Ac ſi comperiant pacatores & interceſſores Ducem Henricum juniorem obligatum proceribus, absque juxta exceptione, æquitatis eum commonefaciant. Cæterum autem ubi res alterius, vel etiam utriusq; partis difficultate culpave componi non poſſet, Cæſareæ Majeſtatis nomine proceres confeſtim ac immediatè ſuis rebus poſſeſſionibusq; reſtituantur, trimeſtri ad ſummum ſpacio proximo poſt concluſam hanc factamque transactionem ſalvis utrique parti ſuis actionibus ac petitionibus mutuis poſt reſtitutionem loco apto idoneoq;, ut decet, proponendis.

Ducis Henrici Braunſuigenſis & nobilium controverſia.

5. Cæſarea Majeſtas, nosq;, ac requiſiti Electores, Principes, dictos pacatores ſeu Commiſſarios in iis quæ ſuo mandato effecerint, & publicæ paci prodeſſe putentur, gratioſè atq; amicè tuebimur, defendemus ac manutenebimus.

6. Ad hæc grande ſub Banni, proſcriptionisq; interminatione edictum exiet in Ducem Henricum à Cæſarea Majeſtate, ne qua procerum corpori, rebus ac bonis, præſertim autem ſylvis eorum Dux, noceat, dum lis ab interceſſoribus tota audiatur ac componatur, & illi quoq; reſtituantur.

CAP. VIII.

Civitates Goslariam & Braunſuigam concernentia.

Similiter prædictis quatuor Electoribus & Principibus, tanquam delegatis ſuis ſeu Commiſſariis, præcipiet injungetque Cæſarea Majeſtas, & Ducis Henrici & ambarum civitatum Braunſuigæ & Goslariæ actiones ac petitiones mutuas quantum neceſſe fuerit exaudiri, atque ex bono & æquo utrinq; litem componi, publico Cæſareæ Majeſtatis edicto propoſito, ut à cœptis armis deſiſtant, viq; omni inferenda mutuò abſtineant, Cæſareanorum delegatorū tractationi parendo, aut omnino actiones ſuas jure ordinario atq; Imperii conſtitutionum vigore explicando.

CAP. IX.

Ut ad ſervandam hanc transactionem Cæſarea Majeſtas ſe obliget.

HÆc omnia & ſingula ſupra ſcripta, & in ſingulis articulis nominatim ſpecificata, Cæſarea Majeſtas, quoad ipſammet concernunt, vi virtuteque ratificationis ſuæ deſuper factæ, ex Majeſtatis ſuæ dignitate nuncupata lingua pro ſe, ſuisq; poſteris firmiter, infractè, citraque contradictionem ſervare juſtè, rectèque exequi debet, nec in contrarium vel nunc vel in futurum, ſive ex plenitudine poteſtatis, aut ulla alia ſpecie prætextuve, quocunq; id nomine vocetur, quicquam moliri, agere, publicareve, neq; cuiquam ulli alii ſua cauſa permittere, non attentis quibuscunq; aliis decretis, factis, edictisve, huic conventioni in aliquo adverſantibus: quin potius omnes ſacri Imperii Status, ſingulosque in hac compoſitione, hisq; induciis & articulis aliis comprehenſos manutenere, defendere atque tueri volumus.

2. Si quis quive Status, unus pluresve, alium aliosve quovis modo, quavisve ſpecie ſeu prætextu cogere, oppugnare, lædere, aut gravare ſuave diripere tentaret, (quod tamen nulla ratione fore ſperatur) eum eosque Cæſarea Majeſtas ſimul cum altera parte, in quam iſta coactio, minæ, & pericula protenduntur, Cæſarea ope conſilioq; veluti ex officio ſuæ Majeſtatis addecet, æquumq; eſt, adjuvare, eaque ipſa gravamina amovere ſataget.

CAP. X.

Conſenſio Principum belli in hac transactione ſeu compoſitione.

NOs quoq; Elector Saxonicus, Ottohenricus Dux Palatinus, Joannes Albertus Dux Mechelburgenſis, & Guilhelmus Landgravius Heſſiæ, &c. fatemur publicè omnia & ſingula ſuprà ſcripta puncta & articulos noſtra ſcientia & voluntate cœpta, deciſa, & concluſa eſſe, conſentimus

timus ac pollicemurquoque communiter & ſingulatim noſtro, noſtrorumque hæredum & poſterorum nomine, omniumque illorum, qui nobis in hoc militari negotio & expeditione adhæſerunt, aut etiamnum adhærent, hancque compoſitionem ratam habituri ſunt, eos ipſos quidem articulos harum literarum vigore, noſtro principali honore & dignitate mediante, bona fide, verboque veritatis, quoad ſingulos tangit, verè, firmiter, validè, integrè & inviolabiliter conſervaturos ac ſecuturos eſſe, nec adverſus ullum Statum in hac pacificatione comprehenſum, aut de poſt ratificantem ulla ſpecie, prætextuve quovis modo, vi factove, clam palamve, per nos ipſos, aliosve noſtra cauſa gravaturos, oppugnaturos, coacturos, læſuros, aut turbaturos fore, quin magis eos, qui tranſactionem hanc ſervant, eique parent, contra verò non ſervantes, aut in adverſum quid machinantes, noſtrosve in Status hic comprehenſos, quive eam de cætero amplecturi ſunt, ſimili facta aſſecuratione, vi factove aut aliàs læſuri, aut bello provocaturi, laceſſuri, coacturi, turbaturi, ſeu quicquam gravaminis allaturi eſſent, fido noſtro præſidio conſilioque, vigore communis pacificationis, Imperii conſtitutionum, hujusque compoſitionis & induciarum communiter & ſingulatim tuebimur & defendemus, absque ulla aliqua remora aut impedimento, quod quovis modo excogitari, nosque relevare poſſet. Quandoquidem omnes nos & ſinguli omnibus his, qui conventioni huic & tranſactioni adverſari, vel nos relevare poſſe videantur, quocunque titulo ſeu nomine cenſeantur, ſpecialiterve interpretarentur, renunciavimus, omniaque alia in effectu huic compoſitioni adverſum in meliori firmiorique forma harum literarum vigore ac robore annullando & abdicando.

CAP. IX.

Securitas Regiæ Majeſtatis atq; Electorum Principum ut interceſſorum hujus compoſitionis.

QUo minus multò etiam dubitetur alterutra ex parte, aut aliquis ſenſus diverſus incidat, volumus nos Ferdinandus Rex, & Maximilianus Rex, nosque inſuper ſpirituales & ſeculares Electores & Principes, qui omni ex parte cauſam hanc prædicto modo compoſuimus atque tranſegimus, hanc declarationem aſſenſumque profiteri, nimirum Rex uterque noſtro, noſtrorumque hæredum ac poſterorum nomine. Eccleſiaſtici verò Electores & Principes conſilio atque aſſenſu ſuorum capitulorum: Seculares autem Electores & Principes jam antea ſuo, ſuorumque hæredum & poſterorum nomine irrevocabiliter, quod nos una ſimulque hanc tractationem non ſolummodo quantum nos ipſos, noſtrosque hæredes & ſucceſſores, regnaque noſtra, Archiepiſcopatus item & Collegia, terras, diœceſes, territoria, populos, ſubditos, miniſtros & conjunctos concernit ita ſervare, & adverſum agere nullo pacto velimus, ſed etiam ſi qua partium contra hanc deciſionem & conventionem (quod haud fore ſperatur) jam nunc aut in futurum agat, & alteram partem vi factove clàm palamve gravaret, offenderet, urgeretve, nec admonita deſiſteret, tum quidem nos, illique ac noſtri, ſuique ſucceſſores ceu adverſariæ parti, quæ contra hanc conventionem & tranſactionem invaditur, aliasve læditur, & coram nobis illisque, aut noſtris, illorumque ſucceſſoribus, æquas contradictorias rationesque in alteram partem talia recuſantem ac violenter agentem, pati poſſet, illi equidem non ſolùm conſilio præſidioque nullo adeſſe, verum etiam eam partem quæ compoſitionem conditionemque recipiet, adverſus alteram vigore publicæ pacificationis antea ſancitæ, Imperiique conſtitutionum, hujus item tranſactionis & induciarum opem ſuppetiasque laturi ſumus.

2. In omnibus autem prædictis viis modisque ea pars, quæ putet has inducias per alios fractas aut contra actum eſſe, vi factove nihil contra eandem præſumat, ſed ad nos primum eam rem, aut Electores & Principes ut intermediatores rejiciat: qui protinus amicam inſtituent tractationem, eamq; definiant, & quicquid per nos, illosve concordatum deciſumque fuerit, ea ſententia teneat, pareantque illi partes utrinque absque recuſatione. Quod ſi non fecerint, præſidia omnibus, ut ſupra dictum eſt, modis ferantur.

3. Iidem autem interceſſores ac mediatores jurejurando eodem, quo Cæſareæ Majeſtati ſunt aſtricti, liberantur, ne quaminus & tranſigere velint, & parti parenti adverſus contumacem, ut æquum eſt, auxilium præbeant, idq; Cæſareæ Majeſtati nequaquam diſplicebit.

SIGILLATIO.

QUandoquidem autem Elector Saxonicus, ſuiq; adjuncti & confœderati hanc capitulationem in omnibus & ſingulis punctis & articulis voluntariè acceptaverunt, & ſervare promiſerunt, tum & Cæſarea Majeſtas eosdem in Imperii Germanicæ nationis dilectæ patriæ ſuæ utilitatem profectumque gratiosè approbavit & ratificavit, in quarum rerum teſtimonium tria ſunt ſcripta diplomata ejusdem ſenſus atque tenoris, noſtra Regis Ferdinandi, & amborum Electorum Moguntini & Palatini Friderici, ſimiliter & Epiſcopi Salisburgenſis ac Alberti Ducis Bavariæ, cæterorumq; Electorum & Principum tanquam interceſſorum ſeu mediatorum ac Electoris Saxoniæ, & Wilhelmi Landgravii Heſſiæ, aliorumque conjunctorum nomine propriis manibus ſubſcripta ac appendentibus ſigillis munita: de quibus unum Cæſareæ Majeſtati, alterum communibus Statibus, tertium dicto Electori Saxoniæ & ſuis conjunctis tradatur. Actum Pataviæ, altera die menſis Auguſti, Anno poſt Chriſti nativitatem Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Regnorum noſtrorum Romani vigeſimo ſecundo, & aliorum vigeſimo ſexto.

SEQUUN-

SEQVVNTVR ARTICVLI DE RELIGIONE, PACE, ET IVſtitia, per Regiam Majeſtatem, Electorum Legatos, præſentes Principes, & abſentium nuncios deſignati.

QUoad Religionis, pacis, & juſtitiæ articulum, Regia Majeſtas cum Electorum Legatis, præ- Induciæ pacis & libertatis Germanicæ ſentibus Principibus, & abſentium nunciis inter Cæſaream & Regiam Majeſtates, Electores, Principes, & Status Germanicæ nationis, donec controverſa Religio tandem concordetur, inducias fieri firmas exiſtimant. ſic quidem, ut Cæſarea & Regia Majeſtates, Electores quoque Principes & Status ſacri Imperii, nullum ex Auguſtana confeſſione Statum, aut qui ſectis publicè per Imperii decreta damnatis non adhæreat, vi factove, aut aliis contra conſcientiam ac voluntatem rationibus, modisque de ſua religione & fide deturbet, dejiciat, propellat, aut bello petat, lædatve, gravetve, aut etiam reprehendat, quinimò Religione quemq; ſua fideq; tranquillè pacificeq; vivere agereque ſinat, neque religionis controverſiam aliter quàm amicis placidisq; mediis modisque ad Chriſtianum concordem intellectum unionemque perduci ferat ſuſtineatque. Conjuncti quoque hujus belli, aliique Status omnes, cæteros ſacri Imperii Status tum Eccleſiaſticos, tum ſeculares ſua Religione, Eccleſiaſtico uſu, ordine & ceremoniis, atque facultatibus, bonis, diœceſibus, ſubditis, redditibus, cenſibus, dominiis, & jurisdictionibus non priventaut gravent, ſed uti frui illis pacificè ſinant, neque vi, facto, aliisve malignè adverſus eos præſumant: ſed per omnia ſacri Imperii juri, ordinationibus, decretis, edictis, receſſibus, atque publicæ pacis conſtitutioni quisque ſtet, pareatque ordine ſuo, ſub interminatione pœnæ in proximè renovata publicæ pacis ſanctione comprehenſæ.

2. Ac quæcunque ſæpe dictis induciis adverſari videbuntur aut exiſtimentur, nihil tamen derogent, ſed à Cæſarea & Regia Majeſtatibus, Electoribus, item Principibus ac Statibus reſpective ſufficienter, & ut neceſſe eſt, provideri caverique debent mediante hujus transactionis Cæſareo quoq; judicio Cameræ, & Aſſeſſoribus induciæ prædictæ intimentur ac innoteſcant, ad earum obſervationem jurejurando ſuo adactis, omnino illis ſe ut conformes obtemperantesq; gerant. Partibus nem implorantibus nulla religionis differentia reſpectuve habito, prout decebit, opusque fuerit, opem juris juſtitiæque ferant. Aſſeſſorum quoque aliarumque perſonarum jurisjurandi per Deum ſanctosque, aut Deum, ſanctumque Evangelium, formula jiraturis libere conceſſa.

3. Pro unione autem & pace controverſæ Religionis conſtituenda, Regia Majeſtas & Electorum conſiliarii, tum & præſentes Principes abſentiumq; nuncii exiſtimant, Cæſaream Majeſtatem proximo ſemeſtri poſt concluſionem & data harum induciarum & compoſitionis, Comitia habituram eſſe, in quibus cū Electoribus, Principib., & Statib. Imperii rationem ineat an Generali aut nationali Concilio, aut Colloquio, aut alio Imperii conventu & congregatione diſſectæ Religionis cauſa inſtituenda, concordanda, ac definienda ſit, & quòd per Cæſaream Majeſtatem communesque tam Auguſtanæ quàm contrariæ confeſſionis Status pro uſu ac bono publico ſtatuetur, cum gratia paſſim omnibus concedatur.

4. Et hoc in mentem venit, ad præparationem ejusmodi unionis incundæ, in initio eorundem Comitiorum nonnullorum tranquillitatis amantium ac prudentium perſonarum utriusq; Religionis pari numero haberi, quibus injungatur, quomodo concordia talis melius rectiusque ſuſcipiatur, absque tamen Electorum Principum propter hunc ipſum delectum ſuperioritatis ac præeminentiæ præjudicio.

5. Ubi autem nulla talibus viis concordia conſequeretur, nihilo tamen ſecius prædictæ induciæ ad ſupremum concordiæ terminum ſuas habeant vires, perpetuoque valeant atque conſiſtant.

6. Ad ſuffragiorum autem & juſtitiæ æqualitatem, tum & præſentationem Aſſeſſorum, aliorumq; articulorum pacis & juſtitiæ conſervandæ quod attinet, deliberatum eſt, ſi quid grave meditatione cogiratuq; dignum in ordinatione judicii Cameræ oboriatur, cum ea conſtitutio communi Statuum aſſenſu facta ſit, eam quoque absque communi Statuum voluntate conditionum reſpectu, non niſi ordinaria viſitationis judicii via, aliasve una cum prætenſis gravaminibus mutari non poſſe. Cui rei juvandæ Regia Majeſtas unà cum Electorum Legatis, comparentibus Principibus, & abſentium nunciis eſt operam datura, ne in religionis cauſa altera partium vel ſuffragiorum vel partialitatis ergo præ altera ſeſe gravatam queri poſſit, aut etiam Auguſtanæ confeſſionis adhærentes & conjunctià Cæſareo Cameræ judicio ſecludi ſe vereantur. Aliaque gravamina, ſi quæ innotuerint, ex æquitate proximis Comitiis deciduntur.

7. Dabit quoque hic operam Regia Majeſtas unà cum Electorum Legatis, comparentibus Principibus, & abſentium nunciis Cæſaream Majeſtatem amanter juxta ac reverenter interpellando orandoque, ut puncta eum primis neceſſaria, inter quæ & articulus præſentationis atque Auguſtanæ Confeſſionis, conjuncti, à Cæſareo Cameræ judicio (ut ſupra dictum eſt) ne excludantur, ex plenitudine Cæſareæ ejus Majeſtatis. pro retinenda conſervandaque in Imperio pace & concordià, quantocyus fieri poterit, reſolvantur atque expediantur.

FERDI-

Anno Chriſti 1555.

FERDINANDI CÆSARIS AUG. DECLARATIO

Quo pacto Prælatorum Miniſteriales ſive Nobiles, Civitates & Communitates ſub eorum dominio conſtituti, & Auguſtanam Confeſſionem profitentes, in cauſa religionis in poſterum tractari & haberi debeant: Ordinibus Imperii præſentata in Comitiis Auguſtanis, 14. Septemb.

FERDINANDUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus; Germaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ, &c. Rex; Infans Hiſpaniæ; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Stiriæ, Cariothiæ & Wirtembergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Fatemur, & notum facimus omnibus ac ſingulis.

1. Quum in hiſce Comitiis de Pace Religioſa concilianda & conſtituenda tractaretur, humiliter oobis Ordines atque Legati Auguſtanam Confeſſionem profitentes expoſuerunt; quòd ſi Nobiles, Civitates & Communitates ſub quorundam Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiaſticorum ac Prælatorum dominiis conſtituti, qui jam diu multumque temporis per plurima annorum curricula Auguſtanæ Confeſſionis Religioni addicti fuerunt, & hodieq; addicti ſunt, ab eadem illorum ſuſcepta & per tot annos continuata Religione, per memoratos eorum Dominos atque Magiſtratus, diſcedere cogerentur, prinsquam controverſum religionis diſſidium modis amicabilibus & pacificis ad Chriſtianam ſententiam & concordiam redigeretur, nihil inde certius ſperari poſſet, quàm diffuſiora eademque præſentiſſima bellorum diſpendia inter Dominos ſive Magiſtratus & eorum ſubditos. Quibus periculis ut occurratur, humillimè nobis ſupplicaverunt, ut apud Eccleſiaſticos authoritate oostra Regia tantum efficere ac impetrare vellemus, quò ipſi ſuis ſubditis, ad coofervandam Pacem publicam & ſummè neceſſariam in ſacro Imperio Germanicæ Nationis, ſicut hactenus longo tempore, ita in poſterum quoque, propter Auguſtanæ Confeſſionis Religionem, nullam violentiam aut moleſtiam inferant, ſed liberum ejus exercitium permittant usque ad ſupra memoratam controverſæ religionis plenam compoſitionem atque conciliationem: coque nomine conſentiaot, ut dictis ſuis ſubditis in hac Religioſæ Pacis conſtitutione, prout neceſſitas requirit, caveatur. Verum contra ea nobis Ordines atq; Legati noſtræ antiquæ Religioni addicti, varias cauſas & poſtulata recenſuerunt, adeò ut utriusque Religionis Ordioes in huc puncto concordari oon potuerint.

2. Quapropter oos, de ſacræ Cæſareæ Majeſtatis, fratris ac Domini noſtri, data poteſtatis plenitudine & arbitrationis, declaravimus, conſtituimus & decrevimus; declaramus, conſtituimus & decernimus vigore harum literarum, ut Miniſteriales ſive Nobiles, Civitates & Communitates, ſub Eccleſiaſticorum dominiis conſtituti, qui à longo tempore multisque annis Auguſtanæ Confeſſionis Religiooi fuerunt addicti, ejusdemque Religionis fidem, ritus Eccleſiaſticos, ordinationes & cæremooias palàm obſervarunt & uſi ſunt, & ad hunc uſque diem obſervant atque utuntur, eandem ſuam fidem, ritus Eccleſiaſticos, ordinationes & cæremooias relinquere, minimè à quocunque cogi debeant aut poſſint, ſed ut in ea Confeſſione liberè verſari, usque ad prædictam Religionis Chriſtianam ac pleoam conciliationem, ſine ulla turbatione aut moleſtia permittantur.

3. Et quò hæc noſtra Declaratio firmior ſubſiſtat, nec impeti ab aliquo poſſit, ideò communiter Ordines Eccleſiaſtici præſentes, & abſentium Conſiliarii atque Legati, nobis humillima obſervantia conſenſerunt, ut derogatio illa in Receſſu horum Comitiorum, in conſtitutione publicæ Pacis Religioſæ, cujus tenor, *ne contra dictam Pacem Religioſam ulla declaratio, aut aliud quid, quod eandem impedire aut mutare poſſet, concedatur impetretur aut acceptetur; ſed conceſſum, impetratum aut acceptatum viribus non ſubſiſtat*: pluribus verbis comprehenſa, de prædicta noſtra Declaratione & Decreto intelligi non debeat, nec eidem derogare; in cæteris tamen ſalva & inviolabilis permaneat.

4. Ad cujus rei certitudinem ac confirmationem has literas propria manu ſubſcripſimus, & appenſo oostro Regio ſigillo roboravimus. Datum in noſtra & ſacri Imperii civitate Auguſta, 24. die Septembris, anno Dominicæ incarnationis 1555. Regnorum noſtrorum, Romani 25. & cæterorum omnium 29.

FERDINANDUS mpp.

J. Jonas Doctor Vicecancellarius.

Ad mandatum Domini Regis proprium

L. Khirchſlager.

CARO-

CAROLI V. IMPER. AUG. CONSTITUTIO

Anno Chriſti 1555.

De Ceſſione atque translatione Provinciarum Belgicarum & Burgundicarum Philippo filio facta.

CAROLUS divina favente gratia Romanorum Imperator & Rex Hiſpaniarum.

1. Notum facimus ſingulis & univerſis hic præſentibus, & haſce viſuris, quatenus nos ad animum revocantes, quòd in poſterum propter ætatem & valetudinem noſtram, aliasque cauſas, labores, profectiones, & moleſtias, quas hucuſque longo tempore ob gloriam Domini Dei noſtri, conſervationem ac defenſionem Statuum, Regnorum, noſtrorumque ſubditorum ex incolumitatem perpeſſi ſumus, ſufferre non valeamus; ſtatuerimus ac determinaverimus, regna noſtra Hiſpanica inviſere, & in iis, quod vitæ reliquum eſt, in quiete & tranquillitate tranſigere.

2. Et videntes Philippum Regem Angliæ & Neapolis, filium noſtrum chariſſimum ætate aptа, gubernationi & integræ adminiſtrationi regionum Belgicarum, a quibus jam juramento ... tanquam unicus noſter filius & hæres pro futuro Principe & Domino, cum obſervatione conſuetarum debitarum ſolennitatum, jam anteà receptus eſt, & quod ad hæc regnum Angliæ hic cum terris vicinum ſit: quod propterea ut dicto Domino & noſtro filio ſit melior opportunitas gubernandi atque regendi regna & regiones eximias, easque conſervandi & defendendi ab invaſione & inſultu hoſtium, ... mus dictas terras, & cupiamus hiſce de cauſis, aliisque juſtis & æquis rationibus, expoſitis in præſentia noſtra, & filii noſtri Regis Angliæ in plena & ſolenni congregatione Procerum & Statuum harum terrarum, noſtræ mentis diſpoſitionem atq; ſententiam in effectum producere, omnino confidentes, eos minimè gravatim nomine noſtro præfatum Regem recepturos, utpote cui ceſſio, relaxatio, & translatio harum terrarum proprio motu noſtro, libera voluntate, autoritate, & poteſtate abſoluta, facta eſt, ut & per præſentes cedimus, relaxamus, & transferimus dicto noſtro filio, Regi Angliæ & Neapolis, omnes terras citeriores, Ducatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus, Baronatus, Dominia, Civitates, Oppida, Caſtra, Arces, quæ in hiſce ſunt, cum regalibus, feudis, homagiis, allodiis patrimoniis, advocatiis, redditibus, proventibus, confiſcationibus, mulctis, pertinentiis, & appendentiis ipſorum, & omni jure & actione, quod potuimus aut poſſumus prætendere ad dictas res: prætereà omnes dignitates, præeminentias, prærogativas, privilegia, exemptiones, juriſdictiones, appellationes, & deniq; omnes ſuperioritates, cujuscunq; generis ſint, & quacunq; ratione competere poſſint, ſeu titulo patrimonii ſeu alio, nullo fructu vel uſu in ulla commemoratarum ſuperioritatum ac dignitatum nobis retento vel reſervato, quibus uſi, fructi, & gaviſi hactenus fuimus. Nihilominus tamen volentes, ut id fiat cum tranſitu obligationis ſolvendi omnia debita & mutua contracta per nos, aut alios nomine noſtro, in rebus concernentibus terras has citeriores.

Angliæ Regnum.

Onera cum honore translata intelliguntur

3. Et per præſentes facimus, creamus, & inſtituimus ipſum Principem & Dominum dictarum terrarum, conſentientes & permittentes, ut abhinc in poſterum ſine ulla alia licentia aut requiſitione ipſemet, aut alii pro ipſo, integram & plenam poſſeſſionem apprehendat: dantes quoque illi amplam poteſtatem & liberam autoritatem faciendi de novo quicquid opus fuerit, obſtringendi Status & ſubditos juramento, & renovandi inveſtituras locorum, prout res requiſierit, ſimiliter recipiendi juramentum ab ipſis, & obligandi ad omne id, ad quod prioribus juramentis reciprocè tenentur: Conſentientes amplius, ut retineat, mutet, deleget, atque inſtituat in dictis terris Gubernatores, Judices, Juſticiarios, tam pro defenſione & conſervatione ipſarum, quàm pro adminiſtratione juſtitiæ, politiæ, & alterius quàm voluerit rei. Denique ut faciat quod verus, ſupremus, naturalis ac proprius Princeps poſſit & facere ſoleat, & non aliter quam fecerit aut facere potuerit poſt noſtram mortem.

4. Et ad hunc finem quictavimus, abſolvimus, & exoneravimus, quictamus, dimittimus, & exoneramus omnes Epiſcopos, Abbates, Prælatos, & alios Eccleſiaſticos, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Gubernatores, Capitaneos, terrarum & belli Præſides, Cancellarios, Præfectos atque Rectores Concilii ærarii, ac rationum aliosque Officiales, Præfectos militum, munitionum, præſidiariorum, eorumque Vicarios, Equites, Scutarios, Vaſallos, & denique omnes ſubditos hujus citerioris terræ, & quemlibet ipſorum à juramento fidelitatis, fide, homagio, promiſſionibus, & obligationibus, quibus nobis tanquam ipſorum Domino & ſuperiori Principi fuere obſtricti, volentes, ordinantes, & expreſſè mandantes unicuique, ut dictum noſtrum filium pro vero ipſorum Domino & ſupremo Principe recipiant, & illi juramentum fidelitatis, homagium, promiſſiones, obligationes, modo conſueto, & ſecundum qualitatem terrarum, locorum, feudorum, & dignitatum præſtent. Adhæc ut illi omnem honorem, reverentiam, obedientiam, & fidem exhibeant, ſervitia præſtent, eumque tali amore & ſtudio proſequantur, qua bonos & fideles ſubditos ipſorum verum, ſupremum, & naturalem Principem & Dominum complecti decet, & prout nobismet ipſis hactenus fecerunt: ſupplentes omnes defectus & omiſſiones tam juris quàm facti, qui poterunt in hac ceſſione atque translatione eſſe, & derogantes ex plenaria & abſoluta poteſtate omnibus legibus & conſtitutio-

Abſolutio juramentorum & fidelitatis.

tutio-

tutionibus, quæ ei obſtare poterunt. Nam ita nobis placet: in cujus teſti[illegible] præſentes manu noſtra propria ſubſcripſimus, easque majoris noſtri ſigilli munimine firmari fecimus.

Datæ in civitate noſtra Bruxella, xxv. die Octobris, Anno Dominicæ Incarnationis M D L V.

Anno Chriſti 1556.

CAROLI V. IMPER. AVG. CONSTITUTIO

De abdicatione Imperii, & ſubſtitutione FERDINANDI Regis.

CAROLUS V. Imper. &c. Joanni Osnabrugenſi Epiſcopo, Cameræ Imperialis Spirenſis Præſidi, atque Aſſeſſoribus.

Interprete Wilhelmo Godelevæo.

QUANDOQUIDEM jam longo tempore ſingularibus, evidentibus, atq; honeſtis rationibus nos impellentibus, maximè verò propter extremam decurſamq; ætatem, perpetuam in diesq; [illegible]creſcentem moleſtiſſimam infirmitatem, qua ſummopere afflicti, attenuati, exhauſti, & omnibus corporis viribus debilitati ſumus, manifeſta valetudinis noſtræ ratione id exigente, in filii noſtri dilecti Philippi Regis Hiſpaniarum & Angliæ, regnum Hiſpanicum, melioris commoditatis ergo, Deo opitulante, nos conferre conſtituerimus, atque ejus propoſiti executioni inhærentes jam jam que ab omnibus rebus inſtructi ſimus. Ne itaque in noſtra abſentia aut imbecillitate quid detrimenti (quod Deus avertere dignetur) Imperio accidat, è re cum primis eſſe duximus, huic aliisq; periculis pro vi[illegible]li maturo conſilio occurrere atq; providere, quo ſacrum Imperium, ejusque graviſſima negotia & cauſæ, etiam in abſentia noſtra rectè adminiſtrentur, deliberentur, tractentur, & expediantur: ideò ex fraterna atq; benevola fiducia, quam de noſtro dilecto fratre FERDINANDO Romanorum Rege habemus, ei (utpote qui absque eo ordinaria Electorum Imperii electione proximus noſter ſucceſſor in Imperio conſtitutus eſt, cuiq; nobis deficientibus adminiſtratio & gubernatio Imperii immediatè & absq; ulla contradictione competit) in noſtra abſentia liberam, plenam, nullisque limitibus atque conditioni[illegible] circumſcriptam adminiſtrationem & gubernationem ſacri Imperii, in generalibus atque ſpecialibus cauſis, ac omnibus quæ Romanorum Imperatori atque Regi ratione officii, conditionis, dignitatis [illegible] amplitudinis de jure, conſuetudine, & æquitate competunt, tradidimus atque commiſimus. Id quod [illegible]x Germania diſceſſuri vobis ſignificare, & ſimul tanquam noſtris ac ſacri Imperii fidelibus min[illegible] ſalutem noſtram nunciare voluimus: hoc ipſo benignè atque diligenter petentes, ut vos conſideratis his in futurum, ut hactenus, gloriam Dei atq; juſtitiam præ oculis habeatis, eámq; nulli denegatam æ[illegible]uabiliter adminiſtretis, nec vos quemquam vel quicquam in mundo ab hoc averti, excludi, atq; præpe[illegible]iri patiamini, & dicto noſtro dilecto fratri Romanorum Regi in omnibus ac ſingulis non minus quam nobis, ſi præſentes eſſemus, fideles, obedientes, atq; morigeri ſitis; eum, tanquam veſtrum Ducem ac caput, revereamini; ad eum, ut Romanorum Regem, (cui hisce vos ſubjectos volumus [illegible]re exigente confugiatis, à ſua Dilectione convenientia auxilia atq; conſilia petentes. Viciſſim quoq; ſua Dile[illegible]o vos benignè commendatos habebit, & convenienter in cauſis juſtis tuebitur, proteget, atq; def[illegible]ndet, omniaq; ſuſcipiet atq; faciet, quæ publica juſtitia ac veſtra neceſſitas atque conditio requiret, prout id a ſua Dilectione fraternè petivimus, eiq; ſumma diligentia injunximus. In hoc præterquam quo[illegible] id vos decet, præſtatis nobis officium pergratum noſtra clementia remunerandum. Quod [illegible]i etiam in futurum vobis univerſis aut ſing[illegible]lis clementiam cum rerum veſtrarum promotione declarare poterimus, obedientiæ veſtræ ſacro Imperio præſtitæ perquam benevolè recordabimur, eamque benigna gratitudine agnoſcemus. Ganda[illegible] 7. Auguſti, Anno 1556.

Rex Romanorum proximus in Imperio ſucceſſor.

Vicariatus Imperii libera poteſtas.

Cameræ Imperialis officium.

Imperatoris & Regis erga Cameram officium.

Anno Chriſti 1556.

CAROLI V. IMPERAT. AUG. EDICTUM

De ſua adminiſtrationis Imperii Romani ceſſione, reſignatione, & translatione FERDINANDO Fratri facta.

Interprete Wilhelmo Godelevæo.

CAROLUS Quintus divina clementia Romanorum Imperator Auguſtus, univerſis & ſingulis Electoribus atq; Principibus, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Nobilibus, Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, Vicariis, Magiſtratibus, Judicibus, Burgimagiſtris, Conſulibus, Communitatibus, aliisq; ſacri Imperii ſubditis, & fidelibus dilectis, cujusq; Status, dignitatis & conditionis fuerint, lecturis, aut legi præſentes audituris, amicitiam, gratiam, & omne bonum.

1. Reverendiſſimi, Venerabiles, Illuſtres, amici & cognati chariſſimi; ſimiliter Generoſi, Nobiles, & Spectabiles, devoti & fideles dilecti: Cum multis & graviſſimis cauſis moveamur, & maxime quod ætate ac continua moleſtia infirmitatis, debilitatis, omnibusq; virib. corporis ad res obeundas neceſſariis deſtituti ſimus, & jam longo tẽpore conſtituerimus, Sereniſſimo Principi Regi Angliæ & Hiſpaniæ regna noſtra tradere, & conſueta noſtræ Aulæ ſede relicta huc conceſſerimus ad naves: quibus om[illegible]ibus neceſſariis inſtructis, cum venti ſecundi afflaverint, velificemur, nullo hoc iter noſtrum, n[illegible] ſolo D[illegible]o, impedituro. Unde cum propter talẽ abſentiam adminiſtratio S. Imperii ad Sereniſſ. & potentiſſ. P[illegible]cipem, Ferdinandum Regem Romanorum, Hungariæ, atq; Bohemiæ, & fratrem noſtrũ chariſſi[illegible]um, ut

Rex Romanorum legitimus in Imperio & proximus ſucceſſor.

legiti-

legitimè electum Romanorum Regem, & poſt nos in ea, abſque ulla contradictione, proximum ſucceſſorem, pertineat, eique ſæpius multis retroactis annis in noſtra abſentia nomine noſtro magna fide præfuerit, ſuſtinendo verè, fraterna atque benevola ſollicitudine, graviſſimum Imperii adminiſtrationis onus. Ideo ne reſpublica Chriſtiana, maximè ſacrum Imperium, nobis procul abſentibus, aliquod detrimentum (id quod Deus avertat) patiatur, & quò prædictus noſter frater Rex Romanorum negocia Imperii majore autoritate tractare poſſit: Volumus & conſtituimus, ut tanquam Rex Romanorum per ſe abſolutè, citra noſtram tractationem, habeat poteſtatem faciendi, tractandi, & mandandi quæcunque ad dignitatem, commodum, & augmentum ſacri Imperii neceſſaria & oportuna videbuntur in modum, quos nos ut Imperator & Rex Romanorum faceremus. *Regis Romani abſoluta poteſtas.*

2. Et ſanè nihil magis in votis habuimus & expetivimus, quam ante inſtitutam profectionem in civitate noſtra Imperiali Ratisbona comparere, & vobiſcum negocia publica deliberata ad exoptatum finem deducere, ſatrique Imperii regimen præfato Regi Romanorum, fratri noſtro dilecto, in publico conventu committere, cum diſpoſitione, ut ipſe ei nomine noſtro præeſſet, & * commonitione ad præſtandam illi debitam obedientiam: ſed invaletudo noſtra, nora cuilibet, paſſa non eſt, ut itineri tam longo & maximè terreſtri nos committeremus; præterquam, quod maximè conſultum eſt viſum, negligere occaſionem, quæ hoc tempore navigationi quàm maximè commoda eſſe ſolet. Quare cùm ad indicta Comitia perſonaliter non venerimus, nec, quod in votis noſtris erat, alias ſuſceptas actiones ad conſtitutum & exoptatum finem perduxerimus, ad minus voluimus dilectioni & devotioni veſtræ, vobiſque hoc edicto inſtitutum animi noſtri patefacere, & expreſſè vobis univerſis & ſingulis mandare atque injungere de poteſtate Imperiali, tenore præſentium, ſub graviſſima indignatione & pœna, ut, quemadmodum dictum eſt, fidelitatem & obedientiam Regi Romanorum præſtetis, & eum vice ac nomine noſtro in omnibus edictis, mandatis & actionibus revereamini, nec ei in re ulla repugnetis, ſed eum omni cultu proſequamini, non ſecus ac nos in Imperio exiſtentes obſervaturi eſſetis, nec aliter faciatis, aut vobis perſuaderi ſinatis, in quantum quisque veſtrum graviſſimam noſtram indignationem effugere voluerit. Hæc eſt expreſſa & ultima voluntas noſtra. *Leg. commonitione.*

Datæ ſub impreſſione ſigilli noſtri, Sudburgi in Zelandia, VII. die Septembris, Anno à nativitate Chriſti MDLVI. Imperii noſtri XXXVI.

FERDINANDI I. IMPER. AUG. LAUDUM.

Anno Chriſti 1557.

In cauſa Archiepiſcopi Rigenſis & Sigismundi Regis Poloniæ ex una, & Magiſtri Ordinis Livoniæ, ex altera partibus.

NOs Wenceslsus de Novo Caſtro, ſereniſſimi Domini Ferdinandi, Archiducis Auſtriæ, Camerarius; & Valentinus Saurman à Geliſche, ſereniſſimi atque invictiſſimi Principis & Domini, Ferdinandi, divina favente clementia Romanorum, Ungariæ, Bohemiæ. &c. Regis, &c. & Laurentius Otto utriusque juris Doctor, ac Henningus à Walde in Loſen, Illuſtriſſimorum Principum ac Dominorum, domini Barnimi, & domini Philippi, Ducum Stetiniæ & Pomeraniæ, &c. à ſacri Romani Imperii Statibus, ad Regiam dignitatem Poloniæ, de motibus hisce Livonicis componendis, commiſſariorum Oratores notum facimus per præſentes literas, quorum intereſt, univerſis: Cum inter Illuſtriſſimum ac reverendiſſimum Wilelmum Archiepiſcopum Rigenſem, Marchionem Brandeburgenſem, Stetiniæ, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Sclavorum Ducem, Burgravium Noribergenſem ac Principem Rugiæ; & Reverendum & magnificum Dominum Henricum de Galen, Magiſtrum ordinis Teutonici in Livonia, ac Ordines & Status Livoniæ, exortæ nonnullis de rebus controverſiæ eſſent, atq; Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus ab eis bello impetitus, reductusque in eorum poteſtatem eſſet: Regia dignitas Poloniæ, ut pro neceſſitudine ſanguinis, quæ illi cum Illuſtritate ejus intercedit, atq; pro officio protectionis, ad quam ei Archiepiſcopatus, eccleſiaq; Rigenſis commendata eſt, illum ad priſtinum ſtatum aſſereret, & ſuas offenſiones, ſubditorumq; ſuorum magni Ducatus Lituaniæ injurias, a Livonibus illatas, armis vindicaret, bellum adverſus eos parare cœpit. Cumque idem Illuſtris Dn. Albertus ſenior, Marchio Brandeburg & Pruſſiæ Dux, &c. ulciſcendæ fraternæ injuriæ cauſa ageret, Sereniſſ. & Illuſtriſſ. Princeps & Dominus Ferdinandus, Romanorum Rex, atque Romani ſacri Imperii Status interceſſerunt, per nosque cum Regia ejus dignitate diligenter egerunt, ut, ſepoſitis belli conſiliis, rem ad conditiones pacis deduci permitteret. In quo Regia dignitas illius facilè ſuam ad pacem Chriſtianitatis conſervandam propenſionem & ſtudium declaravit, ſimulque teſtata eſt, quantum apud ſe ſereniſſimi ac invictiſſimi Principis Domini Romanorum Regis, atque ſacri Romani Imperii Statuum poſtulatio valuerit. Aſſenſa quippe eſt, ut negotium compoſitionis ſuſciperemus, promittens, cum de reſtitutione Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi domini Archiepiſcopi integre conſtitutum per nos eſſet, paſſuram ſeſe, ut legatos Status Livonici mitterent, qui de ſuis offenſionibus, ſubditorumque ſuorum injuriis ſarciendis apud ſe agerent. Itaque cum ex Livonia rediiſſemus, unaque veniſſent legati Livonum, atque id, quod confectum per nos de Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi domini Archiepiſcopi reſtitutione eſſet, apud S. M. illius expoſuiſſemus, tametſi

quidem nihil ſtudii aut operæ, quod quidem à nobis conferri eam ad rem potuit, prætermiſiſſemus, tamen cum non in omnibus, ad eam formulam, quæ tradita nobis à Regia dignitate illius fuerat, conditiones reſtitutionis redigi à nobis potuiſſent, Regia illius dignitas id, quod conſtitutum erat, habere ratum recuſavit. Itaq; pro injuncto nobis à Sereniſſ. ac Invictiſſ. Principe Domino Romanorum Rege, & ſacri Romani Imperii Statibus munere egimus rurſum cum legatis Livonicis, ut in eo, in quo diſceſſum à formula dignitatis illius eſſet, pacis conſtituendæ gratia, nova pacta fierent. Quamobrem cum deputatis à dignitate illius eam ad rem conſiliariis, atque cum ſuprà dictis Livonum Legatis, plena mandata ad id habentibus, quæ hic pro inſertis haberi volumus.

2. De Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. domini Archiepiſcopi Rigenſis reſtitutione ad eum modum conventum conſtitutumque eſt. Principio ita in priſtinum rerum omnium Statum reſtituetur, ut integra illi conſtet & dignitas, & in ditione diœceſique ſua jurisdictio, ſuperioritas, præeminentia, dominium, poſſeſſio, Regalia: reddenturq; illi urbes, oppida, arces pagi, prædia, omnesq; reditus, qui eorum fructibus atque emolumentis continentur, ut cenſus & præſtationes annuæ, vectigalia, portoria, tributa, quibuscunq; nominibus pendi ſolita, ad quæ quidem ita reſtitui debebit, ut illi integra ſint omnia jura, quæ vel perſonam dignitatemq;; vel ditionem ac res illius attingunt, ita ut ab eo, antequam in poteſtatem Reverendi domini Magiſtri & Statuum Livoniæ redigeretur, obtenta ſunt.

3. Nominatim autem cautum eſt, ut illi reddatur dimidiata jurisdictio civitatis Rigenſis quatenus in ejus poſſeſſione, antequam in poteſtatem illorum redigeretur, fuerat: neque in ejus poſſeſſione per R. & M D. Magiſtrum atq; ordinem impediri debebit. Quod ſi nonunquam acciderit, ut quidquam controverſiæ de ea ipſa jurisdictione, Rev. & Ill. Dn Archiepiſcopo in poſſeſſione ejus exiſtente, exoriretur: jure ac judicio legitimo experiri debebunt, neque unquam alter ad alterum oppugnandum armis utetur.

4. Item reſtituentur illi ea, quæ ad res mobiles illius pertinent; In quo genere primum ſunt, quæ in ipſiusmet Archiepiſcopatus atque Eccleſiæ Rigenſis jure fuerunt, ut omnes Eccleſiaſticorum Epiſcopaliumq; ornamentorum apparatus, ad quoscunq; uſus, & quibuscunq; rebus inſtitutus. Nominatim verò mitra, & baculus Archiepiſcopalis, privilegia, diplomata, libri rationum privatarum, & actorum publicorum, & ſi quidquam eorum interierit, cautum eſt, ut reſtauretur ac reficiatur.

5. Reddi ei quoq; debebunt, quæ ad munitiones artium pertinentia ablata ſunt, ut omne armamentorum, armaturæque genus, bombardæ majores & minores, globi, pulveres, haſtilia, ferramenta, loricæ, & omnes bellici apparatus: Commeatuum autem nomine centum laſtæ ſiliginis. Denique & omnes res, quæ propriè Rev. & Illuſtriſſ. Dn. Archiepiſcopi fuerunt, quæque ablatæ ſunt, omnes ex Inventario, ita uti inter partes convenit, reſtituentur. Quæ autem depoſita apud Rev. ac Illuſt. Dn. Archiepiſcopum quoq; fuerant, atq; ab illis intercepta ſunt, ea ſi comperiantur, integra reddentur.

6. De fructibus, quos poſt captivitatem R. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopi, antequam bona Archiepiſcopatus in ſequeſtrum traderentur, perceperunt, ita convenit. Cum enim ea iis Illuſtr Dn. Chriſtophoro Duci Megapolenſi magna pars ad ſe, familiamque ſuſtentandam attributa fuiſſe diceretur: Magna etiam pars Rev. ac Ill. Archiepiſcopo ac in arces ipſas familiamque impenſa, ita, ut ſi quid reliquum ex iis eſſet, propter incertitudinem difficilis eorum ratio ad reſtitutionem eſſet futura: eorum omnino quinquaginta laſtæ ſiliginis dari debebunt. De reliqui autem temporis fructibus, inde ſcilicet, cum prima ſequeſtratio bonorum Archiepiſcopatus facta eſt, cautum eſt, ut omnes reſtituantur, exceptis iis, qui Rev. & Illuſt. Archiepiſcopo & illuſtri Dn. Chriſtophoro Duci Megapolenſi, eorumq; familiæ ad ſeſe ſuſtentandum conceſſi ſunt.

7. Cum autem Regia dignitas Poloniæ, & Illuſtris Dn. Albertus Marchio Brandeburgenſis, & in Pruſſia Dux, non Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopi tantummodo, ſed ſuis etiam cauſis bellum ab ſe ſuſceptum, præ ſe ferrent: exiſtimaretque Rev. & Magnificus Dn Magiſter & Prælati, ac ordines Livonici, nequaquam ſibi integrum eſſe, ut Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopo reſtituerent, niſi ante omnia eæ cauſæ conſopitæ eſſent, atque ſibi de pace cautum fieret, ut tum demum Rev. & Illuſt. Dn. Dn. Archiepiſcopo ſua omnia reſtituerent: itaque conſtitutum eſt, ut ſequeſtri ea communi utriusque partis conſenſu eligerentur, quibus Archiepiſcopatus traderetur, ab illisque retineretur, quoad de iis cauſis ac motibus inter Regiam dignitatem Poloniæ, & Reverendum ac Magnificum Dn. Magiſtrum, Prælatos & ordines Livoniæ compoſitum erit, iisdemq; traderentur omnia reditus commoda, & quicquid in reſtitutionem veniet, ut ab illis integrè omnes conſerventur. Eos autem ſequeſtros utrinque & Rev. ac Illuſt. Dn. Archiepiſcopus & Reverendus ac Magn. Dn. Magiſter ſibi elegerunt, Reverendiſſimos Dominos Corlandiæ & Tarbatenſem Epiſcopos; Rev. & Illuſt. quidem dominus Archiepiſcopus Curlandiæ Epiſcopum; Reverendus autem & Magnificus dominus Magiſter Tarbatenſem, cum ii ab initio ſtatim tractationis pacis poſſeſſionem Archiepiſcopatus obtinuerint, illisque jam eſſent omnes ejus reditus cogniti: itaque nunc quoque eosdem elegerunt & confirmarunt. Qui quidem tenebunt arces, villas, curias Archiepiſcopatus, præter eas arces, quæ Illuſt. Dn. Chriſtophoro Duci Megapolenſi, & Rev. ac Illuſt. Dn. Archiepiſcopo datæ ſunt, ut ſe ex earum reditibus ſuſtentent, quas quidem illi, usque dum conſtituta pax erit, liberè poſſidebunt. Iidem quoque domini ſequeſtri tenebunt omnes alias res, quæ ad reſtitutionem pertinent, & quæ nominatim ſpecificatæ ſunt. Eisdem itaque ſequeſtris, nos tanquam compoſitores, Sereniſſ Principis Dn. Regis Romanorum nomine, ad utriusque Principis poſtulationem injunximus, hortatique eos ſumus, ut pro obedientia, quâ Sereniſſ. & Invictiſſ. Romanorum Regiæ Majeſtati tenentur, atq; pro conſervanda pace & tranquillitate communi, id muneris ſuſciperent, præeſſentque fideliter, neque bona Archiepiſcopatus

non

non neceſſaria familia prægravarent: Præfecti quoq; arcium ad Archiepiſcopatum pertinentium, neque Reverendo ac Magn. Dn. Magiſtro, neq; Prælatis, aut Statibus Livoniæ, ſed ſolis ſequeſtris parere debebunt.

8. Cum autem de iis diſcordiarum cauſis, quæ inter Regiam dignitatem Poloniæ, & Reverendum ac Mag. Dn. Magiſtrum, Prælatos ordinesq; Livoniæ intercesſerint, transactum erit, atque cum Regia dignitas Poloniæ, & Illuſtris Dn. Albertus Marchio Brandenburgenſis in Pruſſia Dux, firmam, indubiamq; pacem cum illis fecerint, habuerintq; ratum hunc contractum: Confeſtim Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopum in priſtinum ſtatum reſtituent, caſtra ſcilicet, villas, curias, atq; omnia, quæ contractu hoc comprehenſa ſunt. Quicquid autem nominati domini ſequeſtri ad uſus Archiepiſcopatus è ſuo, ultra reditus ipſius, in neceſſarios uſus impenderint, id, cum legitimè docuerint, atq; intulerint rationes, in ipſa reſtitutione ex reditibus ejusdem conſequentur.

9. Subditos quoq; Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopi, quos per horum motuum tempus Reverendus & Mag. Dn. Magiſter, atque Status Livoniæ communi conſenſu & decreto ad fidem ſuam adegerunt, liberos ſolutosq; facient, atque literis datis teſtabuntur, eos coactos in ſuam poteſtatem veniſſe, tum etiam renunciatio fidei, quam Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopo ſubditi ejus verbis atq; ſcriptis fecerunt, irrita erit, atq; ei priſtini jurisjurandi ſacramento obſtricti tenebuntur. Ad novum tamen homagium faciendum cogendi non erunt, cum non ſponte ſed inviti a Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopo deſciverint, atque in Reverendi ac Magn. Dn. Magiſtri reliquorumque Livoniæ ſtatuum poteſtatem redacti eſſent.

10. Tametſi autem in iis ſunt nonnulli, qui cum adhuc Rev. ac Ill. Dn. Archiepiſcopus dignitatem ſtatumq; ſuum obtineret, ad Reverendum & Mag. Dn. Magiſtrum & ordines ultrò tranſierint, in quos gravius Rev. & Ill. Dn. Archiepiſcopus vindicandum eſſe putabat, tamen in gratiam Sereniſſ. & Invictiſſ. Dn. D. Romanorum Regis, Domini ſui clementiſſimi, ac Regiæ dignitatis Poloniæ, quo firmior pax inſtituatur, iis quoque una cum cæteris ſubditis ſuis, Capitulo, Nobilitate, civibus, qui compulſi id fecerunt, ignoſcit, promittitq; pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, nullam deinceps mentionem ejus rei ſe, ſucceſſoresque ſuos facturos eſſe. Viciſſim autem Reverendus ac Mag. Dn. Magiſter & ordines Livoniæ iis, qui Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopo ſeſe adjunxerunt, aut ullo modo adfuerunt, omnem offenſionem ex animo remittere debebunt. Et ſi qui ex ſubditis civibus Rigenſibus ſervitoribusq; Rev. & Illuſtr. Dn. Archiepiſcopi in his motibus exules facti ſunt, ii omnes ad bona immobilia reſtitui debent. Mobilia verò, ſi quæ extabunt, illis reddentur. Reliqua vero à raptoribus vel detentoribus repetere legitima juris via poterunt.

11. Quod ſi etiam in vincula conjecti, aut pignoribus fidejuſſionibusque & aliis cautionibus obſtricti ſunt, eos liberos, ſecuros, immunesq; præſtabunt, atq; eis, priſtinis honoribus ac dignitati reſtitutis, liberam facient poteſtatem, ſive in Livonia manendum, ſive illhinc emigrandum putaverint, neq; aliam de non nocendo cautionem, ſi ab ipſis poſtuletur, quàm juratoriam præſtare tenebuntur.

12. Debebunt item Illuſt. Dn. Chriſtophorum, Ducem Megapolenſem ad commendationem Sereniſſ. ac Invictiſſ. Principis & domini D. Romanorum Regis, ac Regiæ dignitatis Poloniæ, Electorumq; Principum, & Statuum ſacri Imperii, atq; eorundem honoris cauſa, Coadjutorem Archiepiſcopatus, ac deinde Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopi ceſſione vel morte conſequuta illum legitimum Archiepiſcopum agnoſcere, neq; illis excogitatis rationibus ea in re impedire.

13. Cum autem Reverendus & Illuſt. Dn. Archiepiſcopus provectæ jam ſit ætatis, liberum illi, ſi volet, erit, Illuſtri Dn. Chriſtophoro, Duci Megapolenſi dignitatem atq; adminiſtrationem Archiepiſcopatus tradere, cum quo tandem de reditibus & commodis ejus communi arbitrio tranſiget. Quod ſi ea conſuetudo eſt, ut ſubditi Archiepiſcopatus Rigenſis, ſimul atq; quis in Coadjutorem cooptatur, ad ejus fidem per jusjurandum adigi ſoleant; id quoque Illuſtri Dn. Chriſtophoro Duci Megapolenſi, quandocunq; Rev. & Illuſt. Dn. Archiepiſcopo videbitur, præſtituri ſunt: ſin vero ea conſuetudo non ſit, ſed tum demum id uſitatum ſit, poſteaquam is, qui cooptatus in Coadjutorem eſt, plenam Archiepiſcopi dignitatem conſequatur, ne ii quidem id facere tenebuntur, antequam vel per ceſſionem Rev. ac Illuſt. Dn. Archiepiſcopi, vel ipſius morte integram dignitatem adeptus erit.

14. Debebit autem Ill. Dn. Chriſtophorus, Dux Megapolenſis, ſufficienter ordinibus Livoniæ cavere, ut integra conſervet jura, ſtatuta, ac privilegia, illis à Catholica Cæſarea, & ſacra atq; invictiſſima Regia Romanorum Majeſt. confirmata, exceptis decretis Receſſus Volmarienſis, atq; ea parte, quæ jus Archiepiſcopatus & Eccleſiæ Rigenſis convellunt, ad quæ reſciodenda, ubi illi videbitur, agere, expeririq; legitimo jure poterit. Cavere item illis debebit, ne Archiepiſcopatum in ſecularem, atq; hæreditarium ſtatum redigat, ne ullum inde detrimentum ſacrum Romanum Imperium ſuſcipiat. Ad eundemq; modum, ut bene ſeſe erga Reverendum & Mag. Dn. Magiſtrum, Prælatos, atq; ordines Livoniæ gerat, viciſſimq; illi erga eum, & mutua pax & concordia perpetuo conſervari poſſit. Cum autem Illuſt. Dn. Chriſtophorus, Dux Megapolenſis, nondum ætatis maturitatem conſequutus ſit, ſi ei Rev. & Ill. Dn. Archiepiſcopus dignitatem Archiepiſcopatus concedendam putaverit, debebit ipſemet & Rev. & Illuſt. Archiepiſcopus eligere duos ex ordine ſpiritualium, & duos ex equeſtri ejusdem Archiepiſcopatus, qui Archiepiſcopatum adminiſtrabunt, quoad legitimam ætatem attigerit, non diutius. Quemadmodum id & Ill. Dn. Chriſtophorus, Dux Megap. & nomine illius etiam Rev. ac Illuſt. Dn. Archiepiſcopus pollicitus fuerat; atq; ut id præſenti Receſſui insereretur, aſſenſus eſt.

15. Quicquid autem civitas Rigenſis Capitulo, Eccleſiæque Rigenſi ademerit, id reſtitui illi debebit, & ſi quid controverſiarum eis intercedat, de iis ordinario judicio experientur. Debebunt etiam

Rev.& Magn. Dn. Magiſter, & Rev. ac Ill. Dn. Archiepiſcopus & Prælati, ordines, Nobilitas, Civitateſq; Livoniæ, quæcunque odia aut inimicitiæ hoc bello inter eos intercesſerunt, ſibi mutuò condonare, atq; oblviſci in poſterum, ut certa firmaq; illis perpetua pax conſtare poſſit.

16. Quam quidem reſtitutionis, Rev.& Illuſt. Dn. Archiepiſcopi transactionem Regia dignitas Poloniæ, atque idem Illuſtr. Dn. Albertus Marchio Brandeburgenſis, in Pruſſia Dux, literis ſuis patentibus comprobare, ratificareq; debebunt, quod ipſum Rev. ac Illuſt. Dn. Archiepiſcopus quoq; tacere debebit. In quorum fidem & teſtimonium manibus noſtris præſentibus ſubſcripſimus, & ſigilla noſtra appoſuimus Datum Pasvval ex caſtris Regiis, die 5. Septemb. Anno 1557.

Anno Chriſti 1564.

FERDINANDI IMP. AVG. SACRUM MANDATUM

De Methodo articulorum fidei juxta Auguſtanam Confeſſionem conſcribenda & explicanda.

FERDINANDUS, divina favente clementia, Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, Honorabili, docto, noſtro & ſacri Imperii fideli dilecto, Georgio Wicelio, ſacræ Theologiæ Doctori, Conſiliario noſtro, &c.

HONORABILIS, docte, fidelis, nobis dilecte, etſi nobis gratiſſimum fuiſſet, quod, ſicut abs te clementer poſtulaveramus, ſuperioribus diebus huc ad nos veniſſes, & nobis in arduo quodam negotio, ad gloriam Dei Opt. Max. & veritatem ac tranquillitatem Eccleſiæ Catholicæ ſpectante, potius operam navare potuiſſes, quam haud dubie pro tua eximia pietate, eruditione, prudentia, ac rerum uſu, nobis in animi noſtri ſententia magna cum utilitate præſtitiſſes, quia tamen propter ætatem & affectam valetudinem venire non potuiſti, clementer tibi parcendum duximus, perſuaſum habentes, te idipſum, quod hic tibi eramus demandaturi, domi quoq; tuæ lubenter atq; commodius exequuturum. Eſt autem illud, quod à te requirimus, ejusmodi.

2. Recordamur nimirum ſuper articulis Auguſtanæ Confeſſionis, quæ à nonnullis ſacri Romani Imperii Electoribus, Principibus, & Statibus, Divo fratri noſtro, præclariſſimæ memoriæ Imperatori, Carolo V. Anno 1530. exhibita fuit, unà cum Apologia ejusdem Confeſſionis; concordiæ & unitatis ſarciendæ gratia, antehac in ſacro Romano Imperio, diverſis locis & temporibus ſæpius Conventus, Colloquia, & Tractatus inſtitutos fuiſſe, & utcunq; tales Conventus & Tractatus non omnino ſint ſortiti plenum & optatum effectum, interdum tamen inter colloquentes ſeu diſputantes de nonnullis articulis non poſtremis quadantenus conveniſſe: reliquorum vero, qui adhuc ſunt in controverſia, non usq; adeo magnum eſſe numerum; nobisq; à multis piis, doctis, Catholicis & modeſtis viris non exiguam ſpem factam fuiſſe, recuperandæ unitatis & concordiæ in Eccleſia, nec non conciliandorum animorum, qui nunc pernicioſiſſima diffidentia & ſimultate, ob religionis differentiam, diſtracti ſunt: qui manifeſtè illi abuſus, qui hiſce noviſſimis & calamitoſiſſimis temporibus in Eccleſiam Catholicam irrepſerunt, expurgarentur, & è medio tollerentur, & quædam, quæ magis ſunt poſitivi juris quam Divini, concederentur & permitterentur, ac præterea quædam diſputationes nimis ſubtiles & abſtruſæ (quarum cognitio cum excedat rudis populi captum, non videtur usq; adeo illi ad ſalutem eſſe neceſſaria) ad alia feliciora tempora rejicerentur, modo in cæteris, quæ ad fidem & mores, ac intellectum, & uſum Sacramentorum & ceremoniarum pertinent, probe inſtituerentur.

3. Cum igitur nobis, ut Imperatori Catholico, pro ratione divinitus nobis commiſſi muneris incumbat, ſedulo curare, ut fideles ſubditi noſtri ex errorum & hæreſium laqueis, quibus miſerrimum in modum ſunt irretiti, divina benignitate eripiantur, nosque cenſeamus, omnem nobis movendum eſſe lapidem, ut tantum hujusce pii voti noſtri compotes reddamur: cupimus proinde abs te compilari primo quoque tempore ſummarium quoddam doctrinæ Catholicæ, in quo præter antiqua & indubitata dogmata fidei Catholicæ, in Confeſſione Auguſtana comprehenſa, quæ ſemper fuerunt extra controverſiam poſita, in primis explicentur illi Articuli dictæ Auguſtanæ Confeſſionis, qui jam hinc inde inter eruditos utriusque partis ad concordiam ſunt deducti, vel pro conſtituenda unitate & quiete adhuc poſſunt, ſalva veritate Catholica, concedi & indulgeri. Adductis præterea rationibus brevibus & ſubſtantialibus, cur in reliquis, qui fortè ſupererunt, Eccleſia Catholica cedere non poſſit.

4. Deinde colligantur illi quoq; articuli, qui nunc quidem ab iis, qui Auguſtanam Confeſſionem profitentur, contra religionem Catholicam vocantur in controverſiam, quibus tamen ipſa Confeſſio Auguſtana ſaltem expreſſè non contradicit, vel quos etiam ex parte approbat.

5. Poſtremo recitentur etiam ſuccinctè aliæ quædam opiniones, partim reprobatæ, partim etiam fanaticæ, quarum nonnullæ quidem ante editam Auguſtanam Confeſſionem, multo major vero pars ab eo tempore citra orbem Chriſtianum invaſere, quæ nec ipſi Confeſſioni Auguſtanæ, multo minus Catholicæ religioni congruunt, ita, ut tale ſummarium ſit quaſi Methodus quædam, ad quam Parochi & Concionatores, in regnis atque provinciis noſtris exiſtentes, doctrinam ſuam tanquam ad regulam dirigant, atque accommodent, adeoq; probatam & ſanam doctrinam ab adulterina & pernicioſa internoſcere atque diſtinguere, & quid ipſis tam in prædicatione verbi Dei, quam in adminiſtratione

tione Sacramentorum, ac reliquis ceremoniis Eccleſiaſticis ſequendum vel fugiendum ſit, clare diſcernere poſſint. Quæ Methodus quo plauſibilior erit, & quo longius à contentione fuerit remota, eo gratiorem & utiliorem quoque futuram, diffidendum non eſt.

6. Deſideramus autem ut hoc opus abſque omni mora in Dei nomine aggrediaris, & perfectum illico ad nos tranſmittas. Ita namque extrema poſtulat regnorum & dominiorum noſtrorum neceſſitas. Neque dubites hunc tam inſignem laborem Deo, cujus res agitur, acceptum fore, quem nos ſanè omni erga te benignitate recognoſcemus. Datum in civitate noſtra Vienna, die viceſimo octavo, menſis Maji. Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, Regnorum noſtrorum Romani 34 aliorum vero 38.

FERDINANDUS.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium

Vt. Jo. Bap. Weber D.

M. Singkmoſer.

MAXIMILIANI II. IMPER. AUG. RESCRIPTUM

Anno Christi 1564.

De Via Regia reformandi abuſus in Eccleſia & fide Catholica obortos.

MAXIMILIANUS Secundus, divina favente clementia, Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, &c. Honorabili, docto, noſtro & Sacri Imperii fideli dilecto, Georgio Wicelio Sacræ Theologiæ Doctori.

HONORABILIS, docte, fidelis, nobis dilecte. Allatum nobis eſt ſcriptum, quod ad benignam petitionem & juſſionem quondam Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis, FERDINANDI Electi Romanorum Imperatoris, Auguſtæ memoriæ, Domini & genitoris noſtri obſervandiſſimi, in negotio religionis compoſuiſti, & præclarum ſtudium operamque tuam, quam pia (ut apparet) intentione ac bono zelo in illo impendiſti, perquam clementi & grato abs te animo accepimus. Quin etiam à te clementer poſtulamus, ut deinceps quoque de hoc negotio accuratè & ſedulò pergas cogitare: & ſi quid tibi, quod ad hoc propoſitum, ſarciendæ in religione concordiæ, & optatæ unitatis ac quietis in Eccleſia reſtaurandæ, pertinere videbitur, id ad nos itidem quoquo tempore perſcribas, & viciſſim à nobis eandem gratiam ac benignitatem, qua te Divus Parens noſter proſecutus eſt, expectes. Id quod tibi in præſentia gratioſè ſignificandum duximus. Datum in Civitate noſtra Vienna, die 23. menſis Auguſti, Anno Domini 1564. Regnorum noſtrotum Romani 2. Hungariæ 1. Bohemiæ 16.

MAXIMILIANUS.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium

Vt. Joh. Bap. Weber D.

S. Singkmoſer.

FERDINANDI IMPERAT. AUG. SACRUM MANDATUM

Anno Christi 1564.

De Methodo articulorum fidei juxta Auguſtanam Confeſſionem conſcribenda & explicanda.

FERDINANDUS divina favente clementia Electus Romanorum Imperator Semper-Auguſtus: Honorabili, docto, noſtro & Sacri Imperii fideli dilecto Georgio Caſſandro Theologo.

1. Honorabilis fidelis nobis dilecte. Accepimus literas tuas Dusburgi die XXVIII. Junii datas, quibus te excuſas, quod propter adverſam valetudinem, qua te majorem anni partem in lecto detineri oſtendis, non poſſis, ſicuti nos ſummopere cupiebamus, hoc tempore ad nos venire. Id quod nobis valde moleſtum accidit, cum propter magnitudinem negotii, in quo tua decrevimus uti opera, tum etiam, quod pro ea benignitate, qua te complectimur, dolemus, te utì virum, cujus pietas, doctrina & ardentiſſimum juvandæ Reipubl. ſtudium nobis ſummopere commendatum eſt, morbo impediri, quo minus deſiderio tuo juvandæ & pacificandæ valeas in hac parte ſatisfacere. Itaque haud gravatim acquieſcimus, humili & nimis neceſſariæ excuſationi tuæ, qua utique vellemus tibi non fuiſſe opus. Cum vero nobis in hac re abſens quod poſſis & velis inſervire vel ſcribendo, vel cum aliquo erudito & pio viro, qui ea ad nos referat conferendo, nos idipſum benigno abs te animo ſuſcepimus, ſiquidem illud etiam futurum nobis eſt gratum, ſi quod hic fieri volebamus, domi tuæ conficias, licet fortaſſis præſentia tua ad rem bene gerendam plurimum momenti allatura fuiſſet. Eſt autem illud, quod à te requirimus ejusmodi.

2. Recordamur nimirum ſuper Articulis Auguſtanæ Confeſſionis, quæ à nonnullis S. Romani Imperii Electoribus, Principibus & Statibus Divo fratri noſtro præclariſſimæ memoriæ Imperatori Carolo Quinto, Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo exhibita fuit, una cum Apologia ejuſdem Confeſſionis Concordiæ & unitatis ſarciendæ gratia, ante hac in S. Romano Imperio diverſis locis & temporibus ſæpius conventus, colloquia & Tractatus inſtitutos fuiſſe, & uteunque tales conventus & Tractatus non omnino ſint ſortiti plenum & optatum effectum, interdum tamen inter colloquentes ſeu diſputantes de nonnullis articulis non poſtremis quadantenus conveniſſe, reliquorum vero qui adhuc ſunt in controverſia, non usq; adeo magnum eſſe numerum, nobisq; à multis piis, doctis Catholicis & modeſtis viris, non exiguam ſpem factam fuiſſe recuperandæ unitatis & concordiæ in Eccleſia, nec non conciliandorum animorum, qui nunc pernicioſiſſima diffidentia & ſimultate ob Religionis differentiam diſtracti ſunt, ſi manifeſti illi abuſus qui hiſce noviſſimis & calamitoſiſſimis temporibus in Eccleſiam Catholicam irrepſerunt, expurgarentur, & è medio tollerentur, & quædam quæ magis ſunt poſitivi juris, quam divini concederentur, ac præterea quædam diſputationes nimis ſubtiles & abſtruſæ quarum cognitio, cum excedat captum rudis populi, non videtur usque adeo illa ad ſalutem eſſe neceſſaria, ad alia feliciora tempora rejicerentur, modo in cæteris, quæ ad fidem & mores ac intellectum & uſum Sacramentorum & ceremoniarum pertinent, probe inſtituerentur.

3. Cum igitur ut Imperatori Catholico, pro ratione divinitus nobis commiſſi muneris incumbat, ſedulo curare, ut fideles ſubditi noſtri ex errorum & hæreſium laqueis quibus miſerrimum in modum ſunt irretiti, divina benignitate eripiantur, nosq; cenſeamus omnem nobis movendum eſſe lapidem, ut tandem hujusce pii voti noſtri compotes reddamur. Cupimus proinde abs te compilari primo quoque tempore ſummarium quoddam doctrinæ Catholicæ, in quo præter antiqua & indubitata dogmata fidei Catholicæ in Confeſſione Auguſtana comprehenſa, quæ ſemper fuerunt extra controverſiam poſita imprimis explicentur illi omnes articuli dictæ Auguſtanæ Confeſſionis, qui vel jam hinc inde inter eruditos utriusque partis ad concordiam ſunt deducti vel pro conſtituenda unitate & quiete adhuc poſſunt ſalva veritate Catholica concedi & indulgeri adductis præterea rationibus brevibus & ſubſtantialibus, cur in reliquis, qui forte ſupererunt, Eccleſia Catholica cedere non poſſit.

4. Deinde colligantur illi quoque Articuli, qui nunc quidem ab iis, qui Auguſtanam Confeſſionem profitentur, contra religionem Catholicam vocantur in Controverſiam, quibus tamen ipſa Confeſſio Auguſtana ſaltem expreſſè non contradicit, vel quos etiam ex parte approbat.

5. Poſtremo recitentur etiam ſuccinctè aliæ quædam opiniones partim reprobatæ, partim etiam fanaticæ, quarum nonnullæ quidem ante editam Auguſtanam Confeſſionem, multo major vero pars ab eo tempore circa orbem Chriſtianum invaluere, quæ nec ipſi confeſſioni Auguſtanæ, multo minus Catholicæ Religioni congruunt. Ita ut tale ſummarium ſit quaſi Methodus quædam, ad quam parochi & Concionatores in Regnis atque provinciis noſtris exiſtentes, doctrinam ſuam tanquam ad regulam dirigant atq; accommodent, adeoque probatam & ſanam doctrinam ab adulterina & pernicioſa internoſcere atq; diſtinguere, & quid ipſis tam in prædicatione populi Dei, quam in adminiſtratione Sacramentorum, ac reliquis ceremoniis Eccleſiaſticis tenendum vel fugiendum ſit, clarè diſcernere poſſint. Quæ methodus quo plauſibilior erit, & quo longius fuerit à contentione remota, eò gratiorem, & utiliorem quoque futuram diffidendum non eſt.

6. Deſideramus autem ut hoc opus absque omni mora in Dei nomine aggrediaris & perfectum ilico ad nos tranſmittas, ita namque extrema poſtulat Regnorum ac Dominiorum noſtrorum neceſſitas, neque dubites, hunc tuum inſignem laborem Deo, cujus res agitur, acceptum fore, quem nos ſane erga te Cæſarea noſtra beneficentia recognoſcemus.

Nunc vero juſſimus tibi à Commiſſario noſtro Spiræ exiſtente Georgio Lang numerari centum florenos, quos ab eo accipies, gratiam noſtram de cætero quoque expectaturus. Datum in Civitate noſtra Vienna, die xv. Julii, Anno Domini MDLXIV. Regnorum noſtrorum Romani xxxiv. aliorum vero xxxviii.

Ferdinandus.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium

Vt. Jo. Bap. Weber

M. Singkhmoſer.

MAXIMILIANI II. IMPER. AUG. SACRA

Super eodem negotio.

MAXIMILIANUS Secundus Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, &c Reverendo Johanni Archiepiſcopo Treverenſi, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archicancellario, cognato noſtro dilecto & Principi Electori.

Reve-

Reverende dilecte cognate & Princeps Elector. Poſtquam Cæſ. Majeſt Domino & patri noſtro chariſſimo & nobis cauſæ oblatæ ſint, ob quas honeſto & docto Georgio Caſſandro, qui nobis ta iquam pius, eruditus, diſcretus, & in ſacris literis valdè bene verſatus commendatur, opus habemus & is hoc tempore, ſicuti nobis relatum eſt, vel in noſtra & S. Imperii Civitate Colonia, vel apud tuam Dilectionem ſe contineat; cum ſingulari noſtro ſcripto (quod rectà Coloniam mittimus) ad nos huc accerſimus. Itaq; clementer & amicè a T. Dilectione petimus, ut ſi dictus Caſſander jam apud T. D. præſens ſit vel brevi expectetur, T. D. eum ſtatim lectis his literis omnibus convenientibus mediis & via cohortari, perſuadere & impellere velit, ut omni exceptione poſtpoſita, ſe rectà & ilicò ad iter paret, & profectionem ad nos huc in Dei omnipotentis nomine ſuſcipiat, id quod per Rhenum Wormatiam itaque commodè fieri poterit, inde verò terreſtri itinere Ulmam & Ulma porrò per Danubium expedite deſcenſum ad nos inveniet. Et non dubitamus quin T. D. una cum duobus ſociis Eccleſiaſticis Electoribus pro honorifica veſtra erga Cæſ. Majeſt. & nos obedientia, quantum ad vos attinet, veſtro in parte muneri minimè defuturi ſitis, præſertim cum Cæſ. ſuæ Majeſtat. & nobis hoc homine in cauſis quas ſperamus ad communis Chriſtianitatis ſalutem Dei benignitate evaſuras, uti decretum ſit. Quamobrem illi ad hoc iter conficiendum per noſtrum miniſtrum Georgium Langen neceſſarium viaticum & commeatum Spiræ aſſignavimus. In eo T. D. Cæſ. Majeſt. & noſtræ voluntati ſatisfaciet, noſque ejus in aliis erga T. D. omni amore & clementia memores ſentiet. Datum Viennæ 20. Maji, Anno, &c. 64. Regnorum noſtrorum Romani ſecundo, Hungarici primo, Bohemici ſexto decimo.

Maximilianus II.

Ad mandatum Domini Regis proprium.

RUDOLPHI II. IMP. AVG. EDICTUM

Anno Chriſti 1609.

De Pace religionis conceſſa Bohemis & conjunctarum provinciarum incolis, Sileſiis, Moravis, Luſatis, &c.

RUDOLPHUS II. Dei gratia Imperator Auguſtus, Rex Hungariæ, Bohemiæ, &c. Notum facimus & teſtamur ad æternam rei memoriam. Poſtquam omnes tres Regni noſtri Bohemici Status, qui corpus & ſanguinem Chriſti Jeſu, ſub utraque ſpecie in Cœna participant, ſubditi noſtri dilecti, in Comitiis Anno 1608. in arce Pragenſi habitis, id humili obſervantiæ ſtudio petierunt, uti Confeſſionem ſuam Auguſtanam ab aliquibus dictam, & MAXIMILIANO Cæſari, noſtro feliciſſimæ memoriæ parenti exhibitam, ab eoq; Ordinibus permiſſam, retinere, & religionem ſuam liberè exercere ſibi permitteretur; Nos verò tum propter negotia alia, quorum cauſâ Comitia iſta inſtituta fuerant, quæque procraſtinationem & dilationem nullam pati poterant, petitionis iſtius approbationem & ratificationem ad hæc usq; Comitia differre, conſultum judicaverimus: Ordines illi & Status jam denuò congregati, petitionem iſtam ſuam repetentes, indeſinenter, adhibitis etiam Illuſtrium quarundam perſonarum interceſſionibus, ſatisfieri ſibi cupiverunt, & uti, qua ratione tam ſub una quàm ſub utraque ſpecie communicantibus noſtris ſubditis in Regno Bohemiæ conſuleretur, deliberationem cum Conſiliariis noſtris inſtitueremus, tandem effecerunt.

2. Cum igitur voluntas ſua ſit, ut inter omnes omnium trium Regni Bohemiæ Status ſubditos, tam ſub una, quam ſub utraq; ſpecie communicantes, his & futuris temporibus, pax & amicitia pro amplificando Regno iſto conſervetur, utraq; pars religionem ſuam, unde ſalutem æternam conſequi ſeſe poſſe ſperent, libere & absque ullo impedimento exerceant, & Receſſui Comitiorum de anno 1608. Mandatoq; noſtro non ita pridem publicato (quo Ordines iſtos ſub utraq; communicantes & Confeſſioni iſti ſubſcribentes pro fidelibus noſtris ſubditis, ad quos jura & immunitates Regni Bohemici pertinent, agnovimus, & etiamnum agnoſcimus) per omnia ſatisfiat, de communi Conſiliariorum aliorumq; Officiariorum Regni iſtius conſilio, decernimus, ut & ſub una & ſub utraq; ſpecie communicantes, concorditer & amicè invicem vivant, & pars altera alteram nec injuriâ afficiat, nec calumniis proſcindat, propoſita ſecus facientibus, quæ in jure Municipali expreſſa eſt, pœna.

3. Deinde cum ſub una ſpecie communicantes libero per omnia religionis ſuæ exercitio in Bohemiæ Regno fruantur, poteſtatem facimus & volumus, ut ſub utraque etiam ſpecie communicantes, Status nimirum Evangelici omnes, cum omnibus, qui Confeſſionem Bohemicam, MAXIMILIANO quondam Cæſari, parenti noſtro, in Comitiis publicis Anno 1575 celebratis, & nobis jam denuò exhibitam, amplectuntur, religionis ſuæ exercitium ubiq; & in omnibus Regni iſtius locis habeant, & absque ulla alicujus turbatione, donec univerſalis in univerſo Regno religionis unio & diſſidiorum omnium compoſitio conſtituatur, retineant.

4. Præterea hanc etiam Evangelicis Statibus præſtamus benevolentiam, quòd Pragenſe Conſiſtorium inferius illis permittimus, poteſtatemq; illuc juxta Confeſſionem ſuam conſtituendi facimus, ut Sacerdotes ſuos tam in Bohemica quàm in Germanica lingua ordinare, & eccleſiis ſuis absque ullo Pragenſis Archiepiſcopi impedimento, præficere jure optimo poſſint.

5. Quin

5. Quin & Academiam Pragenſem, quæ à multis annis ad Status ſub utraque pertinuit, illis reſtituimus, facta ipſis poteſtate eam iterum aperiendi, doctis & eruditis ſuæ Confeſſionis viris exornandi, honeſtis legibus condecorandi, & certos ex ſuo conſortio Defenſores tam Conſiſtorio quàm Academiæ præficiendi, quos nobis à Statibus deſignatos & electos nos, ſine ulla vel cunctatione & mora, vel alia, quàm à Statibus acceperint, inſtructione & informatione, in officio iſto confirmare, & pro legitimis Defenſoribus declarare volumus, ita tamen, ut ſi interveniente forſitan graviorum quorundam negotiorum impedimento, id duarum ſeptimanarum ſpacio non poſſit, Defenſores ibi nihilo minus maneant, & demandati ſibi officii munere æque ac ſi confirmati in officio iſto fuiſſent, fruantur. Quin & uno atq; altero ex eorum numero demortuo, alios in eorum locum Statibus ſufficere; & ſi præter ea, quæ jam tenent & poſſident templa, plura adhuc alia, Scholasve aliquas pro inſtituenda juventute erigere & ædificare velint, facere id ipſis tam in urbibus quàm in oppidis & pagis, liberè & abſq; ullo impedimento liceat.

6. Quandoquidem porrò etiam in aliquibus Regni Bohemiæ civitatibus utriusque religionis homines, hoc eſt, tam ſub una, quam ſub utraque ſpecie communicantes conjunctim habitent, mandamus & volumus, ut pro pace & tranquillitate conſervanda, pars quælibet religionem ſuam libere colendo, & Sacerdotibus ſuis obtemperando, alteram partem nullo modo vellicet vel conturbet; multò minùs verò ſepulturas in templis & cœmiteriis, cum campanarum pulſu & ſonitu peragere prohibeat, aut aliquem cujuscunq; ſtatus & conditionis ſit, ſive in civitatibus ſive in oppidis & pagis habitet, à religione ſua avertere & per vim in ſua caſtra ſuamq; ſententiam pertrahere ſatagat.

7. Nos enim id ſpectamus unicè, ut pax & tranquillitas conſervetur, & amor mutuus inter omnes tres Status vigeat. quo fine quidem pro nobis & hæredibus noſtris, ſubſequentibusq; Bohemiæ Regibus, hæc omnia Statibus Evangelicis, ad quos communis etiam iſta pax, quam vocant, Religionis, tanquam ad principale Imperii membrum, pertinet, fruſtrà vel politicis vel eccleſiaſticis perſonis quibuscunq; repugnantibus, inviolabiliter perpetuis temporibus ſervatum iri, in fide & verbo Regio affirmamus & pollicemur, ita quidem, ut nullum mandatum contrarium vel à nobis vel ab ullo hæredum & ſucceſſorum noſtrorum adverſus Status Evangelicos publicetur, vel publicatum ab aliquo, ratum & validum habeatur, Inſuper etiam omnia adverſus Status iſtos ſub utraq; ſpecie communicantes, publicata hactenus Edicta, invalida, annihilata & ſublata omninò hisce literis pronunciamus; nec quicquam eorum, quæ, dum confirmationem hujus articuli quærerent, facta à Statibus Evangelicis ſunt, in malum ipſis cedere & vitio verti à quoquam in æternum volumus.

8. Mandamus igitur omnibus cum imperio paſſim in Bohemia conſtitutis, ut trium iſtorum Statuum, omniumque Confeſſionem iſtam Bohemicam amplectentium patrocinium & defenſionem ſuſcipiant. & nec moleſtiam ipſis circa religionis ſuæ exercitium creent, nec ab aliis creari patiantur. Nos enim & futuri Bohemiæ Reges in omnes contra has Majeſtatis noſtræ literas, quas ad futuram memoriam actis Comitialibus publicis inſeri volumus, delinquentes, ſive eccleſiaſtici illi ſint ſive politici, tanquam in pacis publicæ perturbatores graviſſimè animadvertemus. Datum Pragæ, die 11. Julii, Anno 1609.

Anno Chriſti 1612.

MATTHIÆ IMPERATORIS AUGUSTI

MANDATUM

De tollendo novo vectigali, atque intermittenda ac demolienda nova munitione ad Rhenum.

Interprete Caſparo Ens.

a Omittit Boruſſiam, propter jus Magiſtri Theutonici in eam provinciam ab Imperio alienatam.
b rectius, Vindorum.
c Cur non addit: Equeſtris Joannitarum per Marchiã, Saxoniam, Pomeraniam & Wandaliam Ordinis Magiſtro? quia talis ab Imperatore, tanquam Lutheranus, non agnoſcitur.

NOs MATTHIAS Dei gratia, Electus Romanorum Imperator Semper-Auguſtus; Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ; Comes Habspurgi, & Tirolis, &c. Illuſtribus, Erneſto Marchioni Brandenburgenſi, *a* Stettini, Pomeraniæ, Caſſubiorum & *b* Vandalorum Duci, Burggravio Norimbergenſi, & Principi Rugienſi *c*: necnon Wolſgango Gulielmo Comiti Palatino ad Rhenum, Duci Bavariæ, Comiti Veldentiæ & Sponhemi, dilectis noſtris cognatis & Principibus: tum etiam ſequentibus nominatim expreſſis privatis perſonis, Gotefrido à Stein Præfecto in Luſtorp, N. Luning Præfecto in Portz, Gulielmo Bapſt Legum Doctori, Joanni Geich, Petro Chriſtiani, Stephano Leſpiere, Joanni le Fere, Henricu Veldthaulen, Joanni Flagelet, Alberto Steinvvegh, Nicolao Ritz, Gerardo Neukirchen, N. Sonnegman, Jeremiæ Peterſonio, N Grefradt, Chriſtiano Quintino, Chriſtiano Willoquiau, Petro, Joanni & Henrico à Bruck, Henrico, Petro & Gerardo à Creutz, Reinhardo Gartzvveiller, Joanni Brull, omnibusque aliis mercatoribus, nautis fabris, fabricenſibus, operariis, ac communiter omnibus ac ſingulis, qui ad Mulhemianas ſubſtructiones operas ſuas locarunt, aut vel rem, vel conſilium, vel quamcumque aliam opem aut operam ad easdem promovendas contulerunt, aut porrò forſan collaturi ſunt; Notum facimus, Honorabiles, noſtros & Imperii dilectos fideles, Conſules & Senatum Civitatis Colonienſis, quàm humilimè ſupplicando nobis conqueſtos eſſe:

1. Quamvis & legibus & multis Sacri Imperii conſtitutionibus, in primis vero Aureâ Bullâ, ſub

gravi

gravi pœna interdictum ſit, ne quis ſive ſuperioris ſive inferioris ordinis, propriâ auctoritate ulla vectigalia aut cujuscunq; nominis exactiones, terra aut mari inſtituat, multominus vi armata extorqueat; quamvis etiam ſcriptis legibus ſalubriter illud conſtitutum & ſancitum ſit, ne cum certo periculo, damno atq; interitu propinquarum Imperialium Urbium, regionum, provinciarum, ulla nova oppida, caſtra, aut munitiones, unde motus aliquis exiſtere aut publicæ ſecuritati impedimentum afferri poſſet, exſtruantur, ſed ſi quid tale exſtructum fuerit, ſine ulla mora dejiciatur.

2. Præterea quamvis noſtra & Imperii Civitas Colonienſis, jam ab antiquis temporibus, ad majorem ſecuritatem, non ſolum à Romanis Imperatoribus & Regibus, eam in rem inſignibus privilegiis donata ſit, verum etiam cum Ducibus Montenſibus pro ſe ac ſucceſſoribus pactum perpetuum inierit, ne ullo umquam tempore ullum caſtrum aut munitio in utraque Rheni ripa intra Rheindorp & Sudendorp fiat, aut fieri permittatur: Cæſaris inſuper SIGISMUNDI, noſtri in Imperio prædeceſſoris, in Concilio Conſtantienſi, de præſentium Electorum, Principum & Statuum Imperii conſilio, cum plena cauſſæ cognitione, latâ atque etiam executioni demandatâ ſententia decretum fuerit, ut Mulhemi & Monhemi excitatæ munitiones atque opera dejicerentur: immo quamvis ſuperioribus annis Gulielmo Duci Juliacenſi, dicto loco item fere molienti, in Camera Imperiali ab iiſdem lis mota, atque etiam poſthabitis exceptionibus de inhibendo & demoliendo decretum injunctum fuerit.

3. Nihilominus Veſtras Dilectiones grave admodum vectigal omnibus, quæ per terram aut aquas importantur, vel exportantur, mercibus impoſuiſſe; eumque in finem Mundorpii ſupra Coloniam, armatam vim collocaſſe, ubi quidem omnes mercatores, nautæ & viatores ad dictum vectigal ſolvendum vi cogantur; multiplicibus Colonienſium precibus, ipſius Cæſareæ Majeſtatis, fratris noſtri quondam dilectiſſimi, ſeriis mandatis, & noſtris etiam atque Electorum Imperii intercesſionibus atque admonitionibus de tollendo quam primum ejusmodi prohibitu vectigali, neglectis atque poſthabitis.

4. Sed & ulterius progreſſas Dilectiones Veſtras menſe Martio præſentis anni milleſimi ſexcenteſimi duodecimi, typis publicato programmate omnibus notum feciſſe, conſtituiſſe vos Mulhemum, cujus paullò antè facta eſt mentio, in civitatis amplitudinem ac formam redigere, immunitatibus & privilegiis donare, portum ibi & ſtationem navibus accommodam, cæteraque mercibus exponendis atque imponendis idonea exſtruere; in primis verò ejus loci incolis cujuscunque materiei ad cujusvis generis opificia neceſſariæ, necnon earum rerum, quæ ad victum & alimenta pertinent, propolii licentiam ſive prærogativam præ aliis exteris concedere. Inde etiam factum eſſe, ut Dilectiones Veſtræ non ſolum edixerint, ne materialia ejusmodi Coloniam advehantur, Rhenumque altera armata navi obſederint; ſed etiam Dilectionum Veſtrarum ſupradictos Præfectos, Gotofridum à Stein, Luningium, ut & Doctorem Bapſtium, tamquam hanc ad rem deputatos Commiſſarios & Directores, inſtitutum hoc in opus produxiſſe, & eum in finem tam vobis ſupranominatis perſonis, quàm aliis civibus & mercatoribus, quam plurimas areas, domibus exſtruendis deſtinatas vendidiſſe atque tradidiſſe, architectos atque operis magiſtros acceerſiviſſe, tum operarios, qui foſſas magno tractu per patentem campum, ut ex ſchematiſmo nobis exhibito videre eſt, extenſas, nec non valla, loricas atque alias munitiones perficiant, magno numero advocaſſe atq; conduxiſſe.

5. Licet verò iidem Colonienſes, Dilectiones veſtras, ut inſtitutum illud opus intermitteretur, humiliter rogarint ac requiſiverint, operariis etiam, & quibusdam è vobis ſupranominatis perſonis, in opere præſenti per Notarium & teſtes diverſis vicibus novum opus ex legum præſcripto nunciarint, atq; ab opere, tamquam per ſe illicito ac prohibito, per interdictum revocarint, nihilominus tamen magno apparatu inſtitutum opus indies magis ac magis urgeri ac continuari, ita ut inde aliud colligi nequeat, quàm Veſtras Dilectiones id unicè conſtitutum habere, atque in eo totos eſſe, ut dictus ille locus, ad meram Colonienſis Civitatis æmulationem ac maximum detrimentum ac præjudicium, in civitatis formam quàm primùm redigatur.

6. Super hoc prædicti Colonienſes nobis quàm humilimè ſupplicarunt, obſecrantes, quum hæc omnia, quæ ſuprà ſunt expoſita, non ſolum juri ac legibus, & Sacri Imperii conſtitutionibus, Aureæque Bullæ, verum etiam notis Colonienſis civitatis privilegiis, initis cum ſuperioribus Juliaci & Montium Ducibus, contractibus & pactis perſpicuis, diverſis ſententiis ac rebus judicatis, itemq; Cæſareorum Mandatorum exequutionibus, aperte repugnent, neque ullo juris colore, præſertim poſt factam & ſpretam nunciationem, defendi aut ullo modo excuſari poſſint: prætereà res tota ita comparata ſit, ut nihil inde aliud, quàm ſæpedictæ Colonienſis Civitatis interitus atq; exitium, atq; ita non leve Sacri Imperii detrimentum, exſpectari poſſit: ut nos, tanquam modò regnans Imperator, & Sacri Imperii immediatè ſupremum Caput, Cæſareâ noſtrâ ope ipſis ſuccurramus, & quod par eſt remedium adhibeamus.

7. Quandoquidem ergò, quum ex Cæſareo noſtro, quo fungimur, officio, tum etiam naturali affectu jus & juſtitiam unicuique tribuere atq; adminiſtrare cupimus: Electores inſuper, qui electioni noſtræ interfuerunt, matura habita deliberatione, præter eas, quæ à Colonienſibus allatæ ſunt, cauſſas, totum hoc negotium ita comparatum deprehenderunt, ſæpedictam Colonienſem Civitatem, ex inſtituta illa munitione in præſentiſſimo verſari periculo, ut cujus civibus & inquilinis quotidianus inde victus intercludatur, & Rheno obſeſſo omnia commercia tam ad ſubditorum per-

niciem,

ni tem, quam Electorum, præſertim quorum ditiones ad Rhenum ſunt, inſignem contumeliam, &c vertantur, itinera, & viæ publicæ infeſtentur: immò quum multorum aliorum Statuum multum hac in re interſit, verendum eſſe, ne ad arma veniatur. Quibus de cauſſis ab iisdem Electoribus, præter humillimas Colonienſium preces, amicè commoniti & rogati ſumus, ut, tamquam ſupremum Imperii Caput, negotium hoc diligenter conſideremus, & quæ tam ad ipſorum, quam aliorum Imperii Statuum ſecuritatem pertinent, procuremus, in primis ne quis eorum novis atq; inuſitatis vectigalibus aut indictionibus gravetur, neque uni ab altero vis fiat aut injuria, ſed pax & quies in Imperio ab omnibus colatur, ejusq; leges ac ſalubres conſtitutiones inviolatæ conſerventur.

8. His de cauſſis hodierno die, rebus omnibus diligenter ac maturè diſcuſſis & conſideratis, Mandatum hoc pœnale, ſine ulla exceptione exequendum, contra vos decretum eſt. Hoc ergo ipſo Dilectionibus veſtris ex Cæſarea poteſtate, itemque per viam juris & juſtitiæ, ſub pœna centum marcarum auri puri, quarum ſemiſſis una fiſco noſtro Imperiali, altera Colonienſibus cedat, ſeriò mandamus, jubemus ac volumus, ut tam Veſtræ Dilectiones, quàm earum in Juliacenſibus regionibus Vicarii, poſt hujus Cæſarei noſtri Mandati inſinuationem, ſtatim atq; è veſtigio inſtitutas Mulhemi munitiones atque ſubſtructiones plane intermitti jubeatis, neque ſimile quidquam tam illo quam alio quovis Colonienſi Civitati tam propinquo loco, contra nota Colonienſium privilegia, porrò vel minima ex parte moliamini, ſed omnia in priorem ſtatum reſtituatis, & in eo relinquatis, tum etiam ne Colonienſes amplius rerum ad victum & alios uſus neceſſariarum prohibito commeatu gravetis, ſed eam in rem facta & promulgata edicta abrogetis, neque in poſterum renovetis: ſimiliter ut illegitima & in Imperio prohibita vectigalia & indictiones tollatis, naves ad ea extorquenda in Rheno collocatas quàm primum abducatis, & ab iis reducendis in poſterum omninò abſtineatis. Vobis etiam principio hujus Edicti nominatis, aliisque omnibus, qui Mulhemianam ſubſtructionem conſilio, ope, opera, juverunt, aut quocumque alio modo participes ejus ſeſe fecerunt, aut poſt facient, ſub pœnâ ſuprà expreſſâ, atque etiam demolitionis veſtris ipſorum ſumtibus faciendæ, ſerio mandamus ac volumus, ut quàm primum Mandatum hoc noſtrum Cæſareum, aut collatum ejus cum originali apographum (cui non minus, quàm ipſi Originali fidem haberi volumus) vobis inſinuatum fuerit, ab omni ædificatione abſtineatis, atq; deinceps penitus ſuperſedeatis, niſi noſtram indignationem & conſtitutam in hoc pœnam, ipſo facto incurrere velitis.

9. Veſtras deniq; Dilectiones & vos, ex plenitudine Cæſareæ noſtræ poteſtatis, & hujus Mandati virtute, citamus, & jubemus, ut intra triginta ſex dierum ſpacium, poſtquàm Cæſareum hoc Mandatum vobis inſinuatum fuerit, quorum duodecim pro primo, duodecim alii pro ſecundo, & duodecim pro tertio judicii termino vobis ponimus peremptoriè, aut ſi is judicialis dies non fuerit, proximè ſequenti die judiciali in Cæſarea noſtra Aula, ubicumque eatum fuerit, vel ipſi vel per delegatos veſtros compareatis, ac teſtatum faciatis, Cæſareo huic noſtro Mandato, & quæ eo continentur, omnibus & ſingulis capitibus paritum & ſatisfactum eſſe; aut ſi paritum & ſatisfactum non fuerit, videatis atq; audiatis pœnam huic Cæſareo mandato inſertam facto ipſo vos incurriſſe, decerni ac declarari: ac totius cauſſæ omniumque judicialium dierum ac terminorum eventum & concluſionem præſtolemini. Sive ergò Dilectiones veſtræ & vos tum compareatis, ſive non, nihilominus ad conquerentis partis, aut ejus delegatorum inſtantiam in cauſſa progreſſus fiet, & quod juſtum fuerit decernetur. Datum in noſtra & Sacri Imperii Civitate Francofurti ad Mœnum, die 2. Julii, Anno 1612. noſtrorum Regnorum, Romani primo, Hungarici quarto, & Bohemici ſecundo.

MATTHIAS.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium



J. R. pucher.

F I N I S.